Universidad de Antioquia
Biblioteca

F. RIBERA
LIBRUM XII
PROPHETARUM

Universidad de Antioquia
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV, ET SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS IN LIBRVM duodecim Prophetarum commentarij sensum eorundem Prophetarum Historicum, & Moralem, persæpe etiam Allegoricum complectentes.

CVM QVATVOR COPIOSIS INDICIBVS,

Primus est quæstionum Scripturæ, quæ in hoc opere copiosius disputantur: Alter regularum Scripturæ: Tertius locorum eiusdem: Quartus rerum, atque verborum.

AD IOHANNEM RIBERAM PATRIARCHAM Antiochenum, Valentinorumque Archiepiscopum.

14121



CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO.

SALMANTICÆ,

Excudebat Guillelmus Foquel. M. D. LXXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Doctor Francisco de Ribera, de la Compañia de Iesus, nos fue fecha relacion, que auiades compuesto vnos libros, intitulados Commentarios sobre los doze prophetas, en los quales auiades trabajado algunos años leyendo primero publicamente los mesmos doze prophetas, y despues de nueuo mirandoles, è poniẽdoles en orden, paraque aquella lectura tan difficultosa se entendiesse, y se approuechassen los que la quisiessen leer, supplicandonos os mandassemos dar licencia, para lo poder imprimir en qualquier parte de nuestros reynos, con priuilegio, paraque ninguna persona sin vuestra licẽcia, o de la misma Compañia los pudiesse imprimir en ellos, ni meterlos, ni venderlos, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la Prematica por nos vltimamente hecha, sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula, para vos en la dicha razon, è nos tuuimos lo por bien. Y por la presente por os hazer bien y merced, os damos licencia è facultad, para que por tiempo de diez años primeros siguientes, que se quenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, vos o la persona que vuestro poder ouiere, podays hazer imprimir è vender los dichos libros, que de suso se haze mẽcion. Y por la presente damos licencia è facultad a qualquier impressor de nuestros reynos, que vos nombraredes, paraque por esta vez los pueda imprimir, cõ que despues de impressos antes que se vendan, los traygays al nuestro consejo, juntamente con los originales que en el se vieron, que van rubricados y firmados al cabo de Pedro Capata del marmol, nuestro scriuano de camara de los que en el nuestro consejo residen para que se vea si la dicha impresion esta conforme a los originales, o traygays fe en publica forma, en como por corrector nombrado por nuestro mandado se vio, y corrigio la dicha impresion por los originales, y se imprimio cõforme a ellos, y quedã ansi mesmo impressas las erratas por el apuntadas, para cada vn libro de los que ansi fueren impressos, y se os tasse el precio, que por cada volumen ouieredes de auer. Y mas que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no los pueda imprimir ni vender, so pena que el que los imprimiere aya perdido è pierda todos è qualesquier

Universidad de Deusto
Biblioteca

libros, moldes, è aparejos, que de los dichos libros tuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis, por cada vez que lo cõtrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para la persona que lo denunciare, y la otra tercia parte para nuestra camara. Y mandamos a los del nuestro consejo, Presidentes è Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa, corte, y chancillerias, y a todos los Corregidores, Asistentes, Gouernadores, Alcaldes mayores è ordinarios, è otros juezes è justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros reynos, y señorios, ansi a los que agora son, como a los que seran de aqui adelãte que vos guarden è cumplan esta nuestra cedula y merced, que ansi os hazemos, y contra el tenor è forma della ni de lo en ella contenido, no vayan, ni passen, ni consientã yr ni passar por alguna manera, so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Fecha en san Lorenço, a cinco dias del mes de Iunio, de mil y quinientos è ochenta è seys años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.
Iuan Vazquez.

TASSA.

YO Pedro çapata del Marmol scriuano de camara del Rey nuestro Señor de los que en el su consejo residẽ, doy fe que los Señores del dicho cõsejo de pedimiento y supplicaciõ del Doctor Francisco de Ribera de la cõpañia de Iesus, tassaron vn libro intitulado Cõmentarios sobre los doze Profetas, que con licencia de su Magestad imprimio, a quatro marauedis y medio cada pliego, y a el dicho precio y no mas mandaron que se venda, y que primero que se venda ninguno libro se imprima esta tassa en la primera hoja de cada volumen, y para que dello conste de pedimiento del dicho Doctor Francisco de Ribera y mandamiento de los dichos Señores, di la presente firmada de mi nõbre en la Villa de Madrid a veynte y quatro dias del mes de Octubre de mil y quinientos y ochenta y siete años.

Pedro çapata del Marmol.

DE mandato supremi, & Regij Senatus, vidi, & qua potui vigilantia, perlegi Commentarios in omnes duodecim prophetas minores à Doctore Francisco de Ribera Societatis Iesu acuratissime elaboratos. Quos non solum veritati fidei consentaneos reperi: sed etiam omni eruditione refertos. Ex quorum lectione, & scripturæ sacræ intelligentia, & antiquitatis notitia, & morum integritas comparabitur. Datum apud Madritum, quarto idus Maij. Anno 1586.

Fray Diego de Tepes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

YO Pedro Villalua Prouincial de la Compañia de Iesus, en la Prouincia de Castilla, por particular commission que tengo del muy Reuerédo Padre Claudio Aquauiua, nuestro Preposito General, doy licencia que se impriman los Commentarios sobre los doze Prophetas menores, que compuso y hizo el Padre Francisco de Ribera, de nuestra Compañia, residente en nuestro Collegio de Salamanca, los quales han sido vistos, y examinados, y approbados, por muchas personas doctas, y graues de nuestra Compañia. En testimonio de lo qual di esta firmada de mi nombre, y sellada con el sello de mi officio. En Valladolid primero de Mayo de 1586. años.

Pedro Villalua
Prouincial.

IOANNI RIBERAE PATRIARCHAE ANTIOCHENO ET VALENTINORVM

Archiepiscopo Franciscus Ribera presbyter Societatis Iesu. S.

POST QVAM Theologiæ magistris operã dare desij, Iohannes Patriarcha, apud quos te extremo anno consecutus sum, nihil mihi prius fuit, quam vt primo tempore leuiter, postea accuratius cum Scholasticæ Theologiæ subtilitate scripturarum studia copularẽ, eaque, & re ipsa, & origine coniuncta minime dissociarem, sed quasi in antiquo fœdere, & in veteri amicitia continerem. Id vt diligentius, & liberius facerem, accidit percommode quòd haud ita multo post in celeberrimum Sancti Iacobi Zebedæi collegium cooptatus sum, quod Salmanticæ extruxit clarissimus princeps Alfonsus Fonseca Archiepiscopus Toletanus, ex quo, tanquam ex equo Troiano principes multi, atque in omni doctrinæ genere præstantissimi viri, semper prodierunt. Hic ego dum fui, vbi nemo me interpellabat, sui autem diu, totum me his literis dabam, quantumque alteræ alteris iuuarentur non sine voluptate experiens, congessi, & elaboraui non pauca, quæ postea mihi magno vsui, ac emolumento fuerunt. Hinc factum est, vt postquam placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, vt me ad societatẽ filij sui adduceret, vix eadẽ societas scholas sacræ Scripturæ habere statuerat, cum ei me operi præfecit, ac labori. Eius muneris duodecimo iam exeunte anno hæc ad te scribo, & bonam laborum, ac vigiliarum partem, hoc est in librum duodecim prophetarum commentarios, pignus perpetuæ meæ erga te obseruantiæ futuros mitto. Quam merito, ac recte hoc faciam, quan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tumque mihi de tali mearum lucubrationum patrono gratuler, dicerem multa, nisi & tibi laudes tuas audire molestum esset, & ego coram laudare eum etiam, qui dignissimus sit, possem sine pudore. Sed habes multos à quibus lauderis, neque enim tantæ, talesque virtutes, quas in te vel ab ineunte ætate nouimus, latent, aut latere possunt. Mihi hoc satis esse posset, quod societatem nostram maxime diligis, ac foues, nouisque beneficijs deuincis in dies. Deinde quod in hæc sacrarum literarum studia ardenter incumbis, & præstantissima, vt sunt, ac te, officioque tuo dignissima arbitraris: quibus Paulus instructum, atque ornatum episcopum esse vult, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere. Accipe igitur paterno affectu hoc, quidquid erit, libri: quod vtinam & Christianæ reipublicæ prosit, & tuo nomine non indignum videatur. Deus optimus maximus Ecclesiæ suæ diu te incolumem seruet. Ex Collegio Societatis Iesu Salmanticensi, Idibus Septembribus, anno à Christo Seruatore nato M. D. LXXXVII.

IN COMMENTARIOS DVODECIM PROPHETARUM Proœmium.

QVÆ ante paucos annos in Collegio nostro Salmanticensi auditoribus meis in librum duodecim prophetarum dictauerã, multis tam nostræ Societatis, quam exteris hominibus digna visa sunt, quæ literis, & memoriæ mandarentur; eaque sæpè efflagitabant, non à me modò, sed etiam (vt haberent, quo modo cessantem, & hærentem incitarent) ab ijs, qui mihi pro CHRISTO præsunt, & iure suo iubere possunt. Ego, & si non iniuria vereor, ne illis amor erga me imposuerit; & multas, magnasque in ea re difficultates inesse video: tamen ijs non parêre, quibus me propter CHISTVM ducendum, regendumque tradidi, nec possum, nec debeo? Nam vtcunque res cecíderit, tam honestus labor ex obedientia susceptus, & ad rem tantam, tamque difficilem explicandam adhibitus, vt equidem, & reor, & spero, non erit inanis in Domino. Quod si, DEO propitio, fratribus, atque conseruis meis, filijs matris meæ, spõsæ Domini mei vel ex parte vtilis esse potuerit, operam meam, quantacunque ea fuerit, fructuosissime, & felicissime collocatam arbitrabor. Accedit, quod dictata à me à plurimis sæpe descripta, tam mẽdosa, atque deprauata circunferuntur, vt, qualia sunt apud multos, mea dicere non audeam. Et quoniam tam multa exẽpla nec deleri possunt, nec corrigi; necessario hoc, quidquid erit, laboris sustinendum esse videbatur. Scio quosdam ex veteribus, quos ego potissimum sequar, & suis locis nominabo, ex recentioribus non paucos in hunc librum edidisse commentarios. Sed quemadmodum neminem eorum ab scribẽdo deterruit priorum autoritas, & eruditio; ita istorum doctrina, & copia nec extinguere posteriorum ingenia, nec retardare debent. Scriptura etenim sacra (vt in proœmio libri. 1. Regum scripsit Gregorius) tam mirabiliter ab omnipotente DEO condita est, vt, & si multipliciter videatur exposita; non desint tamẽ ei secreta, quibus seruet occulta. quia ferè nunquam sic exponitur, vt non plura remaneant, quæ quotidie exponantur. Dabo igitur operam, Spiritus sancti gratia iuuante, vt quantum licebit, integra sit, & perfecta explanatio: atque ad Historicum sensum, quem vnum discipulis tradideram, nunc, & posteriores curæ accedant, quæ (vt est in prouerbio) meliores sunt: & mystici addantur, & quasi firmis parietibus pulcherrimum culmen imponatur. Etenim vbi

aliud verba,aliud res verbis expreſſæ ſignificant,& Scriptura (vt Gregorij verbis vtar)vno,eodemque ſermone dum narrat geſtum, prodit myſteriũ:ſi verba exponũtur,& quid res indicẽt tacetur:aut geſtũ aperitur,nec proditur myſteriũ,nõ eſt profecto integra,atq;perfecta expoſitio,ſed imperfecta,&inchoata.Ex quo iã prudẽs lector quid his myſticis ſenſibus efficere velim,intelligit,non locos ſcriptitare communes, nõ ſpecioſa,& vulgi auribus grata,hinc inde concionantium more decerpere,ſed plenè pro mea paruitate prophetas explicare, & oculis videndum,ac manibus legentium tenendum offerre,quod ſæpe dicitur, nec ſæpe oſtenditur,Hiſtorico ſenſu alios interiores,& recõditiores in ſcripturis contineri,& Spiritum ſanctum, quo inſpirati locuti ſunt ſancti Dei homines,aliud verbis,vt dixi,atque aliud rebus,quas verba illa ſignificant,indicare voluiſſe.Hoc ſæpe Origines,& Ambroſius,ſæpe etiã Hieronymus in prophetis, hoc Gregorius in Morali expoſitione libri Iob,& quorundam capitum libri primi Regum,hoc Beda,& multi alij ex veteribus fecere.Siquis ergo plura,atque elegantiora ad morum cõformationem in ſanctorum patrum libris reperiri dicat:quis hoc negat?quis ignorat?At Moralem duodecim prophetarum enarrationem reperiri in ſanctis patribus nego, quæ hîc reperietur. Aliud eſt quædã ad mores pertinentia dicere,& hunc aut illum prophetæ locum attingere,aliud totum prophetam Morali explanatione elucidare. Vbi breuior ſum,meminerit lector me non concionatoris,ſed enarratoris perſonam ſuſtinere,& volumen in immenſum excreſcere potuiſſe, ſi res tot, tamque variæ fuiſſent pertractandæ.Vbi longior videbor,conſideret res vtiles, & ad cognitionem, ad vſumque præclaras non debuiſſe ieiuno, atque arido ſermone perſtringi. Legat Gregorij volumina,quibus cum Moralem tantum expoſitionem ſuſceperit, ſæpe feſtinat, & currit,ſæpe vbi vſus poſcit,diu in ſingulis immoratur.Sed quoniam de hoc exponendi genere in proœmijs Ioelis,& Ionæ,& Habacuc iterum ſum plura dicturus, duo nunc dicam:alterum placuiſſe mihi in hac re quod ſummis ſcriptoribus placuit, & id me conatũ fuiſſe ſequi,quod illi cum conſequebantur,multum ſe vtilitatis Eccleſiæ attuliſſe ſperabant:alterum, myſticas explanationes ſua inſcriptione ab Hiſtorica cõſultò à me fuiſſe ſeiunctas , atque ſeparatas , facileque à faſtidioſo lectore poſſe præteriri:& cum non minus in illa operæ poſuerim , quam ſi ſola eſſet ſcribenda,nemini quod in his additum eſt, quaſi auctariũ, debere diſplicere. In vniuerſo opere vulgatam latinam tranſlationem, quam Eccleſia ſemper probauit,& ceteris prætulit, ego ſemper ſequar ac pro virili parte defendam , locoſque eius à calumnia vindicatos in extremo pene indice rerum,atqueverborum indicabo:reliquas nõ aſpernabor,vtar eis potius, niſi vbi huic aduerſantur,aut id habent : quod ſi teneas,nequeas id tenere,quod eſt in illa.Verum tam in hac defenſione quam in obſcuriſſimorum locorum elucidatione neceſſe habeo ſæpe ad fontes,id eſt ad Hæbrea,& ad Græca confugere,vt Origenes,& Hieronymus,& doctiſsimi quique omnibus ſeculis fecerunt,quod (tamet ſi modice faciam,& multitudinem,quantum potero,vitabo) latino lectori nimium fortaſſe videbitur & moleſtum : ſed habeo magnum Eccleſiæ lumen Hieronymum, qui,dum ſeſe excuſat , pro me etiam ſæpe reſpondet,non ſe declamationes ſcribere,ſed ſcripturam explicare,quę integre,atque exactè ſine his explicari non poteſt. Quod ad dicendi genus attinet,quod ſimplex,& planum de induſtria eſſe voluimus, hoc tantum cum eodem dicam,me non panegyricum , aut controuerſiam ſcribere,ſed commentarium;id eſt hoc habere propoſitum,non vt mea verba laudentur,ſed vt quæ ab alio dicta ſunt,ita intelligantur,vt dicta ſunt.Officij mei eſt obſcura diſſerere,manifeſta perſtringere, in dubijs immorari.Vnde & à pleriſque commentariorum opus explanatio nominatur. Siquis eloquentiam quærit , vel declamationibus delectatur, habet in vtraque lingua Demoſthenem,Tullium,Polemonem,& Quintilianum:Eccleſia Chriſti nõ de Academia,& Lycæo,ſed de vili plebecula congregata eſt. Et paulo poſt:Qui per me intellecturus eſt Apoſtolum,nolo vt mea ſcripta difficulter intelligat,& ad interpretem cognoſcendum alium quærat interpretem.Hoc ſi Hieronymo licuit eloquentiſsimo viro , quanto magis mihi ignoſcere debet pius lector infanti , atque elingui?

Hieron. in proœm. lib. 3. in cõmentar. ad Galat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ERRATA PRIMI VOLVMINIS,

A. priorem B. posteriorem columnam significat.

Pag.1.a.lines.n.2.de.l.2.e denique de.par.3.b.lin.21.tangitur.l.tanguntur.p.13.a.ll.lab.modo.l.modo.p.18.a.ll.tis.erant.l.erant.p.23.b.lin.12. Balil.l.Baalim.p.26.a.lin.Præ Chaldæis.l.Chaldæi.p.30.a.in.lexi.Hieronymus.l.Hieronymum.p.31.b.lin.docent.l.docebant.p.41.b.lines. hal.Theodoretus.l.Theodorus.p.44.b.lin.dic.cum.l.cur.p.48.b.lin.quo.habitantibus.l.habitantium.p.52.a.in margine.casum.l.peccatum.p. 54.b.li.tari femine.l.tarrin femine.p.68.a.ll.Et similiter.l.Et solitu tin.p.89.a.li.46.probo.l.probro.p.70.b.ll.erubuisti.l.habemus.p.73 b.li.prostrati.l.prostrare.p.73.b.li.in initio.l.initio.p.89.a.li.Recipiebi.reiiuisti.p.92.a.lin.ex.educti.l.ex.educi.p.93.a.li.me.qui ex.l.qui ali. 102.a.li.sci.inde.16.lin.ad.p.115.b.li.tis.meteres.l.miseros.p.122.a.li.ur.versū.virum.p.125.a.lin.Id dici.l.in die.p.129.b.lin.illud.Psal.36.l.Psal.39. p.134.a.lin.Qui quoniam.l.quibulum.p.169.a.lin.ifte.l.echonias.l.Chontas.p.179.a.lin.zodibus.l.codicibus.p.184.b.lin.imma.celestem.l.celerem.p.185. b.lin.sed præterium.l.preterram.p.192.b.lin.soiemus.in margine sit, Dico.p.211.b.lin.pe.unne.l.tunc.p.212.b.lin.ter.quem præ.l.quem verba præ.& lin. fuerit.l.fuerit.p.216.b.lin.pus reliquit.l.reliquit.p.217.a.lin.3.Fa.super Iohannem.l.super Iohannem,id est,ad Iohannem.p.235.a.lin.Quarranus.l. Quintanus.p.236.a.lin.editiones.l.curiosus.p.246.a.lin.fuit.Felice.l.lib Felice.&li. Chri.vel.&.p.247.b.li.Et.meum.l.me.am.p.345.247.b.line2. At non.l.An non.p.262.b.lin.in afferenda.l.afferenda.p.268.2.lin.Et.quod.l.quoc.p.269.2.li.quod.b.aptizasmin.l.baptizabimini.p.272.a.lin.20.mis- sula.l.masculinus.&.lin.id.forsrendiois.l.fortitudines.p.272.b.lin.fese.oerent.l.occurrent.p.278.2.lin.20.mi- ne.arnistitur.l.efficitur.p.287.2.b.om.fere.l.fera.p.285.b.li.cel.extrate.l.carnatem.p.305.a.lin.pro.cap.6.l.cap.7.p.306.b.lin.tunt.exteuerunda.l.exte nuanda.p.308.b.li.funt.Hiere.l.Hieronym.& li.tunc.prophetetis.l.prophetetis.p.310.a.li.pe.tardatus.l.tardus.p.324.a.li.videretis.l.cum videretis.p.326. a.li.ant.5.cap.34.&1.Moral.cap.3.p.340.b.lin.qui.laudabunt.l.laudabant.p.354.b.li.te veteres.l.te veteres.p.358.a.li.nam.patrentium.l.potentium.p. 368.2.lin.cium.exquentissimis.l.exquisitissimis.p.369.b.lin.tra Behalid.l.Bahalid.p.374.b.lin.tus.l.cur.p.378.b.li.tem.cum.l.cum.p.386.b.li.no.inter preses.l.interpres.p.387.a.li.vbi enim.l.vbi etiam.p.400.b.lin.& qui.redigentur.l.redigetur.p.405.a.lin.ex.cibri.l.cribri.p.409.b.lin.Iof iosium.l. iudicum.p.430.a.lin.us.Malach.l.Miche.p.431.b.li.exer.in margine.Psal.79.p.440.2.li.oci.relinquent.l.relinquant.p.442.2.lin.Mo.missi.l.missi.p. 449.b.lin.& meleter.p.450.a.lin.eum.imperitissimi.l.imperitissimi.p.453.b.lin.ahi.Abraham.l.Arabiam.p.458.b.lin.di.figurare.l.figurate.p.472.b. lia.bus.prster.l.præsert.p.474.b.lin.& fa.nomine.l.homine.p.494.a.lin.ipse.confentaneum.l.consentaneum.p.504.b.lin.bu.eram.l.etiam.p.509.b.li. ph.illarum.l.illorum.p.522.b.lin.Hodellam.l.Hodollam.p.529.b.lin.a.qui.innentus.l.iuuentus.p.536.a.lin.con.qui.l.qui.p.549.a.lin.ci libertis.l.scbetis p.550.b.lin.fed.Allegoria.l.allegoria.p.552.a.lin.Da.cinatas.l.etuttas.& b.lin.mus.Samuelem.l.ad Samuelem.p.557.a.lin.&c.Gertem.l. Certum.p. 559.a.lin.tax.poiemus.l.posteriuritat.p.582.b.li.&c.l.&c.p.589.b.li.Qsid.l. Quid.p.591.2.li cun.vr.l.&.p.594.a.li.10.&.31.20.&.11.p.605.2. in mar gine.Psal.92.l.Psal.93.p.624.a.lin.prz.ambolauerimus.l.ambolauimus.p.628.2.lin.vt confunderur.l.confunderetur.

ERRATA SECVNDI VOLVMINIS.

Pag.2.a.lin.num.l.cere.l.tacentem.&.b.lin.vno manachem.l.Manahē.p.2.2.lin.nuf.funt.l.funt.p.7.a.li.rx.delinquisti.l.relinquitis.p.8.b.li. ris.faciet.l.facier eius.p.17.b.lineā.afsy.adduxit.l.abduxit.p.26.a.lines.id.omnes.l.omnia.p.17.2.lines.te.post.hoc.l.post hac.p.24.2.a.lin.pit. Ninive.l.Ninive.p.27.b.lin.fol.At ne quid.l.Ac ne quis.p.28.2.lin.fu.qui.l.qui &.&.b.lin.lib.pontifex.l.pontifex erat.p.31.b.lin.me.in alte- rz.l.en altera.p.33.b.li.in.tinentibus.l.tinentibe.p.45.b.li.fuliis.l.filiis.p.62.a.li.Quod.quam.l.quam etiam.p.74.2.lin.hxc.fit.l.fit.p.85.b.li. feul.nam.l.Nahum.p.98.2.lin.quæ.intellimus.l.intelligimus.p.101.b.lin.90.&.l.vs.p.110.b.lin.lia interpres.l.interpretes.p.112.b.lin.da.belte latur.l.beltasatar.p.117.2.lin.quo.putam.l.putam.p.134.2.lin.l.cornustilus.l.cornustibi).&.b.lin.re perditous.l.perditmini.p.135.b.li.Exc.e.g.l.35.pe- uello.p.172.b.lin.re.litera.l.litera.p.177.2.in margine principes & seculares.l.principes seculares.p.178.2.lin.&.deferra.l.deferta.p.181.b.li.Exc.e.g.l.35.pe- nuat.l.infertimus.p.192.b.lin.&.promissiones.l.promissimus.p.221.b.li.bel.infestantia.l.infestare.p.224.b.lin.Cyrus.vniuerse.l.vniuerso.p.225.b.li.exer- fundit.l.fudit.p.230.b.li.effluere.l.effluere.p.247.b.lin.cet.quid.l.quia.p.257.b.pir.gregori.l.gregorius.p.286.b.li.dn.confilia.l. consilio.p.289.2.lin. rit.fud.l.fab.& lin.per.terrum.l.terram.p.295.a.lin.lum.disperdant.l.disperdam.p.311.b.lin.tur.tunc.l.nunc.p.244.b.li. tio. permouemur.l.permouetur. p.345.a.lin.bi. quanta.via.l.quarania.p.357.b.lin.det.l.des.p.358.2.lin.no.respectus.l.respecta.p.365.2.lin.bunt.transkerrunt.l.transiisserunt.p.375.a.li. bem.Christi.l.Christi.& lin.ver.synagoma.l.synagogam.&.b.linea.pto.& versu.l.tra versu.& linea.ssorem.reduc.l.reducam.p.374.a.li. nos. eximinatur. l.examinatur.p.386.b.lin.ms.pisciuum.l.pisciem.p.393.b.lin.su.tabernalis.l.tabernaculis.p.384.2.lin.cu.attrendunt.l.attendunt.p.408.a.lin.lu.afficie nis.l.afficitis.p.416.a.lin.air.hoffiam.l.hoffiam.p.439.b.lin.ego. Linisem sui.l.sui) cum.l.cui.&.lin.vita.l.qui est vita.p.427.b.lin.tur.disite.l.disitis.p. 431.a.lin.pu.altrsime.l.altrsimi.p.438.2.in.mi. liquefactiar.l.liquefiant.p.436.b.lin. filios.l.vitros filios.p.439.a.lin.ci.verteres.l.veteres.p.444.b.lin. aue.&.l.vc.&.lin.Augu.ae.l.Augui.20.p.447.proye num.25.scribe in margine, Lex christi est quasi radix.

FINIS.

DE OPTIMO GENERE EXPONENDI PROPHETAS.

PRAELVDIVM I.

1

ANtequam ad expositionē accedam, quædam mihi prius, quasi præludia, præmittenda esse video, quæ sunt ad omnium prophetarum intelligētiam necessaria: ne sint eadem sæpè repetenda. Primum illud est, in quo veteres Scripturæ tractatores minimè laborarūt, quod esset eiusmodi, vt dubitationis vel parum, vel nihil habere videretur, quo modo optimè explicarentur prophetię: vtrū omnes ad CHRISTVM essent referendæ, an quædam. Sed, quoniam in ea tempora incidimus, quibus inter eruditos magna de hac re contentione certatur, eam præterire non potui: ne ij, quibus alterum expositionis genus magis probatur, præiudicio decepti, nostram continuo reijciant. Sit igitur (vt ait Hierony. in procem. li. Reg.) hoc præludiū primū quasi galeatū principiū omnibus libris prophetarum. * Duo sunt extrema exponendi genera: primum est valde abiectum, atque humile, quodque vtique humi repit, nec CHRISTI mysteria, sed (vt ille ait) stultorū regum, & populorum cōtinet æstus, bella, seruitutes, captiuitates. Hoc ab Hebrēis in uectum est: ante quorum oculos positum est, vsq; in hodierum diem velamen, dum leguntur Moyses, & prophetæ: & odio CHRISTI, Christianorumque flagrantes, quidquid de CHRISTO dicitur, aut quantū possunt, eludunt, & in alienas expositiones detorquent: aut, si id minime datur, ad suū illum Messiam referunt, quem venturum expectant: nostro, qui verus Messias est, &

2 1 Genus exponēdi prophetas.

iam vēnit, adimūt. In quo, cùm sint omnes vitādi, tùm maximè recētiores, qui adhūc peius nomen Christianum oderunt. Inter orthodoxos etiam illi sunt vel omnino fugiendi ineruditis, vel eruditis attentissimè legendi, qui Hebræorum indiuidui comites, & sectatores esse voluerūt, quos ne audiendos quidem arbitror, cum vulgatæ Latinæ translationi illorum commētarijs adhærentes repugnat. Nec enim animaduerunt tempore autorum horum multo minorē fuisse apud Iudæos Hebraicæ linguæ cognitionem, vniuersa gēte per varias prouincias, perque varios casus iactata: puriorem fuisse linguam, & suis notiorem memoria Hieronymi, & veterum interpretū, quos Hieronymus est in multis secutus. Itaque multorum vocabulorum proprietatē ignorantisti, & sinistrè interpretantur, quę Hieronymo, & veteribus minime erāt ignota, vt suis locis aperte comprobabo.

* Alterum exponendi genus est, cùm singuli versus, & singula penè verba de CHRISTO explicantur, idq; historico sensu; quod à multis viris doctis, & pijs eo defenditur pugnacius, quo se magis eo tenēdo ac tuēdo obsequiū Deo prēstare credūt: quasi placere DEO quidquā possit, quod à veritate abhorreat, cū DEVS veritas sit. Hæc duo genera, cū prorsus à veritate aliena esse cōuicero, facile obtinebo tertiū genus esse solū probandū inter hęc extrema mediū, atq; interiectum; quod prophetas nunc multa de CHRISTI aduentu, natiuitate, doctrina, passione, & resurrectione, ac de Ecclesię mysterijs prophetare historicè affirmat,

3 1 Genus exponendi.

Tertiū genus optimum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nunc ad tui sæculi mores conuerti, vitia reprehendere, captiuitates, & imminentia supplicia minitari, multa deniq; de CHRISTO, & Ecclesia in vniuersa veteris testamenti scriptura literæ sensu dici, plurima, aut penè omnia mystico. Pene omnia inquam, quoniam sunt in scriptura quædam, quæ non ad mystica significanda ponũtur; sed, vt illa ipsa, quæ significant, inter se mutuo connectantur, vt eruditè adnotauit Augustin. 16. de Ciu. cap. 2. * In primi confutatione non est, quod multum laboremus, cùm ab ipsa scriptura apertissime confutetur, & valde illi cõueniant cum veteri Fausti, & ceterorum Manichæorũ insania impudenter affirmantium nulla extare apud libros prophetarum de CHRISTO testimonia; quos toto lib. 12. contra Faustum redarguit Augustinus. In scripturis sanè nihil manifestius. Iohann. 5. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere; & illę sunt, quæ testimonium perhibent de me. Et ibid. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitã & mihi; de me enim ille scripsit. Luc. 24. O stulti, & tardi corde ad credendum in omnibus, quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati CHRISTVM, & ita intrare in gloriam suã? Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Ro. 1. Segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnẽ. Et, vt innumera omittã, illud Psal. 109. Dixit Dominus Dño meo; sede à dextris meis; de se dictum testatur Dominus IESVS Matth. 22. quem locum ideo attuli, vt aperto exemplo ostendam, quanto sint recentiores Hebręi veteribus vel indoctiores, vel nequiores. Nã cùm recentiores variè interpretẽtur, & vel de Dauide dictum velint; vel Eliezer seruũ Abraham de domino suo loqui à cæde regum cum victoria reuertente: apud veteres Hebræos ita pro certo habebatur de Messia locutum esse prophetam, vt, quid Seruatori responderent, non habuerint, qui legis, & prophetarum peritissimi habebantur.

4 Cõfutatio primi generis exponẽdi.

5 * Congregatis (inquit) Pharisæis, interrogauit eos IESVS dicens, Quid vobis videtur de CHRISTO; cuius filius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo; sede à dextris meis, &c? Si ergo Dauid vocat eum Dominum; quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum: neque ausus fuit quisquam ex illa die eũ amplius interrogare. At nisi plane cõstaret apud omnes de CHRISTO verba fieri; facile fuisset Pharisæis respondere, non ad CHRISTVM, sed ad alium quempiam pertinere prophetiam. Secundum genus, & si patronos habet meliores; tamen, si rectè consideretur, nihil habet probabilitatis. Nam veteris testamenti historias, nemo ita insaniet: vt literali sensu de CHRISTO interpretetur, cum clamet Paulus post multas historias, Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorum. 1. Cor. 10. Et ibid. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correctionem nostram. Gal. 4. Scriptũ est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, &c. quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamẽta, &c. Eph. 5. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in CHRISTO, & in Ecclesia. * Tota ergo controuersia est de libris prophetarum: in qua operæpretium me facturum arbitror, si meam sententiam patrum autoritate confirmauero, quos sibi vnicè fauere iactant aduersarij. Hieronymus, qui, cùm de scripturis agitur, vel in primis audiẽdus est, ita scribit in proœmio Comment. in Isaiam. Vnde post historiæ veritatem spiritualiter accipienda sunt omnia & sic Iudæa, & Ierusalem, Babylon, & Philisthijm, Moab, & Damascus, Ægyptus, & desertum, mare, Idumæa, & Arabia, ac vallis Sion, vel vallis visionis, & ad extremũ Tyrus, & visio quadrupedum, intelligenda sunt, vt cuncta quæramus in sensu: & in omnibus his, quasi sapiens architectus Paulus Apostolus iaciat fundamentum, quod nõ est aliud prẽter CHRISTVM IESVM. Vides Hieronymum plane docere etiam in Isaia, qui propheta Euangelicus est, & plurima habet de CHRISTO historico sensu intelligenda, esse etiam multa, quæ non nisi mystice de eo intelligantur? Sed quid ego certũ Hieronymi locum indico? cùm vbique in commentarijs prophetarũ prius literalem sensum iuxta translationẽ suam exponat; deinde, vbi literam de CHRISTO

Cõfutatio secundi generis, & confirmatio tertij.

6

non loqui videt, cõtinuo vel ad eius, & Ecclesię mysteria, vel ad morum cõformationem confugiat. LXX. interpretum versionem edisserẽs? Quid, quod apud istos Hieronymus non bene audit, quasi nimius sectator Hebræorum, & ipsi ceteros patres contrà sentientes opponunt? * Omittamus ergo suspectum (si ita volunt) testem: alios proferamus, quos cauillari non possint: imprimisq; Augustinum, cuius lib. 17. de Ciuit. cap. 3. hæc sunt verba. Ita etiam ceteræ ab isto Regum tempore prophetiæ partim pertinent ad gentem carnis Abrahæ, partim vero ad illud semen illius, in quo benedicuntur omnes gentes coheredes CHRISTI per testamentum nouum, ad possidendam vitam æternam, regnumq; cœlorum. Partim ergo ad ancillam, quæ in seruitutẽ generat, id est, terrenam Ierusalem, quæ seruit cum filijs suis; partim vero ad liberam ciuitatem DEI, id est veram Ierusalẽ æternam in cœlis, cuius filij omnes secundum Deum viuentes peregrinantur in terris: sed sunt in eis quædam, quæ ad vtramque pertinere intelliguntur, ad ancillam propriè, ad liberam figuratè. Tripertita itaque reperiuntur eloquia prophetarũ: siquidem aliqua sunt ad terrenam Ierusalem spectantia, aliqua ad cœlestem, nõnulla ad vtrãq;. Idem lib. 12. contra Faustum. c. 7. Quis autem potest, non dico vna breui responsione, quales in hoc opere habere coartamur, sed quolibet ingẽti volumine omnia commemorare præconia prophetarũ Hebræorum de Domino, & SALVATORE NOSTRO IESV CHRISTO, quandoquidẽ omnia, quæ in illis continentur libris, vel de ipso dicta sunt, vel propter ipsum: sed propter exercitationem quærentis, & delectationem inuenientis multò plura ibi per allegorias, & ænigmata, partim verbis solis insinuantur, partim etiã facta narrantur? Et ca. 37. Quis potest ex occasione alterius operis, omnia, quæ in illis veteribus legis, & prophetarum libris figurate CHRISTVM annuntiant, quantalibet breuitate perstringere? * Huc etiam pertinent diuisiones illę Gregorij homil. 1. in Ezech. Spiritus, inquit, prophetiæ nec semper, nec eodem modo prophetæ animum tangit. Aliquando enim spiritus prophetiæ ex præsenti tangit animum prophetantis, & ex futuro nequaquam tangit, &c. Et postea, Sciendum quoque est, quod prophetæ quidem è proximo tanguntur, atque è longinquo minimè tanguntur, &c. Si aliquando animus prophetæ tangitur ex præsenti, nõ ex futuro: ergo sæpè de præsentibus populi sui rebus, non de futuris CHRISTI mysterijs loquuntur. Similiter, si aliquando è proximo tanguntur, & non è longinquo, nõ semper de CHRISTO prophetant. Nam quæ de CHRISTO sunt, vocat Gregorius è longinquo. Idem hom. 2. docet prophetas prius radicem historiæ figere, & post fructus spiritus per signa, & allegorias proferre. Norum est autem allegorias esse de CHRISTI, Ecclesiæq; mysterijs. Basilius Magnus in prologo in Isaiam, cùm argumentum prophetæ explicuisset, Iudææ, & Samariæ, deinde & exteris nationibus multa mala pro peccatis prænuntiantis, hęc ad extremum addidit pręter ea, quę CHRISTO acciderunt, sparsim in vniuersa prophetia interiecta. Atque vnumquodq; horum (loquitur autem de ijs, quæ CHRISTVM in litera non sonant) & iuxta historiam dicitur, & mysticum sensum habet annexum. In quo Basilius non sensu tantũ, sed verbis etiam penè cõuenit cum ijs, quæ paulo ante retulim° ex Hieronymo. * Theodoretus in prologo cõmentar. in Dan. cùm in Hebræos inueheretur, quod Danielem in prophetis non numerarẽt, probat necessario prophetam esse censendũ, cùm prophetæ munus sit futura prædicere. Inspicia mus, inquit, num hęc & prænouerit, & prędixerit beatus Daniel? Et quæ de Domino CHRISTO locutus est, interim silẽtio contineamus, alias vero ipsius prædictiones in medium proferamus. Comperimus igitur de Babyloniorum, de Persarum, ac Macedonum, de Romanorum regno ipsum cõplura prædixisse: quæ nam videlicet Babylonio regi euentura essent; & quemadmodum Persæ illius regnum occupaturi, &c. Non ergo omnes prophetiæ de CHRISTO sunt. Et postea, Considerate itaque, num admodum iniustum sit Habdiam, qui mala Idumæos inuasura dũtaxat prædixerit, & Ionam, atque Nahum de vna tantum ciuitate Niniue vaticinatos, adscribere in numerum prophetarum: at beatum Danielẽ, qui non de vna ciuitate, aut exigua natione, sed de maximis regnis, Chaldaico, Persico, Macedonico, Romano, & de ijs, quæ ab ipsis sigillatim gesta sunt, prænuntiarit, prophetico cognomine defraudare. Sed quid ego de hoc Theodoreti proœmio

7

8

9

Universidad de Deusto
Biblioteca

10 loquor? * Vide proœmia in ceteros prophetas, tam Theodoreti, quam Cyrilli, & Hesychij, & cæterorum patrum, siue Græci sint, siue Latini; vide eorũ cõmentarios; videbis multa de CHRISTO, multa de alijs rebus scribi à prophetis. Quid multa? Rupertus Abbas, qui duodecim prophetas non tàm literaliter, quàm allegoricè exposuit, & qui se in prophetis, vt in omnibus scripturis semper CHRISTVM quærere testatur in prolog. 12. prophetarũ, paulo post in prologo in Hoseã quærit, quomodo æqualẽ libris Moysi autoritatem nacti fuerint apud Hebræos libri prophetarũ, cũ ita inuisi fuerint populo ipsi autores, vt sæpè crudelissime ab eo fuerint interfecti? Respondet habuisse hãc autoritatẽ ex certo rerũ, quas prædicebãt euẽtu: ex quo cõstabat Dñm per eos locutũ fuisse, iuxta illud Deu. 18. Quod si tacita cogitatione respõderis, quomodo possum intelligere verbũ, quod nõ est locutus Dñs, hoc habebis signum: quod in nomine Dñi propheta ille prædixerit, & nõ euenerit; hoc Dñs nõ est locutus; sed per tumorẽ animi sui propheta cõfinxit, & idcirco non timebis eũ. Deinde addidit Rupertus. Porro sancti prophetæ isti, cũ mitterẽtur ad pręnuntiãdum de lõginquo CHRISTI aduentũ, simul etiam de propinquo datũ, vel iniũctum est illis prophetare illud, in quo citius veraces comprobari possent, scilicet imminentem ab Assyrijs Israeli captiuitatem; itemq; instantem Iudæ quoq; Babylonis transmigrationem, & præterea nonnulla etiam minora, quæ literis eorum legimus inserta. Cũ igitur citò euenisset captiuitas, siue transmigratio illa, sicut per illos veritas prophetica prædixerat; palã constitit, quod veraciter fuissent locuti in nomine Domini, & quod Dominus misisset eos; atque ita completa prophetię pars illud quoq;, quod reliquum, vel maximum erat, de promissione vel aduentu Messiæ verum fore conuincebat. * Ex hoc Ruperti documento, quod & verissimum est, & ad prophetarũ intelligentiam præstantissimum, satis abũde intelligimus, quantum à veritate aberret secundum istud genus exponendi; etiã si nihil reliqui patres dixissent. Hoc quoq; ex scriptura confirmat Hieronymus in Isa. c. 37. in illud. Tibi autem hoc erit signum. Nunc, inquit, ad ipsum sermonem facit; ne forsitan dubitet vẽtura, quæ dicta sunt. Et idcirco vel maxime prophetæ apud populum sermonum suorum habebant fidẽ, quia non solum de ijs, quæ multa post sęcula futura erant; sed etiam quæ in continenti & post non grande temporis spatium essent implenda, memorabant: & quod intra biennium & rex Assyrius interiret, & vrbi Ierusalem securitas redderetur. Idem ait in Hamos c. 7. in principio. * Verùm etsi patrum testimonia deessent, aperta ratio conuincebat. Quis autem nesciat, aut negare audeat prophetas concionatores, ac magistros illius populi fuisse? Quomodo ergo fieri poterat, vt sola futurorum CHRISTI mysteriorum prędictione contenti essent; de peccatis autem, quibus iram Dñi in se populus prouocabat, de morum emendatione, de supplicio imminentium captiuitatum, quasi ipsi præuidebant, omnino tacerent? Hoc si facerent, plane Dei præcepto repugnarent: & grauiter in animas suas peccarent. Scriptum enim est Isa. 58. Clama; ne cesses; quasi tuba exalta vocem tuã; annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Et Ezec. 3. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel; & audies de ore meo verbum; & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat: ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram. Pleni sunt huiusmodi verbis libri prophetarum. * Quis ergo non videat plurima esse in prophetis, quæ historico sensu ad CHRISTVM minime sint referenda; sed ad illorum temporum statum, ad mores, ad captiuitates? Legamus totum contextum Ieremiæ: quid apertius? Legamus ceteros prophetas: nemo dubitabit. Vnde eleganter Lucas Euangelista c. 24. Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Quod ita dictũ videtur, ac si diceretur: omnia quę de ipso erãt. Si vbiq; prophetæ de CHRISTO loquuntur, quomodo potuit tot millia versuũ tã breui itinere interpretari? At quoniã non omnia interpretatus est, quæ erant in prophetis, sed quæ de eo dicta erãt; meritò dixit, Interpretabatur, quę de ipso erãt. Eleganter quoque Hiero. in Hos. c. 1. in illud, Et abijt, & accepit Gomer, prophetæ, inquit, sic multa post sæcula de aduentu CHRISTI, & vocatione Gentium pollicentur,

11 12 13

centur, vt præsens tempus non deserant, ne concionẽ ob aliud conuocatã non docere de ijs, quæ instant; sed incertis, ac futuris ludere videãtur. Et in Isa. c. 25. in fine ait, Igitur sermo propheticus, licet de cõsummatione mũdi generaliter texat vaticiniũ; tamẽ, ne præsentia omnino videatur negligere, nominat Moab, qui fuit inimicus Israel, &c. Quod Hieronymus dicit, apertissimè ex verbis ipsis prophetarũ intelligitur, vt iã diximus; & videre licet in Orige. hom. 1. in Ierem. & hom. 6. in Ezec. in Basil. in proœm. in Isai. * Inuitus in re perspicua immoror: sed cogor ab ijs, qui insignẽ pietatem existimãt nihil non de CHRISTO interpretari; & profanos, atq; à CHRISTO quodam modo alienos cẽsent, quoscũq; errori suo assentiri nõ viderint. Quod si quãdo veritatis, & testimoniorum luce conuicti fateri cogũtur, quædã historice in prophetis de CHRISTO dici, quædã mystice; tamen, cùm ad eos veniũt, mirificè verba detorquent; & vim illis afferunt; omniaq; historicè de Christo contendunt esse explicãda. Quid igitur ad sanctorũ autoritatẽ respondebimus, qui plurima in omnibus prophetis ad CHRISTVM referunt? Equidem, quod hactenus dixi, non ex meo, sed ex sanctorũ sensu dixi: nõ ergo nobiscum sancti pugnant, si secum non pugnãt. Deinde aliud est dicere in vniuersum multa de Christo dici à prophetis, multa de rebus alijs; quod quidem nunc agimus: aliud, intelligatur ne iste locus, aut ille de Christo, de quo nullum verbum hactenus fecimus; id enim singulorum verborũ expositioni relinquendum est. Conabimur itaq; de CHRISTO Domino nostro interpretari quæ licebit: quæ verò nõ licebit, si alij aliter interpretentur, reddemus rationẽ, cur non videantur de eo interpretanda. * Sed, ne sæpè eadem iteranda postea sint; duo mihi videntur ad sanè intelligendas sanctorum patrum expositiones magnopere adnotanda. Primum est cõmunem illam patrum doctrinã, vbiq; Christi mysteria inueniri, tàm in libris legis, quàm prophetarum, Veritate ipsa dicente, Scrutamini scripturas; & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me? non esse de literali sensu dũtaxat intelligẽdam, aut de spirituali; sed de vtroq;. Referã exẽpli causa verba Ambrosij, quæ prophetarum intelligẽtiam mecum in hoc opere quærentibus valde proderunt, vt iam nunc norint, vnde sit potissimum petẽda. Inquit

14

15 Duo notanda ad sanctorum intelligentiã.

Quo sensu dicant sancti totam Scripturam plenam esse mysterijs Christi.

ergo beatus pater ser. 8. in psal. 118. Docet autem Deus, & mentes illuminat singulorum, & claritatem cognitionis infundit; si tu aperias ostia cordis tui, & cœlestis gratiæ recipias claritatem. Quando dubitas, diligenter inquiras: qui enim quærit; inuenit: & ei, qui pulsat, aperitur. Multa obscuritas in scripturis propheticis: sed si manu quadã mentis tuæ Scripturarum ianuam pulses; & ea, quæ sunt occulta diligenter examines; paulatim incipies rationem colligere dictorum; & aperietur tibi, non ab alio, sed à DEO VERBO; de quo legisti in Apocalypsi, quod agnus librum signatum aperuit, quem nullus antè aperire poterat: quia solus Dominus IESVS in Euangelio suo prophetarum ænigmata & legis mysteria reuelauit: solus scientiæ clauem detulit, & dedit aperire nobis. * Hæc, & multa similia in libris patrum significant plenam esse vniuersam Scripturam mysterijs Christi, & Euangelij, modo literali sensu, modo spirituali. Hoc, toto lib. 12. contra Faust. docet Aug. nam, vt Faustũ refellat negantem, quidquam à prophetis de Christo esse dictum, multa affert ex lege, & prophetis, quæ nunc iuxta historiam, nunc iuxta mysticam intelligentiam ad eũ pertinent. Et Cyrillus lib. 3. in Ioh. c. 9. in illa verba. Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi; de me enim ille scripsit: ait, Considerate figuras quæ veritatem parturiunt: ego in libris eius obumbratus sum: & statim, Pleni sunt libri Mosaici figurarũ huiusmodi, &c. Et Theophy. in eorundẽ expositione. Vbi autem scripsit de eo? Etenim dictum hoc, Prophetã suscitabit vobis Dominus, de Christo erat; & alia multa tã in verbis, quam insignis, & symbolis, vt miraculũ rubi, &c. Et in verba citata Luc. 24. ita inquit, Vnde & à Mose, & ab omnibus prophetis interpretatur eis, nẽpe mysterium sacrificij Abrahæ, quando dimisso Isaac, aries immolatus est. Hæc enim, res Dominicas præfigurabant; sicut etiã ipse Dñs dicit, vidisse Abrahã diẽ suũ, & exultasse. Et statim ferè, In reliquis autẽ prophetis sparsim sita sunt, quæ de cruce, & de resurrectione dicũtur, præsertim in clarioribus. * Idem ex scriptura ipsa aperte intelligitur. Nam, vt omittam, quæ de se Dominus Iesus Christus interpretatus est in Euãgelijs; &, quę in Actis, & epistolis suis apostoli interpretati sunt; quorũ multa historico sensu, multa allegorico ad CHRISTVM referũtur, quæ modo lõ-

Vnde petẽda intelligentia prophetarum.

Apocal. 5.

16

17

Universidad de Deusto
Biblioteca

gũ esset enumerare: illa verba Lucæ, Incipiens à Moyse, & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus Scripturis quæ de ipso erant, satis hoc indicant. Quæro enim ex te, an in singulis legis libris, & historiarũ possis mihi ostendere aliqua iuxta historiam de CHRISTO dicta? Non poteris: at iuxta allegoriam poteris. Si in omnibus prophetis interpretatus est; quid habet Ionas de CHRISTO, si literã intueare? Ne verbũ quidem. Intuere allegoriã: tota prophetia scribitur de CHRISTO. Propterea ergo dixit Aug. lib. 12. cõtra Faust. c. 7. Omnia, quę in illis continentur libris, vel de ipso dicta sunt, vel ꝓpter ipsum: id est, vt ipsum significarent. Mos enim est sacræ Scripturæ, vt vno, eodemq; sermone, dũ narrat gestum, prodat mysterium; vt recte traditum est à Greg. 20. Moral. c. 1. * Alterũ est antiquos Ecclesię tractatores, quoniã optime sciebãt vtroq; sensu de CHRISTO loqui Scripturã, solere in suis libris passim testimonia de CHRISTO afferre spirituali sensu accepta. In quo non pauci sæpè labuntur, qui continuo historicũ sensum putant, quęcunque a patribus afferri vident. Pugnant & ratione vtcunq; probabili. Quomodo, inquiũt, sancti aduersus Iudæos disputãtes mystico sensu vtantur, quẽ infirmum, & ineptum esse sciunt ad confirmationẽ dogmatũ? Digna ratio, cui respondeamus. Primùm patres, cũ verba ad populũ faciunt, aut catholicis scribunt, plurima mysticè exponunt, quod eũ sensum aptiorem esse iudicent ad id, quod agũt. Quod & apostolos ipsos interdũ fecisse constat, & cõcionatores veterũ exemplum secuti vbiq; faciunt. Quando vero Iudæorũ insanias, & infidelitatẽ refellunt; id, aut apud catholicos faciunt, aut apud Iudæos ipsos. Si apud catholicos, vt Cyprianus, & Tertullianus in libris contra Iudęos, & Augustinus, & Chrysostomus; vtroq; sensu promiscuè vtuntur, considerantes sibi cũ beneuolis, & pijs auditoribus rem esse, qui Scripturæ, non solũ aperta verba; sed etiam mysterijs, & figuris tecta, & inuoluta venerentur. Si eũ Iudęis dũtaxat confligunt, vt beatus martyr Iustinus cũ Tryphone; tunc vigilantius, & acrius pugnant, mucronesq; exacuunt, & punctim aduersarium ferire contendunt. Itaq; historico tantum sensu fere vtuntur, aut qui re vera historicus est, aut certe quem ipsi historicum putãt. * Nõ autem semper historicus est sensus, qui ab hoc, aut illo patre, aut etiã ab aliquibus existimatur historicus: sed an sit, ex præcedẽtibus, & sequentibus, ex phrasi Scripturæ, & ex alijs huiusmodi iudicãdũ est. Sæpe enim fit, vt Scripturæ verba hinc, & inde ad aliquid cõfirmandũ excerpta sancti patres in eũ sensum exponant, quẽ tenere nullo modo possent, si antecedentia, & subsequẽtia, ac totũ deniq; librum essent explicaturi. Id ne cui forte parùm in hoc studiorũ genere exercitato audax, aut inciuile videatur; audiat Gregorij verba in proœm. lib. Reg. modestissimi scilicet viri, & maximi antiquorũ patrum veneratoris. Sed quia in diuersis, inquit, sanctorum patrũ operibus diuersa huius historiæ testimonia inueniuntur exposita, notare lector debet, quod aliquãdo eorum sensus tractando subsequor; aliquãdo autem enodare historiam aliter intẽdo, vt & opus, quod spe diuinæ inspirationis aggredior, & antiquorum patrum autoritate sit validum, & lectori nequaquã fastidio sum, dum inter ea, quę nouit vetera, ea etiã, quæ non nouit, noua repræsentat. Ad quã profecto sententiarum pronuntiationem, aliquãdo ex necessitate ducor: quia patres venerabiles, si seriatim cuncta exponerent, quæ ex parte tetigerunt; eam seriem locutionis, quam tenere visi sunt, obseruare nequaquam potuissent. Dum igitur sanctorũ patrum intellectus prætereo, necessitate aliquando, aliquando cõmoditate vtor: quia & fastidium lectori amoueo, &, dùm totũ seriatim discutio, multa ex medijs cõtra me veniunt, quæ illorũ sententias non permittunt. Hæc Gregorius: quæ pius, & diligens lector memoriæ mandet; vt sciat, quatenus antiquorũ expositionibus sit adhærẽdum. * Restat quiddã, quod ad ea, quæ in his nostris commentarijs occurrẽt, & ad alia multa perneceſſariũ arbitror. Quid causæ fuerit, cur tã libẽter, tãq; sæpè patres nostri allegoricis testimonijs vtãtur? Dicet quispiã; (nec improbabiliter, aut immerito dicet;) ad res confirmandas nõ semper præsto esse demõstrationes; ideoq; sępe numerò probabilibus rationibus locũ esse, nõ solũ apud patres, sed & apud omniũ disciplinarũ autores & magistros. Sed addẽdũ est, ista de Christo allegorica testimonia magnam vim, & magnũ põdus apud sanctos patres habuisse. Sciebant enim probè nouũ testamentũ veteri inclusum, atq; inuolutũ cõtineri: &, quod in vno expresse, dilucideq; scribitur,

18 Sãcti multa testimonia afferũt spirituali sensu.

19

20 Cur patres vtãtur sancti sensu spirituali.

in altero figuratum, & allegoriarũ obscuritatibus adũbrari. Quare, dum legẽ, & propheras legebant, tacitè in illis Euãgelij mysteria contemplabantur. Et quoniã vniuersam Scripturã de CHRISTO esse nouerãt; videbant id, quod erat consequens, allegoricum sensum de eo, deq; eius Ecclesia, non solum ab Spiritu sancto fuisse quæsitum, verùm etiàm potiorem esse literali, & nobiliorem, & multò magis ab eodẽ Spiritu quæsitum. Ideò ab Origene, Hieronymo, & alijs patribus modò altior, aut sublimior; modò sacratior intellectus millies vocatur. Nobiliorem autem esse, & magis ab Spiritu sancto quæri aperta, & euidens ratio persuadet. Nam allegoricus sensus semper est de rebus multò altioribus, id est, de Christo, & Ecclesia, quæ semper magis quærit Spiritus sanctus: literalis autem de rebus humilioribus est. Vtrumque voluit Scripturæ autor DEVS, & agni legis ossa non comminui, & CHRISTO DOMINO in Cruce pendẽti crura non esse confringenda: hoc remotius; illud proximè. * Sed ille vtrum maluit, & potius quæsiuit? Sane quod remotius erat; ideſt, quod de CHRISTO typicè prædicebatur. Ideò præclarè Paulus, & eruditissimè, vt semper solet. 1. Cor. 9. Scriptum est enim in lege Moysi; Non alligabis os boui triturãti. Nũquid de bobus cura est DEO: An propter nos vtique hoc dicit? nam propter nos scripta sunt, &c. Non negat Apostolus (quis enim posset negarè?) boues curę DEO esse; & de illis proximè eum locutum fuisse in lege: sed, vt doceat, multò magis voluisse præcipere, vt Euangelij ministri alerentur, tantum hoc prætulit, vt huius cõparatione alterum curasse Deum neget. Audiui exemplum satis ad rem accommodatum. 1. Reg. 20. Ionathas loquitur Dauidi; Sedebis iuxta lapidem, cui nomen est, Ezel: & ego tres sagittas mittam iuxta eũ, & iaciam, quasi exercens me ad signũ. mittam quoq; & puerũ dicens ei; Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt; tolle eas: tu veni ad me; quia pax est tibi, & nihil mali, viuit Dñs. Si autẽ sic locutus fuero puero; Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te Dominus. Cùm puero suo posteà dixit Ionathas; Ecce ibi est sagitta porro vltra te; duo procul dubio videbat: alterũ proximè, vt puer tolleret sagittam, quæ vltra eum iacta fuerat; alterum remotius, sed quod multò magis tamen volebat, vt Dauid illis verbis admonitus fugiendum sibi esse intelligeret, ne à Saule caperetur; propterea enim puero dicebat, vt sagittam tolleret. Ita literalis sensus prior est; sed spiritualis potior, cuius causa adhibetur literalis. Multas enim historias parùm, aut nihil nostra referebat nosse, si tantùm historiæ ipsæ cõsiderentur: at gestæ sunt, vt CHRISTI mysteria significarẽt, quæ nosse expedit maximè. Quo fit, vt spiritualis sensus propter se ametur, & quæratur à Deo vt finis, atque ideò multò potiùs quæratur: literalis autem quæratur vt ea, quæ sunt ad finem, quando cum spirituali confertur. * At non valet spiritualis ad confirmanda dogmata, vt literalis. Nõ inficior: verùm id non ex rei ipsius natura, sed ex accidente oritur: quoniam de literali meliùs nobis constare potest ex vocum significatione, quàm de spirituali, qui ex rerũ inter se similitudine capitur, quæ incertior est, & obscurior. Sed idẽ & in literali accidet. Nã si loci alicuius sensus dubius sit; certũ ex eo argumentum desumi non potest. Contrà si de sensu spirituali constet, aut per Scripturam, aut per Ecclesię, sanctorumve patrum communem expositionem; firmiter ex eo argumentari licet; vt si colligamus CHRISTO non fuisse crura frangenda, quia de agno scriptum erat, Os non comminuetis ex eo. Quoniã igitur sancti spiritu DEI plenì sciebant vetus testamẽtum plenum esse allegorijs, & operam vigilantissime ponebant in earum cognitione, sæpe ex illis mysteria CHRISTI colligunt, quasi ex rebus sibi & notis, & certis argumentantes; & huiusmodi testimonia magni faciebant: quæ à nobis similiter eadem causa magni faciẽda sunt, & honorificè accipiẽda. Quod multò magis animaduertere licet in Paulo, & in apostolis ceteris quibus Spiritus sanctus mysteria illa, & figuras prorsùs aperiebat: aperuit enim illis sensum, vt intelligerẽt Scripturas: atq; idcirco aliquando ex mysticis sensibus ratiocinantur. Hæc à nobis paulò longius dicta sint, vt & sanctorum patrum scripta veneremur, & minimè nouum videatur, aut infirmum, cum dixerimus mysticè aliquid ex veteri testamẽto explicari aut ab apostolis, aut à patribus: simul etiam, vt & quasi apologia, & galeatus prologus sit explanationi nostræ in prophetas; cõstetq; nos optimum, & probatissimum exponẽdi genus elegisse.

Exod. 12. Ioh. 19.

21

Deut. 25.

Quo tempore floruerint prophetæ, & quodnam sit illorum prophetiæ argumentum.

PRÆLVDIVM II.

1 QVoniam de optimo genere exponendi prophetas diximus, superest vt ad ipsos propius accedamus. In primisq; videamus quo tempore quisque eorum floruerit: vt enim ait Lactan. lib. 4. Diuinar. inst. c. 5. qui veritatem studet comprehendere, non modo intelligendis prophetarũ vocibus animum debet intendere, sed etiã tempora per quæ quisque illorum fuerit, diligentissimè inquitere, vt sciat, & quæ futura prædixerint, & post quot annos prædicta completa sint. Est etiam præter hanc Lactantij rationem altera, quod non pauca, aut nullo modo, aut difficillime intelliguntur tàm in prophetis, quàm in alijs Scriptoribus, si eorum tempora ignorentur. Duplex est apud Hebræos ordo prophetarum. Priores vocant eos, qui libros Iosue, Iudicum, Ruth, & quatuor librorum Regum historiam scripsere: Nam Moysem inter prophetas non numerant; non quod prophetam fuisse negẽt vel maximum; sed quod eius libri peculiare nomen habeant, propriéq; lex vocentur. Posteriores sunt Isaias, Ieremias, Ezeciel, (nam Danielem, vt & librum Psalmorum, inter hagiographa collocabant,) & duodecim prophetæ. Vnde illud Domini Luc. 24. Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & psalmis de me. Quam rectè illi libros sacros diuiserint, nõ est huius loci disputare; tantùm dico Danieli suum locum iure tribuendum esse inter posteriores prophetas: non enim eum Dominus exclusit in his verbis Lucæ, à quo multa de se, & apertissimè dicta esse nouerat, & quem anteà prophetam appellauerat Matth. 24. Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, &c.* Hi posteriores prophetę, de quibus iam tantùm loquimur, omnes post discessionem decem tribuum à duabus floruere. Meminisse enim oportet notissimæ historiæ lib. 3. Reg. c. 12. cùm Roboham Dauidis nepos consilijs iuuenum acquiescens suorum à se animos abalienauit, ita vt decẽ tribus, Dauidis domo relicta, ad Ierobohã filium Nabat defecerint; duæque cum Roboham manserint, Iuda, & Beniamin. Dixitque Ieroboham in corde suo, Nunc reuerteretur regnum ad domum Dauid, si ascẽderit populus iste, vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem: & conuerteretur cor populi huius ad dominum suum Roboham regem Iuda, interficientéque me, & reuerterentur ad eum. Et excogitato consilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltra ascendere in Ierusalem. Ecce dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Posuitq; vnum in Bethel, & alterũ in Dan: & factum est verbum hoc in peccatũ: ibat enim populus ad adorandum vitulum vsq; in Dan. Et fecit fana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs Leui. Cum igitur hinc maximè sumpto initio, peccata, & idololatriæ decem tribuũ sine modo crescerent, neque ab eis duæ tribus, quę manserant in Ierusalem, immunes essent; diuúque patientia Dei abuterentur: misit pius, & optimus pater prophetas, nunc ad decem tribus, nunc ad duas, nunc ad vtrasque, vt peccata reprehenderent; imminentemq; Dei vltionem, nisi resipiscerent, prædicerent: hoc est, decem tribubus vastitatem ab Assyrijs inferendam, duabus à Chaldæis. Voluit etiam, vt in tantis malis spe futurorum bonorum excitarentur, & ad pietatem accenderentur CHRISTI aduentu, & Ecclesiæ post cũ felicitate prænuntiatis à prophetis. Iudæorum quoque indurationem, & reprobationem futuram ad impiorum terrorem adiecit, & ad confirmationem piorum, vt melius diceret, Quid est, quod debui vltra facere vineæ meæ, & non feci ei?

Prophetæ priores, & posteriores.

Argumentũ prophetarum.

Isai 5.

HOSEAS, ISAIAS.

PRimi omnium missi sunt Hoseas, & Isaias; qui eodem tempore prophetarunt; vt ex primis eorũ verbis perspicitur; Hoseas in diebus Hoziæ, Ioatham, Achaz, Ezeciæ regum Iuda, & in diebus Ieroboham filij Ioas regis Israel. Isaias sub eisdem regibus Iuda se prophetasse dicit; sed Ieroboham regis Israel non meminit. Ante Isaiam tamẽ cœpit Hoseas, vt affirmat Hiero. initio ferè commentariorum Hoseæ, & Isaiæ, & vt paulo post indicabimus, cùm docebimus, cur regis Ieroboham idem propheta meminerit. Propterea dictum esse putant Hieronymus, & Ruffinus, & Basilius in

Isai. c. 1. illud; Principium loquendi Domino in Hosee, vt ibi iterum dicemus. Regnauit autem Hozias, 52. annos, prope cuius regni initium prophetæ hi cœperunt: & regnante Hozia regnabat apud Assyrios Sardanapal⁹, apud Latinos Procas Syluius, cui successit Amulius, & Amulio Romulus, vt docent Eusebius in Chronicis, Hiero. in Hamos. c. 1. * His temporibus cœperunt Olympiades, vt scribit Euseb. 10. de Prępar. Euang. c. vlt. quinquagesimo scilicet anno Hoziæ regis Iuda. A captiuitate autẽ Troiæ, vsque ad primam Olympiadem, vt Grę corum ipsorum historiæ significant, quadringenti, ac quinquaginta anni colliguntur. Ita ibidem Eusebius. Tenduntur dies horum quatuor regum Iuda (vt August. inquit. 18. de Ciui. c. 27.) à rege Latinorum Proca, siue superiore Auentino vsque ad regem Romulum iam Romanum, vel etiã vsque ad regni primordia successoris eius Numæ Pompilij. Nam Ioatham regnauit annos 16. Achaz totidem, Ezecias 29. vt ex 4. Reg. 15. 16. & 18. intelligimus. Quare, si ex ijsdem libris regum recte subducamus rationem; Ioatham filius Hoziæ regnare cœpit anno ab egressu filiorum Israel ex Ægypto septingentesimo trigesimo sexto. Nam Salomon cœpit ædificare templum anno quarto regni sui, anno vero egressionis ex Ægypto. 480. 3. Reg. 6. Regnauit vero 40. annos. 3. Reg. 11. Roboham verò 17. tertio Reg. 14. Abias tres. 3. Reg. 15. Assa 41. ibidem. Iosaphat 25. 3. Reg. 22. Ioram sex post mortem Iosaphat 4. Reg. 8. Ochozias vnũ, ibid. Athalia mater Ochoziæ 6. 4. Reg. 11. Ioas 40. quarti Reg. 12. Amasias post patris obitum ferè viginti octo, ibidem Hozias, qui & Azarias dictus est 2. Paral. 26. regnauit 52. 4. Reg. 15. Cui succesit Ioathã, cuius anno primo numeratocõficitur summa prædicta. Idem annus primus Ioatham iuxta probatissimam Hebræi codicis, & nostræ Vulgatæ translationis computationem fuit ab orbe cõdito termillesimus trecentesimus decimus quintus. Summæ huius collectionem, quoniam & valde longa est, & diligenter à multis in suis chronologijs confecta, præsertimq; ab Aria Montano viro eruditissimo in libello, cui titulum fecit, Daniel, siue De sæculis & à Matthæo Beroaldo in chronologia, prudens omitto. Moneo tamẽ annis ab his autoribus cõmoraris centum & triginta addendos esse, vt à me additi sunt, quos natus erat Cainan filius Arphaxad cùm genuit Sale, vt est in Septuaginta interpretum translatione Gen. 11. in qua generatio Cainan interponitur, quam licet in Hebræo minimè legamus, non recipere tamen non possumus, quoniam ab Euangelista Luca cap. 3. recepta est. Fuit hic idem annus primus Ioatham trigesimus octauus ante captiuitatem decem tribuum, quæ contigit anno sexto Ezeciæ 4. Reg. 18. Ante templi vero desolationem, & extremã duarum tribuũ captiuitatem, quæ facta est anno 11. Sedeciæ regis 4. Reg. 25. fuit centesimus septuagesimus primus, aut ferè secundus, vt facilè colligitur ex annis regum iam positis, & ex annis aliorum, quos Scriptura enumerat 4. Reg. à cap. 21. vsque ad 25. Ante Domini, & Seruatoris nostri IESV CHRISTI felicissimum natalem fuit septingentesimus octogesimus secundus. Nã his 172. annis, quos numeramus vsque ad captiuitatem duarũ tribuum, addimus quinquaginta duos ab vndecimo anno Sedecię vsque ad primum Cyri, ac deinde quingentos quinquaginta nouem, qui à finita captiuitate vsque ad CHRISTVM natum computantur, autore Eusebio in Chronicis. Testatur enim Cyrum primo anno quinquagesimæ quintæ olympiadis Iudæorum soluisse captiuitatẽ, & CHRISTI Domini natalem tertio anno centesimę nonagesimę quartæ tribuit. His ita constitutis cùm reliquorum prophetarum tempora dixerimus, facilè erit numeratis annis regum, quot annis quisq; CHRISTI Domini aduentũ præcesserit iudicare.

4

6 Ordo prophetarum.

Sed vt de reliquis dicamus, animaduertendum nõ eodem ordine apud Hebręos collocari duodecim prophetas, & apud Græcos, vt Hieronymus in prologo illorũ indicauit, & Ruffinus in principio Ioelis. Apud Hebræos eodem ordine dispositi sunt, quo in nostra Vulgata Latina editione. Quare quod ibidem ait Hieronymus; Non idẽ ordo est duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos, non de sua translatione loquitur, quæ est nostra Vulgata, sed de translatione Septuaginta interpretũ Græca, & de Latinis ex ea factis, quas tunc omnes sequebantur. De eadem re in prologo comment. in Ioelem ita loquitur: Non idem ordo est duodecim prophetarũ apud Lxx interpretes, qui in Hebraica veritate retinetur. Illi enim ponunt secũdum

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hamos,tertium Michæam, quartum Ioel, quintum Habdiam,sextum Ionam, septimum Nahum,octauum Habacuc,nonum Sophoniam,decimum Haggæum, vndecimum Zachariam,duodecimum Malachiã. Hebræi autem post Hosee,qui apud vtrosque primus est, secundum legunt Ioelem, tertium Hamos,quartum Habdiam, quintum Ionam,sextum Michæam, septimum Nahum,octauum Habacuc, nonũ Sophoniam,decimum Haggæum, vndecimum Zachariam,duodecimum, qui & vltimus est, Malachiam, &c. Eodem ordine apud Græcos numerauit Gregorius Nazianzenus in carmine de veris, ac genuinis Scripturę diuinitus inspiratæ libris,hoc tantum ab Hieronymo differens, quod Ionam ponit ante Habdiam, cum Hieronymus Habdiam ponat ante Ionam: quæ diuersitas varietati codicum,quibus hi patres vsi sunt,tribuenda est.* Dico igitur eodem ordine temporis cœpisse prophetare duodecim prophetas,quo & apud Hebræos, & in nostra translatione Vulgata positos videmus. Scio hoc non probari nonnullis: sed ego probandum esse demonstrabo. In primis quã recte seruatus fuerit ordo, Hoseas ostendit, cui primum omnium Dominus locutus est. Deinde & reliqui ostendunt, quicunq; regum sub quibus prophetarũt, meminere. Quod quam diligenter obseruatum sit in Haggæo, & Zacharia perspicuè videmus. Positus est enim Haggęus antè Zachariam quòd duobus tantum mensibus prophetia sua præcesserit. In anno,inquit,secundo Darij regis in mense sexto,in die vna mensis factum est verbum Domini in manu Haggæi prophetæ. Zacharias autem ita exorsus est,In mẽse octauo,in anno secundo Darij factum est verbum Domini ad Zachariam. Deniq́ue Malachias post Haggæum, & Zachariam collocatur, qui tempore extremus fuit in prophetia, vt in prologo comment.eiusdem scribunt Hieronymus,Theodoretus,Rupertus, Glossa quæ eandem esse & Hebræorum sententiã confirmat. Idem nec obscurè ex Scriptura colligitur:nam populo è captiuitate Babylonis egresso,constat neminem ante Haggæum,& Zachariam prophetasse, qui populum paulo ante liberatum ad templum ex ædificandum, & ad pristinam pietatem exhortabãtur. Legimus autẽ. 1.Hesd. 5.de illis initijs. Prophetauerunt autẽ Haggæus propheta, & Zacharias filius Haddo &c. Quod si tunc Malachias prophetare cœpisset,sine dubio fuisset cum eis cõmemoratus. Theodoretus,& Hebræi hac etiam ratione confirmant:nunquam eum accusasse populũ socordię,& negligentiæ, quod templum non ædificaret, vt Haggæus,& Zacharias fecerunt; ex eoq; cerni eũ post templum ędificatum vaticinium habuisse. Sed apertius id intelligitur ex.2. eiusdẽ prophetæ cap.cùm ait; Nũquid nõ pater vnus omnium nostrum,&c.quod enim ibi reprehendit de alienigenis vxoribus acceptis,Israeliticisque dimissis, consentiunt omnes idem esse, quod 1.Hesd.9. & 10.narratur. At id post regnum Darij,regnante iam Artaxerxe,contigisse ex cap. 8. eiusdem libri discimus,& ex.3.Hesd.8.cùm tamen nemo nesciat sexto anno Darij tẽplum fuisse perfectum.Si igitur in illis prophetis,quorum tempora vel ex eorũ libris, vel aliunde cognoscimus,inuenimus ordinem temporis diligentissimè obseruatum; cur non idem factum putabimus in alijs,quorum tempora non ita perspicuè nouimus? * Præterea non est prætereundum documentum optimum Hieronymi in prologo duodecim prophetarum, quod (vt Ruffinus in Ioelis initio affirmat) traditio per manus missa commendat. In quibus, inquit, tempus nõ præfertur in titulo,sub illis eos regibus prophetasse,sub quibus & hi qui ante eos habent titulos,prophetauerunt. Cùm autem dicit,Sub illis, intellige saltem sub extremo illorum. Quo documento ipse vsus est initio Ioelis,& in prologo Malachiæ.

7

8

IOEL.

CVm igitur Ioel tempus non habeat in titulo, prophetauit sub eisdem regibus cum Hosea,qui ante eum positus est,& tempus indicauit. Ita Hieron. in Hos. ca.1. prope initium,& in Ioelẽ.c. 1.& in Isai.c.1. & Ruffinus in Ioelem,Theodoretus in prologo duodecim prophetarum, August.18. de Ciuit.c.27.Clem.in.1.Stromate.

HAMOS.

HAmos,qui tertius est,reges nominat, sub quibus floruit: In diebus Hoziæ regis Iuda,& in diebus Ieroboham filij Ioas regis Israel ante duos annos terræ motus. Ex quo constat eodem tempore floruisse Hoseam,Isaiam,Ioelẽ & Hamos. Sed quoniã adiecit: Ante duos annos terrę motus, subindicat se prophetasse extremis Hoziæ temporibus paulo post Hoseam, vt in eodem propheta explicabimus.

Isaias quo tẽpore de tuerit.

HABDIAS.

9 QVartus est Habdias, de quo quoniã reges siluit, maior controuersia est. Putãt enim Hebræi,& Lyranus in principio Habdiæ, & recẽtiores quidã hũc Habdiam fuisse, qui domus regis Achab dispensator fuisse dicitur, & cẽtum prophetas,quos impia Iezabel persequebatur, pauisse in speluncis:3.Reg.18. Atque hanc esse sententiam doctorum Hebræorum & Latinorum testatur Lyranus,quam & Hieronymus omnino sequi videtur initio cõmẽt.Habdiæ, & in Epitaphio sanctæ Paulæ ad Eustochium, & Rupertus in prologo Habdiæ.Epiphanius in libello de prophetarum vita,& interitu docet esse illum quinquagenariũ tertiũ, qui missus est ad Eliam 4.Reg.1.quod & Hiero.quodammodo sensisse videtur. Ex quo fit eũ multo antiquiorem fuisse Hosea & Isaia. Ab horum autorum opinione adeò Theodoretus abhorruit vt etiam post Ionam, & Nahum prophetasse Habdiam velit,idq; intelligi ex rebus,quas prędixit.Sed neutrum verum est. Nam si dispensator domus Achab idem,& propheta fuisset vnus è duodecim in canonem receptis ab Hebræis, nequaquam videbatur id omissurus Iosephus diligentissimus scriptor in illius historiæ narratione lib.8.antiquitatis Iudaicæ cap.7. Hieronymus autem ex propria sentẽtia se id nequaquam dixisse in locis indicatis;sed simpliciter referẽdo,vt sæpe solet,Hebręorum traditiones manifestè demonstrauit in initio ferè comment. Hoseæ his verbis; Ex quo perspicuum est prophetante Hosee, Isaia, & Ioel & Hamos,& Habdia,& Iona,& Michæa qui συγχρονοι, id est contemporanei eius fuerunt,regnum decem tribuum esse finitum.Sed & Cyrillus initio commentariorum in Habdiam tradit eum temporibus Ioelis prophetasse. * Quanti autem facienda sit illa Hebræorum traditio,recentiores Hebręi docent id est Abraham filius Hezræ & Dauid Kimhi initio commentariorum eiusdem prophetę,qui quãuis illam referant,fatentur tamen ingenue se ignorare quo tempore vixerit propheta. Libet & verba ipsa Abrahę subscribere.Ipsius ætatem ignoramus,nec certo statuere possemus ille ne sit, quem vixisse diebus Achab in libro Regum memoratur. Eo enim loco scriptum est; Et Habdias fuit timens Deũ: Nam si is propriè erat propheta, quo modo illic vocaretur timens Domini; ac non potius propheta, cùm præsertim prophetiæ nomẽ sit multo nobilius? Vides Hebræum traditionem reijcere Hebręorum. Non est ergo cur nos eam recipiamus,& ab Hieronymi sententia,doctrinaq; illa recedamus, Prophetam,qui tempus prophetiæ suæ nõ indicat,ad tempus præcedentis prophetiæ pertinere. Præsertim cum ipse Habdias dicat ad Idumæos,Auditum audiuimus à Domino,&c. Quibus verbis non se solum iussum esse prophetare contra Idumæos docet sed alios etiam sui temporis prophetas,id est Isaiam,& Hamos,quorũ hic,ca.1. ille cap.21.& 34. in Idumæos loquuntur. Non enim dicitur; Audiuimus, aut quippiam simile apud Hebræos,nisi cùm plures sunt. * Quod si quis forte obijciat Habdiã simul cum Michæa positum esse ab Eusebio in regno Iosaphat, sciat eum commorasse eo loco prophetas alios, qui Iosaphat regnante vixerũt. Ita enim ait, Apud Hebræos prophetabant Habdias,Iehu,Hozias,& Michæas. Tantum Eusebius. Iehu, qui regi Iosaphat futura prædixit,meminit sacra historia.2.Paral.ca.19. Ceteri sunt de quibus in eodem lib.c.17.scriptum est,Tertio autem anno regni sui misit de principibus suis Benail,& Hobdiam,& Zachariam, & Nathanael,& Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda,&c. Nam vbi nos legimus Hobdiam,apud Lxx.quos secuutus est Eusebius,est Habdiam. Arbitror etiam mendose legi in Eusebio:Hozias pro Zacharias: sunt enim in illo libro plurima huiusmodi nomina mendosissime scripta.Hos, qui & principes erant,& ad populum diuinę legis præceptis imbuendum mittebantur, non improbabiliter Eusebius prophetas iudicauit.Hæc si quis non accipiat, primum eum rogabo,vt mihi tempus indicet, quo apud Hebræos simul prophetauerint Habdias, Iehu,Hozias, & Michæas. Clemens Alex. in.1.Stromate inquit de Iosaphat, Eius tempore prophetarunt Elias Thesbites, & Michæas filius Iemla,& Habdias filius Hananiæ,&c. At ego potius dixi fuisse alterũ Michæam,de quo 2.Paral.17. quoniam iste filius Iemla erat in regno Israel quod nõ erat Iosaphat;alter vero Michæas erat in Iudæa. Deinde respondere potero cum Aug.18.de ciu.c.31.rectè Habdiam cum Michæa nu-

10

11

merari, qui prophetauit tempore Ioathan, & Achaz, & Ezeciæ, vt ipse testatur, sed alieno loco posita esse nomina horum prophetarum, id est, in regno Iosaphat, cum ponenda essent in regno Ioatham, quod Augustinus errore negligenter describentium labores alienos, existimat contigisse. At si hoc accipimus, habeo quod volebã, Habdiam contemporaneum fuisse Hoseæ, & Hamos, & Michææ.

IONAS.

12 DE Iona nulla est controuersia, quin eodem tempore cum præcedentibus prophetis floruerit, id est, cum Hosea, Ioel, Hamos, Habdia, vt Hier. docet in principio Hoseæ. Idem in prologo comment. Ionæ ita inquit; Traduntq; Hebræi Hosee, & Hamos, & Isaiam, ac Ionam ijsdem prophetasse temporibus. Eadem est sententia Eusebij in Chron. & lib. 10. de præpar. euang. c. vlt. Clem. Alex. in 1. Strom. & Aug. 18. de Ciu. c. 27. Theophylact. in præfatione comment. Ionæ. Deniq; 4. Reg. 14. legimus, Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda regnauit Ieroboham filius Ioas regis Israel in Samaria, &c. Hunc Ieroboham meminimus regnasse tempore Hoseæ, & Hamos. Deinde addit sacra historia: Ipse restituit terminos Israel ab introitu Hemath vsque ad mare solitudinis iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionã filium Amathi prophetam, qui erat de Geth. quæ est in Hopher. Esse autem hunc ipsum, qui prophetiã scripsit, & nomen patris indicat in propheta repetitum, & Hier. & Theophyl. docent in prologo comment. eiusdem; & ante eos Iosephus lib. 9. antiq. ca. 11. & communis sententia est.

MICHÆAS.

MIchæas tempus prophetiæ suæ indicauit subsequens illud quo cœperunt prophetare Hoseas, & Hamos, & reliqui, qui ad eorum tempora referuntur, non enim meminit Hoziæ, vt illi, sed in diebus, inquit Ioatham, Achaz, & Ezeciæ regum Iuda. Ioatham enim regnauit post Hoziã. In quo perspicuè cernimus ordinem temporis fuisse seruatum, vt idem fieri intelligamus in ceteris, qui prophetiæ suæ tempora tacuere.

NAHVM.

13 NAhum post Ionam prophetasse constãs opinio est Hieronymi, & Theophylacti in prologo cõmẽt. eius, & Theodoreti in prologo 12. prophetarum, & in prologo eiusdem prophetæ, & aliorum interpretum, ac deniq; Epiphanij in libello de prophetarum vita & interitu, & Iosephi 9. antiq. c. 11. Quod & ipsa prophetia declarat. Cùm enim Niniuitæ pœnitẽtiam egissent in prædicatione Ionæ prophetæ, & seruata esset vrbs: progressu temporis diuinã iram in se iterum sceleribus suis prouocarunt, donec à Chaldæis vastari sunt. Quam vastitatem Nahum propheta apertissimè prædixit. Sed paulo post Michęam prophetasse autores sunt Hier. Theodoret. Theophyl. in prologo comment. eius, & alij. Testãtur enim prophetiam eius cœpisse decem tribubus iam in captiuitatem abductis ab Assyrijs, quod sexto Ezeciæ anno contigit. In Chronicis quoque Hebræorum, quæ Sederholam, id est series sæculi dicuntur, scriptum est prophetasse Nahum anno quadragesimo à Ionæ prophetia. Ex horũ omnium autorum sententia consequens est Nahum tempore regis Ezeciæ scripsisse, quod Hieronymus fatetur. Nam Ioatham, sub quo prophetauit Michæas, sedecim annis regnauit, Achaz totidem, cui successit Ezecias, cuius sexto anno captæ sunt decẽ tribus. De quo, & de causa huius prophetiæ in eodem prologo cõment. ita scripsit Hieronymus. Iam enim decem tribus ab Assyrijs deductæ fuerant in captiuitatem sub Ezecia rege Iuda; sub quo etiam nunc in consolationem populi transmigrati aduersum Niniuẽ visio cernitur. Nec erat parua consolatio tam ijs, qui iam Assyrijs seruiebãt, quàm reliquis qui sub Ezecia de tribu Iuda, & Beniamin ab ijsdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoque à Chaldæis esse capiendos, sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur, &c. * Iosephus quidem lib. 9. Antiq. cap. 11. affirmat Nahum prophetasse sub Ioatham rege Iuda filio Hoziæ, quod nostræ sententiæ minimè repugnat: ita enim fit, vt eodem tempore prophetauerit, quo Michæas, id est, sub eodem rege, licet paulo post prophetare potuerit. At Hebræi minime assentiuntur, vt iam ex Sederholam retulimus, & ex Hieronymi verbis cernimus, quæ in prologo huius prophetæ, qui vulgo in Biblijs, & in glossa ordinaria circunfertur, leguntur. Nahum (inquit) prophetam ante aductum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat, fuisse Hebræorum traditio cõfirmat. Siquidem in fine huius lectionis prædicti regis aduentum idem propheta annuntiare monstratur, &c. Sed hic secum pugnare videtur Hieronymus, qui paulo post affirmat prophetasse Nahum post aduentum regis Assyriorum, quæ verba modo referebamus. Laborat hic quidam in hoc modo soluendo, aitque, Non dicit propheta esse ante aduentum regis Assyriorum, ne sibi contradicat, sed fuisse. At res est recte considerantibus non obscura. Prophetat Nahum postquam rex Salmanasar captas decem tribus abduxit ad Assyrios; sed ante aduentum regis Assyrij, id est Senacherib in Iudęam, qui anno decimo quarto Ezeciæ ascendit ad vniuersas ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Deinde misit exercitum ad obsidendã Ierusalem. 4. Reg. 18. Itaque propheta uit Nahum post sextum annum Ezeciæ, quo captæ sunt decem tribus, & ante quatuordecimum, quo obsessæ sunt à Senacherib vrbes Iuda. Ideo Hieronym. dicit editam esse illam prophetiam de Assyrijs vastãdis à Chaldæis tam in consolationem decem tribuum, quam vrbium Iuda, quæ paulo sicut licet post, obsidione Senacherib premendæ erant. Hunc autem Senacherib aduentum propheta prædicit c. 1. & esse eum in templo Dei sui interficiendum. Ex quo videmus non rectam Chronologiam secutum fuisse Clementem 1. Stromate, cùm affirmat Nahum prophetasse post Ezechielem, id est post quintum annum transmigrationis Ioachin regis Iuda in terram Chaldæorum.

HABACVC.

15 IN Habacuc ordiri sem temporis non seruari apparet. Docet enim Hieronymus in prologo comment. eiusdem prophetasse post duas tribus captas à Chaldęis, idemque ibidem sensisse videtur Theophyl. & Clem. in 1. Strom. Et tamen præcedit Sophoniam, quem constat vaticinatum fuisse ante captiuitatẽ duarum tribuum. Theodoretus quoq; in prologo duodecim prophetarum affirmat Habacuc non multo post Sophoniam prophetasse. Assentiuntur & alij. Argumentum Hieronymi est, quod propheta iste prandium Danieli detulerit in lacum leonum Dan. vl. quod post captiuitatem duarum tribuum contigisse nemo est, qui nesciat. Alterum argumentum est, quod eius prophetia sit contra Babylonem, & Nabuchodonosor regẽ Chaldæorum, vt quomodo prior propheta Nahum, quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit contra Niniuen, & Assyrios, qui vastauerunt decem tribus, quæ vocantur Israel: ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem, & Nabuchodonosor, à quibus Iuda, & Ierusalem, templumq; subuersa sunt, &c. Contra vero Hebræi in libro illo Sederholam confirmant Habacuc prophetasse eodem tempore, quo Nahũ, id est sub rege Manasse filio Ezeciæ, qui fuit ante Amon, & Iosiam, quos quidam ex recentioribus chronographis sequuntur. Sed & Epiphanius in lib. de prophetarum vita & interitu autor est eum ante captiuitatem duarum tribuum prophetasse, quod ego verum esse omnino arbitror, idque viuente adhúc Ezecia, sub quo & Nahum. * Retinendum est enim receptum illud Hieronymi documentum de temporibus prophetarum. Recentiores quidem illi, de quibus nunc loquebar, testantur hoc ipsum prodere Græcos, & Latinos historicos ferme omnes, qui de rebus Hebræorum scripsere. At ego horum testimonia nõ requiro: habeo enim testimonium maius & Epiphanio, & Hebræis, & historicis. Dominus per eũdem prophetam aperte clamat, Quia ego suscitabo Chaldæos gẽtem amaram, & velocem ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis, & terribilis est, ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur, &c. Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, &c. Quibus verbis prædicit futurã Nabuchodonosor, & Chaldæorum potentiam, qui Assyrios omnium potentissimos debellaturi erãt, (quæ fuit prophetia Nahum, ex quo cernitur eodem tẽpore vtrumque prophetasse,) & alias multas nationes, & denique Iudæos, & Ierusalem. Suscitantur Chaldæi, cùm ad aliena regna capienda mittuntur: primo autem anno regni sui Nabuchodonosor (si Hebræorum credimus historiæ) euertit Niniuen, vniuersumq; imperium Assyriorũ, idemq; initio regni sui totam Syriam Pelusium vsque subiecit, sola Iudæa excepta, vt scribit Iose. 10. antiq. c. 7. Quarto anno, (qui fuit octauus Ioacim regis Iudææ,) Iudæis bellũ intulit, & tributa victis imperauit, admissusque in vrbem (vt ibidem ait Iose. cap. 8.) re-

tum est, quod eius prophetia sit contra Babylonem, & Nabuchodonosor regẽ Chaldæorum, vt quomodo prior propheta Nahum, quem Habacuc sequitur, vaticinium habuit contra Niniuen, & Assyrios, qui vastauerunt decem tribus, quæ vocantur Israel: ita Habacuc prophetiam habeat aduersus Babylonem, & Nabuchodonosor, à quibus Iuda, & Ierusalem, templumq; subuersa sunt, &c. Contra vero Hebræi in libro illo Sederholam confirmant Habacuc prophetasse eodem tempore, quo Nahũ, id est sub rege Manasse filio Ezeciæ, qui fuit ante Amon, & Iosiam, quos quidam ex recentioribus chronographis sequuntur. Sed & Epiphanius in lib. de prophetarum vita & interitu autor est eum ante captiuitatem duarum tribuum prophetasse, quod ego verum esse omnino arbitror, idque viuente adhúc Ezecia, sub quo & Nahum. * Retinendum est enim receptum illud 16
Hieronymi documentum de temporibus prophetarum. Recentiores quidem illi, de quibus nunc loquebar, testantur hoc ipsum prodere Græcos, & Latinos historicos ferme omnes, qui de rebus Hebræorum scripsere. At ego horum testimonia nõ requiro: habeo enim testimonium maius & Epiphanio, & Hebræis, & historicis. Dominus per eũdem prophetam aperte clamat, Quia ego suscitabo Chaldæos gẽtem amaram, & velocem ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis, & terribilis est, ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur, &c. Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, &c. Quibus verbis prædicit futurã Nabuchodonosor, & Chaldæorum potentiam, qui Assyrios omnium potentissimos debellaturi erãt, (quæ fuit prophetia Nahum, ex quo cernitur eodem tẽpore vtrumque prophetasse,) & alias multas nationes, & denique Iudæos, & Ierusalem. Suscitantur Chaldæi, cùm ad aliena regna capienda mittuntur: primo autem anno regni sui Nabuchodonosor (si Hebræorum credimus historiæ) euertit Niniuen, vniuersumq; imperium Assyriorũ, idemq; initio regni sui totam Syriam Pelusium vsque subiecit, sola Iudæa excepta, vt scribit Iose. 10. antiq. c. 7. Quarto anno, (qui fuit octauus Ioacim regis Iudææ,) Iudæis bellũ intulit, & tributa victis imperauit, admissusque in vrbem (vt ibidem ait Iose. cap. 8.) re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gem occidit, & tria millia hominum, qui in aliqua dignitate erant, captiua abduxit; in quibus erat Ezeciel tunc puer. Postea no no anno Sedeciæ obsedit Ierusalē, & Ægy ptiorum regem opem Iudæis afferentem vno prælio victum tota Syria expulit, Iose. ibid. cap. 10. & diu eam oppugnauit; donec vndecimo anno Sedeciæ tandem cepit, & anno decimo nono regni sui incendit. 4. Reg. vlt. Quinto deinde anno ab excidio Ierusalem totam Ægyptum subiugauit, vt in eodē li. c. 11. scriptum reliquit Iosephus.

17 * Si ergo post euersionem Ierusalem, & ca ptiuitatem duarum tribuum vaticinatur Habacuc, quomodo inquit, Ecce ego susci tabo Chaldæos, &c. cùm iam toto orbe flo reret imperium Chaldæorum, & facta es sent omnia, quæ prophera prædicit esse fa cienda? Quæ gens, aut natio non iam no uerat Chaldæos? aut potius quæ gens non eorum potentiam timebat, aut eis non pa rebat? An non esset hęc similis Homeri, Vir gilijque prophetijs, qui de rebus ante mul tos annos præteritis quasi de futuris vatici nabantur? Prærerea est euidens argumen tum. Si prophetat post captiuitatem Ieru salem, quæro quoto anno? Demus post vi gesimum septimum annum propheratsse: nam si ipse est, qui prandium Danieli detu lit, post multo plures necesse est, vt mox demonstrabo. At eo anno iam obierat Na buchodonosor, de quo tam multa prophe tat Habacuc: regnauit enim annos 43. si Io sepho credimus lib. 10. antiq. c. 11. aut iuxta Annij Metasthenem 45. quem secuti sunt Iohannes Lucidus lib. 4. de temporibus c. 2. & alij: non ergo potuit eo tempore pro phetare. Multo minus postea, eadem ra tione. * At ante vigesimum septimum quo

18 modo potuit, cum legamus 4. Reg. vlt. sta tim capta vrbe, translatos esse Iudæos om nes Babylonem, tantum relictos esse de pauperibus terræ vinitores, & agricolas, qui & post duos menses occisi sunt: & si qui ex illius populi reliquijs remanserunt, fuge runt in Ægyptum continuo, nec vltra re dierunt in Iudæam. Inde enim à Nabucho donosor victa Ægypto missi sunt omnes Babylonem, vt est apud Iose. 10. antiq. c. 11. quæ victoria in quintum annum ab exci dio Ierusalem incidit, vt iam diximus. Ne cesse est ergo dicere propheratsse Habacuc non solum antequam Ierusalem vastare tur, & duæ tribus caperentur, verum etiam antequam regnare inciperet Nabuchodo nosor: in quod tempus conueniunt optime verba prophetæ, Quia ecce ego suscita bo Chaldæos. * Quid ergo Hieronymo di cemus? Sane nihil ille definire voluit; nec certi quidquā tunc videtur habuisse: quod ex eius verbis cōijcere possumus; ita enim ait, Igitur siue quis recipit scripturam illam (loquitur autem de vltimo cap. Danielis, in quo meminit Habacuc prophetæ (siue nō recipit, vtrumque pro nobis est. Aut enim recipit, & iam post factam rem liber Haba cuc texitur; aut nō recipit, & quasi prophe ta scribit quæ futura cognoscit, &c. Itaque Hieronymi opinatio tantum nititur loco illo Danielis, quo Habacuc propheta dici tur prādium attulisse, nec aliunde scit vtrū ante captiuitatem fuerit, an postea. Sed lo cus Danielis nihil cogit nos. Primum quo niam Epiphanius ante captiuitatem Ieru salem prophetasse eum scribit; & eundem esse vult qui cum prandio missus est ad Da nielem. Deinde quoniam facile respondere possumus quod Genebrardus in sua chronographia, & alij affirmant, non vnū fuisse Habacuc, sed duos: quod mihi fit multo verisimilius. Nam historia illa Danie lis iam Cyro apud Babylonios regnante cō tigit, vt ex calce cap. 13. eiusdem Danielis liquido constat: quòd Epiphanius non ani maduertit. Quo tempore (si, vt probauī mus, propheratsit regnante Ezecia) sine du bio octogesimum supra centesimum an num excesserat. Denique nihil nobis nisi nomen obstat. * At sicut duo fuerunt Hab diæ prophetæ vt ante diximus, sicut duo fuerunt Michææ alter filius Iemla, de quo 3. Reg. vlt. alter qui est vnus è duodecim, & vterque propheta, immo & tertius Mi chæas, de quo 2. Paral. 17. quem Eusebius, vt vidimus, prophetam appellauit: cur ve reamur dicere duos fuisse Habacuc pro phetas, quandoquidem vnum dicere ratio temporis commode non patitur? Quam uis enim quis negare vellet prophetasse sub Ezecia, certe non poterit negare pro phetasse ante duas tribus captas: alioqui non propheta erit, sed historicus. Neque est dubitandum perfectæ ætatis iam fuisse, cùm prophetare cœpit, quemadmodum Ezecieli ante triceſimum annum spiritus prophetiæ non est datus, si Gregorio cred- mus, qui de hac re multa præclarè scripsit hom. 2. in Ezec. Fingamus igitur (quod est

19 20

valde probabile) ante triceſimum annum nō cœpisse prophetare: adde necesse esse, vt aliquot annis ante captiuitatem duarū tribuum prophetauerit: adde his annos ca ptiuitatis Babylonicæ: & vide quoto ætatis anno prandium messoribus ferre potuerit in Iudæa. Altera ex Hieronymo desumpta

21 obiectio facile diluitur. * Prophetat Haba cuc aduersus imperium Chaldæorum in consolationem duarum tribuum, nō quod iam captæ essent, sed, vt cùm in manus hostium venissent, consolarentur sese viden tes euenisse quod de se Dominus per pro phetam prædixerat; ideoque bono animo debere esse in futurum sperantes excidiū Chaldæorum similiter ab eodem prophe ta prædictum, & ex eo libertatem suam. Quemadmodum Nahum, qui in exemplū adducitur in obiectione, prædicit aduentū regis Senacherib in Iudæam, & consolatur duas tribus prænuntiando illius reditum in patriam suam, eumque in domo Dei sui fore interficiendum.

SOPHONIAS.

22 Sophonias tempus suum indicat; In Ieremias. diebus Iosiæ filij Amō regis Iudæ. Quo tempore etiam cœpit Ieremias, vt in eius prophetiæ initio videmus, tertio decimo anno regni Iosiæ. Sed ordinem contemple mur, quam rectè Sophonias positus sit post Nahum, & post Habacuc, qui prophetaue runt tempore Ezeciæ. Inter Sophoniæ, & Zachariæ tempora interiectus est Ezeciel; Ezeciel. Baruch. Daniel. qui cœpit prophetare anno quinto post Ioa chin regem abductum Babylonem, vt ipse testatur c. 1. & Baruch scriba Ieremiæ, qui (vt ipse docet) scripsit verba libri illius in an no quinto in septimo die mensis, in tempo re, quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & suc cenderunt eam igni, id est, quinto anno ab excidio Ierusalem. Sed liber iste non est ab Ieremia separatus, quoniam veteres patres Ieremiæ eum tribuerunt. Quod & epistola Ieremiæ indicat in fine posita sine noua ipsius Ieremiæ commemoratione. Interie- ctus est & Daniel, qui cœpit vt ipse c. 2. ait Daniel. secundo anno Nabuchodonosor, id est, vt optime Hieronymus ex Iosepho interpre tatur, secundo anno non regni, sed monar chiæ Nabuchodonosor, qua iam non tan tum Chaldæis, & Assyrijs, sed Ægypto, & multis alijs nationibus imperabat. Vnde Io sephus 10. antiq. ca. 11. de eodem tempore loquens ait, Exacto autem biennio post Ægypti populationem, Nabuchodonosor cum vidisset mirandam visionē, &c. Cùm autem autore ibidem eodē Iosepho, quin to anno ab excidio Ierusalē ceperit Ægy ptum, constat Danielem cœpisse prophera re octauo anno captiuitatis duarū tribuū, id est, vicesimo sexto regni Nabuchodo nosor, decimo vero quarto ab initio pro phetiæ Ezecielis.

HAGGÆVS. ZACHARIAS.

HAggæus, & Zacharias secundo anno Darij filij Hystaspis cœpere, vt ipsi do cent, prior mense sexto, alter mense octa uo, fuit autem annus iste secundus Darij decimus septimus, aut decimus octauus à Babylonicæ captiuitatis liberatione. Si qui dem primo anno Cyri dimissi sunt. 1. Hesd. 1. & Cyrus non 30. annis regnauit Babylo ne, vt multi sentiunt, sed septem, vt in cap. 1. Zachariæ num. 28. & sequentibus confir mabimus. Cui successit filius Cambyses, qui octo annis regnauit; sed octauus eius annus conficitur adiectis septē mensibus; quibus duo fratres magi regnauerunt post Cambysem, autore Herodoto lib. 3. prope medium. His successit Darius filius Hystas pis, cuius secundo anno isti prophetæ vati cinati sunt, vt etiam ex. 1. Hesd. 4. & 5. intel ligimus, cùm ad intermissa templi funda- menta rediere Iudæi.

23

MALACHIAS.

MAlachias & loco, & tempore subse cutus est Zachariam, vt superius demonstraui.

Ex his omnibus tria intelligimus. * Pri mum est prophetas omnes tam minores, quam maiores eodem ordine prophetas se, quo sunt in Hebræo, & in nostra Vulga ta editione, si maiores cum maioribus, mi nores cum minoribus conferamus. Secun dum est ex prophetis nonnullos fuisse an te captiuitatem decem tribuum, Hoseam, Isaiam, Ioelem, Hamos, Habdiam, Ionam, Michæam; alios cœpisse prophetare post hanc captiuitatem, sed ante captiuitatem duarum tribuum, Nahum, Habacuc, So phoniam, Ieremiam. Alij in ipsa captiuita te prophetauerunt, Ezeciel, Baruc, Daniel: Alij iam soluta captiuitate, Haggæus, Za charias, Malachias. Tertium etiam ex di ctis cognoscitur, quid causæ fuerit, vt eadē sæpe in prophetis repetantur, nempe quod multi eodem tempore vaticinabātur, quo eadem peccata in populo grassabantur, &

24 Ordo temporis seruatus in dis positione prophetarum.

Qui ante captiuitatē decem, aut duarū tribuum, & qui post va ticinati sunt.

Cur eadem sæpe repe antur in alijs pro phetis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem supplicia pro peccatis imminebãt, quæ necesse fuit à multis reprehendi, & prædici, vt in ore duorum, vel trium staret illud verbum, & populus incredulus vel testibus multis credere cogeretur. Theodoretus in argumento Michææ; Per plures autem Deus eadem prædicit, vt ex graui, & inueterato morbo laborantes prophetarũ multitudinem veriti tãdem aliquando ab impietate se abducerent, &c. * Necesse etiam fuit CHRISTI aduentum, & Ecclesiæ mysteria à multis, sæpeque prædici, vt stultis & tardis corde ad credendũ CHRISTVS interpretaretur in omnibus prophetis, quæ de ipso erant, & toties à talibus præconibus proclamatus melius cum veniret, agnosceretur. Quod si tempora omnium horum prophetarum complecti velimus, à primo Hosea, vsque ad vltimum Malachiam trecentos plus minusue numerabimus. Hoseæ tempore regnabat apud Latinos Procas Syluius, vt diximus; tempore Haggæi, & Zachariæ apud Romanos septimus à Romulo regnabat Tarquinus Superbus habens annum imperij vicesimum septimum, qui post octo annos expulsus est à Bruto: ac deinde rempub. per annos quadringentos sexaginta quatuor vsque ad Iulium Cæsarem consules administrauerũt. Ita Hieron. in procem. comment. Haggei, & desumpsit ex Chronicis Eusebij. Qui secundum annum Darij filij Hystaspis, quo Haggæus, & Zacharias prophetare cœperunt, incidisse dicit in Olympiadem 65. & Romanorum reges à Romulo vsque ad Tarquinium superbum regnasse annos 240. siue (vt quibusdam placet) 243. inde consules rempub. obtinuisse per annos ferme 464. vsque ad Iulium Cæsarem, qui primus singulare arripuit imperium Olympiade 183. Hæc Eusebius. * Quæ omnia eo profero (vt rectè inquit Lactan. lib. 4. diu. inst. c. 5.) vt errorem suum sentiant, qui scripturam sacram coarguere nituntur tãquam nouam, & recens fictam, ignorantes ex quo fonte sanctæ religionis origo manauerit. Tempore igitur nostrorum prophetarum (inquit August. 18. de ciui. c. 37.) philosophi gentium nondum erant, qui hoc nomine vocarentur; primus enim omnium Pythagoras philosophus dictus est, qui eo tempore cœpit excellere, atque cognosci, quo Iudæorum soluta est captiuitas. Septem autem sapientes qui dicebantur, Pythagoram tempore præcesserunt: quorum primus Thales Milesius regnante Romulo eminuisse fertur, quo tempore iam Hoseas & alij eiusdem ætatis prophetare cœperant. Adeò (vt loco indicato scripsit Lactantius) antiquiores etiam Græcis scriptoribus prophetæ reperiuntur: quod est ab Eusebio diligentissime demonstratum lib. 10. de Præp. Euang. in fine. Ex ijs, quæ diximus, cum de Hoseæ tempore loquebamur, facile erit vnicuique inuenire quot annis quisque prophetarum floruerit post mũdi creationem, & post exitum Hebræorum ex Ægypto; quot etiam annis captiuitates vel decem, vel duarum tribuũ, ac denique CHRISTI Domini nostri aduentum præcesserint, si regis tempus, sub quo ille prophetauit, in memoriam reuocetur. * Quod vt fiat facilius, indicẽ rẽporũ regũ Iuda ex scriptura excerptũ subscribã.

25

Anni intra quos omnes prophetæ vaticinati sunt, tam maiores, quam minores.

27

Catalogus, & tempora regum Iuda à Dauide

Dauid regnauit annis	40	3. Reg. 2.
a Salomon.	40	3. Reg. 11.
b Roboham.	17	3. Reg. 14.
Abias.	3	3. Reg. 15.
Assa.	41	3. Reg. 15.
Iosaphat.	25	3. Reg. 22.
Ioram post mortem patris.	6	4. Reg. 8.
Ochozias, siue Ioachim.	1	4. Reg. 8.
Athalia mater Ochoziæ.	6	4. Reg. 11.
Ioas filius Ochoziæ.	40	4. Reg. 12.
Amasias post mortẽ patris.	28	4. Reg. 14.
c Hozias, siue Hazarias.	52	4. Reg. 15.
d Ioatham.	16	4. Reg. 15.
Achaz.	16	4. Reg. 16.

a Anno 4. regni sui ædificat templum, qui fuit quadringentesimus octogesimus egressionis ex Ægypto. 3. Reg. 6.

b Huius regni initio diuisæ sunt decẽ tribus à duabus & à domo Dauid. 3. Reg. 12.

c Huius tẽpore cœperũt prophetare Hoseas, Isaias, Ioel, Habdias, Ionas.

d Huius tempore cœpit Michæas.

Ab orbe condito vsque ad Ioatham annum primũ, anni 3315. ab egressu ex Ægypto 716.

e Ezecias.	29	4. Reg. 18.
f Manasses.	55	4. Reg. 21.
Amon.	2	4. Reg. 21.
g Iosias.	31	4. Reg. 22.
Ioachaz menses tres.		4. Reg. 23.
Eliakim, siue Ioakim.	11	4. Reg. 23.
h Ioachin, tribus mensib.		4. Reg. 24.
i Sedecias, siue Mathanaias	11	4. Reg. 24.

e Anno sexto Ezechiæ captiuitas decem tribuum 4. Reg. 18. Sub eodem cœpit Nahum.

f Sub Manasse Habacuc.

g Sub Iosia Sophonias, Ieremias.

h Quinto anno transmigrationis Ioachim prophetat Ezechiel.

i Vndecimo anno Sedeciæ excidium Ierusalem, & captiuitas duarum tribuum 4 Reg. 25. Quinto anno ab hoc excidio prophetat Baruch, octauo Daniel.

Inde ad extremum annum captiuitatis Babylonicæ anni quinquaginta duo sunt, vt in cap. 1. Zach. dicemus.

A primo anno libertatis vsque ad Saluatoris aduentum quingenti quinquaginta nouem. Eusebio alijsque doctissimis viris.

Decimo septimo, aut decimo octauo anno à libertate Babylonica prophetant Haggæus, & Zacharias, paulo post Malachias.

Cur vnus liber sit duodecim prophetarum, & cur minores appellentur, & nominum ipsorum etymologiæ.

PRAELVDIVM III.

1 APud Hebræos vnusquisq; maiorum prophetarũ suũ habet librum. Isaiæ enim prophetia vnus liber censetur, & similiter Ieremiæ, Danielis, Ezecielis. At duodecim prophetarum vaticinia vnico libro comprehenduntur, vt videmus apud Hiero. in prologo librorum Regum, & in prologo eorundem prophetarũ, non quod eodem tempore vixerint, sed propter eorum breuitatem. Ita quod singuli non poterant, omnes iustum volumen efficiunt, vt inquit Theodoretus in procem. duodecim prophetarum. Nec mirũ sane, cũ vnus Isaias duodecim prophetis iuxta numerũ versuũ aut æqualis, aut maior sit, autore Hieronymo in procem. cõment. Isaiæ. Atq; eadem breuitas effecit, vt minores vulgo dicantur; sicut illi quatuor maiores dicuntur, quod longiores sint, cũ isti minores, neque grauitate sententiarũ, neq; maiestate verborũ, neq; vlla re alia maioribus concedãt. Propterea (inquit Aug. 18. de Ciu. c. 29.) dicũtur minores, quia sermones eorum sunt breues in eorum comparatione, qui maiores ideo vocantur, quia prolixa volumina condiderunt. Et Rufinus in præfatione Hoseæ ait, Minores non pro meritis, sed pro numero versuum nominantur.

Supereſt vt nominum etymologias, quę 2
non parum momenti habere ſolent ad myſticos ſenſus, proferamus; idq; ex Hieron. in procæ. cõmen. Ioelis. Vtile (inquit) nobis videtur etymologias ſingulorũ & Græce, & Latine breuiter adnotare. Hoſee interpretatur σωτὴρ, quem nos Saluatorẽ poſſumus dicere. Ioel ἀρχόμενος, id eſt, incipiens, (ſiue Dominus Deus, vt idem ait in prologo cõmen. Malach.) Hamos βαστάζων, qui apud Latinos portans dicitur, vel populus auulſus, vt ait in prologo comment. eiuſdem Habdias, δοῦλος Κυρίου, id eſt ſeruus Domini. Ionas περιστερὰ, hoc eſt, columba. Michæas, ſφιονῦχος, ex duabus orationis partibus nomen compoſitum, quod apud nos ſonat, quis quaſi, aut quis velut. (Idem in prologo cõmen. Michææ ait, Michæas, interpretatur, humilitas.) Nahum παράκλησις, id eſt, conſolatio. Habacuc, περιλαμβάνων, id eſt, amplexans, ſiue luctans. Sophonias, κεκρυμμένος Κυρίου, hoc eſt, arcanus Domini. Haggæus, ἑορταῖος, quem nos feſtiuum, ſiue ſollennẽ poſſumus dicere. Zacharias, μνήμη Κυρίου, id eſt, memoria Domini. Malachias, ἄγγελος μου id eſt, nũtius meus. Hactenus in procemio illo Hieronymus. * Sed vt quorundam no 3
minum ex his cauſa intelligatur, Hebræorum conſuetudo adnotanda eſt, quã Hieronym in procem. comment. Michææ his verbis explicat. Quomodo ergo apud nos votiua, & quaſi ob virtutis auſpicium ponuntur vocabula, verbi gratia, Victoris, Caſti, Pij, Probi, & apud Græcos Σώφρων vocatur, & Εὐσεβὴς, & appellatiua nomina vertũtur in propria: ſic apud Hebræos & Michæas, & Habdias, & Zacharias, ceteraq́ue his ſimilia ex virtutum vocabulo liberis à parentibus imponuntur. His verbis ſignificat Hieronymus nomina ſæpe imponi filijs à parentibus ex voto, & deſiderio parentum, id eſt, optantes filijs virtutem aliquam, aut præſtantiam imponunt eis nomen illius virtutis, quaſi bene ominantes, & quaſi oſtendentes ſe cre-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere tales filios suos futuros, quales nomen pollicetur. Vt si filium quis vocet Victorẽ, Castum, &c. Ita his prophetis nomina videtur imposita, vt Hoseas Saluator dictus sit à parentibus cupientibus, & sperantibus eum fore populo suo valde salutarem. Ioel incipiens dictus est, quod sperarent, & cuperẽt, eum esse generis sui principium, aut salutis populi, aut quippiam simile. Dicitur & Dominus Deus, quod cuperent eũ virtutibus, & vitæ sanctitate Deum referre. Hamos portans à portando, & sustinendo populum precibus suis apud Deum, vel à patientia. Vel populus auulsus à desiderio parentũ, vt per eum decẽ tribus à domo Dauidis auulsæ iterum cum illa congregarentur. Habdias seruus Dei, quod cuperent totum Deo addici, & dicari. Ionas columba, à simplicitate, & innocentia. Michæas ab humilitate, vel quod nemo ei par futurus esset. Nahum consolatio, quod dictis, & factis gentem suam esset consolaturus. Habacuc amplexãs, siue amplexatio, ex eo quod amabilis Dñi est: aut luctans, ex eo quod in certamẽ, & luctã, & vt ita dicã, amplexũ cũ Deo cõgreditur, amplexantis, id est, luctantis sortitus est nomẽ, vt ait Hier. in proœm. cõment. eiusdẽ. Sophonias absc̃ditus Dñi, quod à Dño esset protegẽdus. Haggæus festiuus, quod gratus, & iucũdus futurus esset omnibus. Zacharias memoria Dei, aut memor Dei quod & ipse Dei memor futurus esset, & in memoria Dei futurus. Malachias angelus meus, quod propheta, & Dei nuntius futur⁹ esset ad populũ, id est, quod prophetico spiritu cuperent eũ parẽtes afflari; quo modo & superiora omnia intelligẽda sunt, de voto scilicet, & spe, & quasi bono auspicio parentũ. * Illud in his nominibus tãdem admonendũ, vitiose fere scribi vulgo à Latinis: nã Hosee, Hamos, Habdias, Habacuc, Haggæus cũ aspiratione in prima scribi debẽt, quandoquidẽ Hosee prima litera apud Hebræos est ה in Haggæo prima litera est ה, quæ est fortissima aspiratio, immo aspiratio duplex, vt Hier. linguæ Hebraicę peritissimus docet in Traditionib⁹ Hebraicis in Gene. & in epi. ad Tit. c. 3. At Hamos, & Habdias primã literã habẽt ע, quã Hier. in c. 3. eiusdẽ epi. ad Tit. affirmat duplicem habere aspirationẽ. Basilius quoq; in Isa. c. 1. docet nomẽ Hamos vni⁹ è duodecim prophetis dẽsiore spiritu pronũtiari, nomẽ autẽ Hamos patris Isaiæ spiritu magis tenui. Quæ tamen omnia Latini sine aspiratione scribunt; sicut contra nonnullis aspiratione adhibent, quæ in Hebræo, id est, in origine sua, vnde orthographia petenda est, aspirationem non habẽt, vt Ierusalẽ, Ieremias, Leroboham, Ierobahal. Nahum etiã adimũt mediam aspirationem; quod in multis nominibus similiter faciũt, vt in Bethlehem, Rahab, Iohannes, & similibus; quæ omnia in sua origine non solum aspirationem habẽt, sed etiã duplicẽ aspirationẽ, id est, ה. Errorem è Græco exortum esse arbitror. Cũ enim Græci aspirationẽ nõ habeãt, sed notam quandam quasi parui semicirculi, quæ apud veteres nõ erat in vsu, vt ex antiquissimis codicibus cõstat, sine aspiratione scripta sunt hæc nomina, quod aliter ab eis scribi nõ possent. Deinde nota aspirationis inuẽta, cùm Hebraice nescirẽt Græci librarij, quibusdã nominibus eã imposuerunt, quæ apud Græcos ita scribẽda videbãtur, vt Ierusalẽ, Ierobohã, Ierobahal, nã apud illos ἱερὲς aspiratur. Quod autem veteres Græci longe aliter protulerint, vel ex eo cõstat, quod nunc ex Basilio referebam. Sed de his satis.

Cur quidam prophetæ patrum suorum meminerint, quidam non meminerint.

PRAELVDIVM IIII.

IN titulis prophetarũ quatuor videntur quærenda, quæ sunt semel explicãda, ne sint in singulis dicenda. Primũ, cur quidã prophetæ parentũ suorũ meminerint, alij non meminerint. Secundum est de patria, tertium de tẽporibus prophetiæ, quartum de vrbe, aut gente, ad quam prophetant: nam hæc etiam sunt à quibusdam commemorata, ab alijs prætermissa. Ad primum ita respondet Hiero. initio comment. Sophoniæ. Tradunt Hebræi, cuiuscunq; prophetæ pater, aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Hamos vnus de duodecim prophetis, qui dixerat, Non sum propheta, nec filius prophetæ, sed pastor capratũ vellicans sycomoros, patris nomen in titulo non habet. Eandem traditionem ex Hieron. refert Rupert. initio comment. eiusdẽ prophetæ, & S. Thom. in Isai. & in Ierem.

1

4

Et præ-

Et præter alios Nicolaus Lyranus sæpe hac traditione vtitur, & pro regula haberi dicit apud Hebræos, vt initio Ierem. & Baruch, & Ezec. & Hoseæ, & Ionæ, quo loco non solum Hebræorum regulam esse docet, sed etiam Catholicorum, & in principio Sopho. & Zachar. Immo vero & Basil. in Isa. ca. 1. hoc ipsum docet. Patris, inquit nomen qua ex causa attexuit, Vt ostenderet donum prophetalis gratiæ patri prærogatum ad se etiamnum velut per manus peruenisse. * At hæc traditio, quæ multis placet, merito suspecta habenda est. Primũ, quoniã Hier. qui eã retulit, dubitare videtur an vera sit; subdit enim cõtinuo, Hoc si verum est, Sophonias propheta, &c. Similiter Rupe. ibid. & dubitationẽ Hieronymi ponit, & ipse dubitans ait, Verum qualiscũque illa traditio sit, illud magis delectat, &c. Neq; vero Basil. doctrinã istam Hebræorũ recipit, nam aliã potius causam reddit, cùm quærit, cur non omnes prophetæ patrum suorũ nomina dixerint, vt paulò post videbim⁹. Sed cũ multi apud Græcos dixerint Hamos patrẽ Isaiæ prophetam fuisse, quia eundem esse credebant, qui in duodecim prophetis tertius est, licet nõ semper rationem indicarent; Basilius, tametsi sciebat nõ esse è duodecim prophetis, prophetam tamen cum vulgari sententia fuisse existimauit, quod de alijs prophetarũ patribus nunquã cẽsuit. Aug. autẽ 18. de Ciu. c. 27. negat Hamos patrẽ Isaię fuisse prophetã, quẽ tamẽ in titulo Isaiæ positũ videm⁹. Paulus veto Burgẽsis vir in sacris literis cũ primis eruditus in 1. addit. 1. c. Iere. & Hoseæ, & Ionæ, & Zachariæ multis in hãc traditionẽ inuehitur. Nullum, inquit habet fundamentũ in sacra scriptura, nec aliquẽ Hebræorum expositorem me recolo legisse hoc asserentem, licet in quodam Thalmudico libro (id est cuiusdam doctoris Thalmudici) hoc legatur; quod tamen hoc non est pro regula reputandum, sed tanquam dictũ quoddã habẽdum, quod eadẽ facilitare contẽnitur, qua approbatur, cùm nullũ fundamẽtum habeat in sacra scriptura, nec etiã in ratione. Hæc & plura Burgẽs. qui oblitus est idẽ tradi à Dauide Kimhi in Hos. c. 1. * Illud tamen ex eius verbis relinquitur, multis Hebręis non fuisse probatam hanc traditionẽ. Immo Abraham filius Hezræ initio commenta. Ioelis ait, Scito autem prophetam omnem, qui commemorat nomen patris sui, nobilem ex illo fuisse. Quod si præterea auum habuerit clarum, & celebrem, vtriusque mentionem facere, vt; Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, &c. Vides illius traditionis non meminisse Hebræum? Quid quod & ipse Dauid Kimhi, qui traditionem docuit, dubitat quoque? Nam in principio Zachariæ, vbi legimus, Factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ, filij Haddo prophetam; ita inquit; Prophetæ nomen ad Zachariam referri debet, (quasi dicat, non ad patrem,) quanquam fortasse & Haddo propheta fuerit. Sunt enim qui Haddo videntem eum esse arbitrentur: & ita scriptum reperimus, In commentario Haddo videntis. Hæc Dauid; in quibus oscitantiam hominis vehementer admiror, qui cum verba referat ex 2. Paralip. 12. & 13. de commentario, siue libro Haddo videntis, non videat in ea Haddo floruisse temporibus Roboham, & Abiæ, à quibus vsque ad Zachariæ prophetiam quadringenti octoginta anni fluxerunt, vt ille prophetæ auus esse minime potuerit: prophetauit enim contra Ieroboham filium Nabat. 2. Paralip. 9. * Hebræorum est ista consuetudo mirabilia, & noua dicere, quæ neq; confirment, neq; confirmare possint. Ego quęro, qui fiat, vt neminem tot prophetarum, qui præsertim eo fuerint clariores, quod filios habuerint prophetas, vsquam scriptura prophetam appellauerit, aut videntem, vt solet in alijs passim facere? Scio sanè Hieronymum legisse Isai. 37. Ad Esaiam filium Amos prophetæ: nam id in commentar. satis indicat, cum ait, Hic, quia ipse de se Isaias scribebat historiam, non se appellauit prophetam, sed filium prophetæ: Ibi vero, quia alter erat scriptor historiæ, ipsum scribit prophetam, &c. Alludit Hieronym. ad illa verba 4. Reg. 19. Ad Isaiam prophetam filiũ Amos. At nostri codices vtrobique prophetæ nomen non Amos tribuunt, sed eius filio Isaiæ, Ad Isaiam filium Amos prophetam. Eodem modo verterunt & Lxx. Hieronymus tamen, quoniam נביא (quod prophetam significat) sicut & cetera Hebraica nomina indeclinabile est, & ideo tam accusatiui casus esse potest, quam genitiui; dum Hebræorum traditio mul-

2

3

4 Hebræorũ cõsuetudo.

B 2 tis pla-

tis placebat, nec falsitatis conuicta erat; non putauit absurdum vertere, Ad Isaiam filium Amos prophetæ. Quamuis fieri potest, vt idem postea (multa enim in sua translatione correxit) mutato consilio, maluerit vertere, Ad Isaiam filium Amos prophetam, quo modo
5 habent nostra exemplaria. * Quod si quis tentaret obijcere Amos patrem Isaiæ esse vnum è duodecim prophetis, vt sensit Clemens Alexand. in 1. Strom. facile à Hieronym. redarguetur in prologo commentar. Hamos, & in principio Isaiæ. Ita enim ait; Amos autem pater Isaiæ, non vt plerique autumant, tertius duodecim prophetarum est, sed alius, diuersisque apud eos scribuntur literis. Iste primam, & extremam literas habet ℵ, & ת, (id est, pater Isaiæ;) ille ע, & ד, &c. Quod Basil quoque notauit in Isai. cap. 1. Quæro ergo cùm scriptura nusquam illis prophetæ nomen tribuerit, vnde probent Hebræi prophetam fuisse Amos patrem Isaiæ, Helciam patrem Ieremiæ, Buzi patrem Ezecielis, & reliquos patres prophetarum? Præsertim cùm neque fieri soleat, neque exemplum vllum habeant, aut facile creditu sit, vt ad tam multos continua serie generationum sine interruptione transierit prophetia vt cum legimus Baruch. 1. Et hæc verba libri, quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helciæ. Et Sopho. 1. Verbum Domini, quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezeciæ. Atque hoc erit apertius, si iste Ezecias, qui in maioribus Sophoniæ numeratur, sit idem Ezecias rex, vt quidam Hebræi volunt. Quis enim vnquam dixit illum fuisse prophetam? Idem est argumentum, si Helcias pater Ieremiæ sit ille sacerdos magnus, qui Iosia regnante librum legis inuenit 4. Reg. 22. vt vult Burgensis in addit. 1. cap Ierem. in quo se dicit sequi Dauidem Kimhi, & alios probatos expositores Hebræos, & vt aperte tradit Clemen. in 1. Strom. Probat autem non fuisse hunc Helciam prophetam, quoniam ipse cum alijs missus est ab Iosia ad quærendum verbum Domini ex Holda prophetissa. * Nec
6 obstat, quod quidam ibidem pro Lyrano respondet, Helciam fuisse prophetam officio, quoniam erat summus sacerdos, licet actu non fuerit. Nam quomodo est officio propheta, qui nunquam prophetat? Quod si officio erat propheta, ad ipsum potius mittere deberet Iosias, vt iuxta officium suum prophetaret. Caiphas quidem Ioh. 11. prophetauit, sed propheta non fuit, nec dixit Euangelista. Cùm esset pontifex anni illius prophetauit, vt indicaret id summi sacerdotis officium esse: neque enim prophetauerunt Aharon, aut Eleazarus, aut Phinees: sed voluit Spiritus sanctus habere rationem pontificiæ dignitatis, vt doceret se adesse ijs, qui officium publicum gerunt, vt eos magis illustret, etiam si mali sint, propter multitudinem ipsis commissam. Rogo etiam, si quis tantum modo legeret 4. Reg. 19. Isaiam filium Amos, crederet ne patrem eius fuisse prophetam magis, quàm cùm legit 3. Reg. vlt. Michæam prophetam fuisse filium Iemla? Et si legeret istos patres, & auos Baruch, & Sophoniæ non in ipsorum prophetijs, sed in alio libro; num magis crederet eos fuisse prophetas, quam cum legit 1. Reg. 9. Et erat vir de Beniamin nomine Cis, filius Abiel, filij Seor, filij Becorath, filij Aphia, filij viri Iemini? Nõ sane; neq; enim scriptores sacrorũ librorũ, neq; vlli alij consueuerũt vnquã patris nomine posito significare eum eiusdẽ officij, aut dignitatis fuisse cum filio. Cum Saul filius Cis dicitur, num ideo intelligitur Cis regnasse? aut si Iosue filius Nun dux populi Dei fuit; ideo Nun dux quoque fuisse intelligetur? Cur ergo hoc ita prophetis potius contingat, aut cur in libris prophetarum prophetas fuisse dicemus, quos si in alijs scripturæ libris legeremus, eos vates fuisse nunquam nobis in mentem veniisset? * At dicunt Hebræi peculiare hoc 7
esse in libris prophetarum. Dicunt quidem, sed dicunt, vt plurima, è suo, sine ratione, sine autoritate. Ad id autem, quod de Hamos propheta afferunt, qui patris nomen non habet in titulo, & posteà negat se filiũ esse prophetę, paulò post respõdebo. Propterea existimo non esse nobis recedẽdum à consuetudine scripturæ: sed vt patres faciunt, & nos in multis locis faciemus; ita in hoc fieri debere, vt scripturam ex scriptura, id est, ex eius phrasi, & consuetudine interpretemur. Filijs nomina patrum addit scriptura aut altera duarum causarum, aut vtraque. Prior est, vt is, de quo loquitur, distinguatur ab alijs eiusdẽ nominis, & per patrẽ cognoscatur qui sit. Nomina patrum cur filijs addantur.

Ita dicitur Simon Petrus, aut Simon Barlona, vt ab altero Simone discernatur, cui cognomen erat Chananæus, vt docent Hieronym. & Chrysostom. Matth. 10. Iacobus Alphæi, vt distinguatur ab altero Iacobo filio Zebedæi, & Alexander Philippi 1. Machab. 1. quoniam multi erant Alexandri, Iudas Machabæus, quoniam multi Iudæ vocabantur. Et in libris Reg. Ieroboham filius Ioas, quoniam fuit alter filius Nabat, qui peccare fecit Israel.
8 * Posterior causa est, vt per patrem non solum cognoscatur filius; sed etiam clarior, illustriorque reddatur. Ita Mar. 1. Initium Euangelij IESV CHRISTI, Filij Dei. Prou. 1. Parabolæ Salomonis filij Dauid regis Israel. Eccles. 1. Verba Ecclesiastæ filij Dauid regis Israel. Matth. 1. Ioseph fili Dauid, &c. Hoc quoniam & apud Græcos, & apud Latinos, & apud nos, ac denique apud omnes nationes similiter fit, non est exemplis comprobandum. Sed neque illud probatione indiget, multos eodem tempore solere apud omnes eodem nomine appellari. Ideo enim cognomina vbiq; excogitata sunt, quoniam nomina sæpe sunt communia. Quare si quis nomen habeat minus commune, minusque vsitatum, sępe sine cognomine vocatur, vt Ignatius, Dionysius, Timotheus, Theophilus. Exponamus igitur scripturam ad scripturæ, omniumque gentium consuetudinem, & dicamus his de causis adiecisse quosdã prophetas nomen parentum, alios præterijsse. Priorem causam expresit Theodoretus in principio cõment Ioelis. Quoniam, inquit, plerique, vt consuetudinis ratio exigit, eodem nomine sunt, patris nomen addidit. Idem scripsit Chrysostom. in principio comment. in Isa. & Theophyl. in Ionam. Et Gregor. homil. 2. in Ezec. ait. Qui vt bene personam indicet, etiam genus narrat, cum subdit, Et factum est verbum Domini ad Ezecielem filium Buzi. Posterior à Basilio in Isa. cap. 1. redditur, vbi de prophetis ita loquitur: Atqui plures patrum meminere. Et forte illi quidem acceptiores reddi eò potuere, quòd ex illustri genere maiorum prodijssent. Quò enim quisque est sanguine clarior, hoc apud plerosque omnes maiorem impetrat fidem. Contra qui ex obscuro, & ignobili prognati sunt, fere transmittuntur silentio. Idem Ruffinus sensit in prin. commentar. Hamos, eaque ratione omissum fuisse nomen patris eiusdem Hamos.
* Eadem est & Hebræorum sententia, 9
Abrahæ in Ioel cap. 1. cuius verba ante retuli; & Dauidis ipsius Kimhi, qui in Sopho. ait. Maiores eius fuerunt sine dubio celebres, ac propterea eorum meminit. Eadem causa putat Olympiodorus in comment. in Ecclesiasten, ibi additum fuisse à Salomone nomen Dauidis, quod & Hieron. breuissime subindicauit in principio commentar. in Ecclesiasten. Ita Isaias patris Amos meminit, qui notissimus erat, & nobilis, vt Hieronym. scribit in prologo, aut iuxta Heb. frater Amasiæ regis Iuda. Ieremias, & Ezeciel idem fecerunt, vt se sacerdotali genere ortos esse docerent, temploque, & legi Domini addictos, quæ res non mediocrem illis autoritatem conciliabat apud populum. Daniel nobilis generis & regij, quia ab incunti ætate populo notissimus erat, & propter Iudicium illud Susannæ summæ apud omnes autoritatis, patris nomen non putauit addendum. Idem dicendum est de Hamos, de Habdia, de Michæa, de Nahum, de Habacuc, de Haggęo, de Malachia, qui nomina patrum omiserunt, quoniam ipsi per se satis noti erant populo, & neque ad ambiguitatem nominis tollendam, neque ad splendorem sibi conciliandum necessarium iudicabant patrũ nomina indicare, vt ceteri prophetæ, qui indicarunt. Pertinent etiam hæc nomina interdum vel ad exactiorem prophetiæ intelligentiam, vel ad mysteria significanda vt sequenti prełudio dicemus. Ruffinus initio comment. Ioelis aliam quoque rationẽ addit, nempe sanctorum virorum non solum virtutes, sed etiam maiores nominari, vt fiat eis cum parentibus suis dignitatis æqualitas.

Cur ex prophetis quidã patriã suã indicauerint, alij non indicauerint.

PRAELVDIVM. V.

DOcent Hebræi, (vt videmus apud Dauidem Kimhi in Hose. cap. 1. quem ibidem Vatablus secutus est) quoties nomen patriæ prophetæ non scribitur in prophetia, intelligi illum fuisse Ierosolymitanum. Quod si verum est, soluta 1

est quæstio, cur alij prophetæ nomẽ patrię addant, alij omittant. Vellẽ, vt id illi probarent, sed ipsi sibi sine probatione credi volunt, quod haud ægrè fortasse à me impetrarent, nisi maior obstaret autoritas. In primis Epiphanius in libello de prophetarum vita, & interitu Danielem affirmat natum fuisse in Bethbera superiore, Hoseam in Belomoth, Ioelem in agro Bethor, Habdiam in Sichem, Habacuc in agro Bezochar, Sophoniam in Sarabatha terræ Simeon, Malachiam in Sopha terra Zabulon. Quorum tamen nullus patriam suam posuit in prophetia. Quid autem Epiphanium testem cito, cum Hebræi ipsi minime hoc recipere videantur? Etenim Salomon, & ipse Dauid Kimhiin Habdiam referunt veterum Hebræorum sententiam Habdiã prophetam non Ierosolymitanum, aut Iudæum fuisse; sed Idumæum. Deniq; Ionas nomen patriæ non ponit, erit igitur Ierosolymitanus: sed id sacræ historiæ aduersatur; legimus enim 4. Reg. 14. Iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruũ suum Ionam filium Amathi prophetam, qui erat de Geth, quæ est in Hopher. * Quã ob rem idem de nomine patriæ dicendũ censeo, atque de nomine parentum; nempe addi nomen patrię in scriptura, vt ille ab alijs distinguatur; vt Simon Chananæus, vt distinguatur à Simone Petro; Iudas Iscariotes, vt distinguatur à Thadæo Iuda. Ita nos cum Clementem citamus, nomen patriæ addimus, vt appareat vter sit, Romanus ne, an Alexandrinus. Additur etiam, vt ille magis declaretur, vt 1. Reg. 1. Fuit vir vnus de Ramathaim Sophim de monte Ephraim, & nomen eius Elcana. Et c. 16. Veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitem. Tertiò additur, vt ille illustrior ex patria reddatur, vt Eccli. 50. Doctrinam sapientiæ, & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita. Et 2. Reg. 14. mulier ad Dauidem missa Thecuitis dicitur, vt sapiẽs fuisse intelligatur. Erant enim Thecuitæ iuxta Hebræos natura prudentiores. Sacerdotes quoque & Leuitæ missi ad Iohannem Ierosolymis venisse dicuntur, vt ex patria nobiles, & claros viros fuisse videamus. His igitur causis prophetæ quidam patriam apposuerunt, alij, quoniam necessitas non postulabat, non apposuerunt. * Mihi videtur etiam interdum nomen patriæ adijci, aut vt aliquid in ipsa prophetia exactius intelligatur, aut propter mysterium in nomine ipso latens. Exemplum primi, Ieremias dixit cap. 1. se esse de sacerdotibus Anathot: ex hoc intelligimus, cur illi dicant viri Anarhot, Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris Ierem. 11. Cùm enim Iudæi vehementer odissent Ieremiam propter vaticinia; timebant Anathotitæ, ne aliquid inde mali ipsi paterentur in eiusdem prophetę municipis sui odium. Exemplum secundi, Verba Hamos, qui fuit in pastoribus Thecuæ: patria ponitur, vel vt prudens fuisse significetur, vt de muliere Thecuitide dicebamus; vel (quod verius arbitror) vt vis gratiæ Dei ostendatur, quæ pastores vertit in prophetas, & infirma mundi eligit, vt confundat fortia, & principes, ac reges increpet. Michæas quoque dicitur Morasthites, quia Morasthi (vt ait Hieronym. in eiusdem commenta. procem.) hæredem significat, per quod propheta laudatur, & CHRISTI mysteriorum particeps, eiusque cohæres ostenditur. Vnde idem in epistola ad Paulinum, Michæas de Morasthi cohæres CHRISTI vastationem annuntiat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxillam percusserit Iudicis Israel. Hæc duo ad nomina quoque parentum prophetarum pertinent, quorum mysteria Hieronym. & Rupert. in eorum initijs eleganter aperiunt.

2 Cur addat scriptura nomen patriæ.

3

Cur quidam prophetæ, ac non omnes tempus prophetiæ suæ indicauerint.

PRAELVDIVM VI.

1 HAnc quæstionem, cùm & diligentem lectorem mouere possit, & non parum habeat difficultatis, omnes fere tractatores prætermisere. Mihi autem ita videtur posse explicari, si primum, vt in alijs præludijs fecimus, scripturæ consuetudinem obseruemus, & causas quæramus, cur tempus addi soleat: inde enim percipiemus, cur interdum non addatur. Temporis sit mẽtio nonnunquam ad veritatẽ eorum, quæ dicuntur, confirmandam

Cur scriptura tẽpus indicet rũ gestarũ

quemad-

quemadmodum & loci; quo enim minutissima quæq; exactius narrantur, eo maior esse solet fides historiæ, vt Luc. 3. Anno autẽ quinto decimo imperij Tyberij Cęsaris, procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, &c. Ita Iohannes in Euangelio suo nõ annum tantũ, sed etiam mensem, & interdum diem indicat. Ideo Haggæus, & Zacharias & anni, & mẽsis meminerũr; Baruch autẽ, & Ezeciel etiã dies addiderunt. Rectè igitur ait Chryf. in principio cõment. Isaię, Ideo tẽporis memi
2 nit, vt ostendat veritatẽ historiæ. * Secũda causa est intelligẽtia rerũ dicendarũ: multa enim in prophetis difficillime intelligũtur, quia ad quod tẽpus referenda sint, ignoratur. Quare rectissime admonuit Cyril. li. 8. Thesauri c. 2. qui scripturas exactè velit intelligere, diligẽter tẽpora quærere debere. Et li. 9. c. 4. ait, Necessariũ igitur est ad intelligẽdas rectè scripturas tẽpora cõsiderare, in quibus dicta sunt, quę scribũtur: sic enim facilè poterimus errores euitare. Quod totidẽ fere verbis repetit li. 10. c. 3. Etenim ex ijs, quæ illo tempore cõtigerunt cognoscimus sæpe apertè, quæ obscurissime significantur à prophetis. Tẽpore indicato tollitur ambiguitas rerum gestarum, vt Luc. 2. Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis: hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Sine tempore nõ cõstaret, vtrùm prima fuisset illa descriptio, an secunda, in quã Dñi nostri natalis dies incidisset. Tollitur & contradictio, quæ in scriptura sæpè videtur existere, & studiosos exercet ac torquet. Ex quo illud Aug. ser. 16. de verb. Domini: Distribue tempora, & concordabit scriptura, factum est iam tritum sermone prouerbium. * Exẽ
3 pla passim in Euangelijs, & in reliqua scriptura occurrunt. Ideo Hiero. in Catalogo scriptorum Eccl. cum de Iohanne loqueretur, scripsit, Omnem dissonantiam Euãgelij Iohannis, quæ videtur esse cum ceteris, tolli; si consideremus tres priores Euangelistas res gestas extremi anni prædicationis CHRISTI, quo passus est, tantùm scripsisse, postquàm scilicet in vincula coniectus est Iohannes Baptista, Iohannem duorum annorum priorum potissimum historiam texuisse. Ad hanc secundam causam pertinet, quod initio comment. Hoseæ ita scripsit Ruffinus, Ordinate nimirum in fronte operis vocabula regum, ætatesque constituunt, vt quæ sunt sub eorum commissa temporibus, historia docente, noscentes, fateamur eos dignas, ingentesque causas inuectionis habuisse. Et quod est apud Basil. in Isa. cap. 1. Temporum, inquit, obseruatio non mediocre affert lectori operæpretium. Per eam enim dignoscitur, & eluceſcit, ante quantum temporis prædicta post quantum temporis euenerit: & quia cum abundasset morbus, superabundauit & Dei prouidentia. * Tertia causa 4
est tacita alicuius mysterij significatio, vt Matth. 2. Cùm natus esset IESVS in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis; & tempus, & locus indicant eum, qui natus est, esse verum Messiam: nascitur enim in ciuitate Dauid, & eo tempore nascitur, quo iam erat ablatum sceptrum de tribu Iuda. Similiter Luc. 3. cum tempus Tyberij Cæsaris ponitur, & simul tetrarchæ Galilææ & Iturææ, & Abilinæ nominantur, significatur Euangelium disseminandum esse per totum orbem, qui tunc à Tiberio regebatur, & ab eo prouincias Iudææ non esse excludendas, vt inquit Orig. hom. 21. in Luc. Idem Orig. hom. 1. in Iere. quærit, quid vtilitatis legentibus afferat, quod Ieremias reges, & tempora suæ prophetiæ patefecerit? Quam quæstionem ita soluit, Cõdemnauerat Deus Ierusalem propter peccata, quæ fecerat; & hæc erat extrema sententia, vt captiuitati relinquerentur, Veruntamen cum hominum sit amator, nec quenquam velit perire; antequam populationis tempus instaret, misit & hunc prophetam, vt per sermones eius ad pœnitentiam conuerteretur. Misit eundem & sub secundo rege post primum, misit quoque sub tertio. Quid plura? Iam captiuitas imminebat; & adhuc adhortabatur Deus, tribuens (vt ita dicam) locum pœnitentiæ. Vnde scriptum est, vsque ad captiuitatem Ierusalem, & vsq; ad quintum mẽsem prophetasse Ieremiã. Habemus itaq; quędam necessaria ex superscriptione ista, quę continet tempora prophetiæ: quia iuxta suam clementiã exhortatur Deus semper homines ad salutẽ, vt cessante delicto, etiam captiuitas cõquiescat, &c. * Iã vero 5
quot mysteria in hac temporũ notatione lateãt, quæ ad allegoricos, & tropologicos sensus pertinẽt, longũ esset recẽsere, & patrũ libri pleni sunt. Sat erit exẽpli causa pauca indicare. Vide Ori. ho. 1. in Isa. & ho. 1. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Eze. Hier. Isa. 6. in prin. & in principio Eze. Greg. hom. 2. in Eze. Vbi ergo hæc tria, quę diximus, necessitas non exigebat, aut vbi visum est spiritui sancto obscuriorē scribi prophetiam, vt bonos, & humiles exerceret, superbos repelleret; aut vbi vel nulla erant mysteria, quæ per tempora, & reges significarentur, vel significari noluit; sed precibus, & studio legentium inuestigari; tempus tacuit, sicut & locum, & alia eius generis, quæ prodesse ad intelligentiam poterant, similiter voluit taceri. Itaque si quærere velimus, cur non omnes prophetæ tempus dixerint? poterimus eadem ratione & de ijs, qui tempora indicarūt, quęrere, cur nō expresserint, quid sub quoque rege prophetauerint? cur non annum, mēsem, diem adiecerint vbique; cur non locū, cur non causam, cur non tempus, quo implenda erant prædicta? cur non alia minutiora, quæ prophetiæ obscuritatem vel tollerent, vel minuerent? atque ita nullus plane esset finis quærendi. Scimus enim illa non esse posita, vel quia necessaria nō erāt, vel quia nihil significabant, vel quia mysteria illa tegi oportebat, totamque prophetiam obscure describi. * Idem igitur respōsum esto, cùm quæritur, cur quidam prophetæ tempus tacuerint? Si vero quæras: quando nō videatur necessarium tempus indicare, respondeo tunc nō videri necessarium, cum generaliter loquuntur prophetæ, nec dicunt aliquid, quod ad illius ęculi reges, vel mores pertineat, sed ad consequētes reges, & ad consequentia sæcula similiter spectet. V. G. Si Habdias aduersus Idumæos prophetans, aut Nahum aduersus Assyrios, aut Habacuc aduersus Chaldęos, tempus in prophetia notassent, putare posteri possent non pertinere ad se minas illas, sed tantum ad eos, qui prophetæ illius tempore viuebant, atque ita vel non fuisse illum à Deo missum crederent, vel se impune peccare posse. At cum tempus prætermitti vident, iure credunt ad se quoq; illa pertinere. Idem de Malachia dico; ea enim dicit, quæ non tantum sui sæculi hominibus, sed etiam reliquis vsque ad CHRISTI aduentum necessaria esse cognoscit. Idem de Ioele: nam quod non vnius ęculi, sed multorū hominibus scripserit, ipse demōstrat. Super hoc (inquit c. 1.) filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorum generationi alteri. Sed & Ionas tempus tacuit, quoniam noluit intelligi tunc tātum exitium imminere vrbi Niniue, cum ipse prophetauit, sed in posterum quoque timeri debere, si à pietate, quam tenere cœperant, recessissent. Et quoniam peccatis crescentibus iam prophetiæ Ionæ obliti videbantur; iterum eis vastitatem prænuntiat Nahum antè septē & septuaginta annos, quàm accideret. * Et quia nō solum præsentibus loquebatur, sed futuris quoque per illos septuaginta septem annos, aut per plures, si per pœnitentiam ad Deum conuerterentur, & supplicium suum protraherēt, merito & ipse tempus præteriuit. Atque hi sex sunt, qui temporis in prophetia sua non meminere. Quid ergo prophetæ qui tempus posuerunt? Nonne multa dixerūt, quæ ad futurorum quoque sæculorum homines spectarent? ita sane: sed in his aut tēpus tacuerunt, aut si expresserunt, aliqua ex illis causis ponendi temporis, quas diximus, expresserunt. V. G. Hoseæ 4. Audite verbū Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra, &c. Ad futura quoq; Iudæorum sæcula pertinet; atque ideo quo tempore hoc dixerit, non explicauit. Scimus sub quibus regibus prophetauerit: sed per multos annos extensa est prophetia: ita non constat, quo rege, aut quo anno hanc prophetiam fuderit. Multa huiusmodi occurrent passim, tam in hoc propheta, quā in ceteris.

6

7

Cur non omnes prophetæ scripserint, ad quam vrbem, vel gentem prophetauerint; & quibus verbis id expresserint.

PRAELVDIVM. VII.

1

HÆc quæstio, quam extremā esse volumus, breuius tractabitur: est enim apertior: & si rectè considerare volumus, omnes prophetæ hoc, quod quærimus, expresserunt, licet nō æque aperte omnes. Etenim quidam perspicuè dicunt, vt, Verba Hamos, qui fuit in pastoribus Thecuæ, quæ vidit super Israel, &c. Visio Habdiæ. Hæc dicit Dominus ad Edom, &c. Verbū

Domini, quod factum est ad Michæā, &c. quod vidit super Samariam, & Ierusalem. Alij ex regibus quos nominant, volunt intelligi, ad quos verba faciant, vt Verbum Domini, quod factum est ad Hosee filium Beeri, in diebus Hoziæ, Ioatham, Achaz, & Ezeciæ regum Iuda, & in diebus Ierobohā filij Ioas regis Israel. Cum enim reges Iuda, & reges Israel nominat, tàm decem tribubus, quàm duabus se prophetare significat. Vnde in eodem cap. prophetat nunc de his, nunc de illis. Idem in Sophonia intelligendum. Tres prophetæ nihil huiusmodi posuerunt, Ioel, Habacuc, Zacharias. At ita loquuntur, vt cito attento lectori aperiāt, cui loquantur. * Etenim Ioel in ipso primo cap. satis ostendit, se prophetare aduersus Ierusalem, cùm ait, Perijt sacrificium, & libatio de domo Domini; luxerunt sacerdotes ministri Domini, &c. Et cap. 2. Canite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo. Habacuc, licet non explicet onus, quod vidit, cuius sit; tamen dicit, vnde intelligamus esse onus Ierusalem à Chaldæis vastādæ. Quare, inquit, ostendisti mihi iniquitatem, & laborem, videre prædam, & iniustitiam contra me? id est, contra populum meū. Deinde diserte nominat Chaldæos. Mox ostendit onus esse etiam Babylonis, & Chaldæorum à Medis, Persisque vastandorum. Nam cùm de Nabuchodonosor potentia multa dixisset, in eodem primo cap. de illo ait, Tunc mutabitur spiritus, & pertransibit, & corruet. Et per ironiam addit, Hæc est fortitudo eius Dei sui. Et cap. 2. apertius, & quo modo vinum potantem decipit; sic erit vir superbus, & non decorabitur, &c. Zacharias multo apertius: statim enim ait, Conuertimini ad me, &c. ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetæ priores, &c. Loquitur scilicet populo Babylone reuerso, vt paternam impietatem in posterum minime imitetur.

2

3 Quibus vocabulis significentur in prophetis decem tribus, & duæ.

* Verum quoniam sub Roboham decē tribus diuisæ sunt à duabus, & prophetæ nunc ad has, nunc ad illas, nunc ad omnes mittuntur; mandanda sunt memoriæ vocabula, quibus illæ à prophetis significētur. De quibus ita Hieron. in prologo duodecim prophetarum, Quotiescunque ad decem tribus venitur prophetia, sub his nominibus designatur, i. Ephraim, Samaria, Israel, Ioseph, Iezrahel, Bethel, Bethāuen, & interdum Iacob. Cùm verò ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo profertur, id est, Iuda, Ierusalē, Beniamin, domus Dauid & interdum Iacob. Aliquoties Israel ad totas duodecim trib⁹ refertur. Hæc Hieronymus. Ephraim quidem dicuntur, quoniam primus decem tribuum rex Ieroboham filius Nabat erat Ephratęus 3. Reg. 11. hoc est, de tribu Ephraim filij Ioseph: & eadem causa dicuntur Ioseph. Samaria, & Iezrahel, quoniam hæ duæ vrbes nobilissimæ, regiæque fuerunt in regno decem tribuum. Bethel, quod in ea vrbe esset Vitulus aureus positus à Ieroboham rege, quē adorabant decem tribus, 3. Reg. 12. Eademque dicebatur Bethāuen per contemptum, id est, domus idoli, aut domus vanitatis, siue iniquitatis, vt in Hose. c. 4. dicemus. Iacob autem dicebantur, quoniam maior pars erant filiorum Iacob. Quod autem dicerētur Israel, notum est ex libris regum: nā ex quo facta est illa diuisio, cœperunt distingui reges Iuda, & reges Israel. * Duæ tribus dicuntur Iuda à digniori tribu regia: Beniamin, quod cum tribu Iuda manserit tribus Beniamin. Ierusalem ab vrbe celebriori, in qua erat templum, & regia. Domus Dauid, quod in ea semper regnarent posteri Dauidis. Iacob etiam dicuntur, vt Isa. 2. Domus Iacob, venite, & ambulemus in lumine Dei nostri; eo quod & ipsi filij essent Iacob, plusque eum imitarentur, quàm decem tribus. Sed notandum est, quod Hieronymus scripsit in principio Malachiæ. Sciendum, inquit, quod abducto in captiuitatem Israel, id est, decem tribubus; indifferēter pristino nomine & duæ tribus, Iudas, & Beniamin appellentur Israel, &c. Ita Malachias ait, Onus verbi Domini ad Israel in manu Malachię. Hoc intelliges nisi de illo tempore loquatur scriptura, quo tribus erant diuisæ; aut separatim de decem tribubus loquatur, vel de duabus, vt Zach. 11. Vt dissoluerem germanitatem inter Iudam, & Israel. Demùm intelliget prudens lector, cum autorum loci à nobis non indicabuntur, in illius ipsius loci explanatione, quem interpretabimur, eorum dicta esse quærenda.

4

IN HOSEAM PROPHETAM COMMENTARII.

ARGVMENTVM HOSEÆ per singula capita.

CAP. I.

IN typum idola colentis synagogæ propheta vxorẽ ducit domum fornicationibus deditam, tresque ex ea liberos suscipit captiuitatem eiusdem synagogæ, captiuitatisque diuturnitatem, & acerbitatem suis nominibus portendentes. Mox duarum tribuum liberationem, & Israelis, Gentiumque vocationem prædicit.

CAP. II.

Duarum tribuum peccata commemorat, & captiuitatem Babylonicam comminatur, & quot gratijs, ac donis prosecuturus sit tempore Euangelij credentes ex illo populo, eisque gentium multitudinem adiungendam esse docet.

CAP. III.

Adulteram diligere iubetur, quam multos dies expectare iubet sine vsu coniugis. vt per hæc amor Dei erga idola colentem synagogam, & præsens Iudæorum significetur status, quo nec Deũ colũt, nec idola

CAP. IIII.

Varia, & grauia vtriusque populi peccata cõmemorat, vt nemo ignorare possit iuste eis Deũ ingẽtia illa supplicia cõminari.

CAP. V.

Sacerdotes, & principes decem tribuũ reprehẽdit, quod populo scandalo fuerint, eumque à cultu Dei veri ad idola, quantũ possent, auerterent. Prænuntiat imminere eis captiuitatem, simulque duas tribus admonet, vt saltem periculum ex Israele faciant, & seueritatem suæ in vtrosque futuræ iræ prædicit.

CAP. VI.

Prædicit eos per calamitates ad Deum esse reuersuros, & Christi venturi spe erigẽdos. Deinde populum reprehẽdit, quod cito Deo placere desierint, & legis, veræq; sanctitatis obliti sacrificiorũ oblatione putarent eum posse placari. Propriè autem Galaaditas accusat, quod idololatriæ ira dediti essent, vt fauerent quoque interfectoribus eorum, qui in templum ibant adoraturi. Mox toti Israeli idololatriam obijcit, & Iudæ tacite captiuitatem prænuntiat.

CAP. VII.

Commemorat Israelis peccata postquã Ieroboham adhærere cœpit, & quanta cũ exinde incommoda consecuta sint, quantaque sint in posterum consecutura.

CAP. VIII.

Prædicit templi per Chaldæis euersionem, & captiuitatem Israelis, vitulorumq; comminutionem; & eiusdem peccata reprehendit.

CAP. IX.

Prędicit eis famem, & orbitatem filiorũ, & captiuitatem propter idololatriã suam.

CAP. X.

Docet quantum populum istum auxerit, & ditauerit, & quæ supplicia cum maneant, quod post tot beneficia impudẽter à Deo recesserit.

CAP. XI.

Idem argumentum habet commemorationem beneficiorum Dei, & peccata populi, & pœnas imminentes: sed tandem docet multos ex decem tribubus vocandos esse ad gratiam Euangelij.

CAP. XII.

Docet ipsos suis factis exitium sibi quærere, & beneficia commemorat, quibus Iacob affecit, & in eo eius posteros, & eiusdẽ patriarchæ virtutes: tum peccata, quæ Israel pro beneficijs reddidit.

CAP. XIII.

Quia quo magis eos Deus hortabatur ad pœnitentiam, magis idolis colendis peccabant, comminati eis mala grauissima, vnde à nemine possint liberari, & tãdem post comminationem consolatur eos spe Christi venturi, & mortẽ omnino superaturi, infernumq; spoliaturi, liberãdo ab eo electos.

CAP. XIIII.

Cõmemoratis breuiter malis, quæ erãt in captiuitate passuri, ad veram pœnitentiam, & supplicem peccatorum confessionem exhortatur: docetque quanta eos bona maneant, qui ad Deum conuertentur, & Euangelium Christi suscipient.

LIBER HOSEÆ PROPHETÆ.

CAP. I.

VErbum Domini quod factum est ad Osee filium Beeri in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezeciæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Principium loquendi Domini in Osee: & dixit Dominus ad Osee. Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Et abijt, & accepit Gomer filiã Debelãim: & concepit, & peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum. Voca nomen eius Iezrael: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrael super domum Iehu, & quiescere faciam regnum domus Israel. Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrael. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et dixit ei. Voca nomẽ eius Absque misericordia: quia non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. Et domui Iuda misereb or, & saluabo eos in Domino Deo suo: & non saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus. Et ablactauit eam quæ erat Absque misericordia. Et concepit, & peperit filium. Et dixit. Voca nomen eius, Non populus meus. quia vos non populus meus, & ego non ero vester. Et erit numerus filiorũ Israel, quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur. Et erit: in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrael.

Rom. 9.

HISTORIA, SIVE LITERALIS EXPOSITIO.

1

Obscuritas prophetæ.

VErbum Domini, quod factũ est ad Hosee. Huius prophetæ quanta sit obscuritas, Augustinus breuiter subindicat lib. 18. de ciu. c. 28. cùm ait, Hosee igitur propheta quanto profundius quidem loquitur, tanto operosius penetratur. Et Hieronym. in procem. comment. eiusdem; Si in explanationibus, inquit, omnium prophetarũ sancti Spiritus indigemus aduentu, vt cuius instinctu scripti sunt, illius reuelatione pandantur, &c. quanto magis in explanatione Hoseæ prophetæ orandus est Dominus, & cum Petro dicendum, Edissere nobis parabolam istam; præsertim cum obscuritatem voluminis in fine testetur ipse, qui scripsit; Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & cognoscet ea? &c. Sed audendum tamẽ est, & orandus Dominus, vt ait Hiero. Ipse enim, qui ad hominum vtilitatem ea inspirauit prophetæ, dignabitur quoque ad hominum vtilitatem etiam per indignum ministrum aperire.

2

* Ita igitur incipit, *Verbum Domini, &c.* Quemadmodum in progressu prophetiæ sæpe illud repetunt prophetæ, Hæc dicit Dominus: ita initio dicunt, Verbum Domini, quod factum est, &c. vt autoritatem verbis suis concilient, magisque moueantur auditores, dùm vident non prophetæ verba esse, quæ audiunt, sed Dei. Ita etiam Paulus Galat. 1. Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per IESVM CHRISTVM, & Deum Patrem. Et ibid. Notum enim vobis facio, fratres Euangelium, quod Euangelizatum est à me; quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationẽ IESV CHRISTI. Et 2. Cor. vlt. An experimẽtum quæritis eius, qui in me loquitur CHRISTVS? Ex quo prophetarum more videmus non esse hęc principia aut ab Hesdra, aut ab alio quopiam addita; sed ab ipsis prophetis, vt fidem, & autoritatem suis dictis adiungerent: sicut non alij, sed ipsi scripserunt in ipso contextu, Hæc dicit Dominus.

3

Verbum, & Visio.

* Ceterum varijs verbis hoc efficere solẽt. Modò enim dicunt, Verbũ Domini, quod factum est ad Hosee: modò, Visio Isaiæ filij Hamos: sæpe Onus vocãt prophetiam suã: quæ omnia suis locis explicabuntur. Hoc loco satis sit dixisse, Verbum, generale vocabulum esse, & rectè poni, siue læta sint, quæ prophetantur, siue tristia, siue præsentia, siue futura: Verbum enim non hoc, aut illud; sed quidquid dicitur, significat. Ita verbum Domini fieri ad aliquem nihil est aliud quam Deum aliquid ei reuelare, qualecunq; illud sit. Cyrillus, Factum esse verbum in

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum in Hoſee nihil aliud ſignificat auditoribus, quam factam eſſe reuelationem in Hoſee, & cognitione futurorum inſtar luminis illuſtraſſe mentem eius.* Idem no
4 mine viſionis intelligitur; nec inter hæc duo differt, niſi quod verbum reſpicit loquentem; viſio autẽ audientẽ: æque enim generale nomen eſt, atq;, Verbum, vt etiã docuit Theophyl. in Nahum.cap. 1. Et vt, videns, propheta ſignificat, ita viſio ſignificat prophetiam, & reuelationem, 1. Reg. 9. Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque vadens conſulere Deum, Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim propheta dicitur hodiè, vocabatur olim videns. Vt igitur verbum dicitur, quia interius prophetis Deus loquebatur, vt ſtatim ait, Principium loquendi Domino in Hoſee: ita viſio dicitur, quia vident prophetæ mentis oculis, & lumine, quo illuſtrantur, quæ Deus illis nota eſſe vult.* Ex quo (vt inquit Hie-
5 ron. in Iſa. c. 1.) Montani deliramenta conticeant, qui in extaſi, & cordis amẽtia prophetas putat ventura dixiſſe, nihil eorum, quæ dicebant, intelligentes. Nam ſi illa nõ intelligebant, quo modo videre dicuntur, & videntes vocantur? Idem repetit Hiero. in prologis comment. Nahum, & Habacuc, & alibi ſæpe. Vnde Baſilius c. 1. in Iſa. in principio. Inter ſenſuum noſtrorum organa vnum illud eorum, quæ ſenſui ſubiacẽt, euidentiſsimam obtinet cognitionem, & intelligentiam, nempe viſus. Hinc factum, vt eorum, quæ veritate nituntur, ſpeculatio viſio appellata ſit, ob euidentiam, ac ratam certitudinem. Eam ob rem vocabatur
6 propheta videṡ, &c.* Quod autem pro eodem prorſus accipiant prophetæ verbum, & viſionem, ex eo intelligitur, quod vtroq; nomine promiſcuè vtuntur, vt Iſa. 1. Viſio Iſaiæ filij Hamos, quam vidit ſuper Iudam, & Ieruſalem. Et cap. 2. Verbum, quod vidit Iſaias filius Hamos ſuper Iudã, & Ieruſalẽ. Sicut dixit viſionem videri; ita poſtea ait verbum videri. Eodem modo loquitur Hamos, Verba Hamos, qui fuit in paſtoribus Thecuæ, quæ vidit ſuper Iſrael. Hinc fit (quod Hieronym. in principio Iſaiæ adnotauit,) vt prophetæ, cùm viſionem in titulo ponant, ſæpe non rem aliquam, quam viderunt, ſubiungant, ſed aliquid, quod audierunt. Vt Iſaias, cùm dixiſſet, Viſio Iſaiæ, &c. ſubdit, Audi cælum, & auribus percipe terra; quia Dominus locutus eſt. Et Habdias, Viſio Habdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom, &c.* Quod igitur Hierony 7
mus ſcribit lib. 5. in Iſa. cap. 15. in principio. Hoc tantum breuiter admoneo; quod, Onus ſemper triſtia conſequantur, Viſionem autem vel ſtatim læta, vel in fine læta poſt triſtia: quod etiam repetit in Ierem. c. 23. prope finem, coniungens cum viſione verbum, quaſi idem ſignificãs: noluit proprietatem vocabuli viſionis, aut verbi exprimere, ſed docere, quid aliquando fieri ſoleat, cum prophetia verbum dicitur, aut viſio, & à minaci, triſtique vaticinio diuiditur, quod onus appellatur à prophetis. Quare vtroque loco oneris meminit Hieronymus, & quaſi membra diuiſionis oppoſita proponit, ac ſi diceret. Et ſi viſio, vel verbũ generalia nomina ſint, & onus quoque comprehendant; tamen cum eorum ſignificatio contrahitur ita, vt ab onere diſtinguantur, lætam prophetiam ſignificãt, aut certe poſt comminationẽ meliora promittentem.* Nam ſæpe verbum aut viſio 8
nihil lætum habent, ſed omnia triſtia, & tunc generaliter accipiuntur, & onus includunt, vt videmus Ierem. 1. 14. & 21. & 35 Ioe. 1. Hamos 1. & in Habdia, & alibi ſæpe. Denique Nahum c. 1 eandem prophetiam, & onus, & viſionem nominat. Onus Niniue. Liber viſionis Nahum Elceſæi. Ex quo defendi poſſunt Lxx. interpretes, de quibus Hieronym. lib. 5. in Iſa. cap. 13. in principio ait, Miror Lxx. tranſlatores in retriſti voluiſſe ponere viſionem, &c. Vnde Iſa. 1. pro eo, quod Hieron. vertit, Viſio Iſaię filij Hamos, quam vidit ſuper Iudam, & Ieruſalem, Lxx. & Theodotio interpretati ſunt, quam vidit contra Iudam, & Ieruſalem, nam עַל vtrumque ſignificat, ſuper, & contra.* Similiter quod S. Baſil. initio cap. 9
1. Iſa. differre vult inter verbum, & viſionẽ; non ita intelligendum eſt, ac ſi perpetuam differentiam conſtituere voluerit: nam ex ijs, quæ cap. 1. dixerat, ſatis indicauerat pro eodem ſe accipere vtrumque. Sed cum Iſaias c. 1. dixiſſet, Viſio Iſaiæ, quæſiuit Baſilius, cur 2. cap. dicat. Verbum, quod vidit Iſaias? Reſpondetque prophetiam primi cap. rectè dictam fuiſſe viſionem, quoniam de rebus præſentibus erat, vt de malitia populi, de abalienatione à Deo, de ingratitudine erga benefactorem: in 2. vero, quod euenturum eſt, prænuntiari, ob id verbum dici.
*Quaſi diceret, vtrumque nomen idem ſi- 10

gnificat: ſed quia viſio rem præſentem eſſe indicat, quod in verbi nomine nõ ita apertum eſt; commodius fuit nomen viſionis vbi de rebus præſentibus agebatur. Exemplum in nominibus diuinis habemus. Cũ enim vna, eademque res omnibus illis ſignificetur, tamen ſcriptura eo ſemper vtitur, quod eſt ad rem, de qua agitur, maxime accommodatum. Cùm enim de potentia eius ad quiduis perficiẽdum ſermo eſt, vocatur שַׁדַּי, id eſt, Omnipotens, ſiue אֵל, id eſt, fortis: Cum ciuus efficientia, & gubernatio ſignificatur, vocatur אֱלֹהִים: Cum eius natura præſtantiſsima, omniſque mutationis expers, nec non ad benefaciendũ propenſa oſtenditur, dicitur יְהוָה.

TROPOLOGIA SIVE MORALIS SENSVS.

11 Concionatores quãdiu latere debẽãt doctí.

Illud vero tam in hoc propheta, quàm in ceteris conſidera, quomodo domi lateant, nec verbum ad populum faciant, donec verbum Domini ad eos fiat. Hoc fecit ille, qui fuit plus quàm propheta. Legimus enim Luc. 1. Puer autem creſcebat, & confortabatur ſpiritu, & erat in deſertis vſque in diem oſtenſionis ſuę ad Iſrael, hoc eſt, Latebat orationi, vitæque aſperitati deditus, donec verbum Domini ad eum fieret iubentis vt ſeſe Iſraeli oſtenderet. Interea creſcebat, & confortabatur ſpiritu, vt eſſet legitimus Dei nuntius, & libere ad populum clamaret, Genimina viperarum: & ad Herodem, Non licet tibi habere vxorem fratris tui; & acciperet à Domino faciem valentiorem faciebus eorum, & frontem dutiorem frontibus eorum.* Deinde factũ eſt 12
verbum Domini ſuper Iohannem Zachariæ filium in deſerto, & venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum. Nec teſtinent populi doctores, & ante velint eſſe magiſtri quam diſcipuli; domi ſe contineant; diſcant cum Deo miſcere colloquia; afflictionibus ſe corporis dedant, & animos omni virtutum præſidio muniant; creſcãt, & ſpiritu confirmentur; expectent verbũ Domini, id eſt, epiſcoporum, & ſuperiorũ ſuorum iuſſionem; vel ſi ſe Dei, & fratrum amore intus excitari ſentiunt, rem ſimpliciter ad eos referãt, à quibus mitti poſsint, ne illud audiant, Non mittebam prophetas, & ipſi currebant; non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.* Sed & Iacobus ait, 13
Nolite plures magiſtri fieri fratres mei ſciẽ-

Ezec. 3.

Luc. 3.

Ierem. 23.

Iac. 1.

tes quoniam maius iudicium ſumitis. Nolo mihi obijci, quod Iſa. c. 6. dixit, Ecce ego, mitte me. In promptu enim ſunt Hieronymi verba, Propheta, inquit, non temeritate, & arrogantia propriæ conſcientiæ ſe ire promittit, ſed fiducia, quoniam purgata ſunt labia eius, & ablata iniquitas, mundatumque peccatum, &c. Veniat ad te prius vnus de Seraphim, & tangat carbone labia tua, & auferat iniquitatem tuam. Sed neq; tunc quidem ire tibi licet, ſed offerre te, vt mittaris, cum ſcilicet pura conſcientia, & amore proximorum flagrans voluntas, ad eundum inuitant.

HISTORIA.

In diebus Hoziæ, Ioatham, Achaz, Ezeciæ regum Iuda.

Hinc intelligimus nõ fuiſſe ſimul, aut continuato tempore editas prophetias, vt ſcriptæ ſunt: ſed inter vnam, & alteram multum interdum temporis interiecũ eſſe. Quod in Iſaia apertius cernimus. Docuit enim quid ſub Hozia prophetauerit, quid ſub Ioatham, quid ſub Achaz, & quid ſub Ezecia Idem animaduertimus in prophetia Danielis. Diſcimus ſecundo, cur ſæpe eadem dicat propheta, & eadem vitia reprehendat. Nam præterquam quod populo duræ ceruicis eodem tempore eadem fuerunt inculcanda; tempora ipſa diuerſa fuerunt, & vitia non emendata iterum atque iterum erant notanda, ſuppliciaq; imminentia iterum atque iterum prænuntiãda. Tertio videmus probabiliſsimum eſſe, quod ſcribunt Hieronym. & Ruffinus, Hoſeam non ſolum prædixiſſe captiuitatem decem tribuum, ſed etiam vidiſſe, cum illa contigerit anno 6. Ezeciæ, 4. Reg. 18. 14

Et in diebus Ieroboham filij Ioas regis Iſrael.

Quæritur cur regis Iſrael meminerit, cùm tempus prophetiæ ſatis ex nominibus regum Iuda conſtet? Sunt qui dicant propterea factum eſſe, quod non ſolum ad Iudam, id eſt, ad duas tribus prophetauerit, ſed etiam ad Iſrael, id eſt, ad decem. Et eſt quidem vera hæc ratio, ſed non integra tamen, & adæquata. Primum quoniam ſi ita eſt, non ſolius Ieroboham meminiſſe debuerat, ſed & ceterorum regum Iſrael vſq; ad captiuitatem, id eſt, Zachariæ, Sellum, Manahem, & Phaceia, & Phacee, & Hoſeę; ſicut reges Iuda nominauit vſque ad captiuitatem eandem. Nam quod Ruffinus ait, 15

vnum regem tantum fuisse nominatum, quia citò regnum illud erat finiendum, parum videtur ad rem pertinere, cum non minus ceteris regnantibus ptophetauerit, quam regnante Ieroboham. Deinde quoniam Michæas etiam prophetat contra Israel; & tamen regum illius non est recordatus. Verbum (inquit) Domini, quod factum est ad Michæam Morasthitem in diebus Ioatham, Achaz, & Ezeciæ regum Iuda, quod vidit super Samariam, & Ierusalem. * Addendũ ergo est, vt plena, & æqua causa reddatur, positum esse nomen Ieroboham, vt quoniam regnum Hoziæ longissimum fuit, hoc est 52. annorum, sciamus, quo tempore vaticinaricœperit Hoseas; nempe non extremo tempore regni Hoziæ, sed primo, id est, eo tempore, quo regnante in Iuda Hozia, regnabat in Israel Ieroboham, hoc est, intra decimum quartum annum Hoziæ. Nam anno vicesimo septimo Ieroboham filij Ioas regnare cœpit Hozias; Ieroboham autem regnauit quadraginta & vno anno. Itaque regnum Hoziæ primis quatuordecim, aut quindecim annis concurrit cum regno Ieroboham, & hoc tempore prophetare cœpit Hoseas. Vide in 4. Reg. finem ca. 14. & initium 15. vnde hæc petita sunt. Sed memento eum, qui ibi Hazarias dicitur, Hoziam quoque vocari, vt ex 2. Paral. 26. constat. Eadem ratione intelligimus Hamos cœpisse prophetare intra decimum quartum annum regni Hoziæ, quoniã similiter meminit Hoziæ, & Ieroboham. Idem quoque de Iona dicendum, qui prophetauit tempore Ieroboham regis Israel 4. Reg. 14.

16

17 *Principium loquendi Domino in Hosee.* Duplex est horum verborum sensus, & vterq; literalis. Prior est, Inter omnes prophetas illius temporis primùm Hoseæ locutus est Dominus, deinde ceteris, quomodo intellexisse diximus Hieronymus hic, & Isai. 1. Basilium in Isa. c. 1. & Ruffinum, ex dictisque confirmatur. Posterior est. Cùm Hosee Dominus loqui cœpit, hinc exorsus est. Hunc Hieronymus non reprehendit, & multi sequuntur. Quod autem dicit, In Hosee, dupliciter quoque intelligi potest; & quod ipsi Hoseæ locutus sit Dominus, vt Zach. 1. Et dixit angelus, qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi, quid sint hæc: Ita Lxx. intellexerunt. Verterunt enim, Initiũ sermonis Domini ad Hosee. Et quod per Hoseam locutus sit alijs. * Nam, In, pro, Per, frequentissime ponitur in scriptura more Hebræorum, vt Psalm. 62. Laudabũtur omnes qui iurãt in eo, id est, Per eum. Matth. 23. Qui autem iurauerit in auro tẽpli, debet, id est, Per aurum templi. Ita intelligitur illud Matth. 10. Dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Non enim vos estis, qui loquimini; sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis, id est, Per vos. Et 2. Corint. vlt. An experimentũ quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Et vt videamus vtroque modo posse hic accipi, satis erit illud, Num. 12. Num per solum Moysem locutus est Dominus? nonne & nobis similiter est locutus? In Hebræo est, Num in Moyse solo locutus est Dominus? nonne & in nobis similiter locutus est? * Hic Hieronymus nostrę translationis autor modo, In, accipit pro, Per; modo proprie accipit. Eodemque modo Chaldæus paraphrastes accepit: Vertit enim & ipse, In Moyse, & nobiscum. Verum, quoniam quæ hoc 1. ca. dicuntur, ipsi prophetæ proprie dicuntur, non alijs per prophetam; aptior videtur interpretatio, In Hosee, id est, Ipsi Hoseæ, aut cum ipso Hosee; quæ etiam magis placuit Lxx. interpretibus, magisque cum initio conuenit, Verbum Domini, quod factum est ad Hosee. Non erat igitur, cur Leo Hebræus (is enim interpres est prophetarum, qui cum scholijs Vatabli circunferuntur) mutaret translationem, ac diceret, Principio locutus est Dominus per Hoseam.

18 In, pro Per.

TROPOLOGIA.

Videsne intra priuatos parietes delituisse prophetam, non solum donec loqui Dominus iuberet, vt iam diximus; sed etiam donec ab ipso Domino acciperet quæ loqueretur? Sciebat verba sua mollia esse ad feriendum, infirma ad mouendum, frigida ad incendendum: & ideo verba illius expectauit, qui ait, Nũquid nõ verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram? Ipsi quoque, qui experti sunt, dicebant ad inuicem, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Verba à Domino accipit concionator, cum diu se scripturarum studio dedit, cum sanctorum patrum libros diligenter euoluit, denique cùm ab illis didicit quos Deus dedit in Ecclesia pastores, & doctores; cum Deum oranit, vt ipse, qui morbos nouit auditorum, eas sibi sententias suggerat, ea verba, quę ad morbos curandos plurimum valeant; cum auditorum dolorem animi, & lacrymas, non inanes plausus captat, & aucupatur. * His efficiet idoneus, & aptus, vt à Deo doceatur, & audiat illud, Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ea demum conterent petras, & auditorum corda succendent. Sed rectè dixit quidam.

20 Quid debeat concionator vitæ publicæ prodere.

23 Ierc. 23.

Ierc. 23.

Luc. 24.

Ierc. 23. Fures, verbi Dei, muti.

——*Tenda inpanabile multos*
Scribendi cacoethes, & ægro in corde senescit.

Melius dicturus si pro, scribẽdi, dixisset, concionãdi, aut dicẽdi. Sententiarũ põdera negligũt, verba tantũ quærũt; atq; hæc quidẽ nõ tam elegantia, & propria, quã multa. Si lingua expeditiore præditi sint, & verborum qualuncumque copia intrepide prodeunt ad concionandum, vna loquacitate contenti, facti velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Nec in pœnam eorum audaciæ deest inanis auditorum frequentia, in quos rectè vetus prouerbium vsurpes; Simules habent labra lactucas. * Ex his pleriq; studia Theologica attingunt, sed ita attingũt, vt quidquid habet aliquid aut põderis, aut difficultatis exhorrescant, & fugiant, nihil exactè intelligant, flosculos tantum delibent, qui vulgo placeant, & magis grati, ac venusti sint, quam vtiles, cum scripturã nec limine quidem salutarint, quàm audacter eam exponunt? quàm libere pronuntiant? quàm multa testimonia proferunt? quàm multas figuras? nihil aliud sonãt quã Apostolos, & prophetas? Videas vim scripturæ verbis afferri, inuitos prophetas citari, figuris torqueri, & formam suam adimi, lacerari recta verba, & in alienos sensus detorqueri in libris diuinis, & cum plausu auditorum excipi, quod in Terentio nõ terrent grammatici. * De his dicitur, Visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. Vnus eorum labor est multa scribere; & tunc se doctissimos putant, atque ad concionandum maxime idoneos, cum plurimas aliorum conciones vitiosè descripserunt, & ad verbum ediscunt, vt eas recitent verius, quàm dicant. Quid si forte suas repetitum venerit olim grex auium plumas? Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. Mihi isti vere fures verbi Dei videtur, qui cum sacris literis nullam operam

dederint, nec ius docẽdi habent, nec quid docent; nisi alienis laboribus abutantur. * Nam qui scripturam, & patres legunt, atque inde verba salutis depromunt, fures nõ sunt; neque enim inuitis dominis capiunt, & labor, atque studium ius illis dedit vtendi. Prophetæ, qui habet somnium, narret somnium; & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum, ait Dominus. Qui non habet sermonem Dei, oret prius, & laboret, vt habeat; interim taceat, & discat. Sed ego quoque tacere volo, vt Hieronymum in Eccles. 3. loquẽtem audiamus. Is, cùm ad illud peruenit, Tempus tacendi, & tempus loquendi, hæc scribit, Pythagoricos reor, quorum disciplina est tacere per quinquennium, & postea eruditos loqui, hinc originem sui traxisse decreti. * Discamus itaque & nos prius non loqui, vt postea ad loquendum ora referemus. Sileamus certo tempore, ad præceptoris eloquia pendeamus. Nihil nobis videatur rectum esse, nisi quod discimus, vt post multum silentiũ ex discipulis efficiamur magistri. Nunc vero pro sæculorum in peius labentium vitio docemus in Ecclesijs quod nescimus. Et si compositione verborum, vel instinctu diaboli, qui fautor errorum est, plausus populi excitauerimus, contra conscientiam nostram scire nos arbitramur, de quo alijs potuimus persuadere. Omnes artes absque doctore non discimus: sola hæc tam vilis, & facilis est, vt non indigeat præceptore. Hactenus Hieronym. Sed & nos de his hactenus: diximus enim pro instituto nostro multa, tametsi pro necessitate pauca.

22 Imperitia audaciam concionatorum.

24

25

HISTORIA.

Sume tibi vxorem fornicationum. Non est in Hebr. fornicationis, vt Lxx. verterunt, sed fornicationum, tàm hic, quam in eo, quod statim sequitur, & fac tibi filios fornicationum, id est, וְלִדֵי זְנוּנִים quod grauius est. Hebræi siquidem genitiuo substantiui nominis vti solent pro adiectiuo; habẽt enim pauciora adiectiua, quam nos; vt Ruth. 3. Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas vrbis meę mulierem te esse virtutis, id est, virtute præditam. Psalm. 20. Præueni sti eum in benedictionibus dulcedinis, id est, benedictionibus dulcibus. Prouer. vlti. Mulierem fortem quis inueniet? Heb. Mulierem חַיִל, id est, fortitudinis. Isa. 26. Vrbs fortitudinis nostræ Sion, id est, vrbs nostra fortis. Sed si genitiuus iste pluralis numeri

26

Phrasis Heb.

Genitiuus nominis substantiui prod aiectiuo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, superlatiui vim habet, Psalm. 5. Virum sanguinum,& dolosum abominabitur Dominus, id est, maxime sanguinolentum. Isa.53. Virum dolorum, & scientem infirmitatem, i. plenum dolorum, aut summis doloribus affectum. Ita nunc vxor fornicationum dicitur, quæ omnium libidini exposita erat,& multum fornicationi dedita. Rectè ergo Hieronym.& vt Hebraici idiomatis peritus, Verbum, inquit Hebraicum זְנוּנִים non fornicariam,& fornicationem, vt plerique æstimant, sed multas fornicationes sonat. Ex quo ostenditur mulier ista, quam propheta assumit in coniugem, non semel, sed frequentius fornicata: vt quanto illa sordidior est, tanto sit propheta patientior, qui talem vxorem duxerit.

27 Filij fornicationum.

Et fac filios fornicationum. Multum expositores mouet, & iure mouet quo modo qui ex legitima vxore procreantur, filij fornicationum appellentur. Nam quæ vulgo traditur expositio, vt filij fornicationum dicantur, quia ex matre olim meretrice geniti sunt, licet Hieronymo non displiceat, nõ potest negari, quin dura,& violenta videatur,& sit. Nam si filij fornicarię dicerentur, rectè interpretaremur, eius, quę aliquando fuit fornicatia: idque de more scripturæ, communisque sermonis: sed filios fornicationum dicere è matrimonio susceptos, neque loquendi consuetudo recipit, neq, scriptura ita loquitur. Hanc difficultatem facile subterfugere possemus, si diceremus, nec in Hebræ. nec in Græco legi, Fac; sed simpliciter legit, Sume tibi vxorem fornicationum,& filios fornicationum; atq; ita habetur in multis codicibus Latinis manu scriptis, & in Complutensi, & Hieronym. & Ruffin. ita prorsus legerunt, vt in eorum

28 interpretatione cernimus. * Itaque cum ait, Et filios fornicationum, subaudiendũ est, vt docet Hieronym. verbum suprapositum, Sume, vt non solum fornicariam domum ad se adducat, sed etiam filios, quos illa ex fornicatione susceperat. Quorsum id? Vt filijs quoque adductis, neminem latere posset mulierem illam fuisse fornicariam, ac per hoc ostenderetur apertissimam esse synagogę idololatriam ex innumerabili vatum,& sacrificulorum,& id genus hominũ turba, quam alebat,& fouebat. Vel vt magis prophetæ deuotio animi, patientiaque probaretur, qui alienæ obscœnitatis filios aleret,& eorum genitor crederetur, vt ait Rufinus. At mihi hæc responsio parum cõgruere videtur cum verbis,& sensu prophetæ: nam cum dicit, Et abijt,& accepit Gomer filiam Deblaim,& concepit,& peperit,&c. sine dubio docere vult omnia ita fecisse, vt à Domino fuerant imperata, atq; ita imperatum quoque sibi fuisse, vt filios ex ea gigneret. * Imperandi autem causa fuit, vt quemadmodum ductio fornicariæ idololatriam synagogæ significabat, ita filij geniti nominibus suis vltionem ex eadem synagoga sumendam portenderent, vt latius postea explicabimus. Quare non inepte additum est, Fac; aut si addi nolumus, verbum, Sume, quod subauditur, Sume tibi filios, idem valet, ac si diceret, gigne ex ea filios, quod Hieronymus quoque confessus est. Idem in epist. ad Rufinum quæ incipit, Multum in vtramque partem, inquit, Hosee accepit vxorem fornicariam, & generat filios fornicationis. Ideo Theodoretus quamuis non legit, Fac, tamen ita exposuit ac si legisset, Iussit (inquit) me vxorem fornicationis ducere,& filios fornicationis procreare. Immo & August. lib. 22. contra Faust. cap. 80.& 89.& in lib. contra Secundinum Manichæum cap. 11. legit, Et fac filios fornicationis, & Basilius in Isa. ca. 8. prope principium. Apud nos etiam sunt duo antiquissimi codices manu scripti, in quibus similiter legitur, Et fac filios fornicationum. Et Leo Hebręus, qui constanter sequitur Hebræos, vertit,& suscipito ex ea filios fornicationũ. * Quare igitur hi dicũ- 30
tur filij fornicationum? Equidem malo ad scripturę consuetudinem interpretari, quã ad quorũdam expositorum diuinationes. Matrem eorum vocat prophetа vxorem fornicationum, quod multum fornicata sit. Ego similiter ex ea genitos arbitror dici filios fornicationum, quod & ipsi matris exemplum secuti plurimum essent fornicaturi, id est, vehementi affectu idola cultu-
ri:& per hanc fornicationem (ita enim idolatriam appellant prophetæ) longissimè à Deo recessuri. Hoc præterquam, quod scriptura ita loquitur, vt iam diximus, ex ipsius prophetæ verbis intelligitur. Nam cùm dixisset, Sume tibi vxorem fornicationum,& filios fornicationum, continuo, cur id iusserit, explicat, Quia fornicans fornicabitur terra à Domino, id est, quia filij huius synagogæ, quam ego olim duxi, adhuc vehementer fornicabuntur per ido-

lorum

31 lorum cultum. * Quod ca. 4. apertius dixit, Ipsi enim cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant. Et c. 2. ait, Et filiorum illius non miserebor, quoniam filij fornicationũ sunt. Certe ipsi non erãt misericordia indigni, quod mater eorum esset fornicata: cur igitur eorum non misereturquoniam filij fornicationũ sunt. Ideo Chald. vertit, Et filiorum illius nõ miserebor, quia filij, qui idololatriam perpetrant, sunt. Immo in Græcis codicibus quibusdam olim legebatur, Et filiorum eius non miserebor, quoniam filij fornicationis sunt, patrum imitati sunt maliciam. Quo loco Theodoretus: Malitiam, inquit, hic idolorum cultum vocat. * Ita hæc verba interpretatus est Græcus autor antiquissimus Theodorus Antiochenus in hunc mo-
dũ. Non tubuã illis misericordiã. Ipsi enim similia, atq; mater eorum cõmisit, fecerũt. Quæ quidẽ mater & talis erga me extitit, ea in filios suos illud dedecus transmisit, & pudore illos affecit, quod eius scilicet nequitiam imitari sunt, siquidem se omnes dederunt idolis. Eodẽ modo ibi exponunt Ruffinus, Rupertus, Lyranus, & idẽ sensisse videtur Hieronymus. Habemus igitur prophetæ ver[illegible] ab ipso propheta consentientibus expositoribus explicata. Video posse quempiã obijcere ex his verbis potius probari cõtrarium. Nam cum ait, Et filiorum illius non miserebor, quoniã filij fornicationũ sunt: statim quasi pro ratione additur; Quia fornicata est mater eorũ. Ideo ergo dicuntur filij fornicationum, quia fornicata est mater eorum. Is sciat finiri sententiã in illis verbis, Quoniam filij fornicationũ sunt; nouamq; incipi à sequentibus, Quia fornicata est mater eorũ, cõfusa est, quæ cõcepit eos,&c. Quod videre licet tam in Hebræis codicibus, quam in Græcis, & Chaldæis, & apud Græcos expositores. Sed hæc
uberius suo loco explicabuntur.

33 *Quia fornicans fornicabitur terra à Domino.*

Exponit, cur futuros prophetæ filios vocauerit filios fornicationum, quoniam filij Israel, (hoc est decem tribus, de quibus nunc potissimum loquitur, vt intelligitur ex le-
quentibus) magis ac magis indies fornicabuntur, id est, idolorum cultui se dedent. Fornicatio. fornicationis nomine vbique in prophetis idololatria significatur, sed hoc modo spiritualium ipsa ecclesiarum, ac hierarchiarum vitæ, idolis, quasi amicorum sese subjicere,

corrumpendosq; tradant,& ceteró quodam animi impetu quasi insanientes libidine à Deo vero recedant ad idola. Vnde cap. 2. legimus, Vadã post amatores meos, qui dant panes mihi,& aquas meas, lanam meam,& linum meum. De impetu, atque ardore animi cap. 7. Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquente,&c. Vide cap. 2. & 3. Iere.& 16. Eze. * Vbi autem habemus, à Domino, in Heb. est מֵאַחֲרֵי יְהוָה, id est, de post Dominum, quod est, desinentes sequi Dominum. Porro, Fornicans fornicabitur, epicasin habet: auget enim huiusmodi geminatio, quæ frequentissima est apud Heb. 1. vehemẽter fornicabitur, sicut Thr. 1. Plorans plorauit in nocte, id est, multum plorauit. Hoc tantum admonẽdum est, hæc participia non esse apud Hebr. participia; sed infinitiuos, Fornicari fornicabitur, Plorare plorauit: sed explicationis causa Lxx. interpretes, & Hierony. solent hosce infinitiuos vertere in participia; quoniã quod apud eos obscurum non est, à nobis non satis intelligeretur, si diceretur, Fornicari fornicabitur. Terram pro terræ habitatoribus ponit, & in scriptura, & in omniũ gentiũ linguis vsitatissimũ est, quomodo Enni⁹ dixit, *Africa terribili tremit horrida terra tumultu.* Terra.

Illud potiùs quærendum, cur dixerit, Fornicabitur, quasi minimè ante fornicata fuisset? Scripturæ consuetudo est, vt sæpe differentiam aliquam temporis vsurpet, quo permansionem quandam, & durationem rei, quam narrat, in illa eadem differentia temporis significet: vt Iohannis 1. In principio erat verbum, id est, semper erat Psalm. 1. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non steterit, & in cathedra pestilentiæ non sedit, id est, nunquam abijt, nunquam stetit, nunquam sedit. Ita Fornicabitur, id est, permanebit in incepta fornicatione, obstinato animo adhærebit idolorũ cultui. Ex quo intelligitur loc⁹ per difficilis apud Isa. 24. vbi de damnandis in extremo iudicio ait, Et cõgregabũtur cõgregatione vnius fasci in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Visitatio in bonam partem, & in malam accipitur, id est, beneficentiam in scriptura significat, & punitionem. Quomodo ergo hoc de damnatis dicitur? Nam eorum pœnis nihil post iudicij diem addetur, nihil detrahetur, nec minimum vn-

C quam

34 Phrasis Heb.

35 Regula.

Locus Isa. 24.

quam solatium habebunt, nunquam liberabuntur, quod Origenis errorem affirmabat, cui verba ista mirum in modum fauere videntur. Respondendum est verbum Visitabuntur, in malum accipi, significari quoque eo permansionem in supplicio. Quasi dicat, Quantacunque duratio post iudicij intelligatur effluxisse, adhuc manebit eorum visitatio, & supplicium.

36 *Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim.* Cum dicit, Abijt, celeritatem prophetæ in obediendo ostendit. Nomen mulieris, & patris positum fuisse arbitror, vt obedientia, & humilitas prophetæ magis, ac magis patescat, quod tantus vir vilem, & obscurã mulierem, obscuro patre natam, vitijs tantum notã ducere voluerit. Sed & nomina ipsa nonnihil habent mysterij, cuius etiam causa posita videtur. Gomer cõsummationẽ significat, Debelaim vero duas massas caricarũ, i. ficuũ aridarũ, quas (vt Hiero. ait) in modũ laterũ figurãtes, vt diu illæsæ permanerent, calcabant, atq; compingebant. Ostenditur ergo synagogam consummandam, atq; vastandam esse, quę voluptatibus parebat, & de earum diuturna cõseruatione cogitabat; atque ideo idola sectabatur.

37 An verè propheta duxerit fornicariam? Sed exsitit hoc loco celebris, & antiqua quæstio, quę multum torsit ingenia doctorum, Vtrum hæc quæ propheta se fecisse dicit, re ipsa, vereque facta fuerint, an in visione tantum prophetica contigerint? Ionathan quidem Chaldæus paraphrastes, quem crebro nominabimus, ita hæc transtulit, vt imaginariam visionem solum fuisse ad aliquid significandum sensisse dubiũ non sit. Nam vbi nos habemus, Vade, sume tibi vxorem fornicationum, &c. ipse vertit, Vade, prophetiza contra habitatores ciuitatis idololatræ, qui addunt peccare; quia errando errabunt habitatores terræ à cultu Domini. Et pro eo, quod est, Et abijt, & accepit Gomer, &c. ipse ait, Et abijt & prophetauit super eos. Hunc nonnulli Hebræorum secuti sunt in primisque Moses Ægyptius lib. 2. Directoris dubiorum c. 46. vbi plane docet fuisse visionem imaginariam, & Burgensis in additione 3. huius cap. * Idem multis verbis docet Hieronymus in proœm. comment. huius prophetę. Nec vero in horum verborum expositione sententiam mutauit, vt quibusdam videri posset: tantum ostendit, quo modo sic tueri queat, qui non visionem; sed factum esse diceret. Id ex eiusdem verbis perspicue intelligimus, qui in illud Ezec. 4. Sic comedent filij Israel, &c. quærit, quomodo Hosee non recusauerit scortum ducere, cùm alij prophetæ faciliora recusarint? Et respondet, Ex quo ostenditur figuram fuisse synagogæ, vel Ecclesiæ, non vero iuxta literam perpetratum; quod ipsum exponentes prophetam plenius differemus. Ruffinus præfatus magnam de hac re fuisse doctorum hominum contentionem, Palæstinamque, & Ægyptum, & omnes, qui Origenis auctoritate plurimum commouẽtur, affirmasse coniugium istud in spiritu tantum fuisse gestum: contra Syros existimasse carnaliter impletum: tandem ait compendiosius videri, & tutius, & ad significationem rerum accommodatius, si res spiritu gesta credatur. * Probat Hieronymus ex Iere. 13. vbi propheta testatur se accinctum lumbari (quod muliebre vestimentum est) transisse Euphratem, ibique illud abscondisse, &c. Hoc autem fieri vere non potuit, vt inter innumerabiles nationes, & Assyrios, atq; Chaldæos inimicissimos Iudæorũ iret ad Euphratẽ, præsertim obsessa Ierusalẽ, & extructis per circuitũ munitionibus: qui cũ semel ad Anathot viculũ suũ in tertio milliario ab vrbe sitũ voluisset exire, in porta captus est, & reductus ad principes quasi proditor, verberatus in carcerem mittitur. Cõcludit Hieron. Si illud in typo, quia fieri non potuit: ergo & hoc in typo, quia si fiat, turpissimũ est. Similiter Ezec. 4. præcipit Dñs prophetæ, vt dormiat super latus sinistrũ trecẽtos, & nonaginta dies, & super dextrũ quadraginta dies: atq;, Ecce circundedi te vinculis, & nõ te cõuertes à latere tuo in latus aliud. Iubetur etiã ibidẽ comedere panẽ stercore humano opertum. * Ex quibus, & alijs similibus, vt quod Isaias nudus, & discalciatus per vrbẽ discurrerit, Isa. 20. quod Ieremias iubetur c. 27. facere vincula, & catenas, & ponere in collo suo mittereq; ad regẽ Edõ, & ad regẽ Moab, & ad regẽ filiorum Hamon, & ad regẽ Tyri, & ad regẽ Sidonis, &c. Ieremias multa dicit facta a prophetis, quæ facta nõ sunt, vel quia nõ potuerũt fieri, vel quia nõ decuit; & necessario in spiritu gesta esse intelligendũ est. Idem igitur de hoc prophetæ coniugio dicendũ est, nõ enim decebat, vt tantus propheta meretrice ibi coopularet. Argumẽtatur etiã Rutlin*, & post eũ Paulus Burgẽsis,

39

40

nihil

nihil hoc ad significandum quod volumus pertinuisse. Nam si per coniugium adulteræ significari volumus synagogam idolorum cultricem Deo fuisse coniunctam: illud obstat, quod hæc mulier casta, & pudica coniugio prophetæ effecta est, nec ad fornicationes redijt; at synagoga etiam Deo copulata nullum faciebat finem fornicandi cum idolis. * Respondemus tamẽ pro certo, & indubitato haberi debere hoc non spiritu; sed re vera ita gestum esse, vt narratur. Ita docet S. Irenæus lib. 4. cap. 37. versus finem, cuius verba quoniam multũ veritatem confirmant, libenter referam. Non solum autem (inquit) pervisiones, quę videbantur, & sermones, qui præconabantur, sed & in operationibus visus est prophetis, vt per eos præfiguraret, & prædemonstraret futura. Propter quod & Hosee propheta accepit vxorem fornicationis per operationem prophetans: Quod fornicando fornicabitur terra à Domino, hoc est, qui super terram sunt homines; & de huiusmodi hominibus beneplacitum habebit Deus assumere Ecclesiam sanctificandam communicatione filij eius, sicut & illa sanctificata est communicatione prophetæ. Et propter hoc Paulus sanctificatam, ait infidelem mulierem viro fideli. Hæc Irenæus. * Et eadem est sententia Basilij in Isa. cap. 8. prope principium, & Aug. li. 3. de doctri. Christiana. c. 12. & in li. contra Secũdinum Manichæum c. 21. & in lib. 22. contra Faustum, cap. 80. & 89. Quo loco, quamuis Faustus prophetam reprehenderet; quod talem duxisset vxorem, nequaquam Augustinus ad visionem imaginariam confugit, sed plane & factum esse confessus est, & rationẽ facti reddidit. Cyrillus vero, & Theodoretus non solum ita factum esse confirmant; sed grauiter etiam inuehũtur in eos, qui negare ausi sunt. Eidem sententiæ subscribunt multi ex recentioribus tractatoribus. Subscripserunt & Theodorus Antiochenus, & Philippus presbyter lib. 1. in Iob. c. 12. & S. Tho. 12. q. 100. a. 8. ad 3. & 22. q. 154. a. 2. ad 3. Deniq; Burgẽsis fatetur hãc cõmunem esse expositionẽ doctorũ tã nostrorum, quã Hebræorũ. * Sed argumentis hoc ipsum cõfirmemus. Primumq; Hieronymi documentũ ponamus: qui in Iere. c. 19. in principio ait, Vult autẽ scriptura diuina nõ solũ auribus doceri populũ, sed & oculis. Magis enim, vt iã diximus, mẽte retinetur quod visu, quã quod auditu ad animũ peruenit. Videtur alludere Hieron. ad illud Horatianum,

Segnius irritant animum demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.

In arte poẽtica.

41

42

43

Est & altera huius prophetiæ per opera vtilitas, cuius Theodorus Antiochenus, & Theodoretus meminere, vt cũ viderẽt Iudæi prophetas noua quædã, & inaudita facere, admiratione excitati causas inquirerẽt, & necessaria docerẽtur, atq; ita docerẽtur, vt tenacius quæ didicerãt, memoria retinerẽt. Quis enim nõ vehemẽter moueretur, & causam cognoscere nõ cuperet, cum Isaiã nudũ, & discalceatũ per cõpita discurrere videret? Aut quis vnquã rei nouę, & inusitatæ obliuisceretur? At si hæc in prophetica visione facta essent, vt ea intra se tantũ prophetæ viderẽt: quomodo populũ terrere, aut mouere possent magis, quã si picta in tabula cerneret, aut simplicẽ prophetiã futurorũ suppliciorũ audiret? * Quãti isti facerẽt verba propheratum Iere. 5. videmus. Negauerũt, in quit, Dñm, & dixerũt, nõ est ipse, neq; veniet super nos malũ, gladiũ, & famẽ nõ videbimus, prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum nõ fuit in eis. Oportebat ergo vt nõ verbis tantũ; sed etiã factis interdũ prophetæ vaticinarẽtur. Est & altera ratio Basilij in Isa. ca. 8. docet enim Isaiam vere accepisse vxorem illã prophetissam, atq; hoc argumẽto cõfirmat; quòd prophetæ, cùm aliquid facere iubentur, & non faciunt, statim id ostendunt; vt cũ iussus est Ezeciel ca. 4. panem comedere humano stercore opertum; statim indicat se non comedisse: cùm vero nihil explicatur, intelligitur propheiã fecisse, quod iubebatur; continuoq; hoc Hoseæ coniugiũ affert in exemplũ. Mouet me etiã, quod video, cũ in spiritu res fiunt, id prophetas ipsos solere explicare, vt Ezec. 40. In visionibus Dei adduxit me in terrã Israel, & dimisit me super montẽ excelsum nimis. Et c. 8. Et eleuauit me spiritus inter terrã, & cælũ, & adduxit me in Ierusalẽ in visione Dei. Idem videmus ca. 11. & 37. & 43. In visionibus quoq; Zachariæ, & aliorum prophetarũ: & Apoc. 1. & 4. & 17. & 21. Addamus & tertiã. Vna nimis fere cõsensio sanctorũ est, nõ esse parabolã, sed historiã quod Luc. 16. de diuite epulone narratur, quod ibi nomina exprimãtur Lazari, & Abrahę, quod in parabolis

44

Regula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fieri nõ solet, vt Ambrosius in eius loci cõment. Chrysostom. in homil. de diuite, & hom. 1. de Lazaro, & diuite, Damascenus in sermone de ijs, qui in fide obierunt, Euthymius glossæ, & aliorũ. * Parabolæ, illæ sunt (inquit Chrysost. hom. de diuite) vbi exemplum ponitur & tacentur nomina. Vbi autem dicitur, Abraham, & Lazarus, hic verus est Lazarus. Si verus est Abraham, verus est Lazarus. Et Orig. cap. 1. in Iob (sed in commentarijs illis, quos Ioachimus Perionius interpretatus est) ait. Necessario autẽ etiam nominis mentionem fecit, ne si hominem omnino diceret, argumentum aliquod fingere existimaretur. Cùm ergo Hoseas & nominis sui, & mulieris, patrisq; meminerit, non est dubitandum, quin vera fuerit historia. Cyrillus quoque pro hac sententia argumentatur his verbis: Dicendũ ergo non recusasse prophetam, quoniam in verbo Domini mandatum illi esset: didicerat autem graue esse mandatum Domini, qualecunque esset, contemnere, reprehensosque fuisse prophetas illos, quos dixi (qui scilicet non paruerant) item Saulẽ grauissimas pœnas dedisse, quia Agag pepercisset, quod ille humanum putarat: quod quia contra Dei mandatũ esset, nihil aliud erat parcere, quam Dei sententiam accusare. Hæc Cyril. & plura, quæ mox referem⁹.

46 Sed iam argumenta Hieronymi, Ruffiniq; diluamus. Quod ex Iere. 13. c. affertur, negamus in spiritu fuisse gestum, vt ibi Lyra. Vatabluſq; crediderũt; sed veram fuisse historiam, vt & ibidem, & hic docet Theodoretus, quod superioribus argumẽtis facile potest cõprobari. Quod autem tũc exire potuit Ieremias, intelligitur ex eius verbis ca. 11. Vociferare omnia hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalẽ. Nec mirũ videri debet, si homo vnus, & ignotus per inimicas Iudæis gentes transire potuerit, præsertim à Deo missus, & eius auxilio cõfidens. Quod vero de Ezecielis dormitione c. 4. scriptum est, quoniã Hiero. in hoc 1. c. Hos. in illa verba, Et ablactauit, &c. negat hoc rerum naturam pati, vt quisquam hominũ per trecentos nonaginta dies in vno semper latere dormiat, probabiliter dicere possemus in visione cõtigisse, non opere præstitum; eo quod magnã habere absurditatẽ videtur.

An Ezechiel vere dormierit 390. dies in vno latere?

47 * Nec tamẽ cogemur idem de Hoseæ coniugio dicere, quia nihil habet, quod aut natura rerũ nõ ferat, aut vera honestatis ratio, vt ilãtim dicemus. Verũ Basilius in c. 8. Isa. omnino factũ affirmat illud Ezechielis: quod & Theodoretus ibidẽ videtur sensisse. Negat Hieronymus hoc rerum naturam pati: multa prophetis supra naturã ostensa sunt; multa ad populi sui eruditionẽ fecit Deus, quæ natura nõ ferebat. Quid mirũ est trecẽtos nonaginta dies in vno latere prophetã dormisse, rẽ magnã & magnis argumentis incredulo populo cõprobandam significaturum? Epimenides Cretensis, quẽ Paulus ad Tit. 1. propriũ Cretensium prophetã vocat, nõne quinquaginta septẽ integros annos in specu dormisse traditur à nobilibus autoribus, in primisq; à Diogene Laert. lib. 1. de Vitis philosophorum, in eius vita? 48 * Quod si hoc Pli. li. 7. naturalis hist. c. 52. fabulosum videtur, certe illud fabulosum nõ est, quod de septẽ fratribus, qui Ephesi dormierũt annos trecentos septuaginta duos referũt Nicephorus li. 4. Eccle. hist. c. 45. & S. Gregorius Turonensis in libro de gloria marty. c. 95. Quos vt videret Theodosius imperator, Ephesum ipse venit. Simile etiã quiddã de septem quoque dormiẽtibus in Germania refert Paulus Diaconus lib. 1. de gestis Longobardorum, ca. 3. Illud eiusdem prophetæ de pane humano stercore operiẽdo, pro nobis potius est. Ait enim, Et stercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorũ. Quomodo in oculis eorũ fieri poterat, si in visione tantũ fieri iubebatur? Aut cur tãtopere recusasset prophera, si re vera nõ erat facturus? Quam parum hæc populum mouerent, si in visione facta essent? 49 * Idem est iudicium de Isaia: Nudus, & discalceatus ambulauit, vt hic ait Cyrillus, immo vt ipse propheta ait. Et fecit, inquit, sic vadens nudus, & discalceatus. Et dixit Dominus, Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, triũ annorũ signũ, & portentũ erit super Ægyptũ, & super Æthiopiam: sic minabit rex Assyriorũ captiuitatem Ægypti, &c. Sic, id est, vere vera hoc factum est, nõ in visione; ita hęc captiuitas re vera, nõ in visione continget. De Ieremię vero catenis quis possit dubitare, quin veræ fuerint? quandoquidem ait illi Dominus, Et mittes eas ad regem Edom, &c. in manu nuntiorum, qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda. Quæro, an nuntij veri fuerint illi? & vtrùm catenas ferreas perlaturi essent, an visionem, quæ mansit in prophetæ? 50 * Non solum

vero

vero aliorum, sed etiam ipsius Hieronymi hæc sententia est. Nam lib. 5. in Isa. cap. 20. hæc scripsit, Simulque discimus obedientiã prophetarum: quod vir nobilis (tradunt enim Hebræi Isaiam socerum fuisse Manassæ filij Ezechiæ regis Iuda) nõ erubuerit nudus incedere, sed Dei præceptis nihil honestius iudicans, deposuerit saccum, quo abiecto nudus fuerit, vnam prius habens tunicam, & ipsam cilicinam. Et de Ieremię catenis in commentarijs Origenem reprehendens, quod illas ad allegoriam detorsisset, ait, Cererum nos simplicem & veram sequamur historiam, ne quibusdam nubibus, atque præstigijs inuoluamur. Illud etiam est valde notandum, quod in Ezec. ca. 4. cum de pane stercore operiendo loqueretur, scripsit, Prophetas iuxta Zachariam viros esse portẽtolos, qui suis operibus futura portendant, & de quibus loquitur Deus, In manibus prophetarum assimilatus sum, in multis locis creberrime legimus. Sicut igitur Ezeciel panem in stercore comedit, sic & filij Israel panem pollutum comedent, &c. Si viri portentosi sunt, & suis operibus futura portendunt, quid miramur eos portentosa opera facere, 51 & eis pro verbis futura prædicere? * Sed videamus huius facti eam, quæ toties obijcitur, turpitudinem. Quæ tandem turpitudo est, vt homo humilis, & gloriæ contemptor fornicariam vxorem duxerit, cum Salmon princeps tribus Iudæ non dubitauerit Rhahab meretricem, eandemque alienigenam ducere, ex eaque Booz genuerit? Adde hoc Deum iussisse, & (vt de Isaia scripsit Hieronym.) propheta nihil Dei præceptis honestius iudicabat. Nõ ergo in parẽdo, sed in non parendo turpitudo erat. Sed respõdeamus ipsius Hiero. verbis. Nec culpandus (inquit) propheta interim, vt sequamur historiã, si meretricẽ cõuerterit ad pudicitiam, sed potius laudandus, quod ex mala bonam fecerit. Non enim, qui bonus permanet, ipse polluitur, si societur malo; sed qui malus est in bonum vertitur, si boni exempla sectetur. 52 * Ex quo intelligimus non prophetam perdidisse pudicitiã fornicariæ copulatam, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam, quam antea non habebat, &c. Et August. 22. contra Faust. cap. 80. Quid enim aduersum clementiæ veritatis, quid inimicum fidei Christianæ, si meretrix relicta fornicatione in castum coniugium commutetur? Et quid tam incongruum & alienum à fide prophetæ quã si non crederet omnia peccata impudicæ dimissa esse in melius commutatæ? Itaque cùm meretricem propheta fecit vxorem, & ad vitam corrigendam mulieri consultum est, & figuræ sacramentum, de quo mox loquemur, expressum, &c. * Cyrillus quoque ait, Si turpe videtur meretricem ducere vxorem, quomodo non turpius grauiusque videtur ipsos prophetas occidere alios, vt Samuelem, Agag, & Eliam tot pseudoprophetas? Ergo vt Dominus cum Pharisæis, & publicanis versabatur, vt eos lucrifaceret inquiens non esse opus medico bene habentibus, sed male; & vt Paulus ob caritatem cuperet anathema fieri pro fratribus; & Isaiam non puduit, aut certe non pœnituit prodire nudum, quod erat indecorum, vt iuxta verbum Dei sic ostenderet habitum proximæ, & imminentis captiuitatis, vt conuerteretur populus ad Deum: sic propheta Hoseas vt Deo obediret meretricem non recusauit seruiens typo, quem exprimebat, &c. Ex his perspici potest, quam stulte ex hoc loco colligant huius temporis hæretici non esse peccatũ simplicem fornicationẽ, cùm & sancti cõsentiãt matrimonium hoc fuisse, & in propheta vxor dicatur. Et enim, vt אישׁ pro marito frequenter capitur, ita נשׁים vel נשׁא pro vxore, sicut & apud Græcos γυνὴ, vt cap. 2. vtrumq; videmus; Quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius.

Matth. 1.

Vltimum argumentum Ruffini, & Burgensis non tam contra nos, quam cõtra autores suos pugnat. Non conuenit (inquiunt) significatio synagogæ Deo copulatæ. Sit ita sane si volunt. At ipsi qui in spiritu tantum factum esse dicunt, debent potius aperire quid significet: quoniam nos, qui re ipsa contigisse affirmamus, etiam si significationem nullam facti haberemus, possemus alijs rationibus nos tueri, vt quod obedientiam prophetæ voluit Deus experiri, & in exemplum proponere populo duræ ceruicis, quod mulieris perditæ salutem quæsiuit, tantique fecit, vt eius causa prophetæ copulari voluerit, vt videant peccatores se Deo curæ esse: quod voluit omnes intelligere, peccatorem resipiscentem iam non immundum esse iudicandum. At ipsi nisi aliquid prædictum significatumque esse

54 Quid significet matrimonium prophetæ cum fornicaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

demonstrent, superuacaneam fuisse visionem cogentur confiteri. * Sed respondet Burgensis, id quod est in translatione Chaldaica, correspondere rei figuratæ. Referam verba translationis. Vade, prophetiza contra habitatores ciuitatis idololatræ, qui addunt peccare: quoniam errando errabunt habitatores terræ à cultu Domini. Et abijt, & prophetauit super eos, quod si conuersi fuerint, remittetur eis: si non fuerint conuersi, sicut defluunt folia ficulneæ, defluent. At addiderunt, & fecerunt opera mala. Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen populi dispersos, &c. Exponat nobis Burgensis quam hic significationem inueniat melius respondentem rei figuratæ. Nonne docet mulierem typum esse ciuitatis idololatræ, aut habitatorum illius? Isti habitatores non sunt synagoga ipsa: Non redierunt ad fornicationem? Respondeat igitur pro se, & pro nobis quandoquidem in eadem causa est. * Et quoniam nihil ipse respondit, nos ex sanctis patribus facti significationem aperiemus. Hieronymus docet significari synagogam (id est, populum Iudæorum) fornicationi & libidini seruientem, quam Deus susceperit, & operuit pallio, & suis iunxit amplexibus, & varijs muneribus ornauit. Eadem est Cyrilli & aliorum sententia: & ipse propheta satis ostendit, Quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Sed vrget adhuc Ruffini, Burgensisque obiectio. Synagoga redijt ad fornicationem postquam Deo coniuncta est; mulier non redijt, postquam semel ducta est à prophe ta. Primum dicere possumus mulierem typum fuisse synagogæ, cùm fornicabatur, cùm in prophetæ coniugium venit; non autem postea. Sæpe enim fit vt eadem persona nunc huius, nunc illius typum gerat, vt docet Augustinus epistola 49. & lib. 16. contra Faust. cap. 17. Exemplum affert in epistola illa manifestum. Ionas typus fuit Domini, cùm in mare proiectus est, cùm à pisce grandi in littus euomitur: at cùm sedet contra Niniuem mœstus non iam CHRISTI sed populi Iudæorum typum gerebat, qui dolebat de salute Niniuitarum, id est, de redemptione, & liberatione gentiũ. * At mihi magis probatur etiam istam Gomer vxorem prophetæ post nuptias aliquando ad pristinam vitæ turpitudinem redijsse, atque ita omnino synagogam recte significat. Id haud obscurè indicant illa verba, Quia fornicans, fornicabitur terra à Domino. Et cùm cap. 3. ait. Et dixit Dominus ad me, Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram; profectò non est improbabile eandem esse illam, de qua in hoc capite 1. loquitur; quæ cùm ad priores libidines redijsset, & eam propheta dimittere à se forte vellet, iterum iubetur & retinere, & diligere, vt constantiam diuini erga Israelitas amoris facto suo significet. * Ideo ait, Adhuc vade, ac si dicat, Non est satis duxisse: retinenda est. Vnde quam prius fornicariam appellauerat, quod virum non haberet, nunc adulteram vocat, quoniam fidem matrimonij violauerat. Videtur sane hoc sensisse Rufinus: Præcipit, inquit, prophetæ, ne caritatem quam obscœnæ mulieri impenderat, præuia offensione deponat; sed cum impudentia illius professa benignitate contendat, &c. Verum etsi nemo hoc diceret, satis res ipsa persuadet, cùm vna, eademque synagoga significetur, positque per eandem mulierem significari; melius vnam poni, quam duas. Cetera, quæ in illo c. sunt, quomodo huic sententiæ conueniant, suo loco explicabimus.

55 56 57 58

ALLEGORIA, SIVE SENSVS ALLEGORICVS.

59 Propheta ducēs vxorem fornicariam typus Christi.

Verum aliud hic quoque significatur Hoseas 1. Seruator. non persona solùm, & officio, sed nomine etiam ipso typum gerit eius, de quo angelus dixit, Matth. 1. Et vocabis nomen eius IESVM, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Hic Ecclesiam de gentibus sibi copulauit sine modo fornicantem, & in idolorum cultum insanientem, vt eam sanctificaret (iuxta Apostolum Ephes. 5.) mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta, & immaculata. Ita veteres patres intelligunt. Irenæus lib. 4. cap. 37. Hieron. hic, & in procem. commen. huius prophetæ; & (vt alios omittam) Aug. 22. contra Faust. c. 89. quod ex sequentibus totius c. verbis ita apertum esse dicit, vt probandum nõ sit. Quæris quomodo filios fornicationum ex ea tollat

CHRISTVS? Hactenus mulier hæc typum habet Ecclesiæ, quatenus prophetæ adiungitur, & filios ex eo procreat. Quod autem sequitur iam alterius rei figura est, vt videbimus.

TROPOLOGIA.

60 Obedientiæ dignitas, & exempla.

Videmus hîc planè non solum mirabilem Dei erga homines prouidentiam, & caritatem: sed etiam CHRISTI Domini nostri obedientiam singularem. Quod enim propheţę turpissimũ fore multi iudicabãt, id ipse facere non est veritus, vt meretricem arctissimo vinculo secum colligaret; idque vt Patri salutem hominum quærenti obtemperaret. Descendi, inquit, de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Non est discipulus super magistrum; nec seruus super dominum suum: sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius, & seruo sicut dominus eius. Quomodo ergo serui, atque discipuli inobedientiam nostram tuebimur, cum tale habeamus exemplum Domini, & Magistri? Exemplum enim dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Sancta Rebecca videt Isaac peditem, & repente descendit de camelo: quid nos elatos, ac superbos facere par est, cùm Dominum nostrum, eundemque Dominum exercituum ita humilem videmus? Tollamus cum Rebecca pallium nostrum, & prę pudore cito etiam operiamus nos. * Verum ego non possum non mirari prophetæ obedientiam, qui ante hoc Seruatoris exemplũ ita sese vicit, tantamque sibi vim intulit, vt fornicatiam & acciperet, & amaret. Paruit Deo præcipienti non opere modo, sed & voluntate: celeriterque paruit; quod verba ipsa indicant, Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim. Quantumuis turpis esset, & propheta indigna vxor, abijt continuo, & accepit. Famæ, & dignitatis suæ obliuiscitur: ad rumores hominum surdus solum Deum audit, vnicum decus suum putat Deo obtemperare. Parum est voluntate obedisse: intellectu (quod omnium maximum est) obedit, eumque captiuat in obsequium Dei. Non enim deliberando moratur, non cogitat, quid personam suam deceat; cœca quadam obediendia (quæ cum cœca est, est magis oculata) honestum decorumq; esse credit, quidquid iubet Deus. Idcirco neque puerum se esse causatur, vt Ieremias, neque recusat, vt Ezeciel, qui dixit, Dñe Deus, Ecce anima mea nõ est polluta, & morticiniũ, & laceratũ à bestijs non comedi ab infantia mea vsq; nũc, &c. neq; vt Petrus, Absit Dñe, quia nunquam manducaui omne cõmune, & immundũ: qui propterea tacite reprehensus est, quod verborũ Dei iudex potius, quã executer esse voluisset; & merito audijt, Quod Deus purificauit, tu cõmune ne dixeris. ac si diceret Quod immundũ prius videbatur, Deo iubẽte sit mundũ, nec putare debes aliquid à Deo præcipi, quod mundũ nõ sit. * Perfecta (inquit Bernardus ad fratres de Mõte Dei) obedictia est, maxime in incipiẽte, indiscreta: hoc est, non discernere quid, vel quare præcipiatur, sed ad hoc tantũ niti, vt fideliter, & humiliter fiat; quod à maiore præcipitur, &c. Erga duos ita nos gerere debemus, vt cũ aliquid præceperint, aut monuerint, nihil vnquã respõdeamus, i. erga Deum, & erga diabolum: sed Deo sine mora, sine verbis vbiq; obsequendũ qualecunq; sit quod præcipit: diabolo sine responsione cõtinuo repugnandũ, & si honesta, & salutaria præcipere videatur. Quod præclare sanè à Iacobo Apostolo dictum est: Subditi ergo estote Deo, resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. Deo semper subditi, non responsatores, non iudices, non recusatores, nihil denique aliud quam subditi. Diabolus non audiendus, non illi vnquam credendum, respondendum, assentiendum; sed semper resistendum, atque ita fugiet: si quippiam aliquid fecerimus, appropinquabit potius, atque in momenta singula erit & molestior, & fortior oppugnator. Quanta autẽ sit obedientiæ dignitas, quanta vtilitas, quantumque Deo accepta sit ipsa, docet eleganter Grego. 35. moral. cap. 12. 13. 14. & in comment. lib. 1. Regum in illud c. 15. Melior est enim obedientia, quam victima, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum. Et Sanctus Thomas 22. q. 186. art. 8.

Gen. 24.

61

Iere. 1. Ezec.

Act. 10.

62

Iac. 4.

LITERALIS EXP.

Et concepit, & peperit filium. Intellexit enim propheta id sibi à Domino præcipi in illis verbis, Sume tibi vxorem fornicationum, & filios fornicationum.

63

Voca nomen eius Iezrahel. Quoniã filios prophetæ nasci voluit Deus, vt essent populo decem tribuum quasi in portẽtum, & in signum imminentis captiuitatis; nominibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam huic significationi aptis insigniendi fuerunt, vt vel ipsis nominibus prophetarent. Ideo nomina à Deo ipso accipiũt, qui vt melius consilium suum patefaceret, rationes nominum censuit indicandas.

64 *Quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrahel super domum Iehu.* Locus est valde difficilis, ideoque varie à varijs expositus. Sed verba singula prius interpretemur: deinde veniemus ad sententiã. Adhuc ita poni solet in scriptura, cùm de tempore sermo est, vt idem fere valeat, quod post. Vt Exod. 17. Adhûc paululum & lapidabit me, id est, post paululum, aut sine trãsire paululum temporis, & lapidabit me. Ion. 3. Adhûc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Hagg. 2. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, &c. Idem significat aliquando cũ ponitur, Modicum, aut Paululum sine adhuc, vt Iohan. 16. Modicum & non videbitis me; & iterũ modicum & videbitis me. Visitare, ambiguum & medium vocabulum est; nam & in bonum accipitur pro eo quod est benefacere, vt Luc. 1. Quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et ibidem, Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Et in malum; pro eo quod est punire, & vlcisci, vt Ierem. 9. Nunquid super his non visitabo? dicit Dominus: aut in gente tali non vlciscetur anima mea? Psal. 88. Visitabo in virga iniquitates eorum; & in verberibus peccata eorum. Ita hic accipitur, visitabo: ideo Lxx. verterunt ἐκδικήσω, vlciscar. * Iezrahel vrbs olim insignis, metropolisq; decem tribuũ, similis Samariæ, quæ erat altera earundem metropolis, vt scribit Hieronymus, hodie (vt autor est Brocardus in descriptione terræ sanctæ) vix habet viginti domos, & vocatur Zaracin ad radices montis Gelboe versus Occidentem sita, ante cuius introitum est ager Naboth, de quo 3. Reg. 21. Iehu rex Israel, qui occisis Achab & Iezabele, qui Naboth iustum interfecerant, volũtate Dei regnauit 4. Reg. 9. Quod autem in translatione Lxx. legitur, super domum Iuda, videri sibi ait Hieronymus, non vitio Lxx. interpretum, sed scriptorum inoleuisse imperitia, qui ignorantes Iehu, quod magis tritum erat, scripserunt, i. Iuda, vera lectio est, Super domum Iehu, vt ex Hebr. & ex Chaldæo constat, & ex aliorum interpretum editionibus, vt fatetur Cyrillus: quam merito nostra translatio recepit.

Adhuc modicum.

Visitare.

65 Iezrahel.

Sed iure optimo quæritur, quem sanguinem Iezrahel vindicaturus Dominus sit super domum Iehu: non enim legimus effusum sanguinem in Iezrahel nisi Nabothinnocentis, qui vineam vendere noluit regi Achab: sed hunc Achab effudit. Non multo post effusus est sanguis ipsius Achab, & impiæ Iezabelis: sed hunc Deo iubente effudit Iehu; cur igitur sanguis Iezrahel visitatur super domum Iehu? Sũt qui dicant Iehu Deo quidem iubente sanguinem Achab effudisse: sed malo tamen animo; hoc est, libidine dominandi, non zelo diuinæ iustitiæ: ideoq; iram Dei in se prouocasse. Sed hanc responsionem verba Domini refellunt 4. Reg. 10. laudantis Iehu, & magnam eius operi mercedem pollicentis: Quia studiose egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia, quæ erãt in corde meo fecisti cõtra domum Achab, filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Quis dicat iratum fuisse Dominum, cùm hæc diceret, aut malo animo factum esse quod tantopere laudatur? Sed & in eodem cap. ait Iehu Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. * Propius accedere videtur ad veritatem, quod Ruffinus ait, Vindicari sanguinem Iezrahel, id est, Achab interfecti in Iezrahel, quoniam posteri Iehu in eadem scelera inciderunt, quæ patrata fuerant ab Achab, & à posteris Ieroboham, qui peccare fecit Israel, & similiter idola coluerunt. Et quidem si Achab, & eius posteri à bonis viris extincti essent, patienter ferendum videbatur; cum verò ab æquè malis id passi sint, quodãmodo digni esse videntur, quos Deus vlciscatur, iubeatque in vltionem ipsorum simili pœna affici eos à quibus deleti sunt. Atque ita prorsus videtur intellexisse Chaldæus, qui ita hæc vertit, Et visitabo sanguinem colentium idola, quem effudit Iehu in Iezrahel, quos occidit, quod seruirent Bahal, & postea conuersi sunt etiam ipsi, vt enarrent post viculos, qui erant in Bethel, & in Dan. Ideo reputabo illum sanguinem innocentem super domum Iehu, & cessare faciam regnum domus Israel.

66

67

* Mihi non displiceret hęc explicatio: sed aliã addam & reconditiorem, & veriorem. Per Iezrahelem non vrbẽ significari arbitror, sed populum Israel: nam Iezrahel significat semen Dei, vt ex nomine ipso intelligi-

63

Iezrahel semen Dei.

tur: & dictum est à Domino Exod. 4. Filius meus primogenitus Israel. Dimitte filium meum, vt seruiat mihi. Et de eodem populo Malach. 3. Et quid vnus quærit, nisi semẽ Dei? Quoniam igitur Iehu, & eius successores ac posteri idolorum cultores fuerunt, atque imitatores Ierobohã filij Nabat qui peccare fecit Israel, vt videmus 4. Reg. 10. & 13. & duobus sequentibus, id est, suo exẽplo, & imperio populum ad idololatriam vehementius allexere, causaque fuerunt perditionis multarum animarum: ideo Dominus dicit se velle finire regnum domus Israel, & vindicare sanguinem Iezrahel, id est, occisionem animarũ populi Dei. * Atque huiusmodi spiritualem occisionẽ sanguinem in scriptura quoque dici, ex Ezec. 3. discimus. Si dicente me ad impium, Morte morieris, non annuntiaueris ei, neque locutus fueris, vt auertatur à via sua impia, & viuat; ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu tua requiram. Et Ierem. 2. Quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas; & in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum. Exponit Hieronym. quos idolis immolasti, siue quorum animas perdidisti sacrificiorum similitudine. Quod si hoc ex scriptura probare non possemus, facile esset dicere multos occisos fuisse à Domino, vel ab hostibus, propterea quod idola coluissent: ideoque visitatur sanguis eorum super posteros Iehu, qui illos ad idololatriam allexerunt, qua mortis sibi causa fuerunt. Sed vt dicebam puto intellexisse Hieronymum, cuius hæc sunt verba, Verũ quia & ipse vltor sanguinis iusti ingressus est per vias Ieroboham filij Nabat, qui fornicari fecit Israel, & constituit vitulos aureos in Dan, & in Bethel, regnum quoque eius dicitur subuertendum. Quam ob causam nunc dicitur, Adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrahel, id est, occisionẽ populi mei super domum Iehu regiã, quæ eo tempore præerat Israel. * Hæc Hieronymus: qui tamen nullos corporaliter occisos dixerat à domo Iehu: ex quo constat de spirituali occisione eum loqui. Quod Iezrahelem dixi populum Israel significare, id manifestissimum erit, si lectionẽ recipiamus, quam nonnulli Græci codices habent, vt Complutensis, & Regius nuper Antuerpię excussus, & visitabo sanguinem Israel. Quo loco Israel aperte vocatur, qui in Hebr. dictus est Iezrahel. Verum quoniam alij codices Græci, &, vt videtur, correctiores habẽt sanguinem Iezrahel, atque ita legisse videtur Cyrill. Theodoretus, & Theodorus Antiochenus: ea quoque lectio mirifice nobis fauet. Nam quoties Iezrahel vrbem significat, sine articulo poni solet à Lxx. vt videre licet Ios. 17. 3. Reg. 21. 4. Reg. 8. & 9. & 10. & 2. Paralip. 22. aut si articulus addendus est, ille erit feminei generis necessario, qualis nominibus vrbium addi solet. At hic masculinum addiderunt, καὶ ἐκδικήσω τὸ αἷμα τοῦ Ἰεζραὴλ, intelligentes nimirum non iam vrbem significari, sed populum, aut semen Dei. Idem fecerunt in extremis capitis verbis, Quia magnus dies Iezrahel. * Deniq; tam aperte hæc nostra expositio confirmatur à propheta ad finem 2. cap. vt illi ipsi, qui aliter interpretati hæc fuerant, cùm ad illa veniunt, sententiam mutare cogantur, fateriq; Iezrahel esse populum Dei. Et exaudiam (inquit propheta) cœlos, & illi exaudient terram: Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezrahel. Omitto quod & hic nonnulli codices Græci pro eo, quod in Heb. est Iezrahel, habent Israel, & quod in probatioribus ponitur Iezrahel cum articulo masculino; Hieronym. populum Dei ait vocari Iezrahel, & Theodoretus Antiochenus, & Ruffinus, & Lyranus citato etiam ad hoc R. Salomone, Vatablus & recentiores alij. Immo & Chaldaica paraphrasis, cuius verbis locus bene explicatur, ita habet, Mandabo cœlis, & ipsi demittent pluuiam super terram: & terra producet frumentum, & vinum, oleumque, quæ sint factura satis transmigrationi populi mei. Pro Iezrahele, dixit, Transmigrationi populi mei.

69 Sanguis.

71

70

MORALIS EXP.

Cur igitur infans natus prophetæ vocatur Iezrahel? Profecto vt quoties puerum cernerent post expositam à propheta rationem nominis recordarentur venturæ vltionis, sanguinisque visitandi, atque hæc mala toties sibi prænuntiari intelligerent à Deo, quoties eorum aspectui, atque oculis puer occurreret, vt ita reges, & cum eis populus ab idololatria, & perditis moribus ad veram pietatem reuerterentur. O altitudo diuitiarum bonitatis, & patientiæ Dei? Vere altissimus est patiens redditor. Quam celeriter subuenit? Quam lente punit? Quoties minatur? Quoties terret peccatores?

72

Dei patientia. Eccli. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quoties admonet instare supplicia? Sed instantia, & erumpentia quam patienter, ac fortiter remoratur, & reprimit? Nisi conuersi, inquit, fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis. * Credas iãiã volaturas sagittas, dicas iam cruore fœdari gladium. Sed ita tamen moratur vt de mora, & tarditate iusti conquerantur, Vsque quo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem, loquentur omnes, qui operantur iniustitiam? Misereris omnium Domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, dissimulans peccata hominum propter pœnitentiam. *Adhuc modicum & Visitabo.* Sed hoc modicum si ad cessationem regni domus Israel referamus, quinquaginta fere, & sex annorum fuit: si ad pœnas de posteris Iehu sumendas, quatuordecim fere annorum: idque postquam viginti octo annos tolerauerat idololatriam Iehu decem & septem Ioachaz eius filij, vnum & quadraginta Ieroboham eius nepotis. Sed interim, inquit, audiant prophetam, videant sæpe puerum Iezrahel, vt supplicij venientis admoneantur. Quot annos putamus eum sustinuisse immania scelera eorum, qui terrã Hebræis dandam tenebant, & tamẽ Abrahæ dicit, Generatione autem quarta reuertentur hûcinec dum enim completæ sunt iniquitates Hamorræorum vsque ad præsens tempus. * Omnis caro corruperat viã suam, & multa malitia hominum erat in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta ad malum omni tempore: & tamen cum legamus, Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra, & tactum dolore cordis intrinsecus, non minus quam centum viginti annos agendæ pœnitentiæ pollicetur. Interim multorum annorum opus aggreditur Noe, arcam extruit vt omnes, qui immanẽ molem fabricari cernerent, toto illo tempore admonerentur imminere diluuium, adesse certum exitium non resipiscẽtibus. Nec id quidem facto illo tantùm Noe prædicebat; sed apertis etiam verbis minabatur: ideo enim iustitiæ præco dicitur 2. Pet. 2. & de illis qui fidem illi habere noluerũt, scripsit idem in prioris epistolæ cap. 3. Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cũ fabricaretur arca. * Quæris, quid hac cũctatione quærat Deus? Audi Isaiam, Propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri, & ideo exaltabitur parcens vobis; quia Deus iudicij Dominus: beati omnes, qui expectant eum. Hieronymus ibidem: Grandis clementia Dei, vt expectet nostram pœnitentiam, & donec nos à vitijs cõuertamur, ille potentem contrahat manum, ne ferire cogatur.

Psal. 7. 73 Psal. 93. Sap. 11. Gen. 15. 74 Gen. 6. 75 Isa. 30.

ALLEGORICVS SENSVS.

In eo, quod ait Dominus, sanguinem Iezrahel esse vindicandum super domum Iehu, allegorice prædicit se vindictam acrẽ sumpturum de ijs, qui sanguinem filij Dei effuderunt, cuius populus ille figura fuit quatenus à Deo dilectus, & pro filio habitus est, & semen Dei vocatus. Atque hos appellat domum Iehu, quoniam impietate in illorum regum imitati sunt, & à Deo recesserunt propter idola sua, id est, propter gloriam, & honorem popularem, & propter auaritiam, ac voluptates. * Eius enim filius quisque in scriptura dicitur cuius mores, & vitam sequi voluit, vt eleganter docet Origenes hom. 4. in Ezec. Sicut homo, inquit, generat hominem; sic Iob generat Iob, & Noe generat Noe. Sic Paulus Rom. 9. Nõ enim omnes qui ex Israel ij sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij. Sic Dominus Iohan. 8. quibus paulo ante dixerat, Scio, quia filij Abrahæ estis, secũdum carnem intelligens, ait, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. De huiusmodi filijs dictum est Mat. 3. Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Quod si recipiatur lectio quam & nunc habemus in translatione Lxx. & Hieronymi ætate habebant vulgati codices, & quam Cyrillus agnoscit & interpretatur, Vindicabo sanguinem Iezrahel super domum Iuda, quid potuit dici apertius ad hanc de Domini cæde allegoriam? Aut quid aliud est, quam docere domum Iuda, id est, Iudæos appellari à prophetas domum Iehu? * Quamuis idem Cyrillus fatetur in aliorum interpretum editionibus legi, Super domum Iehu. Sed neq; hæc lectio aduersatur allegoriæ: nam Iehu vertitur, Ipse, siue existens. Visitatur igitur sanguis filij Dei super domum ipsius, id est, super populum, qui est ipse, qui fuit semper sibi similis, & vt antea occiderat prophetas, ita postea occidit Dominum prophetarũ. Cui dicitur Matth. 23. Itaque testimonio estis vobis metipsis, quia filij estis eorũ qui

76 Filius. 77 נהוי

prophetas occiderunt. Et vos implere mensuram patrum vestrorum. Idem populus merito dicitur existẽs, quoniam solus Deũ verum nouerat, sicut scriptum est, Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Idololatræ autem, quia eum non norunt, dicuntur in scriptura non esse, vt Hester. 14. Ne tradas Domine sceptrum tuũ ijs, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram.

Psalm. 75.

TROPOLOGIA.

In eisdem verbis nequaquam prætereũdum est quod iam demonstrauimus, scandalum appellari homicidium, siue effusionem sanguinis, vt non videatur nobis iam Domini sententia rigidior, Qui autem scãdalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Sed acerbius vindicatur scãdalum super domum Iehu, id est, super reges, & principes populi, siue potestate, siue generis claritate, siue eruditione, aut gloria rerum gestarum sint principes. Primum quoniam peccata ipsa sunt grauiora. Recte enim dixit ethnicus poeta,

78 Scandali grauitas. Matt. 18. Quam grauia sint principum peccata. Iuu. sat. 8.

Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quãto maior qui peccat, habetur

Deinde, quoniam quo maiores sunt qui peccant, & quo plus autoritate apud populum valent, tanto magis exemplo suo mouent, & tanto magis nocent. * Non præcipiebat Christianis Petrus vt coram Iudæis à gentilium mensa, & contubernio abstinerent, sed quia ipse faciebat, ita homines cõmouebat, vt & Barnabas duceretur in illã simulationẽ, & Paulus ei dixerit, Quo modo cogis gentes Iudaizare? Quantum in vtramque partem valeat viri principis exẽplum docet peruersio decem tribuum, quę regem suum Ieroboham secutæ vitulos aureos pro Deo vero adorauerunt, & ab antiqua tot annorum, tantorumque patrum religione celerrime recesserunt. Quod obscuris quidem verbis, sed fortibus, & efficacibus Hoseas c. 7. expressit, de eodem rege, & de eisdem tribubus loquens. Dies regis nostri, cœperunt principes furere à vino, extendit manum suam cum illusoribus. Quia applicauerunt quasi clibanum cor suum, cum insidiaretur eis. Tota nocte dormuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ. Omnes calefacti sunt quasi clibanus. Contra, regnãtibus Dauid, Ezecia, Iosia, magna erat populi pietas & religio. Legamus 2. Paralip. cap. 29. & 30. & 4. Regũ 23. * Quare præclare Claudianus, tametsi poeta melior quam Christianus.

79 Galat. 2.

—— *Componitur orbis*
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.

Si ergo de quouis homine dictum est, Veruntamen væ homini illi, per quem scãdalum venit, quid de principibus dicendũ putamus, qui quasi parentes boni, aut tutores fideles esse debent? Sanguinem animarum vestrarum (dicit Dominus) requiram de manu cunctarum bestiarum. Quanto magis ergo de manu illorum, quos posuit rectores, & duces? Merito illis dicitur in libro Sapientiæ, & quidem per regem, Horrendè & citò apparebit vobis; quoniam iudicium durissimum in ijs qui præsunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia; potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, aut verebitur magnitudinem cuiusquam; quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis.

80 De 4. Honorij consulatu. Matt. 18. Gen 9. Sap. 6.

HISTORIA.

Et quiescere faciam regnum domus Israel. Quia posteriores reges nihilo meliores fuerunt regibus domus Iehu, non solum domum Iehu delendam esse vaticinatur; sed etiam regnum decem tribuum esse finiendum omnibus in captiuitatem abductis. Quod de domo Iehu dixit, paulo post impletum est. Cœpit enim prophetare Hoseas (vt iam diximus) extremis quatuordecim, aut quindecim annis regni Ieroboã, qui fuit pronepos Iehu. Cui successit Zacharias filius, qui sex mensibus regnauit 4. Reg. 15. & regnum transijt ad Sellum, qui non erat ex domo Iehu. Quod autem modo dicit de regno decem tribuum finiẽdo, impletum est anno quadragesimo primo à morte Zachariæ regis Israel, non anno quadragesimo nono, vt mendose legitur in Hieronymo. Nam post Zachariam regnauit Sellum mensem vnum, post Sellum Manahem annos decẽ, mox Phaceia duos annos, & Phacee viginti, vltimus fuit Hosee, cuius anno nono captꝰ est Israel. * Quę

81 82

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia videmus 4.Reg.15. & 17. Sed & à morte Zachariæ peius semper labebantur res Israel. Nam (vt ait Hieron.) statim reges Assyrij ceperunt Ruben, & Gad, & dimidiam tribum Manasse trans Iordanē; deinde multas ciuitates Samariæ, & deinde totam Nephtalim, & ad extremum omnes reliquas tribus.

ALLEGORIA.

Idem videmus contigisse Iudæis post quam effuderūt sacratum sanguinem Iezrahel, id est, CHRISTI IESV filij Dei. Nam à Pilato, & ab alijs præsidibus Romanis graiter afflicti sunt, & quadragesimo post anno miserrime deleti, & extincti cum vrbe sua, & templo, & qui relicti sunt venditi, & in perpetuam captiuitatem ducti. Aucta est etiam in eis animi miserabilis cæcitas, & obstinata induratio, adeò vt scribebat Paulus 1.Thessa.2. de illis, Qui & Dominū occiderunt IESVM, & prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, vt saluæ fiant; vt impleant peccata sua semper; peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem.

TROPOLOGIA.

83 Nec dubitandum est idem accidere ijs, qui scandalo sunt fratribus, & se animarum à CHRISTO tanti redemptarum sanguine polluūt. Etenim paulatim bona animi amittent, virtutumque præsidio destituentur; & veniet rex Assyrius, id est, diabolus, ac seruituti suæ subijciet, & pendere grauissima tributa coget, tradenturque in manus crudelium dominorum. At non solum reges Israel capti sunt, & cæsi, eadem fuit fortuna populi, eadem captiuitas, & cædes; vt nemo se alieno peccato excusari putet, aut impune fore laturum, si peccantem siue regem, siue sacerdotem, siue magistrum fuerit imitatus. Bonū (inquit Apostolus) æmulamini in bono semper. Si magna est hominis autoritas, qui te verbo, aut exemplo ad peccatum allicere concupiscit: vide multo maiorem esse CHRISTI, & DEI Patris, qui malum id, fugiendumque esse docuerunt. Quid profuit Adam dicere, Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi: Quid Heuæ, Serpens decepit me, & comedi? Num ideo pœnas effugerunt, quia excusauerunt excusationes in peccatis? Vnusquisque onus suum portabit & quæ seminauerit homo, hæc & metet.

Gala.4.

Gen.3.

Gal.5.

Salutare est itaque Iohannis in 3. epistola consilium, charissime noli imitari malum, sed quod bonum est.

HISTORIA.

Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrahel. In illa die, qua decreui, vt quiescat, & finiatur regnum Israel, arma, vires{q}; Israelitarum confringam, id est, Efficiam vt ab hostibus Assyrijs superentur. Chaldæus: Et erit in tempore illo, & conteram fortitudinem bellatorum Israel; Sed arcum dixit, quia multum arcu pugnabant Israelitæ, & eius peritiam se habere gloriabantur, 1.Paralippo.12. Qui erant fortissimi, & egregij pugnatores tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas. Et Psalm.77. Filij Ephræm intendentes, & mittentes arcum conuersi sunt in die belli. Ex quo intelligimus illud 2.Reg 1. Et præcepit vt docerent filios Iuda arcum id est, artem bellicam, ne scilicet tanta clade accepta desperarent se claros bello futuros, atque victores. * Illud vero difficilem explicatum habet, cum dixerit, *in valle Iezrahel*. Nam scimus quidem decem tribus victas, captasque fuisse ab Assyrijs: sed hoc in valle Iezrahel cōtigisse nusquam legimus. Ruffinus affirmat Iezrahelem esse vallem adiacentē Samariæ. Quod si ipse probare posset, aut si verum esset, soluta erat quæstio. At Iezrahelem non vallem, sed vrbem metropolin esse ostendimus. Sed quoniam pugnatum est Samarię obsessa vrbe ab Assyrijs, & ibi captus est Israel, vt videtur docere sacra historia 4.Reg. 17. & propheta dicit arcum Israel fuisse cōterendum in valle Iezrahel; inde Ruffinus vt opinor, collegit esse vallem, & adiacere Samariæ. * Dicendum igitur est Iezrahelem hic, neque vallem significare, neque vrbem, sed populum Dei, vt semper hactenus vidimus. Id quod & Lxx. interpretes docent ponentes Iezrahel cum articulo masculino, vt prius fecerant, ἐρ τῷ σπαρεῖ τοῦ Ἰεζραήλ. Significat igitur eos in patria sua esse vincendos, & capiendos, & vallem Iezrahel, id est, seminis Dei vocat vallem Samariæ, in qua vrbe sedes erat regia, & dignissima portio decem tribuum. Sed multi nobilissimique autores in valle vrbis Iezrahel prælium commissum esse volunt, vt Hieronymus, Theodorus, Cyrillus, Theodoretus, quos multi recētiores sequuntur. Supra diximus (inquit Hieronym.) Iezra-

84

Arcus.

85

86

helem, quæ nunc iuxta Maximianopolin est, fuisse metropolin regni Samarię, prope quam sunt campi latissimi, & vallis nimiæ vastitatis, quæ plus quam decem millium tenditur passibus. In hac, commisso certamine, ab Assyrijs cæsus est Israel. * Quod de valle scribit Hieronym. verum est. Legimus enim Iosue 17. Qui habitant in terra campestri, in qua sitæ sunt Berhsan cum viculis suis, & Iezrahel mediam possidens vallem. Et vallem maximam esse intelligimus ex Iud. 6. Igitur omnis Madian, & Amalech, & orientales populi congregati sunt simul, & transeuntes Iordanem, castrametati sunt in valle Iezrahel, &c. Erat scilicet locus aptus, & idoneus numerosissimo exercitui: Si ergo quæras vnde cōstet prælium in hac valle fuisse commissum? In prōptu est responsio. Constat ex verbis Hoseę, qui nomen loci historiæ addidit, quod ad rem, quam agebat, nō mediocriter pertineret. Vt, scilicet, vbi fusus est sanguis Achab, & Iezabelis idololatratum, ibi etiam funditur eorum sanguis, qui exemplo illo nequaquam respuerunt, sed idem fecerūt, quod

87

88 Deum & odisse, & punisse animaduerterant. * Accedit ad verba Hoseæ tot tantorumque virorum expositio, & autoritas, quæ satis esse possit, & debeat cuiuis ad sobrietatem sapienti. Sed facessit tamen negotium, quod 4.Reg. 17. scriptū est de Salmanasare rege Assyriorum; Peruagatusq; est omnem terram, & ascendens Samariā obsedit eam tribus annis. Anno autem nono Hoseæ cepit rex Assyriorum Samariā, & transtulit Israel in Assyrios, &c. Non ergo in valle Iezrahel, sed in valle Samariæ vrbis cæsus est Israel. Præsertim cum scribat Iosephus 9.antiq.c.14. Salmanasarem post tertium obsidionis annum vrbem Samariam vi cepisse. Respondeo obsessam quidem & captam fuisse Samariam, sed vniuersum Israelem collatis signis dimicasse extra vrbem, vt ex Hosea intelligimus, in valle Iezrahel. Protenditur enim hæc vallis versus Samariam, quę proxima est vrbi Iezraheli, adeò vt cum Iehu Iezrahele maneret, scripserit ad ciues Samariæ 4.Reg. 10. in hæc verba, Tollite capita filiorum Domini vestri, & venite ad me hac eadem hora eras in Iezrahel. Cū igitur vallis esset lōgissima, necesse est vicinam fuisse Samariæ, rectęque dicitur in ea fuisse dimicatum.

ALLEGORIA.

Quam benè hæc eadem in Iudæos conueniant post Domini mortem, quam confractus fuerit eorū arcus in metropoli sua ciuitate Ierusalem, qui plenius videre volet, legat extremos Iosephi de bello Iudaico libros. Sed & res ipsa docet sine libris. In qua enim regione non sunt hodie Iudæi, & vbi non seruiūt? Quis eorū potentiā timet? Quis eos non rider, atq; contēnit? Cyrillus, Erat autem vallis Iezrahel typus sepulchri Christi filij Dei. Iezrahel enim interpretatur semen Dei: per resurrectionem vero Christi omnino superati sunt Iudæi, qui occiso Christo putarant iam se dominos esse vineæ, &c.

89 Iudæorum arcus cōfractus post mortem Christi.

TROPOLOGIA.

Nec minus apte ad eos accommodantur, qui vel exemplo suo ceteros ad peccandum prouocāt, aut aliorum exemplum sequentes peccant. Conterit his Dominus arcum, quoniam non solùm reliquam fortitudinem amittunt, facileque à diabolo expugnantur, sed illud quoque, in quo potissimum gloriabantur, & quod ad omnes hostium arietes firmissimum putabant, subito præter spem, præter opinionemque perdunt. Multi ita iustitiæ iacturam fecere; plures diu seruatæ castitatis; nonnulli etiam fidei. Quid mirum? Infirmior indies, immo in horas semper animus sine gratia; hostis ferocior, & valentior; quomodo is bona sua tueatur? Saucius miles, & sanguine diffluēs quo magis ipse viribus, spirituque destituitur, eo fortiorem reddit aduersārium. Occumbat necesse est, & vitam hosti, atque arma præbeat, nisi ex acie educatur ad medicum, qui sanguinem reprimat, & vulnera alliget, id est, ad sacerdotem, qui sacramēto pœnitentiæ quasi saluberrimo pharmaco adhibito eum in pristinas vires, sanitatemque restituat. Peccatum enim (vt sapienter à Gregorio dictum est 25. mor. ca. 9.) quod pœnitentia non diluit, ipso suo pōdere mox ad aliud trahit. De his dicitur, Filij Ephræm intendentes, & mittentes arcū conuersi sunt in die belli. Terga scilicet dederunt amissa pristina fortitudine. * Quot huiusmodi casus & monachorum, & sæcularium hominum, & magistrorum Ecclesiarū legimus in historijs? Et vt vetera missa faciamus, cui vel ignota, vel non deplorata est Anglicæ calamitatis historia? Quan-

90

Scandalū præbētibus arcus confringitur.

91

tus ardor fidei, & Ecclesiasticæ dignitatis propugnandæ fuit in Henrico rege, quem Leo decimus cum sacro cardinalium senatu honorificentissime defensoris fidei cognomine donauit? An non fuit in illo arcus ille fidei zelus, ex quo tot, tamque validas sagittas iaculatus est in Lutherum? Sed turpi captus libidine, & furore animi cęcus scã dalo cœpit esse suis, atque ita se vitijs tradere, vt arcus illi confractus sit in valle Iezrahel. Postquam autem Dominator Dominus exercituum aufert à Ierusalem, & à Iuda, (id est, ab anima, quæ tẽplum eius erat, & ei confitebatur) validum, & fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & senem: quid reliquum est, nisi vt illud sequatur. Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis: hoc est, pueriles leuitatis affectus, & voluptates.

Isa. 3.

HISTORIA.

92 *Et concepit adhuc, & peperit filiam.* His verbis qualis, & quam diuturna futura sit captiuitas ostendit. Postquam enim captiuitatem decem tribuum prædixit, non iam filius nascitur, sed filia fragilis sexus, (vt ait Hieronym.) & quæ victorum pateat contumeliæ. Quæ res aperte significat decem tribus in captiuitate affligendas esse à victoribus, & contumelioſe tractandas, nec tamen in tantis malis habituras, qua se ratione tueantur, & defendant. Diuturnitatem captiuitatis nomen filiæ indicat. Voca (inquit) nomen eius, Absque misericordia: & nominis rationem continuò indicat.

Quia non addam vltra misereri domui Israel. Vocatur Absque misericordia, siue Non cõsecuta misericordiam, quoniam tunc absque misericordia captus est ab Assyrijs Israel, & post ea erat in eadem captiuitate relinquendus, non amplius in patriam reuersurus, ac si diceret. Nec in præsens tempus misericordiam consecuta est à me, neque in futurum. Quod vero ait; Non addam, vsitata scripturæ locutio est, qua addere dicit qui adhuc facit quod semel, aut sæpius fecerat, vt Iud. 3. & 4. Addiderunt filij Israel facere malum. Luc. 20. Et addidit alterum seruum mittere, &c. & Addidit tertiũ mittere. Itaque Non addam, est non amplius faciam. Iud. 10. Idcirco non addam vt vltra vos liberem: ite, & inuocate deos, quos elegistis.

Addere.

93 Hoc loco celebris, & tam ad huius prophetæ, quam ad aliorum intelligentiam in primis vtilis quęstio occurrit, Vtrùm verba ista prophetæ longissimi temporis captiuitatem prædicant, an potius perpetuam? id est, an aliquando decem tribus ab Assyrijs captæ in patriam suam redierint soluta captiuitate, quemadmodum duæ tribus post aliquot annos de Babylonica captiuitate rediere? Multa enim passim occurrunt in prophetis, quæ sine huius quæstionis lumine videri nequeant. Primum eas de captiuitate redijsse docet Cyrill. in prologo Zach. & in Hoseæ c. 11. & in Mal. cap. 2. & Theophyl. & Theodoretus in illud Hos. 3. Quia dies multos sedebunt, &c. & ex scriptura videtur valde confirmari. Nam quo tempore Dominus inter homines versabatur, Samaritani Iacob patrem suum võcabant, vt Iohan. 4. Nũquid tu maior es patre nostro Iacob? Et præter tribus Iuda, & Beniamin erant aliæ tribus in Ierusalẽ, vt Hanna prophetissa de tribu Aser Luc. 2. Et Dominus prædicauit in finibus Zabulon, & Nephthalim Matth. 4. & apostoli erant ex varijs tribubus Psalm. 67. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulõ, & principes Nephthalim. Iacobus etiam scribit duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem.

An decem tribus redierint à captiuitate.

94 * Ad hæc in prophetis videntur esse apertissima testimonia. Ezec. 37. Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum, & scribe super illud, Iudæ, & filiorum Israel sociorum eius: & tolle lignum alterum, & scribe super illud, Ioseph lignum Ephraim, & cunctæ domus Israel, sociorumque eius. Et adiunge illa vnum ad alterum tibi in lignum vnum, & erunt in vnionem in manu tua. Cùm autem dixerint ad te filij populi tui loquentes; Nonne indicas nobis, quid in his tibi velis? loqueris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego assumam lignum Ioseph quod est in manu Ephraim, & tribus Israel, quæ sunt ei adiunctæ, & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius, &c. Sed quid alios quæramus, cum in eodem propheta nostro cap. 11. legamus. Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar vt dispergam Ephraim, quoniam Deus ego, & nõ homo, &c. * Et auolabunt quasi auis 95
ex Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. Et cap. 12. Et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægypti, adhùc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus se-

stiuitatis. Et c. 14. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani, &c. Immo in hoc ipso 1. capriptum est, Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra, quia magnus dies Iezrahel. Et continuo cap. 2. initio iubet eam, quæ vocabatur Absque misericordia, vocari Misericordiam consecutam. Dicite fratribus vestris, populus meus, & sorori vestræ Misericordiam consecuta. Quod adhuc apertius retulit Paul. Rom. 9. Sicut in Hosee dicit, Vocabo non plebẽ meam, plebem meam, & non dilectam dilectam, & non misericordiam consecutam misericordiam consecutam.

Samaritani sui.

96 At quamuis hæc & similia in scriptura legamus, non dubium est, quin decem tribus semper apud Medos, Persasque remanserint, neque vltra in terram suã venerint. Vsque hodie (inquit Hieronym.) Persarum regibus seruiunt, & nunquam est eorum soluta captiuitas. Et in Ezec. 23. prope prin. Vsque hodie decem tribus captiuæ tenentur in montibus, & in vrbibus Medorum, ad quas translatæ sunt. Idem affirmat in Ezec 37. in illud, Et factus est sermo Domini ad me dicens. Et in Zach. cap. 2. in illud: Lauda, & lætare filia Sion. Eadem est sentẽtia Rupert. & Lyran. & omnium fere expositorum tam Hebrẽorum, quam nostrorum. Sed quid autores quæramus, cum Iosephus 11. antiq. cap. 5. ita scribat, Duæ tantum tribus per Asiam, & Europam sub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque vltra Euphratem sunt, infinita hominum millia, quæ vix est numero comprehendere? Scriptura vel in eo hanc sententiam confirmat, quod nusquã legimus reditum promissum esse decem tribubus, cum duabus sæpe per prophetas promissus sit in tantorum malorum solatium. Legimus etiam duas tribus redijsse, 97
quod de decem non legimus. * Manifesta quoque sunt verba Hoseæ, Non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorũ. Et 4. Reg. 17. Translatus ſp
est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in diẽ hanc, id est, in perpetuum. Vt enim, inquit, Origenes hom. 7. in Iosue, scripturæ sanctæ mos est hoc dicere de ijs, quæ vsque ad finẽ vel vitæ, vel sæculi permanent. Verbi causa, vt ait, Hic est pater Moabitarum vsque in hodiernum diem, quod significat, vsque in finem sæculi. Et iterum dicitur in Euangelio, Diffamatus est sermo hic apud Iudæos vsque in hodiernum diem, id est, vsquequo sæculum stat. Hæc Origenes.

Sed vt ad ea, quæ principio obiecta sunt veniamus: locus Iohannis apertus est. Constat enim homines illos, qui erant in Samaria, nullo modo pertinuisse ad filios Iacob. Sed aliunde eo missos fuisse, vt legimus 4. Reg. 17. Adduxit autem rex Assyriorum viros de Babylone, & de Cutha, & de Auah, & de Emath, & de Sepharuaim, & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel, qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. Isti Hebræis Cuthæi vocati sunt, Græcis Samaritæ, vt ait Iosep. 9. antiq. c. vlt. quo loco etiam docet, cur patrem suum Iacob appellare soliti sint. Qui (inquit) pro præsenti semper conditione temporum mutabiles quoties feliciter degere Iudæos viderint, cognatos se eorũ appellant, vtpote à Iosepho oriũdos, & hac ratione sanguine illis coniunctos. Quando vero in rebus aduersis eos aspiciunt, nihil ad se pertinere aiunt, neque illis quidquam deberi beneuolentiæ, cum ipsi ex longe remotis gentibus ad ea loca venerint. Idem scripsit lib. 11. cap. 8. * Accedit quod licet 98
gentiles essent isti, tamen (vt ait Chrysost. homil. 30. in Iohan. & Theophy. & Euthy. in eorundem verborum explicatione) nitebantur se inserere in Iudaicam nobilitatem, & Iudæos cognatos vocabant, quoniam Israelitarum terram tenebãt, & quædam ex eorum lege receperant. Ex his liquet cur Dominus dixerit Matth. 10. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis, sed ite potius ad oues, quæ perierunt domus Israel. Sed vt cetera loca quæ in contrarium adducta sunt, intelligantur, sciendum est multos ex vniuersis tribubus Israel vixisse in terra promissionis cum Dominus IESVS erat inter homines, quod ex eisdem locis abũde comprobatur. Sed quomodo ad duas tribus isti adiuncta sint, difficilius explicatur. Sunt qui putent, cùm duæ tribus soluta captiuitate Babylonica in patriam reuersæ sunt, simul cum illis multos ex alijs tribus redijsse, vt Theophyl. & Theodoretus in Hos. 3. prope finem. Quod ego falsum arbitror. Et enim Hieron. in Malac. ca. 2 in

Vnde fuerint in Iudæa viri ex omnibus tribubus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud. Et abominatio facta est in Israel, & in Ierusalem, ait, Nequaquam in decem tribubus, quæ ab Assyrijs tenebantur, sed in his, qui ad Cyri regis imperium sub Zorobabel, & Heldra, & Nehemia de Babylone sunt reuersi. Et ex Iosepho paulo ante retulimus duas tantum tribus venisse, decem mansisse trans Euphratem. * Sed apertius adhuc videmus 1. Hesdr. 2. vbi illi tantum venisse memorantur, qui à Nabuchodonosor abducti fuerant. Hi sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate, quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem, & Iudam vnusquisque in ciuitatem suam. Atque idem Iose 11. antiq. cap. 1 & 4. docet eos, qui redierunt fuisse ex duabus tribubus, & ex Leuitica, quæ in duabus semper intelligitur. Quando ergo adiuncti sunt ad duas, qui ex alijs tribubus erant? Sane quando regnum Israel diuisum est sub Roboham. Tũc enim (vt scribit Iose. 8. antiq. ca. 3.) ad Roboham Ierosolymis degentem è tota Israelitarum ditione confluxerunt sacerdotes, & Leuitæ, & quotquot è reliqua plebe erant boni, ac iusti patrias suas relinquebant, vt Ierosolymis Deum colere liceret, offensi Ierobohami tyrannide qui eos ad suarum vitularum adorationem vi adigere volebat.

100 * Quo factum est, vt Robohami regnum integro triennio talibus accessionibus cresceret. Hactenus Iosephus, qui hoc desumpsit ex 2. Paral. 11. vbi ita legimus, Sed & de cunctis tribubus Israel, quicunq; dederant cor suum, vt quærerent Dominum, venerunt in Ierusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum. Et roborauerunt regnum Iuda, & confirmauerunt Roboham filium Salomonis per tres annos. Ex his verbis, adiunctis etiam, quæ à Iosepho dicentur, satis cõstat multos ex Israel non tantum Ierosolymã venisse sacrificij causa, vt ibi putauit Lyr. sed sedes suas in duarum tribuum ditione collocasse: alioqui quomodo roborabant regnum Iuda, & confirmabant Roboham? aut quomodo illius regnum talibus accessionibus crescebat? Sed quoniam hi paucissimi erant cum reliqua decem tribuum multitudine collati; dicimus simpliciter decem tribus à domo Dauid recessisse, & captas fuisse ab Assyrijs. Erde Asa pronepote Salomonis scriptũ est 2. Paralip. 15. Cõgregauitq; vniuersum Iudam, & Beniamin, & aduenas cum eis de Ephraim, & Manasse, & de Simeon. Plures enim ad eum confugerant ex Israel videntes quod Dominus Deus illius esset cum eo. * Iam in octaua regni 101
Ezechiæ non pauci ex Israel videntur ad duas tribus accessisse. Nam 2. Paral. 30. Ezechias misit ad omnem Israel, & Iudã, vt venirẽt ad domum Dñi in Ierusalem. Sequitur paulo post, Igitur cursores pergebãt velociter de ciuitate in ciuitatẽ per terram Ephraim, & Manasse vsq; ad Zabulon, illis irridentibus, & subsannãtibus eos. Attamẽ quidam viri ex Aser, & Manasse, & Zabulon acquiescentes consilio venerunt Ierusalem, &c. Hos, & si in patriam suam redierint, probabile est ingruente bello Assyriorum, & captiuitate toties prædicta à prophetis, transijsse ad duas tribus. Sed ne putemus omnes, qui venerant in Ierusalem redijsse ad suas possessiones, paulo post scribitur, Et hilaritate perfusa omnis turba Iuda tam sacerdotũ, & Leuitarum, quam vniuersæ frequentiæ, quæ venerat ex Israel, proselytorũ quoq; de terra Israel, & habitãtibus in Iuda. Omnes igitur qui ex Israel ad duas tribus additi sunt, cũ illis Babylonẽ abducti, cũ illis è captiuitate reuersi sunt, & nomine Iuda, siue duarũ tribuũ intelligũtur à maiori sumpta denominatione. Propterea 1. Hesd. 2. scriptum est, Habitauerunt ergo sacerdotes, &c. vniuersusque Israel in vrbibus suis, quod ita, vt dixi, exponitur à Beda in glossa ordinaria. * Ac deinde ita 102
auctus est vt CHRISTO Domino nostro prædicante plurima illorum esset in Iudæa, & in Galilæa multitudo. Atque eo tempore multi tam ex his, qui cum duabus erant ex decem tribubus; quam ex ipsis duabus ad prædicationem SALVATORIS, & apostolorum conuersi ab infidelibus Iudæis grauiter afflicti, & è proprijs sedibus eiecti sunt, ad quos scribit Iacobus: Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, Salutem, vt ibi exponit Beda. Cuius rei meminit Lucas Act. 8. Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samariæ præter apostolos. Ideo Iacobus ait, Quæ sunt in dispersione. Ex quo proditur eorum error qui putauerunt hanc Iacobi epistolam scriptam esse ad decem tribus, quæ in montibus, & vbi

bus Persarum remanserant, præsertim cum non ad decem, sed ad duodecim scribatur.

103 Cetera loca prophetarum Ezechielis, & Hoseæ hoc cantum significare prædicandum fuisse Euangelium in vniuerso orbe, futurum quoq; vt multi etiam ex illis decem tribubus conuerterentur, & Euangelica libertate fruerentur simul cum alijs, qui in Iudæa, & alijs locis crediderant. Quod exporte fieri iam cœpit prædicantibus apostolis, & alijs Ecclesiæ filijs: sed plenius fiet in consummatione sæculi, cum omnes tribus conuertentur. Hoc apertissime Ezechiel ipse indicat statim, Et faciam eos in gentẽ vnam in terra in montibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans. Quod si de rege terreno velis intelligere, neq; factum est vnquam neq; fiet, sed quis sit ille rex, mox explicat, Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. Significat ergo eos in Ecclesiam tanquam in patriam adducendos, vbi rex eorũ sit Christus, qui Psal. 2. ait: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctũ eius. Quod in hoc 1. c. Hoseæ, & in 3. fusius explicabimus. Hæc summa est expositionis horum locorum omniũ, vt facile attentus lector intelliget. Quod si plura desiderat, legat Eze. c. 34. cum Hieronymi explanatione: nam quæ in Hosea sunt, suis locis exponemus, ne nunc in te & aperta, & alterius loci, ac temporis immoremur. Verum illud vel maxime mouere lectorem potest, quod Iob. 14. legimus. Prope est interitus Niniue, nõ enim excidit verbum Dñi, & fratres nostri, qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eã. Quod de duabus tribubus dici nõ posse videtur, cum eo tempore captæ non fuerint, sed de decem, è quibus erat Tobias, & quarũ homines merito fratres suos vocat. Sed hoc ita soluendũ est de duabus tribubus hæc prædici paulo post capiendis. Itaq; ex verbis nostræ trãslationis haud obscure intelligitur. Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa est, iterum rædificabitur, ibiq; reuertentur omnes timentes Deum. Et multo apertius ex translatione Lxx, quæ ita habet: Et quod fratres nostri in terra dispergẽtur à bona terra, & Ierusalem erit deserta, & domus Dei in ipsa cõburetur, & deserta erit vsque ad tempus, & iterum miserebitur eorum Deus, & conuertet eos in terrã, & ædificabunt domum, &c.

Sed obliuiscar obliuiscar eorum. Sæpe vt ante diximus, hæc geminatio vim augendi & amplificãdi habet, id est, nunquã eos in mẽtem meã reducã. Rufinus, Neq; enim solũ ait, tẽpore miseriarũ misericordiã denegabo, sed eos neq; in memoriã meam redire permittã. Esset enim licet in extremo angore solatiũ, si vel quocunq; tẽpore memoriã eorũ, quos abiecisset, assumeret. Nũc vero vt cõminatio prælata crudescat, vtrumq; sibi affore pollicetur, & memoriã videlicet damnandorũ, & obliuionẽ plenissimã damnatorũ, &c. Illud, cũ sit apertissimũ, ne adnotandũ quidẽ videtur, obliuionẽ, & irã, & cæteros affectus humano more Deo tribui Reg.
ab scriptura, sed velle, vt digne Deo intelligãtur, vt affectiones ipsas tollentes, earũ tãtum effectus ei adscribamus. Irasci enim dicitur, quia punit; dormire, quia subuenire differt; obliuisci, quia benefacere alicui, aut eũ eripere à malis nõ vult. Docet hoc Orighom. 23. super Num. Hiero. in illud Isa. 65. Isti fumus erunt in furore meo: & in epist. ad Eph. li. 2. in fine, & li. 3. in principio Aug. 9. de ciu. c. 5. Damas. li. 1. de fide Orth. c. 14. Vide etiam Lactan. lib. de Ira Dei c. 6. Vnde eleganter Aug. 1. eo. f. c. 4. Pœnitet te, & nõ doles, iraceris, & tranquillus es; opera mutas, nec muras consilium.

In trãslatiõe nõ parũ inesse videtur difficul- 105
tatis: est enim in Hebræo, נְשֹׂא אֶשָּׂא לָהֶם, quod magis videtur sonare, Leuando leuabo eos, aut auferendo auferã eos. At vero & si ita acciperemus, non male vertisset Hiero. sensum enim reddidisset, quod sæpe facere solent interpretes. Auferendo auferam eos, scilicet à facie mea, nõ aspiciã eos, id autẽ est dicere, Obliuiscar eorum. Recte enim veteri prouerbio iactatur, procul esse à corde, quæ procul ab oculis sunt. Aliter etiã respõderi potest נָשָׂא non esse à verbo נָשָׂא quod significat leuare, tollere, auferre: sed à verbo נָשָׁה quod est obliuisci, in fine tamẽ א ponitur pro ה quod passim apud Hebræos fit, vt quiescẽtes literæ permutentur inter se. Nã quod in vno litera, ע, apicẽ habeat in dextro cornu, in altera in sinistro nihil refert, cũ pũcta nõ fuerint apud veteres. Adde, quod ista duo verba tã vicina inter se sunt, vt alterũ Hebræi accipiãt pro altero, vt Ier. 23. וְנָשִׂיתִי אֶתְכֶם נְשֹׂא quod Hiero. vertit, Tollã vos portãs; cũ videretur vertendum, Obliuiscar vos: & tamẽ Lxx. similiter transtulerunt, Assumo vos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

106 *Et domum Iuda miserebor, & saluabo eos, &c.* Hoc dicit quoniam bis liberauit duas tribus mirabiliter, nō armis earum, sed sua potentia. Primū cùm octauo anno à captiuitate decem tribuum Sennacherib rex Assyriorum obsedit cum magnis copijs Ierusalem, & angelus Domini vna nocte occidit centum octoginta quinque millia de eius exercitu, & ipse inhoneste in patriā reuersus in templo Dei sui occisus est 4. Reg. 19. Secundo cum excitauit spiritum Cyri regis Persarum, & vltro ille copiā fecit omnibus, qui capti fuerant à Nabuchodonosor redeundi in Iudæam, 2. Paral vlt. & 1. Hesd. 1. Ita quamuis capta fuerit domus Iuda, non est eius oblitus Dominus, sed miserus eam in pristinam libertatem restituit. Quod autem ait, Saluabo eos in Domino Deo suo, perinde, est ac si diceret, * Saluabo eos per
107 Deum suum, siue virtute, ac potestate Dei sui iuxta Hebraici sermonis consuetudinē, In. qua præposito, In, virtutem, ac potestatem sonat, vt Psal. 17. Quoniā in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murū. In te, non meis viribus, sed virtute tua adiutus, ac potestate Dei mei. Et Psa. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Deum autem suum vocat patrem ipsum, qui loquitur. Est enim scripturæ mos (vt tradit Greg. in præfatione moral. cap. 2.) eos, Reg. qui loquuntur ita de se loqui, ac si de alijs loquerentur. Vt Num. 12. Erat autem Moyses mitissimus omnium hominum, qui morabantur in terra. Hos. 4. Oblita es legis Dei tui; obliuiscar filiorum tuorum & ego. Intelligitur etiam hic, filius, (quod & Hieron. adnotauit, & ita exposuit Hilar. li. 4. de Trinitat. prope fin.) vt sit sensus, Saluabo eos virtute Dei sui filij mei, qui ex eis secundum carnem nasciturus est. Atque ideo Chaldæus vertisse videtur, Saluabo eos per verbum Domini Dei sui.

108 *Et ablactauit eam, quæ erat. Absque misericordia.* Ruffinus putat diuturnitatem captiuitatis filiæ ablactatione fuisse signatam. At quantum distat ab ortu ablactatio, vt duorum annorum mora longissimum tempus significet? Melius Hieronymus, Qui ablactatur, inquit, recedit à matre, parentis lacte non vescitur, alimētis sustentatur externis, &c. Explicat igitur magis, quàm rectè decem tribus per eam, quæ dicta est. Absque misericordia significentur, & quantum ira Dei protendenda sit. Sicut enim illa ablactatur, ita Israel in captiuitatem ductus proijcietur à Deo; non audierunt verbum Dei, vt solebat; nō audiet prophetas; non gratia eius roborabitur; tam anima, quam corpore cibis gentium immundis vescetur; omnique consolatione destituetur.

109 *Et concepit, & peperit filium.* Quod in primo filio diximus, id & de reliquis intelligendum est natos esse, ac nomina à Deo accepisse cum nominum ratione, vt quoties illos populus videret, totiès iræ, minarumque Dei recordaretur, & futurorum malorum imagine terreretur. Tertium filium Rufinus arbitratur non decem, sed duarum tribuum portendere captiuitatem, qua à Nabuchodonosor Babylonem translatæ sunt, atque ibi intergentes viuentes nomen populi Dei amiserunt; ideoque puer vocatus est, Non populus meus. Sed longe aliter se res habet. Nec enim dum Babylone moratæ sunt, populus Dei esse, aut dici desierunt. Nam & ipsos Dominus per prophetas tunc admonebat, vt videmus Ieren. 29. & in toto libro Baruch cum epistola Ieremiæ; & ad eorum solatium transtulerat illūc Ezechielem, & Danielē, quos frequenter audiebāt. * Denique, 110 Cyrus populū Dei vocat 1. Hesd. 1. Omnia regna terræ dedit mihi Deus cœli, &c. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalē, &c. Multo verosimilius est illā in hoc infantē calamitatem Iudæ portendi, qua propter incredulitatem, & mortem IESV CHRISTI reiectus est à Deo, & induratus, atque excæcatus, populus Dei esse desijt. Hoc Lyrano, & Vatablo placet, & mihi olim placebat: at nunc omnino existimo tertium filium significare populum decem tribuum, quod ad extremum eo infelicitatis deuenerit, vt vocetur, Non populus Dei, & æterna gentis alienæ feriatur sententia (vt ait Hieron.) vt dicatur, Non populus meus, & abijciatur in perpetuum. Nam & ita exponunt Hieron. Cyri. Theodoretus, Rup. & rerum ipsa consequentia exigit: semper enim de decem tribubus locutus est. Sed hoc restat explicandum, cur populus antea per filiam signatus, post maiora mala iterum non per filiam, sed per filium notetur? Hoc ideo factum puto, quod post captiuitatē valdè iste populus excreuit, &

pristinam fortitudinem resumpsit: verum & tunc à Deo contemptus est, qui non lætatur multitudine filiorum impiorum.

111 *Et ego non ero vester.* Exposuit nominis causam, quod eos abiecturus esset, & relicturus. Ita autem legendum est; Et ego nō ero vester, vt ex Heb. constat, & ex Lxx. ex codicibus Complutensi, & regio; tametsi in duobus manuscriptis inuenī; Non ero vester Deus. In Heb. est, Non ero vobis, quod maiorem emphasim habere videtur, quā, Non ero vester Deus. Quasi dicat, Nihil in me habebitis; penitus vestri curam abijciam.

ALLEGORIA.

Horum omnium allegoriam paucis nobis exposuit Hier. Iuxta typū (inquit) discimus eos, qui propter sanguinē seminis Dei vocantur Absque misericordia, & dicere ausi sunt; Sanguis eius super nos, & super filios nostros, hucusq; seruite Romanis. Domum autem Iuda, eos videlicet ex Iudæis, qui Dominum sunt confessi, non in exercitus fortitudine, sed in Euangelij prædicatione saluatos. Deindè exponens illud, *Et ablactauit eam, &c.* dicit hæc rectè intelligi posse in omni populo Iudæorum, qui propter offensam seminis Dei, id est CHRISTI, captiuitati traditus, regnū perdidit, & prouinciā, appellaturque, Non populus Dei. Similiter Cyrillus ait, Secundum spiritum post illam multitudinem, quæ vocata est, Non misericordiam consecuta, quia occidit CHRISTVM, & ideo deleta; qui statim post eos filij sunt secuti synagogæ fornicatæ, quique adhūc erant, lapsi sunt ab illa appelia
112 tione populi Dei. * Neque enim omnes sunt consumpti illo bello Romanorum; quia potius infiniti perierunt, reliquiæ vero saluæ dispersæ sunt in omnes mundi partes, non amplius populus Dei: transiuit enim gratia ad gentes, quibus admixtæ sunt reliquiæ Israel, id est, ij qui ex fide. Non populus meus significat recessisse ab illis Deum, quia illi eum abiecerunt. De nobis autem iustificatis ab eo ait propheta, Ego ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in filios, & filias. Et Iudæis aiebat Dominus, Adhūc modicum tempus vobiscum sum. Aliquando vero, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. De gentibus autem, Oues meę vocem meam audiunt. Hæc Cyrillus de quibus nos iterum cap. 3. dicemus. Ex his sanctorum patrum verbis, ex multisque similibus, quæ crebro repetemus, videat prudens lector, quod in primo præludio demōstrauimus sanctos patres plurima in prophetis nequaquam de Christo historice interpretari, sed mystice; atq; eam intelligentiā typicam vocare, & spiritualem, ac mysticā, allegoricam, & anagogicam, vt hinc intelligamus sæpe numero eos idem sentire, tametsi typicam esse non dicant.

TROPOLOGIA.

Iuxta tropologiam peccatoribus, post quā 113
eis confractus est arcus, id est, ablata fortitudo, & quieuit regnum Israel; quo prauis affectionibus regaliter dominabātur; quid superest, nisi vt iam non filij, sed filiæ nomine intelligantur, in quos recte conueniat illud Homericum. Peccatores in feminas vertuntur.

Ω μοι ἀνανδρίης, Ἀχαιΐδες, οὐκέτ' Ἀχαιοί. Iliad. 7.

Quod Latine ita vertere licet,

Heu inertiæ, & Achaides, haud enim Achæi.

Aut quod noster Virgilius imitatus est.

O vere Phrygiæ, neq; enim Phryges. Æneid. 9

Et illud mox,

Sinite arma viris, & cedite ferro.

Quo nihil potest esse ignominiosius. Vt enim scripsit Cicero, In probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest, Offic. 1.

Vos enim iuuenes animum geritis muliebrē.

Sed vt ad nostras potius literas redeamus, 114
de hac filia dicitur Filia mea male à dæmonio vexatur. Neque enim viri ita se vexari patiuntur. Has impius Pharao educari, & Exod. 1.
crescere cupiebat. Quidquid, inquit, masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite; quidquid feminini, reseruate. De rege 1. Reg. 8.
etiam tyrannice imperante scriptū est, Filias quoque vestras faciet vnguentarias, & focarias, & panificas. Cedit victori imbellis sexus, & iniuriæ tyranni, id est, diaboli, paret. Traducitur ad vilia, & abiecta ministeria, ad vnguenta conficienda, ad cibos ingenioſe præparandos, ad panes faciendos, vt de corporis delicijs tantum cogitet, & vētri voluptatibusq; totus inseruiat. Cū huc deuenit peccator, & adhūc pœnitētię obliuiscitur, nomē accipit triste, & lucuosum; vocatur Absque misericordia, quia fit illud Psal. 80. Et nō audiuit populus meus vocem meā; & Israel nō intēdit mihi: Et dimisi eos secundū desideria cordis corū; ibūt in adin uētionibus suis. * Quod apertius dixit Pau. 115
Ro. 1. Et sicut nō probauerūt Deū habere in notitia; tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciāt ea, quæ non conueniunt,

Citatur 2. Cor. 6. Iohan. 7. Mat. 23. Iohan. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, &c. Inde quasi per gradus venit ad illud, quod ex Isaia retulit in eadem epistola Apostolus cap. 11. Dedit illis Deus spiritum compunctionis; oculos vt non videant; & aures vt non audiant vsque in hodiernum diē. Quod ait, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, ex Isa. 29. desumptum est. Nam vbi nos habemus, Quoniā miscuit vobis Dominus spiritum soporis, pro spiritu soporis Lxx. habent, πνεῦμα κατανύξεως id est, spiritum compunctionis, sicut est etiam apud Paulum. Est autem spiritus compunctionis mens in malo fixa, & pertinax vt inde auelli nequeat, vt Chrysosto. Theophyl. Oecumeniusq; dixerunt. Atq; idem in Hebræo dicitur spiritus תַּרְדֵּמָה, id est, soporis: significat autem hæc vox grauem, & vehemētem soporem, qualem Dominus immisit in Adam Gene. 2. & in Abraham Genes. 15. & in populum Saul 1. Reg. 26. & in Ionam, Ionæ 1. quibus in locis scriptura hoc nomen vsurpauit in Hebræo.

116 * Miscuit igitur illis spiritum soporis, vt altissimo, & grauissimo somno sterrentes, nihil videant, sed in malo maneant quasi infixi. His si addas quod addit Paulus, Vsque in hodiernum diem, id est, vsque in finem vitæ eorum, vel sæculi, vt Origenem interpretatum diximus hom. 7. in Iosue, videas Idem, quod est in propheta. Quia non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. At non talis est in filios Iuda, id est, in eos, qui ore, & vita Deū confitentur; de quibus Paul Roma. 2. Sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu, non litera. Domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo. Venit rex Assyriorum & arctissime obsidet domum Iuda, id est, grauissimis tentationibus oppugnat, vnde nullus appareat exitus: sed respicit Deus in faciem Christi sui, & saluat eos in Domino Deo suo, id est, propter Christvm, cui adhærent, eos liberat. Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus. Per viam, qua venit, reuertetur; & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Protegamque vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruū meum. * Quod si humana fragilitate labantur aliquando, & capiantur à Chaldeis, reuocabit eos tandem in gratiam suam, & in priorem libertatem, sicut duas tribus de Babylonica captiuitate liberauit; educente eos non Zorobabele, aut Iesu filio Iosedec, sed Iesv filio Dei, cuius Zorobabel, & Iesus sacerdos figura fuerunt. His ait Dñs, Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictiones, vt dem vobis finem, & patientiam. Et inuocabitis me, & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam vos. Quæretis me, & inuenietis, cum quæsieritis me in toto corde vestro. Et inueniar à vobis, ait Dominus. & reducam captiuitatem vestram, & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus. Et rursus. Statue tibi speculā; (scilicet, vnde miseriā tuā, & pericula contēpleris,) pone tibi amaritudines (ex corde de peccatis cognitis dolēs;) dirige cor tuū in viā rectā, in qua ambulasti; (id est, in vitā priorē;) reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Sed quomodo eos liberat? In Deo suo nō in arcu, & gladio, & in bello, & in equitibus, id est, nō naturæ viribus, vt blasphemabat Pelagius, sed Dei misericordia intus voluntatē excitāte, & ad pœnitentiā mollien te, & vt se ipsa adiuuet adiuuante. * Non saluatur rex (inquit Dauid) per multam virtutem; & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ: fallax equus ad salutem; in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum; & in eis qui sperant super misericordia eius; vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima nostra sustinet Dominum: (id est, expectat eum in periculis:) quoniam adiutor, & protector noster est. Quare merito idem propheta, quod expertus erat, loquitur, Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Sed ad peccatores continuo propheta reuertitur, & ait, Et *Ablactauit eam, quæ erat Absque misericordia*. Separatus enim à Deo peccator non sugit lac ex vberibus Christi; de quibus ait sponsa, Meliora sunt vbera tua vino. Lac inquam illud, de quo Isaias, Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum, & lac, hoc est gratiam, & spiritum, & rectum rerum agendarum

Tobet Paul. Rom. 11.

Spiritus cō punctionis.

Quomodo Deus liberet iustos etiam si humana infirmitate labantur in casum.

4. Reg 19. & Isa. 37.

Isaie 30

Ierem. 33

Psal. 59

Psal. 32

Psal. 61

Cant. 4. Isa. 55

iudicium, & contemptum sæculi, amoremque cœlestium bonorum, quæ omnia quasi è Christi viscеribus oriuntur vt lac ex viscеribus mulieris, & alunt, ac fouent iustos, & pios. * Sed cibis immundis gentium vescitur; quærit libros sæculares, & lasciuos; libidinosorum, & perditorum conuictum, & familiaritatem; blasphemijs, periurijs, sacrilegijs, impudicitijs, detractionibus, dissensionibus pascitur; & vt ægrotus intemperans, ac male moratus quidquid vtile potest esse in cibis, respuit, & odit; quidquid nocet, auidissime appetit; ac persequitur, & vere prodigus filius cupit implere ventrem siliquis, quas porci manducant. Cernas in eo, quod scripsit Dauid: Et commisti sunt inter gentes; (id est, versati sunt cum hominibus sine Deo, & more gētium viuentibus, quales sunt inter Christianos non pauci;) & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, id est, ventri, libidini, pecuniæ, honori, & ceteris idolis, quæ illi adorabant. Sed nascitur post ablactationem filius infaustissimi nominis, Non populus meus: quoniam sæpe vsu venit, vt huiusmodi homines opibus, aut eruditione, aut fauore principum crescant; aut opinione populari, qua viri magni, & magnis rebus gerendis idonei iudicantur: & simul eorum superbia, atque iniquitas augetur; adeò vt propter perditissimos mores non virtutes modo reliquas, sed fidem etiam aliquando amittant, & omnino populus Dei esse desinant, iuxta illud Pauli 1. Tim. 1. Habens fidem, & bonā conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt.

119

Psal. 105.

HISTORIA.

120 *Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris.* Cyrillus, Theodorus Antiochenus, & Theodoretus ita hæc accipiunt, quasi dicat propheta, Quamuis in tam immensum numerum excreuerit hic populus; nihilominus reijcietur à Deo, qui nequaquam multitudine capitur, sed pietate. At non rectè copulat hæc verba cum sequentibus ista expositio: nam quos nūc vocat filios Israel, de eisdem statim ait, Et erit in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis; quod de gentilibus ad fidem conuersis dicitur, vt ex Paulo statim confirmabimus. Eadem ratione conuincitur Theodoretum, & Ruffinum non rectè quæ sequuntur ad tempus libertatis è Babylonica captiuitate referre, cùm non eo tempore, sed cum prædicatum est Euangelium, impletum hoc doceant Petrus, & Paulus. Tametsi Ruffinus ad vtrumque tempus pertinere fateatur. Paulus ad Roma. cap. 9. hæc scribit, Quos & vocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Hosee dicit, Vocabo Non plebem meam Plebem meam; & Non dilectam Dilectam; & Non misericordiam consecutam Misericordiam consecutam. * Et erit in loco, vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui. Igitur beatus Apostolus, (vt Hieronymi verbis vtar,) Hoseæ prophetæ assumens testimonium, & exponens illud super vocatione gentium, & eorum fide, qui ex Iudæis credere voluerunt, omnem nobis difficultatem interpretationis abscidit asserens Christi temporibus esse completum, &c. Idem sentit Cyrillus, & Augustin. 18. de ciuita. cap. 28. & lib. 22. contra Faustum cap. 89. Petrus etiam prioris epistol. cap. 2. scribit, Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. * Sed dicet forte quispiam allegorico sensu hæc verba prophetæ vsurpari ab Apostolis; historicum vero esse de filijs Israel postquam Babylone redierunt. Videtur hoc quidem probabile: sed si diligentius inspiciatur, probabile non est. Quare prudenter Cyrillus non conuenit, inquit, cum historia: ideo ad tempus aduentus Christi referendum est, &c. Cur non conuenit? Sane numerus Babylone redeuntium exiguus fuit, vt de eo nullo modo dici possit, Et erunt filij Israel quasi arena maris, &c. Deinde filij Israel, id est, decem tribus non redierunt, vt satis paulo ante demonstrauimus. Quod si filios Israel vocari dicas illos, qui ex decem tribubus adhæserunt domui Dauid: primū isti pauciores multo erant quā vt possint cum arena maris conferri: deinde semper cum duabus tribubus numerātur, vt cū scripturæ, & sancti

121

122

123 Filij Abrahæ, & filij Israel.

dicunt duas tribus captas fuisse à Nabucho donosor, & libertate donatas à Cyro. Quid est igitur, quod ait; Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel? * Aliter totus locus explicandus est, &, vt recte explicetur, intelligamus his verbis prophetam alludere ad promissionem Abrahæ factam, cui Genes. 13. dictum est; Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ: si quis potest hominũ numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit. Et cap. 15. Suspice cœlum, & numera stellas, si potes: & dixit ei. Sic erit semen tuum. In hac promissione non dicuntur semen Abrahæ, qui ex eo secundum carnem originem trahunt, licet ij quoque sint innumerabiles; sed qui eius fidem, & pietatem imitantur, siue ex Iudæis sint, siue ex gentibus. Quod præclare docet Paulus Rom. 4. Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei, qui ex lege est solum, sed & ei, qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est; Quia patrem multarum gentium constitui te, &c. qui contra spem in spem credidit: vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei: Sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, & arena maris. Et paulo ante; Vt sit pater omnium credentium per præputium; & reputetur & illis ad iustitiam; & sit pater circumcisionis, non ijs tantum, qui sunt ex circumcisione; sed & ijs, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. * Vnde Gala. 2. dixit, Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. Et Matth. 3. scriptum est; Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Idem est de filijs Israel intelligendum eodem apostolo autore, qui cum Rom. 9. deploraret suæ gentis cœcitatem, & obstinationẽ, ne quis putaret non esse impletum, quod Abrahæ promisit Deus, & Iacob de numerosa eorum posteritate, eo quod pauci Euãgelio crederent, tacitæ obiectioni ita respondet. Non autem quod exciderit verbum Dei. Non enim omnes, qui ex Israel ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ omnes filij: Sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine, &c. Aperte docet non æstimari in semine, id est, non intelligi, aut computari semine Abrahæ, qui ex eo sunt tantum secundum carnem, sed qui sunt filij Dei, id est, electi à Deo, vt credant, & salui fiant, & possideant terram illam viuentium, de qua dictum est Gen. 13. Omnem terram, quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. Ijdem vocantur filij promissionis, id est, filij promissi, sicut Isaac per promissionem natus est Abrahæ. * Hinc est apud Paulum duplex Israel. Nam de Iudæis incredulis ait, 1. Corint. 10. Videte Israel secundum carnem. De credentibus autem siue ex Iudæis, siue ex Gentibus ait Gala. 6. Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. Ergo quoniam tempore apostolorum nonnulli ex Iudæis, ex gentibus autem innumeri credituri erant, qui omnes filij Israel vocati sunt à Deo in promissione; propheta nunc ait; Et erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris: Ac si dicat, Et iam si decem tribus in captiuitate relinquantur absque misericordia, & desinant esse populus Dei; non tamen ideo verbum Dei excidet, quod promisit Abrahæ, Isaac & Iacob: immo vere, & integre implebitur. Erit enim accedentibus gentibus ad fidem tanta multitudo verorum filiorum Israel, vt non magis numerari possit quam arena maris, aut stellæ cæli: ita enim notari solet multitudo numero, aut mensura incomprehensibilis; vt

Tot mala sum passus, quot in æthere sidera lucent;
Paruaq; quot siccus corpora puluis habet.

Quid si Triflib. eleg. 1.

Est autem in his verbis, & in alijs Isaiæ iucunda quædam antitheſis, siue oppositio. Scribit enim Isa. cap. 10. Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Id est, Etiam si plurimum crescat non saluabuntur ex illo nisi pauci, quos reliquias vocat Hoseas contra ait, Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris, &c. Quasi dicat; Etiam si reliquiæ solæ ex illo populo saluæ fient; nihilominus numerus filiorum Israel erit quasi arena maris. Illud vero, quod addit, Et non numerabitur; ad arenam referendum est, vt Lxx. retulerunt, quod illam nec mensura comprehendere vllus queat, nec eius tenuissima corpuscula numerare. Quæ duplicatio magis auget, & infinitam pene multitudinem Christianorum prænuntiat.

125 Israel duplex.

126

Et erit in loco, vbi dictum est eis, &c. In illis ipsis locis in quibus idola coluerant, & Dei penitus obliti fuerant; atque ideo dicebat illis Deus, Vos non estis populus meus; ad CHRISTVM conuersi in tantam dignitatẽ prouehentur, vt non tantum Dei populus, sed etiam Dei filij appellentur; nec mortui Dei, quales erant dij, quos antea adorabant, sed viuentis, ac veri, omniaque conseruantis, & gubernantis. Supereſt explicare, quomodo in verbis istis Petrus, & Paulus cum propheta non discrepent, quod initio cap. 2. commodius fiet.

TROPOLOGIA.

127 Hæc omnia quam vera sint, sæpè, si attendimus, experimur. Putabant fortasse Iudæi, si ipsi à Dei cultu desisterent, non habiturum eum populum, à quo coleretur. At toto cœlo errabant. Pro decem tribubus quæ recesserant, & pro ijs qui in CHRISTI aduentu gratiæ Dei restiterunt, multitudo gentium subintrauit: & ita numerus vere Israelitarum auctus est, vt arenæ maris simillis numerari non posset. Quod sæpe Dominus eis prædixit Matth. 21. Ideo dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et cap. 22. Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Qui stat, videat, ne cadat: & peccatis suis vt vas reprobatum, & immundum à Domino abijciatur, quantuscunque sit: non enim Deo deerunt à quibus honoretur. Nam si apud Homerum Agamemnon irato Achilli, & discessionem in patriam minitanti respondere potuit.

Iliad. 1. Φεῦγε μάλ' εἴ τοι θυμὸς ἐπιφρονέοντι, ἴδε σ' ἔγωγε
Λισσόμεθ' ἔνθα ἕκαστα μένων, παρὰ ἔμμορε καὶ ἄλλοι
Οὔτε μὲ τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς. Id est.
I sane, si tantus amor, neq; enim ipse precor te
Propter me vt maneas, alij mihi namq; supersunt,
Qui me & honorabunt, præsertim Iupiter ipse:

Quanto melius hoc Deus ipse respõdebit, qui bonis nullius eget, quantumuis animi, & corporis viribus præstet, & ad homines iuuandos natus videatur? * Te cadẽte, alium in locum tuum erigee, sicut legis in Iob, Conteret multos, innumerabiles, & sta-

128 Iob. 34.

re faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, & idcirco inducit noctem, & conterẽtur. Vide in hæc verba Greg. 25. mor. c. 10. & 11. iuxta veterum capitũ sectionem, quã semper in hoc opere sequar. Quod si te magnum, & vtilem Deo putas, dicet tibi Iob, Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustentas brachium eius, qui non est fortis? Et Paulus, Cui cerre par esse nõ poteris, Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incremẽtum dat, Deus. Si earum te Deo putas, & magni ab eo fieri, audi, Viuo ego, dicit Dñs, quia si fuerit Iechonias filius Ioakim regis Iuda annulus in manu dextera mea, inde euellam eum. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu, quorum tu formidas faciem; & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis; (vbi in perpetua peccatorum confusione verseris;) & in manu Chaldæorum. Caue ergo, ne audias spiritum elationis in te loquentem; sed Paulum audi potius, in quo loquitur CHRISTVS, Itaque qui se existimat stare, videat, ne cadat. Audi IESVM ipsum per discipulum, quem diligebat, admonentem episcopum Philadelphiæ, Ecce venio cito: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.

Iob. 15. 1. Cor. 3. Ierem. 22. 1. Cor. 10. Apo. 3.

HISTORIA.

129 *Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter.* Congregabuntur, non in ciuitatem, aut prouinciã vnã; sed in Ecclesiã, in vnum corpus. Vnum enim corpus est, & vna Ecclesia, quãuis per orbẽ terrarũ late dispersa. Nihil enim erit, (vt ait Cyrill.) quod eos in Ierusalẽ congregari cogat; quia nõ veteri ritu Deum colent, sed fide in CHRISTVM, & eius lege. Qui sint filij Israel, iam diximus: sed quia nunc addit filios Iuda, intelligimus filios Israel vocari eos, qui conuersi sunt ex gentibus; filios vero Iuda, qui ex Iudæis crediderunt, vt docet Aug. 18. de ciuit. c. 28. & lib. 22. contra Faust. c. 89. quem Lyranus, & multi ex recentioribus sequuntur. Significat enim hoc nomine prophera Iudæos credentes vere esse Iudæos, aut filios Iudæ: nam incredulos scriptura Iudæos esse negat, nec tanti nominis honore dignatur; quia filium Dei confiteri noluerunt Apo. 2. Et blasphemari ab ijs qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed synagoga Satanæ. Similе est illud, quod impio seni dicitur Danie. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Semen Chanaan,& non Iuda, ſpecies decepit te. Et poſtea de Suſanna, Sed non filia Iuda ſuſtinuit iniquitatem veſtram. Eodē modo Iudas capitur Zach. 11. Vt diſſoluerem germanitatem inter Iudam, & Iſrael. Nam eam Iudæorum partem, quæ CHRISTO Domino adhæſit, Iudam vocauit, vt ſuo loco explicabimus.

130 *Et ponent ſibimet caput vnum.* CHRISTVM ſcilicet: de quo Epheſ. 1. ſcriptum eſt, Et omnia ſubiecit pedibus eius; & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam. Elegan

Caput. ter autem CHRISTVS caput dicitur, quoniam capitis eſt ceteris membris prouidere,& ea gubernare, ac ducere. Et qui CHRISTI ſunt ſapientia ſua niti non debent; ſed vt membra ductui capitis parēre, & quaſi pueros, atque omnium ignaros CHRISTO ſeſe tradere regendos, & gubernandos; vt id de rebus ſentiant,& id faciant quod ille ſentiendum, faciendumque docuerit. Vnde pater, Matth. 17. Hic eſt filius meus dilectus; in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Et Dominus ipſe, Matth. 23. Nec vocemini magiſtri, quia magiſter veſter vnus

Loc. Paul. eſt CHRISTVS. Sed hoc, quod dico, apertius ex Paulo intelligimus, 1. Corint. 11. Volo autem vos ſcire, quod omnis viri caput CHRISTVS eſt, caput autem mulieris vir, caput vero CHRISTI Deus. Hoc eſt, Vt CHRISTVS non proprio, ſed patris conſilio omnia fecit, ac dixit: ita vir conſilium, & ductum CHRISTI ſequi debet; & mulier cōſilium, & ſententiam viri. Ex quo facile cernimus neceſſe eſſe errare, atque deſipere omnino, qui ſibi potius credere, & obſequi volunt quam tanto, ac tali capiti: quod nec verbo quidem vno vnquam à capite ſuo,

131 id eſt, à patris ſenſu receſſit. * Omnis ſapiē-
Eccli. 1. tia (inquit vere ſapiens) à Domino Deo eſt,
Ioh. 8. & cum illo fuit ſemper. Et Dominus, Ego ſum lux mundi: qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. Ergo qui eum non ſequitur, qui hac luce non fruitur, in tenebris ambulat; vt rectè hic

Iohan. 11. quoque dicamus, Si quis ambulauerit in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt: Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non eſt in eo. Hinc de illis, qui per ſe ſapere volebant, ſcripſit Apoſto-

Rom. 1. lus, Euanuerunt in cogitationibus ſuis; & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Atque eò ſtultitiæ, & amentiæ venerunt qui ſe omnium hominum magiſtros eſſe profitebantur, vt addat idem Apoſtolus, Et mutauerūt gloriā incorruptibilis Dei in ſimilitudinē imaginis corruptibilis hominis, & volucrū, & quadrupedum, & ſerpentiū. Quid tantæ cœcitati animi, & obſcurationi inſipientis cordis conſequens erat; niſi, quod ſtatim ſequitur: Propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiāt corpora ſua in ſemetipſis? Sapienter ergo ſa-

1. Cor. 3 piens Paulus, Si quis videtur inter vos ſapiens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſapiens: (hoc eſt, agnoſcat ſe nihil per ſe ſcire, & CHRISTO capite vtatur, ei ſe regendum committat; & ita erit ſapiens.) Sapientia enim huius mundi ſtultitia eſt apud Deū. Scriptum eſt enim, Comprehendam ſapientes in aſtutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes ſapientium, quoniam vanæ ſunt.

132 *Et aſcendent de terra.* Variæ ſunt iſtorum verborum interpretationes. Chaldæus ita vertit, Aſcendet de terra captiuitatis ſuæ, id eſt, deſinēt captiui teneri à diabolo. Quod Vatablo, atque alijs placuit. Mihi nō admodum placet: quoniam cum dicitur, Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael, & ponent ſibimet caput vnum; iam intelliguntur egreſſi è captiuitate, & liberati: nam, cùm captiui erant, quomodo congregari poterant, aut regem eligere? Quod ſi cui placet, poterit ex Exod. 1. confirmare. Vbi pro eo, quod nos habemus, Expugnatiſque nobis, egrediatur de terra, id eſt, reuocet ſe in priſtinam libertatem; in Hebr. eſt, Aſcendat de terra. Hieronym. ita, Reſuſcitabuntur quaſi ab inferis mortui, qui in infidelitate mortui erant. Retinet & hæc interpretatio proprietatem verborum: nam ſicut morientes dicebantur in infernum deſcendere, id eſt, in profundum terræ; ita qui reſurgunt, merito de terra aſcendere dicentur. Vnde de Samuele quaſi reſurgente Pythoniſſa inquit 1. Reg. 28. deos vidi aſcendentes de terra. Sed obijci poteſt iam iſtos reſuſcitatos intelligi, cùm dicitur, Et congregabuntur filij Iuda, &c. Lyranus interpretatur, Aſcendent de terra, id eſt, multiplicabuntur fideles per orbem, ſicur illa quæ pullulant de terra. Nec aliter interpretationem ſuam comprobat, quam quod vulgariter dicitur de magna multitudine conueniente, Videbatur populus de terra pullulare.

133 Aſcendere de terra. lare. * Ego alijs verbis idem fere dicam cū Lyrano, ſed, quod ex ſcriptura demonſtrabo. Aliud eſt aſcendere de terra hac, vel illa: aliud aſcendere de terra. Nam cum certa terra ſignatur, aut ex præcedentibus intelligitur, aſcendere de terra eſt ex ea in aliam proficiſci, quæ ſitu altior eſt, & ideo aſcendendum ſit, vt in Palæſtinam, ſiue Iudæam Gene. vlt. Viſitabit vos Deus, & aſcendere vos faciet de terra iſta. Exod. 13. Armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti. Sicut, cùm è terra promiſsionis ibāt in AEgyptum, dicebantur deſcendere, vt Gene. 42. Audiui, quod triticū venundetur in AEgypto; deſcendite & emite nobis neceſſaria. Atque hoc eſt omnino quod ex primo ca. Exod. retulimus, iuxta Hebr. Et pugnabit in nos, & aſcendet de terra. Intelligimus enim eos loqui de terra ſua, ſiue de AEgypto, id eſt, redibunt in locum; vnde primū hūc profecti ſunt. Quare prudenter Hier. vertit, Expugnatiſque nobis, egrediatur de terra. Alioqui aſcendere de terra non magis eſt è captiuitate exire, quam in captiuitatem ire. Aſcendere autem de terra nihil aliud addendo, dicuntur ea, quæ ex paruis ortа principijs creſcunt multum, & late ſe per terram effundunt; quoniam aſcendere

134 metaphoricè idem eſt, quod creſcere. Vtrumque ſimul oſtendemus. Gene. 2. Sed fons aſcendebat de terra irrigans vniuerſam ſuperficiem terræ, id eſt, per totam illā terram ſeſe fundebat, & cunctam irrigabat. Nec mihi dicas נד non fontem ſignificare, ſed vaporem, aut nubem quæ de terra oritur, quandoquidem non Hieron. modo, ſed etiam Lxx. Hebraicæ linguę peritiſſimi fontem interpretati ſunt. Atque ita etiam interpretabimur verba Exodi, ſi nihil ſubaudiri velimus, Aſcendet de terra, effundet ſe ſuper totam terram quaſi gens, quæ certam terram non habet. Ierem. 46. Quis eſt iſte, qui quaſi fluuius aſcēdit (id eſt creſcit & effunditur, & inundat terram) & veluti fluuiorum intumeſcūt gurgites eius? AEgyptus fluminis inſtar aſcendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius: & dicet, Aſcendens operiam terram, perdam ciuitatem, & habitatores eius. Ex his verbis ſatis intelligimus Aſcendere idem eſſe quod creſcere, & in omnes partes expandi. Iere. 47. Ecce aquæ aſcendent ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operient terram, & plenitudinem eius. Et Hamos 8. de captiuis late per terram expandendis, Numquid ſuper iſto non cōmouebitur terra; & lugebit omnis habitator eius, & aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & eijcietur, & defluet quaſi riuus AEgypti? Eadem repetit fere cap. 9. * Igitur filij Iuda, & Iſrael in 135 vnam Eccleſiam ſub vno rege CHRISTO congregati creſcent, & per vniuerſum orbem ſeſe fundent Euangelium ſeminātes, & gentes à tenebris vindicantes, vt poſſit dicere Eccleſia, A finibus terræ ad te clama Pſal. 60. ui. Quod eſt apertius apud Iſa. 66. Et mittā ex eis qui ſaluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam, tenentes ſagittam; in Italiam, & Græciam, ad Inſulas longe, ad eos, qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, &c. Quod quam verum ſit Paulus docet Roma. 10. Sed dico, numquid non audierūt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Totam fere hanc de tempore Euangelij prophetiam fuſius videbis Ezec. 11. & 37.

TROPOLOGIA.

Quicunque regem CHRISTVM agnoſcit, & caput; id eſt, in quo non ſuus ſenſus regnat, ſed ſenſus CHRISTI, det operam vt creſcat, & pro ſuo modulo ſe in alios diffundat, & illis proſit. Nuntiet, quæ audiuit & vidit, quàm ſuauis ſit Dominus; quàm portabile iugum CHRISTI, quàm bonus Deus ijs, qui recto ſunt corde. * Et vt Io- 136
Num. 14. ſue, & Chaleb metum adimere conati ſunt populo Dei de terra promiſsionis, quem timidi, & mendaces exploratores iniecerant; ita virtutis difficultate territos, & inania pericula formidantes ad viā terræ promiſsionis capeſſendam exhortetur. Compeſcat murmur cordium, quod oritur contra Deum, quaſi rem maxime arduam, & fere inacceſſam præceperit, & dicat, Aſcendamus, & poſſideamus terram, quoniā poterimus obtinere eā. Inueniet multos, qui ducem quærant, vt redeant in AEgyptum, ne moriantur in vaſta ſolitudine: talē enim ſibi fingunt viam cæli, aut talem eis eſſe diabolus perſuadet. Dicat, Terra viuentium, Num. 13. quam petimus, valde bona eſt: ſi propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, & tradet humum lacte, & melle manantem. Nolite rebelles eſſe contra Dominum. Deniq; doceat, qui ſit CHRISTVS; parum enim cognoſcitur, & ideo parum amatur; impleatur

omnis terra scientia Domini, & videat omnis carо Salutare Dei nostri, vt in omnibus Ecclesiæ filijs fiat illud, Notus in Iudæa Deus, in Israel magnum nomen eius. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Et illud: In exitu Israel de Ægypto domus Iacob de populo barbaro (id est, cũ de potestate diaboli liberantur filij Dei,) Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius, id est, populus, cui Deus imperat, quẽ dirigit, & gubernat vt populum sibi peculiariter dicatum.

Psal. 75.

Psal. 113.

HISTORIA.

137 *Quia magnus est dies Iezrahel.* Et hunc locum pro obscuritate sua varie exponunt: dicam paucis quod sentio. Iezrahelem, id est, semen Dei vocari populum Dei, iam superius confirmauimus. Dies vero magnus dicitur more scripturę, quo Deus magnum aliquid, & mirabile facit, vt Ioelis 2. Antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Ierem. 30. Væ, quia magna est dies illa, nec est similis eius. Apoc. 6. Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Quoniam ergo dixit credentes ex Iudæis, & gentibus in vnam Ecclesiam sub vno capite congregandos, & per orbem expandendos, idque valde mirabile videbatur, nunc causam indicat, quoniam magnus est dies Iezrahel, hoc est, mirabiliter, & quasi prodigiosè hæc faciet; decreuit inusitatum potentiæ suæ opus edere illo die quo semen Dei, id est populus credentium, in vnum congregandum est, & per orbem effundendum. Dicẽ autem vocat tempus felicissimum aduentus CHRISTI DOMINI nostri, & prædicationis Euangelicæ. * Legi quiddam, quod tametsi è sæcularibus libris depromptũ est, non male ad sacra verba accommodetur. Dies magnus dicebatur apud veteres Romanos, qui longis periculosisque laboribus finem imponit, quod celebris sit, & in memoria hominum versetur. Cornelius Tacitus in vita Agricolæ, Transite cum expeditionibus, imponire quinquaginta annis magnum diem. Adnotauit hoc Andreas Alciatus lib. 8. parergon cap. 8. Vbi ita etiam exponit illud Virgilianum.

Dies magnus.

Eclog. 4. *-v & incipient magni procedere menses.*

Cur igitur non diem magnum populi Dei dicamus eum, qui tot malis finẽ imposuit, cum vocari cœpit populus Dei, qui ante populus non erat, sed idolis seruiebat: cum misericordiam consecuta est, quæ vocabatur Absque misericordia?

TROPOLOGIA.

Qui alijs vtilis esse cupit, & se ad alios effundere, vt semen Dei congreget, nequaquam terreatur operis difficultate: aut perturbaturi inimici insidias metuat: sciat non esse illud opus suum, sed Dei, magnumque esse diem Iezrahel, Deum potentiam suã ostensurum repellendis diaboli artibus, & cordibus hominum emolliendis. Plãtet ipse & riget; Deus incrementum dabit. Meminerit sæpe se legisse, Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Et illud Ezec. 11. Et auferam cor lapideum de carne eorum; & dabo eis cor carneum, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea, & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. Matth. 3.

CAP. II.

Dicite fratribus vestris, Populus meus: & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. Iudicate matrem vestram, iudicate: quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio vberum suorum: ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti. Et filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos, quia dixit, Vadam post amatores meos qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam & linum meum, oleum meum, & potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eã maceria: & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet, Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Et hæc nescivit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleũ, & argen-

& argentum multiplicaui ei, & aurũ quæ fecerunt Baal. Ideirco conuertar, & sumã frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo: & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebãt ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius: & vir non eruet eam de manu mea. Et cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, sabbatum eius, & omnia festa tempora eius. Et corrumpam vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei. Et ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur in aure sua & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dominus. Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius. Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem: & ea uet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. Et erit in die illa, ait Dominus: Vocabit me Vir meus, & non vocabit me vltra Baalim. Et auferam nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum. Et percutiam cum eis fœdus in die illa cum bestia agri, & cum volucre cæli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia, et in miserationibus, et sponsabo te mihi in fide: et scies quia ego Dominus. Et erit in die illa: exaudiam dicit Dominus, exaudiam cælos, et illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum et vinum, et oleum: et hæc exaudient Iezrahel. Et seminabo eam mihi in terram, et miserebor eius quæ fuit Absque misericordia. Et dicam, Non populo meo, Populus meus es tu: et ipse dicet, Deus meus es tu.

Rom. 9. 1. Pet. 2.

1 *Dicite fratribus vestris, Populus meus.* Locus est tot difficultatibus implicatus, vt nõ mirer in eo exponendo varietatem sentẽtiarum, quarum iudicium lectori relinquens dicam quod verisimillimum puto. Principio ne per incerta vagemur, non est dubiũ, quin fratres, & sororem eos ipsos intelligat de quibus cap. 1 dixit, Et erit in loco, vbi dicetur eis, nõ populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis. Docet enim hoc manifeste Paulus vbi ait, Sicut in Hosee dicit, Vocabo non plebem meam plebem meam, & non dilectam dilectam, & non misericordiam consecutam misericordiam consecutam. Et erit in loco, vbi dictum est eis, Non plebs mea vos, ibi vocabũtur filij Dei viui. Rom. 9.

Igitur ijdem omnino sunt, qui vocabuntur filij Dei viui, & quos vocari iubet populum suum, & misericordiam consecutam. Quam ob rem non possumus aliter exponere, quam apostolus exposuit, ne aberremus à sensu Spiritus sancti, qui & in prophe ta, & in apostolo locutus est. Qui sint autẽ hi, ego nõ ab expositorum varietate quæram, sed à Paulo, per quẽ mihi Spiritus sanctus idẽ semper & sui similis exponit, quod dixerat per prophetam. Sunt hi populus gentilium, ait enim apostolus, Quos & vocauit non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Hosee dicit, Vocabo non plebem meam, &c. Duo proposuit, vocandos esse quosdam ex Iudæis ad gratiã Euangelij, & vocandum esse populum gẽtium. Hoc, quod posterius erat, & creditu difficilius, prius probat verbis Hoseæ. De paucitate autem Iudæorum vocandorum continuo Isaiam testem citat: Isaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Ita Hieron. intellexit, q. 10. ad Hedibiam, & August. lib. 1. ad Simplicianũ versus finem. * Adde quod Iudæi non sunt vocati, Non populus meus, donec CHRISTI, & apostolorum prædicationi obstinate restiterunt; nam & Babylone dicti sunt populus Dei, vt paulo ante diximus contra Rufinum: & cum CHRISTVS venit, ait Zacharias, Quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et eodem miracula faciente dicebant homines, Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam. Quare quod in hunc locũ Pauli Origenes, & Theodoretus commẽri sunt, prophetam minime de gentibus loqui, sed de Iudæis, Paulumque hinc ita argumen- 3 Luc. 1. Luc. 7.

tari. Si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tari. Sicut Iudæi qui ob idololatriam iam non erant populus, per pœnitentiam, & fidem CHRISTI populus Dei vocantur, ita & vos ô gentes eritis populus Dei: nequaquam congruit cum Apostoli sensu, qui aperte verbis Hoseæ probare contendit gentes vocatas esse ad Euangelium. Multo melius ibidem Chrysostomus, Quis enim (inquit) non fuerit populus, apertum est, ni mirum gentes: & quæ non fuerit dilecta, eædem scilicet; veruntamen prædixit illas, & populum futuras & dilectum, & filios Dei. Idem dixit in homil. de expositione Psalm. 22. & 116. Eadem est sententia Ambrosij (si modo is autor est) Theophy. Oecumenij, Theoduli presbyteri, Anselmi in eundem locum, Prosperi Aquitanici lib. 2. de vocatione gent. cap. 18. August. 22. contra Faust. cap. 89. & lib. 18. de ciuita. cap. 28. & aliorum. * Video tamen quid sacrarum literarum studiosus possit obijcere, primã Petri epistolam scriptam esse ad eos, qui ex circuncisione crediderant, vt autores sunt Euseb. lib. 3. Ecclesiast. hist. cap. 4. & in eiusdem epistolæ comment. Didymus Alexandrinus, Oecumenius, Caiet. Titelma. Erasmus; in cuius tamen cap. 2. hæc eadem Hoseæ verba ad illos referuntur, ad quos epistola scribitur. At ego nego ad Iudæos scriptam esse; scriptam ad gentes dico cum Augustin. 22. contra Faust. ca. 89. & 18. de ciui. cap. 28. (vbi ait Apostolos hæc intellexisse de vocatione gentium, loquitur autem de Petro, & Paulo) cum Beda, S. Thoma, glossa, & Lyrano, id est, ad quosdam Christianos ex gentibus, qui persecutione infidelium fugati in alienas regiones aduenerãt. Quod verum esse intelliget, qui attentius epistolam legerit. Nam illa verba, Vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum; multo magis proprie in gentes cõueniunt. Addit statim, Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti miseri cordiam, nunc autem misericordiam consecuti. * Nõ dicit; Non populus Dei, vt Hoseas, & Paulus, (quod tamen ostendimus de Iudæis nunquam esse dictum) sed qui aliquando Nõ populus; quod proprie de gentibus dicitur; quas, quia nullius apud Deum pretij sunt, scriptura non esse dicit, vt Hester 14. Ne tradas Domine sceptrum tuum ijs, qui non sunt. Deinde cap. 4. ait idẽ Apostolus, Vt iam non desiderijs hominum, sed

4 Prima Petri Epistola ad quos scripta.

5

voluntati Dei, quod reliquum est, in carne viuat, temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, &c. Vbi non obscure indicat illos ante conuersionem suam gentiles fuisse.

His ita explicatis, oritur sane difficilis quæstio. Cùm dicit propheta, Dicite fratribus vestris, & sorori vestræ, &c. sine dubio ad duos pueros, & ad puellam alludit, qui nati sunt sibi ex Gomer, vt indicant nomina in contrarium versa, Populus meus, & Misericordiam consecuta. Sed cum hi decem tribus significent, vt iã diximus; quomodo nunc credentes ex gentibus significare dicimus ex Paulo? Hinc totius loci explicatio pendet. Primum in Hebræo nunc legimus, non, Sorori vestræ, sed Sororibus vestris, לַאֲחוֹתֵיכֶם, quo modo recentiores interpretes omnes verterunt. Quam lectionem si recipimus, facile respõdebimus prophetã non alludere ad suos filiolos, neque ad decem tribus; sed fratres, & sorores vocari credentes ex gentibus. E contrario Lxx. vtrobique singulari numero verterũt, Dicite fratri vestro, & sorori vestræ: quod eodẽ modo intelligi potest, dicemus enim singularem positũ esse pro plurali. Tametsi & in quibusdam Græcis codicibus inuenio, Dicite fratribus vestris, & sorori vestrę, vt in Complutensi, & in Regio. * Sed quid videre potuerunt isti interpretes quod Hieronymus non videret? Certè illi non viderunt quod ipse vidit, duos fuisse filios prophetæ: ideoque recte dici; Dicite fratribus vestris, filiam vero vnicam, ita verti debere, Sorori vestræ. Nec id quidem contra consuetudinem Hebræorum. Nam, vt omittã Lxx. etiam vertisse sorori vestræ, Chaldæus omnino singulari numero accepit. Ita enim habet; Dicite fratribus vestris, populo mi, conuertimini ad legem meam, & congregationis vestræ miserebor. Pro eo quod est, Et sorori vestræ, misericordiam consecuta, ipse reddens sensum, quem putauit aptiorem; dixit singulari numero וְלִקְנִשְׁתְּכֶן אֲרֻחַם, i. congregationis vestræ miserebor. Deniq; si scriptũ esset לַאֲחוֹתְכֶם nemo dubitaret interpretandum esse sorori vestræ, אָחוֹת enim sororem significat: sed quoniam legimus לַאֲחוֹתֵיכֶם & litera י nota solet esse pluralis numeri, interpretãtur Sororibus vestris. At ego ostendam eandem literam in eodem nomine positã, vbi

6

7

nullus

nullus inficietur singularis numeri habere significationem. Gene. 34. vbi legimus, Nõ possumus facere quod petis, nec dare sororem nostram homini incircunciso, nonnulli codices habent אֲחוֹתֵינוּ. Et Can. 8. Quid faciemus sorori nostræ, לַאֲחוֹתֵינוּ. Cum ergo vtroque numero vertere liceret, multo melius Hieronymus, & eruditius, quam noui interpretes, vertit Sorori vestræ, quia vnica erat filia. * At, dum vulgatam translationem defendimus, difficultatem augemus, quæ iuxta nouam translationem sublata videbatur. Quomodo ergo quod de filijs prophetæ, & de decem tribubus dicitur, ad gentes cum Paulo transferimus? Decem tribus à Deo reiectæ, & inter Medos, Persasq; ab vberibus Dei ablactatæ, id est, à doctrina legis, & prophetarum, commistæ sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, ac forsitan seruierunt etiam sculptilibus eorum, vt merito dictæ sint לֹא עַמִּי, id est, Non populus meus. Legimus enim in hoc ipso propheta ca. 9. Reuersus est Ephraim in Ægyptum, & in Assyrijs pollutum comedit. Nõ libabunt Domino vinum, & non placebũt ei. Sacrificia eorum quasi panis lugentium, &c. Et Hierony. ibi ait, Cum autem fuerint in Chaldæa absque templo, & absque altari, non libabunt Domino vinum, sed dæmonibus; & non placebunt ei, qui libant dijs alienis; & qui in captiuitate retinentur ab Assyrijs, idolothyta comedunt, & quasi panis lugentium sunt. Ideo merito per decem tribus significantur omnes gẽtes, quæ non erant populus Dei, & quarum impietatis decem tribus participes erant: Quod initio cap. 3. fatetur Cyrillus cum cap. 1. de filijs Israel exposuerit, vt de vtrisq; prophetam exponendum esse intelligamus. * Iam ex his sensus patet. O vos, viri Iuda, nolite alienas à vobis putare decem tribus, & gentes, fratres vestri sunt, quia ad CHRISTVM conuertẽtur, vocate eos populum meum, & misericordiam cõsecutos, decreui enim eorum misereri, & eos ad Euangelium adducere. Et hoc est, quod in fine huius capitis inquit; Et seminabo eam mihi in terra, & miserebor eius quæ fuit Absque misericordia. Et dicam. Non populo meo, populus meus es tu; & ipse dicet, Deus meus es tu. Itaq; fratres vocat, (quod ad gẽtes attinet) nõ quod iam essent, sed quod electi essent à Deo, vt essent fratres: sicut Iohan. cap. 11. Sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, quod IESVS moriturus erat pro gente; & non tantum pro gẽte, sed vt filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum. Filios Dei vocauit, qui adhuc erant in gentilitate, venturi tamen erant ad Ecclesiam iuxta Dei prædestinationem. Ita quoque locutus est Isa. cap. 66. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus; & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus, &c.

8

9

* Quod autem decem tribus, tametsi reiectæ erant à Deo, participes futuræ essent gratiæ Euangelij, sæpe à prophetis prædictum est, vt ab Hos. cap. 11. ab Ezec. ca. 37. &c. Quæres, quando hoc futurum esset? Equidem prædicantibus Apostolis multos ex eis credidisse arbitror. Prædicarũt enim apud Persas, & Babylonios Apostoli Simõ, & Iudas, vt docet Habdias lib. 6. historiæ apostolicæ, & innumerabilem hominum multitudinem conuerterunt ad fidem. Et postea fortasse alij conuersi sunt. Sed integra conuersio in finem vsque sæculi differtur, vt cap. 3. dicemus. Si vero quis neget hoc fieri posse, quoniam dictum est; Non addam vltra misereri domui Israel: in prõptu est responsio. His verbis dura corporis captiuitas prædicitur, & reditus in patriam negatur, vt ex contrario intelligitur, Et domui Iuda miserebor. Sed animæ liberatio, & manifestatio, atque obedientia Euangelij non adimitur. Sed vrget adhuc difficultas. Ex superiori interpretatione constat, hunc esse sensum, Dicite fratribus vestris, id est, dicite decem tribubus, & gentibus, quæ per duos filios Hoseæ, per filiamque significatæ sunt. At filios Hoseæ significare decem tribus omnes consentiunt; significare autem populum gentium nec quisquam fortasse dixit, nec posse dici videtur. Quomodo enim ille vocetur Iezrahel, quia visitandus erat sanguis Iezrahel super domum Iehu? quomodo dicatur ablactatus, qui semper à Deo recesserat? Et quamuis diceremus hunc populum aliquando cum Deo fuisse, ante scilicet, quam ad idola declinaret, quomodo dicere possumus natam esse prophetæ filiolam, vt futurum significaret, quod ante plurimos annos factum fuerat? * Possemus hanc difficultatem minimo negotio diluere in hunc modum. Filij Hoseæ tantum fuere signum decem tribuum, vt probat argumẽtum: sed decem tribus signum sunt gentilitatis, quæ similiter non erat populus Dei:

10

11

ideoque

ideoque quod de decem tribubus dicitur, de gentilitate quoque dictum putandum est. Quod si dicas, Non ergo literalis sensus est de gentibus, sed allegoricus: fatebimur: Sepe enim Apostoli verba veteris scripturę allegoricè explicant. Sed iam ille sensus allegoricus non minorem vim habet ad confirmationem dogmatum, quam literalis; quoniã ab ipsa scriptura traditus nobis est. Sed melius fortasse dicemus, & hunc Apostoli sensum de gentibus esse literalem, fuisseque filios Hoseæ signum non solum decem tribuum, sed etiam populi gentium, quatenus in quibusdam cum decem tribubus conueniebat, vt in eo quod eius captiuitas penes potestatem diaboli diu duratura erat, vsque ad prædicationẽ scilicet Euangelij, quod pertinet ad primum filium, & in eo, quod vsque ad idem tẽpus futurus erat idem populus gentium Absque misericordia, & vocandus Non populus Dei, quod pertinet ad filiam, & ad alterum filium.

12 * Et ideo fortasse cap. 1. dictum est, Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino: nõ dixit, Terra hęc, aut terra Israel, sed terra, vt & decem tribuum terram comprehenderet, & gẽtium. Nam & gentilitas vxor Dei fuerat antequam idolatriæ sordibus sese contaminaret. At ne quis miretur, sciat interdum in scriptura fieri, vt vna res duorum simul figura sit, vt docet August. epistola 99. ad Euodium, nec solum similium, sed etiam contrariorum; vt diluuium (eodem Augu. autore) figura fuit malis supplicij vltimi iudicij, fidelibus vero sacramenti baptismi. Et petra CHRISTVM significans duorum signum est, & ædificij spiritualis fidelibus, & offensionis infidelibus. Huc nos deduxit Paulus prophetæ nostri verbis vsus, atque ita solet semper: altissimos enim sensus in verbis simplicibus latentes, quasi intento digito proculindicat, & ansulam quandam præbet, vnde non sine multo labore, sed magna tamen cum voluptate recondita spiritus, & prophetarum mysteria teneamus.

13 * Ex his iam intelligitur, quod iure mouere lectorem poterat, cur vna, & eadem gentilitas per tres prophetæ filios significetur: nempe quod in primo captiuitas sub potestate diaboli ostẽditur, in secundo diuturnitas, & miseria captiuitatis, in tertio quod esset populus alienus à Deo. Quærat demum quispiã, si propheta de decem tribubus, deque gentibus loquitur, quomodo Paulus de solis gentibus interpretatus est? Respondeo fortasse Paulum gentium nomine decem quoque tribus intellexisse, quæ nihilo differre videbantur à gentibus, quatum se peccatis, & idololatria implicauerant. Vel certe assumpsit magister gentium ex propheta quantum ad rem, quam agebat, satis erat, id est, ad vocationem gentium confirmandam. Superest, vt Apostoli verba conciliemus cũ 14
propheticis: nam verba illa, Vocabo nõ plebem meam plebem meam, & non dilectã dilectam, &c. in Hosea non videmus. Ad Regula.
huius loci, & aliorum intelligentiam sciamus hanc esse apostolorum, & Euangelistarum consuetudinem, vt testimonijs veteris testamenti referendis crebro non verborum ordinem sequantur, sed sensum. Ita Hieron. adnotauit in libello de optimo genere interpretandi ad Pammachium, & li. 1. comment. in epistolam ad Galat. ad finẽ, & in Matth. cap. 27. & in epist. ad Ephes. in illud, Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, &c. & q. 2. ad Algasiam, & alibi sæpe. Quod igitur ait, Vocabo non plebem meam plebem meam, totidem verbis dixit in fine huius cap. propheta, Et dicam Non populo meo, Populus meus es tu. * Illud 15
etiam, Et non dilectam, dilectã, apud Lxx. inuenimus, quos frequenter apostoli sequuntur, qui ibidem verterunt, Καὶ ἀγαπήσω τὴν οὐκ ἠγαπημένην, id est, Diligam non dilectam, quod perinde est, ac si diceret; vocabo non dilectam dilectã: nam ex eo, quod res quęque est, habet appellationem. Vande Vocari
sæpe vocari dicitur hoc, aut illo modo, non Regula.
tam quod illud nomen habitura sit, quam quod re vera conuenit ei, quod nomine significatur. Vt Isai. 9. Et vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis. Et c. 8. Voca nomen eius, Accelera, spolia detrahe, festina prædari. Non omnia hæc nomina CHRISTVS habuit, omnia tamen, quæ illis significantur, habuit. Non tam igitur prædixit Isaias his nominibus esse appellandum, quam vere cum futurum quidquid hæc nomina significant. * Eadem ratione 16
illud, Et non misericordiam consecutam misericordiam consecutam, dicemus esse vbi pro eo, quod nunc ex Lxx. referebamus, Et diligam non dilectam, tam in Heb. quam in nostra translatione legimus, Et

miserebor eius, quæ fuit Absque misericordia. Eandem horum omnium verborum sententiam continet quod nunc interpretamur, Dicite fratribus vestris, Populus meus, & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. Nam hoc quid aliud est, quam Non populus meus erit Populus meus, & Non misericordiam consecuta erit misericordiã consecuta: Et istud tantundem valet, ac si diceret, Vocabo non plebẽ meã plebẽ meã, & non misericordiam consecutam misericordiam consecutam. Si verborum ordinẽ mutatum dicas, scito apostolos non de ordine verborum, aut de verbis, sed de sensu
17 solere esse solicitos. * Sed quęritur cur Apostolus duo dixerit, id est, & non dilectam dilectam, & non misericordiam consecutam misericordiam consecutam, cum propheta vnum dixerit, Miserebor eius, quæ fuit Absque misericordia? Si dicas alterũ sumpsisse ex Hebræo, alterum ex Lxx. adhuc pugnat eadem ratio, quod Lxx. non duo dixerunt, sed vnum, Diligam non dilectam, ita interpretantes illud vnum, quod erat in Hebr. Miserebor eius, quæ fuerat Absque misericordia. Respondeo olim apud Paulũ non duo fuisse scripta, sed vnum, Vocabo non plebem meam plebem meam, & non dilectam, dilectam, vt quidem multis, grauissimisque autoribus placuit. Et statim sequitur, Et erit in loco, vbi dictũ est eis, &c. Ita legit Orig. in eius loci commentarijs, & Ambros. (si is autor est) & Chryso. & Theophyl. & Theodor. & Oecumen. & Theodulus & Sedulius. Ita etiam hunc locum referunt Cyprian lib. 1. Contra Iudæos cap. 19. Hieronym. q. 10. ad Hedibiam, Rufinus hic, August. 22. contra Faust. ca. 89. & lib. 1. ad Simplicianum versus finem, & hodie ita habent plurimi, atque emendatissimi Græci codices, vt Complutensis, Rob. Stephani, Basilensis, & alter Frobenianus, & Regius nuper excusus Antuerpiæ.

18 Quamuis idem Hieronym. in ca. 1 huius prophetæ ita referet verba Apostoli, Vocabo non plebem meam plebem meam, & non misericordiam cõsecutam misericordiam consecutam, hoc ponit illud, Et non dilectã dilectam. Cur id fecerit, dicam, vt veritas magis eluceseat. Hieronym. in fine 11. cap. de illis verbis, Voca nomen eius Absque misericordia, ait, Pro [illegible], id est, Absq; misericordia in quibusdam fertur exemplaribus [illegible], id est, Non dilectã sed ve-

riora sunt exemplaria, quæ habent, Absque misericordia. Hanc codicum varietatem & hodie ex parte videmus: nam vbi ait, Et sorori vestræ, Misericordiam consecuta, Complutensis, & Regius Antuerpiensis habent, Et sorori vestræ, ἠγαπημένην, id est, dilecta, Et inferius, Et diligam non dilectam. Immo & cap. 1. habent, Voca nomen eius, Absque misericordia, quia non addam vltra diligere domum Israel. * At codex ab 19
Aldo Manutio excusus nusquam habet diligere, sed misereri. Voca nomen eius, οὐκ ἐλεήσω, quoniam non addam adhuc ἐλεῆσαι, id est, misereri domus Israel Et. Et ablactauit τὴν οὐκ ἠγαπημένην, id est, eam, quæ erat Absque misericordia (pro quo alij codices habent τὴν ἀνελεημένην quo nomine etiam vtuntur, vbi dicitur, Voca nomen eius Absque misericordia.) Et cap. 2. Et sorori vestræ ἠλεημένην, misericordiam consecuta. Et ad extremum capitis, καὶ ἐλεήσω τὴν οὐκ ἠλεημένην, miserebor eius, quæ non fuerat consecuta misericordiam. Hanc Aldini codicis lectionẽ Hieronymus maxime probat, eamque alteri præfert, & ita ipse transtulit, Nec refert quod aliter retulerit q. 10. ad Hedibiam; crebro enim Hieronymus refert verba scripturæ, vt tunc in vulgata temporum illorũ translatione legebantur, & crebro eadem refert iuxta suam nouam translationem.

* Quare non est dubium apud Paulũ quę- 20
dam etiam exemplaria habuisse, Vocabo non plebem meam plebem meam, & non misericordiam cõsecutam misericordiam consecutam, vt hodie videmus in Syriaco interprete. Quæ lectio sine dubio multo probabilior est ea, quam Orig. Chrysosto. & ceteri, quos nominaui, secuti sunt, quoniam ex æquo respondet Hebrææ. Accedit Petri Apostoli autoritas, qui eam quoq; probauit, Qui aliquando (inquit) Non populus, nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiã consecuti. Existimo igitur Lxx. & Paulum quod erat in Hebræo posuisse. Sed cum alia exemplaria Lxx. haberent, Et diligam non dilectam, aliquis forsasse apud Paulum in margine appossuit; Et non dilectam dilectam, quod paulatim in contextũ translatum est. * Nam illud ex tot exem- 21
plaribus, & ex tot autoribus constans videtur, nõ scripsisse Apostolum vtrumque; sed alterum. Si autem alterum, cur non potius dicamus scripsisse, quod erat in Hebræo,

tis in emendationibus codicibus LXX? præsertim cum octo libri Latini manuscripti dicantur non habere illud, Et non dilectam dilectam, vt in Biblijs à Plantino excusis adnotatum est. Nisi quis forte vellet dicere vtrumque Paulum dixisse, quoniã רחם, quo verbo vsus est propheta, misericordiã, & amorem sua significatione comprehendit: cum alioqui misereri possimus eorum etiam, quos non amamus, vt

2. Æneid. ——— *Quis talia fando*
Myrmidonum, Dolopumue aut duri miles Vlyssi
Temperet à lacrymis? Et,

11. Æneid. *Quicunq; Iliacos ferro violauimus agros,*
(Mitto ea, quæ muris bellando exhausta sub altis,
Quos Simois premat ille viros) infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expẽdimus omnes,
Vel Priamo miseranda manus.

Idque ego libenter dicerem propter consensionem multorum codicum Latinorũ, qui habent, Et non dilectam dilectã, & non misericordiam consecutam, misericordiã consecutam, nisi ab ipsis Latinis patribus didicissem nouam esse hanc lectionem in codicibus Latinis, id est, ab Hieronymo, Augustino, Ruffino, idque multi manu scripti hodieque testentur. Quod vero Paulus dicit, In loco, in quo dictum est eis, cũ propheta dicat, In loco, in quo dicetur eis, secutus est Apostolus editionem LXX. quæ tũc in omnibus Ecclesijs legebatur, & ad sensum nihil pertinet hoc nẽ, an illo modo dicas, cũ præsertim prophetico more & præterita pro futuris, & pro præteritis futura sæpe ponantur.

TROPOLOGIA.

22 Hinc profecto discimus nullius desperãdam esse salutem, quantumuis à Deo reiectus, & omnibus flagitijs coopertus appareat. Vt enim ægroti desperati à medicis, & relicti sæpe Deo melius medente sanantur, ita ac multo facilius, multoque sæpius qui ita à virtute, & à vita recesserunt, vt omnino periturí viderentur, diuinæ bonitatis opera, & potestate in nouam vitam, & in nouos homines mutantur. In corporis morbis.

Ouid. 1. de Ponto Eleg. 4. Eccli. 10. *Non est in medico semper, relevetur vt æger,*
Interdum docta plus valet arte malum.

Et, Languor prolixior grauat medicum, breuem languorem præcidit medicus. Aut enim de corporis languore sermo est, aut certe medicum hominem dicit, cuius & ars, & potestas perangustis finibus conclu-

ditur. At medico illi, qui de se ait, Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus nullus est grauis morbus, nulla difficilis curatio. * Mulier, quę erat in sanguinis fluxu ab annis duodecim, erogauerat in medicos omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari: sed vbi accessit retro, & retigit simbriã vestimenti Iesu, cõfestim stetit fluxus sanguinis eius. Quid est mulier sanguinis fluxum patiens, nisi anima, in qua sit illud, Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit, id est, peccatũ peccato accessit? A quo sanguine mundari cupiebat Dauid, cum dicebat, Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ. Hæc quantumuis hominum opem quærat, quantumuis philosophorum libros euoluat, in quibus ipsi putabant reposita esse medicamenta vitiorum, vnde illud Cicer. O vitæ philosophia dux, ô virtutum indagatrix, expultrixque vitiorum: erogabit omnem substantiam ingenij, virium, temporis, nec ab illis poterit curari. At si supplex accedat ad Iesum per humilem peccatorum confessionem, & virtutẽ eius per sacramenta participet, cõfestim stabit fluxus sanguinis, & amissam sanitatẽ, roburque recuperabit. * Quare merito Dauid, cum petebat liberari de sanguinibus addidit, Deus salutis meæ, id est, qui solus salutis meæ autor esse potes. Et Psalm. 102. Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius, &c. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas Nullum morbum excepit, quamuis lethalis, quamuis vetus, quamuis desperatus, & deploratus esset. Ne ergo desperemus in aliorum peccatis, sed, vt Abraham, cõtra spem in spem credamus. Neminem, dum hic vitiis, quasi immundum, & à Deo relictum reijciamus, aut à nobis alienum putemus; fratres putemus omnes, qui possunt Dei esse filij, & fraterne cũ eis agamus. Vnde apostolus, Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati: ne quãdo Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. * Ac multo quidem minus salutis nostræ spem abijcere debemus, quam-

uis nos à Deo alienissimos videremus, & peccatorum, ac desperationis procella pene obrutos Ionam imitemur, qui de ventre piscis clamabat, & dicebat, Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Atque hæc periculosissima desperationis tentatio in ijs solet esse potentior, qui post multorum annorum ieiunia, & labores, post multa Dei beneficia in peccata labuntur, à quibus se longissime abesse existimabant. Mirentur id, qui hominis naturam, & infirmitatem non norunt, qui putãt confirmationẽ gratiæ habere, quicunq; gratiam habent. Num aut sanctior, aut Deo carior eras ante hæc peccata, quam Dauid, cùm & in adulteriũ, & in homicidium incidit? Quid ille tũ? putauit ne se iam à Deo abiectum, aut aditum sibi salutis præclusum? Agnoscit peccatum, videt, quid sit homo sine Deo, plenus dolore simul, & spe, ait, Peccaui Domino. * Discedit inde, laborat in gemitu suo, lauat per singulas noctes lectum suum, lacrymis suis stratũ suum rigat. Deinde cõfidenter ait ijs, à quibus & in peccata coniectus ante fuerat, & post peccata in desperationem eum conijcere tentabant, Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei, conuertantur, & erubescant valde velociter. An tu diabolo credes mendaciorum autori diuinæ misericordiæ fontes contegenti, & salutis spem adimenti? Ego nec angelo te credere volo, si id dicat. Dicam amplius, nec Deo ipsũ, quem damnationem tibi prædicentem audires. Non sane quod aut Deus mentiri possit, aut angelus Dei: sed quod cum hæc audires, non præfinitam, & certam sententiam Dei, sed comminationem ad terrorem tuum, & ad vtilitatem tuam te audire deberes iudicare. Dauidi Nathan propheta loquitur, Verum tamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini; propter verbum hoc filius, qui natus est tibi, morte morietur. * Desperauit ne Dauid salutem filij audita Dei voce per prophetam? Percussit quoque (inquit) Dominus paruulum, quem pepererat vxor Vriæ Dauid, & desperatus est. Desperant medici, sed non desperat Dauid, etiam prophetam mortem prædicente. Deprecatusque est Dauid Dominum pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super

Ion. 2.

2. Reg. 12. 26

Psal. 6.

2. Reg. 12.

27

terram. Qua spe hoc faciebat, cùm Deus moriturum esse prænuntiasset? Ipse seruis suis ait, Propter infantem, dum adhuc viueret, ieiunaui, & fleui; dicebam enim, Quis scit si forte doneт eum mihi Dominus, & viuat infans? Clamat Ionas? Adhuc quadraginta dies & Niniue subuertetur. Terrentur Niniuitæ, sed non despondent animum: indicunt ieiunium, & aiunt, Conuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? In libro quoque Iudicum, vt alia omittamus, extat pulcherrimum diuinæ bonitatis argumentum, quo non solum cadentem spẽ sustentare, sed lapsam etiam, atque deiectam mirabiliter erigere possimus. * Orant afflicti, & oppressi ab hostibus filij Israel dicentes, Peccauimus tibi quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, & seruiuimus Bahalim. Quibus locutus est Dominus, Numquid non Ægyptij, & Amorrhæi, &c. oppresserunt vos; & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamen reliquistis me, & coluistis deos alienos; ideirco non addam vltra, vt vos liberem. Ite, & inuocate deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tempore angustiæ. Quis hic non putaret esse desperandum? Dixerunt-que filij Israel ad Dominum, Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet, tantum nunc libera nos. Quæ dicentes omnia de finibus suis alienorum deorum idola proiecerunt, & seruierunt Domino Deo, qui doluit super miserijs eorum. Illud primum curemus, vt idola, & deos alienos proijciamus, id est, peccata & quidquid nobis ansam peccandi præbebat, nihil huiusmodi in finibus nostris maneat: & quamuis obsurdescere Dominus videatur, assiduis clamoribus à nobis excitetur: dicamus sine intermissione, Exurge, quare obdormis Domine? Exurge, & ne repellas in finem. Non enim sunt viæ illius sicut viæ nostræ, flectetur sine dubio, & dolebit super miseri-nostris.

Ion. 3.

Cap. 10.

28

Psal. 43.

HISTORIA.

29 Vnde obscuritas in prophetis.

Iudicate matrem vestram iudicate. Magna pars obscuritatis prophetarũ ex eo oritur, quod sæpe dijudicari non potest de quo tẽ-

Universidad de Deusto Biblioteca

pore loquantur. Nam si de hoc tempore, sic exponentur, si de illo, multo aliter. Ita si in tempore erratum fuerit, totam expositionem aberrare necesse erit. Hæc difficultas est in his verbis maxima, altera, vtrùm ad decem tribus loquatur, an ad duas? Tertia, quomodo hæc cum præcedentibus cõnectantur. Has obscuritatis causas passim in propheticis libris inueniemus: quas qui non explicat, frustra in prophetarum intelligentia, aut interpretatione laborabit. Vt ergo simul hæc tria, quantum Deus dare dignabitur, aperiamus; non desunt graues autores, qui velint hæc ad tempus Christi referri, præcipique fidelibus ex illo populo, vt matrem suam arguant, id est, synagogam; atque ad hunc sensum totum caput exponunt. Quibus nonnihil fauere videtur Hesychius lib. 6. in Leuit. exponens illud capitis 21. Quia sanctus ego sum: & illud, quod statim sequitur, Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, &c.

30 * At Hieronym. non obscure docet allegoricum esse hunc sensum, historico autem de tempore suo loqui prophetam, ac dici hæc viris iustis, qui tunc erant in illo populo, vt matrem synagogam reprehendant, quod à Deo vxor ducta, iterum se adulterijs, id est, idololatriæ sordibus inquinasset. Ita Hieronym. Lyra, & alij Et vere hoc voluit propheta, vt ex verbis ipsis ostendam. Primum fornicationes, & adulteria, quorum hic meminit, apud prophetas multo magis proprie significant cultum idolorum, quam alia peccata, vt passim videmus. Tempore autem CHRISTI, & postea nulla idola coluere Iudæi, vt capit. 3. videbimus; immo neque post egressum è Babylonica captiuitate. Ex quo fit hæc verba nequaquam de tempore illo posse intelligi. In eo etiam quod in hoc capit. legimus, Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, &c. Certum est amatores vocari alias nationes, quarum deos filij Israel colebant speluci, vt dicemus, & voluptatum, quod CHRISTI tempore non fecerunt. Et quæ sequuntur, Ecce ego sepiam viam tuam spinis, &c. nequaquam possunt ad eum sensum accommodari, vt videbimus.

31 * Præterea prius hic propheta describit calamitates, quibus populus affligendus erat; deinde eius felicitatem. Hæc autem felicitas contigit huic populo tempore apostolorum, vti Paulus exposuit, Quos & vocauit nos non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus; sicut in Hosee dicit, &c. Vbi refert verba, quæ sunt in fine huius capit. Ergo necesse est priora intelligi de malis, quæ passa est synagoga ante aduentum CHRISTI; nam post eum nihil tale passa est ante prædicationem apostolorum, quale hic describitur.

Nunc ad verba veniamus, *Iudicate matrem vestram, &c.* volunt fere isti autores quos pro hac sententia, quam sequor, paulo ante nominaui, hinc nouum caput incipere, vt iam alijs loquatur propheta, hoc est, non ijs, qui crediderant ex Iudæis, & gentibus, quibus loqui cœperant, sed bonis, & iustis viris, qui Hoseæ tempore viuebant. * Sed fateor mihi valde durum videri alijs dici, Dicite fratribus vestris, populus meus, &c. & alijs nunc, Iudicate matrem vestram. Omnino contextura ipsa poscere videtur, vt ijsdem in vtrisque verbis propheta loqui intelligamus. Quibus nam? Non sane viris decem tribuum; nam de his postea ait, Et miserebor eius, quæ fuit Absque misericordia, & dicam non populo meo populus meus es tu: quod ostendimus non de gentibus modo, sed etiam de decem tribubus necessario accipi debere. De duabus igitur tribubus loquitur, quæ erant in Iudæa, post quarum conuersionem ait, Et seminabo eam mihi in terra, & miserebor eius, quæ fuit Absque misericordia. Hæc enim conuersio decem tribuum, & gentium futura erat post quam credentes ex duabus tribubus seminarentur in terra, & per orbem dispergerentur ad euangelizandum. * Quare ita sunt omnia connectẽda. Postquã in primo c. de decem tribubus satis locutus est, & de conuersione gentium, quibus numerus verorũ filiorum Israel erat redintegrandus, reuertitur ad duas tribus, de quibus agere cœperat dicẽs, Et domui Iuda miserebor, &c. de vtrisque enim propherat, vt in progressu videbimus, & ideo vtrarumque reges in principio commemorauit. Vtros igitur duarũ tribuum à principio huius cap. alioqui incipit, Dicite fratribus vestris, Populus meus, &c. quasi dicat, Vobis promisi salutem, & liberationem, quia ex tribu Iuda nasciturus est CHRISTVS mundi Salus. Et fratres vestros filios Israel, & gentium populos in æternum reiecisse vobis

videbor:

videbor: at non prorsus reiecti illorum etiã aliquando misereborrecte vocare eos potestis populum meum, aliquando enim erunc. Sed vos, illis interim relictis, oculos ad matrem vestram conuertite, & iudicate illam, ne forte idem illi contingat, quod ceteris tribubus, Synagogam duarum tribuum mattem appellat singulorum, qui in illis tribubus erant: sicut omnes Christiani sumus Ecclesia, & tamen singuli filij Ecclesiæ dicimur, & illa mater nostra

34 Regula. * Est enim hoc frequens in prophetis, vt ab historia transeant ad CHRISTVM, & à CHRISTO rursus reuertantur ad historiam. Historiam voco ea, quæ de moribus sui temporis, & de malis, hominibus illis, imminentibus loquuntur. Hoc autem faciunt, ne si ordinem scriptura conseruet, non sit vaticinium, sed narratio, vt ait Hieronym. lib. 5. in Isa. cap. 16. Vt cum ait Isai. cap. 7. Ecce Virgo concipiet, &c. & capit. 10. Reliquiæ conuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Deum fortem, & cap. 11. Egredietur virga de radice Iesse, &c. cùm prius de rebus sui temporis verba faciat, & postea ad eadem reuertatur. Nam & oportet mysteria CHRISTI à prophetis prænuntiari, cuius nuntij sunt, ad fidelium consolationem: & ita prænuntianda sunt, vt possint etiam deprauati hominum mores corrigi, & supplicia, nisi corrigantur, infligenda nõ taceantur. Vt enim in præcedenti cap. scriptum reliquit Hieronymus: Prophetæ sic multa post sæcula de aduentu CHRISTI, & vocatione gentium pollicentur, vt præsens tempus non negligant, ne concionem ob aliud conuocatam non docere de ijs, quæ instant, sed incertis, ac futuris ludere videantur. Et in Malach. capit. 1. versus finem sic futurorum texit vaticinium, vt præsens tempus non negligat. * Hoc semel ad prophetarum intelligentiam admonuisse satis sit; sed illud etiam admonemus, hunc transitum ab historia ad CHRISTVM, quem vocant multi à litera ad spiritum, non solere fieri à prophetis quasi ex abrupto, sed arrepta quodammodo ansa ex ijs, quæ dicebantur. Quemadmodum cordati homines, cum diuersa dicere parant, & proposito sermoni non conuenientia, non subito dicunt; sed quo modo possunt, connectunt, & verbis ad ea viam muniunt, ne, vt dicitur, extra chorum saltare videantur, aut, qui audiunt, dicant, Quorsum hæc? Hoc (tametsi aliquando non sine labore intelligitur) obseruare possumus & in alijs locis prophetarum, & in hoc, quem nunc interpretamur. Dixerat, Quia vos non populus meus, & ego non ero vester. Sed ne quis putaret non præstiturum Deum, quod Abrahæ de filiorum multitudine promisit; hinc transit ad CHRISTVM arrepta occasione, prædicitque fore tantum numerum credentium Euangelio, vt numerari nequeant. Post hanc futuri temporis promissionem iterũ, vt par erat, redit ad præsens. Dicite fratribus vestris, &c. id est, Scitote hos, quos reieci, aliquando populum meũ iterum futuros. Sed vos interim ad vosmet ipsos redite, & matrem vestram iudicate, cui possunt eadem euenire. * Est autem, 36 Iudicate. iudicate matrem vestram, increpate illam, vt vertit Chaldæus, iudicio contendite aduersus illam, vt vertêre LXX. Ita etiam Hiero. exposuit, Præcipitur, inquit, filijs, id est, populo, vt ineant iudicium aduersus matrem suam, quæ eos genuit: quę de meretrice vxor effecta mores pristinos non reliquit, & rursum fornicata est cum amatoribus suis. Ita enim sæpe accipitur apud Hebr. verbum ריב, quo hic vsus est propheta, vt Isa. 3. Stat ad iudicandum Dominus, & stat ad iudicandum populos. Iudicium autem hoc reprehensionem esse indicat, quod sequitur, Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? Numer. 20. Hæc est aqua contradictionis (מריבת, id est, iurgij, & contentionis) vbi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, id est, vbi litigauerunt, aut contenderunt cũ Domino. Et in hoc propheta c. 4. Quia iudicium (ריב, id est, iurgium, vel contentio) Domino cum habitatoribus terræ. Et ibidem, Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguat vir.

Quoniam ipsa non vxor mea. Quamuis mihi matrimonio copulata fuerit, tamen ita viuit, vt se vxorem meam esse non recordetur: quare nec ego eius vir ero. Verba sunt mariti adulteram vxorem à se dimittere parantis.

Auferat fornicationes suas à facie sua & adulteria sua de medio vberum suorum. Hæc matri vestræ meo nomine dicetis, cum illam obiurgabitis. Intelligat, cur diuortium cum ea facere velim. Auferat 37

fornicationes suas, &c. Fornicaria est (inquit Hieronym.) quæ cum pluribus copulatur; adultera, quæ vnum virum deserens alteri iungitur. Synagoga vtramque malitiam copulauit: quoniam & virum suum Deum deseruit per idololatriam, torique fidem violauit, & multos deos colebat more fornicariæ, quæ omnium libidini exposita est. Quod autem dicit, A facie sua, sunt qui ad medicamina faciei referant, & adementitos genarum, & labiorum colores, quod adulterarum est, &c. Cui sententiæ videant quid nostri sæculi virgines, nuptæ, matronæque respondeant: nam si vera est, quamuis animos castos se habere dicant; adulterarum tamen facies gerunt. Immo earum doctores hoc videãt, qui mira facilitate hoc excusant, & causas hinc inde quæritant, ac ne reprehendendum quidem iam in feminis putant. * Arbitror autem eos habere in facie fornicationes, qui ita impudenter fornicantur, & ita perditi sunt, vt etiam vultu præ se ferant turpitudinem animi sui. De quibus 2. Petr. 2. Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Et Isai. 3. Pro eo, quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, &c. Et ibidem, Agnitio vultus eorum respondit eis, id est, vultus ipse eorum turpitudinem indicauit. Quod de vberibus dicit, nonnulli referunt ad id, quod inter nudata, & omnium oculis patentia vbera huiusmodi mulieres vnguenta, & flores, & amatoria adulterorum carmina ponere soleant. Ego potius intelligendum arbitror de excessu immodicæ voluptatis, quæ ex mammarum contrectatione percipitur, vt Prouerb. 5. Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, &c. vbera eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter. Et cap. 7. Veni, inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Inebriandi verbum excessum illum voluptatis indicat. Ad huius similitudinem dictum est, Cant. 1. Inter vbera mea commorabitur. Reprehendit igitur synagogam, quod non solum fornicata fuerit idola colendo; sed etiam aperte hoc fecerit, & impudice, & nimia cum voluptate.

38

39 *Ne forte expoliem eam nudam.* Ne ita eam omnibus spiritualibus bonis, quæ à me accepit, spoliem, vt penitus nuda sit, & maneat ita, vt nata est. Qualis in die ortus sui fuerit, quam fœda, quamque miserabilis; & rursus qualibus donis sit à Deo exornata, pulcherrime descripsit Ezeciel capit. 16. Hæc dona dedit illi Deus (vt aiunt Hieronym. & Theodor. & Ruffin.) quando illam inuenit in AEgypto idololatriæ libidine constupratam. Nunc autem comminatur, si ad virum suum reuerti noluerit, ita eam futuram absque Deo, & viro, sicut prius in AEgypto fuerat. Cui simile est illud Isaiæ. 63. Facti sumus sicut in principio, cum non dominareris nostri, neque inuocatum esset nomen tuum super nos.

Et ponam eam quasi similitudinem, בְּמִדְבָּר, sicut desertum, quod idem est, vt scilicet nihil in ea maneat, quod placere posit.

40 *Et statuam eam velut terram inuiam.* כְּאֶרֶץ צִיָּה, quod est, sicut terram ariditatis: ideo Lxx. verterunt ὡς γῆν ἄνυδρον, vt terram sine aqua. Sed significat etiam terram desertam, siue inuiam, quam nemo incolit, aut calcat: non enim habitantur aridissima loca. Ideo Chaldæus vertit, vt terram solitudinis. Similiter Psal. 62. כְּאֶרֶץ צִיָּה Lxx. ἐν γῇ ἐρήμῳ in terra deserta, vbi & Hieronymus ex Hebr. transtulit, In terra inuia. Immo & sine interpretibus aperte hoc ipsum verba declarant: בְּאֶרֶץ צִיָּה וְעָיֵף בְּלִי מָיִם in terra deserta, sitiente, sine aquis. Sed terra sitiens eadem est inuia. In huiusmodi terra monstra, & feræ gignuntur, vt in Africa: ideoque per hæc immania vitia in synagoga futura esse significat.

Et interficiam eam siti. Cruciabitur desiderio voluptatum, & rerum aliarum, quibus potiri nullo modo poterit. Possunt hęc & in alium sensum explicari, quem paulo post in tropologia afferemus.

Et filiorum illius non miserebor. Hæc satis expositimus capit. 1. num. 31. & 32. non miserebor eorum, quia matris fornicationes imitati sunt.

41 *Quia fornicata est mater eorum.* Diximus cap. 1. hinc incipere nouam sententiam: præcedentem autem terminari in illis verbis, Quia filij fornicationum sunt, vt tam Hebraici, quam Græci codices testantur. Quare ita interpretari possumus. Quia fornicata est mater eorum, ideo

confusa est. In eo autem cernitur fornicatio, quod dixit. Vadam post amatores meos, &c. Licet & aliter, vt dicamus, Quia, non causam significare, sed ornatus tantum causa poni initio sententiæ more Hebræorum, vt Luc. 1. Et dixerunt ad illam Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Et cap. 2. Sicut scriptum est in lege Domini, Quia omne masculinum adaperiens vuluam, Sanctum Domino vocabitur. Verum recte etiam dicere possumus, idque mihi quadrare magis videtur, his verbis præcedentem sententiam finiri, Quia fornicata est mater eorum. Nec id erit priori expositioni repugnans, sed consequens. Non miserebor filiorum eius, quia filij fornicationum sunt, quia mater eorum fornicata est. Non dixit ipsa, sed mater eorum, sicut mox ait, Quæ concepit eos, vt doceat eam fuisse fornicatam etiam postquam concepit ex Deo, & peperit filios. Quibus verbis tacite innuit filios etiam fuisse fornicatos, cum matrem viderent fornicantem. * Senes, & principes synagogæ colebant deos alienos, (hi enim matris nomine intelliguntur) quod cum dicitur, etiam si nihil addatur, facile quisque intelliget adolescentes, & minores eadem fuisse facturos, sicut Ierem. 7. legimus. Nonne vides, quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalem: Filij colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & libent dijs alienis. Et quoniam mater rea erat peccati filiorum, quos exemplo suo fornicari docuerat, in pœnam, atque in odium matris dicitur, Non miserebor filiorum eius. Sed hæc magis ex eo, quod continuo sequitur, elucidabuntur.

42

43 *Confusa est quæ concepit eos.* In vulgatioribus codicibus Lxx. legitur, Κατῃσχύνθη ἡ τεκοῦσα αὐτούς, id est, confusa est, vel pudore affecta est, quæ peperit eos. Sed in emendatissimo inueni, Κατῃσχυντῃ ἡ τεκοῦσα αὐτα, pudore affecit, aut probo, quæ peperit ipsos. Quam lectionem sine dubio secutus est Theodorus. Ita enim interpretatus est. Ipsi enim similia, atque mater eorum commisit, fecerunt. Quæ quidem mater & talis erga me extitit, & in filios suos illud dedecus transmisit, & pudore illos affecit, quod eius scilicet nequitiam imitati sunt, &c. * Nec male sane interpretatur, quod pudore, & probro eos affecerit reddens suo exemplo imitatores fornicationum suarum. Quod si quis causetur in Heb. esse הוֹבִישָׁה, quod magis videtur sonare, Cõfusa est, sciat hoc verbum in hac coniugatione, & passiue, & actiue sæpe accipi. Quod vel illud 2. Reg. 19. satis probat, Confudisti hodie facies seruorum tuorum, vbi similiter est in Hebr. הוֹבַשְׁתָּ, & apud Lxx. καῃσχύνας, pudore affecisti: sed iuxta nostram translationem, quæ propria etiã est, Confusa est quæ concepit eos, quoniam non solum ipsa fornicata est, sed turpissima etiam filijs suis idololatriæ magistra extitit, dicens, Vadam post amatores meos; quo enim mater vadit, eo filios, tametsi nihil diceret, sequi iubet.

Vadam post amatores meos. Multi volunt amatores esse idola: sed Hier. ait, amatores iuxta historiam esse intelligendos Assyrios, & Ægyptios, ceteraſq; nationes, quarũ idola colebat synagoga. Vnde & Chald. interpretat⁹ est, Populos amatores meos sequar. Et ita loqui solent prophetæ, vt Ezec. 16. Et fornicata es cum filijs Ægypti vicinis tuis. Et, Et fornicata es in filijs Assyriorũ. Et Ier. 2. Filij quoque Memphεos, & Taphnes cõstuprauerunt te vsque ad verticem. Et ibidem apud Ezec. plane videmus amatores non esse idola, sed homines, Tu autẽ dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, vt intrarent ad te vndique ad fornicandum tecum. Et mox, Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commista es, & omnes quos dilexisti, cum vniuersis, quos oderas, & congregabo eos super te vndique, &c. Sed respondendum est, verum esse vtrumq;. nam de idolis hoc idem dici solet, vt Iere. 3. Et facilitate fornicationis suæ contaminauit terram, & mœchata est cum lapide, & ligno. Et Ezec. 23. Et cũ idolis suis fornicatæ sunt. Immo proprie idola dicuntur amatores, quia eorum causa Deum verum virum relinquebant. Homines autem suo modo dicuntur amatores, quibuscum fornicabatur Israel, quia eum ad suos deos colendos alliciebant amicitia, & spe quæstus. Hoc autem in capite amatores idola maxime intelliguntur, vt satis ex sequentibus liquet.

44 Amatores.

Qui dant panes mihi, &c. Tam stupida erat synagoga, vt omnia quæ à Deo accipiebat, ab idolis se accepisse existimaret, vt fruges, oleum, vinum, & alia omnia. Ita di-

45

xit de vitulo Exod. 32. Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti. Habemus eius verba & Ierem. 44. Sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos, & patres nostri, reges nostri, & principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem: & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumque non vidimus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus. Cum autem dicit, Qui dant panes mihi, siue (vt est in Hebr.) panem meũ & aquas meas, &c. habet pronomen meũ quandam vim, quæ & amorem concitat, & deberi illum amorem ostendit. Quasi dicat, Hos ipsos cibos, quibus sustentor, has ipsas vestes, quibus tegor, illis debeo: quomodo ergo non amem, & sequar tam beneficos, & beneuolos amatores? * Panis, & aquæ nomine omnem frugalis mensæ cibum, & potum scriptura comprehendit, vt adnotat Hieronym. in Isa. cap. 3. in prin. 4. Reg. 6. Pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibãt 3. Reg. 18. Et pauit eos pane, & aqua. Ex quo illud Isa. 3. Auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ. De cõmunibus igitur cibis ait, Panem meum, & aquas meas: plurali enim numero tantum declinatur aqua apud Hebr. מַיִם, sicut de communibus, & vitæ necessarijs vestibus dixit, Lanam meam, & linum meum, id est, laneas vestes, & lineas. * Quod vero post hęc addit, Oleum meum, & potum meum; iam ad delicias videtur pertinere: nam oleo artificiose medicato ad delicias vtebantur. Psalm. 140. Corripiet me iustus in misericordia; & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Mat. 6. Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuũ, & faciem tuam laua. Et Luc. 7. Simoni, qui se inuitauerat, ait Dominus, Oleo caput meum non vnxisti. Potus etiam ad idem pertinet: nam cùm iam de communi potu dixisset, nunc, cùm dicit, Potum meum, elegantiorem quempiam, & pretiosiorem intelligere videtur. Nec est omittendum in Hebr. esse plurali numero, שִׁקּוּיַ potus meos. Oritur autem hoc nomen שִׁקּוּי à verbo שָׁקָה, quod non solum significat potare, sed etiam in tertia coniugatione, siue in Hiphil, redundare, vt Ioel. 3. Et redundabunt torcularia vino, & oleo, Et nutrire, vt Ezec. 45. De his, quæ nutriuit Israel in sacrificium. Inde Lxx. pro eo, quod nos hamus, Potum meum, verterunt, Et omnia, quæ mihi conueniunt: & Chald. Et omnia alimenta mea. Quæ interpretationes contemnendæ non sunt.

Meus.

46 Panis, & aqua.

47 Oleum.

ALLEGORIA.

48 Apostolis quoque, & credentibus ex Iudæis merito dicitur, vt matrem suam synagogam iudicent, & arguant, quod in Actis apostolorum fecerunt Petrus, & Paulus. Cui ob incredulitatem, & odium in Christum eadem acciderunt, vastantibus Romanis, quæ prius passa fuerat à Chaldæis, immo & multo grauiora. Abiecit eam Deus, & filio suo alteram sponsam tradidit, hoc est, Ecclesiam gentium, quoniam illa noluit auferre fornicationes suas à facie sua: sed vt prius idola coluerat, ita postea gloriam, & honorem, & pecunias, & carnis voluptates adorabat: quæ causa fuit, vt Christum minime reciperet. Vnde illud Iohann. 5. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non quæritis? Immo & de quibusdam credentibus ait cap. 12. Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagoga non ejicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei. Verba synagogæ bona sæculi diligentis, & ideo CHRISTVM respuentis contra conscientiam suam legimus Sapient. 2. Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ, &c. Ex quo constat eam palam, & impudenter peccasse. * Ita expoliata est, & nuda relicta; eius enim erat, (vt ait Paulus) adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legis latio, & obsequium, & promissa; quæ omnia post CHRISTI mortem amisit, & talis, ac multo peior reddita est, quam cum in AEgypto erat, & legem à Deo non acceperat, sicut & eidem prædixit Dominus Matth. 12. Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit, Reuertar in domũ

49 Rom. 9.

meam,

meam, vnde exiui, & veniens inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi; & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus: sic & erit generationi huic pessimę. Posita est quasi solitudo, quia dictũ est ei, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Nihil manet in ea, quod placeat, nihil germinat gratum, & pulchrum. Siti enecatur, quia nec libertate, nec sæculi bonis, quæ optabar, potitur, & sitim patitur magnam verbi Dei. Singulis sabbatis legit Moysem, & prophetas, & non intelligit: quærit in eis suum Messiam, & velamine ante oculos posito non videt: quærit promissiones suæ libertatis, & nunquam inuenit; semper enim seruit cum filijs suis, vt Agar. Et impletur in ea illud Hamos 8. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram: non famem panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Iam enim neque prophetas habent, neque intelligentiam verbi Dei. * Filiorum eius non miseretur, quos dispersos per nationes videmus, & abiectos, & alienis regibus seruientes. Et (vt ait Hiero.) quia Dei filium negauit eligens sibi Barabbam latronij, & seditionis autorem, & crucifigens filium Dei: propterea vsque hodie sequitur dæmones, & Dei beneficia ad illos refert, qui cultorum suorum animas perdiderũt. Commista est inter populos gentilium, & colit eorum idola, hoc est, eadem vitia, vt odium Christiani nominis, auaritiam, libidines, furta, rapinas, & inde se habere putat diuitias, quas nunc habet.

Matt. 23.

50

TROPOLOGIA.

In quam mala incidat anima propter peccatum.

Cõscientia pungens. 2. Mach. 3.

Hæc omnia non minus in animam conueniunt, quæ bonas olim cogitationes, & bona opera gignebat, cum fidem matrimonij Deo seruabat. Quæ merito postea ab ijsdem filijs suis iudicatur ex præcepto Domini & arguitur: cùm operum, quæ prius fecerat, & cogitationum veterum recordata stimulis quibusdam conscientiæ suæ pungitur videns qualis fuerit, & qualis sit. Tunc illi contingit, quod de sceleratissimo Antiocho scriptum est, Apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta. Et postea, Nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur manifestam Dei virtutem in semetipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent. Ita huiusmodi anima ad terrena deiecta vix ad bonũ mouet, nisi ab alijs quasi gestetur, & ex ea vermes, id est, rodẽtes, & cruciãtes cogitationes scaturiũt, à quibus accusatur violati matrimonij, & digna prorsus esse cõuincitur, quæ à Deo abijciatur. Et dicit cũ eodem Antiocho, In quãtam tribulationẽ deueni, & in quos fluctus tristitiæ, in qua nunc sum, quæ iucunda eram, & dilecta in potestate mea? * Eidẽ Deus per easdẽ cogitationes præcipit, vt peccare desinat, & à voluptate peccatorũ abstineat, alioqui fore, vt bonis à se acceptis spolietur, id est, virtutibus, & frequentatione sacramentorũ & bonis desiderijs, & ornamẽtis mirabilibus, & talis efficiatur, qualis erat in die natiuitatis suæ, id est, antequã à Deo vocaretur, cũ more gentiliũ viuebat, & ne Deũ quidẽ esse cogitabat. Quã vitæ conditionẽ mirifice Paulus describit Ephe. 4. Hoc igitur dico, & testificor in Dño vt iã non ambuletis, sicut & gentes ambulant in vanitate sensus sui tenebris obscuratũ habentes intellectũ, alienati à vita Dei per ignorantiã, quę est in illis propter cœcitatẽ cordis ipsorũ, qui desperãtes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationẽ immũditiæ omnis in auaritiã. Sitim eius quis verbis cõsequi possit? Non enim solũ sitit, cũ ijs caret, quæ appetit, sed etiã cũ abundat maxime, sicut testatus est Dñs, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterũ. * Est enim in nobis quoddã innatũ Dei desiderium, & quædã sitis, quã nisi Dei visione nullo modo explere ne sedare quidem possumus mediocriter in hac vita, nisi quãdam in nobis Dei participationẽ per gratiã habeamus. Itaq; quãuis diuitijs abũdemus, & honoribus, voluptatibus affluamus, semper sitire nos experimur, donec ad Deũ accedamus, & gratię eius cõpotes efficiamur. Ideo ad verba illa Dñs adiũxit, Qui autẽ biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternũ: sed aqua, quã ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ saliẽtis in vitã æternam. Et Isaias, Pro eo, quod vocaui, & nõ respõdistis; (non respõdet autẽ, qui curarũ huius sæculi, & voluptatũ strepitu, quasi Sirenũ cãtu obsurdescit;) locutus sum, & nõ audistis, & faciebatis malũ in oculis meis, & quæ nolui elegistis; propter hoc hæc dicit, Dominus Deus: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis: ecce serui mei bibent, & vos sitietis. Quare merito omnes, qui sedare sitim volũt ad CHRISTVM clamore magno vocat;

Sitis animę

Iohan. 4.

52

Isa. 65.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Omnes sitientes venite ad aquas. Et Iohannes apertius: In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat IESVS, & clamabat dicens. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluēt aquæ viuæ. Hoc autem dixit de Spiritu quē accepturi erant credentes in eum. * Quod si quando breuissima mora ita amatores sæculi abundare se credunt, vt sitis penitus restincta videatur, non ita est, sed somniant, quod vigilantes volebant, sicut ait Isaias, Et sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion, id est, qui siue doctrina, siue operibus CHRISTI, & Ecclesiæ sanctis moribus institutisque aduersantur. Cum euigilauerint, id est, cum ad se redierint, & recte perspexerint, qualia sint illa, quibus satiari se putabant, ardentior sitis sit, (vt ibidem ait Hieronym.) quæ cassa potione delusa est. Vide Salomonem vehementer sitientem, qui vt sitim depelleret, omnia, inquit, quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his, quæ præparaueram: & hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. Hoc faciebat somnians: sed quid ait euigilans? Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem. Credo sane, sed vidisti ne satietatem? Addit, Et afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. * Iam quales filios gignit hæc mater? filios fornicationum, quorum non misereatur Dominus, id est, opera pessima, & à Deo maxime abhorrentia, quæ iram Dei in se prouocent. Nec mirum tales esse filios, cum eorum mater perfricta fronte dicat; Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi. Hinc illæ lacrymæ, hæc malorum omnium origo, quod amatores suos anima sequi constituerit, non Deum: & cum egestatem suam videat, ac miseriam, non ad eum confugiat, à quo expleri, & leuari possit, sed ad amatores. In quo & appellatione, & re ipsa multum fallitur: non enim amatores habet, vt putat, sed amarissimos, crudelissimosq; lænones. Ij sunt, qui animam ad fornicationem alliciunt, & captam, atque deceptam peccatis omnibus exponunt, & quasi ad quæstum prostare iubent, id est, dæmones, & homines nequam eorum ministri, qui verbis, factisque instabiles animas corrumpunt. Ab his se habere putat omnia: quia diaboli arte seducta putat se, si ad Dei seruitutē redeat, pauperem vitam, & insuauem, & omnis voluptatis expertem acturam. * Panem sibi, & aquas ab illis pollicetur, quasi nullā deinceps famem, sitimue sentura sit, quę semper sine Deo esuriet ac sitiet: & lanam, & linū, quibus ea, quæ pudorem habent, contegat, quasi vero latere diu possit vitę turpitudo, quin se ipsa prodat. Eleganter Cicero de quodam improbo consule, qui multos externæ virtutis specie fefellerat, scripsit; Animus eius vultu, flagitia parietibus tegebantur: sed hæc obstructio nec diuturna est, nec obducta, ita vt curiosis oculis perspici non possit. Videbamus genus vitæ, desidiā, inertiam: inclusas eius libidines qui paulo propius accesserant, intuebantur: denique etiam sermonis ansas dabat, quibus reconditos eius sensus tenere possemus. Quare hæc, quæ se accepturam ab amatoribus suis putat, non accipiet, sed fallacia quædam eorum simulacra. Illa accipiet verius, quæ statim commemorat, oleum, & potum: potum, quo ebria fiat, & sui oblita iaceat, ac dormiat in peccatis, sitque omnibus risui, & contemptui: oleum, quo blande deliniatur, id est, adulationes peccatorum, quibus internum conscientiæ vulnus leniat, & voces accusantis non audiat, atque ita sibi in tantis malis placeat, & in maiora in dies præceps ruat. Hoc oleum Dauid vehemē ter respuebat, cum ait: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et iterum: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.

Iſa.55. Iohan.7. 53 Copia peccatoris quæ lis. Iſa.29. 55 In oratione pro P. Sestio. Eccle.2. 54 Opera peccatoris. Pſal.140. Pſal.54.

HISTORIA.

Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis. 56

Tu mihi quasi minaris, me spreto te ad amatores tuos iturā: sed frustra minaris: non poteris ire: obstruam vndique viam tuam spinis, ne possis ire (vt ait Hieronym.) quo desideras, & interponam maceriam, siue murum, & semitas tuas, quas crebro trieueras pede, non inuenies, ne apprehendas eos, quos tanto studio sequebaris, & rerum necessitate compulsa reuertaris ad virum tuum, &c. Quasi dicat, Tot, & tantis calamitatibus te affligam, vt nullo modo possis ad populos

Amatores animæ peccatricis.

amatores

amatores tuos transire. Quod impletum est, cum Chaldæi obsederunt Ierusalem à fine fere anni noni Sedeciæ vsque ad annū vndecimum, quo capta est. Transit autem à secunda persona ad tertiam, quod in prophetis frequens est; Sepiam viam tuam spinis; & deinde ad tertiam; & Sepiam eam maceria, &c.

Et sequetur amatores suos. Quomodo sequetur, si exire non potest via non tantum spinis obducta, sed etiam septa maceria? verbum, sequetur, magis affectum, & conatū indicat, quam profectum. Dixerat, Et semitas suas nō inueniet, quod est proprie quęrētis exire solicite, & ad alios festinare, & nūc hāc viam tentantis, nunc illam. Nūc ait, Sequetur amatores suos; quęret auxilium idolorum suorum; omni ratione etiam quæret cū illis, à quibus idola colere didicerat, fœdus, & amicitiam instaurare, vt sibi in tā tis malis opem ferant: sed frustra quæret, contemnetur ab illis, & repelletur. Chald. Et persequetur pacem cum populis amatoribus suis, sed ab illis minime obtinebit, &

57 quæret adiutorium, & non inueniet. * Legimus de Sedecia extremo rege Ierusalem 2. Paral. vlt. A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adhuc rauerat cum per Deū. De quo ita Iosephus 10. antiq. cap. 10. Cum per octo annos socius Babyloniorum fuisset, violato fœdere ad Ægyptios defecit, sperans, si cum illis vires coniūgerer, Babylonium necessario succumbere. Ægyptius autem audito in quibus angustijs esset Sedecias socius, assumpto valido exercitu Iudæam petijt, volens obsidionem soluere. At Babylonius intermissa obsidione obuiā illi profectus, vno prælio victum tota Syriā expulit. Secuta est igitur synagoga amatores suos, & non apprehendit. Et quidem cū à rege Nabuchodonosor Sedecias recessit, non dubium est, quin fœdere cum alijs nationibus initio fecerit, vt Iosephus ait: non enim aliter sperauerat se posse resistere Chaldæorum potentiæ. At exijsse tunc cū exercitu regem Ægypti non est probabile, sed metu Chaldæorum cōtinuisse se intra suos fines, nec voluisse cum tāto suo incommodo auxilium ferre Sedeciæ. Legimus enim 4. Reg. 24. Et dormiuit Ioacim cum patribus suis, & regnauit Ioachin filius eius pro eo. Et vltra non addit rex Ægypti, vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis à rino Ægypti vsque ad fluuium Euphratem omnia quæ fuerāt regis Ægypti. Repulsa est ergo synagoga ab amatoribus suis. In illa etiam decem, & octo mensium obsidione verisimile est perisse Ierusalem à finitimis gentibus auxilia contra Chaldæos, quæ tamen non impetrauit. Inde Item. Thren. 1. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Et ibidem, Vocaui amicos meos, ipsi decepe runt me. Recte igitur dicit: *Et q. & et eos, & non inueniet.*

Vadam & reuertar ad virum meum priorem. 58

Dum ipsa in illis calamitatibus amatores quærit, Deus semper ad benefaciendū procliuis, & promptus hoc quærit, vt redeat ad cor, & saltem miserijs edocta reuertatur ad virum suum priorem, & vel sero agnoscat quanto melius rebus suis consulat Deo adhærendo, quàm sequendo suos amatores. Hæc verba dixit synagoga cùm graui Babylonicæ captiuitatis iugo premebatur. De eo enim tempore ait Ieremias c. 29. Et inuocabitis me, & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam vos: quæretis me: & inuenietis, cum quęsieritis me in toto corde vestro: & inueniar à vobis, ait Dominus, & reducā captiuitatem vestram.

ALLEGORIA.

Hæc omnia, & multo grauiora videmus Iudæis euenisse obsessis à Romanis, & miserrime direptis. Lege Iosephi de bello Iudaico libros, præsertim quatuor posteriores. Sed illud: *Vadam, & reuertar ad virum meum priorem*, dixerunt quidem post illam vastitatem nonnulli, & vsque in hodiernū diem dicunt quidam, & ad Deū per CHRISTVM reuertuntur; plene tamen, atque integre vniuersa gens dicet in fine sæculi, vt cap. 3. videbimus.

TROPOLOGIA.

Eadem via errantes ad se animas quoti 59
die reuocat benignus Dominus, & patiēs, & præstabilis super malitia. Hieronymus: Ex quo intelligimus quod prouidentia Dei sæpe nobis accidant mala, ne habeamus ea quæ cupimus: & varijs calamitatibus huius sæculi, ac miserijs ad Dei seruitutem redire cogamur. Et paulo post; Per omnia enim flagella atque torméta eruditur Israel, &c. filius ille prodigus facta fame valida in regione illa cupiebat implere ventrem suum de siliquis, quas porci manducabant, & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit: Luc.15.

(vnde reuersus est in se? egestate, & fame pressus:) Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meũ, &c. Recte Dauid, Bonum mihi, quia humiliasti me; vt discam iustificationes tuas. Vide de horum propheræ verborum morali expositione elegãtem Gregorij locum 34. mor. c. 1. & hom. 36. in Euang. in illud: Exi in vias, & sepes, & compelle intrare.

Psalm.

HISTORIA.

60 *Et hæc nescivit, quia ego dedi ei.* Reuertitur ad id, quod cœperat, & quæritur quod tam stolida sit, vt quæ Dei dona erant, ab amatoribus suis se habere diceret, & tam ingrata, vt cum argenti, & auri copia ditata à Deo fuerit, ex eis idola fecerit Bahali. L x x. Ipsa autem argentea, & aurea fecit Bahali. Chal. Et argentum multiplicaui eis, ex quo idola confecerunt. Est ergo sensus: *Quæ fecerunt Bahal* hoc argentum, & aurum fabrefecerunt Bahali, idola videlicet ex eis faciendo. Bahal, quod sæpe in veteri testamento inuenimus, quid nam sit explicemus. Non nulli autores recentiores, & ante eos Theodoretus in Ierem. ca. 32. fere in medio, existimant generale hoc nomen esse, & omnibus dijs gentium æque conuenire, quoniam dicitur à בעל, quod verbum præesse, siue dominari significat. Quod ex eo cõfirmari potest, quod tam in hoc cap. quam in alijs scripturæ locis legimus plurali numero Bahalim. Immo & Seruius in illud 1. Ænei. *Quã Belus, & omne. - A Belo soliti. &c.* affirmat Bal lingua Punica Deum significare, quæ Hebraicæ valde affinis est. * At si scripturam, veterumque libros cõsulamus, non poterimus negare, quin certi alicuius idoli nomẽ sit. Vt Iud. 6. Numquid vltores estis Bahal? Et: Vlciscatur se de eo Bahal. Et 3. Reg. 18. Sacerdotes Bahal clamabant, Bahal exaudi nos. Quis dubitet his, & alijs multis locis Deum aliquem certum inuocari. Iosephus 9. antiq. c. 6. Iste Bahal (inquit) Tyriorum Deus erat, quem Achabus in gratiam Ithobalis Tyriorum, ac Sidoniorum regis soceri sui coluit, templo ei Samarię dedicato, & prophetis cum reliquo cultu assignatis. Hieronymus ait Deum esse Sidoniorum, siue (vt quidam rectius interpretãtur) Babyloniorum, ex quo & Bel dicitur. Et paulo post in illa verba: Et erit in die illa, ait Dominus, &c. autor est Ninum qui primus regnauit in Asia, & vrbem sui nominis condidit, quæ Ninus, aut Niniue dicta est, patrem fuisse Beli, maritumque Semiramis, quæ muris cinxit Babylonem. Hic (inquit) aduersus Zoroastrem magum regem Bactrianorum forti certamine dimicauit, & in tantam peruenit gloriam, vt patrem suũ Belum referret in Deum, qui Hebraice dicitur בל & in multis prophetis, maximeq; in Daniele, & iuxta Theodotionẽ, sub idolo Babylonis hoc appellatur nomine. Hũc Sidonij, & Phœnices appellant בעל. Eadẽ enim inter ב, & ל literas consonantes ע vocalis litera ponitur, quæ iuxta linguæ illius proprietatem nunc Behel, nunc Bahal legitur. Vnde & Dido Sidonia regij generis, cum Æneam suscepisset hospitio, hac patera Ioui vina delibat, qua Belus, & omnes a Belo soliti. * Hæc Hiero. Alludit autem ad illud Virgilij.

Bahal.

62 *Hic regina grauem gemmis, auroq; poposcit,*
Impleuitq; mero pateram, quam Belus, & omnes
1. Æneid. *A Belo soliti.*

Paulo antequam ad horum versuum interpretationem Seruius accedat, dicit Belum patrem Didonis Assyrium fuisse ex primi illius Beli genere. Deinde vbi ad illud venit, Quam Belus, & omnes, &c. hæc scribit. Belus primus rex Assyriorum, quos constat Saturnum, (quem & Solem dicunt) Iunonemque coluisse: quæ numina etiam apud Afros postea culta sunt: Vnde & lingua Punica Bal Deus dicitur. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione & Saturnus, & Sol. Hinc constat Bahalem & Deum esse Sidoniorum ac Tyriorum vt Iosephus vult, & Babyloniorũ, vt scripsit Hieronymus. Sed dixit: Siue (vt quidam rectius interpretantur) Babyloniorum, quoniam à Babylonijs accepere Sidonij, vt subindicauit Seruius: nam Sidoniorum etiam fuisse ex verbis iam positis Hieronymi liquet: idemq; in illud Hos. 8. Proiectus est vitulus, ait Israel accepisse à Sidonijs Bahal, & Hastaroth, quod etiam Seruius tradit. Belum apud Syrios dici Saturnum docet & Suidas, & Eusebius lib. 9. de præparat. Euangel. cap. 4. & Hieronym. in illud Isai. 46. Confractus est Bel, ait, quem Græci Belum, id est, Saturnum vocant.

61

62

63

* At Berosus Chaldæus (Si quis modo hunc autorem recipit, quem protulit Iohannes Annius) li. 5. antiquitatum autor est primũ

Babyloniorum regem fuisse Saturnum, qui à diluuio anno centesimo trigesimo primo regnare cœpit: secundum fuisse eius filiũ Iouem Belum, cui successit filius Ninus, qui primus omnium templum Belo patri, & matri Iunoni, & Rheæ auiæ statuas in medio Babylonis erexit. Cui assentitur Augu. qui in quæstioni. super librum Iudic. q. 16. ait, Solet dici Bahal nomen esse apud gentes illarum partium Iouis, sicut Hastarte Iunonis. Siue igitur sit Saturnus Bahal, siue sit Iuppiter, constat ex his autoribus vnum certumque Deum fuisse. Quomodo ergo si vnus est, plurali numero legimus Bahalim? nam hoc eos mouisse videtur maxime, qui generale nomen esse dixerunt. Ad hoc respondet hic glossa: Quia vero Bahal in multis locis colebatur, ideo Bahalim pluraliter enumeratur. Sed referam Augustini verba q. 16. in lib. Iudic. in illud Iudic. 2. Et seruierunt Bahal, & Hastartibus. Ita enim legunt Lxx. καὶ ταῖς ἀσταρταις. * Solet (inquit) dici Bahal nomen esse apud gentes illarum partium Iouis, Hastarte autem Iunonis, quod lingua Punica putatur ostendere. Nã Bahal Punici videntur dicere Dominum. Vnde Bahalsamen, quasi Dominum cæli intelliguntur dicere: Samen quippe apud eos cæli appellantur. Iuno autem sine dubitatione ab illis Hastarte vocatur. Et quoniã istæ linguæ (scilicet Hebraica, & Punica) nõ multum inter se differunt: merito creditur de filijs Israel hoc dicere scriptura, quod Bahal seruierunt, & Hastartibus, quia Ioui, & Iunonibus. Nec mouere debet, quod non dixit Hastarti, id est, Iunoni, sed tanquam multæ sint Iunones, pluraliter hoc nomen posuit. Ad simulacrorum enim multitudinem referri voluit intellectum, quoniam vnumquodque Iunonis simulacrum Iuno vocabatur, ac per hoc tot Iunones, quot sunt simulacra, intelligi voluit. Varietatis autem causa existimo Iouem singulariter, Iunonem pluraliter commemorare voluisse. Nam eadem causa plurium simulacrorũ etiam Iones pluraliter dici possent. Hoc autem, id est, nomine plurali Iunones in Græcis secundum Lxx. reperimus in Latinis autem singulariter erat. Quorum in illo, qui non habebat Lxx. interpretationem, sed ex Hebræo erat, Hastaroth legimus, nec Bahal, sed Bahalim. Hæc August. ex quo satis, ac super quæstioni satis fit. * Videmus etiã, vbi nos habemus, Et seruierunt Bahal, & Hastaroth, ipsum in nostra translatione legisse Bahalim, vt nonnulli codices hodie habent. Sed quamuis in Heb. sit, Bahal, nihil refert, cum cap. 3. & 10. legamus Bahalim, & Hastaroth, & 1. Reg. 7. & alibi sæpe. Nec dubium est recte vertisse Lxx. καὶ ταῖς ἀσταρταις, id est, Et Hastartibus, vt erat in codice Augustini: quoniam Hastaroth, quod toties legimus, pluralis numeri est, atq; ita pluraliter vertunt Lxx. & Chaldæus. Singularis est עַשְׁתָּרֹת Hastóreth, vt 4. Reg. 23. quæ ædificauerat Salomon rex Israel Hastoreth idolo Sidoniorum: ita enim legendũ est, vt & in Hebræo legitur, siue Hastartes, non Hastaroth, Lxx. τῇ ἀσταρτη. Quod ex eo plane intelligitur, quod 3. Reg. 11. vbi hæc Salomonis impietas narrata est, legimus, Sed colebat Salomon Hastartem Deum Sidoniorum, vbi similiter in Hebr. est Hastóreth. Quare cum 1. Reg. vlt. legimus, Et posuerunt arma eius in templo Hastaroth, quoniam in Heb. etiam eodem modo est, intelligemus iuxta superiorem Augustini doctrinam vnius Hastartes plura simulacra in templo illo fuisse, ideoque Iosephus li. 6. anti. cap. vlt. Singulariter dixit: Quorum arma in templo Hastartes dedicauerũt. Lxx. εἰς τὸ ἀσταρτιον, id est, ad Hastartes templũ. Ita Plutar. in problematibus Romanorũ, Artemisia vocat tẽpla Artemidis, id est, Dianæ. Et Cice. in tertia oratione in Verrem, Dianium esse dicit in Hispania, id est, templũ Dianæ. * Eadem ratione Bahal à locis diuersis, vbi templis erectis colebatur, diuersa nomina habebat: sicut apud Christianos (si modo in vanis licet exemplis vti religiosis.) beatissima VIRGO nunc Lauretana inuocatur, nunc à Monteserrato; nunc ab Amne lupi, aut à Rupe Gallica cognomen accipit. Vt Behelphegor Nume. 25. dicitur, quod coleretur in monte Phegor, cuius meminit scriptura Nume. 23. Et ab Accaronitis Behelzebub vocatur 4. Reg. 1. à muscis, quæ ad multitudinem sacrificiorũ aduolabant. Quare vt illi supremum deum Behelzebub vocabant: ita Iudæi in eorum odium maximum dæmonum eodem nomine significabant. Luc. 11. In Behelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. Nec mirum est idolum Assyriorum tot in locis cultum esse: cùm enim Assyriorum monarchia prima fuerit, & magna; facile in suorum deorum cultum alias nationes adduxere. Inde Nahum cap. 3. de Niniue

Hastarte, Hastaroth. 64

65

66

Behelphegor.

Behelzebub.

metropoli Assyriorum, & idololatriæ magistra scriptum est: Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis. Postremo quod tam hic, quam Iud. 2. apud Lxx. legitur τῇ Βααλ, vitiose scriptum est, vt notat Hieronym. inferius in illud: Et visitabo super eam dies Bahalim. Sẽper enim Lxx. masculinum articulum huic nomini tribuunt, vt 3. Reg. 18. & alijs in locis. Hæc fusius dicere volui, vt multi scripturæ loci semel explicarentur.

67 *Idcirco conuertar & sumam frumentũ meum in tempore suo.* Conuertam me ad ipsam, cuius iam oblitus videbar supplicium differendo, & auferam ei omnia, quæ se ab amatoribus suis accepisse prædicabat, vt re ipsa experiatur mea esse, & quę ex copia datorem non senserat, sentiat ex penuria. Sed tunc auferam, cum auferri sit illi molestissimum, hoc est, tempore suo, videlicet frugum, & fructuum, cum iam matura sunt, & colligere, atque in domum inferre volet.

Et liberabo lanam meam. Eleganter hoc dictum est Hebraicè הַצָּלְתִּי, quod verbum proprie dicitur, cum ea tollimus, quæ iniquè, & contra fas ab alio tenebantur, vt Genes. 31. Iacob, cui merces magnorum laborum à Laban nulla reddebatur, ait: Tulitq; Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi. Et ibidem. Sed Deus tulit opes patris nostri, & tradidit nobis. Exod. 3. Et spoliabitis Ægyptum. Quibus locis pro, Tulit, & Spoliabitis, est in Hebr. hoc verbũ. Ex quo cernitur Hebræos non aliena sed sua cepisse, quæ scilicet sibi Ægyptij pro labore manuum debebant. Vnde eleganter Sap. 10. de eisdem dicitur: Et reddidit iustis mercedem laborum suorum. Quod etiam sensit Epiphanius in Anchorato. Sed non minus eleganter, & proprie reddidit Hieronym. Liberabo lanam meam. Quod enim inique tenetur, & possidetur, videtur grauari, & affligi; ideo cùm aufertur, dicitur liberari. Vnde Paulus Roman. 8. de creaturis, quæ malis hominibus quasi inuitæ seruiunt, ait: Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, &c. Sic lana, & linum liberantur, quæ quasi inuitæ cogebantur seruire ingratis, & impijs hominibus.

Liberare.

68 *Quæ operiebant ignominiam eius.* Quibus velabatur, ne nuda turpi videretur, quod ipsi esset ignominiæ. Nam pro ignominia est עֶרְוָה, quod non mẽbrum aliquod corporis, sed nuditatem significat, quæ causa est ignominiæ & pudoris, ab עָרָה, quod est nudauit, solerque verti ab Hierony. Turpitudo. Inde toties Leu. 18. reuelare turpitudinẽ, id est, nudare corpus alicuius. Quod præcipue refertur ad eas corporis partes, quæ nudatæ maiorem pudorem afferunt, vt Genes. 9. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, pro עֶרְוָה dixit, verenda esse nudata. Lxx. cùm vidisset nuditatem patris. Rursus hæc nudatio ponitur more scripturæ pro libidine, quæ nudationem cõsequitur, vt Iudith. 9. Et denudauerunt femur virginis in confusionem. Quare cum prohibetur reuelatio turpitudinis, inhonestus, & illegitimus concubitus prohibetur quærente semper scriptura à turpibus vocabulis abstinere.

Reuelare turpitudinem.

Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius. Non de nuditate corporis loquitur; non est enim hic עֶרְוָה, id est, nuditas, aut turpitudo, siue ignominia, sed נְבָלוּת, id est, stultitia. Vnde 1. Reg. 25. dictum est: Neponat, oro, Dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal; quoniam secundum nomen suum stultus est. Et Psal. 13. Dixit Nabal (id est, insipiens) in corde suo, non est Deus. Hoc ergo ait: Cum eam omnibus bonis, quæ dederam, spoliauero, ipsi eius amatores ridebunt eam, & stultissimam esse confitebuntur, quod cupiditate ducta tam potentem, & beneficum Dominum offenderit, à quo tanta bona acceperat, & sine quo accepta seruare non poterat. Atque ita exposuit Ruffinus Thren. 1. Omnes, qui glorificabant eam, spreuerunt illam; quia viderunt ignominiam eius.

69 *Et vir non eruet eam de manu mea.* Ruffinus, Id est, nullus erit principũ, quorum est secuta profanitatem, qui possit eam à mea indignatione defendere, &c. Videbunt eã amatores affligi grauiter à me, neque tamen eã liberare poterunt, & si maxime vellẽt. Hoc res ipsa ostendit. Nam rex Ægypti à Sedecia inuocatus non est ausus illi opem ferre contra Chaldæos, vt ostendimus n. 57.

Et cessare faciam omne gaudium eius. Ducetur ad Chaldęos, vbi sollennitates suas, quibus plurimum lætabatur, nequaquam celebrare poterit. Sollennitates intelligit Hieronym. Paschæ, Pentecostes, & Tabernaculorum,

Neomenia culorum, quæ celebriores erant, ceteras autem festiuitates festa tempora vocat. Neomenia est festiuitas primi diei mẽsis, quam Calendas sæpe vocat interpres, de qua Numer. 28. Hoc est, quod postea fecit Ieremias Thren. 1. Viæ Sion lugent eo quod nõ sint, qui veniant ad sollennitatem. Et: Viderunt eã hostes, & deriserunt sabbata eius.

70 *Et corrumpam vineam eius.* Non solum fructibus agrorum priuabũtur; sed ipsis etiam agris, qui à Chaldæis vastabuntur, vt solet in obsidione fieri. Hieronymus. in vinea lætitiam, in ficu suauitatem, & dulcedinem intellige, quæ auferentur grauissimæ seruitutis malis, &c. Id autem faciam, quoniam quæ mea dona erant, amatorum suorum esse impudenter mentita est.

Et ponam ea in saltum, &c. Vitiose legitur eam, vt ex Hebræo, & Chaldæo, & Græco manifestum est, legique debet, Et ponam ea in saltum, & comedet ea bestia agri. Ea autem intelligit vineam, & ficum. Id est, ita omnia vastabuntur, vt iam non habeat terra aut vites, aut arbores fructiferas, sed in saltum, & in syluam versa sit. Et (vt ait Hiero.) quia semel metaphoram à syluis ceperat, finit in reliquo, vt hostes à quibus deuoranda sunt omnia, bestias nuncupet. Ruffinus, Permittam vt hostili consumatur incursu, sicque nullo meæ dispositionis muniatur obiectu, sicut nec saltus, nec lustra laboratis sepibus claudit agricola.

Et visitabo super eam dies Bahalim. Hæc faciam vt supplicium sumã de omnibus, quæ fecit eo tempore, quo colebat Bahalim. Ita Theophyl. & alij. Sed Hieronym. ita quoq;: In ipsis sollennitatibus, quibus incendebat thura dæmonibus, visitabitur in plagis, & corripietur in pœnis.

Quibus ornabatur in aure sua. Hieronymus: Seruat personam meretricis, quæ auro ornatur, & gemmis, vt placeat amatoribus suis: quidquid pulchritudinis non habet per naturam, arte cõquirit. Lyranus. Ad reuerentiam enim idolorum ornabant se habitatores Ierusalem, sicut Catholici in festis sanctorum. Ita etiam Theophyl. Ex his reliquum ornatum significat, vt ex parte totum.

ALLEGORIA.

71 Hæc omnia infelix Iudæa post passionẽ Domini perpessa est. Non agnouit bonorum suorum autorem CHRISTVM: omnia enim bona, quæ acceperat, ideo accepe rat, quia ex eo populo nasciturus erat CHRISTVS, & per illum acceperat. In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mũdus eum nõ cognouit. Vt merito per Isaiã queratur Dominus. Filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem non cognouit, & populus meus non intellexit. Quia igitur bonorum suorum ignorans autorem, omnia vertit in cultũ Bahalis, id est, omnibus Dei donis abusa est ad superbiam, & diuitias, & voluptates, propter quæ CHRISTVM recipere noluit, merito non solum bonis spiritualibus spoliata est, vt ante diximus, sed illis etiam, quæ maxime diligebat, id est, temporalibus, & venerunt Romani, & sustulerunt gentem eorum, & locum; & terra pulcherrima versa est in solitudinem, & tanta passa est obsidentibus vrbem Romanis, quanta nec in vlla historia leguntur, nec credi poterunt. Reuelata quoque est omnis eius turpitudo, (vt ait Hierony.) in oculis gentium, & nullus eam eruere potuit de manibus Dei. Cessauerunt omnes ceremoniæ, in luctum est versa festiuitas. Deuorauerunt eam primum Assyrij, atque Chaldæi, Medi, & Persæ, & Macedones; ad extremum sæuissima lacerauit bestia Romanorum imperium: cuius in Daniele nomen tacetur, vt maior formido ijs, qui deuorandi sunt, augeatur. Atque ita pœnas Deo dedit dierum Bahalim, quibus CHRISTI ad se missi oblita est, & auaritiam, superbiamque consectata.

Iohann. 1

Isa. 1.

Dan. 7.

TROPOLOGIA.

Summa stultitia est, eademque malorũ omnium origo, cum anima multis donis à Deo ornata ita eius obliuiscitur, aut ita sibi placet, ac si bona illa nequaquam à Deo accepisset. Quare cum indignatione, & conquestione quadem Dominus loquitur: *Et hæc nescierunt, quia ego dedi ei frumentum, & vinũ, & oleum, &c.* Frumentum à Domino accipimus (ait Gregor. in 3. p. past. admonit. 25.) quando in dictis obscurioribus subducto tegmine literæ per medullam spiritus legis interna sentimus. Vinum, cum scripturæ suæ alta prædicatione nos inebriat. Oleum, cum præceptis apertioribus vitam nostrã blanda lenitate disponit. Argentum multiplicat, cum nobis luce veritatis plena eloquia subministrat. Auro quoque nos ditat, quando cor nostrum intellectu summi ful

72

Frumentũ.

Vinum.

Oleum.

Argentum

Aurum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

geris irradiat. Origen. quoque homil. 2. in Cant. versus finem, docet in scriptura mystice auro sensum, intellectumque significari, argento vero verbum & eloquia. Cũ igitur mentis acumine, atq; eloquentia, & rerum cognitione abutimur ad superbiã, & ad opes, atq; voluptates, & honores inanes sæculi, neque ea in Dei honorem, & in fratrum vtilitatem conuertimus: tunc vere Dei dona offerimus idolis, & ex argento, atque auro eius conficimus Bahali simulacra. Origen. loco indicato ita hæc exponit: Dedi vobis sensum, & rationem, qua me Deum & sentire possetis, & colere: vos autem sensum, & rationem, quæ in vobis est, ad colenda dæmonia transtulistis, &c.

73 * De eodem Dominus Ezec. 7. Et ornamẽtum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulacrorum fecerunt ex eo. Hieronym. ibidem, Quæ ego dederam in ornamentum possidentium, atque diuitias, illi verterunt in superbiam: vt de quibus poterant per eleemosynas, & bona opera suam animam liberare, ex illis haberent materiã arrogantię. Ideo Deus sæpe hęc aufert, sicut ait: *Ideo reuertar, & sumam frumentum meum, &c.* aut certe sic relinquit, vt non vtilitatem habenti afferant, sed damnum maximum, quod re vera auferre est. Recteque in Ezeciele sequitur: Propter hoc dedi eis illud in immunditiam, & dabo illud in manus alienorum, & impijs terræ in prædam, & contaminabunt illud. Quod sane fit cum donorum istorum abusu per superbiam, & alia peccata magis anima inquinatur, & dantur nostræ diuitiæ in manus dæmonum, vt eis vtãtur pro libito, & impijs terræ, id est, vitijs, & peccatis, quæ illa contaminant. Quod si de his hęc verè dicuntur, quid de spiritualibus bonis dicemus? *Tunc cessare facit Dominus sollemnitates, & neomenias, & tempora festa, & sabbata*, id est, quietem, quia perturbata anima varijs desiderijs, illisque quasi ventis in altissimum pelagus sæcularium curarum impulsa, atque iactata, vera, interna q; gaudia amittit, de quibus scriptum est: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te? Perfecisti eis, qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Et ei dicitur: Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meã.

74 * Non enim relinquitur sabbatismus, nisi populo Dei. Tunc non solum fructu bonorum suorum priuabitur, sed etiam *Terra ipsa, & ficus corrumpetur*. Nam vsu libidinũ, & vitiorum mentis acies retunditur, & hebetatur. Aut certe vineam & ficum habitus moralium virtutũ interpretari possumus, qui peccatorum multitudine corrumpuntur. Denique *Visitabit Dominus super eam dies Bahalim*, & hac tanta iactura vindicabit prę terita peccata, cum Dei obliuisceb atur, & omni studio se comparabat, vt hominibus placeret. Illud non prætcribo solere Dominũ visitare hosce dies Bahalim, etiam postquam anima conuersa est, & memoriã Bahalim penitus abijcere studet, ac Deo placere. Nam etiam si blande redeuntem excipit, tamen non continuo ad conuictum familiarem admittit, donec visitentur super eam dies Bahalim. Sæpe enim fit, vt ardenter ad creaturas conuertamur, & cum ad creatorem reuertimur, tepide, remisseque reuertamur. Atque ita reuersa anima cupit in spõsi amplexus recipi, abiecta prorsus priorum peccatorum memoria, quasi tori fidem nunquam violasset. At non ita facit Dominus, quia ita facere minime expedit. Hinc mirantur multi cum ad orandum, ac meditandum secedunt, non exardescere ignẽ caritatis in meditatione sua, nec quidquam commoueri se à Deo, vt nullam ex oratione vtilitatem sibi percipere videantur.

75 * Sæpe & impatientia, & indignatio exoritur, & Deo quodammodo dicunt, Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Aut illud: Et quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituũ? Visitantur dies Bahalim, peccata non satis defleta puniuntur. Ecce (inquit Dauid) placatus feci verbum tuum: Vade ergo, & reuoca puerum Absalom. Surrexit ergo Ioab, & abijt in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem. Dixit autem rex: Reuertatur in domum suam, & faciem meam nõ videat. Reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit. Interea reputet secum anima, quam indigna sit familiaritate, quam petit: reprehendat se ipsam, quod tam parum culpam suam defleuerit, tam tepide ad Deum redierit, & dicat: Pater peccaui in cælũ, & coram te: iã non sum dignus vocari filius tuus. fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. Recumbat in nouissimo lo-

Isa. 58. Mal. 3.

1. Reg. 14.

Psal. 30.

Psal. 94. Hebr. 4.

Luc. 15.

Luc 14.

mo loco, vt veniat qui inuitauit, & dicat: Amice ascẽde superius. Lege de hac re Bernardi 3. & 4. sermonem in Cantic. qui te & vtilitate, & voluptate complebunt: ego, ne

76 longior sim pauca ex tertio afferam. * Non temere assurgat ad os sereniss imi sponsi, sed ad pedes seueriss imi Domini mecum pauida iaceat, & cum publicano terram tremens non cælum aspiciat: ne confusa in luminaribus cæli facies assueta tenebris opprimatur à gloria, atque insolitis reuerberata splendoribus maiestatis, densioris rursus cæcitate caliginis obuoluatur. Et postea: Nolo repente fieri summus: paulatim proficere volo. Quantum displicet Deo impudentia peccatoris, tantum pœnitentis verecundia placet. Citius placas eum, si mensuram tuam seruaueris, & altiora te non quæsieris. Longus saltus, & arduus est de pede ad os, sed neque accessus cõueniens. Quid enim? Recenti adhuc respersus puluere ora sacra continges? Heri de luto tractus, hodie vultui gloriæ præsenteris? Per manum tibi trãsitus sit. Illa prius te tergat. Illa te erigat. Quomodo erigat? Dando vnde præsumas. Quid istud? Decor continentiæ, & digni pœnitentiæ fructus, quæ sunt opera pietatis. Hæc te de stercore etigent in spem audẽdi potiora. Hæc Bernardus. Sed, quę ego breuitatis causa omitto, lector ne omittat: sunt enim elegantissima.

LITERALIS EXPOSITIO coniuncta cum spirituali vsque ad finem capitis.

77 *Propter hoc ecce ego lactabo eam.* Enumerauit hactenus mala, quæ culpa sua perpessura erat synagoga nunc bona enumerat, quæ Dei misericordia consecutura erat CHRISTO in terras veniente, & per se, perque discipulos suos docente. Animaduertat autem prudẽs lector, quæ deinceps hoc capite continentur, cum omnia de Euangelij tempore dicantur, allegoricũ sensum non habere: deinde quæ de synagoga, quasi de muliere vna scribuntur, facile esse eadem ad animam per tropologiam accommodare. Quare simul omnia, & vnico fere sensu exponere sat erit. Scio nõ paucos hęc exponere de reditu Iudæorum e captiuitate Babylonica: neque enim vnus R. Salomõ à Lyrano citatus ita intellexit, sed eum nonnulli Christiani sequuntur, vt idem ait, & Rufinus ita exposuit, & Theophyl. & Theodoretus, quamuis de CHRISTI quo que tempore interpretatus est Theophyl. sed mysticum cum sensum putasse videtur, quod ex Theodoreto intelligere licet, qui in fine cap. affirmat hæc, & sequentia impleta esse sub Zorobabele, sed mystice in CHRISTO. At sensum ipsum historicũ de tempore Euangelij esse, prętereaquã quod Hieronym. & Cyrillus, & multo plures autores docent, ex verbis vltimis capitis à Paulo explicatis apertissimum est. Immo & cetera omnia tantæ maiestatis sunt, & tanti splendoris, vt ea tempus illud libertatis Babylonicæ, & res, quas tunc habebant, tenues nequaquã capere possint. * Sed quæret forte quispiam, cur cùm scelera commemorarit, nunc in tantæ fœlicitatis promissione dicat: *Propter hoc ecce ego lactabo eam?* Num tanta scelera felicitatem meruere, ac non potius æterna supplicia? Verum id quidem. Sed tanta est Dei misericordia, vt, quæ ad iram, & pœnas prouocarent alios, ijs ad commiserationem, & ad opem tantis malis ferendam excitetur maxime. Quẽad modum pater, aut medicus, ac multo magis si idem & pater, & medicus sit, quo magis maledictis, & probris à phrenetico filio lacessitur; eo magis illi illacrymat, & ad misericordiam, ad medendumque commouetur, quia morbi magnitudinem magis videt. Tale est illud Psalm. 11. Propter miseriam inopum, & gemitum paupertũ nunc exurgam dicit Dominus. Vereque Habacuc cecinit: Cũ iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Lactare hoc loco significat decipere. Et hoc verbum iuxta significationem suã multos decepit, in quibus Rupertum, & Ruffinum, quod equidem miror, cũ Græcæ linguæ satis peritus fuerit, & è Græco verbo potuerit intelligere quid valeret Latinum. Iam pridem cœperam mihi persuadere hæc in tres prophetas commentaria non esse Ruffini illius, qui in Hieronymũ scripsit impar congressus Achilli: quod vtriusque operis stylus plane sit dissimilis: & nunc ex hac eius interpretatione magis intelligo. Lactatio (inquit) cibum mannæ videtur ostendere, à lactis videlicet similitudine vt arbitror. Accedit, quod Gennadius eius, vt apparet, valde studiosus, qui reliqua opuscula diligenter enumerauit, de commentarijs in prophetas verbũ fecit nullũ.

79 * Sed ad rẽ. Existimauerunt autores hi à lacte hoc verbum deduci, matrumque esse lac præbentium infantibus. At duo verba

Habac. 3.

Cõmentaria Ruffini in prophetas.

Lacto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt literis eadem, significatione longe diuersa. Quod ipsi putant à lacte cadit, & Græce παρὰ τὸ γάλα dicitur, sed ad hunc locum non pertinet. Alterum Græce ἀπατῶ, ἀπατῶ, id est, decipio, de quo nunc sermo est, à verbo antiquo, lacio, de quo ita Sextus Pompeius lib. 10. Lacit, in fraudem inducit. Inde est allicere, & lacessere. Inde lactat, illectat, delectat, oblectat. Idem sentit Nonius Marcellus in lib. de proprietate sermonũ. Hinc illud Terentij in Andria: Nonne tibi satis esse hoc visum solidum gaudium, nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres? Ibidem: Solicitando, & pollicitãdo eorum animos lactas. Hebraice הָתָה, quo verbo hic vtitur scriptura, & multis alijs in locis, vt Prouer. 1. Si te lactauerint peccatores, (id est, decipere voluerint) ne acquiescas eis. Et cap. 16. Vir iniquus lactat amicũ suum. Iob. 31. Si deceptum est cor meum super mulierem. Et ibidem: Si vidi solem, cum fulgeret, & lunam incedentem clare: & lactatum est in abscondito cor meum. Vbi vitiose legitur, lætatum: videlicet librarij ex c, fecerunt e, & pro lactatum, scripsere lætatum, Hebr. est ibi וַיִּפְתְּ & apud Lxx. ἀπατήθη, deceptum est, lactatum est Hos. 7. Factus est Ephraim quasi columba seducta, vbi Hieron. Quod Hebraice פֹּתָה ab Aquila, & Symmacho δελεαζόμενη, ἠπατημένη, id est, lactata, siue decepta, &c. Hinc פֶּתִי vel פֹּתִי dicitur, qui facile decipitur. * Pro quo solet Hieronym. vertere, Paruulus, Innocẽs, Stultus. Iob. 5. Paruulum occidit inuidia. Psalm. 18. Sapientiam præstans paruulis, id est, sapientes effecit lex Dei eos, qui poterant alioqui facile decipi. Prouer. 1. Vsquequo paruuli diligitis infantiam? Et cap. 14. Innocens credit omni verbo. Et 19. Pestilente flagellaro stultus sapientior erit. Igitur vbi nos habemus, Lactabo eã Lxx. πλανήσω αὐτήν. Leo Iudas non ineleganter: Pelliciam eam verbis. Hoc Deus fecit per prædicationem Euangelij, & per internam locutionem, qua ita animam inescat, & blãde allicit, vt vltro omnia conténat, & Deo se totam dedat. Meraphora igitur deceptionis à sermone vulgi defumpta est, quod cum videt diuitem bona sua distribuere pauperibus, & à delicijs ad ieiunia, & ad austeritatem transire, idque nulla spe boni lucralis, quasi deceptum eum putat, & vocat. Si qui multis imperabat, omnibus se subijciat in religione, si pulcherrima virgo, & nobilissima parentes, patrimoniumque amplissimum, & sponsum paratum, & purpuram, aurum, gemmasque contemnat, vt CHRISTO seruiat; insanire vulgus putat, & deceptos ab alijs dicit. Ita lactatus erat ille, qui dixit: Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Et qui ait: Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiã IESV CHRISTI Domini mei: propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt CHRISTVM lucrifaciam. Ita Iudæi, qui tũc conuersi sunt, desipere, & decipi infidelibus videbantur, quod lege patrum suorum relicta, CHRISTI humilitatem, & paupertatem, & ærumnas sequerentur, multaque à suis paterentur. Quod illi fecerunt Deo intus loquente, & ad æterna bona inuitante. Et hoc est quod ait: *Ecce ego lactabo eam.* De quo nos recte poterimus dicere illud: Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.

Locus Iob restitutus.

80 Paruulus. Innocens. Stultus.

Psal. 72.

Philip. 3.

Psal. 16.

Et ducam eam in solitudinem. Omnino in his bonis alludit ad bona, quæ idem populus accepit, cùm ex Ægypto eductus est, & per desertum in terram promissionis iter faciebat. Tunc quoque lactauit synagogã, cum illam permouit vt Moysi, & Aharoni crederet, & domos, possessiones, deliciasq; ciborum relinqueret, & in desertum prodire, ac terram, quam nũquam viderat, quærere per tot labores, statueret. Sed vt tunc populum suũ ab Ægyptijs separauit, apud quos natus fuerat: ita per Euangelium credentes secreuit à populo infideli, & adduxit in Ecclesiam. Illic aluit eos pane cœlesti, & mirabiliter seruauit: hic alit pretiosissimo corpore, & sanguine Filij sui, & ab impugnationibus diaboli potenter eripit. Plus itaque promittere vult, quam verba præferunt, ac si diceret: Præstabo eis omnia, quæ prius in solitudine deserti præstiti. Chaldæus: Faciam cum illis miracula, qualia feci in deserto. * Sed cur Ecclesiam solitudinis vocabulo intelligit? Quod locus sit ab Ægyptijs, id est, ab infidelibus seiunctus, quod in ea multi sint ferendi labores, vt in veram terram promissionis ingrediamur; quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei: denique quod Ecclesia locus sit aptus & ab infidelis vitæ tumultibus alienus, in quo Deus animã alloquili-

81

82

83

bere

bere queat. Quare cũ dicit: *Ducam eam in solitudinem*, id mihi videtur dicere: Segregabo illam ab amatoribus suis, & ab illis omnibus, qui sermoni, & persuasioni meæ obstare poterãt. Ita enim solemus ijs seorsum loqui, quibus persuadere aliquid volumus, ne alij, si adsint, nobis impedimẽto sint. Intellige autẽ has promissiones partim ad Dñi, & apostolorũ prædicationẽ impleras, partim quotidie impleri in ijs, qui ex circumcisione conuertuntur; sed integre in fine sæculi implendas, cum vniuersi Iudæi cõuertentur: quod tanquã perpetuũ documentũ habeamus ad oẽs prophetarum promissiones de cõuersione Iudæorũ. * Ijsdẽ gradibus deducit Deus eos, qui vere dicere possũt: Animã meã conuertit. Lactat eos, quo modo diximus, deindẽ educit in solitudinẽ, vt Loth, & filias Sodomis eduxit. Intẽ vociferatur: Saluamini à generatione ista praua. Surgite, & egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatẽ hanc, aiebat Loth generis suis, & visus est eis quasi ludens loqui. Tale est iudicium hominum, qui nesciunt ea, quæ sunt Dei. Stultum putant voluptates sæculi relinquere, & è ciuitate sua peritura exire. Cumque esset mane cogebant eum angeli dicentes: Surge, &c. ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Recte mane: iam enim diuina lux mẽtem illam illustrauerat. Sed cogebant, inquit. Et si scelera ei Sodomorum displicebãt, tamen ægre sedes suas relinquebat, cogẽdus ab angelis fuit. Quoties hominem, quem amat, & quem iam veritatis luce perfudit, assiduis hortationibus hæsitantem, & morantem, quasi cogit Deus, vt exeat, & in tuto se colloceet? Non placent ei peccata mundi, & adhuc placẽt mundus. Sequitur: Dissimulante illo, apprehenderunt manus eius, eo quod Dominus parceret illi. Dissimulat, quasi Dei vocem non audiat: sed quia Dominus eum amat, apprehendit manum dissimulantis, & quasi inuitum extrahit, timore aliquo immisso, vel mortis vicinæ, vel gehennæ, vel magnã spe, vel pudore resistendi. Eduxerunt que eum, & posuerũt extra ciuitatem, ibiq; locuti sunt ad eum, dicẽtes: Salua animam tuam: noli respicere post tergum, neque stes in omni circa regione, sed in montẽ saluum te fac, id est, defere sæculum, & fuge loca vicina Sodomis, peccata, & peccatorum occasiones defere, ad monasteria confuge, vel ad editiorem, & tutiorem ali-

Regula.

Act. 2. Gen. 19.

quem locum. Postea intelligit, quod antea quodammodo non videbat, & ait: Inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam.

84 Loqui ad cor.

Et loquar ad cor eius. Lõquar ei verba blanda, & consolatoria. Est enim loqui ad cor blandis verbis consolari, vt Hier. docet hic, & in illud Isa. 40. Consolamini, consolamini populo meus dicit Deus vester; loquimini ad cor Ierusalem. Et Gene. 34. Vbi habemus: Tristemq; deliniuit blãditijs, in Hebr. est: Et locutus est ad cor adolescẽtulæ. Hoc Dominus in deserto fecit consolans sæpe per Moysem, & Aharonem populum illum spe futurorum bonorum in terra illa, & victoriæ de inimicis impedientibus reportandæ. Chald. Per prophetas seruos meos blande consolabor illam. Manifestato vero Euangelio ita primos illos credentes consolatus est, vt non solum in prosperis rebus, sed etiam in aduersis, & in ipso persecutionum feruore exultarent, Deo intus eos spe cœlestium bonorum erigẽte. Ita videmus in Paulo Rom. 5. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Et. 2. Cor. 1. Benedictus Deus, & Pater Domini nostri IESV CHRISTI, Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo. Quoniam sicut abundant passiones CHRISTI in nobis, ita & per CHRISTVM abundat consolatio nostra. * Et Hebræis ait cap 10. Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melioremet manentem substantiam. Vbi sunt ergo, qui viam Dei asperam, & senticosam, & acerbam esse conqueruntur? Vbi sunt, qui dicũt se non posse perferre labores religionis, & arctæ vitæ, quam ingressi sunt? Dicerent profecto aliquid, si Deus recederet, & ad clamores obsistere desineret eunctium. At nõ defecit, quos in solitudinẽ educit, loquitur eis ad cor, & abstergit omnem lacrymã ab oculis eorũ. Cõfortate manus dissolutas, & genua debilia roborate vos, qui presens Dei auxilium sæpe experti estis. Dicite pusillanimis: Cõfortamini, nolite timere. Audiãt eundẽ Deũ loquentẽ: Semus meus es tu, elegi te, & nõ abieci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: cõfortati

85

Psal. 35.

Isa. 41.

F te, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

te,& auxiliat⁹ sum tibi,& susceptt te dextera iusti mei. Ecce cōfundētur,& erubescēt omnes,qui pugnāt aduersum te,erūt quasi nō sint,& peribūt viri,qui cōtradicunt tibi.

86 *Et dabo eī vinitores eius ex eodē loco* In Heb. nunc est כְּרָמֶיהָ,id est, vineas eius,& ita recētiores interpretes vertunt: sed & Lxx. ita legisse facile indicat eorum versio, Possessiones eius. Ita quoque legerunt Cyrillus, Theophy. Theodoretus: At omnino præferenda est lectio nostræ translationis, *Vinitores eius*, quæ multo expeditiorem sensum habet: nā Græci qui legunt,Et dabo possessiones eius inde,laborant multum in exponendo,quæ sint possessiones inde,& vix se expediūt. Nec obstat,quod nūc habetur in Heb. nam eędem literæ punctis tantū permutatis, quæ multo post à Iudæis addita sunt,sonāt vinitores eius, כַּרְמֶיהָ quo modo legit Hier.atq; Chaldæus,qui ait:Et constituā ei inde gubernatores eius. Immo vero eodem modo legisse Lxx. & vertisse, non κτήματα,vt modo habem⁹,id est, possessiones, sed κλῆρας,id est, possessores indicāt meliora exēplaria,quæ Hier. secutus est in Isa. c.65. vbi ita hunc locū refert,nō vt erat in Hebr. sed vt erat apud Lxx.Et dabo possessores illius inde,& vallē Hachor, vt aperiat intelligentiā illius.Nam si ex Hebræo referret,nō diceret,possessores,sed vinitores; neque, vt aperiat intelligentiā illius,sed ad aperiendā

87 spem. *Atq; ita cōmodissime locus exponitur ab Hiero.Quando egressa est ex Ægypto,dedi ei custodes,& gubernatores ex gēte sua Moysem,& Aharon:ita nunc ex eadē gente dabo,apostolos,scilicet,& eorū discipulos.Eodē modo loquitur Isa. 61. Cū eruditionem gentiū in Ecclesiā confluxuram pollicetur;Et stabūt alieni,& pascēt pecora vestra,& filij peregrinorū agricolæ,& vinitores vestri erunt,id est, vobis deseruiēt, & bona vestra custodiēt. Sed quid hic magni promittitur?Multum sane:quasi dicat:Habebit apud se magistros suos, quos crebro audiat;quos cū libebit,possit facile consulere,quorū verba melius intelligat. Videbuntur forte cuipiā hæc Isaiæ verba cum verbis pugnare nostri propheræ:cū alter eiusdem generis magistros Iudæis promittat, alter ex Gētibus.Sed intelligamus quod Hoseas prædicit, initio factum esse cōuersionis Iudęorum:quod autem est apud Isaiā,postea, cum iam gentium multitudo subintrauerat, & per totū orbem Ecclesia diffusa erat, apostolique obierant. Ideo Hiero. ibidem ait: Quæ res interpretatione non indiget. Quotus enim quisq; Ecclesiarum princeps est de Iudæis,& non de alienigenis,atq; externarum gentium hominibus?&c.Cur autem vinitores dixerit,perspicuū est ex Isaia, Isa.5. Vinea Domini exercituū domus Israel est. Qui sunt huius vineæ custodes, nisi magistri,& episcopi? Sed cur vineā vocat subito, quā hactenus mulierem appellabat? Quoniam solet sæpe Scriptura non semper eandem seruare metaphoram, sed paululum ab ea diuertere,ac mox redire, Vt Ezec.16. de populo Israel, quasi de femina cū multa dixisset,postea ab illa continuata metaphora recedit: Profecisti in regnū,& egressum est nomen tuum in gentes. Sed redit continuo: Et habēs fiduciam in pulchritudine tua fornicata es,&c.

Et vallem Hachor ad aperiēdam spē. Hachor 88 non est nomen hominis à Iosue dānati, vt Hachor Theoph.& Theodoretus & Glossa,& Paulus Burgensis addit.i. putauerunt:ille enim Achā dictus est:sed significat turbationē,& ideo vallis illa hoc nomen habuit, quia ibi Achan furto suo populum Dei in maximū mœrorem,& in grauissimā animi perturbationē coniecit.Ios.7.Quia turbasti nos, exturbet te Dñs in die hac,&c. vocatumq; est nomen loci illius,עֵמֶק עָכוֹר id est,vallis Hachor. Sed hæc perturbatio in gaudiū versa est magna parta victoria de vrbe Hai,vt consequenti scriptū est. Inde vallis Hachor turbationem, & persecutiones, & calamitates significat,quibus maxime spes cōfirmatur. Id enim significat,Ad aperiendam spem,id est,vt inde ostium magnum ad sperandum Dei propitiationem & beneficentiam aperiatur.Symmachus: εἰς θύραν ἐλπίδος in ostiū spei.Quod optime nobis exposuit Apostolus Ro.5.Non solū autem,sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quoniam tribulatio patientiā operatur, patiētia vero probationem,probatio autē spem.Eodē modo intellexit Hier.Quod idcirco,inquit,supplicia, & tormenta perpessa sit, vt per hæc ad 89 spera peruenirēt.*Sed habemus Isa.65.locum cū primis elegantē,ex quo hęc & confirmentur,& exponātur.Et erunt cāpestria in caulas gregū, & vallis Hachor in cubile armētorū populo meo,qui requisierūt me. Oues(ita em̄ est in Heb.) minores sūt armētis.i.bobus. In populo Dei sunt minores,& imperfectiores, qui in cāpestrib⁹ morātur,

& pace,atque tranquillitate crescūt. At armenta,id est, perfectiores viri, & fortiores ferendis laboribus vt boues,quiescent in valle Hachor,id est,persecutionibus, & calamitatibus pro CHRISTO oblatis gaudebunt.Merito ergo afflictiones, & persecutiones promittit Deus vt donum quoddā magnum populo ad se conuersō, & quidē inter promissiones consolationis,& gaudij, quoniam pignus quoddam certum sunt diuinæ beneuolentiæ, & futuræ felicitatis.

Afflictiones promittit Deus vt donum magnum.

Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ. Victis persecutionibus,& tentationibus Dei ope superatis,etiā si mūdi hominibus inops,& afflicta videatur,tanta lætitia perfundetur, vt continere se nequeat, quin Deo canat hymnos in gratiarū actionē exultās, vt populus olim post transitū maris rubri carmē victoriale cecinit Exhod.15. Cātemus Domino,glorioſe enim magnificatus est:equū & ascensorem proiecit in mare. Eo enim tempore fuit synagogæ iuuentus.

90 *Vocabit me Vir meus, & non vocabit me vltra Bahali.* Lyranus R. Salomonis expositionē in primis probat:Non timebit me,sed amabit. Compellabit me vir meus, quod amoris nomen est,non Bahali,quod est timoris, cum Dominum meum significet. Atq; hoc maxime conuenit statui noui testamenti: Rom.8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum. Neque est sane improbabilis interpretatio.Sed multo melius interpretatus est Hieronymus בַּעַל Bahal lingua Hebræa, & Syra interpretatur ὑπήκοον,id est, habēs, quo nomine apud vtrāque gentem vxores viros suos compellant. Idem significat אִישׁ, id est,vir.Sed cum idē sonet אִישִׁי, id est,vir meus, & Bahali: tantum tamen odi idolorum nomina, vt etiā, quod bene dici potest,propter ambiguitatem, & verbi similitudinem nequaquam velim dici,ne dum aliud loquitur, alterius recordetur,& virum nominans idolum cogitet.

Et auferam nomina Bahalim. Tam longe ab idolorum cultu aberit, vt ne nominum quidem eorum recordetur. Tantum abesse debent à peccatis,qui ad Deum conuersi sunt,vt ne memores sint nominum eorū per labia sua.De quo vide Chrysost.in epi. ad Hebr.hom.14.in morali.

91 *Et percutiam eis cum eis fœdus.* Non ita legendum est,sed, *Percutiam eis fœdus*, vt ex Heb & ex Græco manifestum est, & ex Chald. Ita vertit,& exposuit Hieron.ita legit Rufinus,nisi quod ipse singulari numero scribit,ei,cum debeat esse pluralis,לָהֶם & Lxx. αὐτοῖς eis.In antiquo etiam codice manuscripto reperi, Et percutiam eis fœdus. Et est sensus: Faciam, vt fœdus sit, & amicitia inter eos,id est,inter huius populi mei homines,& inter feras, vt minime ab illis lædantur.Est autem(vt recte ait Hier.)illud idem, quod Isa. 11. dixit: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, vitulus,& leo,& ouis,simul morabuntur, &c. Si autem hoc idem est, non de animalibus, vt verba sonant,est intelligendum. Neque enim in nouo testamento vidimus lupum habitare cum agno,neque pardum cubare cum hœdo. Videmus etiam bestias, & reptilia hominibus sanctissimis,vt & alijs nocere.Sed totus sermo apud vtrumque propheram est allegoricus, vt per bestias homines intelligantur, qui similitudine quadam ad illarum bestiarum naturam accedunt. Theodoretus ita explanat: Non de bestijs, & volucribus loquitur, sed de efferatis hominibus in omnia inuolātibus more volatilium, & venenatorū serpentum similibus.*In bestia feros,& immanes homi 92 nes, præsertimque tyrannos intelligit, in volucre cæli superbos,& alta sapientes, in reptili terræ callidos,& dolosos. Quæ omnia de populo gentium dicuntur, qui posita feritate, & superbia, & dolis abiectis apostolis, & Christianis ex populo Iudæorum sese adiunget pace perpetua, & indissolubili fœdere. Atque hæc animalia populum gentium significare pulcherrimo testimonio confirmat Hieronym.ex Act 10. Vbi Petro, quo intelligeret gentes, quantumuis essent omni peccatorum genere fœdatę,admittendas esse ad gratiam Euangelij,nec debere se earum commercium vitare, ostensum est vas quoddam velut linteum magnum quatuor initijs submitti de cælo in terram,in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia cæli. Quod ipse postea intelligens,ait:Vos scitis, quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit Deus neminem communem, aut immundum dicere hominem. Propter quod sine dubitatione veni accersitus, &c. Ex hoc loco optime intelligimus locum nostri prophetæ, in quo

Pax & concordia hominum in noua lege.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eadem animantium genera commemorãtur. Itaque in bestia agri comprehendit omnia quadrupedia, in volucre cœli omnes aues, in reptili terræ ea, quæ appellauit Lucas serpentia terræ.

93 Pax animæ sanctæ. Sed & animæ sanctæ *percutit Deus fœdus cum bestia agri*, quoniam eam nec feritas diaboli, nec ministrorum eius immanitas terret, nec ei nocet; sed illa potius vtitur ad vtilitatem suam, & malorem in via Dei profectum. *Cum volucre quoque & cum reptili*, quia nec superbia sæculari lætitur; sed docetur humilitatem, nec dolis, & calliditate ab instituto itinere auocatur, sed magis amat, ac sequitur simplicitatem suam. Denique experitur quod sibi promissum est: Super aspidem, & basyliscum ambulabis & conculcabis leonem, & draconem. Adde quod huiusmodi homines, quamuis longe à sanctorum moribus absint, velint tamen nolint, eos intra se venerantur, & magnificiunt, & eis similes euadere cuperent. Ita Saul admiratus Dauidis mãsuetudininem, & bonitatem, nec valens lacrymas tenere ait: Iustior tu es, quam ego, tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala. Et mox: Quis enim cum inuenerit inimicum suum dimittet eum in via bona? Et Balaam quamuis Hebræos oderat, vel inuitus dicit: quomodo maledicam, cui nõ maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus nõ detestatur? & paulo post: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.

Psal. 90.

1. Reg. 24.

Num. 23.

94 *Et arcum, & gladium, & bellum conteram de terra.* Hoc est, summa pax erit prædicantibus apostolis, & regibus, potentibus, sapientibusque hominibus ad Euangelium confluentibus cum Iudæis. Quod etiam Isaias ca. 2. prædixit: Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebũtur vltra ad prœlium. Eadem sunt apud Mich. ca. 4. Sed & eo tempore, vt Euangelio per vniuersum orbem prædicãdo via pateret maior quam antea pax fuit, ab ipso Augusti imperio, qui templum Iani Quirini clausit, quod nisi in summa rerum tranquillitate non fiebat. Suetonius in Augusto ca. 22. Ianum Quirinum semel atque iterum à condita vrbe ante memoriam suã clausum, in multo breuiori temporis spatio terra, marique pace parta, tertio clausit. Id etiam Neronis tempore factum Suetonius in Nerone ca. 14. autor est: constatque ex antiquis numismatis aureis, æreisque, in quibus Iani templum, atque hæc inscriptio cernuntur. IMPE. NERO CÆSAR AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POT. P. P. PACE P. R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT.

De pace autẽ, qua sancta anima fruitur, quid attinet dicere, cũ plena sit scriptura? Isa. 32. Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentiũ, & securitas vsq; in sempiternũ: & sedebit populꝰ meus in pulcritudine pacis, & in tabernaculis fiducię & in requie opulenta. Quod non solum de pace in beatitudine futura dictum est: sed de ea etiam quam in hac vita iusti habent, quæ inchoatio quædam illius est.

Et dormire eos faciam fiducialiter. Secure sine vllo metu quiescent. Lxx. In spe, id est, non timebunt, sed cum fiducia dormient firmiter credentes se Deo curæ esse, & ab eo esse protegendos.

Et sponsabo te mihi in sempiternum. Hoc est, fœdere in ęternum duraturo, neq; eris iam mihi vt vetus synagoga, cui dedi libellum repudij, & dixi: Quoniã ipsa non vxor mea, & ego non vir eius, vt in hoc cap. vidimus. Spõsam autem dicit potius quam vxorem vt ardentiorem significet amorem. Fœlix anima, quam non temporaria amicitia, sed perpetuo fœdere sibi Deus copulat, atque sponsæ nomine dignatur.

Et sponsabo te mihi in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & miserationibus. id est, Per iustitiam, & iudicium sponsabo te mihi. Aug. in illud Psal. 105. Beati qui custodiunt iudicium; & faciunt iustitiã in omni tẽpore, ait: Amat quidem scriptura ista duo simul ponere, vt Iustitia, & iudicium præparatio sedis tuę. Et fortasse propter vicinitatem significationis etiam alterum pro altero poni potest, tamẽ si proprie dicantur, aliquid interesse non dubito, &c. *Ita quoq; ego sentio posse pro eodem hoc loco accipi iudicium & iustitiã, sed tamen melius esse, vt aliquid inter ea differre dicamus. *Sponsabo te mihi in iustitia* id est, iustificando te, non enim potes à me diligi nisi iusta sis: *& in iudicio* quoniam iudicabo inter te, & eum, qui te captiuam ante tenebat, diabolum, & sententiam pro te ferã repellendo diabolum iniustũ possessorẽ, qui te insidijs, & malignitate ceperat; & te mei sanguinis pretio emẽdo: vnde iure diaboli esse desinas. Vt ergo rectè exponi-

tur,

Iudicare aliquem. tur, *In iustitia*, id est, iustificãdo te, ita quoq; rectè *In iudicio*, id est, iudicando te. Iudicare autem aliquem solet aliquando dicere scriptura pro eo, quod est, sententiam pro illo ferre, vt Psal. 25. Iudica me Domine quoniam ego in innocẽtia mea ingressus sum, Omnia ex Psal. 71. confirmantur. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorẽ, id est, diabolum; diabolus enim calumniatorem significat. De hoc iudicio dixit Dominus Iohan 12. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mũdi eijcietur foras: Quod autem sequitur,

Misericordia & miserationes. *Et in misericordia, & in miserationibus*, perinde est ac si dicat, faciẽdo te cum maximas misericordias, liberando te à miserijs magnis, in quibus eras; idque nõ tuis meritis; sed misericordia mea, & donis cœlestibus te ornando, sicut sponsi arrhas mittere solent ad sponsas. Etenim cum dicit scriptura, Misericordia, & miserationes, hac geminatione maximam, & copiosissimam misericordiæ effusionem, & omnia genera misericordiæ, & beneficentiæ, significat, vt Psal. 102. qui coronat te in misericordia & miserationibus, id est, maxima quadam misericordia. * Zachar. 7. Iudicium verum iudicate, & misericordiam, & miserationes facite vnusquisq; cum fratre suo, id est, Nullum misericordiæ genus, prætermittatis, valde misericordes estote. Iere. 6. Abstuli pacem meam à populo isto, dicit Dominus, misericordiam, & miserationes, id est, nullo misericordiæ genere erga eos vtar, Quare cum Deus dicitur misericors, & miserator Dominus, vt Psal. 110. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator Dominus: & Psalm. 102. Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multum misericors: non dicitur misericors quod natura pronus sit ad miserendũ: miserator autẽ quod reuera miseretur, & facit id, ad quod natura pronus est, vt nonnulli arbitrantur: vtrumque enim nomen idem significat, & geminatum auget, & quasi vim superlatiui nominis habet, id est, maxime misericors, qui omnia misericordiæ genera erga nos exercet. Restabat hic quiddam addendum, quod commodius c. 3. nu. 9. explicabitur.

97

Et sponsabo te mihi in fide. Nequaquam per opera legis consequeris vt sponsa mea sis, sed per fidem meam, quod est argumentum epistolæ ad Romanos. Non quod sola fides satis sit, (vt dicunt impij, qui nec opera habent, nec fidem:) sed quod ea sit initium, & quasi basis quædam iustificationis, vt docet scriptura, & Ecclesia, quę habet fidem, & opera. Itaque quamuis in legis operibus te laboriosissime exerceas, nõ est iste aditus ad iustificationem assequẽdam, nisi fidem in IESVM CHRISTVM adhibeas. Si hanc autem habeas, Deus cor tuum gratis excitabit, & reliqua largietur quæ sunt ad iustificationem necessaria. Quod (vt dixi) copiose apostolus docet in epist. ad Rom.

Et scies quia ego Dominus: re ipsa meam potentiam, & bonitatem experta cognosces.

Et erit in die illa: exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cœlos. Geminatio verbi. Exaudiã, certissimam exauditionem significat. Adhibet autem prosopopœiam, id est, fictionem personæ, atque ita loquitur, quasi cœli & terra animata essent: hoc est, Faciã quod cupiunt, & quasi flagitare videntur cœli, faciam eis copiam, vt largissimos imbres demittant in terram. Ipsi autẽ exaudient terram, quæ nihil magis appetit, quam imbribus satiari. Vt enim ait Euripides, quẽ citat Arist. 8. Ethicorum ad Nicoma. cap. 1.

98

Cum est sicca tellus, ipsa certe tunc imbrem amat,
Cum turget æther imbre, cum cœlum tumet,
Affectat, vt telluris in sinus cadat.

Terra quoque exaudiet triticum, & vinum, & oleum, id est, Annuet eorum desiderio, multiplicemque illis virtutem subministrabit, vt copiosissime oriantur, & crescãt. Et hæc, id est, triticum, & vinum, & oleum, exaudient Iezrahel, id est, semẽ Dei, quod est populus Dei: Hoc est, implebunt eũ bonis, & vbertate. Quibus verbis significat ingentẽ copiã gratiæ, & donorum se illis daturum, ita vt omnibus spiritualibus bonis, & consolatione sancti Spiritus maxime affluant. Hinc toties legimus in Actis apost. Petrum & Paulũ, & reliquos apostolos plenos fuisse Spiritu sancto, quod & Luc. 1. nõ de beatissima Virgine modo; sed etiam de Iohanne, de Elizabeth, de Zacharia scriptum est. Et Act. 6. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto. Et ibidẽ, Stephanus autẽ plenus gratia, & fortitudine, &c. Legimus & quam copiose sese Spiritus sanctus effuderit nõ in apostolos modo, sed in ceteros, qui credebãt. Quotidie etiã nũc Spiritꝰ sãctꝰ donis, & gratijs auget animas sibi despõsatas, & despõsationis fidẽ diligẽter custodiẽtes. Sed hæc fæpe occurrẽt in pro-

phetis. De Iezrael autē diximus c.1.n.71.

99 *Et seminabo eam mihi in terra.* Transit frequenter, vt ante adnotauimus, à secunda persona ad tertiam; cum de eadem loquatur: hoc est, Non continebit se intra angustias Iudææ, per orbem eā diffundam, quasi semen, vt vbique prædicet, & manifestet gloriam Dei. Sed aptissime dixit, *seminabo eam*, nam semen & dispergitur, & in terra conditur, vt multiplicatum germinet. Ita apostoli, & primi fidei magistri è Iudea profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperāte, & sermonem confirmante sequētibus signis: & in vrbibus, atque prouincijs vbi prædicabant, primum quasi grana terræ mandata, ignobiles, abiectique versabātur, deinde laboribus, & persecutionibus, & lacrymis quasi moriebantur illa grana, sed copiosissimus ex illis fructus oriebatur, id est, magna credētium multitudo. Sed multo magis hoc faciebant cum omnino terra tegebantur hęc grana, hoc est cum martyrio consummabantur, tunc deniq; seminis illius præstantia, visque cernebatur. Atque hinc etiam videmus, quod de se Dominus dixerat: Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solū manet: Si autem mortuum fuerit, multum fructū affert. Pulchre etiam sanctus Leo sermone 1. de Petro & Paulo: Non minuitur persecutionibus Ecclesia, sed augetur, & semper Dominicus ager segete ditiori vestitur, dū grana, quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.

Ioh.12.

100 Talis debet esse anima sancta, vt per multos quasi semen quoddam Dei dispergatur, alios caritate ædificans, alios obedientia, castitate, contemptu honoris, & rerum sæcularium, præsentes exemplo, absentes bono nomine, vtrosque orationibus adiuuans. Terra quoq; cooperiri debet per humilitatem, vt semper sese perscrutans, vereque cognoscens, & per mortificationem sibi moriens Deo magis in dies viuat. Stulte, inquit Paulus, tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Quo autem magis Deo vixerit, eo & sibi & alijs erit fructuosior. Intelligant hoc & ij, qui sedent in ecclesijs super cathedram Christi, & populum instituūt, curentq; illis verbo, & opere prodesse: ne illo ignominioso probro, atq; illa tristi sententia feriantur: Quæcunq; dixerint vobis, seruate, & facite, iuxta opera vero illorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt. Remittant aliquid de cura nitoris cultusq; verborum, venustatis, & numerositatis sentētiarum, & verę humilitati ac mortificationi id impendant, vt caritatē habeāt, sine qua si linguis hominū loquantur, & angelorum, facti sunt velut æs sonās, aut cymbalum tinniens. * Et quoniam tales decet esse operarios, qui in vineam Domini mittendi sunt, multum ad incolumitatem omnium religionum pertinet, præsertimque earum, quę non suam modo, sed omnium etiam salutem propositam habēt, vt pauci in eas admittātur, ijq; huiusmodi, vt certis argumentis constet vocari à Deo ad illam religionem. Certis, inquam, & diuturnis, nō enim facile omni spiritui, & omni vocationi credendum est, sed probandi sunt spiritus an ex Deo sint, nam sæpe ex eo non esse, qui maxime videntur, exitus indicauit. Indicauit etiam longi tēporis vsus, nullam esse certiorem, ac prę sentiorem religionibus pestem, quam multitudinem. Nam quæ dicuntur pestes, & sunt; ambitiones, auaritiæ, voluptates, contentiones, & æmulationes ex multitudine oriuntur: Ac si quis putat in magna hominum multitudine mortificationem, & humilitatem, & pacem concordiamqne animorum cōseruari posse diu, id putat quod neque in hunc diem vsque factum est, neque fiet. Quid est (inquit Salomon) quod fuit? Ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? Ipsum quod faciendum est. Pauci, qui perfecti essent, aut qui ex animo ad perfectionem properarent, omni tempore inuenti sunt; multi qui diu, nullo. Senex est iam mundus, non mutabit mores opinor. Quod pretiosum est, rarum semper fuit, & stultorum infinitus est numerus. Considerem⁹ matrem omnium religionum Ecclesiam. * Cum pauci erant, erat omnium credētium cor vnum, & anima vna, communia erant omnia, neque quisquam aliquid suum esse dicebat. Qui possessiones habebant, vendebant; & pecuniam ponebant ad pedes apostolorum. Auctus est numerus, & imminuta sanctitas, vt vere dicat Isaias, Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. Peruenit apostolorum numerus ad duodenariū, vnus fur & proditor inuentus est. Additi sunt Lxxij discipuli, vnus ex eis nouæ hæresis author extitisse putatur à multis Nicolaus. Putamus aliquam religionem vel

Operam Christi fuisse eleuatam. 1.Cor.15

Pauci à probatis religionis admittēdi.

Eccles.1.

Eccles. 10.

Act.20.

Isai.9.

Matth.23.

sanctiorem esse Ecclesia catholica, vel maiori Dei prouidentia gubernari? Quod igitur passa est mater, filiæ non patientur? Sed in Ecclesia bonos, & malos esse oportuit, quæ similis est sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti; in ijs autem qui lumen ecclesiarum, & exēplar sanctitatis, & quasi stellæ lucentes in cælo esse debent, nullos esse oportebat (saltem post tempus probationi præstitutum, vt mali foras mittantur) qui non essent iam perfecti, aut perfectionis synceri, veriq; sectatores. Quorsum enim probationis tempora constitui in religionibus Deus voluit, nisi vt illi excluderentur, qui tales nō essent? At nunc earū moderatores nulla de re magis soliciti esse videtur, quā de sua quisq; religione augēda & propagāda, deq; nouis domibus extruendis, nec quotidiana malorum experientia vnquam admonentur. * Quid dicam de clericorum infinita propemodum vbique multitudine? Quis hunc dignitatis gradum appetit, qui non adipiscatur? Sed quam pauci propter Deum appetunt? Qui pauper futurus erat & despectus, ne manibus victum quærere cogatur, clericatum optat, ac si sutoriam, aut sartoriam artem optaret. Alij sacerdotes esse volunt, vt episcopi esse possint, aut vt Ecclesiarum patrimonijs famulorū greges alant, superbiam, & gulam, & quæ ex eis oriuntur vitia, foueant, perpetuoq; redditus luxuriaturis consanguineis relinquant. Ex ijs quoque, qui diu in Academijs morantur, & iurisprudentia florent, quos ideo prudentiores esse oportebat, non pauci multo tempore ancipites hærent de ratione vitæ eligenda, nequaquam quærentes, quid Deo gratissimum futurum sit, sed quid ambitioni suæ, atque auaritiæ videatur vtilissimum. Itaque plurimi sunt vbiq; sacerdotes, quos nunquam Deus vocauit ad sacerdotium. Quid hinc futurum putas, nisi quod iam suo tempore deplorabat Gregorius: Ecce, inquit, mundus sacerdotibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde inuenitur operator, quia officium quidem sacerdotale suscipimus, sed opus officij non implemus. Sed parua queritur Gregorius. Tolerabile id quidem esset iam ratos inueniri operatores, nisi multi essent operis interturbatores. Videant ergo quibus hoc commissum est, & qui exactam Domino suo rationem reddituros esse non ignorant, vt patricos, eosque valde probatos, & à Deo vocatos, & ad clericatum, & ad religionem admittant. Quæ autē de clericis, & de sacerdotū paucitate, utq; examinē, & approbatione dixi, multo melius, & vberius docuit Concil. Trid. sess. 23. à c.7. reformationis vsq; ad 17. Nec erat fateor meæ paruitatis, qui priuatus sum, & omnium minimus, Ecclesiarum principes, religionūq; præfectos admonere; sed quoniā sacram scripturā interpretor, quæ omnia hominum genera instituit, non putaui alienum à meo instituto dicere, quę in eius verbis latere intelligebam.

Matt.13.

103 Pauci ad sacerdotiū promouendi.

Hom.17.in Euang.

Et miserebor eī. Quæ fuit absq; misericordia. Hęc omnia satis in initio huius cap. exposuimus.

CAP. III.

ET dixit Dñs ad me. *Adhuc vade, & dilige mulierē dilectam amico & adulteram: sicut diligit Dñs filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligūt vinacea uuarum. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei: & dixi ad eam. Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. Et post hæc reuertētur filij Israel, & quærent Dominū Deū suum, & Dauid regem suū: & pauebunt ad Dominum, et ad bonum eius in nouissimo dierum.*

HISTORIA.

Et dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem. Jerem. Postquā præcedenti capite felicitatē eorū prēnūtiauit, qui in Christū tēpore promulgationis Euāgelij crediturī erāt, nūc potissimū eorū mala persequitur, qui infidelitate excœcati cœlestē lucē inter se versantē, id est, Christū, videre noluerūt. Quare mulier de qua nunc sermo est, & si decē

1

quoq; tribus significet, duas tamẽ, id est, Iudã & Bẽjamin indicat maxime. Ante tamẽ quã ad hęc veniat, de prẽsenti tẽpore pauca loquitur. Sed quænam hæc mulier est, quã diligere iubetur propheta? Magna enim pars intelligentiæ ipsius capitis ex hac re pendet. Dixi c. 1. num. 57. & 58. non esse improbabile hanc esse Gomer filiam Debelaim, quam capit. 1. coniugio sibi copulare iussus est. Placuit hoc Theodoro Antiocheno, & Ruffino, & mihi valde probabile videtur. Primum quoniam optime conuenit eam post nuptias in adulterium incidisse, sicut synagoga, postquam Deo copulata est, redijt ad idola, vt loco iã indicato diximus. Secundo, quoniam & cum verbis prophetæ in hoc cap. melius conuenit, vt propheta iubeatur retinere adulteram; quam dimittere volebat, ne eius turpitudini fauere videretur, nec tantum retinere, sed etiam diligere: sicut Dominus post tot adulteria adhuc non dimittebat synagogam, sed diligebat. * Tertio, quoniam hanc nuptam fuisse constat, cum adultera vocetur. Si autem alterius erat vxor, quorsum eam diligere præcipitur propheta? Quomodo in domum suam deducat? & à viro abstinere iubeat? Quomodo faciat propheta, quod populo & displiceret, & scandalo esset, vt alienam vxorem, eamque adulteram apud se multo tempore teneat? Putamus ne ipsum neglexisse, quod monet Paulus; Prouidentes bona, non solum corã Deo, sed etiã corã omnibus hominibus? Atq; vt id propheta facere tentaret, vir certe eius nõ ferret. Sed intelligendum est, inquis, eã propter adulteria dimissam fuisse à viro, ita enim ait Dionysius Carthusianus. At id illis ipsis, qui sentiunt aliam esse mulierem, non probatur, nam quod legimus, *Et dilectam amico*, ipsi dilectam viro suo interpretantur, quoniam, רֵעַ & amicum significat & proximũ, recte autem vir proximus vxoris dicitur. Ita Lyranus, & Vatablus, & ipse Dionysius. Accedit & Chaldæus, qui ita vertit in paraphrasi: Vade vaticinare prophetiam aduersum domum Israel, qui similes sunt mulieri carissimæ suo marito, quæ licet fornicetur sub eo, adeò tamen diligit eam, vt nõ velit dimittere eam. Dicat fortasse Dionysius, Prius erat viro suo dilecta, postea adulterijs offensus eã odit, & abiecit. * At videat pro Dilecta in Hebræo esse אֲהוּבַת quod participium habitus vocatur, & hoc participiorum genus permansionem operis significat. Ita אֲהֻבָה non significat olim tantum dilectam, sed quæ nunc quoque diligitur. Quod Chaldaica paraphrasis satis docuit. Verum quoniam hoc loco רֵעַ magis pro amico accipi conuenit, vt habet nostra translatio, quam pro marito, quoniam proximus mulieris quiuis homo dicitur, nec satis propriè nomen communis necessitudinis maritali tribuitur: non satis apta est similitudo, quæ à propheta proponitur, nisi mulier adhuc à viro suo diligatur: quia Deus vir erat synagogæ, & adhuc adulterijs deditam diligebat, id est, bene illi optabat, eamque ad meliorem vitam reuocare, & retinere cupiebat. Etenim tametsi propheta eam diligat, ad dilectionem Dei indicandam, non est plena, & integra similitudo, si maritus eius non sit, quoniam Deus maritus erat synagogæ. Vt ergo in 1. capi. maritum meritricis Hoseã fieri oportuit, vt coniugium Dei cum synagoga significaret: ita nunc vt ostendat Dei patiẽtiam, adhuc eam post tot adulteria diligentis, & ad se vocantis, maritus quoque huius esse debuit. Quid enim mirum si Hoseas ignotam mulierem, & à qua nullam iniuriam acceperat, diligat, aut quid magni diligendo prẽstitit? Si adultera est, non prophetam læsit, sed maritum. Equidẽ non video, quomodo satis apte significet amorẽ Dei multis à synagoga adulterijs prouocati & læsi, & adhuc tamen amantis. At si eam esse dicamus, quam cap. 1. vxorem duxit domũ, omnia quadrant ad amussim. * *Adhuc vade.* Non satis est duxisse meretricem, adhuc diligẽda est, dilige mulierẽ, id est, אִשָּׁה quod etiam vxorem significat sæpissime in scriptura, *Dilectam amico, & adulteram*, id est, quæ tori fidem polluit, & cum vxor tua esset, amico se tradidit amandam, sicut Dominus diligit vniuersam congregationem filiorum Israel, quam olim sibi despondit, & illa nihilo minus adulteria committit, & deos alienos colit. Si quis autem dubitet, vtrum re vera hoc ita contigerit, an visio tantum prophetica fuerit, videat cap. 1. disputationem à nu. 37. totidem enim rationibus demonstratur ita hoc factum esse, vt narratur à propheta.

Filios Israel. Omnes tribus, nam decem potius Israel appellari solent, quã filij Israel.

Et ipsi respiciunt ad deos alienos. Hoc post Christi aduentum nunquam fecerunt, imo neque

Quę sit mulier quam iubetur propheta diligere.

Rom. 12.

2

3

4

mo neque posteaquam Babylone redierũt, quare de suo tempore loquitur propheta.

5 *Et diligunt vinacia vuarum.* Recipiũt multi hanc interpretationẽ vt Lyranus, Vatablus, Pagninus, atque alij non pauci, atque ita verti debere dicunt: Et diligunt œnophora, siue lagenas, voluntque corũ ebrietatem notari, ex qua libidines & alia vitia nascuntur. Ita etiam interpretatus est R. Dauid Kimhi. Sed illud est diligenter memoria tenẽdum multorum vocabulorum veram, propriamq; notionem latuisse hũc Dauidem, cuius ætate iam propter iniurias temporum, & captiuitatum, & peregrinationes varias Iudæorum, & propter incuriam, dum magis quæstui student, quam scripturæ, Hebraica lingua bona ex parte ignorabatur, vt necesse sit eos sæpe errare, qui hunc autorem, & ducem sibi proposuere, vt alijs in locis adnotabimus. Multo æquius erit, vt nos Hieronymo credamus, qui & doctissimorum Hebrẽorum auditor fuit, quo tempore lingua ipsa erat multo notior, & indefatigabili multorũ annorum labore eam optime calluit. Sed habemus prẽter Hieronymum antiquissimorum interpretum autoritatem. Aquila enim (vt idem refert) transtulit, παλαιὰ vuarum, id est, vetera, Symmachus, ἀνάφτους, id est, steriles, vt videamus facile idem significari, quod Hieronymus dixit, nempe vinacia, id est, veteres, inanesque folliculos vuarũ, qui in imis dolijs subsidunt, aut in fundo lacuum, cum vuæ calcatæ sunt, vnde & nomen apud Hebræos deriuatum est, dicuntur enim אֲשִׁישִׁים, id est, ima, siue fundamenta à verbo, אָשַׁשׁ quod est fundauit, vt omnes fatentur. Hoc autem nomine significat propheta idola, quod vana sint & inutilia, ac nihil boni præstare possint suis cultoribus. Quomodo de ijsdem dictum est, 1. Reg. 12. Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos quia vana sunt.

Imperitia recentium Hebræorũ.

ALLEGORIA.

6 Post multa peccata adhuc synagogam Deus amauit, adeò vt filium suum ad eam mittere nõ desierit, sed illa respexit ad deos alienos, ad superbiam, ad ambitionem, ad auaritiam, ad corporis voluptates, & vsque in hodiernum diem diligit vinacia vuarũ, id est, res inutiles (vt ait Hieronym.) & traditiones hominum, & somnia, & nequaquam vuas habet, & vinum, & plena mustо torculatia, sed vetera vinacia, quæ proiecta sunt.

TROPOLOGIA.

Omnis quoque anima, quæ à Deo recedit, à quo adhuc vt creatura diligitur, quãuis adultera sit, assiduis exhortationibus intus pulsatur; idem patitur, vt cum declinat ad deos alienos, diligat vinacia vuarum, res videlicet aridas, & steriles, quæ nec famem sedare, neque sitim possint, res suibus magis, quam hominibus aptas, neque vinũ habeant. i. consolationem, & lætitiam animæ. Quam meritò reprehendit Dauid, Filij hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Et noster Propheta ait, Comedent, & non saturabũtur. Quare postquam diu per hæc vagata est, & omnia experta, tunc supplex, & pudore plena ait, Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster: verè mendaces erant colles & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israel, id est, fefellerunt nos idola, quæ in collibus & montibus decepti colebamus.

Psal. 4.

Hos. 4.

Iere. 3.

HISTORIA.

7 *Et fodi eam mihi quindecim argenteis.* Locus totus ita obscurus est, vt haud sciã, an à quo quam fuerit satis explicatus. כָּרָה, quod fodere significat, sæpe idem est quod emere, vnde & Fodio in eadem significatione ponitur, vt Gene. 50. In sepulcro meo quod fodi mihi in terra Chanaan sepelies me, id est, quod emi. De hoc enim scribitur Iosue vlti. Ossa Ioseph sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob à filijs Hemor. Et Deut. 2. aquam empram hauretis, & bibetis. Hebraice, Et aquas fodietis ab eis argento, Chald. Et aquam emetis ab eis argẽto, & bibetis. Lxx. Et aquam mensura argenti accipietis ab eis. Atque ita hoc loco accipitur apud prophetam, vnde Lxx. verterunt, καὶ ἐμισθωσάμην αὐτὴν mercede eam comparaui, siue cõduxi, ita enim legit Ambrosius epist. 39. Pagninus: Possedi eam mihi. Vatablus: Comparaui eam. Isidorus Clarius: Emi. Quod si quis obijciat non esse in Latinæ linguæ consuetudine, vt fodere dicatur pro emere, sciat nostrũ interpretem, (quod & profanorum librorum interpretes aliquando faciunt) sæpe Hebraico more interpretari, id est, Hebraici vocabuli significationem imitari, etiam si Latinis nõ sit admodum in vsu, sicut Hos. 4. & Soph. 1. & alijs locis dixit Congregare pro Occide-

Fodio.

Regula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re. Vide cap.4.nu.5. Quomodo igitur eam emit? Pendet loci intelligentia ex antiquissima consuetudine. Nuptiæ apud veteres fiebant per coemptionẽ, cuius consuetudinis meminit Cicero in Topicis,& pro Murena,& pro L.Flacco,& Arnobius lib.4.aduersus gentes. Coemptionis autem ritum Boetius lib.2.in Topica Ciceronis exponit his verbis: Coemptio certis sollẽnitatibus peragebatur, & sese in coemendo inuicem interrogabant: vir ita,an sibi mulier materfamilias esse vellet; illa respondebat velle: item mulier interrogabat,an vir sibi pater familias esse vellet, ille respondebat velle. Itaque mulier in viri cõueniebat manum, & vocabantur hæ nuptiæ per coemptionem, & erat mulier materfamilias viro loco filiæ. * Hæc Boetius. Ad quem morem allusit Virgilius cum ait.

Nuptiarũ ritus apud veteres.

Coemptio.

8

1 Georg. *Neque sibi generum Tethys emat omnibus vndis.*

Quo loco Seruius: Ad antiquum (inquit) nuptiarum pertinet ritum, quo se maritus & vxor inuicem emebant. Eadem verba vsurpauit S.Isidorus lib.5.etymo.c.24. Antiquus nuptiarum ritus erat, quo se maritus, & vxor inuicem emebant, ne videretur vxor sicut ancilla, sicut habemus in Iure. Huiusmodi vxor,quæ coemptione nubebat, in familiam mariti, & in sui hæredis locum veniebat,vt ait Gellius lib.18.cap.6. nec aliter defuncti hereditatẽ adibat, quã vnus è viri filijs, vt autores sunt Dionysius Halicarnasseus.lib. 2. antiquitatum Romanarum,& Vlpianus in tit.22.fragmentorũ. Hoc tacite innuit Virg. cum ait,

7.Eucid. *Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes*
Abnegat,externusq; in regnum quæritur hæres.

Vbi Seruius antiquitatis peritissimus, De iure(inquit)traxit vt non generum,sed hęredem diceret. Nam per coemptionem facto matrimonio sibi inuicem succedebãt. Denique pecuniarum omnium, & sacrorum cum viro particeps fiebat. Quemadmodum Romulum statuisse scribit idem Dionysius lib.2. Inde Modestinus lib.1.D. de ritu nuptiarum,affirmat nuptias esse diuini & humani iuris coniunctionem, & l. aduersus. c. de crimine expilat. hereditat. vxor dicitur rei diuinæ, & humanæ socia. Hęc ego(nec enim laborum honestissimorum gloria quemquam defraudari volo)ex eruditissimo libello de ritu nuptiarum Barnabæ Brissonij diligentissimi antiquitatis indagatoris mutuatus sum. Atque ex iis arbitror verba nostri prophetę optime exponi. Deo enim dicit se mulierem fodisse, id est, emisse, argenteis nummis, & hordeo

9 *Hinc Vatablus ait: Hoc referũt doctiores ad dotem, quam illi dedit, cum eam accepit in vxorem,quasi dicat,Pro dote dedi illi quindecim argenteos. Admonuit autem in prologo Vatabli Robertus Stephanus cum dicitur Doctiores,ipsum Vatablum & Christianos doctores intelligi. Scio hanc Romanorum fuisse consuetudinem, nec ideo probari,Hebræorum quoque fuisse. Sed multæ sunt consuetudines Romanis cum Hebræis, & alijs nationibus communes, vt recumbere ad mensam, pedes conuiuis lauare. Talis & hæc fuit: refert enim idem Brissonius tam Burgundiones, quam Saxones vxores suas à parẽtibus vel tutoribus emere trecentis solidis,vt videre licet in titul.14.&.34.legum, quas Gundobaldus Rex scripsit Burgundionibus, & ex titul.6.&.9.&.17.legum Saxonicarum. Et apud nos videmus hodie in nuptijs aureos nummos cum annulo nuptis donari. Idem Hebræos facere solitos Hoseę Verba indicant,& illud Genes. 34. Inueniam gratiam coram vobis, & quæcunque statueritis dabo. Augete dotem.& munera postulate, & libenter tribuam,quod petieritis, tantum date mihi puellam hanc vxorem. Fiebat enim etiam coemptio,vt apparet, à parentibus,& tutoribus,vt apud Saxones, & Burgundiones. Iacob quoque vxorem à patre coemit Genes.29. Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis: & Dauid. 1.Reg.18.Cum audisset,Nunc ergo gener esto regis, ait: Num parum videtur vobis generum esse regis? Ego autẽ sum vir pauper,& tenuis,id est, nihil habeo, quo filiam regis coemere possim. Hæc est enim germanissima expositio. Quod cum Saul recte intelligeret: dixit seruis suis, sic loquimini ad Dauid: Non habet rex sponsalia necesse, nisi tantum centum præputia Philistinorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Cũ dicit, Spõsalia, subaudiẽdũ est munera, quę Lxx.vocant, δῶρα, pro quo Iosephus lib.6.antiquitatum. c.11. Dicite (inquit) nihil memorari pecunias,aut dona, quæ sponsæ offerat. Loquitur ergo de pecunijs, quibus coemebãtur vxores, vbi Caietanus aliquid etiam olfecit, licet inuestigare non potuerit. Mos(ait) antiquus insinuatur, vt gener regis dotem daret. Sed postea Dauid ostendit.2.Reg.3. Redde vxorẽ meam Michol, quam despondi mihi cẽtum præputijs Philisthiim.Lxx.Quam accepi in centum præputijs Philisthijm. De qua re loquens Iosephus antiquit.ca.1. ipso emendi verbo vsus est; Vt Micholem vxorem ad eum remitteret, quam magno suo periculo, & annumeratis Saulo sexcẽtis Palæstinorũ capitibus emerat. Inde apud Hom.li.9.Ilia. Agamemnon,& morem docẽs,& quid sit ἔδνον, cum magna Achilli polliceretur, addit tres sibi esse filias: τάων ὁπποτέρην κε βέλωται, φίλην ἀνάεδνον ἀγέσθω, id est. Harũ,quã maxime volet ducat sine ednis, id est,sine donis,quæ sponsi dare solent sponsis. Et se tamen dotem filiæ maximam daturum promittit. Ex quo etiam plenius intelligitur illud. ca.2. Et desponsabo te mihi in iustitia,& in iudicio, & in misericordia & miserationibus, & sponsabo te mihi in fide: quasi dicat,His muneribus, quasi nummis quibusdam te coemam, vt mihi in manum conuenias. Hinc illud Acto.20. In quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.

10 Dices video prophetam nummis argenteis & hordeo coemere vxorem: sed quid contra vxor ad coemendum maritum afferat, non video. Dotem suam mulierem afferre satis erat, vnde dos mariti fiebat, quod illa fuisset coemptus. Quare vxore sine liberis mortua, succedebat in hæreditatem ex asse; si autem cum liberis, quasi vnus ex eis, indicat hoc plane Virgilianum illud ad Augustum.

Neq; sibi generum Tethys emat omnibus vndis.

Nam & emi dicitur gener,& ad coemptionem dos ipsa nuptæ cõsignatur, hoc est totius maris imperium. Similiter cum dixit.

Rex tibi coniugium, & quæsitas sanguine dotes
Abnegat,externusq; in regnum quæritur hæres.

Generum hęredem vocat,& ad coemptionem Turno sanguinem in prælio fusum attribuit,Latinię vero dotem suam,id est,regnum Latinorum. Ita Iacob cum dicit se seruire velle pro Rachele,demonstrat quid ipse ad coemptionem afferat, de vxore nihil dicit, quam certum erat dotem suam à patre accepturam. Ita etiam Dauid, Quãuis si mulier pauper erat, aut alioqui vehementer ab sponso adamaretur,aut ipse spõsam dotabat(vt hodie quoque fit,) aut dotẽ ipsi remittebat, & quasi gratis se coemi patiebatur. Vnde & Homerus lib.6.Iliad. virgines quasdam appellat, ἀλφεσίβοιας, id est, inuenientes boues,quod propter eximiam formam sponsos inueniebant,à quibus dotis nomine boues acciperent.

Ἔνθα μὲν ἠΐθεοι, καὶ πάγδενοι ἀλφεσίβοιαι.

Tale videtur illud Genes.34. Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis,tantũ date mihi puellam hanc vxorem. Atque idcirco fortasse Dominus prophetæ dixit; Adhuc vade, & dilige mulierem dilectã amico, ac si dicat, Et si dotem non habeat, gratis te ab illa coemi patere,vt solent,qui maxime amant.

Sed videor mihi videre tacitam attenti 11
lectoris cogitationem: quomodo coemitur hæc prophetę,si iã olim vxor erat,tresq; ex ea susceperat liberos? Sane si quis hanc non esse priorem vxorem,sed nouam velit, vt Theophy.haud ego cum eo magnopere contenderim,modo vere vxorem dicat, vt ostendisse me arbitror. Non enim dixi certum esse & indubitatum fuisse hanc illam fornicariam vxorem,sed probabile. Itaque nihil absurdi diceret, qui nouas has nuptias esse diceret. Multo tamen probabilius existimo, quod hactenus dixi,eandẽ esse vxorem, quoniam melius cum verbis,& sensu prophetæ congruit, vt iam exposui. Quomodo igitur quasi noua nupta coemitur? Quoniam propter vitæ eius turpitudinem abalienato animo erat propheta, & de dissoluendo coniugio cogitare videbatur, vt diximus: quare quodammodo instaurabatur matrimonium bona ex parte interruptum, & quasi dissolutum, ideoq; fit noua coemptio, vt ex eo tempore eo se amore prosequerentur,quo noui coniuges solent. Quemadmod. Gene.30.Cum Lia se putaret à marito cõtemni, atq; ita eum Racheli se tradere, vt quasi vir suus non videretur, ait: Dotauit me Deus dote bona,etiã hac vice mecũ erit maritus meus, eo quod genuerim ei sex filios; Ac si diceret,Redintegrabitur meum matrimonium,& noua dote maritum coemam, id est, fecunditate,nam ad me veniet, & maritali affectu mihi iam adhærebit propter meam fecunditatem. Eadem ante marito ex agro redeunti ibidem occurrit & ait, Ad me intrabis,quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei, id est,coemi te, vt sis maritus meus,non enim meus,sed sororis meæ maritꝰ,videris. Quare Lxx. eodem verbo vsi sunt quo & hoc loco propheta, μεμίσθωμαι γάρ σε, id est, Mer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cede conduxi, aut emi, & in Hebræo est, שְׁכַרְתִּיךְ שָׂמֶר, id est, emptione emi te.

12 *Quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.* Vt expeditior sit postea obscurissimorũ verborum expositio, primum vocabula explicemus. Budæus li. 5. de Asse affirmat decem denarios aureum vnum efficere, & argenteum idem valere quod denarium, ita Act. 19. scriptum esse: Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, cõtulerunt libros, & combusserunt eos corã omnibus, & computatis pretijs illorum inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium, id est, quinque mille aureorum. In Græco est, & inuenerunt argenti (ita enim vocat argenteos vt hic propheta כֶּסֶף, id est, argentum) μυριάδας πέντε, id est, quinquaginta mille. Alciatus in libello de ponderibus, & mensuris docet ex Cicero. Liuio, & Plinio argenteum, denarium, drachmam idem valere, hoc est, sex obolos: Quamuis si ad viuum resecare volumus, nõ idem prorsus valent, drachma enim vnciæ octaua pars est, denarius septima. Sed quia parum inter se differunt, alterum aliquando vsurpatur pro altero. Pro coro in Hebræo est חֹמֶר pro quo Lxx. gomor, quod frequens est etiam in nostra translatione: tametsi etiam gomor apud eosdẽ, & apud nostrum interpretem Exod. 16. minor mẽsura est, quæ vnius diei cibo sufficiat, sed hæc Hebraice עֹמֶר dicitur. Est autem corus mensura Hebræorum, nomen etiam ipsum Chaldaicum est, כּוֹר enim vocat Chaldæus Isa. 5. versu 10. capitq; iuxta Budæum li. 5. de Asse secutũ, vt quidẽ sibi videtur Iosephũ 3. antiq. c. vltimo, medimnos Atticos vnum, & quadraginta, Medimnus autem habet modios sex, estq; modius quarta eius mensuræ pars, quæ Hispanice dicitur hanega. At Iosephus longe aliter sentit, tantum enim docet, vt ex Græco, & ex noua translatione perspicuum est, septuaginta coros efficere medimnos Atticos vnum, & quadraginta. Sed plane mendosus est Iosephi codex, quod ex eo liquet, quod lib. 15. cap. 12. legimus apud eundem corum habere medimnos Atticos decem. Ita enim est in Græco, & in noua translatione, sed & ibi mendum est, facillimus est enim error in numeris. Nam quod quidã verũ esse volũt, quod hoc in Iosephi loco legitur, & minorem corum, ac maiorem distinguunt, neque probari posse, neque verum esse arbitror. Capit ergo corus triginta modios, vt docet Hieronym. hic, & in Ezech. 45. & Epiphanius in lib. de mensuris, & põderibus, & Ruffi. Eadẽ est sententia Hebræorum. At hoc ex scriptura aperte demonstrare possumus Leuit. 27. Si triginta modijs hordei seritur terra quinquaginta siclis venundetur argenti. Pro triginta modijs in Hebr. est לֹתֶךְ homer, in Græco, & in Chaldæo corus. Isa. 5. Et triginta modij sementis facient modios tres: in Hebræo est חֹמֶר, id est, corus semẽtis faciet epha. Est autem epha, siue ephi decima pars cori, vt videmus Ezecie. 45. id est, tres modij. Lxx. Qui semina at artabas sex, faciet mensuras tres, id est, tres modios. Artaba (vt Galenus docet in lib. de ponderibus, & mensuris) apud Ægyptios capit modios quinque, tam Ægyptios quam Italicos. Quare sex artabæ triginta modios efficiunt, id est, corum. Ex his constat corum septem fanecas Hispanicas cum dimidia habere, quod põdus asinus portare nõn possit. Corus ergo, & semicorus 45. modios continent.

Argenteus. Denarius.

Artaba

Corus, gomer.

Quæritur ergo cur illam propheta quindecim argenteis, & coro, ac semicoro hordei coemerit, etenim & res ipsa, & numerus aliquid videtur habere mysterij? Ambrosius quidem epistola 39. in quindecim argenteis vetus, nouumque testamentum intelligit. Vetus quidem in septem propter sabbatum, nouum in octo, in quo sabbato additur octauus dies resurrectionis Dominicæ, qui resurrectionem generalem significat. Ergo (inquit) meretrix conducitur quindecim argenteis, quia ita Ecclesia plenitudinem accipit: Nam veteri testamento conductus est populus Israel, nouo populus nationum. Quod autem dixit, In coro, &c. in coro mensuræ plenitudo est, in semicoro semiplena mensura. Plenitudo in Euãgelio, semiperfectio in lege, sicut legimus dicente Domino, Non veni legem soluere sed adimplere. Idem sensit Cyrillus, licet aliter quoque interpretetur. Immo Hieronymus autor est hanc sententiam multorum esse ex nostris, sed reijcit eam tamen: quoniam quomodo hæc mulier, quæ hordeo pascitur, vtrumque testamentum in mercedem accipiat, illi explanare non possunt. Quare ipse in hunc modum exponit. Decimaquinta mensis Nisan eductus est populus ex Ægypto occisis Ægyptiorum primogenitis, ac in seruitutem Dei mercede conduc-

conductus. Idcirco primogeniti Israelitarum quinque siclis redimebantur, Num. 3. quæ redemptio indicat eos mercede conductos fuisse à Deo. Quadraginta quinque modij significant populum quadragesimo quinto die venisse ad montẽ Sinai, vbi paulo post legẽ accepit, & eo beneficio conductus est, vt Deo seruiret. Sed sunt hi modij non tritici sed hordei, quia reiecto Christo nõ habebat virũ synagoga, & ideo nõ cibo hominum, sed iumentorum alebatur ruminans vilitatem literæ occidentis, & nõ habens spiritum viuificantem. Hinc mulier adultera, quando arguitur in peccato adulterij, farinã accipit hordei, vt quæ libidine sua imitata est iumenta, eorum quoque sustentetur alimentis. * Hãc Lyranus doctorum & Hebræorum, & nostrorum interpretationem esse dicit, tametsi aliam ipse magis probet. Exponit etiam quomodo verum sit populum venisse quadragesimo quinto die ad montem Sinai, vbi Lex data est. Egressi sunt decimo quinto die mensis Nisan, qui es primus mensis, Exho. 12. deinde cap. 19. Scriptum est, Mense autem tertio egressionis Israel de terra Ægyti, in die hac, (id est, prima mẽsis, vt Hebræi nostrique exponunt) venerunt in solitudinem Sinai, &c. Si igitur è primo mẽse quindecim dies sumamus, ex secundo vero. 29. (nam vt essent cursui lunę pares menses alter. 30. dies habebat, alter. 29.) primus dies mensis tertij est ab egressione quadragesimus quintus. Sed habet hæc Hieronymi explanatio duo sane difficilia: primũ, quòd (vt ipse fatetur) Lex non est data nisi quinquagesimo die: quid igitur profuit quadragesimo quinto venisse in montem Sinai? Aut cur non potius, si id significabatur, quinquaginta modios accepit mulier? Alterum est quod quindecim argentei decimum quintum diem, quo egressi sunt, non satis apte videntur significare: & ipsa egressio eo die facta cur potius quindecim argẽteis, quam quindecim modijs hordei, aut alia re quauis significata fuerit, non exponit Hieronymus. Legi præter hanc varias multorum expositiones, sed in illis inuenio quiddam, quod à tantis viris prętermissum esse miror: mulierem hanc nouam à propheta mercedem accepisse, quam ante nõ acceperat, vt multos dies expectaret, nouisque muneribus ad gratificandum prophetæ alliceretur. At quidquid hi autores

Num. 3.

14

dicũt, siue legem, siue prophetas, siue quippiam aliud dicant, iã olim acceperat. Quomodo ergo congruet similitudo? *Ego tantisper, dum his obiectionibus soluendis mihi ipsi plene non satisfacio, aliam interpretationem excogitaui, quæ an verior sit & firmior, videris lector; certe est facilior & expeditior. Ita igitur tota similitudo ad rẽ accommodabitur. Cum digna esset mulier, quæ propter adulteria ab Hosea dimitteretur, iubet Deus, vt eam retineat, ac diligat. Iterum ergo coemit mulierem eo pretio, quo iuxta ęculi, & populi illius consuetudinem eius notæ, atque conditionis mulierculæ coemi solebant. Non quidem vt tantam dotem tribuat, vt ea diu sustentari, & dies multos expectare possit, sed tamen tantam, vt si eius accedat industria; & sese aut negotiatione aliqua, aut manu ũ labore mediocriter iuuet, haud ægre lõgum tempus viuere queat. Idcirco hordei quadraginta quinque modios illi dat ad panes cõficiendos, panes enim hordeacei cibus pauperum sunt. Ita puer ille in Euãgelio quinque panes hordaceos, & duos pisces attulit. Quindecim autem argenteos ad cætera, quæ vitæ necessaria erant emenda, accipit. Hæc otiosæ satis non erant, sed laboranti mediocriter, aut quouis modo negotianti pro mulieris ipsius conditione satis erant. Ita Christus à synagoga reiectus, cum eam pro merito suo posset omnino dimittere à se, patre dicente, Adhuc vade, & dilige mulierem hanc adulteram, retinuit eam quodammodo, nec omnino dimisit; sicut docet beatus apostolus: Duo ergo, Numquid Deus repulit populum suum? Absit. * Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præscuit, id est, cuius decreuit aliquando misereri. Sed iussit eam multos dies expectare, donec intraret multitudo gentium. Ideo ibidem dixit: Cæcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret plenitudo gentium, & sic omnis Israel saluus fieret. Si quæras, quomodo eam nũc quoq; diligit, idem Apostolus exponit: Secundum Euãgelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem carissimi propter patres. Sine pœnitẽtia enim sunt dona, & vocatio Dei. Hoc est, Nunc quidem inimici Dei sunt, quatenus Euangelio acquiescere nolunt, quod Deus permisit, vt interea vos gẽtes admitteremini.

15

Ioban. 6.

Rom. 11. 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

At quia Deus elegit patres eorum, & amauit, atque ea ratione elegit eorum posteritatem: quamuis nunc multi pereant, aliquando hunc populũ ad se cõuertet Deus, & ad gratiam Euangelij adducet. Dum hoc fit, iubetur expectare synagoga. Atque vt expectet, & ad deos gentiũ nõ declinet, accipit quindecim argenteos, & corum cũ dimidio hordei, id est, non magnas diuitias, & amplas possessiones, quales ante habebat, sed mediocrẽ victum, quẽ industria, & negotiatione ita augeat, vt victus, & vestitus abunde suppetant, atq; ita inter gentiũ populos viuat, vt non cogatur paupertate ire post amatores, vt olim faciebat, id est, gẽtiũ mores & idololatriã imitari. *Hoc oculi ipsi nostri magis nos docent, quã libri. Etenim Iudæi anno quadragesimo, postquam Dominum gloriæ crucifixerunt, à Romanis direpti, atque vastati, fuisque sedibus pulsi, & per orbem diffusi prorsus à Deo abiecti videbantur. Quis non putaret homines in terra sua olim supra modum idolorũ amatores, ea maxime tunc veneraturos, cũ versarentur pauperes captiui, seruique inter gentes? Curauit Christus vt sine idolis expectarent, prouiditque illis in alienis regionibus ad victũ necessaria, quæ illi labore suo augerent. Videas Iudæos vbicũque gẽtium sint, idola non colere, paucos paupertate laborare, omnes fere ita ad negotiãdũ diligentes, & industrios, vt multi etiã opibus abũdent. Quod autem hæc temporalia bona testimonium quoddã sint diuinæ bonitatis, vt Deum agnoscant homines, & in officio se contineant, docet illud Act. 14. Et quidẽ non sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens de cœlo dans pluuiã, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda nostra. Hæc ita exposui, quoniam in hac secunda (vt ita dicã) despõsatione, nõ video, quid aliud acceperit synagoga, quod ante non accepisset: & quoniã aliquid noui accepit, nec illud spirituale fuit, restabat, vt temporale bonum aliquod esse intelligeremus. Sed per me iudiciũ suum integrum lectori esto: debui quod sentiebã dicere: pugnare, atque obtrudere quod dixi, non debeo.

17

18 Esse viro. *Non fornicaberis, & non eris viro.* Hoc iam expositum est. Nec alijs amatoribus turpiter te prostitues, nec mihi viro tuo, sed multos dies sine viri vsu manebis. Est autem phrasis Hebræorum, qua etiam Paulus vsus est Roman. 7. Nam vbi habemus: Adultera vocabitur si fuerit cum alio viro. In Græco est, Si fuerit alij viro. Et statim: vt non sit adultera si fuerit cum alio viro, Græce similiter: Si fuerit alij viro. Ex quo recte intelligitur quod continuo sequitur: Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus CHRISTI, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit. Græce, vt sitis vos alteri viro, illi qui ex mortuis resurrexit. Perstat enim in similitudine nuptæ.

Sed & ego expectabo te. Quamuis ad te nõ accedam, non te tamen penitus abijciam, atque dimittam: Sed expectabo tempus, quo tecum copulabor, & liberos ex te suscipiam. Significat CHRISTVM expectaturũ Synagogam vsq; ad finem sæculi, quo multos ex illa filios procreabit.

Sedere *Quia dies multos sedebunt filij Israel.* Ipse propheta interpretatur, quod hactenus diximus, sedere proprie mœrẽtium est, cum præ animi dolore, nec agere quidquam libet, nec se quò vertant, sciunt. Iob. 2. Sederunt cum eo in terra septem diebus. Nehemiæ. 1. Sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & Psalm. 126. Surgite, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, id est, Abijcite iam dolorem, quo tenebamini. Inde ad viduas transferri solet, dum sunt in viduitatis dolore: vt Isaiæ. 47. Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Et Thren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo; facta est quasi vidua domina gentium. Sciamus ergo, vbi nos habemus, *Dies multos expectabis me,* in Hebræo esse, Dies multos sedebis mihi, id est, Quasi vidua sine coniugis vsu expectabis me. Et rursus, sed & ego tibi, id est. Ego etiam quasi viduus expectabo te. Lxx. ἡμέρας πολλὰς καθίσῃ ἐπ' ἐμοί, id est, Dies multos sedebis apud me, vel in mea potestate: & statim, καὶ ἐγὼ ἐπὶ σοι, Et ego apud te, siue in tua potestate, quomodo maritus quodãmodo esse dicitur in potestate vxoris. Merito itaque in interpretatione ait: *Quia dies multos sedebunt filij Israel,* more videlicet viduarum, atque mœrentium.

Sine rege, & sine principe. Ab eo tempore quo excisa est Ierusalem à Tito, hæc omnia patiuntur: nam neque regem, neque ducẽ, aut præfectum suæ gentis habent, sed vbique alienigenis regibus seruiunt, quia regi regum, & Domino dominantium seruire noluerunt, dicentes; Non habemus regem nisi Cæsarem, & miserunt legationem post illum

Luc. 19. illum dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Chald. Absque rege de domo Dauid, & absq; dominiũ capessente in Israel.

Et sine sacrificio, & sine altari. Non enim licebat eis sacrificium offerre, aut altare facere, nisi in templo Ierusalem, vt Deute. 12. Scriptum est, ex qua pulsi nullum sacrificiũ offerunt, nullum altare habent.

Ephod. *Et sine Ephod.* Ephod (vt recte adnotat Hieronymus) est indumentum Sacerdotale, quod in Exhodo & in Leuitico à Lxx. ἐπωμὶς dicitur, id est, superhumerale, ab Aquila: ἐπένδυμα. i. super indumẽtum. Idem in epist. ad Marcellam, cuius initium est: Epistolare officium, docet hoc loco per Ephod vestem sacerdotalem, sacerdotium ipsum intelligi, sicut & Lxx. verterunt, sine sacerdotio. Duplex autem erat Ephod, (vt ibidẽ ait,) alter auro, hyacintho, purpura, byssoq; contextus, quo solus summus sacerdos vtebatur, de quo nunc maxime loquitur: alter lineus, quo vtebantur minores sacerdotes, de cuius figura Lyranus & alij in Exhod. 28. capite.

Duplex Ephod.

20 *Sine theraphim.* Quod Hieronymus ipsam vocem Hebraicam reliquit, non sine exemplo fecit, ita enim ante eum fecerant Symmachus, & Theodotion, vt idẽ refert in epistola ad Marcellam, cuius initium est. Epistolare officium, quam hic crebro citabimus: & tam in hoc ipso nomine, quam in alijs sæpe fecerunt Lxx. & doctissimi quiq; interpretum. Quamuis hoc quidem loco propter nominis ambiguitatem potissimũ factum arbitror. Variæ sunt de hoc nomine autorum sententiæ. Nec libet nunc recentiorum Hebræorum somnia narrare, quæ retulit Lyranus Genes. 31. & Iud. 17. Quæ apud illos certissima, ac verissima habetur interpretatio, hæc est: Theraphim esse figuras, siue imagines, in quibus videntur futura, diabolo videlicet per eas responsa reddẽte. Ita R. Dauid Kimhi interpretatus est, & post eũ Lyranus, Vatablus, Isidorus Clarius, & alij. Vnde hoc probare possint, viderint ipsi. Vera, & certa interpretatio est hoc nomine significari tantum imagines, siue figuras, qualescumque illæ sint. Docuit hoc Chaldæus paraphrastes, qui vbicumque hoc inuenitur, semper fere interpretatur, תְּלָתְנִיא, id est, imagines, aut simulacra, vt Ezech. 21. &. 1. Reg. 19. & Genes. 31. bis, aut דְּמוּתָא quod idem est, vt Iudic. 17. & 18. Semel tantum apud Zachar. capit. 10. ver-

Thera-phim.

tit פְּלַחֵי צַלְמַנְיָא, id est, colentes imagines, Sed censuit nomine imaginum illo loco significari à propheta, qui eas colebãt, & earum instinctu loquebantur. Aquila quoq; pro Theraphim solit⁹ est vertere μορφώματα, vt in traditionibus Heb. in Genes. & in epistola ad Marcell. ait Hieronymus, id est, figurationes, & sic ait idem Hieronymus: Theraphim, proprie appellantur μορφώματα, id est, figuræ, & simulacra. *Ex his intelligimus illud. 1. Reg. 19. Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectũ: vbi pro statua est in Hebræo Theraphim. Quam autem statuam posuit? certe non idoli alicuius, neque enim idola erant in domo Dauidis: sed neq; alterius modi statuæ essent apud Dauidẽ, nõ imagines astronomicę, vt quidam putant, non imagines factæ ad suspiciendam virtutem superiorum, quod R. Abraham magis huic loco consentaneum esse dixit in commentarijs Genes. 31. cap. quæ omnia Iudæi detestabantur. Sed fecit Michol ex varijs hinc inde rebus statuam homini similem, qualis tauris obijci solent in circo, aut in hortis poni ad aues terrẽdas, vestibus scilicet virilibus, aut palea, aut ligno, aut pannis oppletis, & humani corporis membra simulantibus, aut certe quales tumulis imponi solent, cum absentium funera fiũt. Vnde addit: Et pellem pilosam caprarum posuit ad caput eius, videlicet vt ruffos Dauidis capillos imitaretur. Atque hoc fortasse voluit Iosephus. 6. antiq. ca. 14. cum in eadem historia ait: Stragulis iecur caprę recens exemptum subiecit, videlicet vt palpitaret, & non mortuum corpus, sed viuens videretur. Quare merito Chaldæus vertit, Tulit autem Michol imagines. Discimus etiam cur Lxx. dixerint, Et accepit Michol τὰ κενοτάφια, quod alienissimum videtur, cum sit valde elegans, & congruens. Vocat enim cenotaphia statuas repræsentantes veluti sepulcrum hominem, aut tumulo impositum, vt sepeliatur, cum illic corpus illius nõ adsit. * Nemo ergo poterit iure reprehendere Hieronymum, cum hic ait: Theraphim proprie appellantur μορφώματα, id est, figuræ & simulacra, quæ nos possumus in præsenti dumtaxat loco Cherubim & Seraphim, siue alia, quæ in templo iussa sunt fieri, dicere. Neque cum affirmat in epist. ad Marc. in Theraphim, id est in figurationibus, vel figuris varia opera intelligi, quæ Theraphim vocantur, id est, varias pi-

21 Locus 1. Reg. 16.

22

Universidad de Deusto
Biblioteca

cturas, atque texturas, quæ erant in vestibus sacerdotalibus. Ex quo colligit, cum Iud. 17. de Micha dicitur: Et fecit ephod, & theraphim, fecisse eum cum veste sacerdotali, id est, ephod, cetera quoque quæ ad sacerdotalia pertinent ornamenta. Sed quāuis recte ita noster propheta exponatur; probabilius tamen & germanius exponetur, si dicamus theraphim hoc loco idola gētium vocari. Primo quidē, quoniam hęc est vsitatior huius nominis notio in scriptura, vt Genes. 31. Et Rachel furata est idola patris sui. Et postea: Abscondit idola subter stramenta camelę. Et Iud. 17. ipse Hierony. in translatione interpretationem addidit, Et fecit ephod, & theraphim, id est, vestem sacerdotalem, & idola. Et cap. 18. Tulerunt igitur qui intrauerant, sculptile, ephod, & idola. Et ibidem: Acquieuit sermonibus eorum, & tulit ephod, & idola. Ezec. 21. interrogauit idola, extа consuluit. Zac. 10. Quoniam simulacra locuta sunt inutile. In quibus locis est in Hebręo, Theraphim. Et optimam esse interpretationem aliorū quoq; interpretum consensus docet. Idem in traditionibus Hebraicis in Genes. hanc interpretationem confirmat, exponens enim illud Genes. 31. de Rachele abscondente idola ait: vbi nunc idola legimus, in Hebræo Theraphim scriptum est quæ Aquila μορφώματα, id est, figuras, vel imagines interpretatur. Hoc autem ideo vt sciamus, quid in Iudicum libro theraphim sonet. * Secundò, quoniam duo dixerat propheta, *Non fornicaberis, & non eris viro*. Non fornicaberis, ideo dictum est, quod Iudæi nullum postea idolum adoraturi erant. Hactenus vnum exposuerat, Non eris viro, cuius expositio est, *Sedebunt filij Israel sine Rege, &c.* Alterū, id est, *Non fornicaberis*, erat etiam exponēdum; nec videmus vbi exponi recte possit, nisi cum dicitur, *Sine theraphim*; quasi dicat, Erunt sine vero Deo, & sine falsis dijs: nec his offerre volent sacrificium, nec illi poterunt. Dicat aliquis, cùm ait, *Sine altari, sine sacrificio*, tam de Dei, quam de idolorū altari intelligi. Sed (vt alios omittant) Hieronymus ipse de sacrificio, & altari Dei interpretatur. Denique cum habeamus ibi Theraphim, quam vocem ex omnium consensu idola significare scimus, cur certis relictis confugiamus ad dubia? Quemadmodum ergo, si aut idola, aut simulacra diceremus, deos gentium quiuis Græcus, aut Latinus intelligeret sculptos, aut pictos, non autem responsa reddentes, licet multi ex illis responsa reddere soliti sint: ita cum legimus Theraphim, simulacra debemus intelligere, non quidem futura prædicentia, licet multa quoque prædicerent; sed simulacra tantum, quoniam ea tantum est huius nominis vis. Lxx. interpretes pro Sine theraphim verterunt, ἄνευ ἄλλων, id est, Non existentibus manifestationibus, vel sine manifestationibus, vt Hieronymus vertit, vel Sine manifestis, ita enim legendum est cū Hieronymo, & Theoph. & Theodoreto, vt habetur etiam in Aldino codice, non, ἄνευ δηλώσεως, vt est in Biblijs Complutensibus, & regijs. Δήλωσις autem vocant diuinas prædictiones, (vt aiunt Theodorus, & Theodoretus) id est, Non habebunt prophetas? per quos futura doceantur. Nam summus sacerdos in rationali habebat, הָאוּרִים pro quo Hieronymus vertit, veritatem. Lxx ἀντὶ δηλώσεως, siue ἀνευ δηλώσεως, id est, manifestationē, aut manifestationes, Aquila, φωτισμούς, id est, illuminationes, per quæ significationibus quibusdam in eis apparentibus futura prædicebat. Vel iuxta Theophyl. non habebunt diuina signa, per quæ futura cognoscant. * De quo prædictionis genere hoc loco minime disputabo, quoniam hanc interpretationem non sequor; nec scire possum, quare ita Theraphim acceperint: quāuis non ignoro & Chaldæum valde illi fauere, qui vertit וְלֵית אֶפּוֹד וּמַחֲוֵי, id est, Non erit ephod, neque responsa reddens. Quare quod Iohannes Quinquarboreus transtulit, Nullumque ephod, aut idoli responsum, è suo adiecit, idoli, nam Chaldæus ita habet, vt diximus. Forte autores hi propter variam texturam, & lapides rationalis, ipsum rationale vocauerunt Theraphim, & per rationale futurorum prædictionem illam intelligi censuerunt. Quod si verum est Hieronymi expositio per se probabilis, redditur probabilior.

23

Et post hæc reuertentur filij Israel, &c. In fine sæculi reuertentur ad Christum, quem olim reiecerant. Dauid Christum significat, quoniam eius figura fuit, & vsitatū est in scriptura (vt in Haggæum dicemus) nomen figuræ tribui rei figuratæ. Ita Ezec. 34. Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid. Et ca. 37. Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum. Et postea:

Et Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. Quod luculenter explicat apostolus Rom. 11. Adnotat autem Paulus Burgensis in addit. ex eo quod ait; *Et quærēt Dauid regem suum*, plane colligi Dauidem illū iam venisse, quamuis ipsi eum non quærāt. Nō enim dicit, Veniet Dauid rex suus, sed, Quærēt eum, qui, scilicet, iā venerat. Vnde (inquit) ista prophetia impletur in illis, qui quotidie conuertuntur, licet integre implenda sit in fine mundi.

Et pauebunt ad Dominum. Magna reuerentia Deū venerabuntur. Mal. 2. Et dedi ei timorem, & timuit me, à facie nominis mei pauebat. Lxx. καὶ ἐκφοβοῦνται, id est, Quasi attoniti præ reuerentia erunt. Augu. 18. de Ciuitat. c. 28. legit, Stupescent.

25 *Et ad bonum eius.* Ad magna & mirabilia beneficia, quæ ab eo accipient. Mirabuntur Dei bonitatem, quod populum nō crēdentem, & contradicentem tam benigne ad se vocauerit, quod promissionis patrum post tot annos recordatus fuerit, quod tot donis ditauerit immerentes. Lxx. Et obstupescēt super Dominum, & super bona eius. Chaldæus: Et multiplicabitur bonitas eius quæ aduentura est eis.

In nouissimo dierum. Quæritur, quo tempore futura sit hæc cōuersio populi Iudæorum, & quid propheta vocet nouissimum dierum. Hieronymus, in fine mundi futuram docet, atque eadem est reliquorum patrum sententia, & merito sane. Paulus enim ait Rom. 11. Nolo enim vos fratres ignorare mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec intraret plenitudo gētium, & sic omnis Israel saluus fieret. At vsque ad finem sæculi non videtur intrasse plenitudo gentium, scriptum est enim Matth. 24. Et prædicabitur Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gētibus, & tunc veniet cōsummatio. Sed quoniam post quā plenitudo gētiū intrauerit, posset aliquis existimare aliquot annos esse fluxuros ante Iudæorum conuersionem, aut certe post vsque ad finem sæculi multum restare temporis: docet scriptura conuersionem hanc futuram post aduentum Antichristi. Cum enim venerit Antichristus, honorifice eum Iudæi excipient, & regem salutabunt, vt scribit Hippolytus martyr in oratione de consummatione mundi, & Damascen. 4. de fide. capit. 27. vbi ita illud Iohan. 5. explanat: Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Et illud. 2. Thess. 2. Ita vt in templo Dei sedeat, idē pater explicat: In veteri Iudaico, non in nostro. * Hoc autem patientur (vt ibidem ait Paulus) eo quod caritatem veritatis non receperunt. Tūc ergo mittet eis Deus Eliam, & Henoch, quorum prędicatione conuertantur. Apocal. 11. Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt Malach. 4. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequā veniat dies Domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Et Dominus Matth. 17. Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Ita vt diximus, docent Anselmus, & Theodoretus in hæc verba Pauli, & Augustin. 20. de ciuitat. cap. 29. & Hieronymus, in illud Psalm. 20. In reliquijs tuis præparabis vultum eorum. Cum autem hi duo prophetæ interficiendi sint ab Antichristo Apocal. 11. Constat conuersionem Iudæorum tempore Antichristi futuram esse. Rursus cum illi non sint prædicaturi, nisi mille ducentis, & sexaginta diebus, id est, tribus annis cum dimidio, Apocalip. 11. Tantundemque regnaturus sit Antichristus, Daniel. 12. videmus quam coniuncta sit conuersio fini sæculi. Docet autem Hieronymus in illud Daniel. 12. Beatus, qui expectat, & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque: Dominum venturum esse ad iudicandum quadragesimo quinto die à morte Antichristi. Sed nū saluifient omnes Israelitę, qui tunc erunt in terra? Occumenius in illud Pauli ad Rom. 11. Donec intraret plenitudo gentium, ita respondet: Sicut non omnes ex omnibus gētibus intrauerunt, sed maior pars, ita non omnes Iudæi, sed fere omnes saluabuntur. Theophil. ibidem, Tuncque omnis Israel saluus erit, qui crediderit, videlicet. Idē plane indicat Daniel. ca. 12. Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro.

Quo tempore conuertendi sint Iudæi.

Quæstionem, quę in principio occurrebat, vtrum de tēpore captiuitatis Babyloniçę in his propheta loqueretur, an de tēpore quod mortē Domini nostri IESV CHRISTI consecutum est, consulto in hunc locum distuli, quoniam ex dictis iam soluta videtur. Theophylactus quidem, & Theodoretus, & Ruffinus cōrendunt de Babylonica

27 De quo tē pore sit hęc propheta.

Universidad de Deusto
Biblioteca

captiuitate prophetiam esse, tunc Iudæos fuisse sine rege, sine principe, sine altari, &c. expectasseq; dies multos, id est, totum tempus captiuitatis, donec in reditu ad Deum reuersi sunt, & acceperunt principem Zorobabelem, quem & Dauidem nominarũt, quoniam ex Dauidis stirpe natus est. Ruffinus addit etiam, alteram opinionem Iudæorum esse vel sequẽtium Iudæos, & qui eam tuentur falli, vel fallere, quod de Hieronymo potissimum eum dixisse arbitror, quem hoc nomine in proœmio accusauerat. Sed num Iudæos sequi voluit Augustinus, qui eodem modo interpretatus est. 18. de Ciuitat. cap. 28? Num Cyrillus? Num sanctus Iulianus Pomerius, qui contra Iudæos disputat? Num Rupertus? Num multi postea autores? Non solent Iudæi ad CHRISTVM referre quæ quouis modo de regibus, & ducibus suis possunt interpretari: Christianorum id doctorũ est. Quare Ruffini potius interpretatio Iudęorum est. Hieronymus: Præsens capitulum: alij Iudæorum super Babylonica captiuitate interpretantur, quando Lxx. annis desolatum est templum, &c. Alij, vt nos, in futurum deferunt tempus, & quæ sit causa tam grandis offensæ, vt tanto tempore relicti sunt, maxime cum idola non colant, præter interfectionem Saluatoris aliam nõ valent inuenire. Ego hos posteriores Iudæos, quos refert Hieronymus, illos esse puto, qui veritate conuicti ad CHRISTVM reuersi sunt, qualis fuit postea R. Samuel Marrochianus in epist. de aduentu Messiæ, cap. 26. & S. Iulianus lib. 1. contra Iudæos, & Lyranus, & Paulus Burgensis in additione. Nam qui in incredulitate adhuc manẽt, quomodo ita CHRISTVM nostrum laudent, vt propter eius cædẽ tanta se pati confiteantur? Quomodo illum Dauidem regem suum vocẽt, quem vt blasphemum, & sacrilegum detestantur? * Hos igitur, qui nobiscum sentiunt, melius iam Christianos, quam Iudæos censebimus. Qui Iudaica infidelitate tenẽtur, vel de captiuitatis Babylonicæ tẽpore putant varicinari prophetam (vt Hieronymus retulit) vel non ad CHRISTVM nostrum, sed ad Messiam suum, quem frustra expectãt, referunt, (vt in additionibus ait Paulus Burgens.) sub quo se ad Deũ per pœnitentiam reuersuros dicunt. Argumẽtatur quidem Ruffinus, sed ex dictis argumenta eius soluta sunt. Fortius, ac melius argumentaretur, si illud nobis obijceret ex 2. Paralip. 15. vbi eadem fere verba sunt, atq; in nostro propheta, & omnino referẽda ad captiuitatem videntur: Si quæsieritis eum, inuenietis, si autem dereliqueritis eum, derelinquet vos. Trãsibunt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absque sacerdote, doctore, & absque lege. Cumque reuersi fuerint in angustia sua ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. Hoc autem Dominus promisit per Ieremiam. 29. cap. manentibus in captiuitate, Et inuocabitis me, & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiam vos. Quæretis me, & inuenietis, cũ quæsieritis me in toto corde vestro. Quo loco Lyranus affirmat expositores nostros dicere hanc prophetiam impletã esse tẽpore captiuitatis Babylonicæ. Et postea: Dicunt etiã quod perfectius impleta est illa prophetia per captiuitatem Iudæorum factam per Titum, & Vespasianũ. * Ego sane cuperẽ, vt eos doctores nostros nominaret. Certe Galatinus ex nostris est, & de tempore post CHRISTI aduentum interpretatur lib. 9. contra Iudæos ca. 6. Ex nostris est Hugo Cardenalis, qui ita id in hunc prophetę locum exposuit. Sed missos faciam autores, verba ipsa manifesta sunt, adeo vt nostram quoque sententiam confirmẽt. In tempore illo non erit pax egredienti, & ingredienti, sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terratũ. Pugnabit enim gens contra gẽtem, & ciuitas contra ciuitatẽ, quia Dñs conturbabit eos in omni angustia. Quid apertius quam hęc de tempore proximo extremo iudicio intelligi, quo Iudæi, in angustia sua clamabunt ad Dñm Deũ Israel, & conuertentur? Exponit Lyranus: Quia Iudæi reuersi de captiuitate per longũ tempus fuerũt in magna afflictione positi, quia Samaritani, & alij eorũ vicini frequenter molestabãt eos, & inuadebãt, vt habetur libro Nehemiæ in pluribus locis. Sed nescio quomodo nõ videat inuita maxime & repugnãtia verba scripturę ad hunc sensum trahi. Fuerunt tunc terrores in Iudæis, nõ in omnibus habitatoribus terrarũ. Quæ bella tunc fuerunt? quomodo gens pugnauit contra gentem, & ciuitas contra ciuitatem? * Quanto melius his conuenit cũ Domini verbis Luc. 21. Cũ audieritis prælia, & seditiones; nolite terreri; oportet enim primũ hæc fieri, sed nondũ statim finis. Tũc dicebat illis, Surget gẽs cõtra gentẽ, & regnũ

28 29 30

aduersus regnum, &c. Præterea non fuit Israel Babylone sine Deo vero, semper eum coluit, quamuis offerre sacrificia nõ posset, habebat enim prophetas apud se, vt Danielem & Ezecielẽ, & viros virtute præstãtes, vt socios Danielis, Iesum filiũ Iosedec, Zorobabelẽ, Susannã, & multos id genus; itaq; nunquã ille populus defijt & esse, & dici populus Dei, donec doctrinę Euãgelicę repugnauit, vt diximus. ca. 2. nu. 3. Non fuit sine sacerdote: habebat summum sacerdotẽ Iosedec, & postea eius filium Iesum: habebat & legem. Conueniunt igitur hæc verba eidem tempori, cui & verba Hoseæ. At quo modo nunc sunt sine lege; cum eã in synagogis suis legant sabbatis omnibus. Quoniam lex Moysi lex olim fuit, nunc lex nõ est. Lege enim homines obligantur, vt ex eius præscripto viuant, nunc autem tãtum abest, vt ea quisquã mortaliũ obligetur, vt obseruari etiã sine peccato minime possit. Recte ergo dicuntur sine lege, qui Euãgelicã legẽ nõ habẽt, qua vniuersi homines obligãtur, & sine qua salu° esse potest nemo.

31 Sed iam Hoseæ verba percurramus, vt nemo non videat ad tẽpus captiuitatis Babylonicæ nõ pertinere. Primum non constat nullos in illo Lxx. annorũ tempore fornicatos fuisse, id est, idola coluisse: post Christum autem nullus Iudæorũ fornicatus est. Deinde nõ fuerunt tunc prorsus sine rege, & sine principe, quandoquidem diu vixit Ioachin rex, de quo 4. Reg. vltim. legimus: Factum est vero in anno triceſimo septimo trãsmigrationis Ioachin regis Iudæ, subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno, quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere: & locutus est ei benigne, & posuit thronũ eius super thronum regũ, qui erant cũ eo in Babylone. Et mutauit vestes eius, quas habuerat in carcere, & comedebat panẽ semper in cõspectu eius cunctis dieb° vitæ suæ. Hic genuit Salathiel, ex quo natus est Zorobabel princeps totius populi. Habebãt etiam sua iudicia, vt capite etiã plectere suos possent, vt in Susannæ, & senum historia legimus Danie. 13. Deniq; (vt recte ait Rupertus.) Semper aut regem, aut principẽ habuerunt, quia scriptũ erat Gen. 49. Nõ auferetur sceptrũ de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est. Sed post hæc, inquit, reuertentur filij Israel, & quærent Dñm Deum suũ, & Dauid regẽ suum. Factumne est hoc eo tempore? Aug. 18. de Ciuit. c. 28. relatis his verbis ait; Nihil est ista prophetia manifestius, qua Dauid regis nomine significatus intelligitur CHRISTVS. * Doceant autores hi vbi Zorobabel dictus sit Dauid in scriptura, aut alter quiuis, qui sit ex genere Dauidis, præter vnum IESVM CHRISTVM. Nõ vocatur CHRISTVS Dauid, quia ex eius genere natus est secundum carnem alioqui Salomõ, Roboham, Ezecias, & ceteri Dauid dicerẽtur. Sed quãdo ita locuta est scriptura? Quãdo vnquam Isaac aut Iacob, aut Dauid vocati sunt Abraham: Tota vnius gentis collectio solet primi autoris nomine appellari, vt Israel, vniuersus populus, Iudas, vniuersa tribus, & Benjamin, & Leui: at vnus homo nõ solet. Sed quia nomen figuræ rei per illã significatæ tribuit sępe scriptura, ideo CHRISTVS Dauid vocatur, & Salomõ; quia hi potissimum illius figura fuerunt: Zorobabeli hoc non cõuenit. Sed vt hoc daremus, Zorobabelem quoq; Dauidem dici posse, nũ rex quoq; idem dici poterit: Dux Iuda dicitur in Haggæo, & populum eduxit cũ Iesu sacerdote, sed rex ucque appellatus est vnquã, nec potuit: fuit enim nepos regis Ioachin, de quo Iere. c. 22. varicinatus est: Scribe virum istũ sterilẽ, virũ qui in diebus suis non prosperabitur; nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid. Vnum adhuc supereſt, quod possit diligentem mouere lectorẽ. * Diximus illa verba: dilige mulierem dilectam amico, & adulteram, sicut Dominus diligit filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos. Omnino de tempore illo intelligi, quod captiuitatem Babylonicam pręcesserit, nam post eam non respexerunt ad deos alienos. Qui ergo fieri potest vt huius mandati executio, & interpretatio, quæ in reliquo capite scripta est, non sit ad idem tempus referenda? Respondeo in illo Domini mandato, quod accepit propheta, duplicem (vt ita dicam) Dei amorem significatum esse erga synagogam; & eum, quo illam prosequebatur adhuc idolacolentem, & alterum, quo etiam post tantum facinus cædis filij sui, & incredibilem aduersus Euangelium obstinationẽ adhuc illam, quodammodo retinuit, & aliquando cõuertendam expectauit. At cum dicit ei: Dies multos expectabis me, &c. Iam de tempore post passionem editur prophetia, in quod quadrant optime verba, vt demõstrauimus; in tempus enim captiuitatis

32 Haggæi 1. & 2. 33

quadrare non possunt.

EXPOSITIO MORALIS totius capitis.

34 Prouidentia Dei erga electos admirabilis.

Inde Dei operibus vix quidquam mihi videtur mirabilius ineffabili illa prouidentia, ac sapientia, qua prædestinatorum animas dirigit, ac ducit in beatum illum finẽ, in quẽ elegit. Hãc licet in illo populo quasi in expressa imagine intueri, ita vt totus populus, de quo dictũ est primum: Filius meus primogenitus Israel; & deinde, post maxima, peccata; Non repulit Deus plebem suã quam præsciuit, figuram nobis exprimat animæ à Deo electæ, & diu per magnã patientiam toleratæ. Quam benigne eam primo ad se vocat in peccatorum sanguine iacentem, & vt filiam primogenitã, id est, carissimam, diligit, atq; educat? Deinde in meretriciam vitam collapsam quam mãsuete reuocat? quam hilariter redeũtem excipit? quã arcte matrimonio secũ copulat? Mox fœdissimus adulterijs prouocatus ad diuortium adhuc retinet, & nouo sibi fœdere cõiungit. Et cũ posset potentiæ suæ vi isthæc peccata, & adulteria auertere, sinit tamẽ libertate sua vtẽtem peccatis obligari, & infelicissimæ cõditionis miserias experiri, vt magis inde proficiat, & cautior, atq; humilior redeat: tãdemq; malo suo edocta dicat: Hos. 2. Reuertar ad virũ meum priorẽ, quia bene mihi erat tunc magis, quã nunc. Interdum etiam ingratã animam, & suis donis abutẽtem, quam multis magnisq; beneficijs coemerat, in eũ statum deduci patitur, vt nec fornicetur, nec sit viro, sed quasi vidua dies multos sedeat, & ipse interim expectat. *

35 Hoc autẽ fit cum animã sanctorũ laborum & viæ Dei tædet, nec vlla ratione se ad progrediendũ erigit, atq; excitat; nec tamẽ idola mundi colit, nec amore terrenorũ bonorũ multũ ducitur, sed est quodãmodo, *sine rege, & sine principe, sine Ephod, & sine theraphim.* Hoc & illis vsu venit sæpe, qui peccato mortali tenẽtur, & suo modo ijs, qui grauioris alicuius peccati sibi conscij nõ sunt; sed pigritia quadã, & infirmitate animi occupati, & debilitati iacẽt. Quo statu nullus intra suos cuiusq; vitę fines videtur periculosior. Filijs quidẽ Israel tũc optime erat cũ Deum verũ religiose colebãt, male autem cũ declinabant ad idola, pessime cum nec Deum adorabant, neq; idola. Cur pessime? Nõ quod tũc grauius offenderẽt, sed quod periculosius. Nã cum idola habebant, videbãt se in offensa esse apud Deum, & semper impietas illa vel nolentiũ animis, atq; oculis obuersabatur. Si quid mali accideret suis sceleribus cõtinuo tribuebãt; si boni quid, magis ad Dei amorẽ in sceleratos benefici excitabantur. At cum nec Deum, vt oportebat colebant, nec idololatria tenebãtur, offensam, in qua erant, non videbãt, nec beneficijs prouocabantur, nec corrigebantur supplicijs. Licet ex euentis iudicare. Nunquam diu ita idolis adhęserunt, vt cũ diutissime post paucos annos ad Deũ per pœnitentiã non redierint. Hodie tertius & quinquagesimus annus est supra millesimum & quingẽtesimum; ex quo CHRISTVM Dñi sibi promissum, diuq; expectatum cruci affixerũt, & ab eodẽ tempore sunt sine rege, & sine principe, sine altari, & sine sacerdotio, sine Ephod, & sine theraphim: nec tamẽ reuertuntur, vt quęrant Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, nec reuertentur, vsq; ad nouissimũ dierũ. * Transferam° 36 hoc ab imagine ad rẽ, id est, à populo illo ad animam, quæ cœpit ædificare, & nõ potuit consummare; & cum alacriter curreret, in media via, quasi calore defatigata, & relaxata substitit; & se socordię, atq; inertiæ tradidit. Videbimus miserabilem illius, cõditionem de qua eleganter sane Gregorius in. 3. parte Pastoralis curæ, admonitione. 35. Ad monendi, inquit, sunt, qui inchoata bona minime consũmant, vt cauta circũspectione considerent, quia dũ proposita non perficiunt, etiã quæ fuerant cœpta, conuellũt. Si enim quod videtur gerẽdum solicita intentione non crescit, etiam quod fuerat bene gestum decrescit. In hoc quippe mũdo humana anima quasi more nauis contra ictum fluminis cõtendentis (ita enim legẽdum arbitror non cõdescendentis) vno in loco nequaquã stare permittitur; quia ad ima relabitur nisi ad sũma conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionẽ nõ subleuat, ipsa operãdi remissio contra hoc quod operatum est, pugnat. Hinc est enim quod per Salomonẽ dicitur: Prou. 18. Qui mollis, & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Quia videlicet qui cœpta bona districte non exequitur, dissolutione negligentiæ manum destruentis imitatur. Et Sardis ecclesiæ angelo dicitur: Esto vigilans, & confirma cetera, quæ moritura erant, non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo. Apoc. 3.

*Et

37 * Et paulo post: vtinã frigidus esses, aut calidus: sed quia tepidus es, nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Calidus quippe est, qui bona studia, & arripit, & consummat: frigidus vero est qui cõsumãda, neq; inchoat: & sicut à frigore per teporem transitur ad calorem; ita à calore quoq; per teporẽ reditur ad frigus. Aut calidus ergo quisq; esse, aut frigidus quęritur, ne tepidus euomatur: vt videlicet ne dum cõuersus adhuc de se spẽ conuersionis præbeat, aut iã conuersus in virtutibus inardescat, ne euomatur tepidus, qui à calore, quẽ proposuit, torpore ad noxium frigus redit. Pulchre etiam de hoc tepidorum statu, quẽ omnium pessimũ dicit, Iohãnes Cassianus agit collatione. 4. c. 19 cuius verba libenter hic insererem, nisi tam multa essent, tamq; pulchra, vt si referri cœpissent, omnia essẽt referenda. Est ergo diligentissime curandũ, vt nequaquã nos ipsos in illo noxio repore diu esse patiamur, sed nobiscũ pugnãtes, & Deum sine intermissione inuocãtes, deuotionis in nobis spiritũ excitemus. Fili in tua infirmitate ne despicias teipsum, sed ora Dominum, & ipse curabit te. * Ne patiamur nos esse sine rege, & sine principe; In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit (vt ait apostolus) vt & mortuorum, & viuorum dominetur. Et ipse ait: Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Et alibi: Veruntamẽ inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me. Huic regi seruire regnare est. Quale est regnum sine rege? Qualis multitudo sine principe? Cur simus sine sacrificio, cum sacrificium habeamus præstantissimũ corporis & sanguinis IESV CHRISTI, quod patrem nobis conciliat, & placat? Cur non huius virtute vtamur? Cur tali sacrificio offerendo, in spem quiduis ab eo, qui dedit, obtinendi non erigamur? Altare etiam habemus penes nos in ara cordis offeram° Deo sacrificium cordis contriti, & humiliati; nõ enim illud despiciet. Accusemus teporem nostrum, ploremus coram Domino qui fecit nos; lacrymis sordes nostras abluamus, & toto corde quæramus Dominum Deũ nostrum, & Dauid regem nostrũ, ita enim tot bonis abundabimus, vt ad tantam Dei bonitatem obstupescamus. Sed quoniam nemo scit, vtrum odio, vel amore dignus sit; nec scimus, an quoadusq; nos velimus, Dominus expectaturus sit. Demus operã, vt Dei patientia minime abutamur, sed celeriter ad eum redeamus, omnemque torporẽ mẽtis excutiamus, ne forte claudatur nobis ianua, vt fatuis virginibus, & sero pulsantibus respondeatur; Amen dico vobis, nescio vos. Recte ergo Salomon: Quodcũque facere potest manus tua, instanter operare; quia nec opus, nec ratio nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas. Eccle. 38. Rom. 14. Psal. 2. Luc. 19. Eccle. 9. Matth. 25. Eccle. 9.

CAP. IIII.

AVdite verbum Domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: *non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, et infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli: sed & pisces maris cõgregabuntur. Veruntamen vnusquisq; non iudicet, & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuã. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiã: quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum. Et erit* Esa. 24. sicut populus, sic sacerdos: & visi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non saturabũtur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam dominũ dereliquerunt in non custodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annũtiauit ei: spiritus enim fornicationum decepit eos, et fornicati sunt à Deo suo. Super capita montium sacrificabant, & super colles accẽdebãt thymiama: subtus quercum & populum & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: Ideo fornicabũtur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cũ adulteraverint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersantur, & cum effœminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltẽ Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Bethauẽ: neq; iuraveritis, Viuit Dominus. Quoniam sicut vacca lasciuiẽs declinauit Israel: nunc pascet eos Dominus quasi agnũ in latitudine. Particeps idolorum Ephraim dimitte eũ. Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiã protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificijs suis.

HISTORIA.

1 *Audite verbum Domini filij Israel.* Cum filios Israel dicit, vniuersis tribubus se loqui significat: & quoniam grauia supplicia cõmemoraturus est, enumerat eorum peccata, vt nemo ignoret, quam merito eis Deus irascatur.

Quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Quia Dominus vult vobiscũ omnibus litigare, siue iudicio contendere. De quo diximus. cap. 2. nu. 36.

Non est enim veritas. Non est qui fidem seruet alteri, in rebus contrahendis alter alterum decipit.

Et non est scientia Dei. Sciẽtia Dei proprie in scriptura dicitur, quæ opera cum cognitione coniungit. Ierem. 9. Non glorietur sapiens in sapiẽtia sua, &c. Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire, & nosse me. Et c. 31. (quod citat Paulus Heb. 8.) Et non docebit vir vltra proximum suum, & vir fratrẽ suũ, dicẽs, Cognosce Dominum, omnes enim cognoscent me à minimo vsq; ad maximũ, ait Dominus. 1. Iohan. 2. Qui dicit se nosse Deũ, & mãdata eius non custodit, mendax est. Quare recte vertit hic Chaldæus: Neq; qui ambulẽt in timore Domini in terra. Ita etiam intellexit Cyrillus, & Cyprianus in libello contra Demetrianum.

Maledictum. In maledicto quod Hebraice dicitur אָלָה, intelligamus detractationem, & conuicia, ac denique maledicentiã vt 2. Reg. 16. Ita autem loquebatur Semei, cum malediceret regi: Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial: de quo dixit postea Dauid. 3. Reg. 2. Qui maledixit mihi maledictione pessima. Intelligamus etiam diras, atque imprecationes. Deut. 29. Iuxta maledictiones, quæ In libro legis huius, ac fœderis cõtinentur. Et Psa. 9. Cuius maledictione os plenũ est, & amaritudine, & dolo. Sunt qui pro maledicto malint vertere, Peierare, aut Periurium: quod mihi minus placet, nõ enim significat אָלָה peierare, sed iurare, quod propriè pertinet ad iuramenta execratoria, in quibus mendaciũ nõ inest. Ideo Lxx. verterunt ἀρὰ, id est, maledictio.

Inundauerunt. Elegantissime vertit, פָּרָצוּ, id est, effusa sunt. Lxx, ἐκκέχυνται, quod idẽ est. Sed apud Latinos habet hæc effusio proprium vocabulum, valdeq; aptum, cũ enim aquæ alueo sese non capiunt, per ripas, & loca vicina late expãduntur, quod inundare dicitur, quomodo de aquis diluuij scriptum est Gene. 7. vehemẽter enim inundauerũt, & omnia repleuerunt in superficie terræ. Hier. Nõ dixit, Est, sed vt abundãtiam delictorũ demõstraret, intulit, Innundauerũt.

Et sanguis sanguinem tetigit. Nam de homicidijs loquitur, iam enim de illis dixerat; sed sanguinẽ vocat peccata; vt sæpe in scriptura fit, quod etiam adnotat Gregor. 13. mor. c. 10. Psal. 5. virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. & Psa. 50. Libera me de sanguinibus Deus Deus, &c. Isai. 1. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Hieronymus: Sanguis sanguinem tetigit, siue sanguinem sanguini miscuerunt (ita Lxx.) vt angerent peccata peccatis, & nouis vetera cumularent. Greg. Homil. 11. in Ezec. Sãguis sanguinem tangit, quando peccatũ peccato additur, vt ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Idem ait. 13. mor. cap. 10. & lib. 7. Registri ca. 125. Et Chaldæus vertit, Et aggregãt peccata peccatis. In Hebræo vt maior copia significetur, est: Sanguines sanguines retigerunt. Sed cur sanguis pro quouis peccato accipitur? Quia eius sanguinis erat apud Hebræos detestabilis. Vnde vt possent gentiles cum Iudæis conuersis coalescere, iubentur abstinere à suffocato, & sanguine Act. 15. Sanguis quoque menstruus immundissimus cẽsebatur, Vnde illud Zachar. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid in ablutionem peccatoris, & menstruatæ. & Isa. 64. Et facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. His duabus causis sanguis erat maxime execrabilis Iudeis, & ideo pro peccato accipitur, quod ante omnia execrabile est, & immundum.

3 Maledict.

4 *Propter hoc lugebit terra.* Sterilis erit, & omni fructu carebit, omni decore suo spoliabitur hostibus omnia vastãtibus: Læta enim esse, aut ridere tunc dicitur, cum fecunda est, & herbis, floribus, omnique fructuum genere abundat. Ioe. 1. Depopulata est Regio, luxit humus. Contra de Ecclesia per terræ similitudinem dicitur Isai. 35. Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans. Chaldæus: Hanc ob causam vastabitur terra.

Regula. *Et infirmabitur omnis, qui habitat in ea.* id est, Deficiet, peribit. Ponitur enim more Hebr. quod antecedit pro eo, quod sequitur, id est, infirmitas pro morte, vt Psal. 8. Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudem. In Hebræo est: Perfeciſti fortitudinẽ, ex qua. f. sequitur laus. Ideo vertit Chaldæus: Et exterminio delebitur omnis, qui habitat in ea, loquitur autem de omni infirmitate, siue ex vulnere sit, siue ex fame, siue ex peste, quales belli tempore accidũt multæ.

Sanguis.

In bestia agri, &c. id est, Simul cum bestijs agri, ita enim solet accipi. In, more Hebræorum, & ita verterunt Lxx. 2. Pet. 1. Vos autem curam omnem subinferentes ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, &c. id est. cum fide virtutem, cum virtute scientiam, &c. Hoc autem dicit, quoniam (vt Hiero. ait) cum captiuitas venerit, habitatore sublato, bestiæ quoque, & volucres cœli, & pisces maris deficiẽt, & iram Domini etiam muta animalia sentient. Est enim hoc vsu perceptum, & cognitum, vt cum homines tolluntur è medio, aues, & reliqua animantia, quæ homine quodammodo ad victum indigent, simul tollantur. De qua re iterum dicemus vberius in principio Sophoniæ.

In, pro Cũ.

Sed & pisces maris congregabuntur. Lyranus: Hebræi dicunt, Finiri: verbũ enim Hebraicum hic positum æquiuocũ est ad congregari & finiri, & ex circũstantia literæ videntur Hebræi melius dicere. At si accũratius animum intendisset Lyranus, videret interpretem non debere reprehendi: sed exponi; seruat enim morem scripturæ, in qua cõgregari dicuntur qui pereũt Iere. 8. Idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruẽt, dicit Dominus, congregans congregabo eos, &c. Soph. 1: Congregans congregabo omnia à facie terræ dicit Dominus: congregans hominẽ & pecus, cõgregans volatilia cœli, & pisces maris, id est, omnia vastabo & perdã. Quod ideo dictum est, quia qui extinguuntur, plurimis, id est, mortuis aggregantur. Inde pro eodem dicit scriptura, Apponi ad populum suum, Colligi, siue Congregari, ad patres suos. 4. Reg. 22. Idcirco colligã te ad patres tuos, & colligeris ad sepulcrum tuum in pace. Numer. 31. & sic colligeris ad populum tuum. Quibus in locis est verbũ אָסַף quod hic ponitur. Inde etiam illud Isai. 57. Iustus perit, & nõ est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiæ colliguntur, à facie enim malitiæ collectus est iustus. Quare merito Lxx. verterunt, Et pisces maris deficiẽt: Sicut & Sopho. 1. Deficiat homo, & iumenta, deficiant volucres cœli, & pisces maris. Chaldæus autem; Conficiam homines,

5 Congregari, Colligi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& iumenta, conficiam auem cœlorum,& pisces maris.

ALLEGORIA.

6 Pſal.13. Rom.3. Eadem peccata poſtea quoque in illo populo cernebantur, tanta enim erat iniquitas eo tempore, vt dixerit Dauid, interpretante Paulo, Quia nõ eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deũ. Omnes declinauerunt, &c. Ideo filius Dei iudicio cum eis contendebat, & eorum peccata arguebat: Sed reddiderunt pro bono malum, & foderunt foueam animæ medici ſui, Propter quod luxit terra vaſtata à Romanorum exercitu, & interfecti ſunt habitatores eius, & omnia conſumpta.

TROPOLOGIA.

Habitatores terræ. Omnis Domini contentio eſt cum habitatoribus terræ. Nam qui peregrini ſunt, & hoſpites, & ſciunt ſibi meliorem habitationis locum promiſſum eſſe in cœlis, parẽt Deo, & faciunt veritatem, & iudicium, & abſtinent à ſanguine. At vero habitatores terræ qui contra ſanctorum conſuetudinẽ, putant ſe habere hic manentem ciuitatem & futuram non inquirunt, ij ſunt, qui Domino repugnant, & quibus cum iudicio contendit, quia non faciunt veritatem, neque iudicium, ſed eorum manus ſanguine plenæ ſunt. * Omnium ſiquidem malorum, quibus vita terrenorum hominũ premitur, origo eſt obliuio Dei, & promiſſæ beatitudinis, bonorumq; cœleſtium. Poſt quam enim oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, & portare imaginem terreni Adam, omnino fiunt terreni, & qualis terrenus, tales & terreni, id eſt, inobedientes, & præuaricatores. Ideo quos prius prophe-

7 Obliuio cœleſtis beatitudinis origo omnium malorum. 1.Cor.15. ta habitatores terræ vocauerat, nunc terrã vocare videtur, cum ait: Et non eſt ſcientia Dei in terra. Propterea de ſanctis dicitur: Et confitẽtes quoniam peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram. Qui enim hæc dicũt, ſignificant ſe patriam inquirere. Et ſiquidem ipſius meminiſſent, de qua exierunt, habebant vtique tempus reuertendi, nunc autem meliorem appetũt, id eſt, cœleſtem, ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum, parauit enim illis ciuitatem. Et Dauid: Ne ſileas, quoniam aduena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei. Et Petrus animaduertens hanc cogitationem, cũ primis efficacem eſſe ad peccata repellenda, ait: Cariſsimi, obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos, abſtinere vos à carnalibus deſideriis, quæ militant aduerſus animam. Blandiri quidem animæ videntur hæc deſideria, & requiem ac voluptatem optare: ſed reuera militant aduerſus illam, vt eam perdant, & ſempiternæ morti hoſtiliter tradant. Itaque in excitatorem horum deſideriorum diabolum, haud inepte illud dici poteſt, Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula. * Econtrario omnia mala habitatoribus terræ ſcripturæ comminantur. Iſai.24. Formido, & fouea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ. Ierem.1. Ab aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ. Horum *terra luget*, quia ſemper ſterilis eſt ad bona opera germinanda: & ſi quid in ea oritur, protinus à dæmone depaſcitur. Hanc ſterilitatem prædixit Dauid: Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea: adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui. Qui enim cœleſtis Ieruſalem obliuiſcitur, (de qua ſemper cogitare debet, vt ad præclara opera incitetur) continuo manus eius dextera, quæ bona & Deo grata operari ſolebat (de qua proinde Dominus dicit: Te autem faciente eleemoſynam, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua) areſcit, & obliuioni datur: & lingua quæ Dei laudes prædicabat, & fratres ad virtutis amorẽ commouebat, filet, & adhæret faucibus. Terra autem lugente infirmantur bonæ cogitationes, & ſancta deſideria quæ erant in ea. Vnde Dauid: Miſerere mei Domine quoniã infirmus ſum. Sana me Domine: quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Et Sardẽſium epiſcopo dicitur: Scio opera tua, quia nomẽ habes quod viuas, & mortuus es. Eſto vigilans & confirma cetera, quæ moritura erant. Iam videlicet multa mori cœperant, & de reliquorũ morte timebatur. *Sed & beſtiæ agri, & volucres, & piſces peribunt*, id eſt, Omnia quæ illis in adminiculum data erant, deerunt; ſæpe enim fit, vt ea Deus ingratis adimat, quæ dederat, vt eſſent inſtrumenta, & adiumenta virtutis, vt conſilia, doctrinam, exempla, valetudinem, robur.

Pſal.54. 8 Omnia mala comminatur Deus habitatoribus terræ. Pſal.136. Matth.6. Apoc.3. 9

HISTORIA.

Verum tamen Vnuſquiſque non arguat. Cœperat eos reprehendere, nunc autem loquitur quaſi deſperans eorum correctionem; ac ſtuliceret: Sed quid ago? Nemo hunc populum obiurget, (id enim ſignificat, Iudicet, quoniam ponitur hic verbum, רוב, de

quo diximus cap.2.num.36.) nullus ex hoc numero reprehẽdatur. Tantę enim eſt impudentiæ, vt neque conuictus quidem pudorem habeat, ſed contradicat mihi, quaſi ſi diſcipulus magiſtro contradicat, aut vilis plebecula ſacerdoti. Ita Hieronymus. In Hebræo eſt: Vir nõ arguat, id eſt, אִישׁ quod poſtpoſita negatione, idem eſt quod nullus, vt cap.2. Et vir non eruet eam de manu mea, id eſt, nullus vir, ſiue vnuſquiſque non iudicet, id eſt, nullus increpet eos, & non arguatur vir, nullus ex eis increpetur. Vide quod nunc dicebamus, adimere Deum ingratis adiumenta virtutis aliquãdo, vt correptiones bonorum, quæ multum ad correctionem valent.

Vir.

Et corrues hodie. Hieronymus exponit, Corrues, id eſt, In captiuitatem duceris, & tecum etiam ducentur pſeudoprophetæ, quibus tu obtemperabas. Optime autem hoc captiuitati cõuenit, eſt enim, תִּכָּשֵׁלְתָּ, id eſt, corrues, aut cades, quod verbum caſum magnum, & calamitatem tantam ſignificat, vt nulla ſit inde ſpes euadendi, vt dicemus cum ad illud Sopho. 1. ventum erit: Et ruinæ impiorum erunt. Hodie tempus præſens ſignificat; & quoniam cito aduentura erat captiuitas, dixit, Corrues hodie. Hieronymus & alteram interpretationem adijcit: Non fraude, & inſidijs, ſed clara in captiuitatem luce ducemini: quomodo etiam Lxx. verterunt, infirmabitur per diẽ. Digna profecto pſeudoprophetarũ dolositate merces, vt qui populũ deceperant negãtes aduenturam captiuitatem, ipſi media luce capiantur & cum reliquis abducãtur, vt videant ſe amarè irrideri, & conuicijs deceptorum exagitari, paſsimque ſibi obijci mendacium.

Hodie.

10 *Nocte tacere feci matrem tuam.* Matrem vocat ſynagogam, vt ait Theodoretus, id eſt, omnem turbam nationis Hebrææ, ad quam loquitur, vt ait Hieronymus: Filios vero ſingulos ex populo, vt cap.2. Iudicate matrem veſtram, quod ibi etiam adnotauimus. Singulis igitur ex populo dixerat pri°, Et corrues hodie: & nunc ait. Nocte tacere feci matrem tuam, confuſam, ſcilicet, & cõuictam ſe talibus ſupplicijs dignam eſſe. Chaldæus, Et confuſione induam congregationem veſtram. Noctem vocat calamitatem, & anguſtias direptionis, & interfectionis, & captiuitatis. Hier. In nocte ergo ac tenebris captiuitatis & mœroris, & prementis anguſtiæ traditur Iſrael. Varie hæc verba vertunt noui interpretes, & varie exponunt, atque omnes fere nomen Nocte, volunt ad præcedentia pertinere, vt legatur: Et corruet etiam prophera tecum nocte: & noua ſententia incipiat, Tacere feci matrem tuam. Iuuat eorum ſententiam, quod inter Nocte, & Tacere ponitur litera Vau, id eſt, coniunctio, Et, quæ principium videtur nouæ ſentẽtiæ. Ita enim eſt in Hebræo; Nocte, & tacere feci matrem tuam. * At nos ſciamus id paſsim fieri in ſcriptura, ſine inceptione nouæ ſententiæ, vt coniunctio hæc aliquando more Hebræorum redundet, aliquando accipiatur pro Tunc, vt etiã ſanctes Pagninus adnotauit li.1. Hebraicar. inſtitutionum cap.23. vt Gene.22. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locũ. In Hebræo eſt; Dies tertius, & leuauit oculos, &c. id eſt, Venit dies tertius, & tũc leuauit oculos. Leuit.22. Septem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ. Hebraice: Cum genita fuerint, & erunt ſeptem diebus, &c. Ita igitur nunc: Nox, & tacere faciam, ſiue feci, matrem tuam. Sine, vt veniat nox, id eſt, calamitas ei præſtituta, tunc eam tacere faciam. Sed hoc apertius, & melius dicitur: Nocte tacere feci matrem tuam. Cum his verbis etiam noctem conuinxere Lxx.

11 Regula. Et, redũdat ſæpe apud Hebræos.

Contriuit populus meus. Conuictus, & confuſus eſt: hoc eſt cum venerit captiuitas, agnoſcet ſe talem pœnam meruiſſe, & conuictus tacebit. Hoc ipſum alijs verbis expreſsit Chaldæus: Inſipiens factus eſt populus meus, id eſt, nihil reſpõdere potuit more inſipientis, qui nõ habet quid loquatur. Ex quo intelligimus optimum locum Lucę.6. Ipſi autẽ repleti ſunt inſipientia, id eſt, nihil omnino illi reſpondere potuerunt. Et hoc ipſum eſt quod modo ait propheta, cõtriuit populus meus מִבְלִי דַּעַת eo quod ſit ſine ſcientia, id eſt, quia nihil habuit, quod reſpondere poſsit. Lxx. adhuc apertius, Quaſi non habens ſcientiam.

Locus Luc.6.

Quia tu ſcientiam repulisti. Vniuerſo populo loquitur, cui ſe ablaturum ſacerdotiũ dicit, quia ſcientiam Dei repulit, id eſt, quia Dei præcepta contempſit, vt diximus. n.1. Eleganter autem repetit ſcientiam, quaſi dicat, Ideo non habuiſti ſcientiam ad reſpondendum, quia peccaſti, & ſcientiam Dei repuliſti. Et quia repuliſti, & ego te repellam. Hoc potiſsimum duabus tribubus conuenit; quibus & in captiuitate ad tem-

12

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus est quodammodo ablatum sacerdotiũ, & post Domini passionem translatum ad Christianos. Nam decem tribus antequã hæc propheta diceret, vltro sacerdotium reliquerant vitulas aureas adorantes. Sed & ipsis quoque conuenit, quoniam nunquam deinceps habuere sacerdotium Dei. Cum autem aufertur sacerdotium, omnia spiritualia bona, quæ consequuntur sacerdotium, auferuntur, vt docet Apost. Hebr. 7. & 8. & cap. 7. ait. Translato enim sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Intelligendum est etiam magnam fuisse in illo populo diuinæ legis ignorantiam, præsertim in sacerdotibus, vt illud indicat Isai. 3. Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validũ, &c. & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. Ideo merito hæc verba afferuntur ad probandũ indignum esse episcopatu, qui indoctus est c. Omnes 38. d. quod est ex septima synodo, & c. Nisi cum pridem. de renuntiatione, quod est Innocentij tertij, & Bernardus serm. 36. in Cantica de eruditione similiter intelligit.

13 *Oblita es legis Dei tui.* Oblita es legis meæ, ô synagoga, & ego obliuiscar filiorum tuorum, capientur enim, & occidentur, & ego opem illis non feram. Alij vertunt, Oblitus es; vt nunc est in Hebræo. Et quidem ad sensum refert nihil, nam si dicas, Oblitus, populus intelligitur; si Oblita, synagoga. Sed probatiorem esse nostram lectionẽ docet scripturæ consuetudo, præsertim in prophetis: cum enim filiorum mentio fit, semper synagoga mater intelligitur, vt hactenus vidimus, non populus. In Hebr. etiã erit, Oblita, si duo, aut tria puncta eradantur à Iudæis addita.

Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi. Hieronymus: Quot homines habuit Israel, tot aras extruxit dæmonibus. Interpretatio quoq; Theodoreti, & Theophylacti elegans est: Ego hunc populum multiplicaui, & quot homines in eo nati sunt, tot ex eo hostes habeo, id est, peccantes in me. Ita ante eos Theodorus, & Cyrillus, vtrumque per hyperbolem dicitur, nõnulli enim fuerunt, qui nec aras extruerẽt, nec in Deum ita, vt nunc loquitur, peccarent.

Gloriam eorum in ignominiam commutabo. Ita quoque Lxx legũt, & Chaldæus. Quare quod Galatinus affirmat lib. 1. contra Iudæos capit. 8. Deprauatum fuisse ab scribis, legendumq; Gloriam meam, falsum est, ante scribas enim illos fuerunt Lxx. & Ionathan. Hoc recte exponit Theophylactus: ipsi gloriabantur in sua multitudine, ego illos redigam in magnam paucitatem.

14 Peccata

Peccata populi mei comedent. Receptissima expositio est, vt peccata hostias pro peccatis oblatas intelligamus. Ita Cyrillus Theophylactus, & Theodoretus, & recentiores. Nam & scriptura ita loqui solet, vt 2. Cori. 5. Eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso, & Leuit. 10. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto? in Hebræo est: Cur non comedistis peccatum, &c. Lxx. Cur non comedistis, quod pro peccato, scilicet oblatũ est. Anastasius Nicænus episcopus fere in fine libri quæstionum in scripturam, hoc Leuitici loco adducto ait: Ideo vobis dedit Deus ea comedenda, vt auferat peccatum synagogæ; & pro eo ipsum placetis. Hoc autem per Hosee prophetam significans Dominus dicit; Peccata populi mei comedent. Quapropter dicit Apostolus: Impertiunt nobis corporalia, eis autem impertimus spiritualia. Hinc ergo docemur, quod vescẽtes ijs, quæ offeruntur à populo, & pro eis preces non diligenter offerẽtes Deo pœnas dabimus. Quæ omnia desumpsit ex Theodoreto quæstione 10. in Leuiticum. Sed est altera etiam expositio beati martyris, & pontificis Alexandri primi in epist. 2. quæ refertur 1. q. 1. ca. Ipsi sacerdotes. Ipsi enim (inquit de sacerdotum dignitate loquens) pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atq; cõsumunt. Eodem modo Ruffinus. Atque ita etiam loquitur scriptura, dicit enim comedere pro consumere Psalm. 78. Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Ierem. 10. Quia comederũt Iacob, & deuorauerunt eum & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt. * Hieronymi interpretatio abhorrere quidem ab his duabus videtur, sed recte intellecta multum accedit ad priorem. Ea est huiusmodi. Sacerdotes comedunt peccata populi, id est, ex eis viuunt: dissimulant enim peccata, atque laudant: ita plurima admittuntur, plurimæque simul ad eorũ quæstũ afferuntur hostiæ, & populum spoliant, ac

Comedere

15

Psal. 13. comedunt, de quibus, inquit, scriptum est: Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis, quasi dicat, Comedendo peccata, populum ipsum comedunt. Et Gregorius Homil. 17. in Euangel. Cur peccata populi comedere dicuntur, nisi quia peccata delinquentiũ fouent, ne temporalia stipẽdia amittant? Sed & nos qui ex oblationibus fidelium viuimus, quas illi pro peccatis suis obtulerunt; si comedimus, & tacemus, eorum proculdubio peccata manducamus. Eodem quoq; modo intellexit Bernardus serm. 77. in Cantic. Peccata, inquit, populi mei comedent, quasi dicat, Peccatorũ pretia exigunt, & peccantibus debirã solicitudinem non impendunt. Quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupijs, quam vitijs extirpandis?

16 Sed cum hactenus de vniuerso populo loqueretur, cur modo quasi ex abrupto de sacerdotibus loquitur, cum eos ne nominet quidem? Scripturæ mos est, vt cum omnibus loqui videatur, quædam interponat, quæ non omnibus, sed quibusdam ex illis dicuntur, nunc his, nunc illis. Documentũ est August. in epist. 48. ad Vincẽtium, & in libro de vnitate Ecclesiæ cap. 12. & in libro contra Donatistas post collationem. ca. 20. Quod quoniam in Michæa latius explicabimus, nunc satis erit dicere, passim in epistolis Pauli exempla occurrere, vt 1. Cor. 3. Cum enim sint inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Quod non omnibus dicit, sed quibusdam; nam alij non carnales erant, quibus cap. 1. ait: Gratias ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo, & in omni scientia, &c. Ita propheta cũ omnibus loqueretur, intulit hæc, quæ ad illustriorem illius populi portionem pertinebant. i. ad sacerdotes. Quin & ab illis verbis: Obliuiscar filiorum tuorum & ego, licet omnia ad sacerdotes referte, eodem tamen Augustini documẽto adhibito in hũc modum. Obliuiscar filiorum tuorum, sed eorum maxime, quos pro officio suo decebat legem intelligere, & in promptu habere. Qui sane non minus peccant, quam reliqua multitudo, sed ita viuunt, ac si sacerdotes non essent. Sed efficiam vt gloria sacerdotij vertatur eis in ignominiam, & qui honorari solebant, contemnantur, & irrideantur. Sed Hieronymus, Theophylactº, Theodoretus, Ruffinus, & Chaldæus de vniuerso populo illa dici putant, quos nos sumus secuti.

17 *Et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum.* id est, Faciũt illis animos ad grauius, & frequentius peccandum, dum peccata non reprehendunt, sed laudant. Isai. 3. Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt & viam gressuum tuorum dissipãt. Ita videtur intellexisse Hieronymus. Iuxta expositionem autem beati martyris Alexãdri ita hæc cum præcedentibus connectemus: Sacerdotes comedere & consumere debebant populi peccata (vt Malac. 2. quod ibi explicabimus, labia sacerdotis custodiẽt scientiam, id est, custodire debent iuxta officium suum:) Sed lõge aliter faciunt; nam plurium etiam peccatorum causa sunt. Sed possunt hæc verba ita quoq; accipi, vt Animas eorum positũ sit pro Animas suas, hoc est ipsorum sacerdotum. Et enim apud Hebræos non est proprietas pronominis reciproci sui, & suus quę est apud Latinos, apud quos aliud est animas eorum, aliud animas suas. Ideo noster interpres Hebraicam locutionem secutus indifferenter dicere solet, Anima sua, & Anima eius. vt Psal. 24. Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis, & Psal. 129. Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius, cũ in Hebræo eodem pronomine vtrumque dicatur. Eodem modo Lucæ. 1. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui. Et postea, sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarũ eius. *Erit igitur sensus, Sacerdotes subleuabunt animas suas ad iniquitates populi, hoc est, expectabũt auide peccata populi, & optabunt, quasi ex eis victum, & quæstum habẽtes. Leuare enim animam suã ad aliquid, siue subleuare, (eodem enim verbo vtrumq; apud Hebræos significatur) dicitur is, qui ita aliquid expectat, quasi totus inde pendeat. Deuter. 24. Reddes ei pretium laboris sui, ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam. In Hebrẽo est: Et ad ipsum leuauit animam suam, id est, ita illud expectat, vt sine quo viuere nõ possit. Lxx. Quia pauper est, & in ipso habet spem. Ierem. 22. Et in terram, ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur, illuc non reuertentur. Ex quo cernimus, quo affectu

17

18

Sui, & suus.

Leuare animam.

dixerit Dauid Psalm. 85. Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Et Psalm. 142. Notam fac mihi viam in qua ambulem, quia ad te leuaui animam meam; videlicet quasi ad eum, ex quo totus pendeo, & sine quo viuere nullo modo possum.

Et erit sicut populus, sic sacerdos. Non habebo rationem vllam sacerdotalis dignitatis; nullo supplicio, quamuis abiecto afficietur populus, quo non afficiatur & sacerdos. Solent enim nobilibus alia supplicia decerni, quamuis grauius peccantibus, alia vero plebi, abiectiora videlicet, & ignominiosiora. At nunc ijsdem in populum, & in sacerdotes animaduertam. Ita intellexit Hieronymus & Theodoretus. Gregorius aliter quoque interpretatur in 2. par. Pastor. cap. 7. & homil. 17. in Euang. hoc est. Ita turpiter viuet sacerdos, ac populus, similiter Theophylactus.

19 *Et visitabo super eum vias eius.* Opera eius puniam. Cyrillus. Inferam supplicium par peccatis eius. Solet appellare scriptura vias opera peccatorum. At quamuis vera est Cyrilli adnotatio vt Psalm. 1. Et in via peccatorum non stetit: tamen proprie via dicitur opus, aut potius ratio viuendi vniuscuiusque, siue bona sit, siue mala, vt Genes. 6. Omnis quippe caro corruperat viã suam. Psalm. 5. Ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Cum autem pluraliter dicitur, & si rationem quoque viuendi significat, tamen proprie pro operibus accipitur, vt Iob. 40. Ipse est principium viarum Dei. Et Psalm. 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Psalm. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Iterum iam de vniuerso populo loquitur, vt ante cœperat.

Via.

Et cogitationes eius reddam ei. Hebraice. Et cogitationes eius redire faciam ei, id est. Puniam eum pro omnibus quæ contra me cogitauit. Chaldæus: Et secundum opera eorum corrupta reddam eis. Non solum malitiam accusat, sed etiam malam mentem, malumque animum, quasi consulto præuaricantem, & Deo repugnantem, ac pessima quæque sectantem.

Et comedent, & non saturabuntur. Quantũuis sese voluptatibus, & peccatis dedant, nũquam pleni erunt, semper esurient. Hieronymus: Voluptas insatiabilis est, & quanto magis capitur, tanto plus vtentibus se facem creat, &c. Sumpta est autẽ metaphora à cibis exigui nutrimenti. Isa. 55. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum nõ in saturitate? id est. Cur tanto pretio, & labore emitis voluptates, & bona sæculi: quæ tamen nec alere, nec satiare vos possunt? E contrario de iustis dicitur ibidem: Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

Et fornicati sunt, & non cessauerunt. Nonnulli putant non ita fuisse vertendum, sed Fornicati sunt, & non gignent filios. Sunt qui malint, Et non præualebunt. At quamuis verum est פָּרַץ, quod hoc loco ponitur, significare etiam augeri, & multiplicari, tamen hæc significatio parum apta est ad id, quod agit propheta; nõ enim loquitur modo de fornicatione corporis, sed de Idololatria, (vt docẽt Hieronymus, Cyrillus, Theophylactus, Theodoretus, Ruffinus, Lyranus.) Deinde fornicatores non filios quærunt, sed voluptatem, vt ait Gregorius 16. Mor. ca. 28. Immo oderunt sæpe filiorum procreationem, quare nulla comminatio est, Non gignent filios; sed nec vera est cõminatio, gignunt enim. Quare qui ita volebant interpretari Chaldæum imitantes, in eo quoque imitari debebant, quod dixit, Accipient vxores, sed non generabunt filios: vidit enim maritis hoc pœnam esse, nõ fornicarijs. At in Hebræo manifeste est הִזְנּוּ, id est, fornicati sunt. Notissima huius verbi פָּרַץ significatio est diuidere, siue interrumpere, vt illud 2. Reg. 5. abunde comprobat: Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Inde פֶּרֶץ interruptio. Isa. 30. Propterea erit vobis iniquitas hæc, sicut interruptio cadẽs. Quod enim significet augeri, & multiplicari, inde fit, quod ea, quę diuidũtur plura fiunt. Hoc ergo ait, cœperunt idola colere, nec vnquã interruptionem fecerunt, semper impietatem suam continuauerunt. Quod alio verbo expressere Lxx. Fornicati sunt, & non dirigentur, id est, nunquam recta via ibunt, vt exposuit Theophylactus, nunquam desinent fornicari.

20

Quia Dominum dereliquerunt in non custodiendo. Hinc tanta in peccatis pertinacia, quod semel statuerunt Dominum derelinquere, vt mandata eius non custodirent. Chaldæus: Quia cultum Domini dereliquerunt, & non custodierunt. Lxx. Quia

21

Dominum dereliquerunt τοῦ μὴ φυλάξαι, & notum est subaudiendũ esse ἕνεκα, id est, causa non custodiendi, vel vt non custodirent, scilicet, eius mandata. Vnde *Inde non custodiendo*, positum videtur pro. In non custodiendum. Vel derelictio Domini fuit in nõ custodiendo eius mãdata. In Hebræo est, Quia Dominum dereliquerunt ad custodiendum: Sed latet negatio in verbo, Dereliquerunt, quam Lxx. Chald. Hiero. expresserunt, vt sensus esset apertior.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferũt cor. Pro תִּירוֹשׁ quod vinum nouum, aut vinũ significare solet apud veteres interpretes aliquando, Lxx. & Chaldæus, & Hieronymus verterunt, Ebrietas: & recte sane ad ebrietatem hoc nomen trãsfertur propter etymologiam suam, cadit enim à יָרַשׁ quod verbũ significat hæreditare, possidere, depauperare; efficit enim paupertatem ebrietas, vnde Eccle. 19. Operarius ebriosus non locupletabitur: forte etiam quod mustum amplius inebriet quã vinum, vt ex Alberto Magno probat Cælius Rhodiginus lib. 28. antiquarum lectionum. capit. 38. quamuis longe aliter censet Macrobius lib. 7. Saturnalior. cap. 6. Fornicationem vocat (vt ipse contextus exigit) insanum amorem idolorum, vt ex sequentibus verbis intelligitur, ac si dicat, Libido ista insana quęrendi deos alienos, & vinũ, ac voluptates, quibus indulgent, eripuerunt illis mentem, ita vt baculum etiam suum interrogent.

22 *Populus meus in ligno suo interrogauit.* Emphasin habet, Meus, quasi dicat: Qui me magistrum, ac ducem habebat, qui me cõsulere poterat, maluit idola, per baculum suum interrogare, vt prænosceret futura. Erat enim genus diuinationis per baculos, aut virgas, quod Ezec. 21. describitur his verbis: Stetit enim rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationem quærẽs, commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit, ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem, &c. Hieronymus ibi: Ritu gentis suæ oraculum cõsulet, vt mittat sagittas suas in pharetram, & commisceat eas inscriptas, siue signatas nominibus singulorum, vt videat cuius sagitta exeat, & quam prius ciuitatem oppugnare debeat. Hanc autẽ Græci βελομαντίαν siue ῥαβδομαντίαν nominãt, id est, diuinationem per sagittas, aut per virgas. Hãc Chaldæorum superstitionem imitabantur Hebræi, vt docent Hieronymus, Cyrillus, Theophylactus. Ideo ait, Et baculus eius annuntiauit ei, scilicet, futura. Præterea fuisse apud veteres varias diuinandi rationes per virgas, & baculos in sublime iactari solitos ad prænotionem futurorum docet Cælius Rhodiginus lib. 7. antiquarum lectionum cap. 29.

Rhabdomantia.

Spiritus enim fornicationum decepit eos. Causa tantæ amentiæ vt populus meus, vel baculos interroget hæc est, quod spiritu fornicationis seductus est. Hieronymus non satis expressit quem spiritum intellexerit, sed videtur subindicare, quod Lyranus exposuit: nempe malignum spiritum, cuius officium est in fornicationẽ inducere. Vnde Cassianus collat. 7. cap. 23. totidem esse immundos spiritus dicit, (qui, scilicet, homines tentẽt,) quot sunt in hominibus studia, scilicet, praua. Atq; ita hæc verba accepit de dæmone ad libidinẽ prouocante. De huiusmodi spiritibus videtur dixisse Paulus 1. Timot. 4. Attendẽtes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ. Cæterũ fornicationem idololatriam nominat, vt docent Hieronymus, & Chrysostomus. hom. 5. in Marcum. & Theodoretus. Est etiam altera, & sane elegans interpretatio Theophylacti, & Theodoreti, spiritum hic fornicationis vocari ingentem impetum, atque ardorem animi, quo in fornicationem rapiebantur. Ita & aliarum rerum, siue bonarũ, siue malarum spiritus dicuntur, vt spiritus zelotypiæ, auaritiæ, superbię, qui solet Latinorum consuetudine ardor animi dici, vt.

23 Spiritus.

Dij ne hunc ardorem mentibus addunt
Euriale? —— 9. Eneid.

Si autem rei malæ, & noxiæ sit, furor potius dicitur, vt Iudic. 20. Et vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes; Et apud Virg.

Sed furor ardentem, cædisq; insana cupido
Egit in aduersos. —— 9. Eneid.

Solet & apud eundem poetam dira cupido appellari, vt vbi quærebatur Euryalus, esset ne à Deo ille ardor animi, qui exire ad cædem hostium impellebat: addidit.

An sua cuique Deus fit dira cupido?

Ita forte intelligitur illud Prouer. 29. Totum spiritum suum profert stultus: (id est, nescit tenere vehementiores animi sui motus, quin statim omnino prodat:) sapiens differt, & reseruat in posterum. Paulus quoque Roman. 11. dixit ex Isai. 19. Dedit illis

Locus Prou. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus ſpiritum compunctionis, id eſt, permiſit eos pertinaciſsime inhærere, & infigi in ſua incredulitate. Cauſa eſt, quod cauſa pro effectu poni ſolet, inde ſpiritus dicitur motio ab ſpiritu in anima effecta, ſiue ſit bonus ſpiritus, ſiue malus. Vt 1. Iohan. 4. Nolite credere omni ſpiritui: (id eſt, omni impulſui ſpiritus:) ſed probate ſpiritus, ſi ex Deo ſint, & 1. Corint. 14. Sic & vos, quoniam æmulatores eſtis ſpirituum.

24 *Super capita montium ſacrificabant.* Mos enim erat gentilium in excelſis locis, & in lucis ſacrificare idolis; ſemper enim lucos alicui Deo ſacrabant, quod huiuſmodi loca, editiora Deo gratiora, & congruentiora iudicarent. Virg.

1. Æneid. *Lucus in vrbe fuit media, &c.* ——
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido
Condebat.

Et quoniam in excelſo erat, addit:

Aërea cui gradibus ſurgebant limina.

Seruius, vbicunque Virgilius lucum ponit, ſequitur etiam conſecratio, vt,

9. Æneid. *Luco tum forte parentis* ——
Pilumni Turnus ſacrata in valle ſedebat.

Et de mõte in quo fuit Capitolium idẽ ait.

8. Æneid. *Hoc nemus, hunc, inquit, frondoſo vertice collem*
(Quis Deus incertum eſt) habitat Deus. Arcades ipſum
Credunt ſe vidiſſe Iouem.

Inde toties in libris regum (vt hic etiam adnotat Hieronym.) Excelſa non abſtulit, id eſt, loca, in quibus filij Iſrael more gentiũ colebant idola. Et 3. Reg. 11. Tunc ædificauit Salomon fanum Chamos idolo Moab, in monte qui eſt cõtra Ieruſalem. Arbores etiam dijs ſacras eſſe voluerunt, vt apud Virgilium.

Ecloga 7. *Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,*
Formoſæ myrtus Veneri, ſua laurea Phœbo.

De vtroque ſcriptum eſt Deut. 12. Subuertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas poſſeſſuri eſtis, deos ſuos ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignum frondoſum. Diſsipate aras earum, & confringite ſtatuas, lucos igne comburite. Ierem. 3. Vere mendaces erant colles, & multitudo mõtium. Vere in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael. * Ibidem: Abijt ſibimet ſuper omnem montem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt ibi. Ideo etiam nunc ait: Subtus quercum & populum, & terebinthum, quia bona erat vmbra eius, id eſt, Vbicunq; erat arbor aliqua magna, quæ amœnitate frondium, & vmbra grata videretur. Terebinthus autẽ arbor eſt, ex qua diſtillat terebinthina, quæ cum ſit alijs in locis parua, in Syria eſt magna, & procera. Thymiama autem eſt ſuffitus, vaporatio, nam θυμιᾶν eſt vaporare, ſuffire: inde Lucæ. 1. A dextris altaris incenſi, In Græco eſt: A dextris altaris thymiamatis, id eſt, in quo aromata incendebantur. Terebinthus. Thymiama.

Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ. Quia vos ſpiritu fornicamini idola colentes, filiæ veſtræ, & ſponſæ corpore fornicabuntur, vt vos dedecore afficiant, & dolore, & ex dolore veſtro intelligatis, quam mihi ſit moleſta veſtra fornicatio.

Non viſitabo ſuper filias veſtras, cum fuerint fornicatæ. Atque ita magis, ac magis fornicabuntur cum impune ſe peccare videãt. Hieronymus: Grandis offenſa eſt, poſtquã peccaueris, irã Domini non mereri. Et poſtea docet Deum viſitare, id eſt, punire peccatores, vt veluti cauterio, & amariſsimis potionibus recipiant ſanitatem, & morbis careant, ſicut Pſalm. 88. dicitur. Viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meã non diſpergam ab eo. Qui igitur amatur, corripitur, qui negligitur, ſuis peccatis dimittitur. Idem ait in Traditionibus Hebraicis in Geneſ. in illud ca. 6. Non permanebit ſpiritus meus, &c. idem etiam Cyrillus.

Quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur. Rationem tanti ſupplicij redditurus quaſi ad alios conuertit ſermonem, & quaſi indigni ſint audire ipſi. Quamuis frequens eſt, vt iam diximus hæc commutatio tertiæ, ſecundæque perſonæ. Meretrices vero vocat (vt optime exponunt Cyrillus, & Theophylactus, & vt mihi videtur Hieronymus) turpes mulieres colentes obſcœniſsimum idolum Behelphegor. i. Priapi. vnde 3. Reg. 15. ſcriptum eſt de Aſa: Inſuper & Maacham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius, quem conſecrauerat: ſubuertitque ſpecum eius, & confregit ſimulacrum turpiſsimum, & combuſsit in torrente Cedron. 26

Et cum effeminatis ſacrificabant. Pro Effeminatis eſt קְדֵשׁוֹת quod quoniam feminei generis eſt, nonnulli ſcorta interpretati ſunt, viri enim huiuſmodi קְדֵשִׁים dicũtur. At de verſione nihil ſum ſolicit⁹, modo ſcortorum nomine non hic feminas, ſed viros

25 effemi-

effeminatos intelligamus. Hieronymus. Effeminatos vertit, & ſacerdotes Behelphegor, ſiue Priapi eſſe docet. Cyrillus etiam ait hos eſſe ſacerdotes Behelphegor, qui viri erant, ſed in feminas mollitie mutati, qui muliebri vociferatione, & cymbalis vtentes, faceſq; ferentes circumcurrebant. Hieronymus: Aquila autem ἐναλλαγμένους interpretans, id eſt, mutatos, hoc oſtendere voluit, quod ſuam naturam mutauerint, & de viris facti ſint feminæ. Symmachus ἑταίρας proprie meretrices appellauit, Lxx. τετελεσμένους, id eſt, conſecratos, & initiatos, vt cultores idolorum oſtenderet. Theodotion μεχωρισμένους, id eſt, à populo ſeparatos, qui ſibi videbantur à vulgo aliquid plus habere.

27 Ex his perſpicuum fit veteres interpretes non de feminis; ſed de viris accepiſſe. Quod ſi quis forte putat hæc verba Hieronymi non adhunc locum pertinere, ſed ad illum, quem ipſe indicauerat ex Iſaiæ. 3. Et effeminati dominabũtur eis, legat eum in huius Iſaiæ loci cõmentarijs, & verum eſſe, quod dicimus ipſe confitebitur. Quod autem Symmachus, Meretrices interpretatus eſt, & Chaldæus: verbum reddiderunt magis, quã ſenſum, re enim vera קְדֵשׁוֹת meretrices ſignificat, ſed turpes homines, & effeminati & ſexu abutentes, hoc nomine notantur ignominię cauſa, vt ex Hieronymo, Cyrilloq; diximus. Quod longe verius videtur, quam quod ſcribit Theophylactus viros quidem viſos eſſe, ſed fuiſſe feminas. Etenim iam de feminis ſacerdotibus Priapi dixerat: Quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur. Quanquam Hieronymi codices quoſcumque videre potui, arbitror hoc loco eſſe mendoſos, eoſq; maxime, qui nuper à Mariano Victorio caſtigati ſunt. Cum enim dixiſſet Hieronymus hos viros fuiſſe qui vocabantur קְדֵשׁוֹת, ait poſtea: Sciendum autem quod in preſenti קדשות meretrices, ἁγὰς, id eſt, ſacerdotes Priapo mancipatas vocet: vbi legẽdum eſt ſine dubio, Mancipatos, ne ſecum pugnet, & feminas dicat eſſe, quos paulo ante viros dixit: præſertim cum ἁγὰς maſculinum nomen ſit. Sed Marianus poſuit ἀρᾶας, id eſt, ſacerdotes feminas, quod magis Hieronymi ſenſum corrumpit.

Et populus non intelligens vapulabit. Hieronymus: Hoc ſignificat quod vapulet in captiuitate, & diuerſis afficiatur plagis, vt per dolorem recipiat diſciplinam.

Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda. Ex his cernitur hactenus non ad decem tantum tribus, ſed & ad duas locutum fuiſſe; quoniam omnes etſi non æque, eodem tamen idololatrię ſcelere tenebantur. Nũc igitur à correptione communi venit ad priuatam duarum tribuum, ac ſi dicat: Non adeo miror fornicari Iſraelem, qui vitulas aureas habet, & venire in templum meum prohibetur. At Iudas ſaltem minime tantũ admittere in ſe ſcelus debuit, qui indulgentius à me tractatur, qui templum meum habet, & ſacerdotium. 28

Et nolite ingredi in Galgala. Galgala locus fuit celeberrimus. Eſt enim (vt Hier. docet in locis Hebraicis) ad orientalem plagam Iericho, prope locum ipſius, cis Iordanem: vbi Ioſue ſecundo populum circuncidit, & paſcha celebrauit, & deficiente manna, populus triticeis panibus vſus eſt. In ipſo loco lapides quoque, quos de Iordanis alueo tranſtulerunt, ſtatuerunt. Ibi & tabernaculum teſtimonij fixum multo tempore fuit. Ibi etiam Saul vnctus eſt. Cecidit autem in ſortem tribus Iudæ, & oſtenditur vſque hodie locus deſertus in ſecũdo Iericho miliario, ab illius regionis mortalibus miro cultu habitus. Hæc ibi Hiero. Et ſane merito, nã cum omnia illa ſanctitatem loco conciliabant, tum maxime quod angelus Ioſue dixerat cap. 5. Solue calciamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Addit autem hic: Ex quo tempore (ſcilicet, ſecundæ circunciſionis) aduerſæ religionis in loco celebri error inoleuit, id eſt cœpere ibi ob loci celebritatem multa idola coli, id agente ſemper diabolo, vt in locis Deo dicatis colatur, & diuinos, quãtum poteſt, ad ſe honores transferat. Vnde Hoſ. 9. Omnes nequitiæ eorum in Galgalis. Ex eo autem quod incidit locus in ſortem tribus Iudæ, intelligimus hæc verba duabus tribubus maxime dici. Ratio nominis oſtẽditur Ioſue. 5. Dixitque Dominus ad Ioſue. Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis, vocatumque eſt nomen loci illius Galgala, à verbo videlicet גלגל quod eſt auferre. In hebræo nũc quidem ſcribitur גִּלְגָּל, in noſtra autem tranſlatione nunc Galgal, vt Hoſ. 9. nunc Galgala, neutro genere vt hic, nunc femineo, vt Ioſ. 9. Morabantur in caſtris Galgalæ. Galgala. Ioſ. 4. & 5. 1. Reg. 11.

Et ne aſcenderitis in Bethauen. Bethauen vocat eam vrbem, quę notiori nomine Bethel 29 Bethel.

dici

Universidad de Deusto
Biblioteca

dici solet, in qua erat altera vitularum aurearum, quas erexit impius Ierobohã. Hæc quoniam sæpe occurrent, semel sunt explicãda. Duplex fuit Bethel: (tametsi vnicam Andreas Masius dicat in Iosue. cap. 16. v. 2. se potius, quam aut scripturã aut interpretes sequens:) altera in sorte tribus Ephraim, de qua nunc loquitur, altera in sorte Beniamin. Huius posterioris meminit Iosue, ca. 18. inter ciuitates Beniamin. Illius vero, quæ erat in sorte Ephraim, & Luza quoq; dicta est, ibidem quoque mẽtionem fecit, nam de sorte Beniamin ait: Pertransiens iuxta Luzam ad Meridiem. Erat igitur Luza, siue Bethel extra sortem Beniamin, vt recte ibi colligit Lyranus. Sed apertius Iudic. 1. domus quoque Ioseph ascẽdit in Bethel, fuitque Dominus cum eis. Nam cum obsiderent vrbem, quæ prius Luza vocabatur, &c. percusserunt vrbem in ore gladij, &c. Hinc Hieron. in illud cap. 5. Vlulate in Bethauen, post tergum tuum Beniamin: præfatus Bethauen esse, quæ prius dicebatur Bethel, ait: Et pulere dixit quod Bethauen post tergum sit Beniamin: vbi enim tribus finitur Beniamin, haud procul in tribu Ephraim hæc vrbs condita est. Ex quibus verbis constat Hieronymum suã correxisse sententiam, scripserat enim in Locis Hebraicis Bethelem, quę primum Luza vocabatur, cecidisse in sortem Beniamin duodecimo ab Ælia lapide. Correxit inquam, nam post librum de locis Hebraicis scripsit in Hoseam, vt ipse faretur in libro de viris illustribus, in fine. * Hæc igitur Bethel de sorte Ephraim, cum prius Luza diceretur, ab amygdalorum frequẽtia, nam לוז amygdalus Hebræis dicitur, à Iacob dicta est Bethel, id est, domus Dei, Gen. 28. Cum enim ibi vidisset scalam expergefactus dixit: Vere non est hic aliud nisi domus Dei, &c. appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Sed ex his verbis propter errorem Græcorum codicum, quidam putauerunt, (in quibus & Augustinus. q. 85. & 113. in Genes.) Luzam prius dictam esse Vlamaum, aut Vlamaulam, quos Hieronymus reprehendit in Locis Hebraicis, & in Traditionibus in Genes. quoniã Vlam non nomen vrbis erat, sed Hebræa vox, quæ significat Prius; Ira enim est in Hebræo, & Vlam Luz nomẽ ciuitati à principio, id est, Prius huic ciuitati nomen erat Luz, à principio, scilicet, conditionis ipsius. In Græco autem legimus, Et Vlammaus erat nomen ciuitati prius, vno nomine confecto ex Vlã & Luz, eoque adhuc corrupto, sed depraua tos esse in hoc loco Græcos codices, neque ita scripsisse Lxx. vt nunc ipsi habent, & tẽpore Augustini habebant, ex alijs locis satis intelligitur. Nam Iosue. 18. ita est in Græco (Ego Latine dicam, tam Hebraica, quam Græca, ne molestus sim lectori, vt hactenus feci, cum vitari commode non poterit:) Et transibunt inde termini Luzam, per tergum Luzæ ab Austro, ipsa est Bethel. Et Iudi. 1. ita habent Lxx. Et ascenderunt filij Ioseph, & ipsi in Bethel, & Dominus erat cum eis, & castrametata est domus Israel iuxta Bethel. Nomen autem vrbis erat ante Luza. * At quoniã hæc vrbs sedes erat idolatriæ, per irrisionem à propheta vocatur, non Bethel, id est, Domus Dei, sed Bethauen, id est, Domus iniquitatis, vt vertit hic Theodotion, aut Domus inutilis, siue nihili, vt verterunt Aquila, & Symmachus, quam translationem Hieronymus hic probat, & alibi sæpe, eandemque secutus est Gregorius in librum primum Regum li. 5. cap. 4. Atque ita dicta est propter idolum: quoniam scribit Apostol. 1. Cor. 8. Scimus quia nihil est idolum in mundo. Quare ca. 6. huius prophetę, vbi habemus, Galaad ciuitas operantium idolum, pro idolo est in Hebręo, Auen, Ita. c. 5. vluate in Bethauen, & cap. 10. vaccas Bethauen coluerunt. Hãc eandem Lxx. tam hic, quam alijs locis vocant domum on, quod Græcos expositores in varias interpretationes distraxit, easque longe ab scopo aberrantes. Duo enim nomina sunt Hebræis iniquitatem significantia valde inter se vicina אוֶן & אָוֶן quod significat dolorem, & iniquitatem, ex qua dolor consequitur. Hæc literas habent eadem, solis punctis adiectis differunt, quare si אָוֶן scribas, vt scripsit prophera, licet vel Auen legere, vel On Ideoque Lxx. hoc posterius secuti verterũt Ἰωὼν, id est, domus on, quod idem est, vbicumq; nos habemus Bethauen; immo & aliquãdo vbi habemus Bethel. Adde quod & אָוֶן Hieronymo idolum quoque significat, vt Hos. 12. Inueni idolum mihi. Maneat igitur, in prophetis siue legamus Bethauen, siue Domum on, semper Bethelem intelligi, quæ Luza olim vocabatur: quare & Chaldæus hic &c. 10. pro Bethauen posuit Bethel.

Sed Hieronymi, nostræque interpreta

tioni videtur aduersari, quod Bethauen legimus in scriptura multo ante idololatriam Bethelis, hoc est in libro Iosue cap. 18. ita vt aliam esse Bethauen, quamuis Bethel proximam facile liqueat. Hieronymus in Locis Hebraicis scribit, Nec non & hoc, quod Bethauen aliud oppidum suspicantur, Hebræi putant eandem esse Bethel. Quam Hebræorum sententiam Lyranus probabilem esse dicit in Iosue capit. 7. & 18. Mihi multo probabilius, & cum scripturæ veritate congruentius videtur, aliam vrbem fuisse Bethauen, aliam Bethelem, quod & alijs nonnullis, & Andreæ Maseo visum est in Iosue capit. 7. vers. 2. & capit. 8. vers. 15. Ita enim scriptum est Iosue 7. Cumque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Bethauen, ad Orientalem plagam oppidi Bethel, &c. Et capit. decimo octauo. Et perueniens ad solitudinem Bethauen, atque pertransiens iuxta Luzam ad Meridiem ipsa est Bethel. Adde quod primo Regum. 14. dicitur: Peruenit pugna vsque ad Bethauen. Constat autem tempore Iosue, & tempore Samuelis, qui librum primum Regum conscripsit, Bethelem non fuisse dictam Bethauen. Quod si dicas Hesdram vsum esse sui temporis vocabulo, cum hos scripturæ libros restituit: haud facile credam quidquam eum mutasse; cur enim non ita vrbes singulas vocaret, vt ipsi, quorum scripta nobis reddebat, appellauerant; præsertim cum eius quoque tempore diceretur Bethel? 33 * Vt ergo Luza ab euentu dicta est Bethel, quod ibi visum illud mirabile Iacob fuisset obiectum, quamuis eo tempore altera esset eiusdem nominis vrbs, quæ postea fuit in tribu Beniamin: ita ipsa Bethel ab euentu dissimili, id est, ab idolorum cultu dicta est Bethauen, quamuis altera esset vrbs quæ Bethauen diceretur, etymologia maxime in ipsam quadrante. Itaque sic Bethelem appellat prophera Bethauen, ac si diceret, Plane indigna es iam quæ voceris Bethel, id est, Domus Dei: multo melius in te conuenit nomen Bethauen, quam in ipsam, cui primo datum est, cum sis domus vanitatis, iniquitatis, & idoli. Docet enim Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in libros Paralipom. propter irrisionem nomina aliquando mutari in scriptura. Et quemadmodum duabus maxime tribubus dictum esse affirmauimus, Et nolite ingredi in Galgala, quoniam Galgala pertinebat ad tribum Iudæ: ita nunc dicere possemus decem tribubus maxime dici; Et non ascendetis in Bethauẽ, quoniam Bethel erat in tribu Ephraim. Si autem quæras, cur non meminerit Dan, vbi erat altera vitula aurea? Responderi potest, quoniam Bethel erat longe celebrior, & propter antiquam loci sanctitatem, & quia rex Ieroboham ibi primum idola adorauit, & sacra fecit. 3. Regum. 12. At omnino eisdem duabus tribubus loquitur, quibus iam loqui priuatim cœperat, & vsque ad finem capitis loqui videtur. Nam ita vtrique in idola insaniebant, vt suis minime contenti ad aliena transirent, & celebriora præsertim fana etiam in alienis ciuitatibus posita quasi religionis causa inuiserent, vt videbimus capit. quinto, numer. 27. & Hamos quinto, numer. 7. Itaque non male etiam intelligemus, & hoc & quod præcessit vniuersis duodecim tribubus dico.

Neque iuraueritis, viuit Dominus. Hieronymus: Nolo enim per os vestrum nominis mei fieri mentionem, quod idolorum recordatione pollutum est. Aut ita: Quandoquidem idola colitis, cur me in testimonium adducitis, quem contemnitis? Hoc etiam placuit Cyrillo. Turpe enim, inquit, est Deum iurare, & in lingua habere, & adorare idola. Non itaque finit prophera simulare religionẽ Dei iuramento, & idololatras esse. Merito ergo de Iuda, & Beniamin ait Dominus: Populus hic labijs me honorat, cor autem eius longe est à me. Optime etiam exponemus in hunc sensum: Ne iuretis per idola vestra, nomen meum Iehouah illis tribuentes: cum enim dicitis: viuit Dominus, per me iurare videmini, & tamen non me intelligitis, sed idola. Nam solitos idololatras tribuere idolis suis nomẽ Dei maxime proprium Iehouah, quod hic nominatur, illud indicat Iud. 17. Conflauit, & vouit hoc argentum Domino, vt de manu mea suscipiat filius meus, ita Theodoret & Lyranus.

Quoniã sicut vacca lasciuiens declinauit Israel. Pertinet hoc ad præcedẽtia, Ne eatis ad vitulam Bethel, vt Israel, neque iuretis, viuit Dominus, quomodo ille iurare solet, ne eum imitemini vos, ô duæ tribus, quoniam

niam Israel omnino me reliquit, & recessit à me, sicut vacca lasciuiens, id est, quæ iugum abijcit & fugit. Hieronymus: Pro lasciuiente vacca Lxx. transtulerunt παραφέρουσα, quæ œstro, asiloque percussa sit, quem vulgo tabanum vocant; de quo & Virg. in 3. Georg. libro refert.

Cui nomen asilo
Romanum est, œstrum Graij vertere vocantes,
Asper, acerba sonans, quo tota exterrita silua
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Concussus, siluæq, & sicci ripa Tanagri.

35 Hæc Hieronymus. Et eadem metaphora dictum videtur Ierem. 46. Vitula elegans, atque formosa Ægyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei, id est, Nabuchodonosor, qui ei erit quod vaccis asilus. Hebræi habent, Sicut vacca סוֹרֵרָה, id est, quę iugum excutit & libera esse vult; neque vlli parere, sed declinare quo libuerit. Atque hanc esse huius nominis vim docet illud Deuterom. 21. Filius noster iste proteruus, & סוֹרֵר, id est, contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuijs. Psalm. 67. est idem verbum vbi habemus: similiter eos qui exasperant. Et Prouerb. 7. סוֹרֶרֶת duobus vocabulis expressit Hieronymus, vaga, & quietis impatiens. Itaque Lxx. vertentes, œstro percussa, imperum, & furorem recedentis explicare voluerunt: noster autem interpres explicauit causam recessus, quod multa rerum copia luxuriaret, & lasciuiret, quomodo etiam Chaldęus vertit: Quoniam sicut bos, qui saginatur, & recalcitrat, sic rebellat propter multitudinem bonorum Israel. Hoc & olim Moyses dixerat Deuteron. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. Huc pertinet locus citatus Deuterono. 21. & Hamos 4. Audite verbum Domini vaccæ pingues. Ex quo discimus cur Hoseas capit. 9. dicat, Omnes principes eius recedentes סוֹרְרִים. Dixit autem, *Sicut vacca*, quoniam huiusmodi impetus, & motus naturæ in feminis solent esse vehementiores, vt apud eundem in eodem libro.

3. Georgic. *Scilicet ante omnes furor est insignis equarũ.* Et,
Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior errauit campis, &c.

36 *Nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine.* Quoniam vaccæ similem dixerat esse Israelem, nunc per agni similitudinem supplicium eius ostendit, id est, abducendum esse in Assyrios, (vt ait Hieronymus) & in latissimam Medorum regionẽ. Hoc ergo ait, Nunc, id est, cito, antequam ego moriar, vt ait Hieron. populus, qui erat vt vacca lasciuiens, & per omnem locum libere excurrebat, nec suis finibus contentus erat, sed in alios idololatriæ causa transibat: in latissima terra ponetur, non vt vacca lasciuiens, sed vt agnus mansuetus, qui ab alio ducitur, nec potest effugere, sed velit, nolit, pati debet quidquid Dominus voluerit. Eodem modo intellexit & Theophylactus.

Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. O Iuda dimitte Ephraim, (in quo decem tribus intelligit) neque ei te adiungas: amicus enim, & particeps idolorum est, ne consortio eius corrumparis. Ita Hieronymus.

Separatum est conuiuium eorum, Hieronymus: Illorũ cultus, & religio, & cibus à tuo, ô Iuda, separatus est; noli eorum esse socius, nam sine modo peccant, & ideo non poterunt effugere diuinam vltionem.

Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Hieronymus: Principes eorum in felicem populum deceperunt, & pro Dei cultu imbuerunt eum ignominia idolorũ, &c. Protectores, reges, & sacerdotes, intelligamus. Porrò idololatriam, & cetera peccata ignominiam vocat, quoniam ex eis sequitur ignominia, & confusio: quomodo peccatum dolor dicitur, quia ex peccato sequitur dolor Psal. 7. Concepit dolorem, & peperit iniquitatem. * In Hebræo locus est difficilior, nam pro Afferre scriptum est הָבוּ, id est. Date, siue afferte, ita enim Lxx. & Hieronymus vertere solent, vt Psalm. 28. Afferte Domino filij Dei, afferte Domino gloriam, & honorem; afferte Domino gloriam nomini eius. Quare omnino suspicor Hieronymum vertisse, Dilexerunt afferte ignominiam. Sed librarij iudicantes non bene conuenire, Afferte cum Dilexerunt, putauerunt vitium esse scriptoris, ac pro Afferre scripsisse, Afferte deceptum similitudine literarum. Sic multi dum veterum libros corrigere moliuntur, vitiant potius. Quid est autem. *Dilexerunt. Afferte ignominiam.* Hoc Latinus satis apte exprimere nõ potest. Græc° recte exprimet, Ἠγαπήσατε δὸς αἰσχύνην. Hispanus nõ minus apte, aut proprie, son muy amigos deste traed deshõra, hoc est nimis studiosi sunt huius verbi, Afferte ignominiã, veniat

Dolor & peccato

37 *

populo illi ignominia. Quod nihil aliud est quam dilexerunt afferre ignominiam, licet Hebraice, Græce, & Hispanice, fortius & efficacius dicitur. Ideo Lxx. simpliciter verterunt, dilexerunt ignominiam. Et forte noster interpres, vt apertior, & expeditior esset interpretatio, vertit sicut vulgo habent exẽplaria, Dilexerunt afferre ignominiam, contentus sensum Latinis auribus reddidisse. Diligunt autem afferre ignominiam, quoniam ad idololatriam, & alia peccata populum prouocãt, ex quibus magna ignominia afficietur.

38 *Ligauit eũ spiritus in alis suis.* Hieronymus ita exponit: Immundus spiritus idolorum ita ligauit Israelem in alis suis, & eum libere volitare non patitur. Quasi dicat: Affigit eum terræ; nec sinit cœlestia contemplari aut amare. Potest & aliter exponi: Spiritus, id est, ventus ligauit Israelem in alis suis, id est, celerrime in omnes mundi partes deferet, atque disperget, quod propter instantem captiuitatem dixit, qua celerrime in remotissimas regiones delati sunt. Nam vento metaphorice ob summam celeritatem alæ tribui solent, vt Psalm. 17. Ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorũ, id est, celerius ventis. Quę sensum, præter Ruffinum ita interpretantem, Theophylactus, & Theodoretus sequuntur legẽtes cum Lxx. Turbo spiritus sibilabit in alis eius: Ita olim habebant libri Græci, quos habuerunt Hieronymus, & Theophylactus, & Theodoretus, & ita hodie habet codex Aldi Manutij. Cõplutẽse, & regium habẽt, Turbo spiritus tu es in alis eius, cuius lectionis meminit & Theophylactus. Quod autem vtraque interpretatio germana sit, causa est nomen רוּחַ, quod sicut Græcis πνεῦμα, & nobis spiritus tam ventum, quàm substãtiãm incorpoream significat. Prætereà in alis suis potest more Hebræorum intelligi in alis ipsius Israelis, siue in alis ipsius venti, vt diximus n. 17.

Et confundentur à sacrificijs suis. Cum septi vndique calamitatibus videbunt nihil sibi opis afferre idola.

ALLEGORIA.

39 Spiritualem sensum consulto in finem vsque distulimus, quoniam perpetuum orationis propheticæ filum non videbatur cõmode interrumpi posse. Quomodo eadẽ peccata in populo Iudæorum fuerint post Domini aduentum, atrocioriſque captiuitatis, & vastitatis supplicio digni fuerint, nemo est qui ignoret. Quare & omnia, quæ dicta sunt, facile ad eum accõmodantur, si idololatriam demamus, sed habuit pro ea obstinatam incredulitatem, & perfidiam, qua ceu pernicioſisima fornicatione à CHRISTO Domino recedebat, & superbia, atque auaritia, & ambitione perditus, cœlesti doctrinæ perspicuitq; miraculis diuinam virtutem demonstrantibus pertinacissime repugnabat, illiq; maxime, qui duces populi ad salutem esse debuerant, sacerdotes, & Pharisæi, legisque doctores.

TROPOLOGIA.

Tropologia vero ab illis verbis repetenda est: *Verumtamen vnusquisque non iudicet, &c.* Miserrima animæ conditio est, cum creatori suo contradicit, & sæpe admonita, vt resipiscat, non vt prius, obsurdescit, sed audit, & contradicit, vt apud Ieremiam: Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuũ à siti. Et dixisti: Desperaui; nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. Væ (inquit Isaias) qui contradicit fictori suo, testa de samijs terræ. * Merito væ; quærit enim libertatem contradicendo, & dum suiuris esse vult, libidinum & peccatorum seruus efficitur. Quærit lætitiam, & tranquillitatem & in fluctus, atque in tumultus se coniicit, sicut ait Iob: Sapiens corde est, & fortis robore. Quis restitit ei? & pacem habuit? Gregorius. 9. Moral. capit. 2. Sic summus ille angelicus spiritus, qui subiectus Deo in culmine stare potuisset, semetipsum repulsus patitur: quia per naturæ suæ inquietudinem foris vagatur. Sic primus humani generis parens, quia auctoris præcepto restitit, carnis protinus contumeliam sensit, & quia subesse conditori per obedientiam noluit, sub semetipso prostratus & pacem corporis protinus amisit. Bene ergo dicitur: Quis restitit ei, & pacẽ habuit? quia peruersa mens vnde se contra autorem erigit, inde se in semetipsa confundit, &c. Patitur etiam aliud quod magnæ infelicitatis est, quod illi correptores adimuntur, & dum fœdo voluptatum amore captus miseriã suam non videt cum monitores desunt, fit indies miserior. Paulo quidẽ ait CHRISTVS: Ego sum IESVS, quẽ tu persequeris: durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Magnæ id sane misericordiæ,

Ieremi. 2.

Isa. 45.

Iob. 9.

Actor. 9.

Universidad de Deusto Biblioteca

sed non omnes Pauli sunt, nec diu Paulus contradixerat, sed ignorans fecerat in incredulitate.* Nos potius timeamus, ne dimittamur in desideria cordis nostri, & iratus Dominus dicat: *Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir*. Inde fit, quod statim sequitur, *Et corrues hodie*. Manifesta luce ducitur in captiuitatem, & omnibus spectantibus diabolo traditur, dum concupiscentijs suis relinquitur, & in reprobum sensum datur, neque iam peccata abscondit, sed perfricta fronte peccat. De hac ruina præclare Ecclesiasticus: In via ruinæ non eas, & non offendes in lapides, nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scandalum. Quot lapides in hac via occurrunt? quot offendicula? *Corruet etiam in mortem*, idque hodie, id est, valde cito, cum ille minime cogitabit. *Corruet etiam propheta tecum*. Vt enim olim in populo illo multi erant pseudoprophetæ; de quibus nunc prophetæ sermo est, qui populo pacem in peccatis promittebant, negantes famem vnquam aduenturam, aut gladium, aut captiuitatem; atque ita à pœnitentia auocabant: ita in populo Christiano habet hodie diabolus pseudoprophetas non paucos, qui semper peccantibus impunitatem pollicentur, longamque ad resipiscendum vitam; nec subitam mortem timere sinunt; neque iram Dei, neque ignem æternum importuni misericordiæ diuinæ laudatores. Hos sæpe Deus inopinata morte opprimit, cum ijs, quos deceperant, vt alteri perfidiæ, alteri stultæ credulitatis pœnas in æternum luant. De his Ierem. 29. Non vos seducant prophetæ vestri, qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri, & ne attendatis ad somnia vestra, quæ vos somniatis, quia falso ipsi prophetant vobis in nomine meo, & non misi eos dicit Dominus.* Atq; has quidem pœnas nocte luent, vt fiat illud Sapient. 17. Omnis enim orbis terratum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum quæ superuenturæ illis erant. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris. Quid autem tum populus Dei vocatus dicet, cum hæc aduenerint. Replebitur insipientia, nec habebit quid respondeat vnum pro mille: agnoscet merito se illa pati, merito à Deo repelli, quia & ipse scientiam Dei repulit. Hæc ne pateretur Dauid, supplex clamabat: Vias tuas Domine demonstra mihi; & semitas tuas edoce me; dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus Saluator meus. Quod vero addit, *Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi. &c.* Multum timendum est non solum congregationi, in qua multi peccatores fuerint; sed etiam cuiuis homini, qui donis Dei abutitur. Sæpe fit, vt hominem Deus multis & naturæ, & gratiæ donis largissime ornet, pro quibus nullam gratiam autori reddat, sed quot accepit dona, tot ad superbiam, & ad peccata cetera adminicula accepisse videatur. * Quem celeriter diuina sententia consequitur: *Gloriam eorum in ignominiam commutabo*, quoniam eius formam, ingenium, vires, eruditionem, potentiam omnes execrantur, quasi male collocata, & per abusum deprauata. Quare merito de peccatore dicitur 1. Macha. 1. Gloria eius stercus, & vermis est: hodie extollitur; & cras non inuenietur, Et Ieremi. 29. Ecce mittam in eos gladium, & famem, & pestem (paulatim, scilicet, eorum bona consumentem) & ponam eos vt ficus malas, quæ comedi non possunt, eo quod pessimæ sint, &c. Et dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ in maledictionem, & stuporem, & in sibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, &c.

Cum autem sacerdotes, qui populi peccata consumere debent, & ei Deum placare, & concionatores, ac religiosi, vel fallaci doctrina, vel prauo exemplo ceteros ad iniquitatem prouocant: *Visitabit Dominus super eos vias eorum, & ereit sicut populus sic sacerdos*, vt nullum peccatum in populo inueniatur tã tetrum, ac dirum, quod etiam non inueniatur in sacerdote, nec sit hominibus honorabilior, quam si de media plebe esset. Quod autem ait, *Et comedent, & non saturabuntur*, exposuimus. c. 2. n. 52. Miserrimum etiam quod sequitur.

Populus meus in ligno suo interrogauit, id est, Ita spiritu fornicationis seducti sunt, id est, immodica rerum huius sæculi cupiditate, vt ligno, & baculo diuinos honores tribuant, atque inde se accepturos esse confidant, vnde omnia mala repellant, sicut idololatræ, qui per baculum cognoscere futura studebant, vt mala impendentia vita-

rent.

rent. Hi sunt, qui pecuniam adorant, & in auro omnes suas spes, omne suum præsidium collocant. Quibus Ieremias ait: Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi, & reges eorum, principes, & sacerdotes, & prophetæ eorum dicentes ligno: Pater meus es tu, & lapidi: Tu me genuisti. *Super capita montium*, illi sacrificant, & sub arborum amœnarum frondibus, qui more gentilium viuunt, & voluptates tantum huius sæculi curant, & in honores obtinendos, atque in diuitias conferunt quidquid in Dei obsequium, & honorem conferre debuerant. Nam in montibus, & collibus, vbi propter altitudinem, & virtutem multis rebus gignendis, conseruandisque opportunam, Deus potius coli, laudarique debuit, & sub arboribus amœnis vbi adorandus erat amœnitatis illius autor, ibi colunt idola sua. Quod fit cum in sublimem locum cuecti dignitatis, aut eruditionis, aut probitatis, inde nobis placemus, & loco illo ad superbiam, aut ad ambitionem, aut ad turpitudinem, aut ad aliorum incommoda abutimur. Aut cum opibus, & quiete abundantes luxui nos, & voluptatibus dedimus. * Sed videant idolorum cultores non sibi se nocere tantum, sed filijs, & propinquis, quos Deus iratus impune peccare sinet, vt ipsi dedecore summo, & dolore plectantur, *& populus non intelligens vapulet*. Verum quoniam multi sunt inter peccatores, quos Deus maioribus beneficijs obligauit, vt religiosi homines, & sacerdotes; atque ij denique, quos ad maiora vocauit, & elegit, quosque sæpe è peccatis eruit, & quasi extraxit; ad eos bonus, & pius pater sermonem conuertit: *Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda*. Abiice ô Iuda idola Israelis, noli imitari eius impietatem, id est, mundanorum hominum, & more gentilium viuentium. Isti enim copia bonorum à me acceptorum lasciuientes, & insana voluptatum cupiditate quasi œstro vaccæ raptati, præcipites in facinora ruunt. Sed aliquando ex vaccis in agnos versi lasciuire desinent, & colligati more agnorum alieni iuris erunt, dominisque crudelibus tradentur, vbi semper solicitudine, & metu pleni sint, quasi agnus, qui solus in campo latissimo versatur, & ad quemcumque strepitum metuit insidias. * Tui mores, tua vocatio, beneficia accepta aliam vitam postulant. Mundani sua habeant conuiuia, & gaudia, quæ in æternum luctum desinent, tu meliora quære. Ipsi flagrant cupiditate terrenorum, & sua sponte currentes etiã à ducibus suis admotis calcaribus concitantur, vnde in summas vtrique calamitates venient, & in remotas terras ferentur, id est, in dies magis à Dei cultu, & ab operibus pietatis recedent, ac similiores gentibus euadent. Tu in loco tuo mane, locus enim in quo stas, sanctus est, & à patrum tuorum institutione, & pietate ne recedas, neue gentilibus appropinques. Illis diabolus alas alligauit funibus illis, de quibus scriptum est; Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur; vt neque oratione, neque desiderijs saltem se se in cœlum leuent, sed affixi terræ adhæreant. Tuum est non hærere in solo, sicut animantia, quæ natura prona, atque ventri obedientia finxit, sed leuare te super te. Tuum est non ligari, sed solui, qui ad veram libertatem filiorum Dei natus es. Tuũ est terrenis fæcibus relictis cœlo appropinquare, & puriori, ac salubriori aere frui. Denique tuum est, non pennis spoliari, sed clamare continenter: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Pennæ tuæ sunt sancta meditatio, & oratio, perpetua tui abnegatio, pœnitentia, crucis portatio, & cetera huiusmodi, sine quibus anima grauis, etiamsi sibi aliquantum leuari videatur, suo pondere continuo in terram ruit.

Ierem. 2.

Psalm. 24

Eccli. 32.

43

42

44

45

Prou. 5.

Psal. 54.

46

CAP. V.

AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis iudicium est, quoniam laqueus factus estis speculationi, & sicut rete expansum super Thabor. Et victimas declinastis in profundum: & ego eruditor omnium eorum. Ego scio Ephraim, & Israel non est ab-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcondit us à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſrael. Nõ dabũt cogitationes ſuas vt reuertantur ad Deũ ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominũ non cognouerunt. Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius: & Iſrael & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet etiam Iudas cum eis. In gregibus ſuis & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient: ablatus eſt ab eis. In Domino præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos mẽſis cum partibus ſuis. Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Bethauen, poſt tergum tuum Beniamin. Ephraim in deſolatione erit in die correptionis: in tribubus Iſrael oſtendi fidem. Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminũ: ſuper eos effundam quaſi aquam iram meam. Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes. Et ego quaſi tinea Ephraim: & quaſi putredo domui Iuda. Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Iudas vinculum ſuum: & abijt Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem vltorem: & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculum. Quoniã ego quaſi leæna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Iuda: ego, ego capiam & vadam: tollam, & non eſt qui eruat. Vadens reuertar ad locum meũ, donec deficiatis, et quæratis faciem meam.

HISTORIA.

Audire hæc ſacerdotes. Adhuc vult Dominus oſtẽdere, quam merito puniat decem tribus. Ijs enim magis loquitur, quoniam, & grauius peccabant, & earum propior erat captiuitas. Sed ſacerdotibus primum, qui populum; cum dirigere deberent, deprauabant. Ceterum ſacerdotes vocat, (tametſi reuera non eſſent, quia non erant ex tribu Aharõ, vt ſacra hiſtoria docet. 3. Reg. 12.) quoniã officium ſacerdotale gerebant, & ſacerdotes à populo vocabantur, vt ait Hieronymus. Quemadmodum. 3. Reg. 18. & alibi ſæpe ſacerdotes idolorum vocantur ſacerdotes, & pſeudoprophetę paſſim prophetæ dici ſolent, vt cap. 4. Corruet etiam propheta tecum. 1

Domus Iſrael. Hieronymus: Accuſatur populus, ne ſe alienum arbitretur à crimine, ſi inductus ſit à regibus, & ſacerdotibus.

Et domus regis. Regem, & eius domeſticos, ac conſiliarios appellat.

Quia Vobis iudicium. id eſt, Ideo vos appello, vt ſimul audiatis, quid feceritis, & cur tradamini inimicis, vt ait Hieronymus. Itaque Iudicium pro damnatione hic ponitur, & pro iudicis ſententia, vt Iacob. 2. Iudicium ſine miſericordia illi, qui non fecit miſericordiam: non pro obiurgatione, vt putauit Theophylactus, non enim eſt hic רִיב vt in ſuperioribus capitibus, ſed מִשְׁפָּט.

Quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi. Vbi legimus, Speculationi, in Hebræo eſt לְמִצְפָּה. Contendunt autem Hebræi, & eorum ſectatores Miſpha nomen eſſe montis, quemadmodum & Thabor: aiuntque Hebræi genus hominum fabularum nugarumque appetentiſſimum, Ieroboham regem Iſrael arces in his duobus montibus extruxiſſe, excubiaſque in eis collocaſſe, quæ populum impedirent, ne ſtatis feſtis diebus Ieroſolymam peteret, eunteſque trucidarent. Si quæras, quo autore hæc dicant, aut è qua hiſtoria rem antiquam, & inauditã acceperint: fruſtra quæras, ſolent enim multa huius generis dicere, ſed nulla, aut quam pauciſſima comprobare. Varablus etiam vult Miſpha montem eſſe, in quo, & in Thabor, quia ſublimes erant, laqueos, & retia expandebant, qui feras, aueſque captrabant, atque inde ſumpta metaphora talem reddi ſenſum: 2 *

Fuiſtis ſcandalo populo meo, quem reuocare debueratis; & fuiſtis ei autores idololatriæ. Sed hoc nobis perſuadere non poterunt; habemus enim præter Hieronymum meliores autores, eoſque Hebræos, Lxx. interpretes, qui ſimiliter verterunt, ſpeculationi; & Chaldæum, qui vertit, Doctoribus veſtris, id eſt, ſpeculatoribus veſtris. Qui omnes, quemadmodum Thabor in ſua interpretatione reliquerunt, quod nomen proprium eſſe intelligebant, ita ſine dubio reliquiſſent Miſpha ſi nomen montis eſſe iudicaſſent. * Nec ignorabat Hieronymus montẽ eſſe quendam, qui hoc nomine vocaretur, primo enim Regum 10. tranſtulit, Et conuocauit Samuel populum ad Dominũ in Maſpha, vbi hoc idem nomen eſt: ſed vidit hic non montem ſignificari, & ideo ſpeculationem vertit, vt Iſai. 21. Super ſpeculam Domini ego ſum ſtans iugiter. Et Mich. 7. Dies ſpeculationis tuæ. Locum Hieronymus ita explanat: Speculatores, & principes vos conſtitui, vt populum regeretis errantem: vos autem facti eſtis laqueus, & non tam ſpeculatores, quam venatores appellandi. Significat autem, quod populum in idololatriam pertraxerint verbis, & exemplis. Itaque ſpeculationem vocari putat Hieronymus populum ipſum, quem ſpeculabantur, ideſt, cuius illi curam gerebant, quod eſt apud Hebræos vſitatiſſimum. Eodem prorſus modo interpretatus eſt hic Cyrillus, & lib. 12. comment. in Iohannem cap. 26. vbi ita ait: Speculationem in his appellat ſubditam multitudinem, cuius curam principes habere debent: Speculatores enim ideo apud ſacras literas præſidentes populis dicuntur. Alij ſpeculationem dici putant ſpeculatores ipſos, id eſt, prophetas, iuxta illud Ezec. 3. Fili hominis, ſpeculatorem dedi te domui Iſrael. Ita Theodorus Antiochenus, Theodoretus, & Theophylactus, immo & Chaldæus qui ita vertit: Offendiculum enim fuiſtis doctoribus veſtris. Prophetis enim laqueus erant Iſraelitæ, quia illos capere, & extinguere cupiebant. * Vere autem, & proprie vtrumque dici facile intelligemus, ſi phraſin, & valde neceſſariam, & maxime in ſcriptura vſitatam conſideremus. Solet enim nomina abſtracta (vt Dialecticorum more docendi cauſa loquar) pro ſuis concretis vſurpare, modo actiue ſumptis, modo paſſiue. Vix paginam in ſcriptura volues, in qua aut vtrumque horum, aut alterum nõ inuenias: ideo vnum, aut alterum exemplum proferre ſatis erit. Pro concreto actiue vt 1. Corinth. 1. Qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio, id eſt, docens nos, iuſtificans nos, ſanctificans, & redimens, vnde merito intulit: vt quemadmodum ſcriptum eſt: qui gloriatur in Domino glorietur, id eſt, cum non habeamus ex nobis ſapientiam, nec iuſtitiam, nec ſanctificationem, nec redemptionem, ſed à Deo per Chriſtum, non poſſumus vllo modo gloriari in nobis, ſed in Chriſto gloriari debemus. Pſalm. 17. Diligam te Domine fortitudo mea, id eſt, fortem efficiens me. Pro concreto paſſiue, vt paſſim in Pſalmis legimus, Tu es ſpes mea, patientia mea, expectatio mea, id eſt, in quo ego ſpero, quem ſuſtineo, quem expecto. Ex quo illud intelligitur Geneſ. 31. Niſi Deus patris mei Abraham, & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modo nudum me dimiſiſſes, id eſt, Deus ille quem Iſaac timebat, & venerabatur. Et poſtea, Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac. Ita nunc ſpeculatio recte ſignificare poteſt, & ipſum ſpeculatorem, & populum, (vt ita dicam) ſpeculatum. Nihil etiam obſtat, ſi ſpeculator propheta eſt, ipſam prophetiam ſpeculationem dici, aut officium prophetandi.

3 Speculatio, & ſpeculator.

4 Phraſis.

Et ſicut rete expanſum ſuper Thabor. Non dicit illos in inſidijs fuiſſe in monte Thabor, ſed facti eſtis quaſi rete, quod ibi expandi ſolet ad aues, aut feras capiendas: ſic vos inſidias ſemper paratis contra prophetas, vt eos capiatis & occidatis, vt exponunt Theophylactus, & Theodoretus, vel iuxta ſuperiorem Hieronymi ſenſum: Irretijſtis reliquos, & exitium eis attuliſtis, per vos enim inciderunt in idololatriam. Porro Thabor (vt hic ait Hieronym.) mons eſt Galilææ ſitus in campeſtribus, rotundus, atque ſublimis, & ex omni parte finitur æqualiter. Huius meminit Dauid Pſalm. 88. Thabor, & Hermon in nomine tuo exultabunt. Hunc Lxx. & Ioſephus, & Græci eos ſecuti Itaburium vocant, ſiue Itaburium, hanc (vt ait Hieron.) habentes conſuetudinem; vt Hebræa nomina Græco ſermone declinẽt, 5 Thabor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſicut Edom interpretatur Idumęam. Quãuis nunc in quibuſdam Græcis libris legamus hic, Thabor. Sed vera lectio Lxx. eſt Itabyrium, vt conſtat ex Hieronymo, & Theophylacto. Idem in locis Hebraicis ait: Thabor terminus Zabulon. Eſt autem mõs in medio Galilææ campo mira rotunditate ſublimis, diſtans à Dioceſarea decem mil libus contra Orientalem plagam, qui confinium quoque inter tribum Iſſachar, & Nephtalim fuit. Ioſephus libro 4. de bello Iudaico capit. 2. affirmat altitudinem huius montis eſſe triginta ſtadiorum, verticem autem ipſum campeſtrem viginti ſtadijs patere: Situmque eſſe inter Scythopolin, & campum magnum. Egeſippus lib. 4. de excidio Ieroſolymitano cap. 4. verticem eius viginti tria ſtadia habere ſcribit, ſed mendoſum eſſe librũ ſuſpicor, ſolet enim ſequi Ioſephum. Teſtanturque qui terram ſanctã viderunt, diſtare à Naim ſex aut ſeptem mil libus ad dexteram euntibus ab Ieruſalem in Nazareth, decem vero à Nazareth, ſitumque eſſe in parte Orientali campi magni Galilææ, ita vt plus quatuor, aut quinque millibus ab alijs circum montibus recedat, & quaſi manu ædificatus in illa planitie videatur, valde ſublimis, atque adeo vndique æqualis, vt vna eiũs pars non videatur, vel pugillum terræ habere plus altera. Cyrillus. Thabor mons eſt nobiliſsimus in Galilæa, denſiſsimus, & pleniſsimus ferarũ, & auium.

6 * *Et victimas declinaſtis in profundum.* Hebræa verba valde obſcura ſunt, & mirabiliter variant interpretes, præſertim recentiores, hoc tantum inter eos conuenit, quod à noſtra tranſlatione recedunt. Quos ego nec referam, nec refellam. Id tantum dicã, quod veriſsimum arbitror, ſenſus eſt: Vehementer declinaſtis, victimas, id eſt, multum curaſtis, ne victimæ Deo offerrentur in Ieruſalem, ne ab errore ſuo reſipiſcerent qui eas offerebant, & vitulis potius eas immolarẽt. Sed videamus, quã recte hũc ſenſum Hebræa exprimãt, quod autores illi nõ putarũt poſſe fieri, וְשַׁחֲשָׁה טֶשִׁים הָעֲמִיקוּ. Hic שַׁחֲשָׁה victimam ſignificat à שָׁחַט quod eſt iugulare, ſeu mactare. Quod ſi vrgeat R. Dauid non eſſe hic nomen, ſed infinitiuum, haud inuitus dabo, quod iure poſſem negare, ſit igitur immolare. Scilicet victimas. טֶשִׁים declinantes ſignificat, vt ipſe quoque fatetur. At הֶעֱמִיקוּ ſine controuerſia ſignificat profundauerunt, ſiue profundum fecerũt.

7 Phraſis P. oſeæ ſine Prodigio. * Eſt autem phraſis Hebræorum (quam autores. Hi non videntur animaduertiſſe) vt hoc verbum, & alia nonnulla in coniugatione hiphil aduerbialiter ponantur. Vt Ionæ 4. bis dicitur: Putaſne bene iraſceris tu? In Hebræo eſt, Putaſne benefecit venit ira tibi? vbi הֵיטֵב, id eſt, Benefecit nihil aliud ſignificat quam bene, vt Hieronymus vertit, aut vehementer vt Lxx. & ſtatim, Bene iraſcor ego vſque ad mortem. Vbi in Hebræo eſt, Benefecit venit ira mihi. Ita hoc verbum הֶעֱמִיקוּ. Hoſ. 9. Profunde peccauerunt, ſicut in diebus Gabaa, Hebraice: Profunde fecerunt corrupti ſunt, ſicut in diebus Gabaa, id eſt. Profunde ſiue vehementer corrupti ſunt. Chaldæus: Adauxere corruptionem ſicut in diebus Gabaa. Iſaiæ. 31. Conuertimini, ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. Hebraice: ſicut profundũ feciſtis id eſt, ſicut vehementer receſsiſtis. Chaldæus: Conuertimini ad legem, quia multum erraſtis filij Iſrael. Ita etiam in hoc loco, Profundum fecerũt, ſignificat, In profundum, id eſt, vehementer, aut largiſsime, vt vertit Chaldæus: Planus ergo ſenſus eſt, Et victimas declinantes (ſ. fuiſtis) vehemẽter, vel immolare declinaſtis vehementer, diligentiſsime curaſtis, ne victimæ Deo offerrentur. * Quod vero hactenus in tertia perſona dicebamus, Profundum fecerunt, & nunc in ſecunda dicimus profundum feciſtis, mouere lectorem non debet, nam ſi loco literæ ה ponatur ת ſonabit, Profundum feciſtis, in quibus literis propter ſimilitudinẽ facile potuit errare librarius. Poſſumus etiam reſpondere tertiam perſonã non raro poni pro ſecunda, præſertim in hoc verbo, vt Iſai. 31. Conuertimini, ſicut in profundum receſſeratis, vbi & Lxx. & Chaldæus in ſecunda perſona acceperunt. Nec mirum cum ponatur quaſi aduerbialiter, immo & pro ſecunda perſona imperatiui ponitur bis Ierem. 49. Deſcendite in voraginem habitatores Dedan, & poſtea in voraginibus ſedete qui habitatis Aſor, &c. conſentientibus cum noſtra tranſlatione Lxx. interpretibus.

Et ego eruditor omnium eorum. Ego erudiebam eos cupiens emendare, non perdere. Non deſiſtebam eos à cultu idolorum auocare per prophetas meos. Chaldæus: Et ego adduco correptiones ſuper omnes illos.

5

9 Luc 13. Marc. 15.

ALLEGORIA.

Sacerdotes, & Phariſæi, & primores populi, & ſomus regis Herodis, qui occidit Iohannem Baptiſtam, & CHRISTVM quærebat vt occideret, & poſtea cum exercitu ſuo irriſit eum indutum veſte alba, ac remiſit ad Pilatum, compellantur vt damnationis ſuæ ſententiam audiant; omnes enim laqueus facti ſunt CHRISTO, & apoſtolis, quærentes eos capere in ſermone, & occidere. Populo etiam ipſi, cuius curam gerebant, facti ſunt laqueus, quem quantum poterant à CHRISTO, id eſt, à veritate, & à ſalute, auertebant: vt Ioh. 9. Da gloriam Deo, nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt. Et cap. 11. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit? Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, &c. Denique in paſſione turba petijt verum homicidam donari ſibi, autorem vero vitæ interfecit; quoniam (vt ſcribit Marcus.) Pontifices concitauerunt turbam, vt magis Barabbam dimitteret eis. Et cum CHRISTVS eruditor eſſet omniũ, id eſt, tam principum quam reliqui populi, omniumq; ſalutem optaret, principes auertebant populum ne Deo offerrẽt ſacrificiũ laudis, & fidei, & iuſtitiæ CHRISTVS accipientes, & honorãtes. Theophylactus: Hęc & CHRISTI interfectorib⁹ põtificibus, phariſæis, & ſcribis, & regi Herodi conuenient, qui rete facti ſunt ſpeculæ, hoc eſt ſublimi CHRISTO, ſuper quo qui ſteterit, plura, & præſtantiora ceteris videt. Nonne & in ſermonibus ipſum conabantur irretire, ac tãdem crucis ſagenam ipſi fixerunt, variaſq; ſycophantias, & calumnias, & falſa teſtimonia, ceu retia expanderunt? Cyrillus lib. 12. commentariorum in Iohan. c. 26. Laqueus facti ſunt principes & ſacerdotes clamantes, & turbis perſuadentes, vt clamarent: Non habemus regem niſi Cęſarẽ, &c. Hæc ideo retuli ne quis putet huiuſmodi allegorias temere à nobis confingi.

10 TROPOLOGIA.

Theophylactus: Qui conſtitutus eſt, vt doctorem agat, ac ſuper excelſum gradum doceat, ſi vel reprehenſibilem vitam duxerit, vel adulterinam, prauamq; doctrinam euulgauerit, rete ſit ijs, qui in eum defigunt oculos, ipſe (inquam) in ſpecula collocatus. Rete autem fit, non quale CHRISTI diſcipuli piſcatores habuerunt, verbum nempe miraculis contextum, ſed quale venantes ſemper venationem animorum dæmones infinxerunt. Audiemus autem qui animas perdidimus, cuiꝰ rete ſimus: nec enim Dei, etiam ſi in ſpecula ſtemus. Hæc Theophylactus, quæ etiã retuli, vt videat lector quomodo vetetes patres tropologicos ſenſus explicent. Ita enim Hieronymus & Origenes, & ceteri faciunt: ne à me pro tropologia locos communes expectet, quos ſibi quiſque non magno labore coaceruare poteſt. Ego quod difficilius eſt, & quod patres noſtri ſecuti ſunt, tantum propoſitum habeo, vt quid in litera lateat, ſiue ad CHRISTVM, & Eccleſiam, ſiue ad mores attinẽs ordinem ipſum literæ, contexturamque ſeruans explicem. Ceterum de his quę nũc eſſent dicenda, vide c. 1. n. 78. 79. 80. & 83.

HISTORIA.

11 *Ego ſcio Ephraim, & Iſrael non eſt abſconditus a me.* id eſt, Scio quæ opera faciant, non poſſunt latere me. Hoc autem dicit, quoniam cum primum Ephraim idola colere cœpit, ſtatim reliquus Iſrael impietatẽ eius ſecutus eſt. Ephraim autem vocat Ieroboã ex ea tribu natum, & ceteros reges, qui eũ & dignitate, & ſcelere ſecuti ſunt: tũ ipſam tribum vniuerſam, (vt intellexit Chaldęus) quæ prima, ac promptiſsima omnium fuit ad vitulos regis ſui adorandos.

Non dabant cogitationes ſuas. Nullo modo imperare animo ſuo, aut perſuadere ſibi volent, vt ab idolorum cultu abſtineãt, ita eos occupauit, ac poſſedit totos ſpiritus idololatriæ. Hoc expoſuimus ca. 4. nu. 13.

Et Dominum non cognouerunt. Statuerunt omnino à Deo recedere, & eius mandata contemnere. De hoc cap. 4. nu. 1.

Et reſpondebit arrogantia Iſrael in facie eius. Reſpõdere. Sed non abibit impunitus: hũmiliabitur eius ſuperbia, ita Hieronymus expoſuit, & merito, nam pœna pro peccato inflicta, eſt ipſiſsima reſponſio, quæ peccato debetur, ſicut fauor Dei, & beneficia ſunt reſponſio boni operis, vt Geneſ. 31. Reſpondebitque mihi cras iuſtitia mea, cum placiti tempus aduenerit. Metaphora capitur ab agricolis, (vt recte ait Ruffinus,) quibus terra, vt culta eſt, & ſeminata, ita reſpõdet vel benignitate fructuum, vel malignitate, vt apud Virgilium.

Illa ſeges demum votis reſpondet auari 1. Georg.
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora paſſa.

Quomodo Apoſtolus ait ad Gal. 6. Quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. *In facie eius*, id eſt, ipſo cernente. Chaldæus: Et

deprimetur gloria Israel ipsis videntibus. Theophylactus: Aperte itaque videbunt qualis sit impietatis fructus, & superbiæ. Ceterum, vt notat Hieronymus יראו, pro quo nos habemus: Arrogantia, aut superbia, vt & Chaldæus, & Theodotion, & Aquila vertũt, Lxx. & Symmachus vertunt, Iniuria, quoniam superbia, qua peccator Deo obedire recusat, iniuria Dei est. Ita etiam cap. 7. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius.

12 *Et Israel, & Ephraim ruent in iniquitate sua.* Hæc est responsio, captiui omnes ducẽtur, idemque postea patietur Iudas, vt pro eadem impietate eadem pœnas luat. In iniquitate autem dixit more Hebræorum, id est. Propter iniquitatem, vt Genes. 18. Dimittam omni loco propter eos. Et ibidem: Non percutiam propter quadraginta. Delebis propter quinque vniuersam vrbem? & cap. 29. Seruiam tibi pro Rachel filia tua. Et, Nonne pro Rachel seruiui tibi? In his locis vbi habemus, Propter, aut Pro, in Hebræo est In, quam phrasin postea imitatus est interpres. c. 12. Et seruiuit Israel in vxore, & in vxore seruauit.

In pro, Propter.

In gregibus suis, & armentis suis. Cum calamitatibus vrgebuntur, ibunt vt quem præuaricationibus offenderant, hostijs placent, vt ait Hieronymus. Sed nõ inueniẽt, quem requirunt, quia à recedentibus & ipse recessit. Hoc latius exponemus. cap. 6. in illud: Misericordiam volo, & non sacrificium.

In Dominum præuaricati sunt. Quidam codices habent, In Domino, sicut & Hieronymus videtur legisse, sed hoc Hebraice dictum est, In Domino pro, In Dominum, vt sæpe fit.

13 *Quia filios alienos genuerunt.* Quos, scilicet, ego non agnosco meos. Hi sunt (vt ait Hieronymus) quos cum essent in errore idolorum genuerunt, siue quos ducentes per ignem idolis consecrarunt, iuxta illud. 4. Reg. 16. de Achaz, Insuper & filium suum consecrauit transferens per ignem secundum idola gentium. Ezec. 16. Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans eis. Chaldæus autem ita interpretatus est: In verbum Domini perperam egerunt, quia filios de filiabus gentium sibi statuerunt. Quod postea Iudæis quoque accidit, vt videmus. 1. Esd. 9. & 10. Hanc expositionem attigerunt Theophylactus, & Paulus Burgensis in additionibus, alijque sequuntur, & certe est valde probabilis. Hi enim recte dicuntur filij alieni, quia non sunt omnino ex Israel, sed partim ex alienigenis, tametsi Hieronymus priorem huic præferat.

Nunc deuorabit eos mensis. Hieronymus ita interpretatur, Per singulos mẽses hostis adueniet, & cuncta vastabit. Atque ita factum esse probat ex libris Regum, & Paralipom. & nos cap. 1. ostendimus in illud: Et quiescere faciam regnum domus Israel. Acsi diceret: Non veniet mensis, quin deuorẽtur, & aliquid de regni sui viribus amittant. Cum vero ait: Nũc significat id paulo post futurum, ipso, scilicet, propheta viuente. Chaldæus: Nunc adducam aduersus eos populos per singulos menses, qui populabuntur fructus terræ eorum. Partes vocat sortem, & possessionem cuiusque tribus, ita enim pars frequẽter dicitur. Num. 34. Acceperunt partem suam trans Iordanem. Matth. 24. Partemque eius ponet cum hypocritis. Ideo Lxx. verterunt Cleros, id est, sortes. Ruffinus mendoso codice deceptus legit, Messis. Part.

ALLEGORIA.

Cum dicit: *Ego scio Ephraim*, haud obscure vaticinatur de pontificibus, & Pharisęis, qui occulte de Christo interficiendo cogitabant, & inter se agebant: quorum consilia Deum vindicem latere non poterant. Ipsi prius, qui maiores erant, fornicari cœperunt; & à Deo, quem audiebant, & videbant per superbiam recedere; atque ita cõtaminatus est Israel, id est, populꝰ ab eis deceptus, & subornatus cœpit infensus esse Christo, & eius mortem petere à Pilato. Et quoniam cordis inspector tacitas eorum cogitationes videbat, & perditissimam obstinationem, prædicit per suum prophetã nullis eos miraculis, nullis verbis, nullis beneficijs flectendos, vt CHRISTVM Dominum adorent, & ad eum conuertantur; rapiebat enim eos præcipites furor ille contradicendi, & aduersandi CHRISTO, recedendique à Deo. Sed dabunt tãtæ perfidiæ pœnas, inquit, & occidentur, capienturque à Romanis ipsisque videntibus, ac gementibus peribunt eorum diuitiæ, ac gloria, & quasi vilissima mancipia, qui vastitati superstites fuerint, venumdabuntur. * *Ruet Ephraim*, id est, principes, & Israel, id est, reliquus populus qui à CHRISTO recesit. *Iudas quoque*, id est, illi, qui Domino, & apo- 14 15

stolis fauere, & ceteris meliores esse videbantur, sed erant re vera eiusdem perfidiæ, malignitatisque participes. Atq; hi omnes cum imminentia mala præsenserint, Romanorumq; exercitum in Iudæa viderint, quærent Deum multo victimarum sanguine effuso. Sed adhuc obstinati, & CHRISTVM auersantes; non inuenient tamen, quia nemo venit ad patrem, nisi per CHRISTVM, ablatus est ab eis, quia ipsi sibi CHRISTVM abstulerunt. Donec hæc veniant nõ desinent præuaricari, & in regem gloriæ blasphemare. *Et filios alienos genuerunt*, id est, discipulos suæ impietatis, & perfidiæ, quos Deus non agnoscet suos. Ideo multo ante excidium deuorabuntur frequenter cum partibus suis: interfecti enim sunt multi, & multi spoliati à Romanis præsidibus, & in numeris calamitatibus afflicti, vt videmus apud Iosephum lib. 2. &. 3. de bello Iudaico. Denique domesticis seditionibus, & intestinis bellis ipsi vires suas concidebant, rempublicamque perdebant. Lege Iosephum lib. 5. cap. 1. & 2. & lib. 6. c. 1.

TROPOLOGIA.

16 *Ego scio Ephraim, &c.* Quidquid facimus, quidquid cogitamus Dei oculis omnia cõtemplantis patet, frustra hominum oculos fugit peccator, & latebras quærit; cũ enim fugerit, omnium conspectum, iudicis sui oculos fugere non potest. De quo præclare est apud Isai. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis cõsilium, quorũ sunt in tenebris opera, & dicũt, Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio, quasi si lutum cõtra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Non fecisti me, & figmentum dicat fictori suo, Non intelligis. Recte quidem; qui enim dicit, Non videbit me Deus, perinde est, ac si diceret, Non me fecit Deus, quia Deus omnia, quę fecit conseruat, & regit. Et sicut nõ potuerunt esse sine Deo, ita nec sine eo quidquam agere possunt: Videre autem se vel occultissimas cogitationes, ex earum pœna docet, cum ait: *Et erubescet arrogantia Israel in facie eius, &c.* Hoc & Salomon eleganter docuit: Infernus, inquit, & perditio coram Domino, quanto magis corda filiorum hominum. Non videtur recte colligere: angeli enim norunt infernũ, & perditionem, nec tamẽ vident corda filiorum hominum. Plane si ita intelligeret, non recte argumentaretur; sed tamen infernum, Isa. 29. Prou. 15.

& perditionem vocat pœnas peccantibus præparatas. Ita valida est à maiori ad minus argumentatio. Cum occultissime peccas, cum te latere credis, adeò Deum non lates, vt simul ipse videat pœnas, quas tibi proscelere illo præparauit. Tu peccas, & breui voluptatula frueris, & interea tibi infernus, & æterna perditio parantur. * Atque eo magis timendum est ijs, qui columnæ videntur esse in populo, quod aliorum peccatum simplex peccatum est; principum vero, sacerdotum, doctorum duplex est: nã & ipsi peccant, & alijs graui scandalo sunt. *Fornicatus est enim Ephraim, & contaminatus est Israel.* Illud vero miserrimum, quod sequitur: *Non dabũt cogitationes suas vt reuertantur, &c.* Eo enim peccata hominem sæpe deducunt, vt cum cogitationes animo eius obuersentur, salutares ab eo, qui est saluator omnium hominum maxime fideliũ, nec ignoret salutares esse, tamen est in medio eius, in corde eius, spiritus fornicationum, id est, ita furor, & dira cupiditate voluptatum in peccata, quibus iam assueuit, rapitur, vt nullo modo in animum inducat lucem illã cœlestem admittere, & ad mentem bonã reuerti. Qui si cogitare non vult, quem hospitem pulsantem repellat rustice & inurbane, id est, CHRISTVM dicẽtem, Ego sto ad ostium, & pulso: certe cogitare deberet, quem admiserit, immo penes quẽ sit, & cui se dediderit. Quid faciet in te crudelissimus hostis animæ tuæ, & immanis parricida à te, admissus, accepta potestate tui, qui dies, nocteſque de perditione tua cogitat? Profecto respondebit tibi arrogantia tua in facie tua, qua Domino tuo aduersaris & contradicis. Qualem responsionem expectare debeas, docebit te Salomõ: Abominatio Domini est omnis arrogans, etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. Huic superbiæ cum alia vitia respondeant, tum maxime fornicatio, quod pulcherrime admonet Gregorius. 26. Mor. ca. 12. Sic, sic, inquit, elati iusta fuerant retributione feriendi, vt quia superbiendo se hominibus præferunt, luxuriando vsque ad iumentorum similitudinem deuoluantur. Quasi sciẽtiæ enim illos in altũ penna subleuauerat, de quibus Paulus dicebat; Quia cũ cognouissent Deum, non sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt; sed euanuerunt in cogitationibus suis. Quomodo autem in iumentorum, aut pluſquam iu- 17 18 Apoc. 3. Prou. 16. Rom. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentorum voluptatem deciderint, subdit dicens, Tradidit eos Deus in desideria cordis sui, in immunditiam, Occultam videlicet culpã sequitur aperta percussio, vt malis exterioribus interiora puniantur, & cor publice corruat, quod latenter tumebat. Hinc quippe per Hoseam contra Israelitas dicitur, Et respondebit arrogantia Israel in faciem eius. Ac si diceret: Culpa, quæ per elationem mentis in occulto latuit, per carnis luxuriam in aperto respondit. Et ca. 13.

19 Illud Iob. 34. * Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cæli erudit nos, ita fere exponit, vt iumenta terrę dicat esse homines carnis motibus subditos, volucres autem cœli dæmones superbos. Erudit igitur nos super volucres cœli, cum donat, vt veram humilitatem teneamus, qua seruata, non paremus motibus carnis vt iumenta. Sed hæc omnia latius Gregorius: Ego pauca, nec ea continuata decerpsi. Facile hinc intelligimus, cur statim dicat propheta: *Et Israel, & Ephraim ruent in iniquitate sua ruet etiam Iudas cum eis.* Illi enim etiam ruũt aliquando, qui longissime abesse videbantur à ruina. Atque hi sæpe Deum quærere videtur eleemosynis, & externis charitatis officijs, quem minime inueniunt, quia in superbia sua manent, & ea, quæ offerũt, despicit Deus, quia non offerunt spiritum cõtribulatum, & cor contritum, atque humiliatum, quod ille nunquam despicit. *Præuaricantur in Dominum gignentes filios alienos.* Dum omnes ingenij, atque acuminis sui partus, conatus, laboresque suos, quos dicare Deo debuerunt, idolis immolant, id est, honoribus, opibus, & voluptatibus. Et dũ non ex Israelitide, sed ex alienigena vxore liberos procreant, id est, dum inutilibus gẽtilium artibus dant operam, & se mundi laboribus exercent, non æterna bona, sed sæcularia, tam vigili cura quæritantes. Nihil ergo mirum si hos cito *deuoret mensis cũ partibus suis*, id est, si paulatim bona illa perdãt, quæ habebant, & cito ad extremam redigantur inopiam, de quo diximus. cap. 1. nu. 90. & 91.

HISTORIA.

20 *Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama.* Huiusmodi orationem rhetores illustrem vocant, cum talis est, vt res nõ dici, sed geri videatur. Quasi dicat: Video iam hostes irruentes, conuocate omnes, vt se se ad prælium comparent. Tubis enim, & buccinis ex edito loco personantibus vtebantur Hebræi, cum populus erat conuocandus, vt rẽ audiret magni momenti, Iudic. 6. Qui clangens buccina cõuocauit domum Abiezer. 1. Reg. 13. Saul cecinit buccina in omni terra dicens: Audiant Hebræi. Psal. 80. Buccinate in Neomenia tuba in insigni die solemnitatis vestræ. Hinc. Isa. 28. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Hinc etiam Matth. 6. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut faciunt hypocritæ, &c. quasi pauperes conuocarẽt, tuba canebant, re autem vera laudatores, & testes eleemosynarum cõuocabant. Gabaa, in qua natus est Saul, & Rama, in qua vixit Samuel, ciuitates coniunctæ sunt in tribu Beniamin, vt ait Hiero. & constat ex Iosue. 18. Erant autem, (vt & nomina ipsa indicant, Gabaa enim collem significat, Rama excelsum.) in excelso sitæ, & quasi duæ arces totius tribus, ideo ex eis clamare iubentur ciues. Sed cur in ciuitatibus Beniamin? Cum antea Israeli loqueretur, dixit, Ruet Ephraim, & Israel, ruet etiam Iudas cum eis. Nunc omnes admonet, nam statim ait: Vlulate in Bethauen. Sed quoniam putare poterant duæ tribus, se in tuto esse, nec timere debere captiuitatem, quoniam prius ruituras erat Israel, significauit in proximo esse captiuitatem Israelis: Nunc, inquit, deuorabit eos mensis cum partibus suis. * Atque vt hoc penitus in Iudæ, & Bẽiamin animis infigeret, iterũ dicit expressioribus, & fortioribus verbis, Clãgite buccina in Gabaa, &c. Quasi dicat: Parate vos ad prælium, ô Iuda, & Beniamin, quoniam decem tribus, quæ vobis proximę sunt, iam iam capientur, ne quietem, & pacem, sed bellum cogitate. Vult autẽ intelligi, quod veteri prouerbio monemur.

Nã tua res agitur paries cum proximus ardet.

Ideo, cũ ait, vlulate in Bethauẽ, quę vrbs decẽ tribuũ est, addidit: Post tergum tuũ Beniamin: Ac si diceret, Vide quo animo esse debeas, ô Beniamin, cum à tergo vastãtem hostem habeas. Inter buccinam, & tubam hoc interesse docet Hieronymus quod buccina pastoralis est, & cornu recuruo efficitur, quæ Hebraice שׁוֹפָר dicitur, Græce κερατινή, id est, cornea. Vnde Psal. 97. In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Pro Tuba cornea tantum est in Hebræo שׁוֹפָר. Tuba autem de ære efficitur, vel argento, qua in bellis, & in sollemnitatibus concrepabant.

Tubæ, & Buccinæ usus.

Buccina, & Tuba.

Vlulate

22 *Vlulate in Bethauen.* In Gabaa, & Rama clangere satis est, in Bethauen vlulandum est. Clangitur enim cum hostes irruũt, sed vlulatur desperatis iam rebus, & in extremam infelicitatem adductis, cum iam hostis habet muros, aut intra vrbem est. Vlulatus proprie luporum est, sed transfertur ad eiulatus, ac lugubres clamores. Ioe. 2. Flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perijt de ore vestro. Non dixit, Quoniam peribit, nõ enim vlulari solet, nisi cum iam spes non est. Ita quoque Virgilius.

Vlulare.

1. Æneid. *Lamentis, gemituque, & femineo vlulatu*
Tecta fremunt.

Ac deinde vt explicaret cur vlulatum dixisset.

Non aliter quam si immissis ruat hostibus omnis
Carthago, aut antiqua Tyros, flammæq; furentes
Culmina perq; hominum volutãtur, perq; deorum.

Ephraim in desolationem erit. Siue legatur, In desolationem, siue, In desolatione, phrasi Hebraica, sensus idem est. Docet, cur vlulandum sit in Bethauẽ, quoniam Ephraim desolabitur, penitus vastabitur Israel cum principibus suis.

23 Fidem. *Id die correptionis in tribubus Israel ostendi fidem.* In die correptionis, & vindictæ ostendam, quam vera sint mea verba, quæ per prophetas meos prædixi, qui nũc ab impijs irridentur. Itaque Ostendi more prophetico dicit, pro Ostendam, & fidem virtutem moralem intelligit, quæ est (vt Cicero diffinit primo officiorum) dictorum, conuentorumque constantia, inde dicta, quod fiat id quod dicitur. De qua Psalm. 32. Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide, & Rom. 3. Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Inde fidelis Deus dicitur, vt Psalm. 144. Fidelis Deus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

ALLEGORIA.

Luc. 19. Dominus quoque videns Ierusalem cito euertendam fleuit super illam, & palam Iudæis sæpe prædixit suæ vrbis, & regionis vastitatem, exemplo eorum, quos turris oppresserat in Siloe, & Galilæorum, quos occiderat Pilatus miscens eorum sanguinem cum sacrificijs. Exaltauit quasi tuba vocem suam; Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. Sed non crediderunt, ideo cũ à Tito vastati sunt, ostendit fidem suã, & flentes viderũt, quod ante cũ risu audiebãt.

Luc. 13.

TROPOLOGIA.

Deus, qui omnium optat salutem, prædicatores in Ecclesia sua cõstituit, qui quasi tubæ quædam cœlestes noctu, diuque clament ad peccatores. Super muros (inquit) tuos Ierusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Isthuc est *Clangere buccina in Gabaa, tuba in Rama.* Clamant mortẽ imminere nec opinantibus; in qua referet vnusquisq;, prout gesserit in corpore, clamãt proximam esse iram Dei, & post longam patientemq; misericordiam tandem cum iustitiæ suæ gladium strícturum. Hoc strepitu bonos conuocant, & eos qui nõdum perditi sunt. Sed *in Bethauen* vbi coluntur idola, id est, inter perditissimos quosque, qui scientes, & prudentes Deum reliquerunt, & in bona sæculi, & voluptates insaniunt, non clangore, sed vlulatu vrendum est, sicut Samuel lugebat Saulem cunctis diebus, eo quod proiecisset eum Dominus. Sed cum in hos sæuit Deus, cum immatura morte præripit, cum in desideria cordis sui eos dimittit, & in eas voluptates perditi feruntur, ac præcipites, quas olim vehementer execrabãtur: * Cõsiderent electi quod dicitur, *Post tergum tuũ Beniamin*, Ne contemnant illos, sed misereantur, vt ait apostolus: Noli altum sapere, sed time. Isti qui ceciderunt, proximi tibi sunt, post tergum tuum sunt, non sunt alterius naturæ, non illi homines, & tu angelus, quod illis euenit, euenire potest & tibi. Corrige vitam tuam, ne forte ab illis in te desinat ira Dei punientis. Illi moriuntur ante tempus, num tu immortalis es? num valentior? cogita te quotidie moriturũ, & quidquid facis, cogita fieri posse, vt extremum sit, & quasi extremum futurum fac, præpara te pœnitentia, & bonis operibus, ne te mors opprimat imparatum. Non decet in eo statu viuere, in quo non decet mori. Caueamus, ne in die correptionis, & visitationis nostræ ostendat Deus fidem, & opere præstet, quod toties per scripturas suas, & per seruos suos comminatus est.

24

Isa. 62.

1. Reg. 15.

25

Rom. 11.

HISTORIA.

26 Transferre terminum. *Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum.* Quod modo vertit Hieronymus: Assumentes terminum, solet vertere, Trãsferentes. Lxx. Transponentes. Est autem assumere, siue transferre terminum, cum lapidem, aut signum aliquod, quod meum, alienumque fundum diuidebat, muto, &

vlterius transfero, vt partem aliquam alieni fundi mihi vendicem. Quod lege vetabatur Deut. 19. Non assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, vbi vnum verbum לֹא תַסִּיג (quo etiam hic vtitur) his duobus expressit: Non assumes, & trāsferes. Lxx. οὐ μεταχινήσεις, Non transmouebis, & cap. 27. Maledictus qui trāsfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus, Amen. Ex quo intelligitur satis, quid sit assumere terminum. Propterea Hieronymus ita exponit: Capto Israel Iudæ principes qui dolere debuerant, & populum ad pœnitentiam cohortari, ne & ipsi similia paterentur; cœperunt gaudere, quod pateret sibi terra Israel ad possidendū latius, & facti sunt quasi assumentes terminum Israel, regnum suū,
27 & possessionē dilatare cupientes. *Eodem modo exposuit Ruffinus, & post eos Lyranus Theodoretus vero, & Theophylactus ita: Leges meas cōmutant, & transponunt, æque atque illi, qui in agris mutant, & transponunt terminos. Quamuis Theophylactus expositionē quoq; Hieronymi secundo loco adhibet. Theodorus Antiochenus optime explicat; Transferunt, & mutant terminos meos, & iura, honorem, qui mihi debebatur in idola transferentes more eorum, qui contra ius alienos terminos transferunt. Quartam quoque interpretationē, eamq; valde germanā addamus. Principes Iuda, qui religiosiores, & cautiores esse debebāt, ita idolorū colendorū amore incēsi sunt, vt more eorum, qui terminos transferunt, non contenti fuerint adorare ea in Galgalis, & alijs ditionis suæ locis, sed etiam ad alienos terminos transierint, & in Bethauen quoque ascenderint vrbem decem tribuum. Quod cōuenit optime cū eo, quod capit. 4. nu. 33. diximus. Cum plures expositiones in medium affero, neque vllam refello, placere mihi omnes lector intelligat. Sed prima illa Hieronymi, & Ruffini ita accipienda est, vt quamuis tunc captę decem tribus nō fuissent, intelligamus prophetam vaticinari, quod post eas captas facturi erāt principes Iudæ. Præterea similitudinis notam illam, Quasi, non tam similitudinem significare, quam veritatem, vt Iohan. 1. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre, vt intellexit Vatablus.

Quasi.

28 Effundere sicut aquā.

Super eos effundam quasi aquam iram meam. Hieronymus, Theodorus, & Theodoretus & Theophylactus, & Ruffinus ita interpretantur. Sic irruam super ipsos, velut aqua impetuosa, & veluti torrens multis imbribus, & niue exasperatus, cumq; vehementi impetu se se volutans. Quod magis explicāt Hieronymus, & Theodorus: Hostium multitudine velut inundatione quadā fluminis occupabo eos. Ego ita etiam interpretor, vt metaphora ducatur ab aqua, quę à vase effunditur. Si enim oleum, aut mel, aut simile quippiam effundas, nō omnino effundis, quia aliquid restat in vase, & hæret, at aqua omnino effunditur. Deute. 12. Comedes absque esu dumtaxat sanguinis, quem super terram, sicut aquam effundes, id est, ita, vt nec gutta quidem maneat. Et cap. 15. Hoc solum obseruabis, vt sanguinē eorum nō comedas, sed effundas in terram quasi aquam. Hinc Dominus queritur Psalm. 21. Effusus sum, sicut aqua, id est, totum meum sanguinem effuderunt. Et Iacob. Genes. 49. effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, id est, totus in libidinem effusus es, totas libidini habenas laxasti. Hieronymus in Traditio. in Genes. Peccasti, & sicut aqua, quæ vasculo non tenetur, voluptatis effusus es impetu, &c. Significat igitur vehemēs supplicium, ac si dicat: Effundam iram meam, ita vt nihil ex ea in me remaneat, sed tota feretur in vindictam.

ALLEGORIA.

29 Iudæi tributum terminos legem sed per vitia cupiendo. Matth. 5.

Principes Iuda. id est, pontifices, & Pharisæi, & scribæ facti sunt, *quasi assumentes terminum*, quoniam CHRISTO Domino aduersabantur quasi legis inimico, qui tamen non venerat soluere legem, sed adimplere, implebatur autem in ipso. At illi volebant mutare terminum, & protendere legem multo vlterius, cū Dominus Iesus dixerit, Omnes enim prophetę, & lex vsque ad Iohannem prophetauerūt: & in Ieremia scriptum sit: Eccē dies venient, dicit Dominus & feriam domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehēdi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, &c. Et Moyses: Prophetā de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Non prophetam vt ceteros, sed si cut me, qui legislator sit, sicut ego. Quasi dicat: Nunc me audies, & legem, quam tibi dedi, sed cum venerit hic propheta, iam nō

Matth. 11. Ierem. 31. Deut. 18.

me audies,

me audies, sed ipsum. Ideo addit se audisse à Domino de hoc propheta: Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quę præcepero illi: qui autē verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit,
Matth. 17. ego vltor existam. Ideo pater clamat postea è cœlo. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite; Ac si dicat, Hic est prophera, quem pro se audiri iussit Moyses, quem iussit expectari, vt ipse tantummodo audiretur, dum hic veniebat, ipsum igitur audite. Merito ergo super ipsos effundit Dominus indignationē suam, vt excæcati sint, & crudelissime interfecti à Romanis.

TROPOLOGIA.

30 Christiani quomodo terminos transferāt.

Princeps quoque Iuda. id est, populi Christiani, quoties illis similes sunt, qui transferunt terminos. Moriuntur magni reipublicæ magistratus, præsides, episcopi, aut ceteri antistites: & sæpe non tam moriuntur, quam è loco illo sublimi, in quem malis artibus cōscenderant, aut quo ad superbiam,
Luc. 16. & ad flagitia abutebantur, deturbantur à Domino dicente: Redde rationem villicationis tuæ, iam enim non poteris villicare. Et cum deberent principes Iuda dolere, & cauere, ne & ipsi talia paterentur eorum dē sibi peccatorum conscij: nihil minus cogitant, sed protendere terminos suos satagūt, & illa excelsarum turrium tabulata, vnde illi miserabiliter deciderant, occupare contendunt, vt periculosius ruant, qui ne in inferiori quidem loco stare poterant. Ad hoc exemplum minores in populo morientiū, aut mortuorum hæreditates ambiunt, & nihil de morte impendente soliciti per fas, & per nefas terminos transferunt. Mox effundit super vtrosq; Deus iram suam, sicut aquam, vt & ipsi illa amittant, & interdum ante tempus alijs relinquant, non per tempus aliquod, sed per ęternitatem puniendi.

31 Qui quærunt immodice huius sæculi bona, terminos transferunt.

*Tunc etiam terminos transferunt, cum pluris temporalia quæ possident, aut possidere cupiunt, faciunt, quam debebāt, cum curæ animarum suarum, & orationis, ac lectionis sanctæ, confessionisque, & sacrosanctæ eucharistiæ obliuiscūtur intenti rebus huius sæculi fruendis, aut quærendis. Ac multo magis cum se superbiæ, aut ambitioni, aut auaritiæ, voluptatibusque addicentes nequaquam curant, liceat ne, quod faciunt, aut non liceat, modo quod volunt adipiscantur. An non est hoc terminos trā ferre, ita temporalia quærere, ac si æterna forent? Frui tota animi intentione ijs, quibus obiter, & quasi viatores ad tempus vti debuerant? Quid? qui honores, & pecuniā adorāt (cuiusmodi idololatras reperies vbique plurimos) non terminos transferunt per summam iniquitatem in viles creaturas transferentes, quod erat summi, & immutabilis creatoris, qui est benedictus in
Deut. 27. sæcula, amen? Maledictus, qui transfert terminos, non iam proximi sui, vt lex dicebat, sed Dei sui, & dicet omnis populus, Amen: Ita plane, ita fiet. Iudex dicet, Ite maledicti in ignem æternum, &c. Et omnis populus electorum, angelorum, atque hominum dicet, Amen. Tunc sentiet quid sit, effundi iram Dei, sicut aquam.

HISTORIA.

32 * *Calumniam patiens est Ephraim.* Quoniam Ephraim cœpit, nec destitit abire post sordes, id est, post idola, calumniam patitur, id est, ab Assyrijs opprimetur. Hoc autem etsi iusto Dei iudicio fiat, tamen ipse, qui patitur, purabit iniuriam sibi fieri, seque plus iusto puniri, cum viderit se tradi iniustioribus se, iudicabitque fractam esse in se iudicij veritatem, ita Hieronymus. Possumus etiam simpliciter exponere, Affligetur ab Assyrijs, & omni iniuria afficietur, nec erit qui pro eo iudicet, id est, qui eum ab iniuria defendat, sed quasi iudicio damnatus, victusque tractabitur. Simile est illud Isai. 52. Assur absque vlla causa calumniatus est eū. Et statim: Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus. Sumpta est metaphora ab ijs, quos odio, & ira cōmoti inimici calumniantur apud iudices, & vincunt in iudicio, vnde illi omnibus iniurijs, & cōtumelijs afficiuntur. Pro eo quod est, Sordes, in Hebræo est צַו, pro quo ex recentioribus nonnulli, Præceptum, vertēdum putarunt. Sed facilis est resposio צַו nō cadere à נָצָה quod est præcipere, sed à נָצָא, quod est fordescere. Vnde Lxx. verterunt, Post vana, idem intelligentes quod nos, id est, idola.

33 *Et ego quasi tinea Ephraim, & quasi putredo domui Iuda.* Tinea vestes cōsumit, putredo autem (in qua cariem intelligit) consumit ligna, significat igitur se afflicturum decē tribus, & duas, sed paulatim, vt tinea, & caries consumere solent, vt det eis locum pœnitentiæ, & prouocet eos ad salutem. Sed quia tinea celerius consumit, molliorem scilicet materiam, ideo Ephraim erit tinea,

Iudæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæ vero caries, siue putredo, qui post decem tribuum captiuitatem vastandus erat. Ita Hieronymus, Lyranus, & alij.

ALLEGORIA.

Idem Christi hostibus contigit, direpti, occisi, venditique sunt à Romanis, & crudeliter tractati; vere enim erant fracti iudicio, & digna suo scelere luebant; quoniam cœperunt abire post sordes superbiæ, & auaritiæ, & ita obsorduerũt, vt Dominum suum in crucem egerint. Sed tanta fuit eius bonitas, & clementia, vt non eos repente consumpserit, & deleuerit, sed quadraginta annos à morte sua vsque ad excidium Ierusalem dederit, vt pœnitentiam agerent, & fugerent iram venturam. Interea erat eis vt tinea, & quasi caries, paulatim eos conterebat, vt vel sic ad pœnitentiam alliceret.

TROPOLOGIA.

34 Mali semper queruli

Qui cœperunt abire post sordes, & sequi voluptates, ac idola sua, semper queruli erunt, & quasi calumniam patientes: carẽt enim tranquillitate animi, & pacem habere non possunt, quia Deũ in se non habent. Habent tortores nec paucos, nec mites, & interturbatores suarum voluptatum, odia, contentiones, infamiam, & præter alios ipsam suam conscientiam, quæ omni verbere acerbior est, & quasi fractos iudicio, damnatosq; digno supplicio afficiet. Sed non oblitus Deus suæ misericordiæ quos punire acerbius nollet, lenta quadã pœna, ac mici, dũ punire videtur, magis prouocat ad pœnitentiam. Nonnullis est vt tinea, qui grauius peccant, & citius conterendi, consumendique sunt, alijs vt caries, quos leniter arrodit, modo honore, modo re familiari, interdum filijs, & carissimis necessitudinibus ademptis, ad benefaciendum celer, ad puniendum tardus. Peccantem Dauidem diu tolerauit, sed post magna peccata confitentẽ celerrimè sanauit. Sex diebus mundum vniuersum & omnia quæ in eo sunt, condidit, & vrbem vnam Ierichuntem nõ nisi septem diebus diruit. Atque id non subito, aut per insidias, vt hostes præter opinionem capiantur, sed, Circuite, inquit, vrbem cuncti bellatores semel per diem, sic facietis sex diebus. Septimo autẽ die sacerdotes tollẽt septem buccinas, quarum vsus est in iubileo, & precedent arcam fœderis, septiesque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis, &c. Quorsum tam longa molitio, tam morosus apparatus? vt quotidie admoneantur ciues, & ad pœnitentiã vocentur. Sed de his vide plura apud Chrysost. hom. 5. de pœnitentia.

Deus lente punit, & celeriter benefacit.

1. Reg. 12.

Iosue. 6.

HISTORIA.

Et vidit Ephraim languorem eius. Vidit se ægrotare, & in interitum festinare, vidit sibi imminere irreparabilem captiuitatem. 35

Et Iudas vinculum suum. Quo, scilicet, cum decem tribubus peccato fuerat colligatus. Ita Hieronymus, qui etiã putat posse referri hoc ad vinculum, siue colligationem, & coniurationem illam Rasin regis Syriæ, & Phacee regis Israel contra Iudam (de qua 4. Reg. 16.) qua multa hominum millia de tribu Iuda perierunt. Recte etiam interpretabimur vinculũ vulnus esse, eo quod vinciri, & alligari solet ad curationem. Isai. 1. Vulnus, & liuor, & plaga tumens nõ est circunligata, &c. quo loco Isaias vsus est verbo חבש vnde dicitur חֲבוֹשׁ, id est, vinculum. Iere. 30. Nõ est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum, curationum vtilitas non est tibi. In Hebræo est לְחָמוֹר, id est, Ad vinculum siue ad alligationẽ, hoc est, ad curationem. Igitur vinculum sumitur pro re, quæ vincitur, siue ligatur, id est, pro vulnere phrasi apud Hebræos vsitata, vt dixi in hoc cap. n. 4. vulnus autem hoc illud fuit, quod Iudæ inflictũ est à Phacee, & Rasin, vt Hieronymus dicebat. Vinculum pro vulnere.

Et abijt Ephraim ad Assur. Misit qui auxilium peteret à rege Assyriorum, 4. Reg. 15. veniebat Phul rex Assyriorum in Thersam & dabat Manahem (rex Israel) Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxiliũ. Nomine igitur Assur intelligit regẽ Phul, sicut & quilibet Assyrius intelligi potest: fuit enim Assur filius Sem, filij Noe, Genes. 10. qui (vt ait Ioseph. 1. antiq. c. 7.) subditos de se Assyrios denominauit. Hoc & nomen ipsum satis indicat Assyriorum, præsertim si intelligamus, id quod verissimum est, Græcos, Latinosq; protulisse Assurios, nam y, apud illos v, valet, vt in multis obseruauimus. Quin & ipsa Syria hodie etiam vulgari sermone Suria dicitur. Et Annius Cornutus in libro de enuntiatione, (cuius verba refert Cassiodorus in libello de orthographia) affirmat in libris veterum inueniri, Suriam, Suracusas, simbola, sicophãtas, neq; id corrũpi debere, quæ omnia per y, cõstat Græcis scribi. 4. Reg. 15. Venit Theglath Phalasar rex Assur, id est, Assyriorum. Psa. 82. Etenim Assur venit cum illis, (id est, Assyrij) facti sunt in adiutorium 36 Assur.

iutorium filijs Loth. Isa. 10. Væ Assur virga furoris mei, & baculus meus ipse est. Reges enim Assyriorum solet etiam appellare Assur. Quomodo illud intelligendum arbitror, Genes. 10. Principium regni eius Babylon, &c. De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuen, id est, Ninus rex Assyriorum, qui Niniuen sui nominis ciuitatem cõdidit. * Iosephus quidem loco citato, & Hier. in Traditio. Hebraicis in Genes. & multi alij volunt hunc Assur esse eũ, quẽ filium Sẽ esse diximus, sed iã ca. 2. n. 61. ostẽdimus, ex ipso Hier. (cui oẽs assentiũtur) Niniues conditorem fuisse Ninum, qui prius in Babylonia regnauit, quem nec filium Sẽ nec de eius posteris fuisse multo mihi videtur probabilius, sed de stirpe Cham, cum filij Sem nequaquam in Babylonia regnauerint, vt ex eodem ca. 10. plane cognoscitur. Adde quod Nino regnante natus est Abraham, vt autor est Eusebius in Chronicis, & à diluuio vsque ad Abraham anni numerantur ducẽti nonaginta tres, vt ex Genes. 11. intelligitur. Non ergo Ninus fuit Assur filius Sem, qui vsque ad id tempus vixisse non poterat, & quinquaginta duos annos dumtaxat regnauerat, vt est apud Eusebium. Hoc, quod dicimus, confirmat Berosus Annij lib. 4. antiquit. Chaldæi. Nemrot dicit esse Saturnum, qui primus Babylonis rex fuit, eius filium fuisse Iouem Belum patrem Nini, & de Nino hæc ait: Hic omnium primus ex nostris regibus Babylonicum regnum propagauit, scilicet, quoniam inde egressus expugnauit terrã Assyriorum, & Niniuẽ condidit, vt ait scriptura, atq; inde regnauit apud Chaldæos, & apud Assyrios: ab eo enim Berosus omnes reges quos enumerat, Babylonijs, & Assyrijs imperasse dicit. Ita per præoccupationẽ Assur dictus est, quoniam rex fuit Assyriorum, vt cum dicimus Paulum apostolum natum fuisse Tharsi, nisi dicamus eum etiam Assur ante dictum fuisse, vt Hieronymus, Cyrillusque interpretantur. Sed quod prius dixi verius est. Quod autem scribit Augustinus 16. de ciuit. c. 4. de progenie Sem exortos fuisse qui postea regnum Nemrot obtinerent, & alias ciuitates conderent, quarum vna est à Nino appellata Niniue: Coniectura quædã est ex eo sumpta, quod postea Assur dicitur filius Sem, quam vnde confirmare possimus, non habemus. Ninus igitur Assyrios ab Assur filio Sem ita dictos bello subegit, & vrbem condidit, victisque imperauit, & inde Assur dictus est.

37 Locus Genes.

Et misit ad regem vltorem. Hæc ad Iudam referuntur, vt Hieronymus, Cyrillusq; interpretãtur, nam & ipse misit ad regẽ Assyriorum. 4. Reg. 16. Misit autem Achaz nuntios ad Theglathphalasar regem Assyriorũ dicens: Seruus tuus, & filius tuus, ego sum, ascẽde, & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel, qui consurrexerunt aduersum me. Etenim quamuis de Ephraim loqui videatur, loquitur nũc de Iuda, nã de vtroq; alternatim loqui cœpit, Et vidit Ephraim languorem suũ, & Iudas vinculum suum. Et post hæc, quæ nunc interpretamur, ait: Et ipse, (id est, rex Assyriorũ) non poterit sanare vos, decem tribubus loquitur, quas vidisse dixit languorem suum; & statim duabus, de quibus dixit: Et Iudas vinculum suum, ait: Nec soluere poterit à vobis vinculum. Ceterum regem Assyriorum vltorem vocat, quod cum potentissimus esset, ad eius opẽ omnes confugiebãt, qui à potentioribus bello infestabantur, vt postea ad Romanos. Vnde Hos. 10. siquidem & ipse in Assur delatus est munus regi vltori. Quo loco Symmachus vertit pro vltore ὑπερμαχοντι, id est, præsuli, & defensori, vt interpretatus est Hieronymus. Vltor hic Hebraice dicitur יָרֵב, quam dictionem ita vt erat in Hebræo Lxx. reliquerunt. Sed corrupte legitur in Græcis libris, nam pro Iareb, quidam habent Iarim, quidam Ierim, alij Iarib, atq; hoc postremum recte scribitur, nam Iarib, & Iareb promiscue Hebræi dicunt. 38 Reges Assyriorũ vltores dicebãtur.

Et ipse non poterit sanare vos. Quamuis potẽs sit, nec poterit mederi lãguori Ephraim, nec curare vulnus Iudæ; nam licet nõnihil eius auxilio ad tempus subleueniini, randẽ vtrique captiui ducemini. 39

Quoniam ego quasi leæna Ephraim. Hieronymus: Ostẽdam quod me aduersante omne hominum auxilium vanum sit. Idem adnotat pro Leæna esse in Hebræo שחל, & apud Lxx. pantherem, posseque vel pantherem intelligi, vel ferocissimam quamq; bestiã. Nihil panthere, inquit, velocius, nihil leone fortius. In panthere velox per Assyrios regni Samariæ significatur interitus: & in leone fortissimum cõtra Ierusalem, & Iudam aliquanto post tempore regnum ostẽditur Chaldæorũ, &c. Dicit autem: *ero quasi leæna Ephraim.* quoniam solent leænæ esse ferociores,

ciores, præsertim cum pepererint, vnde Virg. 3. Georg.

Tempore non alio catulorum oblita leæna
Sæuior erravit campis. ——

Quamuis (vt ex Hier. diximus) Hebræa vox & leænam, & pătheram, & leonem, & sæuissimam quamq; bestiam significat, sed Hieronymus leænam magis vertere solet, vt Iob. 4. Rugitus leonis, & vox leænæ, &. c. 28. Nec pertransiuit per eam leæna.

40 Catulus leonis.

Et quasi catulus leonis domui Iuda. Cur potius dixit; Quasi catulus leonis, quã, Quasi leo, cum fortior sit, & nocẽtior leo? Quoniã leunculi, & si minoribus sint viribus, audaciores esse solent, nam minus timent, quia minus vires hominum experti sunt. Vnde Prouerb. 28. Iustus sicut leo confidens, ibi est in Hebræo, Sicut leunculus, causam statim explicabimus. Ferociores etiã quodam modo esse videntur, & sanguinis auidiores quem paulo ante gustare cœperunt, & dentes habent acutiores, & firmiores. Ioel. 1. Dentes eius vt dẽtes leonis, & molares eius vt catuli leonis. Et Iob. 4. Et dentes catulorum leonum contriti sunt, vbi Dentes catulorum leonũ emphasin habet, quasi violentiores, & nocentiores sint. Sed hoc est in scriptura diligenter obseruandum catulum leonis duplex habere nomen, nam cũ à matre nutritur, nec prædam capit גור dici solet, quamuis non vbiq; hoc rigide obseruetur: nã Genes. 49. catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, &c. ibi est גור. Cũ autem iam præda sua viuit, dicitur כְּפִיר, solerque transferri nunc catulus, nunc leunculus, quo nomine hoc loco propheta vsus est. vt Ezech. 19. Quare mater tua leœna inter leones cubauit? In medio leunculorum (כְּפִירִים) enutriuit catulos suos (hic vtitur nomine גור) & eduxit vnum de leunculis suis (hic etiam est גור) leo (כְּפִיר) factus est, & didicit capere prædam, hominemq; comedere. Et ibidem, Qui incedebat inter leones, & factus est leo, & didicit prędã capere,

41 hominesq; deuorare. * Itaque כְּפִיר, quod hic habemus, medium est inter catulũ leonis, & inter leonem. Sed quoniam medium nunc huius extremi nomen accipit, nunc illius, nũc catulus leonis, aut leunculus verti solet, nũc leo. Vtrumque ex Ezec. verbis constat, & ex alijs, vt Psal. 16. Et sicut catulus leonis habitans in abditis. Ham. 3. Numquid dabit catulus leonis vocem suam, &c. Contra idem nomẽ כְּפִיר vertitur leo, Psal. 34. A leonibus vnicam meam, & Psal. 90. Et conculcabis leonem, & draconem. Sicut adolescens, vel etiam iuuenis nunc puer dicitur, nunc vir, quoniam inter vtrumque medius est.

Ego, ego capiam, & vadam. Quia leœnam, siue panthéram, & leonem se esse dixerat, seruat (vt ait Hieron.) metaphoram & ait: Ego, ego, &c. vbi geminatio emphasin, & amplificationem habet: Ego illos capiam, & prædabor vt leo, ego, inquã, non alius faciet, sed ego, cui resisti minime poterit, ego tollam prædam, nec quisquam mihi valebit eripere.

Vadens reuertar ad locum meum. Recte hoc explicãt Theodoretus, & Theophylactus: Reuertar post prędam ad locum meum, vt solent leones satiati sanguine, id est, obliuiscar vestri post sumptum de vobis supplicium, siue (vt exposuit Moyses Ægyptius lib. 1. Directoris dubiorum. cap. 23.) Deseram vos, & dimittam omnibus aduersitatibus expositos. Chaldæus: Auferam maiestatem meã, & reuertar in habitaculum meũ, quod est in cœlis. Hoc est, Puniã vos, & recedam, aberoq; à vobis, nec sentietis auxilium meum. Cyrillus: Cõuenienter exemplo sumpto de panthera, & leone adiunxit, vadam, solent enim hæc celerrime rapere, & raptum asportare in suum latibulum, ibique deuorare. Perinde ergo est, ac si diceret, Nõ feram opem donec ab hostibus vestris in captiuitate intereatis.

Donec deficiatis & quæratis faciem meam. Donec longis malis afflicti, & nullum auxilium habentes tandem ad me per pœnitẽtiam redeatis, sed de his vide ca. 6. n. 4. & 5.

ALLEGORIA.

Christi Domini nostri interfectores, cũ magnum exercitum Romanorum, & Vespasianum ducem prope muros viderent, *cognouerunt languorem suum*, insanabilem, & vulnus incurabile, & ad Idumęos miserũt, vt sibi auxiliarentur, vt scribit Iosephus li. 4. de bello Iudaico ca. 6. & quæcumq; potuerunt auxilia compararunt. Sed non potuerunt eos socij liberare, iratus enim Deus propter filij sui necem, & obstinatam perui cacis populi incredulitatem erat illis quasi leœna, & quasi catulus leonis, nec poterat quisquam eripere, quos ille perdere destinauerat. Palã omnibus innotuit quod nũc ait, *Ego, ego capiam, vt vadam, tollam, & non est qui eruat.* Ipse enim Titus confessus est Deũ

Iudæis iratum tantarum calamitatũ autorem esse, nõ se. Deinde reliquit eos omniũ nationum iniurijs expositos, & penitus abiecit donec deficiant. i. donec lõga malorũ experientia edocti tandem in fine sęculi ad eum conuertantur, & quærant facié CHRISTI, quem olim patres eorum odio habuerunt gratis, & cruci affixerunt.

TROPOLOGIA.

43 *Vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum:* Sed pessime sibi consuluerunt, abierunt ad Assur, & miserunt ad regẽ vltorem, cum Deum haberẽt auxiliatorem, qui benignus est, & peccatorum magnitudine nõ vincitur, sed vincit in bono malũ, & supplicíter veniã petẽtem admittit; illi potius infirma, & inania auxilia, hoc est humana, quęsierũt. Nõ possunt humanis viribus, aut artibus mala, & pericula depelli, quæ Deus iratus immittit. Nihil opis amici, nihil cognati, nihil potentissimi quiq; afferre poterunt: *Ego, ego capia* (ait Dominus) *rollã, & nõ est qui eruat.* Atq; vt cetera reddere possent, pacẽ animi, & tranquillitatẽ, sine qua viui

44 nõ potest, quis reddet nisi Deus? * Si igitur liberari vis, Deũ adi supplex, veniã pete, peccata agnosce, merito Deũ tibi iratũ fatere, & supplicia cessabũt, nõ enim vult perdere te, sed lucrari. Imitare Dauidis pœnitentiã, imitare Niniuitas: cõuertetur Deus, & ignoscet. Quod si peccatis tuis inhærẽs humanã opẽ captas, frustra laborabis, nemo erit qui tẽ sanare, qui vinculum tibi soluere valeat. Magis Dominum exacerbabis, & ad acrius puniendũ incitabis, vt paternorũ viscerum quodãmodo oblitus, sit tibi quasi leœna, & quasi catul⁹ leonis, sicut & Ieremias, inquit, Percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinã, induraueruntfacies suas supra petrã, & noluerunt reuerti, &c. Idcirco percussit eos leo de silua, lupus ad vesperã vastauit eos, &c. Accedet dignus malorũ cumulus, post quã Dñs percusserit, abscondet se, & te in peccatis relinquet, in diesq; grauiora excœcatus admittes, donec sentias irã Dei, & infelicitatem tuam, & quæras faciem eius per pœnitentiam reuersus ad salutem.

Ier. 5.

CAP. VI.

IN tribulatione sua mane consurgent ad me. Venite & reuertamur ad Domi-

nũ: quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurq;, vt cognoscamus Dominũ: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis tẽporaneus, & serotinus terræ. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iudas? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiẽs. Propter hoc dolaui in prophetis, occidi eos in verbis oris mei: et iudicia tua quasi lux egredientur. Quia misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiã Dei plus quam holocausta. Ipsi autẽ sicut Adã transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me. Galaad ciuitas operãtium idolũ, supplãtata sanguine. Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichẽ: quia scelus operati sunt. In domo Israel vidi horrẽdum: ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israel. Sed & Iuda pone messem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.

1. Cor. 15.

Matth. 9. & 12. Eccle. 4. 1. Reg. 15.

HISTORIA.

In tribulatione sua mane consurgent ad me. 1

Prosequitur quod cœperat, & quoniã dixit deserẽdos esse ase, donec malis fessi quęrerent faciẽ suã: nũc ait, Cum in tribulatione magna fuerint, cõsurgent ad me quęrendũ mane. i. orto iam eis pœnitentiæ lumine, vt exposuit Hier. Aut, (vt recte Theophy. dicit) mane cõsurgere est celeriter venire, sicut Psa. 15. legimus: Multiplicatę sunt infirmitates eorũ, postea accelerauerũt. Mane enim consurgere dicitur more scripturæ diligẽter, & accurate, & quã primũ aliquid facere. Prou. 1. Tũc inuocabunt me, & nõ exaudiã, mane cõsurgẽt, & nõ inuenient me.

Mane surgere.

lerem. 7. Et locutus sum ad vos mane consurgens, & loquens, & nõ audistis. Ceterum de qua tribulatione nũc loquatur, dicemus in expositione illorum verborum, Et viuificabit nos post duos dies.

Venite & reuertamur ad Dñm. Hier. Nõ sunt propria salute cõtenti, sed se mutuo prouocãt, vt reuertãtur ad Dñm, quẽ reliquerũt.

Quia ipse cepit, & sanabit nos. Male in multis libris legitur cœpit cũ diphthongo, non enim significat incepit, sed cepit. i. rapuit: alludit ad verba Dñi in fine. c. 5. Ego, ego, capiã, nã vt in Latino, ita etiã in Hebræo idẽ verbum est in his duobus locis טָרַף, quod significat capere, aut rapere, id est. Ipse more leonis nos inuasit, & lacerauit, sed ipse idem qui vulnerauit, sanabit nos.

2 *Percutiet & curabit nos.* Percutiet, pro percussit accepit Chaldęus, quod passim occurrit in prophetis. Sed mihi videntur Lxx. & Hier. nõ frustra posuisse futurũ potius, quã præteritũ; videtur enim aliquid amplius significari, quasi dicat: Etiã si nos percutiat, sanabit nos. Sunt verba cõfirmatę fiducię, ita bonus est Dñs noster, vt etiã si nos sæpe percuteret, nequaquã desperare deberemus. Quoties nos percusserit, sanabit nos, ne dubitemus ad eũ reuerti, tametsi nostris peccatis multũ eum irritauerimus. Hiero. Pro eo quod nos diximus, Curabit oẽs similiter trãstulerũt μέθοδον, proprie autẽ μέθοδα appellãtur linteola, quę inferũtur vulneribus, vt putridas carnes comedãt, & extrahãt purulẽtias, &c. Ex quo videmus errorẽ typographorũ, qui in codice Cõplutensi, & in Regio in trãslatione Lxx. habent, Ipse percutiet, & turbabit nos, cũ sit legendũ, Curabit nos, vt in eadem translatione videmus apud Hiero. Cõuenit hoc recte cum verbo, quod est in Hebræo וְיַחְבְּשֵׁנוּ, quod significat alligare, id est, curare vulnera, vt Psa. 146. Et alligat cõtritiones eorũ. Isa. 30. In die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, inde חֹבֵשׁ, chirurgus, aut medicus. Isai. 3. Et respõdebit in illa die dicens: Non sum medicus.

3 *Et viuificabit nos post duos dies.* Si libere vellem hunc locũ interpretari, vt Ruffinus, & alij nonnulli, vt nullius autoritatẽ sequerer, non esset admodũ difficilis explanatio. Sed quoniam ex sanctis patribus multi omnino hæc ad Christi Dei nostri resurrectionẽ tertio die factam pertinere docent, nec tamẽ ostendunt, quomodo id cũ precedentibus, sequẽtibusq; cohæreat, locus redditur mihi quã difficillim⁹, qui à tot patrũ cõsensione declinare nolo. In primis hęc verba de Messia intelligi, & patres nostri, & Hebr. magistri cõfitentur, vt videmus apud Hiero. & apud Galat. li. 8. cõtra Iudęos c. 22. Hoc etiã maneat, patres ex hoc loco cõfirmare Christũ seruatorẽ tertia die resurrexisse, vt Hier. Theodor. Tertull. in li. aduersus Iudæos. ca. de claritate gentiũ in CHRISTO IESV. Lactantius li. 4. c. 19. Cyprianus li. 2. contra Iudæos. c. 24. Origen. hom. 5. in Exhod. Ruffinus in expositione symboli. Aug. 18. de ciuit. ca. 28. & serm. 90. de tẽpore, Dorotheus martyr in synopsi in principio. Grego. Nyssenus li. de cognitione Dei. Ansel. in. 1. Cor. 15. Bernar. in serm. 1. resurrectionis. S. Thomas in epist. ad Eph. c. 2. lect. 2. Addit Dorotheus hunc locum indicatum esse à Paulo, 1. Cor. 15. cum dixit: Et quia surrexit tertio die secũdum scripturas, neq; enim alibi de tertia die inueniri in veteri testamento. Idẽ de hoc loco sensit Anselm. Immo, & Iudæi veteres ita interpretati sunt apud Galatinũ loco citato. Alij etsi non ita perspicue dicãt hinc probari CHRISTVM resurrexisse tertio die, dicunt tamen probari hinc eius resurrectionem, & nostram. vt Greg. hom. 20. in Ezec. & Cyrillus lib. 2. in Iohan. ca. 26.

4 Cũ igitur hac ratione liqueat hãc esse omniũ certissimã, & germanissimã interpretationẽ, demõstremus recte quoq; aptari præcedẽtibus, nã de sequẽtibus postea dicem⁹. Atq; ali⁹ fortasse minime moraretur, sed diceret transitũ fieri à litera ad spiritũ. At nobis, qui. c. 2. n. 35. affirmauimus hũc transitũ nõ ex abrupto fieri solere, sed arrepta ex his quæ dicebantur occasione, occasio ipsa, & cõcatenatio ostẽdenda est. Dixit ad extremũ. 5. c. Vadẽs reuertar ad locũ meũ donec deficiatis, & quæratis faciẽ meã. Faciẽ eius quęsierunt, & reuersi sunt per pœnitẽtiam, cũ iã prope finiretur captiuitas Babylonica Iere. 29. Cũ cœperint implẽri in Babylone 70. anni, visitabo vos, &c. Et inuocabitis me & ibitis, & orabitis me, & ego exaudiã vos. Quæretis me, & inuenietis, cum quęsieritis me in toto corde vestro. Hoc est quod nũc dicit, *In tribulatione sua mane cõsurgent ad me.* Cum videbunt non esse vllam humanam opem iam expectandam, sed ad diuinam confugiendum, & ad Dei promissionem: Tunc principes synagogæ, & prophetæ, vt IESVS summus sacerdos, & Zorobabel, & Hesdras, & Haggæus, atque Zacharias,

alijque, qui multa & per scripturas, & per reuelationem de CHRISTI mysterijs nouerant, populares suos exhortabuntur his verbis; 5 * Venite, reuertamur per verã pœnitẽtiam ad Dominum, ne peccatis nostris prouocatus proroget tẽpus captiuitatis. Nec vereamur ad eum cõfugere; quamuis enim rapuerit nos, quasi leo, ipse sanabit nos per filium suum, quem mittet in terras seruatorem, & medium nostrum, ipse duobus diebus salutem nostram operabitur, & moriẽdo mortem nostrã destruet, & tertio à morte die resurgens, secum nos omnes conresuscitabit. Itaque primus dies est, quo Dominus orauit in horto, & captus est, eo incepit mysterium nostræ salutis. Secundus est dies Parasceues, quo expirauit. Secundæ diei tribuitur viuificatio, id est, iustificatio nostra, quia passio CHRISTI causa, & meritoria, & efficiens fuit nostræ iustificationis, & resurrectionis, quatenus operata est in virtute diuinæ naturæ coniunctę: sed secũdum rationem exemplaritatis dicitur proprie causa destructionis mortis, & peccatorum. Resurrectio vero est causa nostræ resurrectionis, non meritoria sed efficiens, & exemplaris, efficiens quidem quatenus humanitas instrumentum diuinitatis est, & operatur in virtute eius. Exemplaris autem quoniam illa resurrectio vt fuit prima tempore, ita etiam est dignitate, & perfectione prima. Semper autem id quod est perfectissimum, est exemplar eius, quod est imperfectum in illo genere. Ideoq; Paulus ait Phil. 3. Qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quod elegãter docet S. Tho. 3. p. q. 56. a. 1. * Propterea tribuimus passioni CHRISTI destructionem peccatorum, & resurrectioni resurrectionem nostram, vt idem sequẽti articulo explicauit, & apost. ait Rom. 6. Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati. Et Eph. 2. Et cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos CHRISTO, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & cõsedere fecit in cœlestibus in CHRISTO IESV. Quo loco S. Thomas, Anselmus Primasius docent viuificare dici propter iustificationem, (& citat S. Thomas hæc verba Hoseæ, quæ modo interpretamur,) resuscitare autem propter resurrectionem corporum, quomodo nos interpretamur. Elegan ter autem ait: suscitabit nos, quia die tertio resurgẽs ab inferis omne hominum secum suscitat genus, vt ait Hieron. Vnde Paulus Ephes. 2. Nõ resurrecturos nos esse dicit, sed iam resuscitatos cum CHRISTO, & conresuscitauit, &c. Tam certa enim, & firma est spes nostræ resurrectionis CHRISTO resurgente, vt posimus dicere nos esse conresuscitatos, quia sine dubio resuscitabimur. Quod si aliquis quærat, cur dicamus, Post duos dies, hoc est ipso secundo die, cũm magis videatur tertiũ significare, sciat ita loqui solere scripturam, vt quasi trãsactum diem numeret, qui cœpit, & necdum transijt, vt Luc. 2. Postquã consummati sunt dies octo vt circũcideretur puer, cum sit ipso octauo die circuncisus. Mat. 27. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuẽs, Post tres dies resurgã, id est, tertio die Mar. 8. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & occidi, & post tres dies resurgere. Ioh. 20. Et post dies octo iterum erãt discipuli eius intus, & Thomas eum eis, &c. id est, ipso die octauo. * Scio Augustinum serm. 90. de temp. & Origenem homi. 5. in Exhod. ita tres istos dies computare, vt primus sit passionis, secundus defectionis ad inferos, tertiꝰ resurrectionis, quos sequi videtur Gabatinus. li. 8. c. 22. Sed ego quod verisimillimũ putaui, dixi. Alij patres, vt Cyrillus loco citato aliter exponunt, sed quoniam nõ tres dies proprie, sed tria tempora interpretantur, expositionem omisi, quam lector, si placebit in suis autoribus videbit.

Phrasis. Post tres lies, id est. Tertio die.

7

Et viuemus in conspectu eius. Viuificari ab ipso per gratiam veram vitam habebimus, eique seruiemus, ac placebimus. Quod ait, *In conspectu eius*, duplicem sensum habet, valde vtrumque germanum. Prior est, sem per nostri curam habebit, nunquam proijciet nos à facie sua, Psalm. 50. Ne proijcias me à facie tua, &c. & Psalm. 33. Oculi Domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Contra mali à facie Dei proijciuntur. Genes. 4. Ecce proijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero profugus, & vagus in terra. Ieremiæ. 7. Et proijciam vos à facie mea, sicut proieci fratres vestros, vniuersum semen Ephraim. Proijcere à facie aliquem, est vehementer indignantis, & ne videre quidem sustinentis. * Posterior sensus est viuere, siue ambulare in conspectu Dei, nihil aliud est quam Deum in omnibus operibus intue-

Viuere, seu ambulare in conspectu Dei.

Proijcere à facie.

8

ri, vt ei placeamus, qui enim facit quod alter vult, semper eum intueri, ab eoque videri cupit. 2. Cor. 5. Audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum Gene. 24. Dominus, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum. Et capit. 48. Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac. Hinc illud Psal. 5. Dirige in conspectu tuo viam meam, id est, ita vt tibi placeat. Nonnulli autores censent prophetam loqui de vita sanctorum post generalem resurrectionem; Sed si recte hęc, & sequentia considerentur, probabitur magis nostra interpretatio.

Sciemus, sequemurq;, vt cognoscamus Dominũ: vere Deum cognoscemus: Quid autem sit scire Deum, statim exponunt: sequemurque per fidem, scilicet & opera fide illa digna, non enim sequitur Deum qui credit, & non operatur, hæret potius is, & iacet in peccatis suis, à quibus Dominus auocabat eos, quibus in Euangelio dicebat: sequere me. Quorsum autem sequemur? vt cognoscamus Dominum, vt per fidem, & opera mandatorum ad beatitudinem veniamus, vbi videbitur sicuti est. Hoc etiam recte dicitur, sequemur, vt in dies magis ac magis eum cognoscamus, id est diligamus, reuereamur, colamus, vt Ierem. 31. Non docebit vir vltra proximum suum dicens cognosce Dominum.

9 *Quasi diluculum præparatus est egressus eius.* Hic seruator mundi, in quem credimus, & quem expectamus, aliquando egredietur, seque hominibus spectandum prębebit, ostẽdet se eisquasi aurora, quę omnia nouo lumine perfundit, & lætificat, tũc ignorantiæ, peccatorumque nostrorum tenebras procul fugabit, & nos à captiuitate liberabit. Ita glossa vtraque, & Lyranus, & alij exponunt de Domini nostri natiuitate: qui sensus mihi magis probatur. Quod autem ait: *præparatus*, in Hebræo est נָכוֹן, significatque rem non vtcũque paratam, sed ita vt firmissima sit, nec impediri, aut fallere possit. Quo sensu accipiendum est sępe in scriptura, cum aliquid parari dicitur, quando illi hoc verbum, respondet in Hebræo: vt cum de terra dicitur Psal. 23. Et super flumina præparauit eam, id est, stabiliuit, aut firmissime prępparauit, ita vt nullam in partem moueri queat. Et Prouerb. 8. Quãdo præparabat cœlos, aderam. Psalm 92. Parata sedes tua ex tunc à sæculo tu es. Hieronymus. Firmum solium tuum ex tunc, quod, scilicet, à nemine, quamuis potens sit dimoueri poterit. * Vnde sermo firmus, & omnino implendus dici solet נָכוֹן firmiter præparatus, vt Gene. 41. Quod autem vidisti secundo ad eãdem rem pertinens somnium firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo, &c. Pro his, Firmitatis indicium est eo quod fiat sermo, in Hebræo est tantum modo כִּי נָבוֹן חָדָ בָּדָ quoniam firmiter paratus, aut stabilitus est sermo. Ex quo locus optimus intelligitur in Psal. 50. Et spiritum rectum innoua in visceribus meis. In Heb. est: Spiritum נָכוֹן, id est, firmiter stabilitum in bono, quem à rectitudine, & à veritate nihil dimoueat. Hieronymus vertit, Spiritum stabilem renoua in visceribus meis. Quasi dicat: Ego aliquãdo te amabam, & præceptis tuis adhærere cupiebam, sed non erat spiritus ille meus firmatus, & stabilitus in bono, vt re ipsa expertus sum. Ideo nunc peto, vt mihi spiritum firmum in bono des, quem nihil à mandatis tuis auellere valeat. Ita nunc, vt ostendat firmissimum fore Christi aduentum, & certissimum, nec posse impediri, ait, Præparatus est egressus eius. Quod vero ait, *Quasi diluculum*, non solum splendorem, & lucem indicat, sed etiam hanc, quam diximus, firmitatem. Quasi dicat sicut post noctem sequitur diluculum, ita post istas tenebras sæculi orietur lux vera. Ita Paulus, vt certam fore resurrectionem persuadeat, exemplo naturali vsus est, vt notauit Chrysostomus. Quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. 1. Cor. 15. Egressum autem intellige siue à patre, siue ex vtero matris.

Et veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Temporaneus imber est, qui mense Octobri iactis in terram seminibus descendit; serotinus, qui fructus ad maturitatem perducit, vt mense Maio, aut Aprili. His enim duobus temporibus in terra illa pluit, traduntque, qui in ea vixerunt à Maio ad Octobrem vsque non pluere. * Et Hiero. in Hamos. 4. in illud: Ego quoque prohibui à vobis imbrem, &c. Nunquam (inquit) in fine mensis Iunij siue in mense Iulio in his prouincijs, maximeq; in Iudæa, pluuias vidimus. Deniq; in Regũ libris pro signo magno, atq; portento dieb⁹ æstatis, & messis orante Samuele pluuiæ concitatæ sunt, &c. Erant igitur hæ pluuiæ & gratissimæ omnibus, & multum expectatæ, maximeque necessariæ, propterea his similem futurum dicit Christi aduentum. Significaturque his verbis doctrina Christi more copiosi imbris, & tempestiui animas fecundans, & quasi viuificans. Isai. 55. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo, &c. Hæc omnia quamuis qui loquuntur visuri non erant, tamen sunt vnus populus cum ijs, qui visuri erant, & ideo ita loquuntur.

Præparare.

Imber temporaneus & serotinus.

11

1. Reg. 12.

Quid faciam tib: Ephraim. Quoniam dixit: In tribulatione sua mane consurgent ad me; & posset aliquis quærere cur non faceret, vt sine tot malorum perpessione consurgerent, & rediret: tacitæ respondet obiectioni. Nihil (inquit) prætermisi, omnia feci, vt ad me redirent, nihil tamen profeci, ideo necesse erit ita eos affligere, vt redeant. Hieronymus: Parentis in perditos filios monstrat affectum, iuxta illud, quod in Isaia legimus: Quid est quod vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Et Mich. 6. Populi meus, quid feci tibi, &c.

Isai. 5.

12 *Misericordia vestra quasi nubes matutina.* Sæpe volui misereri vestri, & benefacere vobis, sed peccatis vestris impeditis, & interrumpitis misericordiam meam. Atque vt nubes matutina multum imbrem allatura videtur, afferretque, nisi sole orto arescceret: & vt ros bene terram humectaret, nisi eiusdem solis radijs cito exiccaretur: ita vos non sinitis misericordiam meam longius progredi, quæ vobis multa bona importaret, sed ostendi tantum & continuo exarescere, atque euanescere. Ad hunc fere sensum exponunt Hieronymus, & Theophylactus. Atque hoc mihi magis probatur, quam misericordiam accipi pro sanctitate; nunquam enim probabunt, qui hoc volunt, misericordiam in homine poni erga Deum, sed erga homines, quocumque modo accipi misericordiam velint. Sed de hoc numer. 16. dicemus accuratius.

Propter hoc dolaui in prophetis. Ne ad hanc seueritatem, aut acerbitatem venirem, per prophetas meos dolaui eos, id est, vehementer corripui, & crebris ictibus pulsaui, vt eos expolirem, atque ad rectitudinem, & æqualitatem morum adducerem. Sumitur metaphora à lapidibus, aut à lignis, quæ ab artifice dolantur, * & expoliuntur, vt apta sint ædificio. חָצַב, quod hoc loco ponitur, proprie est lapides cædere, aut excidere. 2. Paralip. 2. Et octoginta millia, qui cæderent lapides de montibus. Prouerb. 9. Excidit columnas septem. Sed de lignis etiam dicitur. Isai. 10. Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? Contra, Dolare, proprie de lignis dicitur, sed ad lapides quoque transfertur, vt hoc in loco. Quod & alijs fieri solet in locis. Deuter. 10. Dola tibi duas tabulas lapideas. Ibidem. Cumque dolassem duas tabulas. 3. Regum. 6. De lapidibus dolatis, & perfectis. Atque eumdem sensum expressit Chaldæus: Pro eo quod monui eos per legationem prophetarum meorum. Ex quo constat, *In prophetis* idem esse atque, Per prophetas, nam, In, instrumentum indicat passim in scriptura, Lucæ. 22. Domine, si percutimus in gladio? Genes. 32. In baculo meo trãsiui Iordanem istum. Psal. 73. In securi, & ascia deiecerunt eam. Lxx. aliter vertunt. Propter hoc demessui prophetas vestros. Significantque (vt aiunt Hieronymus, & Cyrillus) pseudoprophetas à Domino fuisse occisos, vt qui causa erroris fuerant prospera promittentes, interfecti verterentur in occasionem salutis. Quod factum videmus per Eliam. 3. Regum 18. & per Iehu. 4. Reg. 10. Quam interpretationem si velimus recipere, facile ad eam verba nostræ translationis accommodabimus, vt sit: Dolaui in prophetis, id est, excidi aliquos ex prophetis: sed prior, quæ Hieronymi, & Chaldæi est, germanior videtur.

Dolare.

13

In, significat instrumentum.

Et occidi eos in verbis oris mei. Hieronymus perinde accipit, ac si diceretur, Peccatores populi mei verbis occidi, non re ipsa, nam ante captiuitatem sæpe eis mortem per prophetas meos cõminatus sum. Sed possumus & de prophetis intelligere hoc modo. Vobis admonendis, & excitandis ad pietatem multos prophetas amisi, nam iubebam eos ad vos venire, & scelera vestra reprehendere, vnde vos irati eos occidebatis. Quare id perinde

14

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt, ac si ipsos occiderem. Propterea dixit Iudæis Stephanus Actorum septimo. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri,& occiderunt eos,qui prænũtiabant de aduentu iusti? Itaque *Verbis oris mei*,iussione mea, cum eos mittebã ad vos significat. Iuxta superiorem Lxx versionẽ facilis est interpretatio. Iussi occidi pseudo prophetas.

Et iudicia tua quasi lux egredientur, Hieronym⁹ Hæc vniuersa feci,vt iudicij,quo te iudicaturus sum,veritas appareret,nullusque dubitaret vos, iuste quæ patimini, fuisse perpessos. Itaque iudicium pro sententia, siue pro supplicio accipit. Ita etiam intelligere licet: sumam de te supplicium magnũ quod notum omnibus sit,& exemplo ceteris insigni.

15 *Quia misericordiam volui, & non sacrificium.* Hieronymus Grauia comminatus sum, vt misererer pœnitentium, vt lapsis, atque surgentibus porrigerem manum. Neque enim in sacrificijs delector,& victimis, & holocaustorũ multitudine: victimæ meæ, atque holocausta salus credentium,& cõuersio peccatorum est. Itaque misericordiam accipit eam,qua Deus hominibus benefacit. Quomodo etiam accepisse videtur Hilarius Canone.9. in Matth. Chrysostomus hom.31.in Matthæum,& ad populum Antioche.hom.36.& Euthymius Matthæ.9.erit ergo sensus: Multo magis me delectat homines ad pœnitentiam,& ad salutem adducere, quam sacrificia magna mihi offerri. Huic interpretationi recte conuenit cum verbis Domini hæc eadem prophetæ indicantis Matth.9. vbi cum Pharisæi quærerent: Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat magister vester? respondit Dominus: Non est opus valentibus medico,sed male habentibus, euntes autem discite quid est, Misericordiam volo,& non sacrificium. Et capitu.12. Si autem sciretis quid est, Misericordiam volo,& non sacrificium, nunquam condẽnassetis innocentes. Reprehendebantur enim apostoli,quod sabbato vellerent spicas. Hoc est,Si sciretis quam misericors sit Deus,non dubitaretis gratius ei esse famihorum subueniri,quam sabbatum ita rigide obseruari.

16 Sed fateor adhuc mihi germaniorem interpretationem videri, vt tam hic, quam vbi paulo ante dixit: Misericordia vestra quasi nubes matutina, misericordiam accipiamus pro beneficientia,& benignitate hominis erga hominẽ, vt intellexerũt Theophylactus & Augustinus. 10. de ciu. c.5.& lib.20.cõtra Faustũ cap.16. Et Chaldæus in priori loco vertit: Benignitas vestra quasi nubes matutina,in posteriori: Namque in his, qui exercent misericordiam voluntas coram me est,magis quam in sacrificio. Et multi alij ita intelligunt. Est ergo omnium verborum sensus: Incipiebatis aliquando mihi placere misericordiam in fratres vestros exercentes, sed cito illa vestra misericordia transijt auaritiæ,& concupiscentiæ calore arefacta. Admonui vos sæpe per prophetas,nec reuersi estis, propterea vindictam magnam de vobis sumam, quoniam misericordiam, qua ego maxime delectabar, reliquistis, & sacrificia multa cumulastis,ea re tantum mihi satisfacere volentes. Quod optime congruit cum alijs scripturæ locis,vbique enim reprehenduntur Iudæi, quod crudeles essent in fratres suos,& pauperes opprimerent,& nihilominus multitudine sacrificiorum Deum placare quærerent. Vt Isai.1. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum?&c. Quiescite agere peruerse,discite benefacere,quærite iudicium, subuenite oppresso. Et cap.58.*Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra,& omnes debitores vestros repetitis. Lege,quę sequuntur,& illud Iere.7. Nolite confidere in verbis mendacij,&c. Et Dominus ait Matth.23. Væ vobis scribæ,& Pharisæi hypocritæ,qui decimatis menthã,& anethum,& cyminum, (quasi multum honorare Deum volentes,) & reliquistis,quæ grauiora sunt legis, iudicium,& misericordiam, & fidem. Ita Matth.9. quia vt homo reprehendebatur seruator, præclare respondet, gratius Deo esse hominem erga hominem esse misericordem, quam sacrificium offerri. Et cap. 12. quod dicitur hunc habet sensum: Si sensum Dei haberetis, sciretisque quanti Deus faciat misericordiam in proximos, adeo vt sacrificijs eam quoque præferat: magis misericordia moueremini in horum egestatem, & famem quam zelo in obseruationem sabbati. Vel aliter, ac fortasse melius, Pharisæi accusauerant discipulos, sed re vera non tam illos quam magistrum accusare volebant, quod id fieri sineret. Ecce, in-

17

Locus Matth.12.

quiunt,

quiunt,discipuli tui faciunt quod non licet facere sabbatis. Quare Dominus & pro se,& pro illis respondet: Poteram prohibere propter sabbathum,sed prę misericordia eorum famis non prohibui, sciebam enim gratius me Deo facere si in misericordiam inclinarem, quam si in sabbati custodiam.

18 *Sed quoniã respondere Pharisęi poterãt: Esto, bene tu feceris permittendo, sed illi permissione vti non debuerunt, ne sabbatum violarent: ait Dominus apud Marc.2. Sabbatum propter hominem factum est, & non homo propter sabbatum. Hoc est, Illi etiam recte fecerũt, quia cum sabbatũ Deus instituerit in hominis vtilitatem, nõ in perniciem: nũquam Deus voluit ita sabbatum obseruari, vt ea causa homo cibos nõ quæreret, sine quibus aut nullo modo, aut valde ægre vitam tueri queat. Ex qua ratione,simulque ex Dauidis exẽplo, quod Seruator proposuit, intelligimus maximã fuisse famem apostolorum. Deinde addit: Dominus enim est filius hominis etiã sabbati,id est, Etiam si fames non ita eos vrgeret,possent tamen me permittente vellere spicas, quia ipsi sciunt me potestatem habere super sabbatum,& posse dispensare.*

19 Au reijciãtur hic sacrificia.

Sed duæ sunt in his propheticis verbis quæstiones. Prior est, an hic sacrificia reijciantur ceu Deo ingrata? Ratio dubij est, quoniam non dicit: Malo misericordiam, quam sacrificium, sed, Misericordiam volui,& non sacrificium. Chrysostomus quoque hom.31. in Matth. ait: Neque misericordiam,inquit,volo,& sacrificium,sed: Misericordiam volo,& nõ sacrificium.& Hieronymus hic: Nec enim sacrificijs delector, & victimis,& holocaustorum multitudine. Respondetur minime reijci sacrificia, sed illis misericordiam, beneficẽtiamque præponi. Vnde Matth.23. cum de decimatione menthæ,& anethi locutus fuisset,& de grauioribus præceptis legis: ad extremum intulit: Hęc oportuit facere,& illa nõ omittere,& cap.5. pulchre,Si ergo offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare,& vade prius reconciliare fratri tuo,& tunc veniẽs offeres munus tuum. Eadem est sententia Irenæi.lib.4.contra hæreses,ca.32. & Aug. 10.de ciuit.cap.5.& lib.20.contra Faustum ca.16.& Chrysost. loco indicato in Matth. vbi post verba adducta seipsum exposuit dicens: Ostenditque non esse prohibitum quod illi vituperabant, sed multo magis quam sacrificia cautum. Idem ait ibidem Euthymius,& multo magis in sequẽti quęstione comprobabitur. Chaldæus quoque vertit: In ijs, qui exercent misericordiam, voluntas coram me est, magis quam in sacrificio. Sed illud hic notandum Irenæum & Augustinum locis citatis non legisse,Misericordiam volo,vt nunc habent Lxx.sed, Misericordiam volui, vt olim habebant, & vt est in Hebræo. Apud Matth.volo, legimus,& sensus idem est, siue legamus volo, siue volui.

20 An placuerint Deo sacrificia vetera.

Altera quæstio, ex qua multi prophetarum loci explanantur, est, Vtrum sacrificia vetera fuerint Deo vere grata, an tantum propter Iudæorum infirmitatem ea tolerauerit? Causa quęrẽdi est,quod sæpe Deus in scriptura significat semper sibi illa sacrificia displicuisse. Vt Psal.39. Sacrificium,& oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi: holocaustum,& pro peccato non postulasti,& Psal.49. Numquid manducabo carnes taurorum,aut sanguinem hircorum potabo? Psal.50. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique, holocaustis non delectaberis. Ita.1. Sanguinem vitulorum,& agnorum,& hircorum nolui, cum veneritis ante conspectũ meum,quis quæsiuit hæc de manibus vestris? Iere.7. Holocautomata vestra addite victimis vestris,& comedite carnes. Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die, qua eduxi eos de terra Ægypti de verbo holocautomatum,& victimarum. Huiusmodi sunt multa. *Idem sancti testantur apertissime. Petrus apud Clementem, lib.1. Recognitionum latissime hoc cõfirmat,ait enim Moysem prudẽtia sua vidisse quam alte populo suo insedisset consuetudo illa Ægyptiorum immolandi dijs, adeo vt non posset eius radix euelli, ideoque permisisse eis, vt Deo hostias immolarent, ne immolarent dæmonibus. Idem ait Chrysostomus hom.6 in Matth.& Hieronymus in illud Isai.1. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum? & cap.60. in principio,& in illud Iere.7. Holocautomata vestra,&c.& in illud Matth.5. Ego autem dico vobis, Non iurare omnino. Probat Iere. 7.quoniam nunquam Deus locutus est de victimis, donec filij Israel adorauerunt vitulum, quem fecit eis Aharon. Eodem ar-

21

Universidad de Deusto
Biblioteca

gumento probat. S. Thomas instituta esse sacrificia ad vitandam idololatriam. 12.qu. 102.art.3. Denique Sixtus papa, & martyr in libro de diuitijs ita scribit. Sacrificia, quæ in terra Ægypti filij Israel idolis offerre cõsueuerant, & Deo iubentur postmodum immolare. Non quod Deus animaliũ cruore delectetur, aut carnibus, qui ait: Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? sed vt infirmus populus, & varijs iniquitatum operibus deprauatus formaretur Dei institutione. Noluit enim statim relinquere consuetudinem longi temporis, sed in bonum interim commutare.

22 Nihilominus certissimum, & indubitatum haberi debet, sacrificia illa non permissa, sed præcepta à Deo fuisse, illique placuisse, donec vetus lex abrogaretur. Probatur primo ratione euidenter euerrente argumentum in contrarium obiectum. Quoniam ante Moysem, & ante idololatriam sancti, quibus nihil ab idololatria timebatur, immolauerũt hostias Deo. Gene. 4. Habel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Habel, & ad munera eius, & ca. 8. Ædificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta super altare. Odoratusque est Dominus odorem suauitatis, & ait ad eum: Nequaquam vltra maledicam terræ propter hominem, & ca. 15. dixit ad Abraham. Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, &c. & idem cap. 22. Obtulit arietem holocaustum pro filio. Secundo quoniam sacrificia ante legem, & in lege fuerunt figura beatissimi illius sacrificij pro nobis in cruce offerendi. Bona ergo, & grata Deo erãt sacrificia, quæ nec in se quicquam mali habebant, & rei optimæ erant signa. Nec Deus tot ritus, & ceremonias sacrificiorum, & sacerdotum, & vestium instituisset, si ipsi sacrificia non

23 probarentur. * Tertio, Nõ peccat qui omittit id, quod Deus non iussit, sed permisit, & quod Deo gratum non est. At quis dubitet peccasse eos, qui leges sacrificiorum violabant, cum videamus seuerissime fuisse punitos, vt filios Aharõ Leuit. 10. S. Thomas etiam. 12.q 102.ar.3. docet hæc sacrificia instituta esse ad cultum Dei, vt per ea Deus coleretur, & mens offerentis ordinaretur in Deum, & vt retraherẽtur homines à cultura idolorum: deinde ad significandum redemptionem per Christum faciendam, & eius sacrificium. Possumus addere, ad significandum quoque ea, quæ nos agere debemus, & ad instruendum mores, vt docet August. 10. de ciuit. cap. 5. ex quibus satis ostenditur bona, & Deo grata fuisse.

Illud autem non negamus, & nemo non videt, non fuisse illa Deo grata per seipsa, quasi eis indigeret, aut aliquid inde ipsi accederet, quod bene probat Irenæus lib. 4. contra hæreses cap. 32. & August. 10. de ciuita. cap. 5. ex Psal. 49. Numquid manducabo carnes taurorum, &c. & optime explicat S. Thom. 22.q.30.ar.vltimo ad.1. & qu. 81.art.7. Sed fuerũt Deo grata propter eas, quas diximus causas ex S. Thoma. Ratio vero illa de idololatria tollenda non præcipua ratio est, sed illarũ, quas præcipuas dicimus quædam quasi accessio: id enim quoque Deus voluit, sed etiam, si idololatria nulla esset, sacrificia propter ceteras rationes instituisset, sicut ante legem voluit sibi à sanctis patriarchis offerri. * Sed ait Hieronymus. Ante quam populus vitulum adoraret, decem præcepta dederat Deus Moysi in tabulis lapideis, ac nulla præterea. Fateor quidem, sed hæc ratio hoc tantum euincit, præcepta illa decalogi esse quæ primo, & per se, & ante omnia Deus volebat, non tamen ea sola voluisse. Nam si ea sola voluit, ergo omnia præcepta ceremonialia, & iudicialia permisit tantum, non voluit.

Ad loca scripturæ adducta respondent apostoli apud S. Clementem lib. 6. constitut. apostol. cap. 22. (nam ibi quoque referuntur) in hunc modum. Recusabat populi sacrificia sæpenumero in eum peccantis, atque existimantis sacrificijs eum non pœnitentia placatum iri. Idem docet Irenæus. lib. 4. capit. 32. & ad hunc sensum interpretanda sunt verba sanctorum, qui sacrificia tollere videntur. Nam si bene offerrentur, grata illa Deo fuisse, Leui. 1. vidimus: & oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, & odorem suauissimum Domino. * Ita autem, vt diximus, Deum sacrificia respuisse, non simpliciter scriptura ipsa docet. Hoc enim est quod cap. 5. vidimus: In gregibus suis, & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & nõ inueniẽt, ablatus est ab eis. Non enim per pœnitentiam quærebant, sed per sola sacrificia. Et Isa. 1. cum dixisset ingrata sibi esse illorum

Causę institutionis sacrificiorũ.

sacrificia, causam non tacuit: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, &c. Et capit. 66. Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum, qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem, qui offert oblationem, quasi qui sanguinẽ suillum offerat, qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerũt in vijs suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. Quo loco Hieron. ait, hoc esse quod in Hosee scriptũ est, misericordiam volo, & non sacrificium. Affert etiam ex Mala. 2. Nõ respiciam vltra ad sacrificium, neque accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis, quam ob causam? Quia Dominus testificatus est inter te, & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti, id est, quia non te pœnitet violatæ legis Domini, cum contra eius præceptum dimiseris vxorem tuam, & alienigenam duxeris.

26 Postremo quæritur, quare misericordia præferatur sacrificijs, cum sacrificia sint actus religionis, quæ præstantior est misericordia, & omnibus virtutibus moralibus, vt docet S. Thom. 22.qu. 81. art. 6. Respondeo primo, Scripturam in hoc loco, & in similibus, non loqui de misericordia precise. Sed de misericordia sumpta pro beneficentia, quæ non solum complectitur opera misericordiæ propriè dictæ, sed etiam opera charitatis in proximos, quomodo non est dubium maiorem esse religione. Marc. 12. Et diligere proximum tanquam seipsum, maius est omnibus holocautomatibus, & sacrificijs. IESVS autem videns quod sapienter respondisset, &c. Secundo respondeo. Si loquamur de misericordia præcise, religio absolute loquendo principalior est ratione obiecti, sed opera misericordiæ propter assiduas, & passim occurrentes necessitates proximi, præstantiora sunt, & Deo gratiora. Vnde opera religionis recte omittuntur propter opera misericordiæ, vt interesse sacris, vt ægrotãti assideas. * In qua

27 re plurimum Dei amor erga nos spectatur, qui ita nos amat, vt opera cultus sui facile & patiatur, & iubeat aut omitti, aut interrumpi, vt nostris siue animæ, siue corporis commodis consulatur: vt Matth. 5. Si offers munus tuũ ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Tertio dicimus, Scripturam nõ loqui de operibus misericordiæ quatenus misericordię tantũ sunt, sed quatenus fiũt ad Deum colẽdum, & promerendum, qui dixit Mat. 25. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis, atque hac ratione actus imperati religionis sunt, vnde & sacrificia in scriptura vocantur. Hebr. 13. Beneficentię autem, & communionis nolite obliuiſci, talibus enim hostijs promeretur Deus. Et Aug. 10. de ciuit. cap. 5. inquit, in his verbis Hoseę, quibus anteponitur misericordia sacrificio, sacrificiũ sacrificio anteponi. Itaque habet talis misericordia præstantiam actus religionis, & hoc etiam præstat illi, quod maiorem vtilitatem proximo affert.

Et scientiam Dei magis quam holocaustum. 28 Scientiam Dei vocat timorem Dei, & veram legis eius custodiam, vt diximus ca. 4. num. 1. Ideo Chaldæus dixit: Et in operantibus legem Domini magis quam in offerẽtibus holocausta. Quid interfit inter hostiam, siue sacrificium, & holocaustum, docet Hieronymus, ad illud Isai. 56. Holocausta eorum, & victimę eorum, &c. his verbis: Differẽtiam hostiarum, & holocaustorum in Leuitico plenius discimus. Holocausta sunt, quæ super altare integra concremantur. Victimæ, & hostiæ, quarum pars offertur altari, pars sacerdotibus traditur. Sanctus Thom. 12.qu. 102.ar.3.ad 8. recte hæc explicat. Triplex (inquit) erat sacrificiorũ genus. Quoddam quod totum comburebatur, & ideo dicebatur holocaustum, & offerebatur Deo specialiter ad reuerentiam maiestatis ipsius, & amorem bonitatis eius. Secundum dicebatur: Pro peccato, iuxta illud Psal. 36. Holocaustum, & pro peccato non postulasti; quod offerebatur ad remissionem peccati: cuius vna pars comburebatur, altera cedebat in vsum sacerdotum: nisi cum offerebatur pro peccato totius populi, vel pro peccato sacerdotis, nam tunc totum comburebatur. Tertium vocabatur hostia pacifica, quæ offerebatur Deo vel pro gratiarũ actione, vel pro salute, & prosperitate offerentium ex debito beneficij vel accipiendi, vel accepti. Huius vna pars incendebatur, altera cedebat in vsum sacerdotum, tertia in vsum offerentium. Hæc sanctus Thomas, vbi etiam erudite explicat horum sacrificiorũ significationes. Vide de his Leuitic. 1. 3. & 4.

Holocaustum, & Hostia.

Triplex genus sacrificiorum.

Holocaustum.

Pro peccato.

Hostis pacifica.

29 *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactũ.* Hieronymus: Ipsi autẽ imitati sunt Adam vt quod ille in paradiso fecerat, pactũ meũ, legemque præteriens, isti in terra facerent. & *ibi*, hoc est in paradiso, omnes præuaricati sunt in me in similitudinẽ præuaricationis Adam. Non enim mirum si quod in parente præcesit, etiam in filijs condẽnetur. Lxx. verterunt, sicut homo, & ideo Græci fere nõ intelligũt de primo parẽte. Cyrillus autem vidit in Hebræo esse, sicut Adam, & ideo, ita vt Hieronymus, interpretatus est. Quod autem ait Hieronymus: Ibi, id est, in paradiso præuaricati sunt in me: satis probabiliter alij interpretantur, Ibi, id est, in terra illa bona, quam eis promisi, & dedi. Et Chaldæus ita totum locum vertit: At ipsi sicut generationes priscæ transgressi sunt pactum meum, & in terra bona, quam dedi eis, vt ibi exequerẽtur voluntatem meam, præuaricati sunt in verbũ mẽũ. Sed Hieronymus ita intelligendus est, ac si dicat: Ex eo tempore cœperunt præuaricari in me, egregiè imitati sunt inobediẽtiam Adam. Solet enim scriptura eos, qui pietatis, vel sceleris imitatione similes sunt, quasi vnum populũ numerare, & copulare, quãuis tempore sint valde disiuncti, præsertim cum de supplicijs verba fiunt.* Quod si inter hos multi boni interiecti sunt, nullam bonorum tunc rationem habet scriptura, quoniam ij, de quibus loquitur, non bonorum, sed malorum imitatores extiterunt. Ezec. 16. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Hamorræus, & mater tua Chethæa. & Dan. 13. semẽ Chanaã, & non Iuda sed Matth. 23. expressius: vt veniat super vos omnis sãguis iustus, qui effusus est à sanguine Habel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachię, quem occidistis inter templum, & altare. Quid ad populum Iudæorũ pertinebat sanguis Habelis effusus, nisi omnes mali, & eorũdem peccatorum parratores imitatione illa inter se iũgerentur, & quasi vnus populus, aut vnus homo fierent? Quare eidem quæstioni à se propositæ erudite ibi Hieronymus respondet: Regula, inquit, Scripturarum est duas generationes bonorum, & malorum nosse singulorum singulas. Probat ex Psal. 23. vbi de omnibus bonis dicitur: Hæc est generatio quærentium Dominum. & Psalm. 111. Generatio rectorũ benedicetur. De malis vero Matth. 23. Venient hæc omnia super generationem istam.

Regula. Vnus populus bonorũ & vnus malorum in scriptura.

30

Galaad ciuitas operantium idolum. Galaad (vt scribit Hiero. in locis Heb.) mons est ad tergum Phœnices & Arabiæ collibus Libani copulatus, extenditurque per desertum vsque ad eum locum, in quo habitabat Sehõ rex Hamorrẽorũ. Cecidit in sortẽ filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manassæ. A quo mõte ciuitas in eo cõdita sortita est vocabulũ. Hic est mons, in quo Laban comprehendit Iacob, Gen. 31. vbi & origo nominis Galaad ostenditur. Quẽ inquit, congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum. Quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruũ testimonij (id est, יְגַר שָׂהֲדוּתָא) vterq; iuxta proprietatem linguæ suæ. Dixitque Labã: Tumulus iste erit testis inter me, & te hodie, & idcirco appellatum est nomẽ eius Galaad, id est, Tumul⁹ testis. De vrbe ipsa scribit hic Hier. fuisse in tribu Gad, habitatã à sacerdotibus vnamque ex vrbibus refugij, & idolum in ea fuisse consecratũ. Et ideo quãto maioris erat auctoritatis propter sacerdotes, tanto magis habitantibus trans Iordanem principium idololatrię fuit. Quod nam idolũ hic fuerit, non legimus in Scriptura, constat tamen fuisse cum primis idololatriæ deditã, & ideo dicitur ciuitas operantium idolum, id est, idola colentium & idola fabricantiũ. Illud lectorem non lateat, hanc eandem vtbẽ esse Ramoth Galaad, vt hic docet Hier. & in Locis Heb. V. Galaad, &. V. Ramoth, quã Iosephus. 9. antiq. c. 4. vocat Ramathã. In ea fuit vnctus rex Iehu, 4. Reg. 9. vnde & Iosue. 21. docemur esse eam ciuitatem fugitiuorum in tribu Gad, & à sacerdotibus habitatam

Galaad

Ramoth Galaad.

Supplãtata sanguine. Arbitror legendũ esse A sanguine, est enim מִדָּם i. A sanguine, sed facile præpositio, A, excidit, dum festinant librarij, aut redundare putant. Sed pro Supplantata est in Heb. עִקְּבָה, quod quidã Insidians, quidam Polluta vertunt, sed frustra in re non dubia laborãt. Quis enim est qui non videat עָקַב esse supplantare, atque hoc verbũ esse vnde nomẽ habuit Iacob? Vim ergo verbi videamus. Supplantare decipere significat, metaphora sumpta ab ijs, qui simul currunt, quorum alter alterum pede obiecto, vel suppositio ad casum impellit, ne præcurrat, & vincat. Id enim est proprie supplantare, vt expressit Cicer. lib. 3. offic. Scite Chrysippus, vt multa, qui stadiũ (inquit) currit, eniti, & contendere debet quam maxime possit, vt vincat: Supplantare eum, qui cum certat, aut manu depellere, nullo modo debet. Iacob nomen habuit ab hoc verbo proprie accepto, id est, eo quod manu plantam fratris tenuit, quasi obstans, ne prior ille nasceretur. Genes. 25. Protinus alter egrediens עֲקֵב plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob. * Cum vero ait Esau, cap. 27. Iuste vocatum est nomen eius Iacob. Supplantauit enim me en altera vice. Primogenita mea ante tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam: iam nomen accipit ab eo, quod metaphorice significat supplantare, id est, à deceptione, sicut patrem audijt dicentem: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. Hieronymus in Tradit. Hebr. cum ad hæc verba venit, ita inquit: Iacob supplantator interpretatur. Ab eo igitur quod fratrem arte deceperit, allusit ad nomen. Qui ideo Iacob ante vocatus est, quod in ortu plantam fratris apprehenderat, &c. Inde Psal. 40. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem. Vbi Euthymius metaphoræ nos admonet. Non ergo Iacob luctator dici potest, neque vero supplantator secundo modo, sed primo, vt dictum est. Quid est ergo supplantata à sanguine? cito euertenda, cito capienda propter sanguinem in ea effusum. Cum enim esset trans Iordanem, propiorque & Syris, & Assyrijs, prius ceteris capta est ab vtrisque. Primo quidem ab Hazaele rege Syriæ vastata fuerat tempore Iehu. 4. Reg. 10. Sed postea (de quo nunc loquitur) ab Assyrijs. 4. Regum. 15. tempore Phacee regis Israel. Sed maluit dicere, Supplantata, quam capta, quasi dicat: Ipsa supplantabat, & decipiebat multos, quibus idololatriæ autor, & magistra erat, & ipsa quoque supplantabitur, id est, deijcietur, & ad ruinam impelletur, vt cadit ille, quem alter supplantat. Quem autem sanguinem dicat, statim explicabimus. De latronibus etiam dicemus cap. 7. n. 2.

Iacob.

33

Supplantare.

34

Et quasi fauces virorum latronum. Hoc est: Sitiens semper sanguinem, & cædes. Latrones enim (quia semper de cæde, & rapinis cogitant,) dicuntur instar ferarum bestiarum sitire sanguinem, quomodo apud Lucanum de Pompeio Magno dictum est à Cæsare, eadem prorsus metaphora, qua hic.

Vtque feræ tigres nunquam posuere furorem,
Quas nemore Hyrcano, matrũ dũ lustra sequũtur,
Altus cæsorum pauit cruor armentorum:
Sic & Syllanum solitos ribi lambere ferrum
Durat Magnæ sitis: nullus sem. love receptus
Pollutas patitur sanguis manasescere fauces.

Lib. 1. Phar sali.

Particeps sacerdotum in via interficientium pergentes de Sichem. Id est, adiuuans consilium sacerdotum Bethel, qui euntes à Sichem in Ierusalem, vt adorent in templo, temporibus Paschæ, & Pentecostes, & Scenopegiæ, latronibus in via positis trucidabant, vt expositi Hieronymus: Hic est sanguis, de quo paulo ante loquebatur. Sichem (vt autor est Hieronymus in Locis Hebr.) duplex fuit, altera in mõte Ephraim pertinens ad tribum Manassæ, ciuitasque fugitiuorum, vt Iosue. 20. & 21. docemur. Altera (de qua nunc sermo est) quæ & Salem dicitur, & ciuitas Iacob, & deprauatè Sichar, vt idem tradidit in epitaphio sanctæ Paulæ, cuius locus ostenditur in suburbanis Neapoleos, quæ à Saracenis hodie dicitur Nablos, iuxta sepulcrum Ioseph & puteum Samaritanæ, & Latine, & Græce Sichima vocata est. Hæc tanta olim fuit, vt affirmet Iosephus. 11. antiquit. capit. 8. tempore Alexandri magni caput fuisse Samaritarum. Cum ergo esset proxima vrbi Ierusalem, multi venire cupiebant in templum Domini, quos sacerdotes Bethelis adiuuante vrbe Galaad interficiebant in via: erat enim Bethel inter Sichem, & Ierusalem aliquantulum à via remota. Ruffinus & Theophylactus ita exponunt, & quidem satis probabiliter. Ciuitas Galaad erat adiutrix sacerdotum suorum, qui, vt cultum Dei impedirent, interficiebant euntes in templum. Ex quo videmus, quam merito dixerit, Quasi fauces virorum latronum: ita enim sanguinem sitiebant, vt longum iter cõficerent trucidãdorum eorum causa, qui de Sichem ibant in Ierusalẽ, erant enim multi, quia magna ciuitas erat, & proxima Ierusalem, vt diximus.

Sichem, & Sichar.

Sed in verbis Hebraicis tanta est difficultas, vt nemo fere sit qui nostram translationem non deseruerit. Ipsi etiam veteres interpretes, quos libenter sequi Hieronymus solet, inter se mutuo discrepant. Potissima difficultatis pars in eo posita est, quod vbi legimus, De Sichem

35 *

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Hebræo est שְׁכֶמָה, quæ vox & humerũ significat, & vrbem illam Sichem. Vnde quidam humerum, quidam vrbem interpretantur. Si autem sit vrbs, non videbatur vertendum, de Sichem, sed in Sichem, nam litera ה in fine addita nominibus locorum motum in loca illa significat, vt in hoc eodem nomine videmus, Gene. 37. Missus de valle Hebron venit in Sichem. Iud. 21. Ad Orientalem plagam vię, quæ de Bethel tendit ad Sichimam. Iosue. 24. Congregauit Iosue omnes tribus Israel in Sichem. Quare non desunt qui putent, præpositionem, De, redundare in nostra translatione, atque initio vertisse interpretem, Pergentes Sichem. Sed eorum falsa sine dubio sententia est, ipse enim Hieronymus qui vertit, docet haud obscure se transtulisse De Sichem, cum dicit: Nos dicamus intercludere hæreticos viam, ne de Sichem, id est, de bonis operibus, pergamus in Ierusalem, id est in Ecclesiam. Deinde cur interficerent euntes de Sichem, scimus, sed venientes in Sichem cur interficiant? Quia de templo redibant, inquies: At cur non id faciebant antequam eo venirent, ne & Ierosolymitani lætarentur, & alij ex Israel eo exemplo mouerentur? * Quod autẽ alij de humero dicunt, quomodo huc pertineat, aut quomodo id significet verbum, quod ipsi volunt, viderint ipsi. Nos dicimus literam ה sæpe nominibus addi, aut etiam verbis, non vt motum significet, sed ornatus solius causa, vt ex antiquis Hebræis docet Iohannes Isacus lib. 1. Grammaticæ suæ, cap. de literis heemanticis. Est ergo planus sensus, *Particeps sacerdotum in via interficientium Sichem*, id est, habitatores Sichem. Vnde Lxx, & Symmachus verterunt, Interfecerunt Sichima. Hieronymus tamen vt omnem ambiguitatem tolleret, locumque nobis planum relinqueret, vertit, Interficientium pergentes de Sichem. Re enim vera Sichimitas interficiebant, cum è Sichem pergebant in Ierusalem, vt exposuit quoque Theophylactus.

36

Quoniam scelus operati sunt, Quia hoc excogitato scelere nitebantur Dei cultum impedire. Scelus enim vocat זִמָּה à verbo זָמַם, quod significat cogitare. Quo nomine vti solet scriptura ad significandum excogitatæ malitiæ nefarium commentum. Vt Leuit. 19. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & implcatur piaculo. Et capi. 20. Qui supra vxorem filiam duxerit matrem eius, scelus operatus est, viuus ardebit.

In domo Israel vidi horrendum, שַׁעֲרוּרִיָּה, id est, rem, quæ in horrorem, atque in stuporem omnes rapiat. Iere. 5. vertit Mirabilia. Stupor, & mirabilia facta sunt in terra. Et capit. 18. Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit virgo Israel? hoc autem horrendum, & mirabile dicit, quod colente vitulos Ieroboham, & tribu Ephraim, continuo tota domus Israel simul fornicata est.

Sed & Iuda pone messem tibi. Locus est valde difficilis. Primum sciamus, illud, Sed & Iuda, posse ad præcedentia referri, ita vt in eo periodus claudatur, & sit sensus, Contaminatus est Israel, sed & Iuda, scilicet, contaminatus est, cum minime peccare deberet, etiam si peccarent alię tribus. Atque verum esse quod dicimus, ostendunt Lxx, qui verterunt, Sed & Iudas. Nam apud nos quidem Iuda & primi casus esse potest, & quinti, vt etiam in Heb. at Iudas tantum est primi, nec alium sensum habere potest quam quem diximus. Sed apertius Chaldæus, qui dixit: contaminati sunt viri domus Israel. Quin etiam viri domus Iuda cœperunt multiplicare peccata. Et in Hebræo est, Etiam Iuda. Iuxta quem sensum. *Pone messem tibi*, &c. Vel toti domui Israel dictum intelligere possumus, vel soli Iudæ, quod mihi magis placet, & redit in idem fere, dicemus enim, Pone messem tibi o Iuda. Rursus messis si proprie accipiatur, planum habet sensum. O Iuda, qui capto Israele putabis te tutum esse, & de terminis tuis protendendis cogitabis, etiam captiuus duceris. *Pone messem tibi*, id est, metes quidem securus segetes tuas, at non hoc tempore, sed cum conuertero captiuitatẽ populi mei, hoc est, cum te populum meum de captiuitate Babylonica reduxero. Quasi dicat, Ante ne ponas, otio enim & pace carebis.

37

38

Multi malunt accipere messem metaphorice, vt non segetes, sed homines demeti intelligantur, vt quod de vastatione Babylonis scriptum est Ieremi. 51. Adhuc paulum dicam, & veniet tempus messionis

sionis eius. Sed mihi non vsque adeo probatur, quoniam messem sibi ponere dicitur proprie, qui metit, non qui metitur, id est, qui alios occidunt, non qui ipsi occiduntur, quod magis Lxx. expressere vertentes, Incipe vindemiare tibi ipsi. Multo minus probo quod Ruffinus exponit: Tu quoque ô Iuda demeteris, cũ captiuitas populi mei Israel conuertetur ad te, vt tu similiter capiaris. Etenim conuertere captiuitatem, vsu scripturę nihil aliud est quam liberare à captiuitate, vt Psalm. 52. Cum conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel. Psal. 125. In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.

Cõuertere captiuitatem.

ALLEGORIA.

39

Vsque ad verba illa: Quid faciam tibi Ephraim, &c. quæ præcedunt fere allegorica expositione non indigent, cum ad CHRISTVM sensus referatur, in quem tendit allegoria. Possumus tamen ad Iudæos, qui CHRISTI tempore conuersi sunt, hæc quoque accommodare: Venite, & reuertamur, &c. siue ad eos, qui quotidie conuertuntur, conuertenturque. Ipse nos prius abiecit, idem venientes ad se excipiet, & participes nos faciet viuificationis, quam secundo die per mortem suam operatus est, & resurrectionis, quam tertio die resurgens effecit in spe in membris suis. Sine dubio admittet nos, & erit nobis quasi diluculum, luce animas nostras implebit, & gratiæ suæ pluuia, doctrinæque animas nostras fecundabit, vt imber temporaneus, & serotinus. Sed ad populum totum reuertitur, & ait: *Quid faciam tibi Ephraim, &c.* Quid faciam tibi populo incredule, quid vltra debui facere vineæ meæ, & non feci? Misericordia tua quasi nubes matutina, missi ad te filium meum, initio cœpisti illi applaudere, mirabaris doctrinam eius, & videbatur tibi loqui quasi potestatem habens, & non sicut scribæ tui, & Pharisæi, stupebas in miraculis, dicebas, Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia visitauit Dominus plebem suam. Prodijsti obuiam venienti in Ierusalem, & clamasti, Osahnna filio Dauid.

Luc. 7.

40

* At cito ista tua misericordia, & beneficentia erga eum exaruit. Sexto ab hinc die perijsti virum homicidam donari tibi, autorem verò vitæ interemisti. Propter hoc ne in tua obstinata incredulitate maneres, misi ad te apostolos, & Euangelistas, & prophetas, & per eos te expolire nitebar, vt aptus esses ædificio Ecclesiæ meæ, & mala quæ imminebant, tibi prænuntiaui, quantaque vastitas à Romanis impenderet. Mittebam autem eos ad te quasi morti destinatos, non enim ferebas increpantes, sed occidebas, sicut scriptum est: Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occideris, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris. Ideo tuum supplicium omnibus manifestum erit, relinquetur domus tua deserta, & omnes videbunt te relictum esse à me. Ego misericordiam à te exigebam, vt animæ tuæ misereris placens Deo, & laborum filij mei, & apostolorum suorum, quos pro te reducendo perferebant, & vt veram cordis sanctitatem haberes: Tu contra contemptis his omnibus, sacrificijs & hostijs me prosequebaris, eaque tibi satis esse sola iudicabas. * Et cum multo magis quam holocausta, ego scientiam Dei optarem in te, id est, vt filium meum agnosceres, & coleres: tu Adam præuaricationem imitatus es, nec patriarcharum pietatem æmulabaris, sed impietatem maiorum tuorum, qui restiterunt Spiritui sancto, & occiderunt eos, qui prænuntiabant de aduentu iusti. Et Ierusalem, quæ solebat esse officina pietatis propter sanguinem innocentis agni effusum impie meruit capi, & euerti à Romanis: plena enim erat idolis, id est, cupiditatibus noxijs. Sacerdotes impij persequebantur veros Dei adoratores, & ad verum Dei templum, id est, ad CHRISTVM venire non sinebant: quibus cum ciuitas deberet repugnare, palam eorum sceleris particeps effecta est, & cum illis regem, ac dominum suum crucifigendum expetijt. Horrendũ scelus vidi in domo Israel, cõraminati sunt principes, & inuidia, atq; odio in innocentem excœcati, protinusq; totus populus in eorum iuit sententiam, & temere coram Pilato clamare cœpit, Crucifige, crucifige eum. O Iuda, ô infelix populo, ne ponas messem tibi, id est, ne putes te securitatem, & copiam bonorum, pacẽque animi habiturum, donec te conuertã: tunc habebis, interea in paupertate, & in luctu sedebis.

Matth. 23.

Ecclc. 30.

41

TROPOLOGIA.

42 Deus supplicijs homines ad se dicit adfe.

Nihil prætermittit Deus quod ad hominum salutem vtile fore videatur, sed quos beneficijs non capit, supplicijs, & calamitatibus expugnat. *In tribulatione*, inquit, *sua mane consurgent ad me* Magnum, & certum diuini amoris pignus, atque ijs concessum, quibus misericordiam suam nunquam defuturam pollicetur. Primum inquit. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi. Deinde quoniam peccata futura præuidebat: si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nō ambulauerint: Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorū. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Quid est quod tot verbis dicit quod paucissimis satis dici poterat? Satis videbatur dicere. Si derelinquerint legē meā omnia enim scelera his verbis continentur: addit tamen, Et in iudicijs meis nō ambulauerint Et quasi hoc satis non sit, Si iustitias meas profanauerint, adhuc etiam: Et mandata mea non custodierint. Num inani verborū eorūdem repetitione, quā Græci Battologiam dicunt, delectatur Spiritus sanctus? Non sane, Sed solet verbis facta, quæ narrat, imitari, & ponere nobis ob oculos contentionem animi, feruoremque eorum, de quibus loquitur, vt Ioh. 1. Et confessus est, & non negauit, & confessus est, Quia non sum ego Christus. Ter idem repetit, vt intelligamus Iohannem Baptistam non simpliciter negasse, sed magna asseneratione, & repetitione, & desiderio persuadendi se non esse Christum. Ac si diceret. Non sum Christus, nolite errare in re perspicua, longissime ab eo absum, nullo modo sum. Et Dan. 3. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum, id est, cum magno animi feruore, omnibus modis, omnibus verbis, quibus poterant, Deum laudabant. Ita Dauid hac repetitione imitamur eorū inconstantiam, qui à Deo admoniti, aut beneficijs victi statuunt in posterum non peccare, idque sæpe, & nihilominus sępe redeunt ad peccata, & varijs modis peccant. Quasi dicat. Etiam si sæpe cadant, sæpe eos erigā, & bonitate, ac misericordia mea cum illorum inconstantia, atque infirmitate certabo, virga eos percutiam, verberibus sanabo, non vincar à malo, sed vincam in bono malū *. Quater dicit. Si peccauerint, quia in his electis non habet locum illa prophetica comminatio: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor, non conuertam eum; nam etiam super quatuor conuerteret eos, si forte admiserint. De quo suo loco. i. in cap. 1. Hamos, dicemus. Post has tribulationes anima fidelis ait: lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala Psalm. 89. Vide etiam eos, qui ad Deum accedunt, quocūque tempore veniant, mane accedere. Sicut è contrario qui à Deo recedunt, vel à quibus Deus recedit, in tenebris, ac nocte recedunt. Nam vera lux animi Deus est, & tenebræ in eo non sunt vllæ, necesseq; est, qui ab eo recedunt, in tenebris & caligine versari, sicut illi clarissima luce fruūtur, qui Deo proximi sunt, vt recte propheta monuerit: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur. Statim illuminabimini, non potest in obscuro esse cui Sol propinquus est. Tunc facies vestræ non cōfundentur, quia lucem, quam, quærebatis, inuenietis. Quocumque alio vos vertatis, confundentur facies vestræ, non enim in lucem, sed in tenebras incidetis, vt illis contigit, qui à Deo per superbiam recedentes, & toto se sapientiæ tradentes, lucēque quærentes euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Ita de Mane scriptū est Exhod. 16. Et mane videbitis gloriam Domini, & Psal. 89. Repleti sumus mane misericordia tua. Psal. 45. Adiuuabit eam Deus mane diluculo Prou. 8. Et qui mane vigilant ad me inuenient me. Sanctæ mulieres veniūt ad monumentum mane, orto iam sole, quia Deum quærebāt, & scriptum est: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Sed adhuc tamen erāt tenebræ, quia licet amore accesserant, dubitatione tamen aliquantulum accessus ille retardabatur. Contra de Iuda scriptum est: Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autē nox. Sic sanctus Ioseph accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptū. Nocte secedit, quia illi quos deserit in nocte, & tenebris relinquuntur.

Reg. Scriptura verbis facta interdū imitatur.

43

Locus Psal. 88.

44

Mane Deum diuinæ gratiæ.

Psal.

Ioh. 8.

Ioh. 13. Mat.

Venite, reuertamur ad Dominum, &c. Caritas non æmulatur, non agit perperam, nō quærit quæ sua sunt: mutuo se se hortantur, & socios ad Dei cultum quærunt. Qui lucem à Deo accepit, offerat eam sedentibus in tenebris, & vmbra mortis. Bona sæculi socios male patiuntur, diuisa enim minuuntur: bona cœlestia quo plures possident, eo sunt singulis gratiora. *Reuertamur ad Dominum.* vnusquisq; enim nostrum declinauerat in viam suam, omnes nos sicut oues errauerāmus, reuertamur ad ducem, & episcopum animarum nostrarum. Nec nos mala deterreant, quæ passi sumus, non enim hostis vulnera, sed patris verbera sunt. Ipse percussit, & sanabit. Ipse est medicus noster, ipse linteola vulneribus nostris inferet, vt putridas carnes comedant, & purulentias extrahant. De eo scriptum est: Euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde. Ipse Samaritanus, qui appropians homini à latronibus sauciato, alligauit vulnera eius.

Isa. 61.

Luc. 10.

46 Meditatio passionis Christi valde vtilis.

Viuificabit nos post duos dies. Per meditationem crucis, & passionis mirum in modum homines viuificantur, sicut per meditationem resurrectionis excitātur in spē resurgendi, & vt iam Deo viuant, & non sæculo. In passione caritas CHRISTI ardentissima cernitur, obedientia, patientia, humilitas, & denique omnium virtutum absolutissimum exemplar. Ibi vitia nostra agnoscimus, reporem damnamus, & ad pulcherrima opera mirabiliter inflammamur. Si volumus sacrificare Deo nostro cor contritum, & humiliatum, si volumus sacrificare sacrificium iustitiæ, & sperare in Domino, hos tres dies noctu, diuque meditemur. Viam trium dierum pergamus in solitudinem, recedamus à turba. Prohibebit Pharao, obstabit Diabolus, sed instat nihilominus sanctus Moyses: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro, ne forte accidat nobis pestis, aut gladius. Nam qui passionis Domini nostri obliuiscuntur, & horum trium dierum, sæpe peste libidinum, & vitiorum, gladioque erudelissimorum hostium, id est, tentationibus absumuntur. Augustinus serm. 90. de tempo: Non volebat princeps huius mundi exercitum Domini trium dierum sacramenta cognoscere: illa vtique sacramenta, de quibus propheta dixit: *Viuificabit nos post duos dies*, in die tertio suscitabit nos. Origenes homil. 5. in Exhod. * Hoc ergo erat triduum, ad quod festinabat Moyses, & contradicebat Pharao. Ille enim dicebat: Non eatis longius. Non permittebat Pharao ad locum signorum venire filios Israel, non permittebat eos in tantum proficere, vt possent tertij dici mysterijs perfrui. Audi enim prophetam, quid dicit: Resuscitabit nos Deus post biduum, & in die tertia resurgemus, & viuemus in conspectu eius, &c. Tertio die dicit Origenes filios Israel venisse in locum signorum, id est, in Etham: primo enim die venerunt in Rameses, secundo in Soccoth, tertio in Etham. Ibi enim traduntur signa, ibi primum dicitur: Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroq; tempore. Significat autem Etham, Immaculatus, seu perfectus ero, aut (vt ait Hieronymus in epistol. ad Fabiolam de quadraginta duabus mansionibus) fortitudinem, atque perfectionem, non (vt putauit Origenes.) Signa eis. Et per horum mysteriorum meditationem paulatim ita homines commouentur, vt in omnibus se religionis, & virtutum ceterarum operibus exerceant, & fortes, perfectique reddantur. Quare merito sequitur: *Et viuemus in conspectu eius, sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominum.*

47

Exhod. 13.

Exhod. 5.

Quasi diluculum præparatus est egressus eius. Qui ad CHRISTVM veniunt, tunc aperte sentiunt se omni tempore in tenebris fuisse, quo sine eo fuerant. Vident esse diluculum, quod animas illustret, cuius claritatem si admittant, cito erit eis Sol, experienturque ex parte quod est de tempore alio prædictum à sancto Malachia: Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ: vbi, scilicet plenius Dominum nouerint, & timuerint. Scriptum enim est: Iustorum semita quasi lux splendens, procedit, & crescit vsque ad perfectam diem. Via impiorum tenebrosa, nesciunt, vbi corruant. Et quemadmodū post noctem necesse est sequi auroram, ita qui CHRISTVM toto corde quæsierint, sine dubio inuenient, & optatæ lucis splendore perfruentur.

48 Christus diluculum animæ.

Mal. 4.

Prouer. 4.

Et Veniet quasi imber nobis. Satis hoc intelligit qui eū Dauide ex animo dicit: Expandi manus meas ad te, anima mea tanquam terra sine aqua tibi. Augustinus ibi:

Psal. 142. Deus imber animę

Universidad de Deusto Biblioteca

complue, inquit, me ad faciendum fructum bonum. Dominus enim dabit suauitatem, vt terra nostra det fructum suum. Anima mea, velut terra sine aqua tibi, non mihi, sed tibi. Sitire tibi possum, me irrigare non possum. Cito exaudi me Domine, complue me, ne sim puluis, quem proijcit ventus à facie terræ. Abundat mare, inundat, copiosum est, fluctuat, Gen. 1. sed amarum est. Discreta est aqua, apparuit arida anima mea, irriga eam, quia velut terra sine aqua tibi. His verbis vltimis, quæ ego postremo loco consulto posui, tametsi in Augustino postrema non sint, allu 49 dit sanctus pater, vt videmus ad illud Gene. 1. Congregentur aquæ, quæ sub cælo sunt, in locum vnum, & appareat arida: & hoc videtur dicere. Non desunt mihi aquæ sub cœlo, quibus anima mea irrigari posse videatur, sunt enim sub cœlo honores, opes, voluptates variæ. Sed hæ aquæ amaræ sunt, quamuis dulces initio videantur sitientibus, falsæ sunt, nõ fecunditatem animæ afferunt, sed sterilitatem. Ideo tu iussisti vt congregarentur in locũ vnũ, & ab anima mea recederent, ecce apparuit arida, & imbre tuo indiget, sine te germinare non potest.

Quid faciam tibi Ephraim. Non possumus aduersus Deum queri, semper de vtilitatibus nostris cogitat, cum ad eum surgimus diluculo, cum eum quærere incipimus, ostendit in cœlo nubem matutinam, quæ irrigationem ariditati animarum nostrarũ pollicetur, iuxta quod sanctus Propheta cecinit: Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam. Quam pluuiam? De qua alibi ait: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hęreditati tuæ. Quid inde? Quod paulo ante dicebam⁹ ex Augustino, quodque idem Dauid ait: Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. *Nec spes sola erat, rorem 50 mittere cœperat, quo internus concupiscentię calor refrigeraretur, & arida anima humectaretur. Sed nos has Dei misericordias peccatis nostris quasi magno aliquo calore consumimus, & euanescere sinimus.

Propter hoc dolaui in Prophetis. Pulchre admonentur sui officij concionatores, & episcopi, vt sciant se ferramentum Dei esse debere ad duros, & lapideos homines tundendos, & expoliendos, vt iuxta quod Ecclesia canit, Tunsionibus expoliti lapides suis coaptentur locis per manum artificis. Multi subtilia, aut pulchra, audituque iucunda dicere malunt, quam vtilia, & quæ peccantes mordeãt, nequaquam Samaritano, qui Christum significat, similes, qui vulneribus infudit vinum, & oleum. Si quid enim in deprauatos mores dicunt, molliti sunt sermones eorum super oleum, nec secare sciunt vnquam, aut vrere, sed leniter oleum infundere, qui fortasse non longe ab eo absunt, de quo Psal. 140. dictum est: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Non dolat per istos Dominus. Alij apti ad dolationem videtur: at ita teneri sunt, & ad feriendum timidi, vt non mallei ferrei videantur ad conterendum petras, sed pinei, aut potius vitrei. Atque vtinam tales essent hominum mores, vt semper leniter agendum esset, sed quid illis facias, qui lapidei sunt, & nisi ferro poliri, & cædi non possunt? Vide etiam necesse esse, vt ferramenti huius acies retundatur, ipsumque paulatim consumatur tundendo, & feriendo. Ne igitur querare, si laborandum sit, si valetudinem minui, si vires languescere videas, nec deficias, aut tibi molliter indulgeas. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multã fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesv. Imitare Paulum, qui ait: Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesv cum gloria cœlesti. 2. Timoth. 2. & alibi. Propter quod non deficimus: sed licet is, qui foris est, noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Lege quę sequuntur. 2. Cor. 4. & 5. & illud. Sed & si immolor supra sacrificiũ, & obsequium fidei vestræ, gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Philip. 2.

Quia misericordiã volui. Etsi in peccatis essemus, per opera misericordiæ possemus misericordiam impetrare, & ad pœnitentiam paulatim adduci, beati enim misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sed misericordię nostræ cito exarescunt quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Ideo manent peccata, nec delentur, mauult enim Deus misericordiã, quam sacrificium: & nos misericordiæ obliuiscimur tam erga alios, quam erga nos metipsos, & sacrificiorum multitudine quasi Deum vincere, & expugnare

Deus paratus ad benefaciendũ

Pſal. 146. Pſal. 67.

Pſal. 84.

Epiſcopi & Concionatores ferramẽta Dei

Conuertere totum ad loqui.

Pœna vitabilis data vitanda.

51 Miſericordia magis placet quam ſacrificium. Matth. 9.

2. Tim.

nitimur. Multi templa, & monasteria ædificant, vestes pretiosas, & ornamenta altarium magnifica offerunt, immo & sanctum, atque adorandum sacrificium pro se fieri sæpe iubent: de quibus interim illud capitis quinti rectissime dicitur: *In gregibus* suis, & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient, ablatus est ab eis. Quid ita? Non sunt præclara isthæc quæ commemorata sunt? Multum per omnem modum. Potest ne quicquam Deo gratius esse sacrificio corporis, & sanguinis vnigeniti filij sui? Nihil. Sed hæc quæ magna, & præclara sunt, tibi quidem magna, & præclara non erunt, si data opera in peccatis maneas, pœnitentiamque contemnas, & his vel sacrificijs, vel operibus solis Deum placandum putes. Vis hæc tibi maxime prodesse? conuertere ad Dominum in toto corde tuo, dele pœnitentia, & confessione, quæ commisisti, meliorem in posterum mentem indue. Aut si habes duritiam, & impœnitens cor, offerri iube salutarem hostiam, dona templis infer, sub ueni facultatibus tuis pauperibus, ieiuna, labora, vt Deus cor tuum emolliat, & ad pœnitentiam alliciat.

52 *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum.* Dum ea facimus, quæ in alijs diuina sententia damnauit, quid aliud quam eorum damnationem quærimus, quorum volumus esse socij iniquitatum? Si in nefandorum hominum ciuitate Lot commorari voluisset, num pœnas, & ignes eorum effugisset? In synagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet ira. Cum autem sanctos viros imitari instituimus, in eorum rempublicam, communionemque transimus, & promissionum eorum participes efficimur. Quare præclare nos Ecclesiasticus admonet: In partes vade sæculi sancti, cum viuis, & dantibus confessionem Deo. Non demoreris in errore impiorum, &c. Ita quoque Ecclesia sanctis se prioribus adiungit cum ait: Communicantes, & memoriam venerãtes in primis gloriosæ, semperque virginis Mariæ, &c.

Galaad ciuitas operantium idolum. Galaad tumulus testimonij est, quos ergo in Galaad significari putabimus, nisi qui in testimonium pacis, & fœderis positi sunt, id est, quos Deus magnis ingenij, & eruditionis doribus ornauit, aut potentia, aut sacerdotij, aut Ecclesiasticæ dignitatis honore insigniuit? * Tumulus dicuntur, quia sublimiores ceteris sunt, & quot habent dotes, & dona, quasi tot habere lapides videntur. Positi autem sunt vt verbo, & exemplo testimonium de Dei iustitia, & bonitate, & sapientia reddant, ne homines constitutos sibi fines prætergrediantur, & initum cum Deo fœdus violent sicut apostolis dictum est: Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. In monte hoc sita erat vrbs Galaad, &, vt à Domino didicimus, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Et quoniam in excelso loco positi sunt, latere non possunt, siue bene, siue male viuant. Atq; ita sicut vtiliores reipublicæ sunt, si boni sint, ita nihil illis nocentius, aut tetrius, si iustitiæ, & pietatis obliuiscantur. Vnde Gregorius homil. 17. in Euangel Nullum autem puto, fratres carissimi, ab alijs maius præiudicium, quam à sacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit, quando ipsi peccamus, qui compescere peccata debuimus, &c. Et quia sæpe fit, vt hi non solum idola colant, id est, honores, potestatem, voluptates, sed etiam suo exemplo quasi colenda ceteris proponãt, merito dicitur: *Galaad ciuitas operantium idolum.* Et quia tantum facinus sine debito supplicio diu non erit, merito sequitur: *Supplantata à sanguine.* Vindicabit enim Dominus sanguinem Iezrahel super domum Iehu, & sanguis animarum, quibus scandalo fuerunt, erit super eos, & super filios eorum. * Quid enim aliud fuisse videntur quam latrones sanguinem sitientes animarum? Et cum ipsi auctoritate, & potestate sua possent, & deberẽt alijs obstare, qui interficiebant pergẽtes de Sichem in Ierusalem, id est, de bonis operibus (ita enim interpretatus est Hieron.) ad perfectiorem viram, & ad verã Dei adorationem in spiritu, & veritate: adiuuerunt potius eorum iniquitatem, & participes impiorum consiliorum esse voluerunt.

In domo Israel vidi horrendum. Quantum in vtramque partem principum virorum exempla valeant, diximus capit. 1. num. 78. & 79. Atque ideo mirum est, cur prophetarem stupendam esse dicat, fornicantibus principibus contaminari populum?

Eruditi, & sacerdotes positi vt testimonium de Deo reddant. 53

Ecclo. 1.

Matth. 5.

Prauum exemplũ sublimiorum in Ecclesia quantum noceat.

Ecclo. 16.

Ecclo. 17.

54

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum illud potius esset admiratione dignissimum, si secus eueniret, cum semper cum suis principibus vulgus mutetur. Sed re vera merito miratur tantam esse hominum vel cœcitatem, vel amentiam, vt prudêtes, scientesque cõtra salutem suam imitari velint, quod detestandum esse non ignorant, & sempiternarum calamitatum causam futuram verentur. * Quis tam amens est, vt in aperta, & certa pericula ruat, quod alios videat temere ruentes, ac non potius illorum furorem vel compescat si possit, vel, si non possit, misereatur, & doleat? Quid isti exemplo suo faciunt? Probare videntur id quod faciunt, & quasi docere malum non esse, quod malum putabatur. Ego vero non probare videri, aut quasi docere volo, sed aperte laudare, quæ mala sunt, & in cœlum tollere, clamareque errare omnes toto cœlo, qui non ita viuant, vt ipsi. Quid tum? Quod ego album esse video, nigrũ ne ideo existimare debeo, quod cœci, aut lippi nigrum esse contendant? Ridebo potius eorum cœcitatem, & illis oculos, ac mentem bonam precabor. Si rectam viam noui optime, quæ me ducat, quo volo, quid mihi obrit clamor insanorum, qui alteram mihi, penitusq; illi aduersam demõstrent? * Quod si autoritate duceris, & numero, isti dicunt honores esse omni ratione quærendos, iniurias vlciscendas, voluptates sectandas: at apostoli docuerunt hæc esse fugienda, martyres innumeri pro hac veritate certantes vitam amiserunt, infinitus prope sanctorum, doctissimorumque virorum numerus illa Diaboli, carnisque commenta damnarunt, denique CHRISTVS hoc docuit. Quid refert, si aliter perditi, & in perditionem mittentes iudicent? Quis cœcorum iudicium de coloribus, ebriorum de veritate quærat? Habes certam operum tuorũ normam legem Dei, ad hanc omnia exige, quicquid ab hac deuiat, prauum, distortũque censeto. Quod si quis ita hebes sit, vt legem Dei ignoret, certe penes se legem habet non scriptam, sed natam, quam non ab alijs discere, sed in seipso audire satis sit. Hãc consulat, videbitque vehemẽter desipere, quos ante sapere iudicabat.

Cœcitas magna malos imitantium.

55

56

57

Labor malorum inanis. Psal. 12.

Sed & Iuda pone messem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei. Cum te conuertero ad me, & factum in te fuerit illud magnæ felicitatis elogium: Super aquas refectionis educauit me, animam meã conuertit: tunc metes, tunc laborum fructus percipies, tũc habebis quod in horrea recondas. Nunc aras, & totus sudore diffluis, longique perit (vt ille ait) labor irritus anni, mandasti arenæ semina, vt est in prouerbio. Aut si non ita est, vide quid respondeas Paulo roganti: Quem ergo fructũ habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Quasi dicat: Non de fine istorum operum rogo, id est, quem tandem exitum habeant, qui ita viuũt. Scio enim æternam mortem illis seruari. Nec quæro quid nunc post feruorem voluptatum sentiatis, scio enim pudere vos, quod talibus, tam fœdis, tamque momentaneis voluptatibus seruieritis. Illud rogo, quem tunc fructum habueritis tantorum laborum, quum maxime voti compotes videbamini? Argue, si potes, falsi sanctum Haggæum, qui ait: Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, & intulistis parum, comedistis, & non estis satiati, bibistis, & non estis inebriati, operuistis vos, & non estis calefacti, & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Audiamus Hoseam nostrum: Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ. Conuertere ergo ô Iuda, & tunc pones messem tibi, captiuus metere tibi non potes.

Rom.

Hagg.

Hos.

CAP. VII.

VM sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia Samariæ quia operati sunt mendacium, & fur ingressus est spolians, latrunculus foris. Et ne forte dicant in cordibus suis omnẽ malitiam eorũ me recordatũ: nunc circundederunt eos adinuentiones suæ, coram facie mea factæ sunt. In malitia sua lætificauerunt regẽ: & in mendacijs suis principes. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente: quieuit paululum ciuitas à commixtione fermẽti, donec fermentaretur totũ. Dies regis nostri

gis nostri, cœperunt principes furere a vino: extendit manum suam cum illusoribus. Quia applicauerũt quasi clibanum cor suum, cũ insidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flamæ. Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuonauerunt iudices suos: omnes reges eorum ceciderunt, non est qui clamet in eis ad me. Ephraim in populis ipse commiscebatur. Ephraim factus est subcinericius panis, qui nõ reuersatur. Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius: nec reuersi sunt ad Dominũ Deum suũ, & non quæsierunt eum in omnibus his. Et factus est Ephraim quasi colũba seducta, non habens cor: Aegyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expãdam super eos rete meũ: quasi volucrem cœli detraham eos, cædã eos secundum auditionẽ cœtus eorum. Væ eis, quoniã recesserunt à me: vastabũtur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Et non clamauerũt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis: super triticũ & vinum ruminabant, recesserũt à me. Et ego erudiui eos, & cõfortaui brachia eorũ: et in me cogitauerunt malitiã. Reuersi sunt, vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorũ à furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in terra Aegypti.

HISTORIA.

Cum sanare vellem Israel. Significat, quam merito eis irascatur, & misericordiam deneget, Cum darem operam, inquit, vt sanaretur populus meus à prioribus idololatrijs, subito exitit Ieroboham de tribu Ephraim, qui vitulos aureos faceret, & eũ vniuersa Samaria secuta est, & omnes operati sunt mendacium, id est, idola illa coluerunt, vt interpretatur Hieronymus. Possumus etiam interpretari, Recesserunt ab officio. Veritas enim, & mendacium vt in verbis, ita etiam in factis inuenitur. Veritas dicitur cum quisque facit quod, debet pro statu, & pro persona, quam gerit, id est, cum id præstat opere, quod eius vel status, vel persona pollicetur, hæc enim dicitur veritas, vt Iohan. 8. Ille homicida erat ab initio, & in veritate nõ stetit, id est, nõ fecit quod angelo dignũ erat, quod facere debuit qui tot donis præditus, & condecoratus à me fuerat. Ideo nos admonet Apostol⁹ Eph. 4. veritatem autem facientes per omnia crescamus in ipso. E contrario mendacium facit, qui ab officio recedit, & à debito ac decoro personæ suæ, vt si sacerdos, aut episcopus vitam degant turpem, & vitijs deditã, ordinique ipsorum minime respondẽtem. Ierem. 8. A propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium, & ibidem: Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. 1

Veritas, & mẽdacium in factis.

Et fur ingressus est spolians, latrunculus foris. Hoc est. Ex eo tempore patent prædæ, & incursionibus hostium, in magna tranquillitate victuri, si me non reliquissent. Fures enim, & latrunculos hostes assidue eorum fines populantes vocat, vt Ruffinus, Theodoretus, Theophylactusque interpretãtur. Sed quoniam latrunculum foris venire dicit, intelligere videtur furem non alienum, aut foris veniẽtem, sed domesticum, vt sensus sit, Ex eo tempore omnia sunt apud eos furtis plena, mutuis se se furtis expoliant, & præter hęc ab hostibus crebro venientibus diripiuntur, גדוד, pro quo hic Hieronymus vertit: Latrunculus, proprie militem expeditum significat, qui celeriter latrocinatur, prædaque capta recedit. 4. Reg. 24. Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum, & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorum Ammon, immisitque eos in Iudam, vt disperderent eum iuxta verbũ Domini. Et 2

Latro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ibidem cap.6.Et vltra non venerunt latrones Syriæ in Israel.Quos in his locis omnibus,&.4.Reg.13 & Iob.29. Lxx. Semper vocant μονοζώνους μονοζώνοι; Ij sunt (aurore Suida) qui bello excellunt,& zona eximia à cæteris differunt, vel qui sub duce non sunt, sed sicut latrones grassantur. Sed & latronis nomen aptum est, vt enim scribit Varro libro sexto de lingua Latina Veteres latrones milites vocabant. Et Sextus Pompeius libro. 10. latrones eos antiqui dicebant, qui conducti militabant, ἀπὸ τῆς λατρείας, id est, à seruiendo.Plautus in Milite videtur tempus esse,vt eamus ad forum, vt in tabulis, mihi quos consigniauí hîc heri latronibus, denumerem stipendium.

3 *Et ne forte dicant in cordibus suis.* Ne dicant intra se me veterum peccatorum recordari; tantum ob ea, quæ ante paucos annos fecerunt, illos puniam, coram facie enim mea factæ sunt iniquitates eorum, id est, in conspectum meum venerunt, & coram me clamant, vt vindictam sumam, cum enim peccata parua, paucave sunt, dissimulat Deus quasi non videat, sed cum numero, aut magnitudine creuerunt, tunc iam videre ea dicitur, quia punire decreuit. Itaque perinde est ac si dicerent, Coram facie mea sunt, recte illas video. Hebræ. Coram facie mea פָּנַי, id est fuerunt. Adinuentiones autem vocat cogitationes,& studia eorum.

Quando videre dicatur Deus peccata.

In malitia sua lætificauerunt regem. Maluerunt regi suo Ieroboham gratificari, quam mihi simul atque eos ad colendos aureos vitulos vocauit, assensi sunt, & malitia sua, id est, peccatis suis, siue (vt vertit Chaldæus) vanitatibus suis lætificauerunt regem, & principes, qui cum eo erant lætificauerunt mendacijs suis, id est, tam mendacio verborum, & adulationibus, cum execrari potius eorum impietatem debuissent quam mendacio factorum recedendo à veritate,& à pietate,qua Deum colere par erat.

4 *Omnes adulterantes,quasi clibanus succensus a coquente.* Enarrat quæ tempore Ieroboham gesta sunt, cum ad vitulos adorandos populum exhortatus est, celeriterque exhortanti omnes acquieuerunt. Ita enim & postea ceteris regibus paruerunt, & eorum idola coluerunt. Explicat autem verbis fortibus, & mire rem exprimentibus qua auiditate ad cultum idolorum transierint. Sumit ab adulteris similitudinem, qui libidine ardent, quasi clibanus à coquente succensus. Omnes inquit, de adulterio cogitabant, & à me ad idola transire moliebantur, flagrabantque cupiditate idola colendi, sicut ardet clibanus succensus à coquente, succenderat eos Ieroboham. Ita Hieronymus & Cyrilus. Sed addit Cyrillus traditum esse ab Hebræis, Ieroboham occulte quosdam subornasse, qui populo persuaderent expedire vt vituli erigerentur, idque vt à rege peterent. Quod cum populo minime displicuisset, congregauit eos rex, & cultum vaccarum indixit, quem illi prospera regi acclamantes,lætique susceperunt.

Quiescit paululum cuncta. Altera metaphora vritur, vt docet Cyrillus. Farinæ subactæ solet paululum fermenti admisceri, quod tametsi parum est, paulatim totam farinam, & massam penetrat, & inficit. Quomodo dixit Apost.Gal.5 Modicũ Fermentum totam massam corrumpit? Ideo in malam partem aliquando fermentum accipitur, vt in his verbis videmus, &.1. Cor.5.Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, vt sitis noua conspersio. Ita Ieroboham cœperat populum fermentare, & corrumpere per intimos suos, deinde quieuit paulum, ne cogere videretur, aut nimium instare, sed illud fermentum paulatim totum populum corrupit, & omnes promptissimis animis regi paruerunt. Commistionem autem vocat fermentationem, id est, mistionem fermenti cum farina. In Hebræo est. Quieuit à ciuitate à commistione, id est, Quieuit rex à deprauatione ciuitatis, & idem est sensus Quieuit ciuitas,rege videlicet tacente,& voluntatem suam dissimulante.

Dies regis nostri, cœperunt principes furere a vino. Hieronymus: Obscurus locus, & attento lectoris sensu indigens, &c. Postquam populus vniuersus fermentatus est, vltro assensus est regi, & ad idololatriam exhortanti annuens acclamauit: Hic est dies festus Ieroboham regis nostri, quem ipse nobis cõstituit, vt in eo lætemur,& vitulos aureos adoremus. Principes autem Ieroboã hoc audientes cœperunt quasi ebrij insanire,& ad idola currere excitati, & lætificati (vt superius dixit) prompta illa populi acclamatione. Itaque furere à vino significat furere quasi à vino, sæpe enim notæ similitudinis. Quasi, Sicut,&c. omittuntur iuxta phrasin Hebræorum. Et cum ait: Dies regis nostri, mimesis est, id est imitatio verborum populi, quam sæpe vsurpat scriptura tacito eius nomine, cuius verba sunt, vt Psalm 2. Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorũ, & in libro Ecclesiastæ sæpe.

Mimesis.

7 *Extendit manum suam cum illusoribus.* Rex cum & populi fauorem, & principum apertam voluntatem cerneret, extendit manum suam cum illis, id est, libenter facere cœpit quod ipsi faciebant, id enim significat manum mittere ad aliquid, incipere opus illud. Vt Prou.vlti. Manum suam misit ad fortia. Act. 12. Misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia. Illusor autem vsitatum in scriptura vocabulum, nec passim omnibus notum est, & multo quam videtur, fortiorem habet significationem cum pro לֵץ ponitur. Significat enim hæc vox apud Hebræos superbum, & nullius monitis acquiescentem, atque ita deprauatum, vt quasi pestis quædam omnes inficiat. Vt Psal. 1. Et in cathedra pestilentiæ nõ sedit, in Hebræo est, In cathedra לֵצִים. Lxx eleganter, In cathedra λοιμῶν, id est pestium, hoc est, hominum pestilentissimorum. De his dicitur Prou.3. Abominatio Domini est omnis illusor.&.2.Pe.3. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, quorum mores, quales diximus, ibi describit, & Iudas eisdem fere verbis in sua epistola. * Et quia multiplex malitia hoc nomine includitur, quæ vno vocabulo exprimi non possit, Lxx varijs pro tempore, & pro loco interpretati sunt, ex quibus plene tota eius vis innotescat, vt Prou. 20. ἀκόλαστον οἶνος. Hieronymus. Luxuriosa res vinum, id est, vinum res est indomita, superba, nemini parens, temeraria. Interdum Malos vertunt, id est, κακούς. Quid sit vero κακόν, ex Cic.in 4. Tusc.discimus. Virtutis contraria est vitiositas, sic enim malo quam malitiam appellare, quam Græci κακίαν appellant: nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omnium. Cum ergo κακόν vertunt Lxx, omni vitiorum genere contaminatos intelligere debemus. Hieronymus ibi: Qui erudit derisorem. Interdum vertunt ὑπερήφανος, id est, superbos, vt Prou. 3. vbi nos habemus, Ipse deludet illusores. Quos imitati Petrus.1.epist. capit. 5. & Iacobus capit. 4. aiunt: Deus superbis resistit, & ex his videmus de quibus superbis loquantur. In nostro autem Proheta legimus לֵצִים, quod idem est,& ab eadem radice, & Hieronymus more suo vertit, Cum illusoribus, Lxx. vero μετὰ λοιμῶν, id est, cum pestibus, vt in Psalm.1. verterant. Meritoque nequissimos principes Ieroboham regis appellauit pestes, per quos populus corruptus, & infectus est. Irrisores autem, siue illusores dicuntur, quod superbissimi sint, & omnes præ se irrideant, nullique pareant, sed quidquid libet sequantur.

Locus Psalm.1. Cathedra pestilentiæ.

Manum extendere.

Illusor.

8

Quia applicauerunt quasi clibanum cor suum. Quia, more Hebræorum ornatus tantum causa ponitur, vt iterum capit.10. dicemus, itaque nulla causa redditur, sed perinde est ac si diceret. Applicauerunt, &c. id est, Populus vniuersus, cum ei rex eius insidiaretur, certamque pestem meditaretur à vera religione eum abducens ad idololatriam, tamen se facilem, benevolumque præbuit, & prudens, ac sciens seduci voluit. Quod siquis, Quia, causam indicare velit, non multum repugnabo. Recte enim conuenit: Rex extendit manum suam cum illusoribus, quia vidit populi voluntatem libenter se decipi patientis.

9 Quia redunt more Hebræorũ.

Tota nocte dormiuit coquens eos. Cum primum Ieroboham nefaria consilia in animo versabat, metuebat ne aut vituli aurei illis non placerent, aut ad Roboham regem Iuda reuerti mallent. Sed postquam vidit eos vltro applicare cor suum, quasi clibanum succendendum, coxit eos, id est, magis magisque succendit, & abiecto illo metu quieuit, & tota nocte dormiuit, id est, omnino quieto, & imperturbato animo fuit, quali sunt qui tota nocte dormiunt. Nam qui timore, & cura solicitantur, sero admodum dormire possunt. Quale est illud:

Tota nocte dormit.

Cum pater in vitia, gelidique sub atheris axe
Æneas tristi turbatus pectora bello
Procubuit, seramque dedit per membra quietem.

3.Æneidos

Et Dauid Psalm. 131. cum se minime quieturum diceret, donec templum Deo ædificaretur, ait: Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ, & requiẽ, temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Cõtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

pax magna anima, & securitas ita ostendi-
tur: In pace in id ipsum dormiam, & requie-
scam, quoniam tu Domine, singulariter in
spe constituisti me. Prouerb. 3. Quiescens, &
suauis erit somnus tuus.

Manet ipse succensus quasi ignis flammæ. Post
hæc, id est, hac securitate animatus, & auda-
cior factus Ieroboham manifeste insaniã,
& cupiditatem suam prodidit, sicut se pro-
dit ignis, cum surgit in flammam, & quod
cogitauerat præstitit, vitulosq; aureos erexit, & adorauit.

Omnes calefacti sunt quasi clibanus. Illo regis exemplo multo magis populares succe-
ssi sunt in insaniam idolorum.

Et deuorauerunt iudices suos. Ita vehemen-
ter insanierunt, vt post hæc omnes iudices,
suos, id est, omnes principes viros, & magi-
stratus meliora cogitantes, & ad Deum re-
uerti volentes in sententiam suam pertra-
xerint. Quod magis explicat cum addit:
Omnes reges eorum ceciderunt (videli-
cet in eamdem idololatriam, siue in eam-
dem foueam,) non est, qui clamet in eis ad
me, qui me inuocet, omnes idola inuocãt.
Sed cur pro Pertraxerunt in sententiam
suam, dixit deuorauerunt? Hieronymus
ita intellexit, Fecerunt vt à scelere deuora-
rentur. Cyrillus vero videtur omnino ad
ignem referre, vt sit sensus, Ipsi succensi, &
quasi ignis ardentes combusserunt iudices
suos, omnes, inquit, hoc pestifero igne ar-
serunt. Proprium enim ignis est quæcum-
que occurrunt deuorare, & in se conuer-
tere.

Tota hæc expositio ab initio cap. & ve-
terum Hebræorum est, & Hieronymi, &
Cyrilli, Theophylacti, Theodoreti, Ruffi-
ni, & Ruperti, vtriusque glossæ, & Lyrani, &
fere recentiorum, quod ad eius substantiã
attinet, nempe loqui prophetam de rege
Ieroboham, & de nefario eius consilio, quo
populum ab aurea religione ad vitulos au-
reos traduxit, & hac insana idolorum cupi-
ditate succendit.

ALLEGORIA.

Cum verus medicus Dominus IESVS,
de quo dictum erat capit. 6. Ipse percutiet,
& sanabit nos, sanare vellet populum suum
Israel, ad quem fuerat missus, (non enim
venit, nisi ad oues quæ perierunt domus
Israel,) *reuelata est iniquitas Ephraim*, id est,
pontificum, & Pharisæorum, & malitia Sa-
mariæ, populi, scilicet, illius qui dixerat:
Quæ nobis pars in Dauid (hoc est in Chri-
sto hoc) vel quæ hæreditas in filio Isai? Nec
dixit tortam esse tunc iniquitatem, sed re-
uelatam esse, latebat eorum superbia, & vi-
tiositas: Cum à CHRISTO increparetur
vt corrigeretur, tunc reuelata est, ita vt vel
Pilatus ipse cognosceret præ inuidia eos
insurrexisse in innocentem. Non placebat
turpissimis hominibus pœnitentiæ magi-
ster, nec doctor veritatis mendacibus. Ce-
perunt acerbis odijs, calumnijsque insecta-
ri medicum suum, & præsentem veritatem
negantes operatores mendacij facti sunt.
Ideo fur ingressus est spolians: habebant enim
in ipsa ciuitate seditiosos illos, de quibus
multa Iosephus lib. 5. de bello Iudaic. capit.
1. & 2. & lib. 6. capit. 1. & lib. 7. cap. 14. Qui
eam spoliauerunt, & perdiderunt, & fortis
venit exercitus Romanorum, qui solo tan-
dem æquauit. De quo latrone eodem mo-
do dictum accipimus Ierem. 18. Adduces
enim super eos latronem repente, quia fo-
derunt foueam, vt caperent me, & ante se-
ditiosos habebat populus Pharisæos, & sa-
cerdotes, qui deuorabant domos viduarũ,
& templo, aut sibi potius offerri iubebant
à filijs ea, quorum ope leuanda erat egestas,
& senectus parẽtum. * Nec repetere opus
est antiqua eorum peccata, qui semper Spi-
ritui sancto restiterunt, & occiderunt eos,
qui prænuntiabant aduentum iusti: tot, &
tam grauia CHRISTO ipso cernente ad-
miserunt, vt vetera possint dari obliuioni.
Hæc maxime ob oculos Dei posita erant,
& eius iustitiam ad vindictam prouocabãt,
quæ in ipsum dominum prophetarum im-
pie gessere. *Circumdederunt eos aduersantes*
suæ, & cogitationes illæ. Quid facimus, quia
hic homo multa signa facit? Si dimittimus
eum sic, omnes credent in eum, & venient
Romani, & tollent locum nostrum, & gen
tem, & iterum: Videtis, quia nihil profici-
mus. Ecce mundus totus post eum abijt.
In malitia sua, persequendo seruatorem, &
quærendo occidere, *Lætificauerunt regem.*
Quem regem, nisi cui illi maxime seruire
voluerunt, id est, diabolum? Nec mirum est
si hoc dicamus, cum ipse præ sit: A quo enim
quis superatus est, huius & seruus est: & re-
cte dici possit eorum rex, qui pater dicitur.
vos (inquit CHRISTVS) ex patre diabolo
estis. Denique Iob ait: Ipse est rex super vni-
uersos filios superbiæ. * Et sicut diabolum

lætificauerunt malitia sua, ita mendacijs, &
adulationibus suis lætificauerũt principes
sacerdotũ, & Pharisæos. Nam fuisse etiam
in turba Iudæorum multos, qui Domino
detraherent, & male vellent, illud indicat
Iohan. 7. Et murmur multum erat in turba
de eo: quidam enim dicebant, Quia bonus
est, alij autem, Non, sed seducit turbas. Et
paulo post: Quid me quæritis interficere?
Respondit turba, & dixit: Dæmonium ha-
bes, quis te quærit interficere, & postea,
Quærebant ergo eum apprehẽdere, & ne-
mo misit in illum manus, quia nondum ve
nerat hora eius. Omnes erant *adulterantes,*
& quasi clibanus succensus à diabolo coquen-
te, & intus acutis stimulis ad facinus nefa-
rium incitante. *Quieuit paululum ciuitas à cõ-*
mistione fermenti, principio enim Pharisæos,
& sacerdotes non ita vehementer diabolus
ad necem CHRISTI commouebat, *donec*
fermentaretur totum. id est, donec magna
pars populi opera potentiorum in odium
CHRISTI verteretur, & principibus ma-
gis assentiretur. Inde legimus sæpe voluisse
eos apprehendere Dominum, sed timuisse
plebem, aut turbam, non dum, scilicet, erat
fermentatum totũ. * Sed vbi magna popu
li pars studium suum declarauit in pontifi-
ces, & Pharisæos, & non tam vocibus, quam
re ipsa cœpit diaboli monitis acquiescere,
& illi se subdere, tunc principes cœperunt
furere quasi vino, & lætari, & cogitauerunt
vt interficerent eum pleno, deliberatoque
consilio. Tunc diabolus iuuare vehemẽtius
cœpit consilium illorum principum illuso-
rum, corruptorumque populi. Nam popu-
lus idem magis odium suũ in CHRISTVM,
& beneuolentiam in põtifices in horas de-
clarabat, & insidianti diabolo se facilem, pa
rentemque præbebat. Igitur diabolus, qui
nonnihil ante metuebat, cœpit securus
esse, & magis eos incendere, donec tãdem
apertissime malitiam suam prodidit, & eo
rem produxit, vt sicut scribit Iohan. cap. 11.
mandatum darent pontifices, & Pharisæi,
vt si quis cognouerit vbi sit IESVS, indicet,
vt apprehendant eum. Cum autem popu-
lus esset calefactus, & ita hac insana cupidi
tate succensus, *deuorauit iudices suos*, id est,
confirmauit in scelere principes suos, & si
qui forte erant ex iudicibus, aut sacerdoti
bus minus male in CHRISTVM affecti, pe
nitus in suam pertraxit sententiam. Adeo
vt qui postea consecuti sunt principes, & re
ges, vt Herodes, & Agrippa omnes in eam-
dem malitiam ceciderint, & in eãdem infi-
delitatem, nec tot miraculis postea cõuersi
fuerint ad CHRISTVM inuocandum.

TROPOLOGIA.

Cum sanare vellem Israel. Quod Dominus
queritur, sæpe fieri videmus. Diabolus va-
rijs morbis, id est, varijs peccatis sanitatem
populi Dei inuadit, ægrotare illum, ac peri-
re cupiens: & cum Deus sanare vult per sa-
lutares conciones, per studium pœnitẽtiæ,
& bonorum operum, per vsum sacramen-
torum: *reuelatur iniquitas Ephraim*, existit im-
pius rex Ieroboham, qui vitulos aureos co-
lere suadeat. Consurgit in medicinam Dei
diabolus, cõmouet principes, *reuelatur ma-*
litia Samariæ, id est, multorum, qui legem
Dei tenere se dicunt, & semen sanctum, id
est, Christianos se esse gloriantur, & tamen
vitulos aureos adorant, hoc est, primos ho-
nores, diuitias, voluptates, turpẽ, mollemq;
vitam. Ita multi hæretici prodierũt, & syn-
ceritatem fidei vrbium, ac prouinciarum
contaminauerunt operantes mendacium,
& dictis, factisque mentientes. Sed & in ec-
clesia quam multa dicuntur à quibusdam
in maximum diuinæ bonitatis medicamẽ-
tum, id est, in vsum frequentem sacramen-
torum? Quid est homo, aut quæ eius firmi-
tas, si diuinæ virtutis expers sit: aut quomo-
do eius melius particeps erit, quam si sæpe,
sancteque sacramentorum particeps sit? Si
qui audacius, atque indignius accedãt, cor-
ripiantur sane, sed homines, non sacramen
ta; ne Deo sanare volente Israel reueletur
iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ. Ita
enim hominibus diuina virtute destitutis
ingredietur *fur spolians*, id est, domestica vi
tia tacite irrepent, gula, libido, auaritia, am-
bitio, superbia & animam spoliabunt, *Et la-*
trunculus foris, id est, ea etiam quæ non tam
domestica esse, quam extrinsecus aduenire
videntur, vt odia, inimicitiæ, contentio-
nes, inuidiæ, scandala, homicidia.

Et ne forte dicant, &c. Infelix anima, quæ
vetera peccata nouis quotidie cumulat; &
cum priora pœnitentia tegere deberet, vt
beatitudinem illã assequeretur: Beati quo-
rum remissæ sunt iniquitates, & quorum
tecta sunt peccata: Beatus vir, cui non im-
putauit Dominus peccatum: ita posterio-
ribus detegit, vt Dei oculis diu dissimulan-
tis non solum pateant, sed iram etiam pro-

Diabolus per suos im pedire co natur me dicinam Dei.

Vsus fre quẽs Sacra mentorum à multis intus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ionæ.1.

uocent, & clament quasi sanguis Habelis. Ira de Niniue, inquit, Quia ascendit malitia eius coram me.

In malitia sua lætificauerunt regem. Indignum plane facinus, vt regibus, aut principibus placeas, Deo displicere velle, qui rex regum est, & Dominus dominantiũ. Quare merito sequitur: *Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente.* De quo Origenes homi. 5. in Leuiticum: Cor hominis, inquit, clibanus est. Istud autem cor si vitia succenderint, vel libido inflammauerit, nõ coquet, sed exuret. Si vero ille id succenderit, qui dixit: Ignem veni mittere in terrã, panem scripturarum diuinarum, & sermonum Dei, quos in corde suscipio, non exuro ad perditionem, sed coquo ad sacrificium, &c. * Præterea, cor malum recte dicitur clibanus à coquente succensus, sicut enim clibanus à coquente succenditur, ignisque è clibano nõ egreditur, sed intra ipsum voluitur, eumque omni ex parte calefacit, & denigrat: ita carnale cor igne malarum cogitationũ, & cupiditatibus Diabolus incẽdit, & intus ignis ille voluitur, & ad impietatis opera illud præparat, ac deturpat, & propter ardorem diuinę indignationi, vindictæq; exponit, de qua Psalm. 7. scriptum est: Arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardẽtibus effecit. Quam vero fœdum, quam atrum, quam Deo ingratum est cor, quod huiusmodi succensio denigrauit? Denigrata est (inquit) super carbones facies eorum, & nõ sunt cogniti in plateis. In plateas multitudo hominum conuenit, ibi à nemine sunt cogniti, tanta est vitæ, morumque in peius mutatio, ita peccatum deprauauit naturam, vt alteri esse videantur. Quid mirũ, si in tãta mutatione dicat Deus: Numquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi filij Israel? Eratis filij Israel, filij sancti patriarchę, nũc vt filij Æthiopum estis, dedi vobis nobilitatem sanctorum, vos vitio vestro degeneraſtis in Æthiopes, & quoniam ita mutati sunt, nec CHRISTVS agnoscere eos vult. Tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem.

17 Cor malũ Clibanus succensus dicitur.

Pectatores nigri. Thren. 4.

Hamos. 9.

Matth. 7.

18 Diabolus paulatim tentans.

Quieuit paulum ciuitas à commistione fermenti. Antiqui tentatoris aperit artes. Incipit sinceritatem animæ fermento malitiæ suæ corrumpere, id est, tentatione, quæ nõ magni facienda primò videtur, deinde quiescit paululum ab anima illa, ne nimis violẽtus, ne nimis vrgere videatur, ne medicamentum quasi graui morbo quæratur, ne anima timidior prospiciens sibi occasionibus peccati se subtrahat. Sed quamdiu hoc? Donec fermentetur totum, donec lues illa neglecta, & illud venenum sensim se se per animã diffundat, & totam occupet, iamq; cogitationes illas blande admittat, & manus victa det, ac tandem sine metu, & sine dolore clamet, *Dies regis nostri.* Hoc est, Dies festus est, adolescentiæ tempus est, hilarem vitam agere licet, morem geramus Diabolo, adolescẽtiæ, cupiditati: Tuũc principes ministri Diaboli, qui eius perniciem quærebant, exultant, & furunt quasi ebrij, quasi victores capta præda, & in maiora peccata eam alliciũt, adiuuat hos illusores Diabolus, quoniam videt infelicem animam nec timere, nec agnoscere insidias, sed sequi eos, quasi bouem ductum ad victimã, & quasi agnum lasciuientem. *Tota nocte dormit* securus, nec timet iam recessuram, quã videt æstuare cupiditatibus, & succẽdi, malitiamque suam in apertum profert, & in grauiora in dies peccata, atque in miserrimam obstinationem præcipitat. Atque ita ardet, vt quasi ignis quæcumque inuenit deuoret, & in sui similitudinem transferat, adeo vt nec iudices suos verearur aggredi, id est, viros bonos, quos veteri solebat, & duces aliorum inficiat. Iudices voco viros spirituales, de quibus Apostolus: Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Reges autem, qui regnum animæ suæ tenebant, & prauis cupiditatibus imperabant, quos interdum ita huiusmodi pestes corrumpunt, vt veteri sua dignitate decidant, & viles peccando fiant, & non sit in eis qui clamet ad Dominum.

HISTORIA.

Ephraim in populis ipse commiscebatur. Factus est sicut ceteri populi, quibuscum amicitiam inierat, & qui Dominum non cognoscebant. Imitabatur eorum mores, & idololatriam. Psalm. 105. Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.

Ephraim facta est subcineritius panis. Hieronymus: Hoc est, non agit pœnitentiam. Comederunt Assyrij atque Chaldæi fortitudinem eius, & quidquid virium habere poterat, deuorauerunt. Tantæque vecordiæ fuit, vt deuoratum se esse nesciret, aut certe ignoraret causam, propter quam fuisset deuorantibus traditus. Denique vsque ad senectutem, id est, vsque ad vltimam captiuitatem in cœpto errore permansit, &c. Itaque Hieronymus: *Qui non reuertatur*, explanat, Non agit pœnitentiam, non mutatur, quod etiã placuit Lyrano. Sed ita quoque intelligendum est, Paulatim, & quasi insensibiliter exurebatur, & cõsumebatur, sicut panis, qui non mutatur, nec voluitur. Ita Cyrillus, Theophylactus, Theodoretus, & Chaldæus, cuius hæc verba sunt: Similis est domus Ephraim subcineritio pani, qui antequam versetur, comeditur, siue absumitur. Diripuerunt populi substantias eorum, & ipsi non norunt formidare à facie mea. Infirmitas etiãnum assecura est eos, & non intelligunt. Alienos autem vocat Assyrios, qui eius vires, & potentiam paulatim consumebant. *Et ipse nescivit*, id est, Non considerabat, non attendebat.

Sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit, id est. Iam captiuitati proximus est, vt homo plenus canis morti, iuxta illud Hebr. 8. Quod antiquatur, & senescit, prope interitum est: & tamen nec videt hoc, nec sentit.

21 *Et humiliabitur superbia Israel.* Hæc iam ex posuimus cap. 5. nu. 11. eadem enim verba sunt in vtroque loco tam in Hebr. quam apud Lxx. Quod autem ibi dixit: Et respõdebit; hic autem, Et humiliabitur, non est quod nos moretur, nam verbum Heb. עָנָה, vtrumque significat, & vtraque significatio vtrique loco conuenit. Vnde & Hieronymus ibi in commentario exposuit, Humiliabitur.

Nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum. Cum tanta mala instarent, nũquam reuersi sunt ad Deum, ita enim possent liberari.

ALLEGORIA.

Ephraim, populus qui recessit à domo Dauid, id est, Iudæi à Christo recedentes, *commiscebatur inter gentes*, mores gentium didicerunt, & se totos auaritiæ, atque ambitioni dediderunt, vt gentes quæ ignorant Deum. Atque ideo *factus est quasi subcineritius panis*, totus cinere opertus, id est, curis rerum sæcularium, & igne inuidiæ, & malenolentiæ. Noluit versari, noluit ad pœnitentiam verti, sicut hodie quoque minime reuertatur. Ita igne illo paulatim exuri, cõsumiq; cœpit, vt & penitus excœcatus sit, & alieni, id est, Romani consumpserint robur eius, quotidie enim infirmior erat, & pauperior, deuorabatur à Romanis præsidibus, & militibus, & nesciebat se scelere suo mala illa pati, quod Dominum gloriæ crucifixisset. *Effundebantur super eum cani* appropinquabat extrema captiuitas, & vastitas, nec tamen attendebat. Humilianda erat eius superbia, & extremo supplicio puniẽda, vt prædictum à Domino fuerat, nec vnquam ad Deum reuerti voluit, vt fugeret venturam iram, sed in odio CHRISTI, & execrabili sua incredulitate pertinaciter hærebat.

TROPOLOGIA.

Populus Dei non miscetur cum populis, solus habitat ne alienigenarum moribus corrumpatur. Sicut Num. 23. scriptum est: Populus solus habitabit, & inter gentes nõ reputabitur. Et Moyses, inquit, in benedictionibus: Habitabit Israel confidenter, & solus, & quamuis vitari non possit quin cor pore habitet inter gentes, id est, inter homines more gentium viuentes, (alioqui oportebat eum de hoc mundo exire, vt ait Apostolus,) & inter ciues Babylonis versentur quoque ciues Ierusalem; tamen plurimum studijs differunt, & magna est voluntatum separatio. Semper enim vocem illam clamantem audiunt: O, ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus, & iterum: O Sion fuge, quæ habitas apud filiã Babylonis. Quare iure nunc reprehenditur Ephraim, quod commistus sit inter populos, qui mores gẽtium imitatur, & non tam corpore, quam voluntate cum illis coniungitur. Hinc mala quæ patiuntur peccatores, cordis ariditas, amor præsentis sæculi, odium futuri, induratio, excœcatio. Hinc fact⁹ est Ephraim quasi panis subcineritiꝰ, qui nõ reuertatur. Obliuiscitur pœnitentiæ, intereaq; ardens cupiditatum sæcularium ignis eum arefacit, & adurit, & exedit, Greg. 11. mor. ca. 7. Panis subcineritius super se cinerẽ portans partem mundiorem deorsum premit, partemque superiorem tanto sordidiorem habet, quanto in ea cinerem tolerat. Mens itaque, quæ terrena cogitat, quid super se aliud quam cineris molem portat? Sed si reuersari voluerit, mundam faciem, quam deorsum presserat, superius reducit, cum cinerem, quem portabat, excusserit. * Vide

Deut. 33.

1. Cor. 5.

Zach. 2.

Vnde mala omnia peccatoris.

22

23

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alieni qui dicantur.

etiam.32. Mor.cap.8.Idem in. 34. Mor.ca. 2.in illud Iob.40. quod de Diabolo dicitur: Et faciē eius præcedet egestas: docet quid sit, Comederunt alieni robur eius. Alieni quippe(inquit)intelligi apostatæ angeli solent, qui robur comedunt, dum virtutem mentis peruertendo consumunt. Quod Ephraim & pertulit,& nesciuit;quia in tentatione malignorum spirituū & robur animæ perdidit, & hoc ipsum quia perdiderit, non intellexit. Leuiathan ergo faciem egestas antecedit, quia negligentiū mētes ante tētando spoliat,quā eius insidias is,qui tētatur,agnoscat. Ceterum quod ait: *& humiliabitur superbia Israel in facie eius*, ca.5. exposuimus nu. 18. Non est autem omittēdum quod sequitur: *Nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum, & non quæsierunt eum in omnibus his.* quasi dicat: Si non amore, certe necessitate me quærere debuerunt. Quis est, qui si mergi se videat,opem sociorū, aut inimicorum etiam, si amici non adsint, non imploret? *In omnibus his*, emphasin habet, in tantis miserijs, quibus vndique septi erant, tot peccatorum pondere grauati, compedibus, manicisque constricti, in potestate crudelissimorum hostium non sunt reuersi ad Dominum Deum suum. Ac si dicat, Deum habebant,à quo possent liberari, nō alienum, sed suū, qui inuocatus exaudiret, qui rogatus placaretur,qui inclamatus liberaret, & nō quæsierunt eū in omnibus his.

HISTORIA.

24 *Et factus est Ephraim quasi columba seducta.* Pro Seducta in Heb.est פתה, de quo multa diximus cap.2.nu.79.&.80. quæ in hunc locum valeāt. Alijs verbis notat stultitiam, & vecordiam Ephraim,quod omnino similis sit columbæ seductæ, siue insipienti, & stultæ,ceteræ enim aues pugnant,& pullos defendunt, sola colūba ablatos pullos non dolet, non requirit. Ita Ephraim vastatum per partes populum non sentit, sed negligens est salutis suæ. Ita Hieronymus: Sed adnotant Euthymius,& Theophylactus in Matth.cap.10.columbas, & si pullis orbentur, nihilominus ad eosdem dominos,& ad easdem ædes redire. Ita Ephraim redibat, & opem ab illis petebat, à quibus læsus, & spoliatus fuerat. Ex quo intelligimus illud Matthæi.10. Estote prudentes sicut serpentes,& simplices sicut colūbæ,vt,scilicet,nemini noceamus, nec memores simus iniuriarum, sed placidi ad eos redeamus, à quibus læti, vexatique fueramus. Habet hoc etiam colūba, vt sicut volatu velocissima, sic corde tardissima sit,nec magnopere aucupem retia tendentem aut videre, aut vitare curet, sed quodam modo spōte sua incidere in retia videatur. Sic Ephraim toties admonitus vt à gentium vicinarum commercio,& consuetudine caueret, vltro ad eas ibat,& quasi se in laqueos inijciebat.

Columbæ stultitia.

Locus Matth.10.

Non habens cor. Cor pro voluntate sæpe accipitur, vt Acto.13. Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum. 1. Reg. 13. Quęsiuit sibi Dominus virum iuxta cor suum. Interdum capitur pro mente, vt Ierem. 5. Audi populestulte, qui non habes cor.&. 3. Reg. 3. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit. Vtrumque Latinis in vsu est, dicunt enim:

——— cui carmina semper
Et citharæ cordi, numerisque intendere neruos.

Et à corde pro mēte dicti sunt vecordes, & excordes, & contra cordati, vt in prima Tuscul. autor est Cicero, & Nasica ille sapiens dictus est corculum, quo modo Hieronymus in Matth.10. Lebbęum(quod nomen à corde ducitur) interpretatur corculum. Dicitur ergo Ephraim nō habens cor, id est,stultus.

Aegyptum inuocabant, & ad Assyrios abierunt. Hieronymus ita accipit. Precabantur auxilium Ægyptiorum,& tamen ab Assyrijs captiui ducētur. Et Chaldæus: Ad Ægyptum accesserunt,in Assur migrauerunt,id est, migrabunt captiui, hoc enim indicat verbum יגלו, quod captiuorum esse solet. Sed optime etiam intelligimus eos reprehendi, quod auxilium non à Deo, sed ab Ægyptijs, Assyrijsque petierint,quod Deo ingratissimum fuit, vt placuit Theodoreto. Ab Assyrijs quidem petierunt sub Manahem rege. 4. Reg. 15. ab Ægyptijs sub Hosee rege.4. Reg.17.

Et cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum. Cum profecti fuerint ad Ægyptios, adducā ego Assyrios,qui eos capient, & erunt mihi quasi rete ad capiēdum eos. Ita factum videmus. 4. Reg. 17. Cumque deprehendisset rex Assyriorū Hosee,quod rebellare nitens misisset nuntios ad Suā regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorū, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem. Peruagatusque est omnem terram,& ascēdens Samariam obsedit eam tribus annis.

Anno autem nono Hosee cepit rex Assyriorum Samariam,& transtulit Israel in Assyrios,&c. Ideo addit propheta, Et quasi volucrem cœli derraham eos, aut vt est in Hebræ.& idem est,Descendere eos faciam,id est,& si in loca munitissima fugiant, (ascenderunt enim Samariam vrbem fortissimā) inde eos deducam,sicut aues confugere solent ad altas arbores vitandi periculi causa, & tamen arte aucupis capiuntur.

Cædam illos secundum auditionem cœtus eorum. Puniam eos ijs pœnis,quas in cœtu,& in cōgregatione sua audierunt,id est, quas vniuerso Israeli prænuntiauit Moyses olim, vt videmus Deut.27.&.28.

27 *Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia.* Liberaui eos de Ægyptiaca seruitute,& locuti sunt mendacium contra me dicentes de idolis: Hi sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra AEgypti Exhod.32. Ita Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus Theophylactus,Lyranus, quāuis Theodoretus mendacia refert ad illud Psalm.77. Et male locuti sunt de Deo, dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto? Theophylactus ad vtrumque. Possumus etiam(quoniam initio capitis dixerat se nolle vetera recordari) simpliciter exponere: Ego sæpe eos liberaui, nec tamen salutem suam mihi acceptam retulerunt,sed idolis. Vnde sequitur.

Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis. Cum calamitatibus premebantur,non me inuocabant, sed ad idola vlulabant. Hieronymus: Pulchre cantica idolis seruientium non carmina in Deum,sed vlulatum appellat. Ita etiam vlulatū interpretātur Theophylactus & Theodoretus: vlulatum autem dicit, eo quod nō suaue carmen,sed incondita, & tumultuaria vociferatio esset. Solebant enim (inquit Theophylactus)idolorum cultores furijs agitati vlulare: verum quoniam non dicit, In templis idolorum,sed in cubilibus suis, recte interpretari possumus, cum essent in miserijs non clamabant ad me,qui possem auxiliari,sed mœsti in cubilibus suis sedentes flebant, & muliebriter eiulabant,quasi Deum non haberent,à quo possent leuari.

28 * *Super triticum, & vinum ruminabant, & recesserunt à me.* Hieronymus hoc putat dici, eos recessisse à Deo propter abundantiam tritici,& vini,vt de Sodomis testatur Ezec. cap.16. Nec dixit,inquit,comedebant, sed Ruminabant,vt eos iumentis similes ostenderet. Ita fere etiam Chaldæus: Præ vberta te tritici,& vini,quæ collegerunt,rebellauerūt in verbum meum. Sed illud est in Hieronymi interpretatione difficillimū, quod pro Ruminabant est in Hebræo, יתגרו quod non solum recentiores interpretes vertunt, congregabuntur,sed etiam Chaldæus videtur ita intellexisse. Nihilo secius dubitandum non est optime vertisse Hieronymum quoniam גר, quod ex duplicatis verbis est,significat etiam ruminare,à גר id est,à gutture, quod cibus ruminandus à ventre per guttur ad os reducatur. Duplici ter igitur hunc locum explanamus, primo ita vt Hieronymus explanauit. Secundo vt Lxx Super tritico, & vino concidebantur, siue concidebant se,hoc est cultris, & lanceolis prę dolore se concidebant,vt de sacerdotibus Bahalis legimus.3. Reg.18. Cyrillus: Secari autem in vino,& frumento significat eos gratias agere idolis pro copia frugum,veluti sacrificantes sanguine ipsis dæmonibus.

Et ego erudiui eos,& confortaui brachia eorum. 29 Cyrillus ita exponit: Cum nihil ante à brutis differrent,docui eos per legem viam iustitiæ,ita vt ipsi se beatos prædicarent,quod voluntatē meam nossent. Præterea fortissimos eos reddidi, vt tot, tamque robustas gentes sine labore vincerent.

Et in me cogitauerunt malitiam. Pro his beneficijs tantum cogitant quomodo me peccando irritent.

Reuersi sunt vt essent absque iugo. Hieronymus: Reuersi sunt in pristinum statum, vt absque iugo,& frænis deferrentur per præcipitia. Hoc est, Reuersi sunt in eum statū, in quo erant, cum legem non habebant. Non magis operalegis faciunt, quam cum legem nondum habebant. Noui interpretes à nostra traslatione immerito recedunt, vertentes, Reuersi sunt,sed non ad, quasi vllus vnquam ita locutus sit. Quare non nulli ne imperfecta penderet oratio,addidetunt è suo Altissimum, vt Pagninus,Isidorus Clarius,Vatablus. Sed si voluissent paululum animum aduertere, facile vidissent viri docti retinendam esse veterem translationem, nec scribendum esse על, vt Iudæi recentiores scripsere,sed על, quod iugum significat,vt Gene.27. Tempusque veniet, cum excutias,& soluas iugum eius de cervicibus tuis. *In Hebr.ergo breuissime pro 30

more illius gentis scriptum est, יָשׁוּבוּ לֹא עַל vt nos dicimus esse scribendum legendo in extrema dictione vocalem o, non a, vt recentiores Iudæi, qui scripturæ prophetarum vocales ipsi pro arbitratu sæpe addiderunt, quod significat, Reuersi sunt non iugum, id est, Reuersi sunt, vt sint absq; iugo. Quomodo omnino Chaldæus intellexit, vertit enim, Auersi sunt, vt deficerēt à lege. Lxx. more suo sensum potius, quam verba reddentes: Conuersi sunt in vanum, id est, in vanitates, & in bona huius sæculi, quod est, Recesserunt à Deo, siue à lege, & quidem in Hebr. futurum est, sed positum pro præterito, ideo cum omnibus interpretibus diximus, Reuersi sunt.

Facti sunt quasi arcus dolosus. Hieronymus: Mutati sunt in arcum dolosum, vt quos Dominus contra aduersarios intenderat, ipsi contra suum Dominum verterent, & mitterent aduersus eum blasphemiarum sagittas, &c. Eodem modo dictum videtur Psal. 77. Et auerterunt se, & non seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum conuersi sunt in arcum prauum. vel simpliciter exponere possumus: Non fecerunt quod volebam, sicut qui prauum habet arcum alio mittere vult sagittam, & alio ab arcu
31 mittitur. * Cyrillus: Alij interpretati sunt. Vt arcus cōuersus, ac si diceret: Qui armare debebant se aduersus hostes suos, aduersus se armati sunt, hoc enim faciunt, qui Deum offendunt. Aut sic. Tetēdit Deus Israelem pugnans cum tyrannide diaboli tanquam proprium arcum aduersus idololatriā, quæ vniuersum mūdum occupauerat exceptis Israelitis: verum conuersi sunt in contrarium.

Cadent in gladio principes eorum à furore linguæ suæ. Hieronymus: Principes eorum, qui infelicem populum deceperunt, cadēt propter furorem linguæ suæ, quod vitulos aureos deos appellare sunt ausi. Lxx verterunt, Propter imperitiam linguæ suæ, quod in eundem fere sensum Cyrillus interpretatus est. Imperitiam (inquit) linguæ vocat dicere ligno, vt ait propheta, Deus meus es tu, & lapidi: Tu me genuisti. Et alia huiusmodi. Sed est in his verbis adnotandum, præpositionem, A, more Hebræorum idem
A, id est, propter. sæpe valere quod Propter, vt capit. 6. exposuimus illud: Supplantata à sanguine. Psal. 84. Elongasti à me amicum, & proximos meos à miseria, id est, tāta fuit miseria mea, vt me etiam amici, & proximi fugerent. Psal. 6. Turbatus est à furore oculus meus. Ita nunc, *A furore linguæ suæ*, id est, propter furorem. * Præterea pro furore in Hebræo est זַעַם à verbo זָעַם quod significat detestari, & irasci, vt Nume. 23. Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur? Zach. 1. Vsquequo tu non miserebéris Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Est ergo sensus: Cadent gladio Assyriorum propter furorem, id est, propter detestationem linguæ suæ, id est, quia detestabilia in me locuti sunt præferendo mihi vitulos aureos, & dicendo illos adorari debere. Vel, à furore, id est, propter indignationem Dei, quā verbis suis cōcitauerunt. Huiusmodi blasphemias Lxx vocarunt ἀπαιδευσίαν, id est, ineruditionem, siue imperitiam linguæ, ea phrasi qua scriptura sanctitatem vocat ignorantiam, peccatum vero stultitiam. Chaldæus: Perimentur gladio principes eorum propter prauitatem linguæ eorum.

Ista subsannatio eorum in terra Ægypti. Hieronymus ita intelligit. Ita me subsannauerunt in terra promissionis, sicut cum erant in terra Aegypti. Idem nunc faciunt, quod ibi faciebant, cū idola adorabant. Ita quoq; Theophylactus. Vel aliter: Huiusce modi subsannationibus subsannabūtur ab Aegyptijs, ad quos auxilij petendi causa profecti fuerant. Sed prior interpretatio probabilior. Chaldæus: Ista erāt opera eorum dum essent in terra Aegypti.

ALLEGORIA.

Et factus est Ephraim quasi columba seducta. Theophylactus: Quadrant hæc quoq; Domini interfectrici synagogæ, non agnouerunt enim, neque intellexerūt, verum præ fastu, & opinione sua in tenebris iter faciunt, &c. vere facti sunt quasi columba seducta non habens cor. Passi sunt se à Diabolo decipi, & adeo non habuerunt cor, vt cū quotidie legerent in synagogis suis prophetas, qui Dominum quasi digito signabant, & omnia quæ de Messia audiebant, in eum cōuenire cernerēt, & miracula ipsa CHRISTI etiam tacentibus prophetis satis indicarent; immemores omnium, & cœci furore in facinus irruerūt, & quasi oculis apertis excœcati sunt, vt dicēte Pilato: Ecce rex vester, obstinatissime vociferarentur: Tolle, tolle, crucifige eum. Tanta etiam fuit dementia vt Aegyptum inuocarent, & ad

Assyrios abirent. Cum enim timerent, & soliciti dicerent: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem: nequaquam à scelere abstinentes ad diuinam misericordiam confugerunt, sed furori suo indulsere, & Romanis quam Deo placere maluerunt, palamque Pilato dixerunt: Non habemus regem, nisi Cęsarē. Atque ita paulo post ab illis ipsis Romanis, quos inuocauerant, & quorum seruî esse maluerāt, crudelissime cæsi, vastatique sunt. * Expandit
34 super eos Deus rete suum, & cum de remotissimis locis innumerabilis multitudo in Ierusalem confluxisset ad Pascha, quasi reti magno expanso vniuersam cepit, & in manus Romanorum tradidit. Receperunt se in munitissimas arces Ierusalem, quæ capi non posse videbantur, sed inde quasi *volucrem cœli detraxit* eos. *Cecidit eos secūdum auditionem cœtus eorum*, secundum quod sæpe illis comminatus fuerat, vt Matth. 21. Malos male perdet, & vineam suā locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & quæ sequuntur. Et cap. 22. Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. Et capi. 23. Amen dico vobis venient hæc omnia, (id est, omnis sanguis iustus, qui effusus est, à sanguine Habel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ) super generationem istam, & reliqua vsque ad finem capit. Quare merito eos nūc per prophetam luget, sicut postea per se ipsum luxit pius redemptor ruinam perfidæ ciuitatis. *Væ eis, quoniam recesserunt à me.* In quot calamitates incidēt quia recesserunt à me? quam felices essent, si ad me accederent? Vastabuntur quia preuaricati sunt, erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit à principio mundi, neque fiet. * *Ego redemi eos*, sæpe eos de magnis periculis liberaui, & tunc veniebam, vt eos redimerem, & in veram libertatem vindicarem, & ipsi locuti sunt in me mēdacia subornauerunt falsos testes, dicebant: Hunc inuenimus subuertentem gentem nostrā, & prohibentem tributa dare Cæsari, & dicentem se CHRISTVM regem esse. Dicebant etiam: Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit, cum minime se faceret, sed esset, genitus enim est, non factus. Deinde cum circumdarentur exercitu Romanorum, nonclamauerunt ad CHRISTVM, non agnouerunt peccatum suum, vt propter eum liberarentur, quem in crucem egerant, sed mœsti sedebant, & quasi Deum non haberent, *Mulabant in cubilibus suis.* Ante autem quam venirent Romani, cum abundantia temporalium bonorum affluebant, inde ansam arripiebant ad superbiam, & magis à CHRISTO recedebant, minorisque eum faciebant, iudicabant non magnum illud scelus fuisse, quod frugum, vinique copia consecuta esset.

Et ego erudiui eos. Iterum ingratis exprobrat beneficia, versabar inter eos, erudiebā 36
eos mysterijs vitæ æternæ, & salutaribus monitis. Seruabam eos, & cōfortabam eorum brachia, vt possent & ciuitates suas ab hostibus, & animas à dæmonibus tueri, & in me cogitauerūt malitiam, quomodo me caperent in sermone, quomodo me tradererent principatui, & potestati præsidis. Denique cogitauerunt, vt interficerent me. Luc. 20.
Ita frontem perfricuerunt, & ita omnem pietatem abiecerunt, ac si tempus illud foret, quo inter Ægyptios viuebāt sine lege, more Ægyptiorum? Dei enim iugum excusserunt cum dixerunt: Nō habemus regem nisi Cęsarem. Dum me persequi, & occidere volunt, se ipsos occiderunt in modū arcus dolosi, qui retrocedēte sagitta ipsum à quo tenditur, percutit. Vel, Cum contra se ipsos mittere deberent sagittas, & peccata sua persequi, miserunt in me. Cadēt principes eorum in primis, & prosternētur gladio Romanorum propter furorem linguæ suæ. Dicebant enim: Nos scimus quia hic Iohan. 9.
homo peccator est. Et: In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Et: Reus est mortis. Et: Crucifige, crucifige eum. Matth. 12.
* Cyrillus: Conuenit hoc quoque in scribas, & Pharisæos: docente enim eos, & spiritualiter roborante Hemmanuele, ipsi cōuersi sunt ad nihil docentes traditiones hominum, cum potius pro eo certare debuissent, sicut veri discipuli. *Ista subsannatio eorū in terra Aegypti*, id est, Hæc eorum insania 37
non noua est, sed inueterata, ex quo gens hæc nata est in terra Ægypti. Ibi enim subsannauerunt Moysem venientem, vt eos liberaret & in Moyse CHRISTVM, cuius figuram Moyses gerebat. Clamabant quidē, & libertatem crebris suspirijs petebant, sed vbi venit, Moysem tacere iubebant, & re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cedere, volebãtque seruire Aegyptijs. Hoc ex eorum verbis discimus: Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Aegypto dicẽtes: Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs? Ita Messiam suum suspirabant, nihil aliud petebant, adeo vt dictum eis sit: Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quęritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Sed postea venit, & sui eum non receperunt, volunt adhuc manere in potestate Diaboli, & in potestate Romanorum.

Exod. 34.

Mal. 3.

TROPOLOGIA.

38 Peccator quasi colũba seducta non habẽ cor.

Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Nihil dici potuit de peccatore elegantius: vere est quasi columba seducta. Et cum multa habeat columba quę laudat scriptura, vt qđ celerrime volat, quod felle, & amaritudine caret, quod limpidas aquas amat, quod cadauerum pastum refugit, hoc solũ in ea peccator imitatur, quod facile seducitur, quod non habet cor. Fallaci quadam boni specie capitur, & breui, caducaque voluptatula illectus vltro se se in laqueos, & in ipsas crudelissimorum hostiũ manus conijcit. Spoliatur, laceratur, nec irascitur spoliantibus, aut lacerantibus, sed libenter ad easdem ædes reuertitur, in quibus mala hæc pertulit, & grauiter vulneratus est. Non habet profecto cor. Vtinam saperet, atque intelligeret, & nouissima prouideret, vitaret certe laqueos paratos, & caueret, intelligeret sæpe se cecidisse, nec fortiorem esse nunc, quam cum cadebat.

39 Peccatores rato à Deo petunt, quę per homines consequi possũt.

Aegyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. Frequens hoc malum est, raro à Deo petũt huiusmodi homines, quæ quidem hominũ ope conse qui se posse sperent. Omnes ingenij neruos intendunt, vt rationem aliquam excogitent, qua id obtineant, quod volunt, ambiunt, adulantur, captant amicitias, fauores, largitionibus vtuntur, nullum non lapidem mouent, ad Deum tantummodo confugere nesciunt, nisi cum humana auxilia frustra implorari vident. Quod interdum propterea faciunt quod Deo, si fieri posset, nihil debere, sed diligẽtię suæ id adscribi potius vellent. Quo enim plura à Deo accipiunt, eo & minus suam industriã laudari, & se obligatiores esse cernunt, vt diuinæ bonitati & gratias agant, & accuratius in posterũ obsequantur. Ideo Achaz, cum petere à Deo signum iuberet propheta, siue in cœlo mallet, siue in terra: Non petam (inquit) & non tentabo Dominum? Ei minime ea causa faceret, sed qua diximus, aut ne Deus exaltaretur signo dato. Nam (vt autor est eo loco Hieronymus,) tametsi omnes interpretes vertetint: Non petam, & non tentabo Dominum, iuxta Hebraici sermonis ambiguitatem potest etiam verti. Non petam, & non exaltabo Dominum. Sciebat enim rex impius (inquit Hieronymus) quod si signum peteret, acceptum esset, & glorificaretur Domin⁹, quod quasi idolorum cultor refugit.* Alij sæpe hoc faciunt, quod nullam per orationẽ cum Deo familiaritatem habent, nec cum eo colloqui, aut ad eum accurrere didicerunt, nec patrem esse sentiunt, quamuis quotidie dicant, Pater noster, qui es in cœlis. Sed qui patrem se vocari iussit, pater quoque intelligi voluit, ideoque nunc iratus ait: *Et cum profecti fuerint, expandam super eos vete meum*, id est, Capiam eos, obstabo eorum cõsilijs, efficiam, vt eo auxilio, quod petebant, minime iuuentur. Quod Isa. 30. Dominus minatur: Qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meum non interrogastis, sperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionẽ, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam. Omnes confusi sunt super populus qui eis prodesse non potuit: non fuerunt in auxilium, & in aliquam vtilitatem, sed in confusionem, & in opprobrium. Rete hoc est grauis persecutio, repentina paupertas, dedecus magnum, morborum magnitudo, denique mors: quibus inimicos suos capit Deus, & voluptates eorum interturbat, aut terminat, & detrahit *eos quasi volucres exili*, quantumuis se se vndique communire conentur. * In hoc rete incidit peccator prꝛter opinionem, dum sine modo animo obsequitur suo. De quo Iob. 38. Arta buntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum. Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta eius laqueo, & exardescet contra eum sitis. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Vndique terrebunt eum formidines, & circumuoluent pedes eius. Sed grauiori pœna plectuntur cum in grauiora in dies peccata struere sinuntur, & ludibrio sunt inimicis

suis: propter quod ait: *Cædam eos secundum auditionem cœtus eorum*. Sæpe enim hanc pœnam Deus comminatus est. Et quoniam quo diutius in peccato manent, eo fiunt miseriores, luget eos parentis affectu, *Væ eis, quoniam recesserunt à me*: hæc est enim omnium malorum origo. *Vastabuntur* in manus crudelissimorum hostium traditi, *quia prævaricati sunt in me*. Pro, Vastabuntur Lxx habent δοκάλοι ἰδοὺ, hoc est, Meticulosi, siue miseri sunt, vt interpretatur Hieronymus, qui & ita exponit. Vastabuntur igitur, & miseri erunt, & semper timentes, ac formidantes: quia prævaricati sunt in Deum adorantes vitulos aureos, & relinquentes eum, qui redemit eos de Aegyptia seruitute, & eduxit in brachio excelso.

42 Superbi loquũtur mẽdacia cõtra Deum.

Ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. Hoc ad superbos proprie pertinet, qui cum sint ope diuina varijs animæ, corporisque periculis liberati, sibi tacite tribuunt, quod Dei est, dum aut suis viribus factum, aut certe suis meritis datum iudicant. Sed de omnibus etiam peccatoribus recte intelligitur, qui dupliciter contra Deum mendacia loquuntur. Primo cum intra se iudicant bonum esse, & expediens illud, quod contra Dei voluntatem eligunt, vt furtum, vltionem. Deinde cum in rebus creatis spes suas collocant, atque ibi se inuenire posse credunt solidam voluptatẽ, quæ nisi in Deo, inueniri non potest. Nam cum tantum creaturę tribuunt, quid aliud videntur dicere, quam impudentissimum illud Hebræorum mendacium: Isti sunt dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti?

Peccatores loquuntur mendacia cõtra Deũ.

Exhod. 32.

Et non clamauerunt ad me in corde suo. Iterum queritur quod ad se non cõfugiamus, quod pignus magnum est diuinæ bonitatis. Quis enim dubitare possit, quin exauditurus eos sit, quos ad se non clamare conqueritur? Itaque si, vt filij boni patrem optimum, benignissimumque inuocemus, certum habemus malorum omnium subsidiũ, nec erit cur in cubilibus nostris lugeamus.

43

Super triticum, & vinum ruminabant, & recesserunt à me. Et hoc quam pudendum, vt quo plura, atque maiora extant Dei in nos beneficia, eo simus erga illum ingratiores, & beneficijs, quibus plurimum Deo obligamur, abutamur ad longius ab eo recedẽdum. Dedi, inquit, eis tritici, vinique copiã, qua vt iumẽta vtebantur, non comedebãt, sed ruminabant vt boues, fruebãtur donis, percipiebant voluptatem, sed donorum autorem nõ cogitabant, voluptate ad peiora labebantur. Simile est quod de eodem populo dicitur: Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Cui propterea merito dicitur: Hæccine reddis Domino populo stulte, & insipiens?

Deut. 32.

Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum. Duo maxima beneficia commemorat, *Eruditi eos*. Cum omnes nos quasi oues erremus, si nobis relinquamur, & vnusquisque in viam suam declinet, nec vlla re magis indigeat deprauata natura, quam directore, & duce: singulare Dei beneficiũ fuit erudire nos, vt cœlestia cognoscamus, & amemus, & ad ea, quæ acturi simus, volũtatem Dei, quasi certam, & exactam regulam adhibeamus. * Quare merito Dauid tantum donum grato animo agnoscit: Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua Israel. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Et in alio Psalmo: Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eũ, vt mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea. Pro tanto munere hoc debemus, vt quo magis cognoscimus, magis amemus, & maiori religione colamus, & instructam, atque eruditam intelligẽtiam bona, ac prompta voluntas consequatur. Ideo prophęta cum donum agnouisse se profiteretur his verbis: Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: non potuit tacere quam arcto vinculo se obligari cerneret ad pietatem, addiditque: Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Alterum beneficium est: *Et confortaui brachia eorum*, id est, Fortes, atque inuictos hostibus reddidi. Quid est homo, aut quæ eius fortitudo, vt congredi cum hoste possit fortissimo, atque crudelissimo? * Iob audiamus egregium bellatorem, qui iure suo dicere potest:

44 Psal. 147.

Psal. 93.

Psal. 118.

45

——— *Stetimus tela aspera contra,*
Contulimusque manus. Experto credite quantus
In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastã.

Æneid. 11.

Reputabit, inquit, quasi paleas ferrum, & quasi lignum putridum æs. Non fugabit eum vir sagittarius, in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Quasi stipulã æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastã. Scripsit

Iob. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ſolum quod à Domino audierat,ſed & quod expertus ipſe fuerat. Denique addit ad extremum: Non eſt ſuper terram poteſtas,quæ comparetur ei,qui factus eſt,vt nullum timeret. At gratia Dei ita confirmat brachia noſtra,vt de tam atroci hoſte glorioſe triumphemus. De quo beatus Dauid diuinam bonitatem collaudat: Benedictus Dñs Deus meus,qui docet manus meas ad
Pſal.143. prælium,& digitos meos ad bellum. Et iterũ:
Pſal.17. Qui docet manus meas ad prælium,& poſuiſtiv arcum æreum brachia mea. Poſt tanta dona,*Et cogitauerunt*,inquit,*in me malitiam*. Iniquiſsimam mihi vicem reddiderunt,cogitauerunt quomodo mihi moleſti eſſent, & peccata peccatis adderent.

Reuerſi ſunt vt eſſent abſque iugo. Quam plurimi mortalium aliquando fuerunt abſque
46 iugo,vel initio ætatis,cum facile ad peccata ducimur dæmonis artes, & fallaciam rerum ſæculi ignorantes,cum otioſi eramus, & nemo quodam modo nos conduxerat, alij in iuuentute,alij alia ætate. Eramus (inquit Paulus) aliquando & nos inſipientes,
Tit.3. increduli,errantes,ſeruientes deſiderijs, & voluptatibus varijs, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Sed poſtea efficaci quadam vocatione ad Dei ſeruitium deducti,fit aliquando,vt indulgẽtes ſibi,& Dei paulatim obliuiſcentes ad illum pene ſtatum redeant,in quo erant, cũ viuebant abſque iugo. De quo Iſaias: Hoſ-
Iſai.63. tes noſtri cõculcauerunt ſanctificationẽ tuam: facti ſumus quaſi in principio, cum non dominareris noſtri, neque inuocaretur nomen tuum ſuper nos. Sic populus ille ab idolorum cultu ad pietatem vocatus rediit non multo poſt,vt eſſet abſque iugo, cum vitulum fecit, & dixit: Iſti ſunt dij tui Iſrael,&c. Et poſtea ſæpe in terra promiſſa,
Exhod. 32. vbi commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum. *Sed cum ſponte ſua peccator
47 acceptorum beneficiorum immemor in miſerabilem hanc conditionem incidat,& ſe ipſum vulneret præ inſania,merito ait: *Factiſunt quaſi arcus doloſus*. Quæ verba ante expoſuimus, & tota expoſitio moralis eſt. Nam peccatorem ſibi maxime nocere, & in animam ſuam venenatas ſagittas emittere, cum à Dei lege declinat, &
Pſal.10. vere arcum doloſum fieri, vel illud ſatis indicat: Qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Quare? Quia pluet ſuper peccatores laqueus ignis, & ſulphur,& ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Iſaias etiam præclare: Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Laborem peccatum vocat, quoniam nihil ex eo ſequitur niſi labor,& afflictio ſpiritus. Quomodo Dauid dolorem quoque appellauit: Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem,& peperit iniquitatem. Sed addit Iſaias: Oua aſpidum ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum morietur,& quod confotum eſt erumpet in regulum. Qui ouum rumpit, vtilem ſe cibum inuenturum putat, quod peccatori vſu venit cum voluptatem, & ſatietatem quærit in peccatis. Sed oua illa aſpidum ſunt, non cibum ex eis,ſed venenum haurient.

Cadent in gladio principes eorum à furore linguæ ſuæ. Æqua profecto ſententia: vt principes, qui populum ſalutaria docere debuerant,quorum lingua doctrix virtutis,hortatrixque eſſe debuit,cadant gladio,& ignominioſe pereant propter furorem linguæ ſuæ,quę Deos impudenter appellare auſa eſt idola, & incommunicabile nomen lignis, lapidibuſque impoſuit: Hi ſunt qui dicunt.

O ciues,ciues,quærenda pecunia primum eſt
Virtus poſt nummos:

Qui honorem finem bonorum conſtituunt,qui ignaui,atque abiecti hominis eſſe pronuntiant iniurias pati, qui ſummam nobilitatis collocant in vlciſcendo,in nihil propter Deum ferendo,in potentia,in voluptatibus omni ratione conſectandis, denique in nihil ad Chriſtianæ legis præcepta faciendo. De quibus Iſaias: Opus manuum ſuarum adorauerunt,quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir,ne ergo dimittas eis. Nam dum hæc quæ dixi,ſectanda, & magnifacienda eſſe prædicant, quid aliud faciunt quam Dei nomen attribuere idolis? Recte ergo ait: *Iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti*. Ita me ſubſannabant, cum nondum à me vocati erant, cum nondum me nouerant, cum gentium more viuebant. Nunc vocati,nouiſque beneficijs affecti nihilo meliores ſunt,quam ante fuerant, antiquumque ingenium ſuum obtinent.

CAP.

CAP. VIII.

IN gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum Domini: pro eo quod tranſgreſſi ſunt fœdus meum,et legem meam præuaricati ſunt. Me inuocabunt, Deus meus cognouimus te Iſrael. Proiecit Iſrael bonũ,inimicus perſequetur eum. Ipſi regnauerunt,& non ex me: principes extiterunt, & non cognoui: argentum ſuum,et aurum ſuum fecerũt ſibi idola, vt interirent: proiectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eis. Uſquequo non poterunt emundari? Quia ex Iſrael et ipſe eſt: artifex fecit illum, et non eſt Deus: quoniam in aranearũ telas erit vitulus Samariæ. Quia ventum ſeminabunt,et turbinem metent: culmus ſtans non eſt in eo,germen non faciet farinam: quod et ſi fecerit, alieni comedẽt eam. Deuoratus eſt Iſrael: nũc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi Ephraim munera dederunt amatoribus ſuis. Sed et cum mercede conduxerint nationes,nũc congregabo eos: & quieſcent pauliſper ab onere regis & principum. Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandum: facta ſunt ei aræ in delictum. Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ computatæ ſunt. Hoſtias offerent: immolabunt carnes & comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum,et viſitabit peccata eorum, ipſi in Aegyptum conuertentur. Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, et ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, et mittam ignem in ciuitates eius,et deuorabit ædes illius.

HISTORIA.

In gutture tuo ſit tuba,quaſi aquila,&c. Prædicit captiuitatem duarum tribuum. Hieronymus: Sic exalta vocem tuam, vt tubæ ſimilis ſit,& hoc dicito cũ clamore. Veniet Nabuchodonoſor cum omni exercitu ſuo tam raptim, tam velociter, vt aquilæ imitetur volatum feſtinantis ad prædam. Et veniet non ad alium locum, ſed ad Ieruſalem, in qua templum Dei eſt, vt eam deſtruat, atque ſubuertat. De hac aquila & Ezeciel plenius loquitur capit. 17. Aquila magnarum alarum, & Zach. 11. Aperi Libane portas tuas, &c. Eadem expoſitio, nẽpe aquilam dici Nabuchodonoſor, qui vrbem Ieruſalem,templumq; vaſtaturus erat placet Chaldæo, Cyrillo, Theophylacto, Theodoreto, Ruffino,& alijs. Quod ſi cui durum videatur hæc de Iuda interpretari, cum ſtatim de Iſraele ſine dubio loquatur: primum videat non fuiſſe domum Domini niſi in Iuda: deinde meminerit prophetam noſtrum ita ad Iſraelem vaticinari, vt Iudę non obliuiſcatur,quod in vltimo prę- Regu.
ludio adnotauimus. Meminerit etiam morem eſſe Dei, vt quoties graue quippiam per prophetas ſuos minatur, vel cauſas indignationis proferat, vt capit. 7. fecit, vel exemplum ſimilis ſupplicij, vt iudicia ſua ab omni iniquitatis ſuſpicione vindicet, ac nemo non videat iuſte eum indignari vt erudite Ruffinus admonuit. * Cum igitur 2
calamitates Iſraeli impendentes commemoraſſet, ne quereretur Iſrael puniri ſe, parci autem Iudæ,qui & ſi non tanta, ſimilia tamen admiſerat: ſubito eius quoque captiuitatis licet poſt multos annos venturæ mentionem fecit, cauſamque expoſuit: *Pro eo quod tranſgreſſi ſunt fœdus meum, & legem meã præuaricati ſunt*. Quaſi dicat: Quãtumuis Iudas templum meum, ſacerdotiũque retinuerit,non feram eius trangreſsionem, ſed acerba, & ſubita captiuitate puniam.

L 2 TRO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

Sacerdotes quoque cum magna peccata, vel iram Dei gliscentem animaduertunt, clamare debẽt quasi tubæ cœlestes, vt Isaiæ cap. 58. dictum est: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum, ne illud ex eodem audiant: Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia. Atque vtinam non multos habeat huiusmodi concionatores, & sacerdotes Ecclesia, per quos sint (vt ille inquit) omnia protinus alba, & cauda potius mulceant, quam latratu terreant. Videas sæpius quam velis, conciones in poeticas, aut oratorias compositiones degenerare, nihilque aliud quæri, quam quod oratores, & poetæ quærunt, delectationẽ, plausumque auditorum, ex quo magna animarum clades vbique cernetur. Omnes bestiæ agri (inquit Isaias) venite ad deuorãdum, vniuersę bestię saltus, hoc est. Habetis innumera cadauera, quibus, pascamini. Vnde tanta clades? Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi, &c.

Isa. 56.

Persius Satyra. 1.

Isa. 56.

HISTORIA.

3 *Me inuocabunt Deus meus.* Reuertitur ad Israelem, de quo potissimum semper loquitur. Clamabit ad me Israel cum angustijs captiuitatis premetur, dicet: Tu es Deus meus, ego te cognoui, & colui, & antiquum Israelis nomen, quod tibi semper placuit, retineo: cur me ita deseris? cur quasi alienum in calamitatibus relinquis? Sed huic inuocationi, & conquestioni respondet Dominus. *Proiecit Israel bonum.* Hoc est, Non noui vos, Israel qui nomen antiquum, & gloriosum iactat, nihil nomine suo dignum fecit, degenerauit ab eo, cuius nomine gloriatur, proiecit bonum, recessit à Dei cultu, & sacrificat idolis. Quare non miretur deseri se, persequetur eum inimicus Assyrius, & capiet, perdetque.

ALLEGORIA.

Christus quoque Dominus noster tubam in gutture suo posuit, sæpeque clamauit venturam esse aquilam super domum Domini, id est, exercitum Romanorum, qui aquilas ferebant, eo quod fœdus Domini transgrederentur, ac minime admitterent præsentem eum, quẽ ex antiquo fœdere promissum expectauerant. Paulo post cum viderent vrbem obsessam à Romanis, putabant se à Deo fore liberandos, quod eius populus dicerentur, & Israelis nomen haberent. Sed non agnouit perfidum populum Deus, à quo proiectus fuerat ne regnaret super eos, qui dixerat: Non habemus regem, nisi Cæsarem. Et quia bonum proiecerat, inimicus persecutus est eum vsque ad crudelissimam internecionem.

TROPOLOGIA.

Sed & nos diligenter consideremus, postquam Christi prædicatio quasi tuba in auribus nostris insonuit, si transgrediamur legem, & fœdus Dei nobiscum initum, frustra, cum ad Dei tribunal venerimus, clamaturos, *Deus meus & cognouimus te Israel.* Verba fœderis sunt: Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi. Qui autem verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit ego vltor existam. De magnę quidem existimationis hominibus, sed huius tamen fœderis violatoribus iudex ipse ait: Multi dicent mihi in illa die: Domine, Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Quanto hoc maius est, quam dicere, Deus meus, & cognouimus te Israel? Sed quid dicit diuinum responsum? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos? Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem? Frustra vocaberis Israel, si proiecisti bonũ. Eras quidem Israelita, quia Christianus eras, sed non qualis ille, de quo dictum est: Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. *Dolus est in peccatore, quia externa specie Israelita videtur, sed intus est Chananæus. Confitetur quidem fidem, sed operibus eamdem fidem, quantum in se est, destruit. Et sicut ait Apostolus: confitetur se nosse Deum, factis autem negat. Idcirco merito excluditur ab eorum numero, de quibus scriptum est: Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. & illud patietur: Partemq; eius ponet cum hypocritis. Illic erit fletus, & stridor dentium. Ideo super custodiam nostrã stemus, cum Habacuc, & figamus gradum super munitionem, & contemplemur. Nos nobismetipsis tuba simus, nam si legem, fœdusq; violamus, veniet in animæ egressu aquila, aquila, inquam, illa magnarum alarũ, & rapacissima, vt extrema in, tristemq; Dei sententiam in nobis exequatur. Venient immanissimi hostes, & volabunt, vt ait Habacuc, quasi aquila festinans ad comedẽdum. Vide quid transgressoribus legis Dei prædicat Moyses: Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terrę finibus in similitudinẽ aquilæ volãtis cum impetu, cuius linguam intelligere non possis: gentem procacissimam, quæ non deferat senì, nec misereatur paruuli, &c.

Hab. 1.

Deut. 28.

HISTORIA.

6 *Ipsi regnauerunt, & non ex me.* Potest hoc videri de Saule dictum, cum populus Israel regẽ petijt more cererarum nationũ, quod Deo multum displicuit, adeo vt Samueli dixerit, Non te abiecerunt, sed me, ne regnẽ super eos. Atque ita Origeni visum est homil. 4. in lib. Iud. & Hieronymo. Sed quoniam non vniuersum populum alloquitur, sed tantum decem tribus, præstat vt de earum regibus intelligamus, id est, de Ieroboham, & eius successoribꝰ, vt Cyrillus, Theophylactꝰ, Theodoretus, Ruffinus, Lyranus, alijq; ex recentioribus intellexerunt. Quomodo etiã intelligi posse Hieronymus idẽ fatetur. Quod si quispiam obijciat, regnũ vltro à Deo esse delatum Ieroboham per Ahiam Silonitem. 3. Reg. 11. & ca. 12. dixisse: Non ascendetis, neque bellabitis contra fratres vestros filios Israel, reuertatur vir in domum suam, à me enim factum est verbũ hoc. Respondet ita Hieronymus: Nec statim quia Deus Salomoni iratus regnũ eius diuidi voluit, idcirco Israel bene suscepit regem. Debuerat enim iuxta legis præcepta interrogare Dominum, an vellet hoc fieri? Nã & de Saluatore dicitur, quod oporteat quidem tradi filium hominis, sed væ illi, per quem tradendus sit. Eadem est Theophylacti, Theodoretiq; responsio, adduntque, à Deo quidem missum fuisse Ahiam Silonitem, ac nõ ad populum, sed ad Ieroboham, quare Deum consulere prius debuit. Cyrillus, & Theophylactus magis adhuc explicant. 7 * Docet quædam Deum facere propria sententia, quædam tantum permissione vt puniat, vt quod Salomoni dedit, vt templum ædificaret, vt esset sapientissimus, sententia sua dedit, & vere hoc voluit: Scindi vero regnum, & Ieroboham regnare non tam voluit, quam permisit, vt Salomonis, & Roboham peccata punirentur. Merito ergo ait: *Ipsi regnauerunt, sed non ex me,* id est, Non sum ab eis interrogatus, me incõsulto à domo Dauidis defecerũt, & noui decem tribuum reges prodiere. Quasi dicat, vt recte ait Ruffinus: Vetus hæc erga me populi cõtumacis insania est, olim meũ regimen abijcere festinauit. Olim me dãte iudices regem petierunt, postea eo reiecto alium maluerunt. Tale est illud in primi regis petitione, 1. Reg. 8. Iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi.

Sed quæritur, vtrum populum reprehendat, quod reges illos constituerit, an eos ipsos, qui regnarunt, vt verba nostræ translationis præ se ferunt. *Ipsi regnauerunt, &c.* Nam populus quidẽ iure reprehenditur, vt iam diximus, sed Ieroboham, ad quẽ Deus misit prophetam, qui suis verbis de regno nuntiaret, aut alij, quos vel Deus ipse, vel aperta totius populi consensio in regnum promouit, quid habent cur iure reprehendantur? Nouos quidem interpretes tã Hebraicæ editionis, quã Chaldaicæ paraphrasis minime hæc dubitatio mouet, putant enim verti debere: Ipsi regẽ constituerunt, & non ex me, principem creauerũt, & ego nescium. Nec vero ij tãtum, sed etiã veteres ita intellexerunt. Cyprianus li. 1. epist. ep. 3. & ep. 4. (iuxta veterum librorum numerationem) ita hunc locum refert: Sibi ipsis regem constituerunt, & nõ ex me, secutus videlicet Lxx, apud quos est ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν, quæ verba ita vt Cyprianus, Græci ipsi acceperunt, vt Origenes hom. 4. in Iud. Fecerunt sibi regem, & non per me, & principẽ, & non per consilium meum: Ità etiã Theophylactus, & Theodoretus interpretantur: immo & Hieronymus, & Ruffinus, qui nostram exponunt translationem. Quam vero merito omnes ita sentiant, verba Hebraica docent הִמְלִיכוּ, id est, Regem fecerunt, הָשִׂירוּ, id est, Principẽ fecerũt. Apud Chaldæum est in priori loco idem verbum, quod in Hebræo, in posteriore alterum simile וּרְבוּ quod verbum significat exaltare, & principem facere. * Respondeo, populum potissimum reprehendi, sine cuius 9

consensu regnare nemo posset, sed etiam reges ipsi reprehenduntur, quorum quidã tyrannice regnum inuaserant, vt Sellum filius Iabes,& Manahem filius Cadi. 4. Reg. 15. Alij,& si à Deo essent electi, vt Ieroboham, non fecerunt populum certiorem de voluntate Dei, sed quasi autoritate propria regnare voluerunt. Supereſt vt tollamus difficultatem, quæ est in verbis nostræ translationis, quæ parum videntur Hebraicis respondere. Sed facile tolletur, si sciamus à nobilioribus Hebraicarum institutionum magistris traditum, verba coniugationis Hiphil nonnũquam eumdẽ modũ significandi habere, quem verba coniugationis Cal. vt à sancte Pagnino libro. 3. capite. 5 à Iohanne Isaaco lib. 1. cap. de Hiphil. à Zamorensi lib. 2. ca. 9. Itaque verba illa Hebraica recte ita interpretamur, Regnauerunt, principes extiterunt, quæ est significatio coniugationis Cal. licet ipsa sint coniugationis Hiphil. Nec mirum, quandoquidem & Lxx ita interpretati sunt, ἐβασιλευσαν, & ῥῆσαν Nam quamuis βασιλέυειν, dicant aliquando Lxx interpretes pro eo quod est regem cõstituere, præter communem Græcorum consuetudinem, qui pro regnare vsurpant, ἄρχειν tamen non significat principem constituere, sed principem esse, & imperare.* Immo & verbum βασιλεύω cum ponitur à Lxx pro Regem constituo, accusatiuum habet, vt adnotauit Georgrius Lecapenus in libro de constructione, vt. 1. Reg. 8. βασίλευσον αὐτοῖς βασιλέα, id est, constitue eis regẽ. Et. 4. Reg. 3. ὃν ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ, quem regem constituit pro se. At hic non accusatiuum habet, ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν. Itaque Regnauerunt, & Principes extiterunt, dictum est, ac si diceretur: Regnum, siue reges, & principes habere voluerunt. Quod magis Lxx expressẽrunt, Sibi ipsis regnauerunt, sibi ipsis dominos imposuerunt, cũ decem tribus æquales essent, ex vna sibi regem imponere voluerũt. Quod nihil est aliud, quã si diceret, Regem fecerunt, principem constituerunt. Sensus igitur idem est, siue hoc modo interpretemur, siue illo. Postremo, hoc quoque dicere possumus, non ignorare qui in sacris literis exercitati sunt, multa esse verba quæ per verbum facio sint necessario interpretanda. Vt Romano. 8. ipse spiritus postulat pro nobis, id est, Postulare nos facit. Et Psalm. 28. Dominus diluuium inhabitat, habetur in Hebræo, pro quo Lxx dixerunt, Dominus diluuium inhabitare facit, & ita vertendum esse docet Hieronymus in epist. ad Suniam, & Fratelam. Ita igitur positum est, Regnauerunt, pro Regnare fecerunt, vt consensus veterum tractatorum testatur.

Reg. Per verbũ Facio multa verba necessario interpretãda.

Hoc loco veteres vti solent, vt doceant sæpe principes constitui, quos Deus minime probat, aut vult. Orig. hom. 4. in Iud. Non semper princeps populi, & Ecclesiæ iudex per Dei arbitrium datur, sed pro vt merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini, dantur nobis principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit: Fecerunt sibi regem, & non per me, & principem, & non per consilium meum. Et hoc dictum videtur de Saul illo, quem vtiq; ipse Dominus elegerat, & regem fieri iusserat: Sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate, vel consilio fuisse constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in Ecclesijs fieri, quia pro meritis populi, aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur rector ecclesiæ: aut si malignũ faciat populus in cõspectu Dñi, talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famẽ, & sitim populus patiatur, nõ famẽ panis, neq; sitim aquæ, sed famem audiẽdi verbum Domini:* Et Gregorius in prima parte Pastor. capi. primo, cum hæc prophetæ verba retulisset, inquit: Ex se namque, & non ex arbitrio summi rectoris regnãt, qui nullis fulti virtutibus nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupidine accensi, culmen regiminis rapiunt potius, quam assequuntur. Vide Cyprianum locis superius indicatis, & Bernardum in sermone de conuersione ad clericos cap. 27.

ALLEGORIA ET TROPOLOGIA.

Horum verborum allegoriam & tropologiam paucis aperit Theophylactus cum ait: Hæc & Dei interemptoribus quadrabunt, nam etiam si sibi Cæsarem pro rege scriberent, Annam tamen, & Caipham habebant, quibus venales erant, & emptitij dominatus. Porro quando peccatum in mortali nostro corpore regnauerit, non Dei voluntate tale imperium geritur. Deinde cũ caro in nobis vna cum affectibus suis, & cupiditatibus tenuerit sceptra, non innotescit talis dominatus Deo. Nouit enim Dominus qui sint sui, Praui autem affectus vt ipsius non sunt, sic nec omnino existunt quidquam.

HISTORIA.

Cognoscere. *Et non cognoui.* Cognoscere dicitur Deus aliquid, cum approbat, vt docet Hiero. in illud Gal. 4. Nunc autem cum cognoueritis Deum, immo cogniti sitis ab eo: & in Zach. cap. 8. Et Gregorius multis exemplis comprobat. 2. Mor. ca. 4. Idem. 1. p. Past. ca. 1. ita hæc verba exponit: Quos tamen internus iudex & prouehit, & non cognoscit: quia quos permittẽdo tolerat, profecto per iudicium reprobationis ignorat. Vnde ad se quibusdam & post miracula venientibus dicit: Recedite à me operarij iniquitatis, nescio qui estis vos.

Matth. 7.

13 *Aurum suum, & argentum suum.* Alterum peccatum grauissimum reprehendit, quod non solum reges sibi creauerint, sed etiam nouos deos fecerint, id est, vitulos aureos, & alia idola, donis ex Dei largitate acceptis, id est, argento, & auro, Deum ipsum iniuria afficientes.

Vt intereant. Idem valet, ac si diceret, Atque ita interibunt. De qua phrasi dicemus, Deo donante, latius in illud Hamos. 2. Vt polluerent nomen sanctum meum.

Proiecit vitulus eius Samaria. id est, Tu, & idola tua peribitis. In Heb. est זנח, id est, Proiecit, quo verbo paulo ante vsus est, cũ dixit, Proiecit Israel bonum. Ac si diceret, Proiecit vitulũ tuũ Samaria, scilicet, Deus. Lxx, Proijce vitulum tuum Samaria. Vtrũque cum Hebræo conuenit, nam si scribas וַיִּזְנַח, est Proiecit, si vero וְזְנַח, Proijce.

In eis pro in eos.

Iratus est furor meus in eis. In eis more Hebræorũ dictũ est, pro In eos, id est, in colentes idola, in Israelitas. Quę phrasis in vtroq; testamento frequens est, vt Psalm. 43. Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis, pro In nos. Eph. 1. Propterea & ego audiens fidem vestram, quæ est in Domino Iesv. Et postea: Det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius.

14 *Vsque quo non poterunt emundari:* Hieronymus: Illis non audientibus conuertitur ad alios, & quasi ad tertiam personam loquitur. *Israel, &c.* id est, Quę ista insania est, me dante locum pœnitentiæ illos ad sanitatem nolle conuerti? Quasi dicat: Quam diu erunt in sordibus suis? Quam diu adorabunt idola sua?

Quia ex Israel & ipse est. Quasi admiratus illorum stultitiam loquitur. Hic vitulus quem colũt, quid diuinitatis habet? Etiam ipse est ex Israel. Quasi dicat: Solebat Israel ridere alias gentes, quod deos non veros, sed artificum suorum manu fabricatos haberent: & nunc in eumdem cum illis incidit errorem. Nam sicut illi dij sunt ex illis gentibus, verbi gratia Baal, & Hastaroth ex Sidonijs, Chamos ex Moabitis, id est, nõ veri, sed illorum errore conficti, & fabricati, & quasi ex illis gentibus orti, ab eisque principium capientes: ita hic vitulus, siue hi vituli (singularis enim pro plurali positus est) nõ est Deus, sed ex Israele ortus est, nihil habet nisi quod ab Israele accepit. Quod vt magis explicet, addit: *Artifex fecit illum, & non est Deus.*

15 * *Quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ.* Vt aranearum fila dissoluuntur in ventum, ita vitulus Samariæ redigetur in nihilum. Vbi Hieronymus vertit, Aranearum telas, in Hebr. est שְׁבָבִים. Cuius vocabuli tot sunt fere interpretationes quot interpretes. Nos (inquit Hieronymus) ab Hebræo didicimus שְׁבָבִים proprie nominari aranearum fila per aerem volãtia, quæ dum videntur intereunt, & in atomos, atque in nihilum dissoluuntur. Et recte his Samariæ vitulus comparatur, quem eo tẽpore pro pretij magnitudine, quia aureus erat, populus adorabat. Docet ergo Hieronymus his verbis vocabuli proprietatẽ à se tradi, ceteros interpretes metaphoricè potius accepisse. Ex quibus Lxx, & Theodotion verterunt, πλανῶς, id est, seducens, atque decipiens, Symmachus, Inconstans, vel Instabile: quinta editio, Vagus, & fluctuans, sed eodem omnes vidĕtur spectasse, nempe cito comminuendum esse vitulum, multosque in eo decipiendos esse, quod aureus cum esset, videretur multum duraturus, subitoq; in pactes minutissimas esset conterendus. Idem sentit Chaldæus, qui dixit: In minuta tabularum redigetur. Porro passim in scripturis hæc phrasis occurrit, Erit in telas aranearum, pro, Erit telæ aranearum. Vt Psal. 30. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij. 2. Reg. 7. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.

שְׁבָבִים quid sit.

16 Esse in patrem pro esse patrẽ, & similia.

Universidad de Deusto Biblioteca

TROPOLOGIA.

Magni labores peccatorum, & inanes.

Talis erit exitus diuitiarum, honorum, potentiæ, & omnium, quæ homines errantes adorant in terra, in aranearum telas erit vitulus aureus Samariæ, quem cæcus populus adorabat, cui vota faciebat. In nihilum redigentur, erunt quasi aranearum fila per aerem volantia, quæ, dum videntur, intereunt. Ideo Isaias omnia mundanorum hominum opera, & omnes labores, telas araneæ vocauit: Et telas aranеæ texuerunt. Et paulo post: Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis, opera eorum opera inutila. Quanto, & quam incredibili labore telam suam aranea contexit, & quasi ex visceribus suis extraxit opus muscas, culicesque capturum, & minimo momento rumpendum. Quid aliud per tot labores, & vigilias faciunt, qui perituris huius sæculi bonis inhiant? Quid habet homo amplius de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? * Nō vestietur his telis cum ad Dei tribunal steterit, nudus erit, & quamuis multa fecerit, non operietur operibus suis. Apparebit confusio eius, videbitur ignominia eius. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine diuitiārum suarum, & prævaluit in vanitate sua. Contra de sanctis dicitur. Omnes domestici eius vestiti sunt duplicibus, vt neque confusionem timere debeant, neq; frigus. Ideo iudex ait: Suadeo tibi emere à me aurum ignitum, & probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt nō appareat confusio nuditatis tuæ. Sed hoc melius explicant, quæ sequuntur.

Isa. 59.

17

Psal. 51.

Prou. vlt.

Apoc. 3.

1. Cor. 9.

18

HISTORIA.

Quia ventum seminabunt, & turbinem metent. Metaphorice significat eorum labores, & sumptus in idolis colendis, & bonis sæculi quærendis nihil ipsis vtilitatis, sed damni plurimum allaturos esse. Atque hos labores eleganter seminationem vocat, quæ non fit sine labore, & sumptu, nec sine spe maioris emolumenti, quoniam debet in spe, qui arat, arare, & qui seminat in spe fructus percipiendi. Bona, inquit, & fecunda grana seminare se credunt, sed re vera non nisi ventū semināt, inane, & sterile est quod seminār, & nihil plus fructus allaturum, quā si ventus seminaretur. * Sed parū est nullū percipi fructum, magnas calamitates pro fructu percipient, turbinem metent. Ventus enim quasi semen intra terram conceptus cum eruperit, puluerem excitat, & oculos infestat, ac lædit, sit enim turbo, per quem captiuitatem intelligit. Lxx verterunt, ανεμοφθορα, seminabunt, id est, vento corrupta semina, quæ, scilicet, medullam non habent: & id circo vacua seminantes inania, vacuaque recipient.

TROPOLOGIA.

Quod optime conuenit ijs, qui ad inanem gloriam opera sua referunt: quæ semina quidem erant: vnde fructum magnum licerer sperare, sed sunt semina vento corrupta, id est, fine vitiata fructum ferre non possunt: Attendite (ait Dominus) ne iustitias vestras faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cœlis est. Illud ergo Pauli ante oculos semper habeamus: Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.

Culmus stans non est in eo. Nihil habet vnde fructum sperare possit: nam neque culmū quidem habet hic populus stantem, omnes in terram deiecti sunt. Est autem culmus canna in segete, quæ nodis distinguitur, vnde Gen. 41. Septem spicę pullulabant in culmo vno. Ideo germen culmi, id est, spica, vt & Hiero. interpretatur, non perueniet eo, vt moli possit, & farinam faciat. Quod si forte nonnihil farinæ inde fuerit, non qui laborarunt, sed alieni, comedent eam. Significat omnia eorum bona hostes esse deprædaturos, & consumpturos, ipsosque ad extremā paupertatem esse redigendos. Chaldæus: Quod si forte opes comparauerint, gentes deprædabuntur eas.

TROPOLOGIA.

Gregorius. 8. Mor. c 29. *Culmus* quippe germen non habet, cū vita meritis virentibus careat. *Farinam culmus non facit* cum is, qui præsenti sęculo proficit, nihil subtilitatis intelligit, nullum boni operis fructum reddit. Sed sæpe & cum fecerit, hāc alieni comedūt: quia & cū bona opera hypocritæ offendunt, de his malignorū spirituū vota saturantur. Quæ enim per hæc placere Deo non appetunt, nequaquā agri dominū, sed alienos pascūt.

HISTORIA.

20 *Deuoratus est Israel, &c.* Hieronymus: Quod autem dicit, Deuoratus est, vel absorptus, hoc significat, quod mistus idolis, & nationibus proprium Israelis nomē amiserit. Idem Lxx pro immundo inutile transtulerunt. Immundum vas, siue inutile Hebræi matulam vocant, quo ad suscipienda, & proijcienda stercora vti solemus. Huic immunditiæ idololatras comparat, qui miscentur gentibus, dum Dei non custodiunt veritatem, & facti vasa in honorem cōuersi sunt in vasa contumeliæ. Talis erat Iechonias idolis manciparus, de quo per Ieremiā loquitur Deus: Inhonoratus est Iechonias, sicut vas, cuius nulla est vtilitas, &c. Hęc Ieremiæ verba iuxta Lxx editionem retulit Hieronymus. Ipse enim ex Heb. ita vertit: Numquid vas fictile, atque contritum vir iste Iechonias: Numquid vas absque omni voluptate, siue vtilitate? Ruffinus testatur, vbi nos legimus, Quasi vas immundū, alios interpretes transtulisse, Factus est quasi matula Quod ita exponit: Quasi vas ad naturæ requisita compositum, ita contumeliarum sordibus implebatur. Ex quo cernitur de quo vase propheta loquatur. * Vbi autem ait: Deuoratus est Israel, idem Ruffinus exponit: Id est, cuius omne robur fuerit exhaustum, & qui facile posset internecione consumi, si hoc quoque poscereť ira dominantium. Lxx verterūt, κατεπόθη, Absorptus est, & Cyrillus interpretatur: Fluctibus suorum peccatorum demersus miserum naufragium fecit, aut absorptus est tāquam à dracone. Aut quia ij, qui à caritate Dei excidunt, fiunt cibus, & sorbitio Diaboli. Quæ omnia quam apte ad peccatorem commodentur, quomodo iuxta superiores omnes interpretationes absorptus, & deuoratus, & vas immundum, atq, inutile dicatur, videt me tacente lector. Qui enim prius erat vas in honorem, & sanctis cogitationibus, ac meditationibus implebatur, nunc in potestatem hostium traditus fit matula fœtens, & omnibus Diaboli spiritibus inquinatur.

21 *Quia ipse abierunt ad Assur.* Hæc, quæ dixi, fient, quoniam captiui ducētur ad Assyrios. Tunc hæc omnia patientur, & contemnentur à gentibus, inter quas erunt.

Ipse se solitarium sibi fecerunt. Ideo abductus Ephraim in captiuitatem ab Assyrijs, qui, factus est sicut onager solitarius, qui non est sub hominis imperio, (ideo enim onager, id est, asinus siluestris dicitur,) sed libere quocumq; vult discurrit: ita Ephraim legis Dei oblitus pro libito gentium se implicabat erroribus, ad eas ibat, earumque idola venerabatur. * Hic locus optime exponitur ex Iob. 11. Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat. Et cap. 39. Quis dimisit onagrum liberum? &c. Chaldæus: Exultarunt in Assur, pro eo quod ambulauerūt in voluntate animæ suæ, tanquam onager ferus. Quod autem ait, *Solitarius sibi*, hoc est, sibi soli relictus, nullum agnoscens Dominum.

Ier. 22.

22

TROPOLOGIA.

Greg. 10. Mor. cap. 15. dum illum exponit: Et quasi pullum onagri se liberum natum putat, quædam dicit, quæ optime in hunc locum conueniant, si velimus ad peccatores referre. Per pullum (inquit) onagri omne agrestium genus exprimitur, quod naturæ dimissum motibus, loris dominantium non tenetur. Agri namque animalia libertatem habent & ire, quo appetunt, & quiescere, cū lassantur. Quæ enim ad aliud minime seruantur, eorum motus procul dubio nequaquam sub disciplina restringitur. Homo autem quia ad sequēdam vitam ducitur, necesse profecto est, vt in cunctis suis motibus sub dispositione disciplinæ religetur, & quasi domesticum animal loris vinctum seruiat, atque æternis dispositionibus restrictum viuat. Quibus bene loris ligatum se nouerat, qui dicebat: Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Qui ergo implere cuncta, quę desiderat, per effrenatam libertatem quærit, quid aliud quam pullo onagri esse similis concupiscit, vt disciplinæ hunc lora non teneant, sed audenter vagus per siluam desideriorum currat?

Pullus onagri.

Peccator liber esse vult vt onager.

Psal. 72.

HISTORIA.

23 *Munera dederunt amatoribus suis.* Id est, Populis, quorum mores, & idola sequebātur, & quos vt socios habebant, vt diximus cap. 2. num. 44. Tacite illud reprehendit, quod est apertius apud Ezech. 16. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis.

Sed & cum mercede conduxerint nationes nunc congregabo eos, &c. Explicat cur dona dederint amatoribus, vt, scilicet, eorum ope

Universidad de Deusto
Biblioteca

te le Assyriorum dominatui subducerent. Proptereanunc ait eos mercede cõduxisse nationes. Sed postquam, inquit, hoc fecerint, *nunc*, id est, statim, *congregabo eos*, hoc est, colligẽt se sc in ciuitates suas, vt eas muniant, seq; aduersus Assyriorum impetum comparent, & quiescent ab onere tributorum, quod regi Assyriorum pendebant, & principibus eius. Nõ quod principibus certa tributa soluerentur, sed quod munera multa ad eos mittebãt, vt per eorum gratiã regẽ sibi cõciliarent. Sed breuis futura erat hæc quies, quoniam cito erant ab Assyrijs expugnandi. Ita fere Hieronymus & Ruffinus. * Locus exponitur ex historia 4. Regum. 17. Contra hunc ascendit Salmanasar rex Assyriorum, & factus est ei Hosee seruus, reddebatque illi tributa. Cumque deprehendisset rex Assyriorũ Hosee, quod rebellare nitens misisset nuntios ad Sua regem Ægypti, ne præstaret tributa regi Assyriorũ, sicut singulis annis solitus erat, obsedit eum, & vinctum misit in carcerem. Peruagatusque est omnem terram, & ascẽdens Samariam obsedit eam tribus annis. Anno autem nono Hosee cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios. Vbi nostra translatio habet: Quiescent, noui interpretes vertendum putant, Dolebunt. Sed melius Hieronymum vertisse docent Lxx interpretes, qui transtulerunt, κοπάσουσι, id est, Quiescent. Eodẽ modo intellexit Chaldæus, qui ait: Auferam ab eis dominium regum, & principum.

24

Quia multiplicauit Ephraim altaria. Causa tantorum malorum est, quod Ephraim ita in idola insaniuit, vt multiplicauerit altaria nouaq; extruxerit, vt plura idola adoraret. *Et hæc altaria facta sunt ei in delictum*, quo plura enim sunt, eo plus illius scelera multiplicantur, & quantum crescunt scelera, tantum crescet & pœna.

25 *

Scribam ei multiplices leges meas. Variant & hic noui interpretes, nam pro, Multiplices leges meas, quidam vertunt, Honorabilia legis meæ, alij, Axiomata legis meæ. Sed notũ est רַבִּי significare multitudines, ideoque Lxx verterunt πολλοὺς, id est, multitudinem, Chaldæus: סַגִּיאוּת, id est, multitudinem, à verbo סְגָא quod significat multiplicari. Male ergo trãstulit Quinquarboreus, Præstantiam, cum vertendum esset, Multitudinem. Multo melius in translatione bibliorum Regiorum versum est, Conscripsi eis multiplicitatem legis meæ. Ergo scribã eis multiplices leges meas, perinde est ac si diceret, Scribam eis multitudines, aut multiplicitates legis meæ, id est, legem meam multiplicem, & varia mandatorum genera cõtinentem. Sed cur dicit, Scribam, cũ lex iterum scribenda non esset? Quidam ex recentioribus expositoribus facile hanc difficultatem eludunt accipiẽtes, Scribam pro, Scripsi, quod & Chaldæus fecit, atque ita facile intelligitur: Dedi eis legem digito meo scriptã, quam illi cõtempserunt. * Sed quoniam in Heb. est scribam, atque ita verterunt Lxx, & Hieronymus, desuntque ea quæ more Hebræorum futurum mutare solent in præteritum, futuri potius significationem habere dicamus, atq; hunc esse sensum, qui ex Hieronymi verbis non obscure elicitur. Scriberem eis iterum legem meam, sed quorsum scribam? nihil proficiã, iam enim scriptam acceperũt, & quasi alienam abiecerunt. Mihi & germana, & acuta Ruffini videtur interpretatio, quam apertius referam. Leges meas quę olim promulgatæ Deuteronomij præcipue volumine continentur, multipliciter in eos scribam, id est, exequar, atque cumulabo. Ac si dicat; Reuocabo eis in memoriã leges meas, nam per scripturam recordari solemus eorum, quæ iam exciderãt. Quomodo autem reuocabo? Exequendo leges, id est, afficiẽdo eos pœnis illis, quæ Deut. 27. & 28. propositæ sunt legem violantibus. Tunc, cum legis pœnas patientur, legis recordabuntur cuius ita obliti sunt post quam vitulos colere cœperunt, ac si alijs scripta esset.

Hostias offerent, immolabunt carnes. Israelitæ non solum idolis, sed etiam Deo immolabant hostias, ideoq; illis Elias dixit. 3. Reg. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum, si autem Bahal, sequimini illum. De hostijs igitur, quas Domino offerebant, propheta dicit nequaquã eas Deo gratas futuras, quoniam prætextu quidem Dei immolabãtur, re autem vera nõ vt Deo placerent immolabant, sed vt hostias ipsas comederent, & vẽtrem implerent, conuiuijsq; locus esset. Ita Hieronymus. Ceterum pro, Hostias offerent, in Hebr. est, זִבְחֵי הֲבָהָבַי quod iuxta communiorem, & probatiorem Hebræorum interpretationem est, Hostiæ donorum meorum, aut oblationum mearum, & subauditur, erunt, id est, Hostias mihi donabunt,

nabunt, & offerent.

Nunc recordabitur. Nequaquã talibus hostijs placabitur, sed cito eos puniet.

Ipsi in Ægyptum conuertentur. Hic locus difficilis videtur expositoribus, quoniam non constat quomodo in Ægyptum conuersi fuerint. Ideo varios modos excogitãt, quibus vere dicatur eos in Ægyptũ redijsse. Sunt qui de Iuda potius hoc dictum putent, non de Israele. * Sed propheta ita sepsum cap. sequenti exposuit, vt nullus fortasse dubitandi locus relictus esse videatur: quin de decem tribubus loquatur, ex quibus multi vastantibus Samariam Assyrijs è manibus victorum elapsi in Ægyptum cõfugerunt, ibique mortui sunt. Ideo capit. 9. initio scriptum est: Non habitabunt in terra Domini, reuersus est Ephraim in Ægyptum. Et postea: Ecce enim profecti sunt à vastitate, (id est, propter vastitatem terræ suæ) Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos. Vbi tam Hieronymus, quam Theophylactus, ita vt diximus, exposuerunt: & locus ita apertus est, vt exposítore non indigeat.

28

Et Iudas multiplicauit vrbes munitas. Hieronymus: Iudas quoque videns Israelem de via Domini recessisse, & visitata esse eius peccata: non est conuersus ad Dominum, sed in vrbium munitione confisus est, quas Dominus destructurum se esse dicit, & vsq; ad fundamenta illius deuoraturum.

Et mittam ignem in ciuitates eius. Copulauit in accusatione Israelẽ, & Iudam, ideoq; nunc eos quoque in supplicijs copulat. Itaque cum ait, *In ciuitates eius*, subaudiendũ est Israelis: Cum autem, *Et deuorabit ædes illius*, Iudæ subaudiẽdum est, vt docuit Hieronymus. Hoc ex Hebræo intelligitur, nã Israelem masculino genere appellat semper, Iudam autem femineo, quia terram Iudæ intelligit, vt passim videmus, & de terra ipsa quasi de muliere loquitur. * Cum ergo dicit, *Ciuitates eius*, masculino vsus est pronomine עָרָיו: Sed in ædes illius pronomen femineum est, אַרְמְנֹתֶיהָ. Huiusmodi incẽdia in expugnatione vrbium frequentissima sunt, vt Hamos. 1. & 2. sæpe repetitum videmus, & Iudæ euenisse docet sacra historia. 4. Regum. 25. Et succendit domum Domini, & domum regis, & domos Ierusalem, omnemque domum combussit igni. Porro vbi ait, *ædes illius*, recentiores interpretes vertunt, Palatia illius. Sed nihil habent cur à nostra versione recedãt, nam אַרְמוֹן non palatia tantum significat, sed mediocres etiam, & cõmunes domos, vt Isai. 23. Suffoderunt domos eius, posuerunt eam in ruinam. Num omnes domus palatia erant? Et cap. 25. Quia posuisti ciuitatem in tumulum, vrbem fortem in ruinam, domum alienorum, vt non sit ciuitas. Præsertim cum Lxx soleant frequẽtissime vertere pro אַרְמְנוֹת, θεμέλια, id est, fundamẽta, vt in hoc loco Hoseæ, & in altero Isa. 25. & Hamos. 1. & 2. sæpe, raro autem οἶκον, id est, domum, vt Hamos. 1. Et mittam ignem in domum Hazael. Denique in hoc Hoseæ nostri loco non palatia, sed omnes domos significari satis indicat quod ex 4. Reg. 25. retulimus: Et domum regis, & domos Ierusalem, omnemq; domum combussit igni.

29

ALLEGORIA.

Hæc omnia facile suo modo referri possunt ad interfectores Domini, qui hostias offerebant, & immolabant carnes, & Dominus nõ suscepit eas, sicut ait in Isaia: Quo mihi multitudinem victimarum vestrarũ? dicit Dominus. Plenus sum, &c. Sed recordatus est iniquitatis eorum maximæ aduersus filium Dei, & visitauit peccata eorum per exercitum Romanorum. Quo tempore multi eorum non mente tantum reuersi sunt in Ægyptum, id est, ad priorem suam infidelitatem, sed etiam corpore, vt à Moyse prædictum erat Deutero. 28. Reducet te Dominus classibus in Ægyptum per viam, de qua dixit tibi, vt eam amplius non videres. Ibi venderis inimicis tuis in seruos, & ancillas, & non erit, qui emat. Quod in captiuitate Romana factum esse docent ibi Lyranus, & Burgensis. Et quoniam obliti sunt Dei factoris sui, & idola adorauerunt honoris, & pecuniæ, & ventris, & metu Romanorum CHRISTVM suum admittere noluerunt dicentes: Venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem: ædificaueruntque ciuitates munitas, id est, magis lapidibus, & muris, humanæq; fortitudini, quam Dei potentiæ confisi sunt: misit in ciuitates eorum ignem, sicut prædixit eis Dominus: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit.

30 Isai. 1.

Iohan. 11.

Matth. 22.

TROPOLOGIA.

Vide etiam quo deducat homines obliuio Dei: *Oblitus est*, inquit, *Israel factoris sui.* Pulchre cum obliuione factorẽ coniunxit,

31 Obliuio Dei quot malorum causa sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ingrati animi turpitudo magis appareat. Quid enim indignius, aut turpius quã eius obliuiſci, per quem memoriam habes, & in memoria hominum es? niſi enim te feciſſet, ſemper in tenebris, atque in obliuione iacuiſſes, vel, vt verius dicam, nihil eſſes, nemo de te cogitaret. Fecit ergo te, & ab eo habes quidquid es, & ſi obliuiſci potes tanti doni, quod accepiſti: certe nõ decebat obliuiſci eius, quod nunc accipis, id eſt, conſeruationis tuæ. Semel enim fecit te, ſed ſemper conſeruat te, ac portat verbo virtutis ſuæ, & in nihilum redires, niſi ſingulis momentis ſeruaret, quod fecit, ac propterea ſingulis momentis quaſi facit te. Oblitus eſt Iſrael factoris ſui. Quare ſcitum eſt illud Auguſtini in Manuali capit. 29. (vnde & Bern. mutuatus eſt in lib. de interiori domo capit. 9.) ſicut nullum eſt momentum, quo homo non fruatur, vel vtatur pietate diuina: ſic nullum debet eſſe momentum, quo eum præſentem non habeat in memoria. Quid nõ mali ex tanto malo oriturum putem? *Et ædificauit delubra.* Qui Dei obliuiſcitur, paulatim ad hoc deducitur, vt ędificet delubra, in quibus collocet, & adoret idola. Memoria enim Dei erigit hominem in cælum, efficitque vt contemnat creaturas, & quidquid obſtare poteſt in Deum feſtinanti. Inde Moyſes: Deum, qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui. * Quid inde? vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum filij ſui, & filiæ. Et ait: Abſcondam faciem meam ab eis, & conſiderabo nouiſſima eorum. Quid præterea? Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos, id eſt, Ipſi me ad iram prouocarunt colentes pro me eos, qui non erant dij: & ego abijciam illos, & aſſumam, atque eligam pro eis populum, qui nõ erat populus, & gentem, quæ ſtulta erat, vt videant, & iraſcantur, & dolore, atque liuore tabeſcant. Vt igitur hi obliti Dei, & beneficiorum eius ſtatim idola adorauerunt: ita qui Dei obliuiſcitur, continuo honoris, & gloriæ, diuitiarum, voluptatumque amore capitur, atque hæc pro dijs colit. *Sed & Iudas multiplicauit ſibi ciuitates munitas.* id eſt, Illi etiam qui ad Deum propius acceſſerant, & rite eum colere videbantur, arctioremque ſanctitatis ſemitam ingreſſi fuerãt, ſi ſemel Dei memoriam abijciant, occultius quidẽ, & verecundius, ſed etiam ad idola defabuntur, & multiplicant ſibi ciuitates munitas, diſcunt magis, ac citius creaturis confidere, quam creatori, & bona ſæculi quærunt quę poſſunt, quaſi ciuitates munitas, in quibus maneant tuti ab iniurijs, & hilarem vitam, nulliuſque egentem degant. Talem ciuitatem ſe exædificaſſe credebat ille, qui dicebat: Anima, habes multa bona poſita in annos plurimos: requieſce, comede, bibe, epulare. * Sed quoniam aduerſus mortem, & aduerſus iram Dei nulla ciuitas ſatis munita, aut tuta eſſe poteſt: ſequitur ſtatim. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetẽt à te, quæ autem paraſti, cuius erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in Deum diues. Quare Iſaias omnium ſanctorum nomine, qui noluerunt habere hic ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirebant habitantes in caſulis, & in cauernis, & ſpeluncis terræ, Deo gratulatur quod has ciuitates euerterit. Domine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo, quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen. Quia poſuiſti ciuitatem in tumulum, vrbẽ fortem in ruinam, domum alienorum, vt non ſit ciuitas & in ſempiternum non ædificetur. Loquitur enim de euerſione magnæ ciuitatis mundanorum Babylonis, in qua ſingulorum ciuitates includuntur.

Deut. 32.

32

CAP. IX.

NOli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti mercedẽ ſuper omnes areas tritici. Area & torcular non paſcet eos: & vinum mentietur eis. Non habitabũt in terra Dñi: reuerſus eſt Ephraim in Aegyptum, & in Aſſyrijs polutum comedit. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum quaſi panis lugentium: omnes qui comedent eum, cõtaminabuntur: quia panis eorum

animæ ipſorum, non intrabit in domum Domini. Quid facietis in die ſolenni, in die feſtiuitatis Domini? Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate: Aegyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos, deſiderabile argentum eorum vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis: ſcitote Iſrael ſtultũ prophetam, inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ. Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius. Profunde peccauerunt, ſicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitates eorum, & viſitabit peccata eorum. Quaſi vuas in deſerto inueni Iſrael: quaſi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum: ipſi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati ſunt in confuſionem, & facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt. Ephraim quaſi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à cõceptu. Quod ſi & enutrierint filios ſuos, abſque liberis eos faciam in hominibus: ſed & væ eis, cum receſſero ab eis. Ephraim, vt vidi, Tyrus erat fundata in pulcritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios ſuos. Da eis Domine: quid dabis eis? da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exoſos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorũ de domo mea

1. Reg. 8.

eyciam eos: non addam vt diligam eos: omnes principes eorum recedentes. Percuſſus eſt Ephraim, radix eorum exiccata eſt, fructum nequaquam facient. Quod & ſi genuerint, interficiam amantiſſima vteri eorum. Abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

HISTORIA.

Noli lætari Iſrael, noli exultare. Pergit, vti cœperat, reprehẽdere peccata Iſraelis, quaſi dicat. Etiam ſi tibi læta euenirent omnia, non habes vnde lætari poſſis, cum ſcias tibi Deum iratum eſſe. Ceteri populi lætari vtcunque poſſunt, qui hoc neſciunt, tu quo modo potes? Hieronymus: Ne gaudeas, ne læteris, nec putes te talem eſſe, vt ſunt cetere nationes, aliter enim neſciens Deum, aliter punitur recedens à Deo: quia ſeruus qui ſcit voluntatem Domini ſui, & non facit eam, vapulabit multum. Lyranus Lætari refert ad internam lætitiam. Exultare ad externam: ſed puto pro eodem accipi lætari, & exultare, & de vtraque intelligi lętitia, ſiquidem Hiero. in tranſlatione Lxx, ſecũdo loco poſuit lætari, vbi in noſtra poſuit, exultare, Noli gaudere Iſrael, & noli lætari ſicut populi. Habet igitur hęc repetitio emphaſin, id eſt, maiorem, & acriorem increpationem intempeſtiuæ lætitiæ. In Hebr. eſt. Ne lęteris Iſrael ad exultationem, id eſt, Ne admittas lætitiam, nẽ admittas exultationem.

i

TROPOLOGIA.

Et ego neſcio quomodo lætari poſit peccator, quamuis proſpere, & ex animi ſentẽtia ſuccedentibus rebus, cum Deum infenſum habeat, & ſciat ſibi parata eſſe æterna ſupplicia, mortemque perpetuam, dignam miſerrimarum mercedẽ voluptatum, quod fornicatus ſit à Deo ſuo. * Si lætaretur Epicurus, qui negabat Deum curare, quid ageret humanum genus, ſi illi qui putabãt animam extingui cum corpore, ferendũ eſſet: at lætari Chriſtianũ, & ridere, ſeque hilaritati dare, qui Dei bonitatem nouit, & iuſtitiam, qui ſcit horrendum eſſe incidere in

Mirum eſt lętari poſſe peccatorẽ.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

manus Dei viuentis, cuius est nisi perditi hominis, & periculosa phrenesi laborantis? Vt enim futura supplicia nulla vererentur, non satis est ad eum torquendum, atque excarnificandum conscientia, quod tantis beneficijs obligatus fornicatus sit à Deo suo?

Pers.sat.3. *An ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenci,*
Et magis auratis pendens laquearibus ensis
Purpureas subter cernices terruit. Imus,
Imus præcipites, quam si sibi dicat?

Peccatoris falsa lætitia. Equidē peccatoris lætitiam non verā arbitror, sed simulatam, neque ad cor vsq; peruenire, sed ex ore cito euanescere. Vide quid Leu.26. Dominus peccatoribus comminetur, & cogita an posit in tantis miserijs læta vita esse. Quid de maledictionibus Deuteronomij dicam? quarum vnam tantum recensebo. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore: & erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte, & die, & non credes vitæ tuæ. Mane dices, Quis mihi det vesperum? & vespere, Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. Recte igitur ei qui inaniter lætatur, cum potius calamitatem animæ suæ flere deberet, dicitur: *Noli lætari Israel, noli exultare, sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo.*

Deut 28.

HISTORIA.

3 *Dilexisti mercedem super omnes areas tritici.* Hieronymus: Mercedē fornicationis tuæ areas multas, & torcularia reputasti, vt rerum omnium abundantia fruereris. Quod ita intelligo. Vbicumque erat spes lucri, nō dubitabas colere idola cæterarum nationum. Chaldæus: Dilexisti seruire idolis pro omnibus areis frumenti. Itaque *super omnes areas est*, ad omnes areas, vbicumque erant areæ.

Area, & torcular non pascet eos. Prædicit sterilitatem apud eos futuram maximam, vt illorum bonorum ablatione puniantur quæ maxima ipsi credunt, & quorum causa idola coluere nationum.

Et vinum mentietur eis. Non afferent vineæ speratum prouentum, & quem promittere videbantur, ideo ait: Vinum mentietur eis. Quomodo & Habac.3 legimus: Mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum.

Non habitabunt in terra Domini. Cito per captiuitatem in alias regiones translati, & opibus suis priuabuntur, & terra, quam illis Dominus dederat.

Reuersus est Ephraim in Aegyptum, & in Assyrijs, &c. Hoc dicit, quia vincentibus Israelem Assyrijs qui elabi potuerunt, fugerunt in Ægyptum, vt cap.8.nu.28. ceteri in terram Assyriorum deducti sunt, vbi necessitate cogente cibos lege prohibitos comederunt, siue idolothyta, vt ait Hieron.

Non libabunt Domino vinum. Solebat vinū in victimis offerri, vt legimus Numer. 15. Hoc autem dicit: Prætextu sacrificij vinum libabunt, non tam vt Deo offerant, quam vt licentius ipsi potarent, ac largius. Quomodo cap.8. dixit: Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas. Id igitur nunc tacite reprehendit, ac si dicat, Non libabunt Deo vinum, sed sibi, ideoque non placebunt ei.

Sacrificia eorum quasi panis lugentium. Erūt eorum sacrificia Deo ingrata, & erunt immunda, sicut si offerrent panem lugētium mortuum, quem ipsi etiam qui comedunt, immundi fiunt, ideo dixit; *Omnes, qui comedunt illum, contaminabuntur.* Num.19. Ista est lex hominis, qui moritur in tabernaculo, omnes, qui ingrediuntur tentorium illius, & vniuersa vasa, quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. Et postea: Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet, & anima, quæ horū quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

Quia panis eorum animæ ipsorum. Quare non placebunt mihi illa sacrificia? Quia panē, quem offerunt, non mihi offerunt, sed sibi: Nam hoc valet *Animæ eorum*, sibi ipsis: iuxta consuetudinem Hebræorum. vt Eccles. 24. Sapientia laudabit animam suam, id est, se. Hebr. 10. Iustus autem meus ex fide viuet. Quod si subtraxerit se mihi, non placebit animæ meæ. Hieronymus: Panis ille suæ gulæ, suæque voluptati seruiet, mihi non placebit. Ita quoq; Theophylactus, Hoc enim nunc de pane dicit, quod antea de carnibus, & de vino dixerat.

Non intrabit in domum Domini. Male in quibusdam codicibus legitur, Intrabunt, legendum est, Intrabit, vt est in Heb. & apud Lxx, & Latinos emendatiores, & ita exponit Hieronymus. Est autem sensus: Nunquam illum mittent in Ierusalem in templum Domini, vt ibi offeratur, sed in patria sua offerunt, vt ibi comedant: nam si vere

Deo

Deo offerre voluissent, in templum misissent. Eadem ratione dixit paulo ante: Non libabunt Domino vinum.

Quid facietis in die sollemni. Diem sollennē, & diem festiuitatis Domini vocat diem captiuitatis illorum; quo vindictam de suis hostibus capiet, & eorum scelera finientur. Ita Hieronymus. Theophylactus vero & Theodoretus: Quid facietis captiui, cum sollēnes Domini dies venerint, neque illos in terra aliena celebrare poteritis? Tametsi Theophylactus sensum quoque Hieronymi affert, qui mihi videtur probabilior: * Nam dies festus, & sollennis, dies lætitiæ est, & in eo multę victimæ immolantur. Ita Deus more humano lætari dicitur in vindicta. Isai. 1. Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Heu, dolentis est ob iniurias acceptas, sed quæ statim adduntur, leuationem doloris afferunt. Prætera, cum Dominus in captiuitatem, & in gladiū tradit inimicos suos, quot peccatores occiduntur, totidem hostiæ illi immolantur. Isa.34. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom. Ad priorem sensum respicit tropologica expositio Cyrilli lib.4. in Ioh. cap.35. his verbis: Dicit enim ad impios, & male viuentes diuinus ille Hoseas: Quid facietis in die sollennitatis Domini, & in die festo eius: id est, Quomodo qui labores virtutis aspernati estis, qui Dei caritatem neglexistis, ad cœlestem sollennitatem ingredi poteritis? aut quomodo cœnæ illius Dominus, atque magister non eijciet vos dicens: Quomodo intrastis huc absque veste nuptiali?

6

Ecce enim profecti sunt à vastitate. Hoc exposuimus cap.8.nu.28.

Aegyptus congregabit eos, Memphis sepelier eos. Fugient qui poterunt in Ægyptum vastantibus Samariam Assyrijs, ibi congregabuntur, & ibi tandem morientur. Memphis metropolis erat Aegypti, vt ait Hieronymus, ante quam Alexandria, quæ prius Nodicebatur, ab Alexandro Macedone & magnitudinem vrbis acciperet, & nomen. Hodie nonnullis Cairo, quamuis tradunt Mēphim fuisse sitam in altera parte fluminis è regione huius, quæ Cairus vulgo dicitur.

Memphis.

7 *Desiderabile argentum eorum, ortica hæreditabit.* Argentum eorum vocat præclaras, & magnificas ædes, in quarum ædificationē magnam pecuniæ vim effuderant, quas ita dicit esse diruendas, & solo æquandas, vt in eis vrticæ nascantur nullo eas reædificante, aut incolente. Chaldæus: In domo desiderabili argenti eorum vrticę degent. Atq; hic sensus ex sequētibus intelligitur: Lappa in tabernaculis eorum. Ceterum Hebræa ita habent ad verbum: Desiderium argenti eorum vrtica hęreditabit, id est, Optimum & maxime desiderabile, quod argento suo compararunt. Intelligit autem sumptuosissimas domos. Desiderabile autem vocatur quidquid optimum est, & ab omnibus appetitur, vt Thren.1. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Desiderabile.

Lappa in tabernaculis eorum. Hieronymus: Longam significat vastitatem, vt vbi quondam domus erant, lappæ, & vrticæ nascantur, & spinæ, &c. Ita Isai. 34. Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius. Pro lappa (quam versionem quidam improbant) in Hebr. est חוֹחַ, quæ vox hamum proprie significat, atque inde etiam spinosas, & aculeatas herbas quasuis. Vnde noster interpres, nunc carduum interpretatur, vt 4.Reg. 14. Carduus Libani misit ad cedrum, nūc paliurū, vt Isa.34. Et paliurus in munitionibus eius: nunc lappa, vt hoc in loco, est enim, vt dixi, generale nomen. * Similiter lappa sæpe generale nomen est, docet enim Andreas Lacuna doctissimus medicus in commentarijs Dioscoridis lib.4.ca.139. lappam vulgo vocari omnem plantam spinosam. Si autem proprie vocabulum capiamus, herba est capitula habens leuiter hamata, quam Græci ἀνάφορα vocant, & φιλάνδρακα cognominatur, id est, hominum amatrix, eo quod vestibus tenaciter adhæreat, Hispani eamdem ob causam amorem, siue amorem hortulani vocamus, vt idem Lacuna tradit lib. 3.cap.98. Solent autem oriri lappæ, & paliuri, & similes herbæ spinosæ inter segetes, ideoque Plin.lib.18.cap.17. tribulos, & carduos, & lappas inter morbos frugum, pestesque connumerat. Et Virg.1.Georg.

חוֹחַ quid.

8 Lappa.

Intereunt segetes, subit aspera silua,
Lappæque tribulique, interque nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominantur auenæ.

Idem spinosam esse lappam ostendit lib.3.

Si tibi lanicium curæ, primum aspera silua,
Lappæque tribulique absint.

Venerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Venerunt dies visionis. Quod cito venturum est, iam venisse dicit, vt sine dubio venturum credant. Dies visitationis tempus supplicij, & pœnarum vocat, quo Deus eos visitabit, id est, puniet, eadem causa vocantur Dies retributionis, quia iuxta eorum scelera retributurus illis erat.

9 * *Scitote Israel stultum propheram.* Primum id admoneamus, in quo nonnulli viri docti lapsi sunt, Scitote, vnicam esse dictionem, non duas scito te. Deinde in Hebræis codicibus haberi nunc: וְיָדְעוּ scient. Sed Hieronymus testatur se trãstulisse, scitote, quem sequi debuissent noui interpretes quasi castigatiora exemplaria nactum, in quibus legebatur וְיֵדְעוּ, id est, Et scitote, sicut in Psal. 4. Et scitote quoniam mirificauit, &c. Sed coniunctionem, Et, abstulit, vt passim fit, quoniam eo loco ornatui tantum deseruit apud Hebræos, vt Exhod. 1. Hæc sunt nomina filiorum Israel, Et Numer. 1. Locutus est Dominus ad Moysem: cum in Heb. sit: Et hæc sunt nomina filiorum Israel. Et locutus est Dominus ad Moysem. Si enim prima litera breuis sit apud Heb. erit iod, significabitque Scient, si autem paululum protrahatur, erit vau, & interpretabimur, Et scitote, aut, scitote, & sensus est idem. Scitote, inquit, omnes, qui auditis, Israel fuisse prophetam insanum, & stultum, semper enim sibi pollicebatur prospera, nullamq; timeri debere captiuitatẽ prædicabat. Sed quam insane vaticinatus fuerit, nunc cognoscetis, venerunt enim dies visitationis, & retributionis eius. Idem dicitur si vertamus, scient, cognoscent omnes gentes Israel falsum prophetam fuisse, insanum virum spiritualem, id est, prophetam non à Deo afflatum, sed insania, & furore correptum, ac proinde mendacem. * Virum spiritus, vt est in Heb. siue virum spiritualem, id est, habentem spiritum, vocat prophetã, vt Mich. 2. Vtinam non essem vir habens spiritum, sed mendacium potius loquerer, id est, Vtinam in hoc, quod dico, non essem verus propheta, & diuino spiritu afflatus. Ex quo cernimus male verti à quibusdam, Virum ventosum, pro Virum spiritualem, nam si virum ventosum, & inania loquentem significare voluit Hoseas, cum dixit, virum spiritus, quid necesse erat addere, insanum?

Et, in principio sentẽtiæ redundans apud Heb.

10 Vir spiritus. *

Propter multitudinem iniquitatis tuæ. Conuertit ad Israelem orationem. Propheta falsus fuisti, & multo aliter euenit, quam putabas, quia peccata tua multa, & magnam iram Dei prouocauerunt, & multitudo amentiæ tuę, qua in idola quasi furens ferebaris, calamitatem tibi importauit, quam minime timebas. Sed reprehẽditur nostra translatio, quod non esset vertendum: Et multitudinem amentiæ, sed, Et multitudinem odij, quoniam est in Hebræo וְשִׂטְמָה. At optime Hieronymus vertit, nam hæc vox vtrumque significat, insaniam, & odiũ. Vnde Lxx μανίαν, verterunt, id est, amentiã. Aquila vero ὀργὴν πικρίας, quam nos (inquit Hieronymus) vel iracundiam, vel memoriam doloris in Latino possumus dicere. Et Genes. vltimo legimus: Ne forte memor sit iniuriæ, quam passus est. In Hebræo est verbum שָׂטַם, vnde hoc nomen deducitur. Et ca. 27. Oderat ergo semper Hesau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater. Pro, Oderat est idem verbum, & apud Lxx ἐνεκότει, id est, memoria acceptæ iniuriæ iratus est. * Nam qui irascuntur insaniunt quodammodo, ira enim furor breuis est. Sed multo magis qui memoria iniuriarum concitantur. Hoc igitur dicit. Ita idola adorabas, & præceps in omne nefas ruebas, ac si furore aliquo rapereris, aut Deus te magna quapiam iniuria affecisset, quam vlcisci maxime cuperes. Idem vocabulum est statim in illis verbis: Insania in domo Dei mei, tam in Heb. quam apud Lxx & in nostra translatione, quare eodem modo explicandum est.

ALLEGORIA.

Nemo est iam, qui non videat Iudæos propter multitudinem iniquitatis suæ, & amentiæ, atque odij, quo in filiũ Dei debachati sunt, fuisse stultos prophetas, insanos viros spirituales, dixerunt enim: Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem. Et hic est hæres, venite occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Insani vates, qui tota in re errarunt, & illud passi sunt: Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. De alijs se vaticinari putabant, cum hæc dicebant, vaticinabantur autem de seipsis.

TROPOLOGIA.

Sed & nunc non desunt stulti prophetæ, insani viri spirituales, qui sibi longam vitam pollicentur, & cum supplicia Dei audiunt, siue tem-

Qui sibi longam vitam pollicentur stulti prophetę sunt.

Pollicentes sibi misericordiã Dei.

Matth. 25. Mar. 13.

Diabolus longam vitam nobis pollicetur.

13 Diabolus misericordiam Dei immodice extollit. Luc. 15. Matth. 3.

Eccli. 5.

siue temporaria, siue æterna, Deum bonũ, & misericordem esse continuo respondẽt, neq; velle mortẽ peccatoris, nihil interim curantes, quod sequitur, sed vt magis conuertatur, & viuat. Diu se victuros persuadẽt sibi, vt licentius peccent, vt sine metu voluptatibus sæculi perfruãtur, & in diuitijs suis conquiescant, vt plures in dies congerant. Quibus non semel accidit quod Grego. 4. Dialogi, c. 49. affirmat cuidã accidisse. Cuidam (inquit) nostrum nuper certum est cõtigisse, dum somnia vehementer attẽderet, vt ei per somnium longa vita promissa sit. Cumq; ad hanc longitudinem multas pecunias collegisset, ita repẽte defunctus est, vt intactas omnes relinqueret, & ipse secũ nihil ex bono opere portaret. Hæc Gregorius. Verior prophetia est illa prophetę magni, qui venit in mundum: Vigilate itaque, quia nescitis diem, neq; horam. Et, Videte, vigilate, & orate, nescitis enim, quãdo tempus sit. Pauciss imis video Deum longam vitam promisisse, omnes nos dubios esse voluit, vt omnem diem supremum esse posse putaremus, & magna contentione thesaurizaremus in vitam æternam. Contra antiquus hostis, vt comedamus, & bibamus, & otiemur, Nestoris annos suadere nobis nititur. * Eiusdem artificis est, Dei misericordiam immodice extollere, non vt pœnitentiam agamus, sed vt sine fine peccemus. Ita prophetæ seductor prophetarum. Verior prophetia est: Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Et illa: Iam enim secutis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructũ bonum, excidetur, & in ignẽ mittetur. Denique illa: Ne dicas: Misericordia Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subito enim veniet ira illius, & in tẽpore vindictæ disperdet te.

HISTORIA.

Speculator Ephraim cum Deo meo propheta, laqueus ruinæ factus est. Hæc verba de falsis prophetis decem tribuum, fere expositores intelligunt. Propheta, inquit, qui debuerat esse speculator Ephraim cum Deo meo, id est, vt longe, & quasi ex specula eius calamitates prospiceret, & ad Deum meum reduceret errantem, factus est laqueus ruinę, id est, autor ei fuit adorandi idola, vnde in miserrimam incideret captiuitatem: *& insania in domo Dei eius*, id est, cum esset in domo suorum idolorum, efficiebat vt infelix populus insaniret, & perdite ferretur in cultum idolorum, dum verbis, & exemplo eũ ad hanc impietatem excitat.

TROPOLOGIA.

Cum speculatorem dicit, officij sui sacerdotes, & prophetas admonet, sicut in Ezec. scriptum est: Fili hominis, speculatorẽ dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Sed speculator cum Deo dicitur, qui Dei partes sequitur aduersus impios, eumque adiuuat in hominum salute quærenda. Simile est illud Gen. 6. Noe vir iustus, atque perfectus in generationibus suis fuit, cum Deo ambulauit, id est, semper Dei partes secutus est. Christiani ergo concionatoris persona describitur, non quærentis quæ sua sunt, sed quæ Iesv Christi.

14 Ezec. 3. Sacerdos speculator.

HISTORIA.

Profunde peccauerunt. Late hæc exposuimus cap. 5. n. 6. & 7.

Sicut in diebus Gabaa. Veteris historiæ meminit Iud. 19. & 20. Cum vxor Leuitæ fœdissima libidine vexata, & occisa est à filijs Beniamin, vt Hieronymus, Rufinus, Cyrillus, Theophylactus, Theodoret⁹, & alij. Vbi ad immanitatem sceleris hoc vniuersa tribus adiecit, vt ceteris tribubus petentibus: Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur, & auferatur malum de Israel: nequaquam iustissimæ vindictæ acquieuerit. Noluerunt (inquit) fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum: sed ex cunctis vrbibus, quæ sortis suæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuersum populum Israel dimicarent. * Hoc ergo ait: Maximis sceleribus se se obligarũt, vt enim filij Beniamin indignissimum facinus admiserunt, admissumque à quibusdam omnes defenderunt, & obstinatione sua auxerũt, vnde vniuersa fere tribus extincta est: ita modo idololatriam, & impietatem semel susceptam pertinacissime retinent, & tuentur, fauentque sacerdotibus ad eã hortãtibus: quæ res illis magnorum malorum, & captiuitatis, & extinctionis causa erit. Propterea addidit: *Recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum.*

15

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quasi vuas in deserto inuenit Israel. Qui fame, & labore defessus vuas aut primas, id est præcoces ficus inuenit in terra deserta, inuia, & inaquosa, continuo accurrit, & summa cum voluptate decerpit. Ita ego in tanta hominum mihi ingratorum multitudine vidi patres eorũ Abraham, Isaac, & Iacob: quos dilexi, & ad me vocaui, & indulgentissime habui. At filij eorum non multo post ex Ægypto à me educti, & magnis beneficijs affecti, cum propter patres multum à me amarentur: turpissimum idolum Beelphegor in meam ignominiam coluerũt. Num. 25. Et fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerunt Deos earum. Initiatusque est Israel Beelphegor. Ita vt diximus hunc locũ explanat Cyrill. lib. 3. contra Iulianum fere in fine, & Hiero. hic, & in Iere. 24. in prin & multi alij.

16 *Et abalienati sunt in confusionem.* Recesserunt à me vt idolo turpissimo immolarẽt, quod confusionem vocat, vt aiunt Hieronymus, & Cyrillus. Erat autem idolũ Moabitarum Beelphegor, quem nos, vt ait Hieronymus Priapum possumus appellare. De quo etiam diximus. c. 4. n. 26. Res ex etymologia ostenditur, dicitur enim בעלפעור quasi habens in ore, hoc est in summitate pellem, id est, obscenam corporis partẽ retectam, vt interpretatus est Hieronymus.

Beelphegor.

Et facti sunt abominabiles, sicut ea, quæ dilexerunt vel, vt est in Heb. (& idem est,) sicut amores eorum, id est, sicut res ab eis amatę, quæ turpes erant, & execrabiles. Hæc est enim natura voluntatis nostræ, vt quasi Chamæleon in carũ rerũ se vertat colorẽ, quibus se se per amorem applicat. Fertur enim in res, quas amat, & amore illo quasi in earum transit naturam, vt fiat cœlestis, si amat cœlestia, terrenaque, si terrenis adhæret. Vt igitur hoc idolum erat in primis execrabile, ita execrabiles redditi sunt, qui illi sacra fecerunt, quamuis, ex bonis, & Deo caris parentibus progeniti essent. Quare eleganter S. Thom. his verbis solet vbique confirmare actus humanos speciem habere ex obiectis.

Voluntas trãsformat se in ea quę amat.

17 *Ephraim quasi auis auolauit* Hæc verba duobus modis explanari possunt, vt Hieronymus docet. Primo ita: Ephraim auolauit quasi auis, id est, celeriter è patria sua recessit ductus in captiuitatem. Ita distinguunt Lxx, & ita interpretantur Theodoretus, & Theophylactus, & sequitur statim: *Gloria eorum à partu*, id est, in hoc maxime gloriabantur, quod plurimi essent, & duæ tribus comparatione ipsorum paucissimos haberent. Gloriabantur igitur in partu, *& in vtero, & in conceptu*, id est, in numerositate sobolis, quam ipsi gloriabundi nunc partus, nunc vteri, aut conceptus nomine explicabant. Alter sensus est, qui mihi magis probatur, *Ephraim quasi auis auolauit gloria eorum à partu, & ab vtero*, &c. Atque ita distinguunt Hebræi, & Ephraim ponitur quasi casus absolutus, & cum nullo cohærens, sicut Psal. 56. Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ. Gloria Ephraim auolauit quasi auis, gloria eius erat, quod infinitam pene hominum multitudinem haberet. Quomodo auolauit? quomodo fugit? *à partu*, id est, quoniam multi ex eorum filijs simul atque in lucem editi fuerint, morientur. *Ab vtero*, id est, quia alij morientur ante legitimum nascendi tempus. *A conceptu*, id est, quia alij morientur antequam in vtero formentur impediente formationem sterilitate vterorum. Ita Vatablus, & alij recentiores. Quæ expositio mihi cum primis germana videtur, cohæret enim aptissime cum ijs, quæ continuo sequuntur.

Quod & si enutrierint filios. Si forte non omnes eorum filij in ipso lucis primordio extincti, aut de vtero translati non fuerint ad tumulum, eos cum iam creuerint, & spe posteritatis parentes oblectare cœperint, in ipso flore ætatis occidam. Quod autem ait: *In hominibus*, id est, inter homines, vt Benedicta tu in mulieribus. Ita dictum est. 1. Reg. 15. Sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua.

Sed & væ eis cum recessero ab eis. Insignis locus & multorum reprehensioni expositus. In primis Lyranus fratrem quẽdam Raimundum secutus, quem Hebraicæ linguæ valde peritum esse dicit: affirmat hũc locum vnum esse ex ijs, quos in veteri testamento corrupere Iudæi: & post hanc corruptionem editam esse nostram vulgatam translationem, eamque eadem de causa esse corruptã. Quod ita confirmat. In Hebræo est בשוּרי, quod est incarnatio mea בָּשָׂר enim carnem significat. Si autem significaret, oũ recessero, vt vult nostra translatio scribendũ erat cũ ם. Ipse ita exponit:

væ eis, cum ego carnem ex eorum gente sumpsero, tunc enim quia me nõ recipiẽt, capientur iterũ, & trucidabuntur à Romanis. Propterea dicitur in Heb. Sed etiam væ eis, vt ostẽderet post captiuitatem Assyriorum restare alteram grauiorem. * Eadẽ est Lyrani sententia in libro de differentijs nostræ translationis ab Heb. Idẽ sentiunt viri quidam eruditi, Paulus Burgensis in additione 2. huius ca. Galatinus lib. 1. de arcanis catholicæ veritatis, c. 8. Gulielmus Hãmerus in illud Gen. 32. Iacob transiuit vadum Iaboc. Qui omnes cõsentiunt nostrum interpretem habuisse codicem Hebræum vitiatũ à Iudæis: in hoc tamen differũt, quod Lyranus & Burgensis volunt in Hebraicis codibus, quos nunc habemus, iã restitutam esse veram lectionem בְּשׁוּרִי. Galatinus autem & Hãmerus, negant ita esse legẽdum, sed בְּשָׂרִי, id est, caro mea. Quod & multo probabilius est, & Lxx interpretũ, & Theodotionis autoritate confirmatur, qui verterũt: Sed & væ eis, caro mea ex eis. Quæ verba Dorotheus martyr in Synopsi, ad CHRISTVM pertinere testatur. Hæc nostræ trãslationis reprehensio eo fit probabilior, quo maiorẽ præfert speciem pietatis. Sed mihi multo plus & pietatis, & veritatis habere videtur Romanę Ecclesię autoritatem sequi, quæ hanc nobis translationẽ tradidit, hanc explanare, & citare iussit: ipsaq; tam euidẽs incarnationis testimoniũ alacriter sine dubio recepisset, si prophetæ esse credidisset.

19

20 Hebraici codices nõ erãt deprauati ætate Hieronymi.

* Primũ Hebraicos codices sua ætate extitisse incorruptos grauissimis verbis testatur Hiero. in illud Isa. 6. Excæca cor populi huius. & August. 15. de ciuit. ca. 13. & ante eos Origenes in octauo volumine explanationum Isaiæ, quem ibidem citat Hieronym⁹. Atq; id verũ esse nemo, qui sane sapiat, dubitare debet. Nam si tunc etiam depraua ti erant, cum Hieronymus translationem Latinam edidit, nõ habet Ecclesia veram scripturam. Etenim Græcam translationem multis locis esse vitiatã omnes consentiũt, & sæpe Hieronymus docuit, resque ipsa loquitur: si autem prototypa Hebraica depraua ta tunc erãt, cum nostra editio sit ex illis deprompta, omnino deprauata est, & vera, incorruptaq; scriptura caret Ecclesia. Quo quid turpius dictu? quid insanius? Deinde cur præcipit nobis Ecclesia hanc trãslationem, vt sequamur? Nam si depraua ram putat, & id in hoc loco habere, quod non dicauit in Hebræo Spiritus sanctus, errare nos coegit dum id, quod deprauatum est sequi iubet. Si autem non putat, ipsa errat, quæ deprauationem non agnoscit. In alterum horum nos deducere videtur horum autorum audax sane correctio: sed absit vtrumque à Christianis pectoribus, à veris Ecclesiæ catholicæ filijs. Maneat igitur (neque enim dubitare fas est) Hieronymũ castigatissimos codices habuisse, nec Iudæos hunc locum deprauasse in odium Christianorum: quod Galatino quidem certe probari debuit aduertẽ fautori sententiæ, qui Ionatham Chaldæum paraphrasten lib. 1. capit. 3. docet quadraginta duobus annis præcessisse beatissimum CHRISTI natalem diem. Atque is ita vertit. Quia etiam væ eis, cum sustulero maiestatem meam ab eis. Sin hoc tempore Hesdræ à veteribus scribis mutatũ volunt; certe odio Christianorum mutatum non est. Deinde nos mutatum esse ab eis negamus: ipsi hoc probẽt si possunt prophetam ita vt ipsi putant, scripsisse, scribas ita, vt nos habemus, mutasse.

* Quod si res dubia esset, multa essent, quę comprobarent ita fuisse vertendum, vt vertit Hieronymus. Primũ בְּשׁוּר, aut בְּשׂוּר pro incarnatione fictitium videtur, sin minus, ostendant vbi eius nominis vsus sit. Minus improbabiliter dicunt, qui legunt בְּשָׂרִי, id est, caro mea. Hoc si dicunt, cogentur iam corrigere Hebraica exẽplaria, quę nunc habemus, & demere literã vau, habent enim בְּשׂוֹן. Non ergo differentia est solũ in punctis, vt putauit Hammerus, sed etiam in literis ipsis. Si ergo hodie quoque ita legitur vt legit Hieronymus, & vt legit Chaldæus, vnde ipsi vaticinantur correctionem esse scribarum, atque aliter legi debere? Postremo, nõ vtrumque, sed alterum horum scripsit propheta, בשורי, aut בשרי, nam puncta nihil nunc quidem moror. Si scripsit בשורי necessario vertẽdum fuit, In recessu meo, siue cũ recessero, vt verterũt Hiero. & Chaldæus. Si autẽ בְּשָׂרִי, omnino Chaldęus, & Hieronymus, & recentiores interpretes qui eos sequuntur aberrarunt, nã ea vox nihil aliud significat quã caro mea. Sed quomodo, inquies, Lxx & Theodotion verterunt; Caro mea ex eis? Opinor quod Hebraici codices variauerint. * Sed Hieronymi exẽplaria, & Chaldæi fuisse castigatiora docet Ecclesia Romana, quæ eius nostram translationem, id est, vulgatam Latinam se-

21

22

qui iubet, nec aliud vult nos sequi quam quod ab Spiritu sancto prophetæ ipsi dictatũ esse iudicat. Hebræi quoque autores docent, qui eãdem lectionem semper probãt, alterique præferũt. Ac ne hos quasi hostes causeris verã lectionem deprauasse in odiũ Christiani nominis S. Iulianus Pomerius Archiepis. Toleta. qui & Iudæus prius fuit, & postea Christian⁹, cõtra Iudæos scripsit, nihilq; prætermisit quod fidẽ nostram aduersus illorũ impietatẽ iuuare posset, ita hũc locũ refert, vt est in nostra trãslatione, lib. 1. cõtra Iudæos, in medio, nec queritur codices ab Heb. esse vitiatos. Quãquã cur Iudæos hũc locũ deprauare voluisse existimemus? Mihi quidẽ videtur nihil min⁹ eos cogitasse, sed si ita intellexissent, illustratu-ros pot⁹, & cõfirmatu-ros fuisse. Quid enim illis potuit esse gloriosius, quã Deũ carnẽ sumere ex eis: In hoc ipsi gloriabãtur vbique, hoc iactabant, hoc se beatos putabãt, quod ex sua gente nasciturus esset Messias. Cur igitur delerent in scriptura? Aut si id facere volebant, cur non illustriora loca delebãt, quibus CHRISTVS ex semine Abrahæ, & ex domo Dauidis nasciturus prædicabatur? Dices fortasse. * Quia locus iste prædicebat eis vastitatẽ à Romanis inferendam, cum Deus carnem ex eorum gente sumpsisset. Lyranus ita exposuit; sed quando hoc illis obiecere patres nostri Ecclesiæ magistri? Quando hoc loco aduersus eos pugnauerunt? Tam stulti erant Iudæi, vt respondere non possent nihil tale prædici, sed hoc valere verba, si ita legendum esset. Sed etiam væ eis, caro mea ex eis: væ etiam illis, quod cum ego eos elegerim, vt carnem ex eis assumam, pergunt idola sua colere, & tantis sceleribus addunt hanc insignem ingrati animi notam? Probet illis Lyranus, si potest, male ita exponi. Immo vero hinc ego verisimillimum fieri arbitror, nihil hic prophetã de CHRISTI carne dixisse, quod nec patres ipsi Græci, qui iuxta Lxx editionem legũt; Caro mea ex eis, nec veteres Latini, qui eamdem secuti sunt, solẽt fere hoc testimonio vti, vt incarnationẽ Domini cõprobẽt. Immo Cyril. in huius loci commẽt. ita exponit. Quia minabatur Deus radicitus se deleturum Israel, & quod lugebit orbitatem, se ipsum excipit propheta precãs liberari ab illo supplicio. Caro mea, inquit, ex ipsis, id est, longe ab ipsis, extra illos, & quam longissime ab illis ego, & meum genus. Significat enim hoc interdum Caro, vt Paulus: Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam, &c. * Eodẽ modo exposuit Theophylactus, quamuis de incarnatione quoque exposuit simul cum Theodoreto. Sed non debuit viris doctis probari hæc interpretatio, quoniam propheta non duabus tribubus, sed decem loquitur, quas vocat Ephraim. CHRISTI autem caro nõ fuit ex decẽ tribubus, nec vllo modo ad eas pertinuit, sed ex Iuda. Manifestũ est enim, quod ex Iuda ortus sit Dominus noster, vt Heb. 7. scripsit apostolus Paulus. Eædem decem tribus, cum Iudæi captiuati sunt à Romanis, erant in captiuitate Assyriorum, nec viderunt illud bellum Iudaicum, quare nec erat cur eos propheta lugeret. Quod autem Lyranus argumentabatur, בְּשׁוּרִי, pro Cum recessero, non scribi cum ש, vt nunc est in Heb. sed cum ס facile soluũt R. Abraham, R. Salomon, & R. Dauid in commentarijs: ש positam esse pro ס. Et recte sane soluunt, sæpe enim hæ duæ litteræ propter magnam similitudinem sõni sui permutantur inter se. Vt שַׂר, id est, princeps cum ס scribitur. 1. Paralip. 15. vbi legimus: Chonenias autem princeps Leuitarum prophetiæ præerat, & סַכְלוּת, id est, stultitia scribitur cum ש Eccles. 1. vbi habemus: Vt scirem prudentiam, atque doctrinam, errores, & stultitiam. Et alibi sæpe hoc fieri notum est vel mediocriter in lingua Hebræa versatis. * Hoc igitur iuxta nostram, id est iuxta verisimam, & germanissimam trãslationem ait propheta: *Væ eis, cũm recessero ab eis.* Primũ orbabo eos filijs, sed hoc parum est, væ eis cum omnino eos deseruero, cũ in manus hostium, & in acerbam captiuitatem tradidero, tũc multo grauiora patientur.

23

Ephraim, vt vidi, Tyro serat. Hieronymus tam pulcher erat Ephraim, & sic Dei vallabatur auxilio, vt Tyrus mari. Chaldæus: Donec cœtus Israel opere compleuit legẽ, par erat Tyro in prosperitate sua, atque abũdantia. * Quod autem addit de Tyro, *Fundata in pulchritudine*, hoc significat. In pulcherrimo, & fertilissimo loco. Docetur decem tribus olim cum Deum colebant, magnam terræ fertilitatem, & insignem rerum omnium copiam habuisse, quam postea peccatis suis amiserunt. Tyrus metropolis Phœniciæ cecidit in sortem tribus Aser, Iosue, 19. quã tamẽ obtinere nõ

potuit. Erat autem opulentissima, & florẽtissima, vt abunde intelligitur ex Isai. 23. & Ezec. 26. 27. & 28. Olim insula fuit stadijs quatuor seiuncta à continente: sed postea vix credibili opere comportato aggere du centos pedes lato ex lapidibus veteris Tyri iuncta est continenti ab Ortu per Alexandrum magnum, vt refert Diodorus Siculus lib. 17. Bibliothecæ, in anno 4. Alexaudri, & Plin. lib. 5. cap. 19. Sed prophetæ insulam vocant, quod cum ipsi scribebant, nondum iuncta esset continenti.

27 *Et Ephraim educet ad interfectorem filios suos.* Cum tamen hanc felicitatem habuerit Ephraim, filijsque fuerit vehemẽter auctus, non diu illa fruetur, quia idola colere maluit, quam tantæ felicitatis autorem: Oppugnabitur enim ab hostibus, & cogetur educere in bellum filios suos, vbi trucidabũtur.

Quid dabis eis? Quid te dare oportet ijs, qui donis tuis abutuntur ad superbiam, nisi vt ea amitti patiaris?

Da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia. Da vt mulieres eorum non concipiant, aut si conceperint, infantes lactis inopia moriantur, vt qui in hominũ multitudine gloriari solebant inaniter, ex paucitate cõfundantur. Ita Hieronymus: Sed prophetice dictum accipiendum est, ac si diceret; Dabis eis vuluam sine liberis, &c. Quemadmodũ ipse propheta subindicauit cum dixit: Da eis Domine, quid dabis eis?

ALLEGORIA.

Vrbs Ierusalem, immo tota Iudæa, nõne quasi Tyrus erat fundata in pulchritudine dum Dei legem obseruauit? Quæ regio illa felicior, aut opulentior? Sed postquam abalienata est in cõfusionem, & Cæsarem regem habere maluit quã CHRISTVM Domini, regemque suum ingrata, & impia interfecit: coacta est educere ad interfectorẽ filios suos, vt gladijs Romanorum occumberent. * Et post miserrimam captiuitatẽ, & stragem incredibilem, tandem accepit vuluam sine liberis, & vbera arentia. Antea multi ad illorum religionem confluebant, & magnus erat numerus proselytorũ. Nũc quis ad eos venit? vbique ridentur, & vt abiectissimi hominum contemnuntur.

28

TROPOLOGIA.

Felicitas animæ, quæ Deo se dedit.

Anima etiam quæ plene se Deo dedit, plane vt Tyrus est, tota Dei auxilio cingitur, donis Spiritus sancti fertilis, & diues vndique à terra recedit, fundata est in pulchritudine, sicut lignum, quod plantatũ est secus decursus aquarum, quod fructum suũ dabit in tempore suo. Sed postquam à Deo recedit illa, quæ tot bonorum operum partu felix erat, & diues accipit vuluam sine liberis, nunquam concipit, & si semen optimum, & fecundissimum recipiat. Audit verbum Dei, legit sacros libros, audit Deũ intus loquentem, qui verba vitæ æternæ habet, sed non concipit, & arentis vuluę sterilitate pretiosum semen perditur. Conclu serat Deus omnem vuluam domus Abimelech, quia ignominia affect⁹ fuerat propheta eius Abraham. Ideo anima sterilis redditur, & vulua eius clauditur, quia non honoratur propheta magnus, qui surrexit in nobis, sed eius iussa contemnuntur. Si vult fecunda fieri, dicat marito suo: Da mihi liberos, alioqui moriar. Dicat, inquam, marito suo, id est, Deo, qui despõsauit sibi animam in virginitate eius, nõ diabolo, de quo merito dicitur: Et nunc quem habes, nõ est tuus vir. * Quid habet præterea? vbera arentia, vt si forte semen aliquando retinere potuerit, & parere, tamen educare nõ possit, quia vbera arent, non est succus gratiæ, & virtutum, quo bona opera grandescant. Super vbera plãgite, inquit Isaias, & Ieremias mœstus luget: Adhęsit lingua lactentis ad palatũ eius in siti. Quomodo lac habeat puerpera, nisi è sacramentorum pia, frequentiq; sumptione, ex assidua oratione, & sacra lectione, ac denique ex omnium virtutum exercitatione suggeratur?

Anima à Deo recedens sterilis fit. Gen. 20. Gen. 30. Ioh. 4. 29 Anima peccatoris vbera habet arentia. Isa. 32. Thre. 4.

HISTORIA.

Omnes nequitiæ eorum in Galgala. De Galgal diximus capit. 4. num. 28. ostendimusque ex Hieronymo in eo loco propter celebrem eius sanctitatem fuisse antiquissimam idololatriam, multo ante quam decẽ tribus diuiderentur à duabus. Ibi etiam vnctus est Saul 1. Reg. 10. quod Deo ingratissimum fuit, vt videmus 1. Reg. 12. ac omnium malorum initium, ex eo enim tẽpore cœperunt reges, quorum exemplo Ieroboham rex creatus est, qui vitulos aureos erexit. Ait igitur: Omnia huius populi peccata fuerunt in Galgal, quidquid modo faciunt non nouũ est, iam olim in Galgal fecerunt, antiquissima est eorũ impietas, & obdurata peruicacia. Ex eo tempore quoque ego eos odi, antiquũ est & meũ erga illos odiũ. Ideo ait: *Quia ibi exosos habui eos.* Sed, Quia,

more Hebræorum, non causam hic significat, sed quasi ornatus, & cõplementi causa ponitur. Q.d. atque ita ex eo quoque tempore mihi displicere cœperunt maxime.

30 Adinuentio.

Propter malitiam adinuentionum eorum. Adinuentiones, id est, מַעַלְלֵי, vocat consilia, studia, cogitationes Iere. 25 Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris. Et capit. 26. Bonas facite vias vestras, & studia vestra. Significat etiam opera, Psalm. 76 Memor fui operum Domini, est enim עָלַל operari.

De domo mea eijciam eos. Hoc est, De terra sancta, vel faciam vt amittant nomen Israelis, quoniam in captiuitate miscebuntur cũ populis gentium, & eorum mores sequentur, & ita ad verum Israelem nullo modo pertinebunt. In domo etiam Dei fuisse dicuntur, quia quamuis idola colerent, quodammodo adhuc ad familiã Dei pertinebant, & prophetas ad eos mittebat, quasi ad suum populum. His tribus modis docet Hieronymus dici posse decem tribus fuisse in domo Dei, quæ tamen ab eo, & à templo recesserant. Ex quibus videmus male hæc verba interpretari Galatinum, qui cõtra Hieronymi, & aliorum sententiam de duabus tribubus contendit esse intelligenda.

Non addam vt diligam eos. Non reducam de captiuitate sicut cap. 1. dixit: Quia non addam vltra misereri domui Israel.

Omnes principes eorum recedentes. Id est, Furore quodam à me declinant Pro Recedẽtes est סוֹרְרִים, quod late expositum capi. 4. n. 34. & 35.

31 *Percussus est Ephraim* Hieronymus Metaphoram sumit ab arbore, cuius si radices aruerint, fructum afferre non poterit, & si paululũ fecerit, statim in ipso flore siccabitur. Dicit autem de Ephraim: cuius radix aruit, quia Deum, in quo fundatus erat, perdidit: siue patres suos Abraham, Isaac, & Iacob, in quibus radicem miserat, habere nõ meruit, & propterea fructum iustitiæ non faciet, &c. Percuti autem dicitur arbor, aut herba, cum arescit, vt Psal. 101. Percussus sum vt fenum, & aruit cor meum. Chaldæus: Domus Israel similis est arbori, cuius radix vredine percussa est deorsum, & sicatur folium eius sursum, fructũ non faciet. Verum quoniam statim ait: Quod & si genuerint, &c. magis de filiorum, quam de operum sterilitate loquitur, vt etiam. Ruffino videtur. Idem igitur dicit quod paulo ante. Absque liberis eos faciam in hominibus, &c.

Interficiam amantissima vtrei eorum. Pro Amantissima in Heb. est מַחֲמַדֵּי, id est, desideria, Lxx. τὰ ἐπιθυμήματα, quod idem est. Desiderata autẽ vocat desiderabilissima, & carissima quæque, id est, interficiam eis eos filios, quos ipsi maxime amabũt. Chaldæus Interficiam viscerũ ipsorũ pulchritudinẽ.

Abijcient eos Deus meus. Captiui ducentur, quia Deum toties per prophetas admonẽtem audire noluerunt, & vagabuntur per nationes terræ Assyriorum, id est, per eorũ populos, & vrbes dispergentur.

ALLEGORIA.

Hieronymus: Possumus hoc ipsum & de omnibus Iudæis dicere: quorũ quia principes à Deo recesserunt commouentes populum, vt eum ad mortem expeterẽt: propterea eiecit eos de domo sua, & non addet vt vltra diligat eos. Percussit radicẽ eorum, & exiccauit, & fructum vltra non facient. Quod & si fecerint, & visi fuerint Scripturam sanctam, legemque meditari, & quasi amantissimos filios aliquid scientiæ, atque doctrinę de corde suo protulerint, aduertãte Domino succidetur. Abiecit enim eos Deus omnium prophetarum, quia non audierũt eum, & vagi erũt in nationibus non habentes altare, non sedem, non ciuitatem propriam. Vnde & Dauid loquitur in psalmo, Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei: disperge illos in virtute tua, & in alio loco: secundum multitudinẽ impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. Hæc Hieronymus, in quibus quod ait: Non vltra addet, vt diligat eos, &: Non facient fructũ, intelligit, donec in fine sęculi Deus illius populi misereatur, nam ante illud tẽpus pauci conuertentur.

TROPOLOGIA.

Quicunque etiam Deũ deserit, percutitur, & arescit, & quia radix exiccata est. i. gratia, & caritas, sicut ait Apost. Eph. 3. In caritate radicati, & fundati, fructũ nequaquã facit. Ait enim Dñs Sicut palmes non potest ferre fructũ à semetipso, nisi mãserit in vite: sic nec vos, nisi in me mãseritis. Sed qui huiusmodi est, cõsideret, qđ sequitur Si quis in me nõ mãserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligẽt eũ, & in ignẽ mittẽt, & ardet. Meminerit ficꝰ, quę Dominus maledicente aruit. Meminerit & illius, de qua dictum est: Succide illam, vt quid etiam terram occupat? Sæpe etiam euenit vt tepide huiusmodi homines à peccato resurgentes aliquẽ fructum proferãt, sed cito ad eadẽ, quæ reliquerint peccata redeũtes ipsa sua opera quasi extingunt. Abijcit eos Deus, quia nolunt eũ audire toties intus, & extra loquentẽ, & fiunt vagi in nationibus, nunc ad has, nunc ad illas voluptates transeuntes, dũ non eis placet, quod semel optauerant, sed circũferuntur omni vento concupiscentię, & semper vetera mutãt nouis, & à vitio peregrinãtur in vitium, voluptatẽ aliquam, & trãquillitatem animi mendicãtes, nec vnquam inueniunt. Nec mirũ hoc desertoribus legis Dei accidere, cum vni ex primis peccatoribus, & quasi capiti omniũ, dictum sit à Deo: Vagus, & profugus eris super terram, nec effugerit diuinam sententiam, scriptum est enim: Egressusque est Cain à facie Domini, & habitauit profugus in terra. Fieri enim non potest, vt qui à facie Domini egressus est, & terga ad eũ vertit, non habitator terræ sit, & profugus, ac vagus.

Luc. 13.

Gen. 4.

CAP. X.

VItis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei: secundum multitudinẽ fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulacris. Diuisum est cor eorũ, nunc interibunt: ipse cõfringet simulacra eorum, depopulabitur aras eorum. Quia nũc dicent, Non est rex nobis: non enim timemus Dominũ: & rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus: et germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. Vaccas Bethauen coluerũt habitatores Samariæ: quia luxit super eũ populus eius, et aditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi vltori: cõfusio Ephraim capiet, & confudetur Israel in voluntate sua. Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ. Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel: lappa & tribulus ascendet super aras eorum: & dicent montibus, Operite nos: et collibus, Cadite super nos. Ex diebus Gabaa peccauit Israel, ibi steterunt: non comprehendet eos in Gabaa præliũ super filios iniquitatis. Iuxta desiderium meũ corripiam eos: congregabuntur super eos populi, cũ corripientur propter duas iniquitates suas, Ephraim vitula docta diligere triturам, et ego transiui super pulchritudinẽ colli eius: ascendam super Ephraim. Arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autẽ requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitiam. Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij. Quia confisus es in vijs, in multitudine fortium tuorũ. Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ vastabũtur, sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui vindicauit Baal in die prælij, matre super filios allisa. Sic fecit vobis Bethel à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

Esa. 2. Apoc. 9. Luc. 23. Iudic. 10. Hier. 4. Iudic. 8.

HISTORIA.

1 * *Vitis frondosa Israel.* Docet quã ingratus fuerit in Deum Israel, quod cum ab eo & numerositate hominum, & opum copia auctus fuerit, quo magis vtroque augebatur, plura colebat idola. Noui interpretes

pro Frondosa, vertunt, vacua, aut dissipata, quod est in Hebr. בּוֹקֵק & habent quo se tueantur, nam & Chaldæus vertit בְּזִיזָא, id est vastata, siue spoliata. Sed multo melius Hieronymum vertisse docent interpretes antiquiores, Lxx enim transtulerunt, εὐκληματοῦσα, id est bonos, ac pulchros palmites habens, vt legit Hieronymus, & legisse videtur Cyrillus: aut ; vt potius legendum arbitror, ἐγκληματοῦσα, id est siluescens & luxurians palmitibus, docet enim Theophrastus libro. 3. de causis plantarum cap. 20. ἐγκληματοῦσθαι esse sarmentis siluescere. Ita legit Theophylactus, & ita habetur in Aldi Manutij codice. Symmachus vero ὑλομανοῦσα quod idē est, nam ὑλομανία, etiam est sarmentis siluescere, Aquila ὑγρὸς, id est, aquosa, quod humore abundet, atque ita plena sit palmitibus. Atque hanc esse germanam interpretationem docent verba sequentia: Fructus adæquatus est ei, quæ statim explicabimus.

2 *Fructus adæquatus est ei.* Fructus respondit numero, magnitudinique palmitum. Lxx: Fructus eius abundans. Fructum vocat multitudinem hominum. Itaque similitudine vitis plenæ palmitibus, & vuis, significat Israelem copiosissime fuisse propagatum, vt Theodoretus, Theophylactus, Ruffinusque exponunt. Erat enim Israel vitis frondosa, id est, Late extensa, quia erat per multas ciuitates propagatus, vt Psal. 79. scriptum est: Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius. Fructus adæquatūs est ei, quia in singulis ciuitatibus erat magna hominum copia. Vnde recte sequitur: *Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria.* Quod Hierony. Theophy. & Theodo. ita exponūt: Quāto plures habebat populos, tāto plura exædificauit altaria.

Iuxta bertatem terræ suæ exuberauit simulacris. Quāto ex terrę fructibus opulentiores fiebāt, tāto plura idola faciebāt. Deute. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, &c. In Hebr. est hic iucunda quędā vocum allusio כָּשׁוֹב לְאַרְצוֹ הֵשִׁיבוּ מַצֵּבוֹת quā Pagninus, & alij ita putant melius explicari, Secundum bonitatem terræ suæ benefecerunt simulacra. Sed dicunt quiddam, quod Latini homines non intelligant. Elegātius sine dubio Hiero. & Apertius: Iuxta vbertatē terræ suæ exuberauit simulacris. Nam quæ allusio est in שׁוֹב &, הֵשִׁיבוּ, cadē est in vbertate, & exuberare.

Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Hic mihi sensus omnium optimus videtur, quē sequūtur Cyril. Theodo. & Theophyla. & Paulus Burgēsis in additione. 1. huius. c. Plurima idola habent, ita vt inter se diuisi sint quibusdam huic idolo studentibus, illudq; alijs præferentibus, quibusdā illud potius adorantibus. Cito ergo peribunt, quia tam immanis impietas, & Dei contēptio cęlestē vindictam exigunt. Quidam hic vertunt. Nunc peccabunt, aut nunc se in culpa esse dicēt, aut culpę obnoxij facti sunt, pro, Nūc interibunt: verum ita Lxx interpretes verterunt vt nos habemus, & sensus est in his verbis multo commodior: nā peccare se, & culpę obnoxios esse iā pridem intellexerāt. Melius ergo vertitur: Nunc interibunt, & melius hoc cōuenit cū eo, quod sequitur: Ipse confringet simulacra eorum, &c. Ita etiam intellexisse veteres Hebræos docet eorum expositio quam retulit Hieronymus. Atque ita frequenter in scriptura accipi verbum אָשַׁם, quo nunc vtitur propheta, ostendemus Hab. 1. in illud: Et pertrāsibit, & corruet; ne eadem sępe dicamus.

TROPOLOGIA.

Certus, ac proximus interitus est, vbi cordis est diuisio, quæ aduersatur concordiæ, per quam multa corda vnum fiunt in vinculo pacis. In vrbibus, & regnis & domibus nihil frequentius: Omne enim regnū diuisum contra se desolabitur, & omnis ciuitas, vel domus diuisa cōtra se non stabit. Sed & qui fraternæ caritatis interse vincula ruperint, & pro vno multa corda habere cœperint, plane interibunt, iuxta q̄ Apost. ait: Quod si inuicē mordetis, & comeditis, videte ne ab inuicem cōsumamini. Quādo Ecclesię ædificatio festinabat, & viuētiū numerus late augebatur, multitudinis credēntium erat cor vnum, & anima vna. Merito ergo Paulus inter opera carnis enumerat iras, rixas, dissensiones, sectas, quas parit discordia, quæ diuisio quędam cordiū est. Est etiam in vnoquoq; nostrum cordis diuisio, cū in vnius, hoc est Dei amore frigescimus, & in multa diffundimur. i. in amorem rerū sæcularium. Nam siquis Deum amat, habet in vno omnia quæ putat amāda, vereq; vnum cor habet, quia vnum amat, & ad vnum refert, quæ amat, ac vnum ea facit, tametsi multa in se ipsis sint. At qui bona sæculi amant, diuisum cor habent:

bent: nam cum feratur in res, quas amat, & à se quodammodo exeat; necesse est in tot partes scindi, quot res illæ sunt, quoniā cor implere non possunt. * Si autem cor non impleant, neque vnum facere poterunt, sentit enim in se cor nostrum illam vacuitatē, & quia ferre nō potest, quærit hinc inde implere, & vt impleat in varia distrahitur, & diffūditur; perinde atq; filij Israel, qui per Aegyptum oberrabant paleas summo labore quęritantes ad suos lateres conficiēdos. Ita de Esau typo peccatorum scriptum est: Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. De Iacob vero typo Iustorum: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Esau semper extra domum vagabatur, venationē anhelus quærebat: Iacob domi se continebat, vno contentus erat, multa negligebat. Lege Greg. 5. Mor. cap. 7.

5 Exhod. 5. Gen. 25.

HISTORIA.

Ipse confringet simulacra eorum. Per exercitum Assyriorum cito venturum.

Quia nunc dicent, Non est rex nobis. Cito dicent, cum captiuitatem imminentem viderint, animaduerterintque regem suum obsessum teneri, & trepidare. Tunc hæc eorum verba audientur: Non habemus regem, neminem habemus, qui nos ab hostium iniuria tueatur, rex, quem habemus, perinde est, ac si nullus esset. Ideoque hæc patimur, quia à Deo recessimus ad idola: & Deo irato rex homo quid faciet nobis, aut quam afferre opem poterit? Hunc sensum apertius expressere Lxx. Propter quod dicent: Non est rex nobis, quia non timuimus Dominum: quoniam rex quid faciet nobis? Eodem modo Chaldæus. In Hebr. & in Græco, & in Chald. est, Timuimus, & in commentarijs Hiero. ideoque ita potius legendum arbitror, quam timemus. Sensus tamen idem est, si legatur, Non enim timemus Dominum, id est. Quia impij sumus, & idola veneramur.

6 * *Loquimini verba visionis inutilis.* Hoc loco nemo est qui translationem nostram non reprehendat. Quidam enim vertunt, Loquimini verba iurando mendaciter, ferendo fœdus; alij: Locuti sunt verba maledictionis vanę, alij, Iuramenti falsi, Tota controuersia est in duobus verbis דִּבְּרוּ, & אָלוֹת. Sed in primo nō est cur immoremur, nam punctis ita positis significat, locuti sunt, si vero permutentur, immo si daghes, quod est in litera ב auferatur, imperatiui erit, significabitque, Loquimini. In altero difficultas est, quod אָלוֹת omnes volunt significare iuramenta, siue maledictiones, Hieronymus vero transtulit, Visionis. Sed si recte intelligatur, sensum optime reddidit; Loquimini verba iuramentorum inutilium, siue iuramentorum vanitatis, iuramenta autem vocat prophetias pseudoprophetarum, qui cum conscientia teste verebantur ne forte non crederentur; quæ dicebāt, adhibebant frequenter vulgatam illam formulam iuramenti Dei, Viuo ego, dicit Dominus. Similiter Chaldæus eūdem sensum verbis alijs expressit, Credent mendacio, nam יָמַן nō deduco à יָמִי, id est, iurauit, sed ab אֶמֶת credidit, id est, fidem habebunt verbis mendacibus suorum prophetarum, qui illis prospera pollicentur. * In eumdem (vt mihi videtur) sensum Lxx pro, Visionis inutilis verterunt ψευδοῦς ψευδῶς, id est, occasiones mendaces, siue excusationes. Quasi dicat: Loquitur hic populus verba, loquitur occasiones mendaces, id est, mendacia prophetarum prospera pollicentium, quæ ipsi occasionē præbebant manendi in peccatis, siue quibus excusabat peccata sua affirmans opera sua Deo non displicere, quādoquidem sibi per prophetas læta promitteret. Quamquam potius arbitror προφάσιν hoc loco prædictionem, siue prophetiam sonare, siue visionem, vt vertit Hieronymus quandoquidem πρόφημι, vnde hoc nomē cadit, significat prædicere, & προφάσεα dicitur prælocuta, id est, quæ præuenit in loquendo. Si enim apud Aristot. κατάφασις est affirmatio, & ἀπόφασις, negatio, id est, affirmans vel negans locutio, cur non sit & πρόφασις prælocutio, siue prædictio? video & illud fieri potuisse, vt Lxx scripserint προφάσεις id est, prævisiones, siue prophetias, & postea scriptum fuerit προφάσεις quoniam ο & ϱ si iungantur, efficiunt literam φ. * Ironica ergo, & irrisoria locutio est, Loquimini verba, & libēter iactate quæ à vestris prophetis audistis prosperа prænūtiantib⁹, re enim ipsa videbitis falsas fuisse eorum prædictiones. Addo etiam, mihi videri omnino legendū, visiones inutiles, non, visionis inutilis, quoniam & apud Hebræos, & apud Græcos, vt iam ostendi, plurali numero legimus, & iuxta consuetudinem Hebraici sermonis si אָלוֹת esset genitiui casus, vt nunc legimus in nostra translatione, non esset scriptum,

7

8

Universidad de Deusto
Biblioteca

דִּבְרֵי sed דִּבְרִים. Ita, vt dico, plane mihi videtur legisse Hieronymus, nam seorsum interpretatur, Loquimini verba, id est, dicite, quod vultis. Quasi dicat: Loquimini temere quidquid in buccam venerit, deinde, visiones inutiles ita explicat, errores veteres suspirate, pollicemini vobis prospera, quæ vertentur in contraria.

Et ferietis fœdus. Nonnulli codices addunt, Cum mendacio, quod neq; in Hebr. est, neque in Græco, neque in Chald. neq; in multis codicibus Latinis, putaremque omnino tollendum, nisi Hieronymus videretur legisse, ait enim, & quidem bis; Fœdus ferietis nequaquam cum Deo, sed cum mẽdacio.* Sed adhuc censeo tollendum, nam
9 Hiero. explicare voluit in suis commentarijs, cum quo feriendum esset fœdus, in nostra enim trãslatione tantũ posuerat quod repererat in Hebræo, sed ex commentarijs videtur paulatim irrepsisse in contextum. Vnde Rupertus affirmat cum dicitur, Ferietis fœdus, subaudiendum esse, cum mendacio. Ait ergo, Agite, ferite fœdus, scilicet, cum mendacio, hoc est, confidite mendacijs vestrorum prophetarũ, qui dicunt non esse metuendam captiuitatem: qui enim fœdus feriunt cum aliquo, confidunt iam ei quasi amico, & sine metu sunt. Isai. 28. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum, flagellum inundãs cum transierit, non veniet super nos, id est, alios lædet mors, non nos, quia fœdus percusimus cum illa. Recte etiam possumus intelligere, Ferite fœdus cum Assyrijs, putabant enim, si id facerent, saluos se futuros. Sed hoc etiam fuit ferire fœdus cum mendacio, quoniam nihil illis profuit. Legimus 4. Reg. 17. ascẽdisse Salmanasar regem Assyriorum contra Israel, soluisseque ei tributum Hosee regẽ: sed nihil hoc fœdus profuit, postea enim captiuitas secuta est.* Fœ-
10 dus autem dicitur בְּרִית, pro quo Lxx vertunt vbique διαθήκην, id est, testamentum, vt Psalm. 82. Quoniam aduersus te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorũ, & Ismaelitæ, id est, fœdus inierunt. Adnotat hoc Hieronymus ad illud Galat. 3. Hoc autem dico: testamentum confirmatum à Deo, & in Trad. Heb. in Gene. & alijs locis. Atque inde etiam id quod proprie Latinis testamentum dicitur, significat, quod pactum quoddam maximum, & firmissimũ est. Sed nomen Hebraicum deducitur à

Ferire fœdus.

Fœdus. Testamentum. Disponere testamentum.

פָּרָא, quod inter alia significat scindere, moris enim fuit apud veteres, vt cum fœdus inibant, animal aliquod occiderẽt, in duasque partes diuiderent, ac inter eas transirent, quasi similem sibi pestem imprecantes, si fœdus illud violarent. Iere. 34. Et non obseruauerũt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo; vitulum quem cõsciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius principes Iuda, & principes Ierusalem. Cuius moris ibidem meminit Theodoretus, atque obseruatum esse à Domino Gen. 15. cum iussit Abrahæ, vt animalia occideret. Qui tollens vniuersa hæc, diuisit per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit. Et postea: Et apparuit Clibanus fumans, & lampas ignis trãsiens inter diuisiones illas. Quoniam enim Deus promiserat Abrahæ se ex Ægypto eductum eius posteros, vt terram illam possiderent, vt nihil deesset ad pacti firmitatem, lampas illa ignis, quæ Deum ipsum repræsentabat, transit inter diuisiones cæsorum animalium.

Ritus feriendi fœdus.

11 Idem fere fiebat apud ethnicos, porcam enim, aut porcum in fœderibus silice feriebant. Cuius moris meminit Cicero libr. 2. de inuentione, & Liuius lib. 1. ab vrbe condita, vbi & verba ipsa commemorat in fœdere Romanorum icto cum Albanis. Positis ergo fœderis legibus aiebat fecialis, aut pater patratus: Populus Romanus prior nõ deficiet. Si prior defexit publico cõsilio, dolo malo: tu illo die Iuppiter populum Romsic ferito, vt ego hunc porcum hodie feriã, tantoque magis ferito, quanto magis potes, pollesque. Id vbi dixit, porcum saxo silice percusit. Hinc Virgil. de Romulo, &
8. Æneid. Tatio regibus:

Armati Iouis ante aram, paterasque tenentes
Stabant, & cæsa iungebant fœdera porca.

Vt igitur apud Hebr. à scindendo בְּרִית fœdus dicebatur, ita apud Rom. à fœdo, scilicet, animali, id est, à porco, qui occidebatur. Inde vtrique similiter dicunt fœdus ferire, fœdus percutere, fœdus icere.

Et germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri, id est, Quantumuis vobis prospera polliceamini, & fœdera feriatis, nihil proficietis: sed quemadmodum amaritudo, id est, amaræ, & noxiæ herbæ multum per se vbique germinãtes in agro culto copiosius germinant; ita iudicium, id est, supplicium copiosum, vobis ex ista vestra secu-

ritate,

ritate, & credulitate orietur. Adnotat autem eleganter Ruffinus, dixisse prophetã, *Super sulcos agri*, vt significaret eos non negligentia, sed studio, dedicaque opera peccasse; non enim casu, sed consulto sulci fiũt. Illa autem peccata malitiose cõmissa erant seueritati supplicij idem quod sulci herbis amaris: quia sicut illæ in sulcis rite ductis, & paratis copiosissime proueniunt; ita huiusmodi peccata vehemens, & copiosa pœna consecutura erat.

12 *Vaccas Bethauen coluerunt.* Bethauen dici vrbem Bethel, & cur ita dicatur, late exposuimus cap. 4. nu. 29. & sequentibus. Sed cũ vnus fuerit vitulus in Bethel, quæritur cur plurium meminerit, nec vitulos appellauerit, sed vitulas, aut vaccas? Respondeo & vitulum aureum fuisse in Bethel, & vitulas præterea, seu vaccas, quas Ægyptiaca superstitione colebant. Hoc aperte docemur 3. Reg. 12. Ita enim scriptum est de Ieroboham: Et ascendens altare similiter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis, quos fabricatus fuerat, constituitq; in Bethel sacerdotes excelsorũ, quę fecerat. Ortũ est hoc, vt dixi, ex Ægyptiaca superstitione, qua populus erat imbutus, & quã libẽtissime imitabatur. Ægyptij enim (vt Herodotus autor est lib. 2. longe à principio) boues feminas venerantur ex omnibus pecudibus longe plurimum. Et paulo ante. Boues mares, eosdemque mundos, ac vitulos vniuersi Ægyptij immolant: feminas eis immolare non licet, vt pote Isidi consecratas. Nam Isidis simulacrum muliebre est bubulis præditum cornibus, quemadmodũ Io Græci describunt. Hæc igitur causa est, cur decem tribus vaccas, vitulasque erectis templis adorabant; semper enim earum gentium inter quas vixerunt, idololatriã imitabantur, maximeq; Ægyptiorum. * Ita Exhod. 32. viculum fecerunt, & pro Deo adorarũt, qui vitulus (vt Sanctus Clemens docet lib. 6. constitutio. apost. cap. 20. & Lact. lib. 4. ca. 10.) fuit Apis
13 Apis, & Serapis. Ægyptius, bos alio nomine Serapis dictus, corpore nigro, candida fronte, & in tergo alba nota insignis, quem certos vitæ annos excedere non licebat. Atque ideo in lacum demersum, defunctumque plangebant, & alio inuento mirifice lætabantur, vt scribit Alexander ab Alexandro lib. 6. Genialium dierum, cap. 2. Si quem autem mouet, quas nunc vaccas vocat prophera, easdẽ 3. Reg. 12. vocari vitulos, sciat & vitulos, & vitulas sine discrimine vocari solere. Ibidem enim Lxx vitulas vocant. Et paulo ante, vbi nos habemus: Et excogitato consilio fecit duos vitulos aureos, Lxx habent: Fecit duas vitulas aureas. Iosephus lib. 8. antiq. cap. 3. vitulas quoque dixit. Sed ijdem Lxx, vitulũ vertunt, id est, μόσχον, Exhod. 32. & Hos. 8. vbi habemus, Proiectus est vitulus tuus Samaria. Huius rei duæ causæ sunt. Prima, quod à veteribus accepimus, vitulum illũ, quem adorauerunt absente Moyse Exhod. 32. non integrum fuisse, sed vituli tantummodo caput. Hieronymus, Hos. 7. in principio: In eremo vituli conflauerunt caput, atque dixerunt: Isti sunt dij tui Israel, &c. Idem docet cap. 11. in illud: Et ego nutricius Ephraim, & Hamos 5. in illud: Numquid hostias, &c. Et ibidem Ruffinus & Rupertus, & Beda Act. 7. in eadem verba adducta à Luca, & Ambros. lib. 1. de penitentia, cap. 8. & August. in illud Psalm. 73. Dedisti eum escam populis Æthiopum, & Lactan. lib. 4. capit. 10. * Cum ergo ad huius imitationem vitulos suos fabricauerit Ieroboha, intelligimus non fuisse integros, sed capita tantùm fabricata: quare recte tam vituli, quam vitulæ dicebantur, vt in ceteris quoque animantium formis euenit, vbi genus per sexum non indicatur. Altera causa est, quod si quid erat quod genus indicaret, vt magnitudo capitis, aut quiduis aliud, vitulas potius fuisse credendum est, vt docet Lxx trãslatio, Iosephiq; historia, & quod dudum ex Herodoto retulimus, boues feminas cultas esse magno honore ab Ægyptijs. Sed quod in Hebr. dicantur vituli, nihil mirum, vsitatum enim est, vt maris nomine femina sæpe intelligatur: qua ratione tolent autores nomini ipsi animalis marem aut feminam adiungere, quo tollatur ambiguitas, vt apud Plin. lib. 8. cap. 16. cum de leonibus agit, & cap. 18. & 19. & alibi sæpe, & apud Aristot. in libris de hist. animalium. Et in Homero Odyss. lib. 4. legimus:

Vitulus. Exhod. 32.

Nomine maris sæpe femina intelligitur in animalibus.

ἐνδεκάες ἵπποι, id est, vbi mihi equi,
δώδεκα θῆλαι. Duodecim feminæ. Et lib. 9.
Ἀργεστὸν δίεις ἦσαν ὑπὸ σπέος ἠνεμοέσσης.
Mares oues erant saginati, lanosi.

Verum ita vt principio dicebam, loqui autores, illud indicat Plinij lib. 8. cap. 32. Ceruis, inquit, quoque est sua malignitas, quãquam placidissimo animalium vrgente vi canum vltro confugiunt ad hominem. Et in pariendo femitas minus cauent humanis vesti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis vestigijs tritas, &c. Et Aristotel. libr. 6. de hist. anim. capit. 31. Leones terræ Syriæ quinquies vita pariunt. & cap. 33. Lepores coeunt, & pariunt quoquo tempore. &c. 35. Lupus fert, & parit vt canis. Nihil ergo refert vitulos ne dicam⁹, an vitulas. * Quæret etiam aliquis, cur Hieronymus vaccas trāstulerit, cũ in Heb. sit vitulas, id est, עֶגְלוֹת Respondeo, hoc nomẽ apud Heb. non tantum vitulam proprie dictam, sed etiã Vaccam nouellam significare. Nam proprie vitulus, & vitula dicitur apud Latinos, cum primum annum nõ expleuit: expleto enim iuuencus, & iuuẽca vocatur, postea taurus & vacca, nouellus videlicet, vel vetulus, vt docet Varro. lib. 2. de re rustica. ca. 5. Ita legimus in hoc capit. Ephraim vitula docta diligere trituram, nam quæ terit non vitula est, sed vacca. Hieronymus ibi: Igitur Ephraim similis est vaccæ vel vitulæ. Iud. 14. si non arassetis in vitula mea. Gen. 15. Sume tibi vaccam triẽnem. Heb. Sume tibi vitulam triẽnem. Sed & Latini eodem modo loquuntur, nam de boue nouella feta dixit Virgi.

15

Vitulus, & vitula.

3. Eclog. —— *Ego hanc vitulam, ne forte recuses,*
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fetus,
Depono.

* Cetertũ Lyra male vertisse dicit nostrũ interpretem, vertendum enim fuisse, Ad vaccas Bethauem timuerunt habitatores Samariæ, id est, Timuerunt propter vitulũ qui erat in Bethel, ne videlicet aliquid regno accideret, quod vitulus missus esset regi Assyriorum. Quam translationem nonnulli ex recentioribus secuti sunt. Sed גור, quo verbo vtitur propheta, significare hoc loco timorem reuerentiæ, contra quod isti autores sentiũt, docet Chaldęus qui vertit: Propterea quod venerati sunt vitulos in Bethel. &c. & quod in Psal. 21. legimus: Timeat eum omne semen Israel, quoniã non spreuit, neq; despexit deprecationẽ pauperis. Heb. גורו, timete. Quod si animaduertisset Lyranus, nunquam interpretem nostrum reprehendisset.

16 *Quia luxit super eum populus eius.* Cum vaccas Bethauen dixit, vitulum maxime intellexit, quem ipsi præcipuo cultu venerabantur, ideo de eo nũc ita loquitur, ac si solum ante nominasset. Hieronymus traditionẽ hic Hebrẽorum refert, quam, quoniam incerta est, vt solent esse pleraque, quę ab hac gente tradũtur, & rectẽ sine ea locus explicari potest, prætereundam putaui. Sed illud nõ prætereundum, audacter saris, & nimium libere negasse Lyranum tradi hoc ab Hebræis, quod Hieronymus tanto & antiquior, & traditionum Hebraicarum scientior affirmabat. Nec debuit leuissimo argumẽto moueri, quod huius traditionis non meminisset. R. Salomon, qui multa veterum Hebræorum aut ignorauit, aut omisit. Sensus igitur est. Super vitulum Bethel luxit omnis populus, & sacerdotes eius, atque custodes templi, (quos ædituos vocat) qui olim exultauerant, cũ ipse ab omnibus coleretur, lamentabuntur, quoniam gloria eius migrauit ab eo, id est, quoniam iam nõ est vitulus in templo suo, sed capta Samaria delatus est ad regem Assyriorum rãquã primarium donum. Hunc regem, cur vltorem vocet, diximus ca. 5. n. 38. * Atque ita locus rectẽ intelligitur. Nam quod tradidertũt Hebrei, vitulos aureos dono missos fuisse ab Israele regi Assyriorum, neq; ex Scriptura probare possunt, neq; verũ est: quidnis enim potius mitterent quã vitulos. Et ante captiuitatem nõ fuisse eos ablatos videtur docere propheta cap. 8. Proiectus est vitulus tuus Samaria, &c. quoniam in aranearũ telas erit vitulus Samariæ. Et in hoc cap. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. Ipse confringet simulacra eorum, depopulabitur aras eorum. Et postea: Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel. Quod autem ait: Et æditui eius super eum exultauerunt, positũ est pro, Et æditui eius qui super eũ exultauerunt, more Hebræorum, apud quos huiusmodi relatiuum passim subauditur, vt Psal. 7. Et exurge Domine Deus in præcepto quod mandasti, Heb. In præcepto mandasti. Ibidẽ, Incidit in foueam, quam fecit. Hebræ. Incidit in foueam, fecit. Rursus illud: *Quia luxit super eũ,* Idem est, ac si diceret, Luxit super eum. Habẽt enim Hebræi quasdam particulas, quibus sæpe non ad significationem aliquam, sed ad ornatum tantum vtũtur, præsertim in principio sententiæ totius, aut in principio alicuius mẽbri illius: sicut Latini, Enim vero, verum enim vero, & similia. Has autẽ particulas nostra translatio interdum ponit, interdũ omittit. Vt כי, id est, quia, aut quoniam vt in hoc cap. Quia nunc dicent, non est rex nobis. Psal. 17. Quoniam in te eripiar à tentatione. Psal. 54. Quoniã si inimicus meus, maledixisset mihi. Eccles. 11.

Si multis

18 Si multis annis vixerit homo, &c. Hebraic. * Quoniã si multis annis vixerit homo. כִּי, id est, etiam. Eccles. 10. In cogitatione tua regi ne detrahas. Hebr. Etiam in cogitatione tua regi ne detrahas, כִּי, id est, & vt adnotauimus c. 9. vt cum ibi dicitur: Scitote Israel stultum prophetam, & Psalm. 4. Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum, Heb. Vtrobique, & scitote. כִּי, id est, verumtamen, vt Psal. 38. verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra cõturbatur. Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Omnia, quæ in huius loci expositione diximus, confirmat Chaldæi paraphrasis, quæ huiusmodi est. Ascendet contra eos rex cum exercitu suo, & in transmigrationem ducet eos, tollent ab eis vitulum Samariæ, iam enim luxit propter eũ populus eius, & cultores ipsius, qui propter ipsum exultabant ob gloriam eius, recessit enim ab eis.

Confusio Ephraim capiet. Tunc cum hæc fiẽt, cõfundetur, & pudefiet tribus Ephraim autor idololatriæ, nam de hac tribu fuit Ieroboham, qui vitulos aureos erexit. Et simul omnis populus confundetur in voluntate sua, id est, eo quod voluerit adorare vitulos, à quibus eripi non potuit. Recentiores vertunt, In consilio suo, quod in Hebr. est, מֵעֲצָתוֹ, sed idem est, capitur enim consilium pro re in consilio, siue in consultatione electa, & hæc vocatur voluntas. Similiter illud intelligendum est Iere. 7. Sed abierunt in voluntatibus, & in prauitate cordis sui. Pro quo deprauati codices habent. In voluptatibus.

*

19 *Transfire fecit Samaria regem suum.* Cõsentiendo Samaria idololatriæ regis sui, id effecit, vt regnum decem tribuum cito dissiparetur, sicut spuma aquæ. Pro, Transire fecit, est נִדְמָה, quod recentiores interpretãtur, Excisus est, succisus est, vt sit sensus, Excisus est in Samaria rex eius. Verum actiue etiam capitur, quoniam hæc passiua vox fere cõmunis est vsu Hebræorum. Vnde Lxx verterunt, Abiecit Samaria regem suum. Et. c. 11. eamdem vocem passiue verterunt, Mane proiectus est rex Israel. Est ergo sensus, Samaria excidit regem suũ, id est, disperdidit, perire fecit. Sed quoniã sequebatur statim, Quasi spumam super faciem aquæ, vt proprietatẽ obseruaret in similitudine spumæ, quæ potius transire dicitur, aut euanescere, quam succidi, maluit dicere, Transire fecit. Sicut initio cap. 11. vbi idem verbum est, cum posset dicere, Sicut mane succiditur, succisus est rex Israel, dixit potius, Sicut mane transit, pertransijt rex Israel, quia mane transire dicitur melius, quam excidi, aut succidi. Sed negat Pagninus tam nostram, quam Lxx interpretum versionem conuenire Hebraicæ Grammaticæ, quoniam נִדְמָה persona masculina est, Samaria autẽ feminei generis est. Scilicet ignorabãt Hieronymus, & Lxx Hebraicæ linguę regulas.

* Mutemus punctum vnum, in quibus Hebræi sæpe errant, & legamus נִדְמָה participium femineum, & constabit ratio Grammaticę. Quod si quis neget participium habere apud Heb. significationem præteriti, multis testimonijs facile conuincetur. Subauditur enim verbum Fuit, & ita præteriti vim habet. Legat totum Psalmũ 135. inueniet plurima participia posita pro præteritis: Qui fecit mirabilia magna solus, qui fecit cœlos in intellectu, qui firmauit terram super aquas, & alia multa.

20 Participiũ, pro præterito apud Hebræos.

Et disperdentur excelsa idoli. Pereunte regno Samariæ disperdentur omnia idola, in quibus peccare solebat Israel. Pro excelsa idoli in Hebr. est, Excelsa Auen, apud Lxx, Altaria On, vtrumq; vocabulum latius exposuimus cap. 4. nu. 31.

Lappa, & tribulus. Hieronymus: Signum vltimæ solitudinis, vt ne parietes quidem, & extrema ædificiorum vestigia relinquãtur. De Lappa diximus c. 9. n. 7. & 8.

Et dicent montibus, Operite nos. Videlicet ne mala tanta imminentia videamus, verba sunt extremæ, desperatæque calamitatis. Hæc verba Dominus refert Luc. 23. de vltimo excidio Ierusalem loquens: Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos, & collibus, Operite nos: Quæ ita Rupertũ mouerunt, vt putet non esse hanc prophetiam de decem tribuum captiuitate, sed de extrema euersione Ierusalem, atque hunc esse sensum verborum Domini: Tunc incipient dicere mõtibus, id est, Tunc incipiet impleri quod ab Hosee dictum est. Immo horum verborum occasione cogitur retexere superiorem explicationem illorũ verborum: Vaccas Bethauen coluerunt, &c. omnia ad CHRISTI tempora referendo. Sed falsam esse eius sententiam non solum Hieronymi, & Cyrilli, & Ruffini, & aliorũ expositorum consensus, sed etiam ipsorum prophetæ verborum contextus ita aperte

21

indicat,

indicat, vt dubitari non possit: nihil enim de duabus tribubus, sed omnia de decem, deque earum idolis dicta sunt. Dicere igitur possumus Dominum hæc verba ad excidium Ierusalem retulisse, eo quod de simili vastitate decem tribuum dicta essent, rectèque propter similitudinem ad Ierusalem possent accomodari. * Quæ sententia Rufini est. Notandum, inquit, quia hunc versum & in Euangelio Dominus assumpserit, vt metuentium vota signaret: atque de scripturarum more descendat, prolatas in causam aliquam sententias ad similia negotia decenter assumi. Potest hæc Ruffini sententia autoritate quoque Domini confirmari, qui Matth. 10. ait: Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Vltima verba Mich. 7. c. legũtur de captiuitate Ierusalem, vt exponit Hieronymus. In Matthęi autẽ verba Chrysostomus, & Euthymius aiunt: Prophetiæ mentionem fecit, quæ quamuis ad hoc propositum dicta non sit, hoc ipsum tamen signanter expressit. Cyrillus etiam ait: Similibus verbis vsus est Dominus, Dicetis tũc, inquit, montibus: Operite nos. Non dixit eisdẽ verbis vsum fuisse, sed similibus, quasi ostendens non ex propheta desumpsisse. Siue igitur hoc, siue illud dicamus, satis Rupertoresponde bitur, nec cogemur mutare expositionem. * Sed libentius cum Theophylacto dicam, de Ierusalem quoque hæc prædicta esse, sed ita vt ab Hieronymo explicatum est. Eius hæc verba sunt. Eo tempore dicent montibus, Operite nos, & collibus, Cadite super nos: quod Dominus in vltimo tempore captiuitatis Iudaicæ dicit esse complendum. Quidquid ergo nunc contra decem tribus, siue contra omnem dicitur Israel, sciamus typice etiam ad totũ populum posse transferri: vt quando Romani ceperint Ierusalem, & subuerterint templum, siue cum iudicij dies venerit, vt alij suspicantur, dicant magno horrore metuentes, Operite nos, montibus, & collibus, Cadite super nos, mori magis optãtes, quã cernere, quæ afferunt mortem. Hæc Hieronymus: Vbi cum dicit typice, allegoricũ sensum intelligit, quem in modum nos plurima de decem tribubus dicta ad captiuitatem Iudæorum extremam retulimus. Verum non tantum arbitror vastitatem decẽ tribuum figuram fuisse excidij Ierusalem, quæ Dominum agnoscere noluit, sed etiã excidij totius mundi, qui CHRISTVM & sanctos eius odio prosecutus est. Nam vastitas Ierusalem huius extremæ mundi vastitatis figuram gesit, vt Matth. 24. aperte cernimus, ideoq; ibi Dominus mixtim de vtraque locutus est. * Quare Apoc. 6. cadẽ de fine mundi verba legimus: Abscondent se in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus, & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni. Pulchre ergo Dominus non dixit: Tunc dicẽt, sed Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos. Ac si diceret, Tunc incipient dicere: sed in alia multo maiori calamitate magis ex animo eadem dicent, tunc finient quod in captiuitate Ierusalem inceperunt. Et quoniã dictum quidem erat hoc de Israele, & mox de captiuitate postrema Ierusalẽ, sed multo magis de fine mundi, rectè dixit: Tunc incipient dicere, id est, Tunc incipiet impleri, sed in fine sæculi omnino implebitur. Mos enim est scripturæ diligenter adnotãdus, vt cum fit id, quod per figuram aliquã significabatur, tunc dicat impleri prophetiam, quasi innuens tantummodo cœpisse impleri, cum factum est quod figura erat. vt Matth. 2. vt adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Ex Aegypto vocaui filium meum. Iam præcesserat figura, cum populus Israel eductus est ex Aegypto, & tunc cœpit impleri, sed cum Dominus IESVS vocatus est ex Aegypto mortuo Herode, impletum est, vt optime ibi docet Chrysostomus homil. 8. in Matth. & Theophylactus ait: Per figuram dictum est de populo, impletum autem vere in CHRISTO. Et Iohan. 19. Facta enim sunt hæc vt scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Singulis annis id obseruabatur in agno paschali, & tamen non est prorsus impleta scriptura, donec milites CHRISTI per agnum significati crura frangere noluerunt.

22

23

Ex diebus Gabaa peccauit Israel. Sæpe illis exprobrat antiquitatem idololatriæ, maximum enim crimen est, quod post tot sæcula multis à Deo beneficijs acceptis non est adhuc pœnitentia deletum. Respicit autẽ (vt Hieronymus, & Rufinus, & Rupertus, & omnes fere expositores opinantur) ad scelus illud fœdissimum commissum in Gabaa vrbe

baa vrbe Beniamin in vxorem Leuitę, Iud. 19. Ex eo die (inquit Hieronymus) peccauit in me omnis Israel, & idololatriæ reus est, quoniam cum scelus hoc vindicasset acerrime admissum in mulierem, sacrilegium tamen magnum in me per id tẽpus admissum, quod in domo Michæ, & mox in vrbe Dan palam idolum adoraretur, nunquam vindicarunt: sed assentiri potius visi sunt. Legimus Iudic. 17. idolum fuisse in domo Michæ, quod postea tribus Dan in vrbem à se captam, & Dan vocatam transtulit. Iud. 18. Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo, id est, vsque ad tempora Eli, & Samuelis, ad illud enim vsque tempus fuit arca Dei in Silo, 1. Reg. 4. Recte autem probat Lyranus in cap. 17. Iud. & capit. 19. eodem tempore contigisse vexationem vxoris Leuitæ, & quod de idolo Michæ narratur. Nam bellum illud contra Beniamin ob illatum mulieri stuprum viuẽte adhuc Phinees nepote Aharon gestum est, vt videmus Iud. 20. Historia autem Michæ vel statim post mortem Iosue contigit, ante quam essent iudices, vt Latini expositores tradũt, vel, vt Hebræi, sub Othoniele, qui successit Iosue. * Legi nouum interpretem ita exponẽtem. Ex diebus Gabaa, id est, ex die, quo Saulem regem petierunt, qui erat ex Gabaa. Sed eo tẽpore nulla fuit idololatria regnante Saule, & post eum Dauide, immo neque prioribus annis regni Salomonis. Itaque potius dicere debuit, Ex diebus Salomonis. Nec potest hic autor rectè exponere quod sequitur; Non comprehendet eos prælium in Gabaa, facit enim præteritum quod in Heb. futurum est. Atque ita exponit: Non sunt victi, dum regnauit Saul, cum constet ex Heb. & ex Latinis codicibus legendum esse, Comprehendet, non, vt ipse vult, comprehendit. Quod autem communem omnium expositionem reijcit, quoniam Israel non peccauit cum vxorem Leuitæ polluerunt viri Beniamin, sed sanctè egit scelus vlciscendo: Si Hieronymum legisset, plane cerneret non ob id accusari Israelem, sed quoniã, cum hoc scelus vindicasset, maius scelus idololatriæ vindicare noluerit. Sed de his hactenus, nec enim volo aliorum expositiones refutare, sed quam puto verissimam statuere. At quoniam veritas, & consensio interpretum sine cauta vexabatur, defendendam putaui.

26

Ibi steterunt. Hieronymus: Hic stetit Israel, ibi suum represit gradum, ne vltra ambularet in vijs Domini, &c. Hoc autem dicit, quoniam viuente Iosue non coluit idola Israel, donec postea secuta est alia generatio, quæ cœpit seruire Bahalim, Iud. 2. Itaque eius idololatriæ initium fuisse videtur idolum Michæ, aut certe tunc idololatria ab vniuerso Israele tacito consensu approbata est, dum scelus tãtum vlcisci neglexit.

27

Non comprehendet eos in Gabaa prælium. Hieronymus ita interpretatur, Non puniã eos bello aduersariorũ propter Gabaa, tunc enim recte fecerunt vlciscentes netas in vxorẽ Leuitæ admissum, sed propter duas iniquitates comprehẽdet eos prælium. Accipi autem In pro Propter in scriptura iam ante ãdnotauimus, & sæpe videbimus. Possumus & aliter exponere, Non insurget in eos bellum, quale fuit illud, quod in Gabaa insurrexit super filios iniquitatis, id est, in pessimos illos adulteros, & patronos, ac defensores eorum: qui licet tandem victi sint, tamen prius bis vicerunt, & multum hostiũ sanguinem fuderunt, atque ita quodammodo læti, & necem suam vlti cecidernnt. Quem sensum Rupertus, & Lyranus innuunt. Atque vt magis eum confirmemus, sciamus (quod in Sopho. dicemus) notas similitudinis crebro omitti ab Hebræis, vt Psal. 10. Transmigra in montem sicut passer. Heb. transmigra in montem passer. Ita modo, Non comprehendet eos prælium in Gabaa, id est, sicut in Gabaa, non erit tale quale illud fuit.

Notę similitudinis sępe omittũtur.

Super filios iniquitatis. Sensum iam exposuimus, nunc de phrasi dicamus. Filius cum genitiuo alicuius nominis sæpissime ponitur in scriptura, multisque modis, qui, vt phrasin passim occurrẽtem semel explicemus, ita ad methodũ redigi posse videntur. Filiꝰ interdũ ponitur cũ genitiuo nominis significãtis substantiã, interdũ cũ genitiuo nominis accidens aliquod significantis. Cũ ponitur cum genitiuo significante substãtiam, totum illud nihil aliud significat, quã genitiuus ille mutatus in nominatiuũ suũ, vt filius hominis, homo dicitur, filij taurorum, tauri. Eccl. 38. Stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum. Isai. 21. Tritura mea, & filia aręæ meæ, id est, area mea. Ita filia Sion, Sion; filia Babylonis, Babylon; filia Ierusalem, Ierusalem. Vnde Aug. in illud

28

Filius cum genitiuo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.71. Iudicabit pauperes populi,& saluos faciet filios pauperum,docet idem esse pauperes,& filios pauperum,sicut idem est Sió, & filia Sion. Ita Homerus dixisse videtur lib.7.Iliad.filij Græcorum,pro Græci.

Ω'ς ἴφαθ', οἱ δ' ἄρα πάντες ἐπίαχον υἷες Ἀχαιῶν.

Quando autem patris, aut alicuius ex maioribus nomen additur,tunc proprie filius accipitur,neque aliter quam in alijs scripturis,vt filius Dauid,filij Israel. Idem dico cum nomen patris ex ijs, quæ dicuntur intelligitur, vt Coloss. 1. Et transtulit in regnum filij dilectionis suæ,id est, filij sui dilecti,vt exposuit Augu. 15. de Trinit. cap.19. vel cum nos dicimur filij adoptionis,& filij Dei,& cum Genes. 35. dicitur filius doloris mei,& filius dexteræ,&c. Sed nos de phrasi
29 scripturæ peculiari loquimur.* Qudão genitiuus est nominis accidens aliquod significãtis,filius accipitur pro generali, aut speciali nomine rei, de qua sermo est,& nomẽ illud pro adiectiuo suo ponitur. Vt filius iniquitatis,id est,homo iniquus. Psalm. 88. Et filius iniquitatis nõ apponet nocere ei. Est enim sermo de homine aliquo,nomen speciei eius est homo,ideo interpretamur, homo iniquus. Isai. 5. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei,vbi oleum pro fertilitate ponitur, nomen generale vineæ est locus,aut terra, significat ergo in terra fertili,siue(vt verterunt Lxx)in loco pingui,& fertili. Eodem modo dicitur 1. Reg. 13.& alijs in locis sæpe, Filiº vnius anni erat Saul, id est,homo vnius anni. Sed est diligenter obseruandum, quando genitiuus est nominis significãtis pœnam,aut supplicium,aut etiam præmium,per nomẽ dignus, aut per futurum verbi cognati, vt commodius videbitur,faciendam esse interpretationem. vt 2.Reg.12. viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc, id est, dignus morte,aut periturus. 1. Reg. 20. Adduc eum ad me,quia filius mortis est. Matt. 23. Et facitis eum filium gehennæ, duplo quam vos estis, id est, dignum gehenna. Ioh.17. Nemo ex eis perijt,nisi filius perditionis,id est,ille qui perditione dignus erat, aut qui periturus erat. Eph. 2. Eramus & nos natura filij iræ, sicut & ceteri, id est, digni ira,& supplicio. In significantibus præmium, vt filius pacis, id est, dignus pace. Luc. 10. Et si fuerit ibi filius pacis. pro quo Matth.10.Salutate eam dicentes: Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus illa dignus,pax vestra veniat super eam.

Iuxta desiderium meum corripiam eos. Quia maximum futurum erat supplicium,ait, Iuxta desiderium meum, ducta videlicet similitudine ab homine, qui multis iniurijs sine causa prouocatus vltionẽ expetit, sed occasione aliqua in tempus aptius differt, ac tandem sumit.

Propter duas iniquitates suas. Irruet in eos infinita pene Assyriorũ multitudo, vt duæ eorum iniquitates puniãtur. Has duas iniquitates Hieronymus varie interpretatur, mihi illa videtur optima interpretatio, quã ex Ierem.2. petit: Duo mala fecit populus meus,me dereliquerũt fontem aquæ viuæ,& foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas,quæ continere nõ valent aquas. Quam sequuntur Cyrillus, Theodoretus, Theophylactus, Rupertus: Hæ duæ iniquitates (inquit Hieronymus) contra duo decalogi erupere præcepta, in quibus dicitur: Ego Dominus Deus tuus: non erunt tibi dij alij absque me. Rupertus. Hoc in quauis alia gente, quæ Deum non nosset, vnum peccatum erat,cum videlicet malum per ignorantiam eligitur pro bono. At in populo,in quo notus erat Deus,duplex peccatum est; alterũ,Deum notum nõ colere,alterũ, pro eo,siue potius contra eũ, colere deos fallos.

Ephraim vitula docta diligere triturã. Solent vitulæ, siue vaccæ nouellæ, cum ad terendum adhibentur, cito ab agricolis dimitti,ne nimio labore frangantur: sed illæ quoniam in tritura libere comedere sinũtur,iuxta illud Deuter. 25. Non alligabis os boni trituranti, sæpe vltro ad areã redeunt, & triturã amãt. Ita Ephraim assuetus colere idola, quoniam inde commercio, & amicitijs aliarum nationum locupletior fiebat, sæpe redibat ad idololatriam, licet aliquãdo recedere quodammodo videretur. Ita exponunt glossa,Rupertus,Lyranus,& ante eos Gregorius, vt statim dicam,& sane eleganter. Sed addamus triturã hoc loco arationi opponi. Debent enim homines arare,id est,laborare in legis diuinæ custodia, nec præsentia emolumenta quærere,vt vitula terens,sed futura expectare, vt qui arat. 1.Cor. 9. Quoniam debet in spe qui arat,arare. At Israel arare noluit,sed terere,vt temporalibus diuitijs abũdaret.Lyranus affirmat literam Hebraicam esse planiorem, atque ita habere: Ephraim vitula stimulata,diligit triturã.Sed Lxx,& Chaldæus,& ceteri interpretes ei aduersantur, omnes enim vertunt, Docta, vel Assueta, quod idẽ est,& id proprie significat מְלֻמָּדָה.

TROPOLOGIA.

32 Moralem sensum Greg.20.Mor.cap.16. acute exposuit, cuius verba tali viro digna libẽter subscribã. Amant peruersi homines pro huius mundi gloria etiam tribulationes, cunctisque pro ea sudoribus libenter seruiunt, & grauium laborum iugo deuotissime colla submittunt. Quod bene sub Ephraim specie Hosee prophetante describitur,qui ait:Ephraim vitula docta diligere trituram. Vitula enim triturę laboribus assueta,relaxata plerumq; ad eumdem laboris vsum etiam nõ compulsa reuertitur. Ita prauorum mens huius mundi seruitijs dedita,& rerum temporalium fatigationibus assueta, etiã si sibi libere vacare liceat, subesse tamen terrenis sudoribus festinat, & vsu miserę conuersationis triturã laboris quærit,vt à iugo mũdanæ seruitutis cessare non libeat, etiam si liceat. Quod videlicet iugum Dominus à Discipulorum ceruicibus subleuans cum dicit: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula,& ebrietate:illico adiunxit:Et in curis huius vitæ,& superueniat in vos repẽtina dies illa. Et rursus: Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati estis,& ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum,& humilis corde. Hactenus Grego.& idem ait hom.10.in Ezec.

Qui solliciter quærunt bona huius sæculi sunt vitula docta diligere triturã.

HISTORIA.

33 *Et ego transiui super pulchritudinem colli eius.* Hieronymus: Tumentes eius ceruicum toros iugo imposito edomui, id est, Ego eius collum superbum,& cõtumax domui & mansuefeci. Ita Theodoretus, nisi quod ipse ait,Domabo,quoniam Lxx verterunt, Transibo.Hieronymus: verbum עָבַרְתִּי, id est, transiui, maxime quando à Deo dicitur, semper plagas, & aduersa significat. Denique &exterminator in Ægypto trãsisse memoratur,&c. Idem adnotat in Hamos.5.in illud: Quia pertransibo in medio tui. Ita Exhod. 12. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios. Iob.15. Quibus solis data est certa, & non transibit alienus per eos. Zach.9. Et non transibit super eos vltra exactor. Videtur autem mihi loqui Prophęta de plagis, quas Israel ab Assyrijs accepit tempore Zachariæ regis,de quibus 4.Reg.15.& 16.& 2.Paral.30.

Transire pro punire

Ascendam super Ephraim. Docet in posterum etiam à se domandum esse Ephraim. Ascẽdam super ipsum, quasi super equum, aut iumentum aliquod, hoc est, omnino eum mihi subijciam, & Assyrijs tradam. Sanctes Pagninus quod in Hebræo esset אַרְכִּיב vertit,Equitare faciam Ephraim. Isidorus Clarius: Currum trahere docebo Ephraim. Sed aptiorem esse nostram translationem docent Lxx, qui verterunt, ἐπιβιβῶ Ἐφραίμ, vt est in castigatissimo Aldi Manutij codice,id est,ascendo super Ephraim, non, ἐπιβήσω Ἐφραίμ, id est, superponam Ephraim,vt habent codex Complutensis,& Regius. * Atque hanc lectionem esse multo emendatiorẽ docent Cyrillus,& Theophylactus,qui legũt,Ascẽdo super Ephraim & Theodoretus eodem modo legit, exponit enim,Nam eo vectabor. Hieronymus vertit,Supponam Ephraim,quod idem est, ex quo perspicuum est eum legisse, ὑποδήσω. Nota est eorum regula, qui Grammaticæ Hebraicæ institutiones tradiderunt, sæpe verba coniugationis hiphil non differre modo significandi à coniugatione cal. *

Arabit Iudas. Cum hanc Israelis calamitatem viderint, tribus duæ nequaquam se in tritura exercebunt, sed arabunt. Triturã vocat cultum idolorum spe præsentis quæstus, arare autem est laborare in ea re, quæ fructum præsentem non habeat, sed futurum promittat, id est, in executione mandatorum Dei, vt iam exposuimus numer.31. Ita Glossa,& Lyranus. Hoc autem dicit, propterea quod reguante Ezecia in Iuda captæ sunt decem tribus anno sexto regni eius. quarto Regum. 18. eo autem tempore duæ tribus pietatem colebant,& dum vixit Ezecias.2.Para.30.& 31. penituſq; idola reliquerunt. Quod autem cap.5.vidimus: Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum, super eos effundam quasi aquam iram meam: quibus verbis increpat eos, quod ad tantam fratrum suorum calamitatem nõ respuerint, sed de dilatandis potius terminis cogitauerint: nihil obstat, indicat enim, quod post Ezeciæ mortẽ factum est: Tũc enim reuersus est Iudas ad idololatriam 2. Paralip. 33. & ceteri deinde reges præter Iosiam impij fuerunt.

Tritura. Aratio.

Confringet filij sulcos Iacob. Glebas sulcorũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

comminuet, terramque diligenter complanabit, vt emollita recipiat sementem, & fecunda post modicũ seges pullulet. Hoc eamdem habet significationem cum eo quod dixit: Arabit Iudas. Sed Iacob hoc in loco dici vult Glossa eos, qui de alijs tribubus mansere cum duabus. Quod verum esse arbitror. i. homines decem tribuum, qui hortante per nuntios Ezecia abiecerũt errorem idolorum, & venerunt in Ierusalem, vt videmus. 2. Paral. 30. Adeo vt omnis Israel, qui inuentus est in vrbibus Iuda destruxerit lucos, & aras, & idola, non solum de vniuerso Iuda, sed & de Ephraim, & Manasse. 2. Par. 31.

Seminate vobis in iustitia. Monet vt hoc semper faciant, & in legis Dei executione perdurent, vt fructus vberrimos pietatis suæ colligant. In iustitia pro in iustitiam situæ colligant. In iustitia pro in iustitiam situæ ad iustitiam, positum est, sicut, In ore misericordiæ, pro, In os, aut ad os misericordiæ, ita enim est in Hebr. & ita verterunt Lxx & reliqui interpretes, & ita legerunt Origenes tract. 12. in Matth. & Ambrosius in libro de Naburthe Iezrahelita, capite 7. Bernardus serm. 37. in Cant. & ep 108 Nã si proprie loquamur, Seminate in iustitia, &c. hunc habet sensum. Seminate cum iustitia, & metetis cum misericordia, sicut Psalm. 125. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent, vbi Lxx ἐν ἀγαλλιάσει, id est, in lacrymis, vt nos habemus, non in lacrymas, vt hic, In iustitiam.* At hic sensus est, Seminate ad iustitiã, id est, ita arate, & seminate, vt multa iustitia, id est, sanctitas in vestris cordibus oriatur. Hoc autem sæpe fit in nostra trãslatione, vt Psal. 43. Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis, pro, In nos. 1. Pet. 1. Conseruatam in cœlis in vobis. Græce, in vos εἰς ὑμᾶς. Eodẽ modo loquuntur & Apostoli, vt Rom. 1. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, Græce, In desiderijs. Et ibidem. Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium Græce, In mendacio. Sic ut è contrario ponunt ἐν pro εἰς, vt 1. Cor. 1. Aut in nomine Pauli baptizati estis? Et Matt. vlt. Baptizãtes eos in nomine Patris, &c. Græce, In nomen Pauli, & in nomen Patris. *Et metite in ore misericordiæ.* Si ita seminaueritis, amplissimos fructus, vberrimosque colligetis, omnibus vos bonis & animæ, & corporis replebit Deus. Solet scriptura in promissionibus vti imperatiuo pro futuro, vt significet, fiat ad id quod dicit, promissionem esse certissimam, quasi nihil iam supersit, nisi manus ad fructum illum colligendum mittere, aut ad promissionẽ illam capiẽdam, vt Isai. 55. Audite audientes me, & comedite bonum, id est, si me audieritis, non dixit, Comedetis bonum, sed vt certum & paratum bonum demonstret, Comedite bonum. Psalmo. 33. Accedite ad eum, & illuminamini. Luc. 11. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Sed quid est, In ore misericordiæ? * Os in scriptura pro voluntate sæpe accipitur, significat enim locutionem, & locutione homines manifestant quod volunt. Ita dicere solemus, Faciam, quod dixeris, id est, quod volueris. Inde apud Hebræos & Caldæos, פִּי, id est, dicere, pro iubere. Vt Psalm. 148. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt, & Matth. 4. Dic, vt lapides isti panes fiant. Inde os pro voluntate, vt Gen. 24. Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. In Heb. Et quæramus os ipsius. Isai. 30. Qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum, & os meum non interrogastis. Ita igitur dictum puto. *In ore misericordiæ*, ad os misericordiæ, id est ad voluntatem misericordiæ, quantum misericordia voluerit, hoc est largissime. Solet enim scriptura voluntatem, & sermonem, & sensum tribuere etiam rebus inanimatis per prosopopœiã. Ex his intelligitur locus Gen. 47. Et alebat eos, omnemque domum patris sui præbens cibaria singulis. In Hebr. Præbens cibaria: לְפִי הַטָּף, id est, ad os paruuli. Pagninus vertit: Ac si adhuc essent paruuli, alij aliter. Sed nos sciamus טַף significare paruulum, & familiam, & plerumque poni pro filijs, qui sunt tota familia, vel potissima eius pars, vt Gene. 47. Et in cibũ familijs, & liberis vestris: Ergo dare cibaria in os familiæ, siue ad os familiæ, est dare quantum quisque de familia vellet. * Hinc etiam Percutere in ore gladij, id est, omnes occidere, & nemini parcere, quod est percutere quantum gladius percutere velit. Exhod. 17. Fugauitque Iosuæ Amalech, & populũ eius in ore gladij Nu. 21. A quo percussus est in ore gladij. Qui autem putant in his locis, & similibus os gladij pro acie capi, considerent nunquã ita vertere nostrũ interpretẽ, nec vnquã dici, In ore gladij, nisi cũ plurimi cæsi sunt. Si autẽ significaret aciẽ gladij, & si vnus eẽsus esset,

36

In iustitia pro in iustitiam.

εἰς pro ἐν in apostolis & vice versa.

Scriptura in promissionibus

dici posset perijsse in ore gladij. Nec obstat quod gladius vtraque parte secans δίστομος dicitur, id est, gemini oris, vt Hebr. 4. Et penetrabilior omni gladio ancipiti. Et στόμα, id est, os pro acie, vt Hebr. 11. Effugauerunt aciem gladij: nam ea phrasis Græcorum est, non Hebræorum. Cum autem dicitur: Perijt in ore gladij, propria Hebræorum phrasis est. Vnde Lxx, quia suæ linguæ proprietatem callebant, vbi inuenerũt, In ore gladij, nequaquam verterunt: In acie gladij, aut ἐν στόματι, id est, in ore, sed ἐν φόνῳ μαχαίρας, id est, in morte gladij. Quod autem Lucas capit. 21. dixit: Et cadent in ore gladij, καὶ πεσοῦνται στόματι μαχαίρας, Græce loquens Hebraicam phrasin imitari voluit, vt aliquãdo faciunt Apostoli, & Euãgelistę.

39

TROPOLOGIA.

Nos cum hæc audimus, agricolas nos esse meminerimus: agricolæ autem laboriosum genus sunt, & auidum; modo laboremus, modo seminemus in iustitia, vt cũ defecerimus, metamus in ore misericordiæ. Hoc enim est quod dixit Apost. Gala. 6. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Et 2. Cor. 8. Qui parce seminat, parce & meter, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Semen sunt bona opera, quibus & in hac vita illuminamur. Origenes tractat. 12. in Matth. quoniam Lxx ita verterunt: seminate vobis in iustitiam, vindemiate fructũ vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ: ita eos secutus inquit. Conuenit primum quæ sunt actus implere, & opus bonum delectare, & sic ad scientiam rerum venire, & secundum Prophetam, qui dicit: Seminate vobis ad iustitiam, & vindemiate fructum vitæ: vt primum bona opera faciamus: post hoc autem quod dicit, illuminate vobis lumen scientiæ, quasi per viam quamdam postquam emendauerit quis mores suos, proficiscatur ad scientiam, & illuminetur. Bernardus serm. 37. in Cant. docet necesse esse, vt cognitio Dei, ac sui ipsius præcedat scientiam literarum, deinde addit. Et vide si non intuebatur, & si non docebat hunc ordinem, qui dicebat: Seminate vobis ad iustitiam, metite spem vitæ, & tunc demum illuminate vobis (ait) lumen scientiæ. * Vltimam posuit sciẽtiam tamquam picturam, quæ statum habere nequeat superinane, & ideo illa duo præmisit, & subiecit illi, tamquam si solidum aliquid pictu-

40

ræ substernerer. Tu ergo seminasti tibi ad iustitiã, si ex vera notitia tui cuiusq; iustitiæ timere Deũ, temetipsum humiliasti, fudisti lacrymas, eleemosynas profudisti, ceteriscque te pietatis actionibus mãcipasti, ieiunijs, & vigilijs afflixisti corpus, si pectus tunsionib⁹ cœlos clamoribus fatigasti. Semina sunt bona opa, bona studia, semina lacrymæ sunt. Ibant, inquit, & flebãt mittẽtes semina sua. Idẽ ep. 108. Falleris fili, falleris, si te putas inuenire apud mũdi magistros, quã soli Christi discipuli, id est, mundi contẽptores Dei munere assequũtur. Nec enim hanc lectio docet, sed vnctio, nõ litera, sed spiritus, non eruditio, sed exercitatio in mãdatis Dñi. Seminate, inquit, vobis ad iustitiam, metite spem vitæ, illuminate vobis lumen scientię. Vides quia nõ recte proditur ad lumẽ scientiæ, nisi iustitiæ germẽ præcedat ad animã, ex quo formetur granum vitæ, non palea gloriæ. Beatus Ambrosius, quamuis hoc de bonis operibus dicatur, proprie tamen ad eleemosynam accõmodat, & satis elegãter, ita enim inquit in libro de Naburthe Iezrahelita, capit. 7. Bonorum enim fructus munerum in eos ipsos, qui contulerunt, cõuertuntur, & gratia liberalitatis in autorẽ boni operis redit. Denique scriptum est: Seminate vobis ad iustitiã. Esto spiritualis agricola, sere quod tibi prosit. Bona satio in corde viduarum. Si terra tibi reddit fructus vberiores, quam acceperit, quanto magis misericordiæ remuneratio reddet multiplici ora, quæ dederis?

HISTORIA.

Innouate vobis nouale. Eradicate spinas veterum peccatorũ, & renouate vos per pœnitentiam. Ierem. 4. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Nouale est ager nunc primum proscissus. vt ex Hiero. refertur de verborum significatione cap. 1. & cap. Quid per nouale.

41

Nouale.

Tempus autem requirendi Dominũ. Cognoscite semper quidem Deum à vobis quæri debere, sed tunc maxime, cũ venerit Christus veræ iustitiæ doctor. Est autem notandum tempus hoc loco significare opportunitatem temporis, qua elapsa res aut nullo modo, aut nõ sine detrimento magno fit. Hebraice עֵת appellatur, quomodo Salomon Eccles. 3. pro eo quod nos habemus: Et suis spatijs transeunt vniuersa sub sole, ait: Et עֵת, (id est opportunitas) omni rei. Deinde cum dicit, Tempus nascendi,

Tẽpus עֵת

&c. Semper vtitur hoc eodem nomine, pro quo semper L x x ibi ponunt καιρὸς, quod proprie temporis significat opportunitatem. Est ergo: *Tempus autem requirendi*, &c. ac si diceret, videte ne occasionem illam elabi sinatis, si enim tũc CHRISTVM non receperitis, in magna mala incidetis, multumque à Romanis affligemini. Transijt à præsentibus ad futura, id est, ad CHRISTI aduentum more prophetarum, vt cap. 2. n. 34. adnotauimus: & merito nunc transit, semper enim prophetæ nitebantur populum illum talem efficere, vt CHRISTVM venientem agnoscerent, & susciperet. * Quod apertius erit, si vertere velimus, Tempus autem requirendi Dominum, donec veniat, qui docebit vos iustitiam, vt verterunt recentiores, & Burgensis in add. 3. huius capit. & L x x. Et merito, nam עד etiam significat, Donec, vt Hos. 5. Reuertar ad locum meum, donec deficiatis, & alibi passim, id est, nunc est vobis tempus, & semper erit, donec veniat Christus. Sed significat etiam Cum, vt Ionæ. 4. Cum adhuc essem in terra mea. Dicuntur autem hæc vniuersis duodecim tribubus, de quibus iam promiscue loquebatur, nã vniuersis in toto orbe prædicatum est Euangelium ab Apostolis. Hæc verba sine causa Lyranus de Ezecia rege interpretatus est, cum Hieronymus & Christiani expositores de CHRISTO Dei filio interpretentur, & verba ipsa perspicua sint. Non enim de Ezecia, sed de CHRISTO prædictum erat doctorem eum futurum esse iustitiæ, vt Isai. 30. Et non faciet auolare à te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et Ioc. 2. Cum dederit vobis doctorẽ iustitiæ. Immo & doctiores Hebræi ita interprætati sunt vt docet Galatinus lib. 3. contra Iud. ca. 29. & Chaldæus ita vertit: Recipite vos ad timorem Dñi, nunc enim reuelabitur, & afferet vobis iustitiam.

42

43 *Arastis impietatem.* Terra in qua hactenus laborastis fuit impietas, & ita fructus, quem collegistis, fuit iniquitas. i. multiplicata sunt peccata vestra. *Et comedistis frugem mendacij*, id est, mentitæ vobis sunt fruges, nullum fructũ recepistis ex vestris iniquitatibus: frugẽ enim mẽdacij vocat frugem mentiẽtem, id est, non reddentem fructum, quem promittere videbatur, vt cũ cap. 9. dixit. Et vinũ mentietur eis. Hoc ipsum alijs verbis eleganter loquitur Isai. c. 59. Cõceperunt laborẽ, & peperunt iniquitatem, oua aspidũ ruperunt, & telas araneæ texuerunt, &c. De qua re egimus. c. 6 n. 57. Porro hęc æque cõueniunt in duas tribus, & in decẽ, patum enim in iustitia manserunt, & ideo de omnibus intelligẽdum videtur: quãuis nihil obstat de solo Israele hæc dici, vt Rufinus vult, præcipue enim loquitur hic Propheta de Israele.

Quia confisus es in vijs tuis. Proprie nũc Israeli loquitur, vt etiam Hiero. vult. Confisus es in vijs tuis, id est, in idololatria tua, vt exponit Hiero. sperabasque Deos, quos colebas, tibi fore propitios. Confidebas etiam multitudini, & fortitudini militum tuorũ, ideoque minas meas, & captiuitatẽ futurã cõtemnebas. Propterea cõsurget tumultus in populo tuo, id est, fremitus vlulãtis exercitus, quo clamante omnes munitiones tuæ vastabuntur, & spes tuæ fallaces concident. * Ceterum tumultus hoc in loco aut potest intelligi hostilis exercitus mutuo se clamore excitantis ad hostem acrius inuadendũ, vt intellexit Hier. aut exercitus Israelis in bello cadẽtis, dũ alij occidũtur, alij capiunt, qualis videtur fuisse tumultus ille, qui resonabat in castris Palęstinorũ Ionatha cum armigero vincente, & illis mutua ex de cadentibus. 1. Reg. 14. Ita etiam de illis qui capiebantur, cecinit Virgilius.

At domus interior gemitu, miseroque tumultu
Miscetur: penitusque cauæ plangoribus ædes
Femineis vlulant, ferit aurea sidera clamor.

Ideo L x x verterunt: & insurget perditio in populo tuo.

Sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui vindicauit Bahal. Sensus verborum non est obscurus, prædicitur enim Israeli miserabilis vastitas, qualis Salmanæ contigit à domo eius, qui vindicauit Bahal. Mirabiliter ramẽ disident à nostra trãslatione noui interpretes, & quidem hoc loco maiori probabilitatis specie, quam alijs solent. Nã veteres putãt Prophetã alludere ad historiã illam Salmanę victi à Gedeone, & interfecti Iud. 8. Quj Gedeõ Ierobahal dictus est, eo quod vltionẽ sumpsit de Bahale, & lucũ eius destruxit, & arã. Iud. 6. Ita Hier. Ruffi. Cyril. Theodo. Theoph. Rupertus, & alij. At recentiores nolunt hanc interpretationem admittere, primũ, quoniã in Hebr. negãt esse, sicut vastatus est, sed sicut vastauit. * Deinde quoniam in Hebræo non est

צלמנע

צלמן, cum ע in principio. quod nomen erat principis illius Madian, de quo Iudicum loquitur historia, vt in illo libro sæpe videmus, & apud Dauidem, Psal. 82. Sed שלמנע cum ע in principio. Tertio quod in Hebræo non est, De domo eius, qui vindicauit Bahal, sed, Domus, aut domum Arbel. Quare ita locum vertendum putant; Secundum quod vastauit Salman domum Arbel, aiuntque alteram ex duabus indicari historiam, vel cum Salmanasar rex Assyriorũ primo anno Hosee regis Israel crudelissime vastauit Arbel trans Iordanem: aut historiam aliam nobis in scriptura non expositam, sed illo Prophetæ tempore omnibus notissimam, cuiusdam Salman armis, ac bello potentis, qui Arbel locum munitissimum expugnauit, ibique nulli ætati pepercit, sed filios coram matribus, ac ipsas deinde matres saxis, & muris collisas crudeliter interfecit. Lyranus vero negat Salman nomen esse hominis, sed significare pacificum, & Arbel significare insidiatorem, atque ita esse vertendum: Sicut vastata est pacifica à domo insidiatoris, id est, sicut gens pacifica, & quieta, nihilque ab hostibus timens vastari solet ab insidiatore, & eius familia subito irruente, sicut Iudic. 18. legimus de vastatione vrbis Lais. Quem sensum etiam Chaldæus expressit: Sicut vastatur pacificus per insidias in die belli.

46 * Difficilis sane locus, & qui videatur ægre posse defendi: sed difficilius tot sæculorum damnare consensum, & quasi cogere Ecclesiam vt dediscat post tot annorum centurias quod initio didicit. Nam L x x interpretes ita verterunt: Consurget perditio in populo tuo, & omnia murata tua abibunt, sicut princeps Salmana de domo Ierobahal in diebus belli, matrem super filios allisserunt. Quod autem quidam codices Græci habent, De domo Ieroboham; mendosi sunt, vt etiam Hieronymus subindicauit, & ex Cyrillo, Theophylacto, Theodoretoque constat. Ita semper intellexerunt doctissimi quique ex Græcis patribus, & Latini vsque ad Hieronymum, & post eum omnes Latini, semper enim Ecclesia has translationes secuta est. Breuiter ergo eorum argumenta soluamus. Primo quod reprehendunt verti, Sicut vastatus est, inique faciũt, cum sit כשד, id est, sicut vastitas, aut iuxta

47 vastitatem Salmana, id est, qua vastatus est Salmana. * Quod autem secundo loco obiiciunt, diuersis literis scribi Salmana hic, & in libro Iudicum, multum adducor vt putem vitio librariorum contigisse, & olim eisdem literis vtrobiq; scriptum fuisse. Primum quod apud L x x idem est vbique nomen. Deinde quoniam Hieronymus nihil de scriptionis diuersitate dixit, qui solet esse in hac re diligentissimus. Nam & hic adnotauit male à quibusdam legi Ieroboham pro Ierobahal, & in Hebræo non esse Ierobahal, sed Arbel. Quomodo ergo tantam diuersitatem præterijt in eo nomine, è quo maxime totius loci intelligentia pendebat? Ego vero & ceteros Græcos interpretes ita, vt L x x, vertisse suspicor, quoniã Hieronym⁹ nihil de interpretationũ varietate in loco obscurissimo adnotauit. Quod si huic meæ coniecturæ non creditur, quæ certe probabilis est, binominem eum fuisse dicamus, vt passim in scriptura videmus, sicut & Gedeon dictus est Ierobahal. Nec mirum, nam & Iosephus 5. antiqui. capit. 8. hunc ipsum Salmana vocat Hezarbunim. Quãuis probabilius fortasse est ש pro ע poni, sicut sæpe pro ד scribi adnotauimus ca. 9. n. 24. sunt enim tres hæ literæ similis soni, vt docet Hieronymus in Tradit. Hebr. in Genes. & in epist. ad Titum, capit. 3. & omnium earum loco, scilicet, ponunt L x x, & Iosephus, & Euangelistæ, atque Apostoli. Quod autẽ litera ע desit in fine, & Hebræorum, & multarum nationũ consuetudo est nomina propria modo in principio, modo in fine decurtare. * Tertia obiectio est, non legi in Hebr. Ierobahal, sed Arbel: quam Hier. diluit, docet enim Arbel idem significare quod Ierobahal, sed breuiori, disertioque sermone. Hæc Hieronymus paucis, sed quæ difficilem admodum habeant explicatum: ita tamen videntur explicanda. Quod L x x dixerunt, De domo Ierobahal, quoniam vidit Hieronymus in nonnullis libris fuisse deprauatum, & scriptum Ieroboham, ne in sua translatione posset deprauari, transtulit: De domo eius, qui vindicauit Bahal, vt multa habent exemplaria. Sed omnino legendum est, De domo eius, qui iudicauit Bahal, vt in plurimis codicibus tam manu scriptis, quam typis excusis, & in Haymone, glossa, Hugone, & alijs legimus. Atque, vt nullos haberemus codices, qui suffragarentur, satis hoc ex relatis Hieronymi verbis potest intelligi: nam, vt dixi, Hieronymus nomen

48

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ierobahal voluit interpretari, Ierobahal autem non significat eum qui vindicauit Bahal, aut vltorem Bahal, vt plerique nimium creduli arbitrantur, sed (vt hic ait idē Hiero.) vlciscatur se Bahal, ita enim legimus Iud. 6. Ex illo die vocatus est Gedeō Ierobahal, eo quod dixisset Ioas: Vlciscatur se de eo Bahal, qui suffodit aram eius. Quibus verbis irrisus est Bahal, quod tanta iniuria accepta nequaquam se ipsum vindicare potuerit. * Hoc ipsum ostēditur. si legamus, De domo eius, qui iudicauit Bahal, id est, damnauit, infirmum, atque impotēs idolum esse eum ostendit, non Deum, qui de luci, fanique sui euersore vltionem sumere non valuit. Porro Arbel non significat insidiatorem Dei, vt multi putant, nec deducitur ab ארב, quod significat insidiari, sed à רוב, quod est iudicare, vlcisci, contendere, vt cap. 2. diximus, cum illa verba exponebamus: Iudicate matrem vestram, iudicate. Et ab eodem verbo ductum est nomē Ierobahal. Itaque ס non radicalis litera, sed seruilis est. Idem igitur significant Ierobahal, & Arbel, sed apertior est irrisio in Arbel, quod significat iudicatorem, & damnatorem Bahal. Siquis obijciat in Arbel non esse nomē Bahal, sed אל, quod Deū significat: nō desunt qui velint in hoc nomine arbel ע scribi, non ס. Sed nihil necesse habemus mutare lectionem. אל, vnum ex diuinis nominibus est, & proprie fortem significat, ad maiorem ergo infirmissimi idoli irrisionem pro Bahal positum est nomē Dei, אל, fortitudinem magnam significans, ac si diceret per ironiam, De domo eius, qui iudicauit, atque damnauit Deum illum fortem, & potentem. * Iam quod negant esse in Hebræo, De domo, facillime soluitur subaudiri huiusmodi præpositiones, vt apud Latinos, & Græcos, ita etiam apud Hebræos. Ita fecerunt Lxx, & Chaldæus in hoc loco, & ita fieri sæpe apud Hebræ. docet Sāctes Pagninꝰ lib. 1. instituti. Heb. c. 25. & passim inueniet, qui obseruauerit.

Nunc ergo nostra, Lxx que translatione, id est Græcorum patrum, & Latinorum defensa sententia, historiā in scriptura quæramus. Cyrill. autor est alios ante se ita interpretatos, vt Gedeonē dicerēt occidisse matrem cum filijs in familia Salmana, sed sibi aptiorem videri interpretationem, Salmana regem Madian eo tempore quo Israel idola colebat, interfecisse ex domo Gedeonis, siue ex Israel (vt alij volunt) matrem cum filijs: idemque nunc passuras esse decem tribus vastantibus Assyrijs, quoniam etiam Deos gentium adorabāt. In hanc sententiā eunt Theodoretus, & Theophylactus, quæ sane potest verbis translationis Lxx conuenire, sed nostræ non potest, quæ ait: Sicut vastatus est Salmana, non sicut vastauit Salmana. Quare Hieronymum miror eodem modo fuisse interpretatum contra verba suæ translationis, ita enim ait: Vt quomodo Salmana interfecit filios coram matribus, ipsis quoque matribus deinceps interfectis, sic & filij tui, O Ephraim, te præsente interficiantur, qui & ipse trucidandus es. * Deinde vt hoc ex Scriptura probet, addit: Quærimus vbi scriptum sit, quod Salmana matrem super filijs occiderit. Legimus in Iudicum libro loquente Gedeone ad principem Madian: Quomodo absque liberis fecit gladius tuus multas matres: ita sine filijs erit inter mulieres mater tua. Hæc ille, quæ ideo subiecimus, ne illis quærendis frustra lector fatigetur, lapsus est enim memoria Hiero. vt nobis sæpe vsu venit cum verba alicuius autoris tenere nos recte arbitramur, neque locum inuenimur, sed memoriter recitamus. Non sunt hæc Gedeonis verba, sed Samuelis, nec Salmanę dicuntur, sed Hagag regi. 1. Reg. 15. Necesse est ergo dicere hæc Salmanam non fecisse, sed passum esse Gedeone vincente, vt Ruffinus & alij volunt. Sed Ruffinus putat cognatos Salmanæ nomine matris fuisse intellectos, aut certe vrbem ipsam, inqua ille regnauerat. Sed quis vnquam vidit cognatos matrem dici? Secundum maiorem præfert speciem veritatis, sed æque falsum est; nō enim transiuit Gedeon in terram Madian, vt posset euertere vrbem, in qua Salmana regnabat. Eruditus quidam, ac recens expositor probabilius hoc refert ad turrem Phanuel, quæ victo Salmana euersa est à Gedeone, & ciues interfecti, atque ita mater cum filijs perijt. * Et mihi hoc olim ex parte probabatur: sed nunc iudicium reprehendo meum, nam Phanuel vrbs erat tribus Gad vltra Iordanem, nihilque ad Salmanam pertinebat, sed quia contempsit Gedeonem in sequentem Zebee, & Salmanam, & commeatum eius militibus dare noluit, postea turris eius subuersa est à victore. At Propheta hāc calami

tatem

tatem Salmanæ fuisse docet, sicut vastatus est Salmana à domo eius, qui iudicauit Bahal. Nam si dicere voluisset, nō necesse erat dicere, sicut vastatus est Salmana, qui gladio Gedeonis confossus est, sed sicut vastata est Phanuel. Dicamus ergo quod videtur probabilius. Cum domus Gedeonis, id est, cognati eius, & milites trecenti irruperunt in castra Madianitarum, omnia castra turbata sunt (vt legimus Iud. 7.) & vociferātes, vlulantesq; fugerunt, & nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. Immisitq; Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabāt. Et cap. 8. Percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur. Fugeruntq; Zebee, & Salmana, quos persequens Gedeon comprehendit turbato omni exercitu eorum. In hac ergo innumerabili multitudine Orientalium populorum quis dubitet multos pueros, mulieresque fuisse? cum legamus cap. 6. Cumq; seuisset Israel, ascendebat Madian, & Amalec, ceterique Orientalium nationum, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis, cuncta vastabāt. Ipsi enim, & vniuersi greges eorum veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa cōplebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, quidquid tetigerant deuastantes. * Cum ergo eo tēpore præ meru Israel in antris, & speluncis mōtium habitaret, vt ibidē scriptum est, & Madianitæ, ceteriq; Orientales tanquam in terram suam venirent, secumq; afferrēt omnes greges cum tabernaculis, ac populi illi cū vxoribus, & filijs in tabernaculis degant, quæ pro volūtate, aut necessitate alio semper transferunt, certum est multas matres cum filijs in eo fuisse exercitu. Mox cū exercitus fugeret subito pauore occupatus & sese mutuis vulneribus confoderent milites, omnesq; turbati diffugerent, & quantum possent, festinarent, filij cadebant, & matres aut gladijs cædentium, aut festinatione subita fugientiū super ipsos filios suos allidebantur. Hoc scriptura non narrauit, sed lectoribus intelligēdum reliquit ex ijs, quæ in minoribus tumultibus fieri videmus, & postea Hoseas expressit. Quis enim tam segniter scripturam legit, vt non obseruet, cum in ea mentio fit historiæ alibi narratæ, sæpe quædam addi solere, quæ in libro illo, in quo fusius narrata est, scripta non sunt? Exēpla qui voler, inueniet Heb. 11. in historijs, quæ referuntur, è varijs scripturæ locis. Et c. 12. Moyses dixit, Exterritus sum, & tremebundus. Et noster Propheta c. 12. ait de Iacob cum angelo luctante: Fleuit, & rogauit eum, &c. lege Genesin, non inuenies eum tunc fleuisse.

Sic fecit vobis Bethel. Eadem mala sine dubio vos patiemini propter idola, quæ colitis in Bethel, est autem irrisoria, & amara allusio vocum Bethel, & Betharbel. Quasi dicat: Quod illi euenit à Betharbel, id est, à domo Gedeonis, hoc vobis eueniet à Bethel, non tam enim hostes, quam idola culta in Bethel vos trucidabunt. 54

A facie malitiæ nequitiarum vestrarum. A facie alicuius in scriptura nihil est aliud interdum, quam, Ab eo. Vt Dan. 2. Quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa, id est, à rege. Ita à facie terræ, à facie gladij. Interdū vero idē est quod, Propter, vt Psal. 37. Nō est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum, ideſt, Propter irā tuam, propter peccata mea. Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meę à facie insipiētiæ meæ. Ita nūc, *A facie malitiæ.* id est, propter malitiam vestram. Quod autem additum est, Nequitiarum vestrarum, valet, malitiæ vestræ iniquissimæ, multū enim auget hæc geminatio. Cæterum in Hebr. legitur nunc, Nequitiæ vestræ, siue malitiæ vestræ, רעתכם, sed Hieronymus plurali numero legit רעותיכם, nam ita scriptus inuenitur pluralis huius nominis Exhod. 23. v. 2. Lxx: A facie malorum vestrorum. A facie.

CAP. XI.

SIcut mane transit, pertransijt rex Israel. Quia puer Israel, & dilexi eum: et ex Aegypto vocaui filium meum. Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, et simulacris sacrificabant. Et ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis: et nescierunt quod curarem eos. In funiculis Adam trahā eos, in vinculis charitatis: & ero eis Matth. 2.

Regul. Scriptura addit historiæ alibi narratæ.

quasi exaltans iugum super maxillas eorum & declinaui ad eum, vt vesceretur. Non reuertetur in terrã Aegypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, et comedet capita eorum. Et populus meus pẽdebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? quomodo dabo te, sicut Adama ponam te, vt Seboim? Cõuersum est in me cor meũ pariter cõturbata est plenitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar, vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Et auolabunt quasi auis ex Aegypto, et quasi columba de terra Assyriorum: et collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. Circũdedit me in negatione Ephraim, et in dolo domus Israel: Iudas autẽ testis descendit cum Deo, & cũ sanctis fidelis.

Gen. 19.

HISTORIA.

1 *Sicut mane transit, pertransijt rex Israel.* Cõmemorat vt hactenus quam ingratus erga se fuerit Israel, & sua in eum beneficia. Mane autem vocat, vt ait Hieronymus, ortum auroræ inter solis, noctisque vicinitam, qui celerrime transit. Hæc exposuimus cap. 10. nu. 19. & 20.

Quia puer Israel, & dilexi eũ. Puer erat populus Israel, cum erat in Ægypto, nõ enim multo ante natus erat in filijs Iacob, &, vt puer ignorantia rerum vtiliũ laborabat, & omni præsidio, viribusq; destitutus erat, & tamen dilexi eũ, semperq; ei bene feci. Particula, Quia, & si causam reddere potest, nõ tamen est, vt ex Hier. expositione intelligimus, & fieri id sæpe apud Heb. adnotauimus c. 10. n. 17. 18. Perinde ergo est, ac si diceret: Puer Israel, & dilexi eum. Ita etiã intellexit Chaldæus: quare apud eum, & apud quosdam ex recentioribus interpretibus ab his verbis incipit caput vndecimum.

Ex Aegypto vocaui filium meum. Hic est vnus ex locis, quibus potissimum Hieronymus triumphat de fautoribus Lxx interpretum hic, & in Matt. c. 2. & in prologo galeato, & in libro de optimo genere interpretandi, & q. 2. ad Algasiã, & alijs locis. Cõuincit enim quędã ex veteri testamento referri ab apostolis, & Euãgelistis, quæ cum in trãslatione Lxx non reperiantur, in Hebræo, & in ea, quam ipse ex Hebræo elaborauit, reperiũtur. Id in hoc loco cernitur, quẽ totidẽ verbis, vt nos habemus, sanctus Matth. retulit cap. 2. Qui consurgens accepit puerum, & matrem eius nocte, & secessit in Ægyptũ: & erat ibi vsq; ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filiũ meum. At in Lxx non reperitur, legimus enim: Ex Ægypto vocaui filios eius: quod tam ipsi, quam Græci patres, de filijs Israel interpretati sunt. De hoc etiam loco, quoniam apertissime loquitur de exitu Israel ex Ægypto, Iulianus impius apostata lib. 7. contra Christianos calumniatus est Matthæum Euangelistam, vt refert Hieronymus, quod de Christo exposuerit, vt simplicitati eorum, qui ex gentibus credebãt, illuderet. Cui rectè idem beatus pater respõdit, primum Matthæum Hebraicè scripsisse, ita non gentibus, sed Hebræis legem scientibus scripsisse: deinde de Christo etiam Prophetæ verba intelligi.

Sed quæritur, vtrum historico sensu de Christo intelligantur, an allegorico? Si enim historico dicas, reclamare videntur, verba ipsa: si allegorico, nihil ergo probant, tantum enim ex historico sensu depromitur firmum argumentum, quale hoc esse oportuit apud Matthæum scribentem Hebræis in legis, & prophetarum lectione educatis. Sunt qui contendant duos sensus historicos habere hunc locum, alterum de filijs Israel, de Christo Domino nostro alterum, vt Lyranus in Matth. cap. 2. & Dionysius ibidem, & hic. Immo Lyranus in Daniel cap. 8. & Dionysius in Matth. ca. 2.

canonem

An id quod in figura dicitur contigisse, habeat duos sensus literales.

canonem constituunt his verbis. Quando in veteri testamento prædicitur aliquid esse impletum in aliqua persona veteris testamenti, verius tamen, & perfectius in aliqua noui testamenti: tunc est ibi duplex sensus literalis, vnus minus principalis, & alius principalior, de illo, scilicet, in quo perfectius impletur verbum prædictum. Multis canon Lyrani hodie placet, sed cur placere nõ debeat, dicam statim. Quamuis satis, ac super demonstrabo falsum esse, si hunc locum, qui sine dubio est ex ijs, quæ Lyranus notat, allegorice ab Euangelista acceptum cõprobauero. * Sed quid multis cõprobem, cum cõmunis veterum, & nouorum scriptorum consensio videatur allegorico sensu referri hæc verba à Matthæo: Ita docet aperte Hieronymus. Supereſt (inquit) vt illud dicamus, quod ea, quæ typice præcedunt in alijs, iuxta veritatem, & adimpletionẽ referãtur ad CHRISTVM. Neq; ab hoc discrepare videtur qd Chryso. hom. 8. in Matt. ait; quædã in scriptura de alijs dici, & in alijs impleri, idque in his Prophetæ verbis euenisse, quæ de populo quidem Israel dicta sunt, sed in CHRISTO impleta. Glossa etiam huius loci Hoseæ, quã merito collaudat, & notari iubet Paulus Burgensis in additione prima huius cap. ita ait: Hoc testimonio vtitur Matthæus, quando ex præcepto angeli ex AEgypto redit IESVS cum matre ad terram Israel, quia hæc typice referuntur ad CHRISTVM. Idem docent in Matth. cap. 2. Theophylactus, S. Thomas, Titelmanus, Caietanus, Iohãnes Arboreus, & Gagneius in Matth. & Hugo in hunc locum Hoseæ, & denique Osiander in Annotationibus in librum primum harmoniæ Euangelicæ in vndecimum caput cum ipse historico sensu citari hæc verba ab Euangelista contendat, affirmat omnes veteres commentatores à tẽpore apostolorum allegorice ad CHRISTVM retulisse, & in eos hoc nomine inuehitur, quod allegoriam confinxerint, cum historia sit. * Ratio etiã ipsa docet, nõ enim censetur sensus ille historicus, qui conuenire potest verbis separatis à contextu suo, & per se positis, sed qui & verbis ipsis cõgruit, & apte cũ sequentibus, ac præcedentibus cohæret: alioqui multos sensus historicos fateri cogemur, qui sint alienissimi. In hoc autẽ loco quid apertius quam vtraque de populo Israel dicit? Et sequentia quidem notum

2 est Domino conuenire non posse, sed populo illi cultori idolorum: vocauerunt eos sicut abierunt à facie eorum, Bahalim immolabant, & simulacris sacrificabant. Præcedentia videamus, quæ multum quoddã mouent. Sicut mane trãsit, pertransijt rex Israel. Hoc de regibus decem tribuum sine dubio dicitur, qui peccatis suis regnum amittere meruerunt. Id enim agebat: Consurget tumultus in populo tuo, & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salmana, &c. Denique, vt suo loco exposuimus, idem nunc dicit, atque capite 10. Transire fecit Samaria regem suũ, quasi spumam super faciem aquæ. Quare cum subijcit: Quia puer Israel, & dilexi eũ, idẽ Israel est, de quo dixit: Sicut mane transit pertransijt rex Israel. Ex quo conuincitur Eusebius, qui lib. 9. Demonstrationis Euangeli. demonstratione 4. adeo ad CHRISTVM hæc referenda esse putat, vt plane videatur negare posse de populo intelligi. *Itaque vbi Prophetam audimus dicentẽ: Quia puer Israel, & dilexi eum, hoc nomẽ Israel populum significat, populus autem ipse nomine Israel significatus significat CHRISTVM. Quemadmodũ cũ Exhod. 12. legimus: Hæc est religio Phase, omnis alienigena non comedet ex eo. In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis: voces Phase, & Agnus non significant CHRISTVM, sed agnum, qui ex legis præcepto immolabatur. Iste autem significabat, & præfigurabat CHRISTVM. hic est ergo allegoricus sensus, quem videlicet non proxime efficiunt verba, sed res illæ, quas verba significant. Quare non possum non vehementer mirari viros valde eruditos, & pios Lyranum, & Dionysium non videre quam aperte labantur, & se suis ipsorum verbis ita conuinci, & argui vt impugnatore nullo indigeant. Aliquando, inquiunt, in sacra scriptura duplex est sensus literalis, quia ea, quæ facta sunt in veteri testamẽto, sunt figuræ eorum, quæ fiunt in nouo, dicẽte Apostolo 1. Cor. 10. Omnia in figura contingebant illis & ideo quando in veteri testamento prædicitur aliquid esse impletum in aliqua persona veteris testamenti, verius tamen, & perfectius in aliqua noui testamenti, tunc est ibi duplex sensus literalis. * Pugnant hæc, & hanc pugnam multi eruditi non vident. Sic ea quæ facta

7

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt in veteri testamento figuræ sunt eorum, quæ fiunt in nouo, ergo de rerum significatione loqueris, non de vocum, res enim factæ sunt,& res sunt figuræ,non voces. Ergo hic non literalis sensus est, sed spiritualis,siue allegoricus,à definitione videlicet ad definitum. Sensus enim literalis est, quem voces significant,& efficiunt, sensus autem spiritualis, quem significant, atque efficiunt res illæ per verba prius significatæ. Pudet in his immorari,& prima theologiæ elementa,communesque animi conceptiones confirmare,atque ideo prætermittam : satis mihi erunt eiusdem Lyrani verba in prologo primo bibliorum, Habet,inquit,iste liber hoc speciale, quod vna litera continet plures sensus: cuius ratio est, quia principalis huius libri autor est ipse Deus, in cuius potestate est non solum vti vocibus ad aliquid significandum (quod etiam homines facere possunt,& faciunt) sed etiã rebus significatis per voces vtitur ad significandum alias res:& ideo cõmune est omnibus libris,quod voces aliquid significent, sed speciale est huic libro, quod res significatæ per voces aliud significent. Secũdum igitur primam significationem,quæ est per voces, accipitur sensus literalis, seu historicus: secũdum vero aliam significationem, quæ est per ipsas res,accipitur sensus mysticus,seu spiritualis. Qui est triplex in generali. Quia si res significatæ per voces referantur ad significandũ ea,quę sunt in noua lege credenda,sic accipitur sensus allegoricus,&c. * Ex hac & Lyrani,& omniũ theologorum receptissima sentẽtia cõstat, cum dicitur,Hoc typus,siue figura illius est, hoc illud præfigurat, hoc gestum est ad illud significandum, hoc typice dicitur, & similia multa apud veteres patres, sensum nequaquam literalem, sed allegoricum, spiritualemque indicari,quia non per verba proxime significatur,sed per res. Quia ergo eductio populi Israel ex Ægypto significabat puerum IESVM ex eadem regione euocãdum,& educendum, ideo verborum Prophetæ sensus literalis est de populo Israel, de puero vero IESV allegoricus. Iam nemo non videt,quam fallax sit canon Lyrani,& Dionysij. Os non cõfringetis ex eo,in agno impletum est tempore veteris testamenti, postea in CHRISTO Domino crucifixo,vt Iohan.cap.19.docuit: sed quia agnus in lege immolabatur,vt CHRISTVM immolandum in cruce signaret; sensus allegoricus est cum ad CHRISTVM refertur apud Iohan. Atque ita spiritualem sensum in eum locũ esse docuerunt Augustinus tract.120. Chrysostomus homil. 84. Theophylactus, sanctus Thomas, Titelmannus, Caietanus, & multi alij,in quibus & Dionysius ipse,qui optime ibi veritatem agnouit. Ipse etiam Lyranus ait, Agnus enim paschalis fuit figura expressiua passionis CHRISTI.* Præterea Isaac, & Ismahel figura fuerunt duorum testamentorum, veteris, & noui, alter seruitutem veteris legis significabat, alter gratiam filiorum in noua lege. Cum ergo historia illa de duobus testamentis exponitur, ex Lyrani, & Dionisij canone,efficitur necessario sensum esse literalem, non allegoricum. Sed hic canon plane aduersatur Paulo,qui Gal.4.ait:Dicite mihi,qui sub lege vultis esse,legem non legistis? Scriptum est enim,quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, &c. Vbi Lyranus canonis immemor sui, veritatis tacita vi ductus ait : Habet enim sacra scriptura quadruplicem sensum,scilicet historicum, qui per voces significatur, & mysticum, & hic est triplex. Moralis quãdo intelligitur,quid agendum sit, allegoricus,quando disignatur quid credendum, &c. Et statim, Hæc enim sunt duo testamenta secundum sensum allegoricum. Et Dionysius. Quæ sunt per allegoriam dicta,exponit,id est, per mysticam significationẽ. Hæc enim sunt duo testamenta, id est, per allegoricam significationem designant duo testamenta. * Ex his perspicue videmus, quamuis multa ex veteri testamento ab apostolis, & Euangelistis literali sensu sine dubio citentur, nullo tamen modo negari posse citari quædam sensu spirituali, ac mystico. Vnde Paulus Burgensis in addit.1.cap.4.epist.ad Gal. ita scripsit: Licet in quæstione super prologum Geneſis in art.5. dictum fuit,quod epistolæ Pauli habent vnum sensum literalem : tamen nihilominus ipse Apostolus plures autoritates allegat in sensu mystico, sicut hic, & in alijs locis. Fuit enim principalis doctor sacræ scripturæ, ad quẽ pertinet exponere in quo sensu accipiãtur autoritates. Sic etiã faciunt sancti doctores Ecclesię,qui licet in libris suis multas autoritates allegãt in mystico sensu, ipsi tamen dicta sua secundum

sensum literalem tradunt. Hæc Burgensis. Sed quomodo magnam vim habeant ad faciendam fidem hęc loca allegorice explicata,quomodo in illis sensum allegoricum non solum spectauerit Spiritus sanctus, sed etiam magis spectauerit quam literalem, quamuis primo literalem, & per eum mox allegoricum, dicerem nunc, sicut res ipsa exigebat, nisi iam dixissem latius in primo præludio à num.18. vsque ad finem. Et quia allegoricum sensum præcipue Spiritus sanctus quærebat, hæc prophetia tunc prorsus impleta est, cum CHRISTVS eductus est ex Ægypto,vt cap.10.n.24.docuimus. Corrigat igitur ex tantorum patrum, torq; autoritate,& ex tanta rationum firmitate suã sententiam, qui dixit impium esse negare, hæc verba literali sensu de CHRISTO esse intelligenda,quoniam,inquit,probatio per autoritatem scripturæ non tenet, nisi ex sensu literali. * Sed ante quam cetera addamus, illud ad integram huius quæstionis explicationem restat quærendum : Vtrum fieri possit vt eadem verba proprie significent aliquam rem gestam,quæ figura sit alterius in nouo testamento gerendæ : & simul significent rem eamdem gerendam. Vt, an illa verba, Os non comminuetis ex eo, simul significent literaliter, & allegorice eamdem rem noui testamenti,nempe CHRISTO non fuisse ossa confringẽda in passione:Significant enim hoc de agno historice, & eadẽ ratione allegorice de Christo. Sed hoc quærimus, an illud idem,quod significãt allegorice, possint significare historice? Respondeo fieri non posse, quia sicut eadem res non potest vmbra corporis esse,& corpus ipsum, nec figura, & veritas eiusdem figuræ; ita eadem verba non possunt literali sensu significare figuram,& vmbram, atq; veritatem eiusdem figuræ,corpusque eiusdem vmbrę. Hoc & illa ratione comprobatur, quam paulo ante exposui mus, sensum literalem non esse quem verba separata à contextu suo, sed quem adiũcta præcedentibus,& sequentibus efficiũt. Præcedentia autem,& sequentia in veteri testamento ita tẽpore,loco,personis, alijsq; huiusmodi coarctãtur, vt simul conuenire nequeãt figurę,& rei figura illa significatę.

11 An possint eadem verba significare idem literaliter, & allegorice?

12 Sed videamus iam,quam vim habeat obiectio Osiandri aduerius veteres patres, quos nos in huius loci explanatione sumus secuti. Fingitur,inquit,allegoria,nam quo quo te vertas nihil simile inuenies, nisi qđ vtriq; fuerint in Ægypto. Addit Iansenius (cui etiam patrum sententia displicuit) in capit.11. Concordiæ Euangel. fieri non posse, vt populus pene innumerabilis, vnius hominis sit figura. Sed vtraque obiectio ita diluitur. Populus Israel filius Dei appellatur, Exhod.4. Filius meus primogenitus Israel. Et, Dimitte filium meum, quatenus ergo filius est, figuram habet veri filij Dei, & cum nomen habet filij, quasi vnus homo cogitatur. Sicut vice versa vnus homo figura vnius populi est, Gen.25. Duæ gẽtes sunt in vtero tuo. Esse autem hunc populum figuram CHRISTI, docet Origenes homil. 17. in Numer. Chrysostomus homil. 8. in Matth. Rupertus in eumdem Matth.& alij multi. Si autem figura est quatenus filius est, cur miratur Iansenius ad verũ Dei filiũ referri, quæ de populo illo dicuntur, cum filius appellatur? Similitudo autem, è qua allegoria sumitur,hæc est,quod sicut populus venit in Ægyptum vrgẽte metu famis, ita CHRISTVS vrgente persecutione Herodis. Sicut populus mansit in terra aliena laboriosè, & postea vocatus est per angelũ admonentem Moysem in rubo: ita CHRISTVS fuit in Aegypto,donec Ioseph ab angelo admonitus est. Præterea vt Rupertus in Matth. 2. & hic adnotauit, populus post egressionẽ ex Aegypto transiuit mare, fuit in deserto quadraginta annis, & postea in terram promissam ingressus est: ita CHRISTVS postquam venit ex Aegypto baptizatus est, & in deserto quadraginta diebus fuit,& statim cœpit introducere suos in terram promissionis,dicens: Pœnitẽtiam agite, appropinquauit enim regnum cælorũ. Inanis ergo est & ridicula Osiandri ratio,& oratio.

13 Postremo ex his omnibus abunde refellitur Iansenius,qui 11.ca. Concordię suæ in Euangel. non dubitauit dicere hũc locum, & multa similia afferri ab Euangelistis per applicationem quamdam,nõ autem quod prophetæ id significare voluerint ad quod ab euangelistis afferuntur, vt cum dicitur, Vt impleretur quod dictum est à Domino per Propheram, &c. Sensus est, vt verificaretur de IESV illud prophetæ : Ex Aegypto, &c. Vt si quis de patre nimis filiũ amante diceret:videres illum desiderio filij omnia contemnere, vt impleretur in eo illud Maronis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. Æneid. *Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.*

Huiusmodi etiam esse dicit illud Matt. 15. Hypocritæ bene de vobis prophetauit Isaias dicens: Populus hic labijs me honorat, &c. Et illud cap. 13. Auditu audietis, & non intelligetis, &c. Et quod est ibidem: Aperiam in parabolis os meum, & quod ca. 2. legitur: Vox in Rama audita est, &c. Qua in re vir eruditissimus toto cœlo errat, & homo cũ primis pius id dicit, quod pietas fidei nullo modo (vt mihi quidem videtur) dici sinat. Nam cum scriptura ipsa docet prophetam de re illa locutum esse, quam Euangelistæ commemorant, quis audeat dicere minime eã significare voluisse, & perinde esse, ac si versus Virgilij ad id afferretur? Dominus ait: Hypocritæ bene prophetauit de vobis Isaias: vtrum ego CHRISTO credam
14 an Ianseno, qui ait non prophetasse? * Plane enim ait non prophetasse de illis, si id nõ præuidit, ac significare voluit. Nam si ego pro verbis Isaiæ similia verba ex Virgilio substituerem, aut ex Homero, quis me ferret, si dicerem, Homerum de illis hominibus prophetasse? Si autem prophetauit, vt dixit, qui non mentitur CHRISTVS, ergo & præuidit, & intellexit, quę dicebat, intelligentia enim est opus in visione, vt Daniel cap. 10. docet. Cum autem dicitur, Vt impleretur quod dictum est per Prophetam, & si paulo obscurius, tamen idem est, ac si diceretur, quod prophetatum est: nam proprie verbum meum nõ impletur, nisi cum illud fit, quod ego futurum prædixi, quod cap. 10. n. 14 explicauimus. Audax ergo, & periculosa est Iansenij opinatio, & quantũ ad hunc locum attinet, vniuersis patribus aduersatur, vniuersisque expositoribus, omnes enim fere affirmant locum de CHRISTO allegorice intelligi, nonnulli historice, Iansenius neutro modo, sed per applicationem quamdam, ita vt nullo modo in his verbis Hoseas CHRISTI recordatus fuerit: quod absit, vt vllus fidelium credat, cum etiam ipsi Iudæi de CHRISTO Domino intellexerint, vt probat Galatinus lib. 8. cõtra Iud. cap. 4. sed de his iam satis.

15 *Vocauerunt eos, sicut abierunt.* Moyses, & Aharon vocauerunt eos, & abierunt à facie eorum, verterunt eis terga, & obedire noluerunt. Eduxerunt eos ex Aegypto, & tamen eis postea non paruerunt. Solet scriptura alterum membrum similitudinis ponere altero omisso, vt Matth. 6. Fiat voluntas tua sicut in cœlo, & in terra, pro Fiat voluntas tua in terra, ita vt fit in cœlo. Ita nũc cum dicendum esset: Sicut vocauerũt eos, sic ipsi abierunt, vt vertere Lxx, dicitur, Vocauerunt eos, sicut abierunt.

Regul. *Baalim immolabant.* In ipsa enim via sacrificauerunt Beelphegor Num. 25. & vitulum coluerunt Exhod. 32. & postea varia idola.

Et ego quasi nutricius Ephraim. Cõmemorat vetera in hunc populum beneficia. Hieronymus: Ego qui pater eram, nutricius factus sum, & paruulum meum in vlnis meis ipse portabam, ne læderetur in solitudine, & ne vel æstu, vel tenebris terreretur, in die nubes eram, in nocte ignis colũna. Rupertus: Sicut nutrix infantiles ineptias perfert, & nunc verberat, nunc blanditur, ita ego feci. Pro eo vero quod est, Quasi nutricius legimus תִּרְגַּלְתִּי, quod quidam nomen esse volunt, alij pro תִּרְגַּלְתִּי positũ malunt, quod deducitur à רֶגֶל quod est pes, ideo Lxx verterũt συνεπάτουν, id est, pedes colligaui, quod nutricum est pannis infantes inuoluentiũ, aut potius in vlnas tollentium, vt ait Theophylactus, vnde sequitur, Portabam eos in brachijs meis. * Recentiores varie vertũt. Pagninus, & Vatablus, Ambulare feci super pedes, quod ita Vatablus exponit: Pedetẽtim deduxi ipsum per desertum, ne conficeretur labore vię. Sed cum hæc omnia nutricis sint, eodem recidunt, significãt enim nutricis officium gessi, quod Hieronymus interpretatus est, vnde Theophylactus ita exponit: Tantam ego benignitatem eis ostendi, vt factus sim ipsis veluti nutrix.

Portabam eos in brachijs meis. Recentiores: Portauit eos in brachijs suis. Et sane ita est nunc in Hebræo, at non solũ Hieronymus ita vertit, Portabam, in prima persona, sed etiam Lxx, & Chaldæus, quare ita legẽdum est, quod & sententia ipsa satis demõstrat. Dicit autem quod Deut. 1. scriptum est: Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum in omni via, per quam ambulasti, donec venires ad locum istum. Et ca. 32. Expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.

Et nescierunt quod curarem eos. Semper vulnera peccatorum eius sanare studui, ipse autem non intellexit, nec mihi gratias egit, aut à peccatis propterea recessit. Hieronymus: Cumque peccassent, & fecissent sibi

vituli caput, dedi locũ pœnitentiæ, & ignorauerunt quod curarem eos, & vulnus idololatriæ quadraginta annorum spatio obducerem, vt pristinæ redderem sanitati.

ALLEGORIA.

17 Nisi operis lõgitudinem vererer, & moram, tædiumque lectoris, tentarem omnia allegorice etiam, & moraliter exponere, vt in septem prioribus capitibus ex parte me fecisse arbitror: sed ne longior sim, quędam præteribo, insigniora attingam, vt non sit difficile lectori cetera, si velit, similiter explicare. *Sicut mane transit, sic transijt* Herodes rex Israel, qui accepta ab Antonio regia potestate, & deinde ab Augusto Cæsare, senatuque confirmata, putabat posteritatem suam diu fore regnaturam. Sed quia audito filij mei aduentu turbatus est, & occidere voluit, quem adorare debuit, cito ipse mortuus, & paulo post Archelaus filius eius è regia sede deturbatus est, ceteri eius posteri paulatim regnũ amisere. Israel vero populus meus, qui post tot prophetarum prædictiones maturę vir ætatis esse debuerat, puer omnino fuit, pueriliterque sapuit, nam cum turbaretur Herodes in aduentu Magorum Iudæorum rege nato, turbata est omnis Ierosolyma cum illo, quæ lætari
18 maxime debuisset cum regem adesse audiret, quem tot annos expectauerat. * Ego vero adhuc dilexi eum, & cum filius meus esset in Aegypto Herodianæ persecutionis furorem declinaturus, vocaui eum per angelum, & indigno populo, pueriliterque sapienti reddidi, ne cœlesti illa lampade careret, semperq; versaretur in tenebris. Mox grandior effectus & per se, & per discipulos
Iohan. 7. suos eos vocabat. Clamabat & alias sæpe, & in die magno festiuitatis: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de vẽtre eius fluent aquę viuæ. Sed, vt studiose eos ipse vocabat, ita ipsi magno studio ab ipso recedebant, & ad idola sua reuertebantur, id est, ad amorem, & possessionem diuitiarum, & honorum, & voluptatum, quorum causa veritatem contemnebant. At ego nec ita curare eorum salutem destiti, quasi nutricium me illis præstabam, tolerabam eorum ineptias, docebam adhuc per filium meum, & seruare studebam, portabam in brachijs, quos abijcere iratus poteram. Sed adeo stupidi fuerunt, vt cum ego ferrem eorum peccata, & blasphemias in filium meum, quem eis magistrum dederã, non intellexerint id agere me, vt curarentur per pœnitentiam, & lucem oblatam agnoscerent, eaque per fidem, & opera fruerentur, & dum lucem haberent, ambularẽt, ne tenebræ eos comprehenderent.

TROPOLOGIA.

Sicut mane transit, pertransijt rex Israel Quamuis magnus, & dives sit rex Israel, quamuis innumerabili hominum multitudini imperet, transit sicut mane, quia Deo placere non studuit. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: Quid habet homo amplius de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? sane nisi laboret, vt quærat quæ sunt supra solem, nihil vnquam habebit, quod hãc conditionem mortalitatis non subeat. Illa æterna sunt, hæc fluxa, & caduca. Vnde recte Paulus: Non contemplantibus nobis
2. Cor. 4. quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim vidẽtur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. Omnis regum potentia, omnes opes, & voluptates quid aliud sunt quam flosculi quidam, qui solis æstu celerrime arescunt? Venit ira Dei, & aufert potentibus subito, quæ possident simul cum vita ipsa, transeuntque sicut mane, & à caducis voluptatibus deueniunt ad
Isai. 40. æterna supplicia. Vox dicentis, clama. Surdi enim sunt, quibus locuturus es. Et dixi, quid clamabo? Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri, exiccatum est fenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo.

Quia puer Israel, & dilexi eum. Quam pueriliter viuimus, & contra præceptum Apostoli, non malitia paruuli sumus, sed sensu, externa specie ducimur, non amamus, quę bona sunt, sed quæ videntur, præsentia captamus auidissime, futura fide, & intellectu tenemus, affectu negligimus. Et tamen Deꝰ diligit nos, tolerat pueriles ineptias, & animorum nostrorum leuitatem, vt tandẽ resipiscamus, & viri simus. Vnumquemque nostrum quasi filium vocat ex Aegypto, ex laboriosa, & misera vita, qua peccatis dediti in operibus luti versabamur, paleas summo cum labore quærebamus, allia, & cœpe edebamus. Qua igitur pœna digni erunt, qui post tot beneficia deseruerint vocãtem, & tergum ei verterint, non faciem, & ad colenda idola redierint?

Et ego quasi nutricius Ephraim. Contemplare Dei bonitatem, non tantum parer esse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus non solũ pater, sed etiam nutricius.

vult, sed etiam nutricius, alit, ac vestit nos, incedere docet, in vlnas tollit, portat in brachijs. Quoties laberemur, quoties de vita periclitaremur, quoties lassi subsisteremus, nisi nos portaret hic nutricius? O pium, & optimum parentem, ô sedulum, & amantẽ nutricium? Qua reuerentia obseruandus, qua caritate amandus, qua pietate à nobis colendus est? * Qui recte Deum nouit, & spiritualium rerum scientia præstat, ne superbiat, sed agnoscat nutricium, à quo accepit. Qui vitam inculpatam diu egit, & integris viribus in supernam Ierusalem cõtendit, nec defatigatur, nec cadit: sciat lubricam esse viam, & laboriosam, sciat se nec defatigari, nec cadere, quod brachijs sustineatur pij nutricij: semperque illud meminerit: Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos: sed dextera tua, & brachium tuũ, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis.

21

Psal. 43.

HISTORIA.

In funiculis Adam traham eos. Hieronymus: Pro Adam, Aquila, & Symmachus, & Lxx, & Theodotio, Homines transtulerũt, vt dicerent: In funiculis hominum, &c. Sẽsus ergo est: Nondum huius mansuetudinis, & huius officij oblitus sum, adhuc paratus sum illis benefacere, & eos ad me allicere funiculis Adam, id est, funiculis illis, quibus ligari homines solent, ac trahi, nempe beneficijs, & amore. Nolo eos terrore, ac verberibus cogere, vt belluas. Ideo adiecit, In vinculis caritatis, id est, amore, & benignitate, & officijs. Eleganter autem dixit, Traham, quod vim quandam significat, ac si diceret. Tanta erunt mea erga illos beneficia, vt quodammodo venire ad me cõpellam, & quasi vim quandam suauem, ac voluntariam eis afferam: vnde & funiculos commemorauit, quibus constringantur, & pertrahantur. Deinde considera Deũ optare cum hominibus ita agere vt cũ filijs, non vt cum seruis, filiorum enim est maxime amore, & beneficijs trahi. Ideoque Chaldæus vertit: Sicut moris est trahi filios dilectos, traxi eos fortitudine caritatis. * Hoc autem à prima hominis conditione voluit, ideo enim ait: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Esse ad imaginem, & similitudinem proprie filiorum est, sicut de Adam legimus: Et genuit filium ad imaginem, & similitudinem suã, vocauitque nomen eius Seth. Quare primum legis, maximumq; mandatum, nõ timoris est, sed amoris, quia filios esse mauult eos, quibus præcipit, quam seruos. Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Deut. 6

Deus nobiscum agere optat vt cum filijs.

22

Gen. 1.

Gen. 15.

Et ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. Non patiar vt semper laborent, requiem etiam eis præbebo, vt suauiter per viam mandatorum meorum eant. Auferam eis iugum, & dominatum aliarum nationum, si velint resipiscere, & legem meã obseruare. Vtitur autem metaphora agricolę boni, qui iugum bobus adimit, vt quiescant, & comedant. Sed habet in hac metaphora multum obscuritatis illud, *Super maxillas eorum*, iugum enim nihil ad maxillas pertinet, sed ad ceruicem, & cum ex ceruice tollitur, non suspenditur ad maxillas bouis, vt Vatablus putauit, non enim hoc esset exaltare iugum, sed declinare. * Arbitror ergo, cum iugum bobus imponebatur, moris fuisse annectere illi capistrum, vel frenum, vt magis boues laborarent, nec pascendi gratia cessarent sæpe, vt fieri solet. Inde præceptum est vt terentes capistrum nõ haberent, Deu. 25. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Ideo nunc ait, Adimam eis iugum super maxillas eorum, & subauditur more Hebræorũ, Quod (vt adnotauimus cap. 10. n. 17.) id est, quod maxillis eorum impositum etiam erat, & vsque ad os addito capistro perueniebat. Quasi dicat: Et ceruicem onere liberabo, & ori impedimentum cibi capiendi auferam. Atque ideo sequitur, Et declinaui ad eũ, vt vesceretur. Hæc ita interpretor, quia Chaldæus transtulit in hunc modum: Sicut agricola bonus, qui alleuat humerum boum, & relaxat in maxillis eorum, scilicet, frena, vt interpretes eius vertunt. Deinde quia frenum ad maxillas pertinet, sicut iugum ad ceruicem, & ita sicut cum mentio de iugo fit, additur Ceruix, ita cum fit mentio de freno, additur Maxilla. vt Psal. 31. In camo, & freno maxillas eorum constringe. Isai. 30. Frenum erroris, quod erat in maxillis populorum. Ezec. 38. Et ponam frenum in maxillis tuis. * Hæc omnia, In funiculis Adam, &c. multi ad præteritum tempus referunt, id est, ad beneficia Israeli præstita, cum eductus est ex Ægypto, vt Chaldæus, Lxx, Hieronymus, Lyranus, Dionysius.

Sed ego

Sed ego ad futurum retuli potius, quod & verbis ipsis Hebraicis, & trã lationi nostræ melius conueniat hæc explicatio, cum habeat, Traham eos, &, Ero exaltans iugum.

Et declinaui ad eum, vt vesceretur. Symmachus vertit, Et declinaui ad eum cibos. Ita etiam noui interpretes, & Hieronymus exponit, Dedi eis escam. Quasi dicat: Quemadmodum bobus cibos offert agricola cũ iugum abstulit: ita ego non solum iugum gentium eis auferam, si velint legem meam sancte obseruare, sed etiam cibos large præbebo, & agros fecundabo. Præteritũ enim, Declinaui, in nostra translatione, vim futuri habet iuxta vulgatam consuetudinem prophetarum.

Non reuertetur in terram Aegypti. Videt Israelem nequaquam hac beneficẽtia vsurum, nec peccata relicturum, & ideo pœnas iam pro beneficijs prædicit. Ac si dicat: Ceterum quoniam tot à me beneficijs prouocati minime versi sunt ad pœnitentiam, & promissiones meas aspernantur: non poterunt fugere ad Ægyptios, quibuscum fœdus paulo ante inierãt. 4. Reg. 17. sed in Assyriorum durum, crudelemq; dominatum transibunt. His videtur aduersari quod in fine capit. 8. & initio 9. dictum est: Ipsi in Ægyptum reuertentur. Sed ibi locutus est de paucis, qui fugere potuerunt, hic loquitur de vniuersis decem tribubus, quæ captiuæ ductæ sunt ab Assyrijs.

25 *

Cœpit gladius in ciuitatibus eius. Ante extremam enim captiuitatem paulatim consumebantur ab Assyrijs, vt videmus 4. Reg. 15. donec tandem vastati sunt. Quibusdam non probatur hæc translatio, sed hi sciant חָלָה esse à verbo חוּל, vel חָלַל, quod etiam significat incipere, vt Gen. 4. Iste cœpit inuocare nomen Domini, Et capit. 9. Cœpit Noe vir agricola exercere terram. Ita Chaldæus: תְּרִיךְ, quod verbum inter alia significat incipere. Nec aliud esse arbitror, quod verterunt Lxx ἠσθένησεν, id est, Infirmatus est. Solent autem Hebræi dicere Infirmari pro Incipere, quia res, cum incipit, minus habere solet firmitatis, & viriũ. Vnde Psal. 76. Et dixi, Nunc cœpi. Pro Cœpi, in Hebr. est חַלּוֹתִי, id est, infirmitas, & Hieronymus vertit ex Hebr. Et dixi, Infirmitas mea est. Quomodo fortasse non inepte accipietur illud Psal. 67. Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuę, & infirmata est, tu vero perfecisti eam. Aquila transtulit, Irruet, Symmachus, vulnerauit, sed sensus idem est.

Infirmari pro incipere.

Et consumet electos eius. בָּרוּר. Hieronymus exponit: Principes eius, siue robur exercitus, quos Symmachus vocauit brachia. Significat autem vox Hebræa neruos.

Et comedet capita eorum. Capita vocat primates, quorum consilio ceteri reguntur, vt membra capite. vt capit. 1. explicauimus in illud: Et ponent sibimet caput vnum. Hamos 6. Optimatẽs, capita populorũ. Quare recte Hieronymus interpretatur, capita, vel consilia. Vox enim Hebræa רֹאשׁ proprie consilium significat, quod pro consiliario ponitur. Explicatur etiam hic locus ex Isai. 9. Et disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam. Longæuus, & honorabilis, ipse est caput. In Hebr. est, De consilijs eorum, siue De capitibus eorum, id est, comedet multa eorum capita. 26 Capita.

Et populus meus pendebit ad reditum meum. Plebs miserabilis, quæ ad me reuerti noluit, meum ad se reditum præstolabitur, & sero aget pœnitentiam hostibus cuncta vastantibus. Hæc Hieronymus. Reditum autem dicit præsentiam Dei opẽ ferentis, qui tunc dicitur abire, cum eos in potestate hostium relinquit, vt capit. 5. Vadens reuertar ad locum meum, donec deficiatis.

Iugum autem imponetur eis simul. Omnibus illis simul imponent Assyrij grauissimum iugum seruitutis, quod excutere non poterunt. In his verbis, & præcedẽtibus mirum est quantum noui interpretes à nostra trãslatione discrepent, & inter se varient. Ego nostram tueri, & explicare cupio, illorum translationes, cum nostræ contradicunt, quia longissime aberrant, nec referre vellem, nec refellere, nisi quod sæpe nostra dũ confirmatur, illas refelli necesse est. In verbis præcedentibus fere nulla est difficultas, nam מְשׁוּבָה, de qua voce vna erat dissensio, notum est significare reditũ. vt Isai. 30. Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis, Hebræo. In מְשׁוּבָה, id est, in reditu, &c. Tota varietatis, & dissensionis occasio est in his verbis וְאֶל עָל יִקְרָאֻהוּ. Cum enim עָל significet Ad, siue Super, vertunt noui interpretes, Ad ad, siue Ad super, vocabunt eum, & putant Ad, siue Super, dici Deũ, quod profecto probare debuerãt tanti viri, nec tam leuis eis esse debuit nostræ translationis auctoritas, vt recedant ab ea, nec possint rationem afferre, cur recedant. Similiter lapsi 27 *

sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt cap.7.in illis verbis: Reuersi sunt vt essent absque iugo, vbi interpretabatur, Reuersi sunt, sed non ad, & subaudiebant, Altissimum. * Dicimus ergo עול iugum significare, vt ibi adnotauimus, siue etiam על vt Iudic. 19. venerunt viri ciuitatis illius, viri בני עול, id est, absque iugo. Sensus ergo est, Assyrij vocabũt eos simul ad iugum, quod Hieronymus apertius dixit: Imponetur eis iugum simul. Quare Chaldęus eundẽ sensum exprimens, & nouorum interpretum Commenta contemnens vertit: In infirmitatem grauem incurrent simul, non ambulabunt erecta statura. Quod sensu cum nostra translatione conuenit, licet verbis discrepet.

28

Dare in aliquid.

Quomodo dabo te Ephraim. Dare aliquẽ ita dicitur apud Heb. vt apud nos Afficere aliquem, quod incertum est, vtrum in bonũ an in malum accipiatur, nisi aliquid addideris, vnde id intelligatur. Nam & honore afficere dicimus, & iniuria. Ita. Psalm. 56. Dedit in opprobrium conculcantes me, id est, opprobrio eos affecit. Iere. 34. Dabo vos in cõmotionem cunctis populis, id est, efficiam vt omnibus populis irrisioni sitis. E cõtrario Dauid. Psal. 20. Quoniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi, id est, efficies vt ipse sit benedictus, & per eum omnes benedicantur. Et Isa. 49. Dedi te in lucẽ gentiũ. * Eleganter igitur nunc affectũ dubitantis exprimit. *Quo modo dabo te Ephraim?* Quo affectu erga te ero, quo animo? quid de te faciam? quomodo te tractabo? Lxx: Quid faciam tibi? Ideo merito subijcit. *Protegam te Israel?* An protegã te à venturis calamitatibus, cum pœnitentiæ oblitus idola quotidie me cernente adores? Lxx: Defendam te Israel? Quid tibi faciam? Ceterũ hic Hieronymus tacite suam reprehendit translationem, & præferre ei videtur translationem Symmachi, qui pro Protegã te, vertit, Tradam te, quod est comminantis, & Theodotion similiter vertit, Auferam à te scutum. s. quo te ante protexeram. Quam interpretationem recentiores libenter sequũtur. Sed ego multa loca obseruaui, quæ Hieronymus melius transtulit, quam exposuit: quorum vnum capite sequenti indicabo. Malumus ergo accipere, Protegam te, quia Lxx, & Aquila ita transtulerunt, & verbum Hebraicum אמגנך proprie significat, Protegam te scuto. מגן enim scutũ significat ita Gen. 14. Quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et Prou. 4. Corona inclyta proteget te. Vnde Lxx elegãter, ὑπερασπιῶ clypeo protegã. Aquila, scuto circundabo te. Præterea cum ait: *Quomodo dabo te Ephraim?* exprimit, vt dixi, affectũ dubitantis, & nunc in hanc, nunc in illam partẽ propendentis. Quare sicut affectum propẽdentis in supplicium explicuit, dicẽs: Quomodo dabo te? sic et Adama. Ita etiam altera pars dubitationis fuit explicanda, id est, affectus misericordiæ, vbi ait: *Protegam te Israel?* Merito ergo viri Ecclesiastici nõ receperunt vnquã hanc Hieroymi castigationẽ, sed illi priorẽ eiusdem sententiam prætulere. Ita vt dicimus, intellexit Cyrillus.

29

Quomodo dabo te? sicut Adama. Vis scire quomodo erga te me gerere decreuerim? quomodo erga Adama me gessi, & erga Seboim. Quid enim aliud tua postulat impietas? Sunt autem Adama, & Seboim vrbes quas Dominus absũpsit igne cælesti simul cum Sodoma, & Gomorra. Gene. 19. vnde Deut. 29. in exemplũ subuersionis Sodomę & Gomorræ, quas subuertit Dominus in ira, & in furore suo. Sed nõ est prętereundũ quod adnotat Hieronymus vbi contra Iudam sermo est, nõ poni Adama, & Seboim, sed Sodomam, & Gomorram. vt Isa. 1. Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei nostri populus Gomorræ. Datur ergo nobis suspicio (inquit Hieronym.) quod Sodoma, & Gomorra principes fuerũt in peccato, & Adama, & Seboim earum exempla sectatę sint. Ex quo intelligimus cur dictum sit Matth. 10. de non admittentibus apostolos: Tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorræorum in illa die.

Conuersum est in me cor meum. Cor conuerti dicitur, cum mutatur sententia, Psal. 104. Conuetit cor eorum, vt odirent populum eius. 3. Reg. 18. Et tu conuertisti cor eorum iterum. Vnde de non mutaturo sententiã, Psal. 111. Confirmatũ est cor eius, nõ commouebitur donec despiciat inimicos suos. Quoniam ergo terribile supplicium comminatus fuerat, rursũ (vt ait Hieronymus) parentis affectu misericordia vincitur, & austeritatem iudicis pietate mitigat patris.

Pariter conturbata est pœnitudo mea. Humano more loquitur, quasi affectibus nostris impellatur, sed nos digne Deo intelligamus vt à perfectissima Dei natura quidquid imperfectum videtur, longissime abesse sentiamus. Excitatus est, inquit, in me dolor magnus pœnitentiæ, quod ita punire vos voluerim. Sicut Genes. 6. Et tactus dolore cordis intrinsecus. Excitatio autem doloris huiusmodi nõ solet in nobis fieri sine commotione, & conturbatione interna, vt Thren. 1. Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus. Et cap. 2. Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea. Ideo dixit: *Conturbata est pœnitudo mea.*

Quia Deus ego, & non homo. Non patiar ita te punire, non enim ego vt homo punio. Homo punit, vt perdat, Deus autem percutit vt emendet, ita Hieronymus. Cyrillus vero ait: Non vtar ira summa, non omnino delebo. Sed cur? An quia non sunt digni, vt funditus pereant? sunt quidẽ, sed sum Deus, & non homo, bonus, inquam, vt non concedam iræ, vt vincar, quod est humanum.

32

In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Tot sunt huius loci expositiones, quot expositores. Ego quod mihi videtur verius, dicam, quod etiam Ruffino, ac Ruperto videtur placuisse. More loquitur ducis, qui vrbem oppugnat, & cum iam in captã ingrędi pararet, vt omnes sine delectu percuteret, nulliq; vel ætati, vel conditioni parceret, mutatus repente à pugna absistit, & vrbem liberam relinquit. Ita de rege Assyriorum dictum est. 4. Reg. 19. Nõ ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittã, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitio. Per viã, qua venit, reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Est ergo sensus: In medio tui ero, tecum habitabo sanctificans te, & sanctũ me tibi præbens. i. benefaciẽs tibi, & nullo modo nocẽs, quod proprium esse sanctorũ homines iudicant: ita Psal. 17. Cũ sanctis sanctus eris, & non perdã vos, vt decreueram, sed parcã, & cohibebo furorẽ meũ.

Sanctus.

Post Dominum ambulabunt. Explicat, quod dixerat, In medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem, &, nõ disperdã Ephraim, ne forte putaremus his verbis promitti, aut nõ fuisse abducẽdum Israelem in Assyrios, aut aliquando inde ad patriam suam rediturũ. Pollicetur eis spiritum pœnitentiæ, & verã in illa ipsa captiuitate libertatem, qua eos donabit, conuertendo ad se per prædicationẽ Euangelij. Est igitur prophetia de tẽpore prædicationis Euãgelij, hoc est, de aduentu CHRISTI, consentientibus non solum catholicis expositoribus, sed etiam Hebræis, vt refert Hieronymus.

33

Quasi leo rugiet. Docet quomodo id futurum sit. Christus rugiet quasi leo, id est, eius prædicatio longe, lateq; per orbẽ audietur, ipso primũ per se in Iudæa, deinde per apostolos in toto orbe prædicãte. Quod enim facturi sunt apostoli, id CHRISTO tribuitur, quia vnum corpus sunt, & quasi vnus homo, CHRISTVS, & eius membra. Vnde præclare Paul⁹, quod Isai. 49. de CHRISTO prædictum erat: Dedi te in lucem gẽtium, vt sis salus mea vsq; ad extremum terræ, de se, deq; prædicatoribus Euangelij interpretatur Act. 13. Ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem gentium, &c. Dicitur etiam instar leonis rugire, quia eius vox terrebit, cõmouebitque peccatores, sicut bestiæ terreri solent ad rugitũ leonis. Præterea quod sicut ceteræ bestiæ contremiscunt rugiente leone, ita vbi insonuit tuba Euangelica ceterę doctrinæ sæculi confusæ, conuictæq; tacuerint. Deinde, quia summa cũ potestate, & autoritate loquebatur, Matth. 7. Erat enim docens sicut potestatẽ habens, & non sicut scribæ eorum, & Pharisæi. Et ita etiam prædicauerunt apostoli vbique cum libertate, & potestate quasi domini omnium. Ad amplificationem autem certæ, firmęque veritatis iterum ait: *Quia ipse rugiet.*

Et formidabunt filij maris. Filios maris, siue aquarũ (vt ait Hier.) possum⁹ appellare qui sagena Domini cõprehẽsi sunt, & abstracti de mari huius sæculi. i. omnes qui ad Euãgelij prædicationem conuertentur, quę est similis sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, Matt. 13. Ego arbitror & alia ratione posse hos[illegible]ci filios maris iuxta proprietatẽ linguæ [illegible]braicæ, (vt c. 10. n. 29. latius exposuimus) filij maris marini homines dicuntur, id est, qui in mari viuunt, & in insulis habitãt: vnde Tyro insulę dicitur. Isa. 23. Trãsi terram tuam quasi flumen filia maris. Insulas autem vocat sacra scriptura remotissimas gentes, ad quas nisi per mare iri non potest. Vt Isai. 42. legẽ eius insulæ expectabunt. Et capit. 49. Audite insulæ, & attendite populi de longe. Hoc ergo ait. Terrebuntur voce Euangelij gentes in remotissimis regionibus habitantes, & conuertentur, & tunc multi ex decem tribubus CHRISTVM agnoscent. Pro Filij maris, multi vertunt, Filij à mari, & ita nunc

34

Filij maris.

Insulæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est in Hebræo. Sed (vt etiã indicauit Hier.) tres literæ יים si ita proferantur יָם, aquas significant, siue mare, ideoque Lxx verterunt, Filij maris. Si autem יָם, significant, A mari. Sed sensus mihi idem videtur, filios enim vocat electos, vt Iohann. 11. Et non tantum pro gente, sed vt filios Dei,
35 qui erant dispersi, congregaret in vnum. * Hi ergo filij formidabunt à mari, id est, à remotissimis regionibus conuertentur ad Euangelium. Nam quod noui interpretes exponunt, A mari, id est, ab Occidente, admitterem, si rationem redderent cur Occidentales potius nominarentur, quam Orientales, aut alias orbis plagas habitantes. Multo minus admittendũ est quod Pagninus in contextum etiam intulit, Filij qui venerunt ad Ægyptum, quæ est ad Occidentem, cum Ægyptus ad Meridiem esse dicatur in scriptura semper, nõ ad Occidentem. Vt Zach. 6 Et varij egressi sunt ad terram Austri. Dan. 8. De vno autem ex eis egressum est cornu vnũ modicum, & factum est grande contra Meridiẽ id est contra AEgyptũ, vt Hiero. & omnes exponunt, & ex. 1. Mach. 1. apertissimũ est.

Et auolabunt quasi auis ex Aegypto. Cum gẽtes conuertentur, tunc Israelitæ, qui fugiẽtes Assyrios venerãt in AEgyptum, & qui captiui ducti sunt in terram Assyriorũ, similiter conuertentur. Pro Auolabunt, est in Hebræ. יֶחֶרְדוּ quod paulo ante vertit, Formidabunt, cum dixit: Et formidabunt filij maris, aues enim cum terrentur, celeriter in aliã partem volant. Significat ergo Propheta Israelitas terrore illo Euangelij, & rugitu illo leonis commotos celeriter ad Euãgelium esse venturos. *Vnde Lxx, qui su-
36 perius etiam erterant, Admirabuntur filij maris, sic [illegible]pebunt, nunc tranferunt veniẽt vt aues ex AEgypto. Et Chaldæus: Sicut aui, quæ aperte venit, sic veniẽt qui in exilium acti fuerant in terram AEgypti. Et vt maiorem conuersionis celeritatem, firmitatemque significet addit: *Et quasi columbæ de terra Assyriorum*, volatus enim columbæ est magnæ, constantisque pernicitatis, & ideo missa est à Noe ex arca. Inde etiam Psal. 54. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, &c.

Sed cur aui similes dicit venientes ex AEgypto, columbæ vero venientes ex terra Assyriorum? Qui memoria teneat colũbas sacras, & intactas fuisse apud Babylonios, quod constat ex Xenophõte lib. 1. de Cyri minoris expeditione, facile existimabit eos venire vt columbam, quia intacti & illæsi vẽturi erãt. Verũ hoc nõ patitur scripturę cõsuetudo, nã tametsi profani autores Babylonios quoq; Assyrios vocẽt, ipsa vero Assyrios, & Chaldæos, pprijs sẽper distinguit nominibꝰ, nec vsquã, nisi fallor, Chaldæos Assyrios appellauit. Fortasse ergo ex terra Assyriorum certis temporibus veniebant in terram promissionis columbæ, ex AEgypto vero auiculæ aliæ, vt ad nos hyeme veniunt columbæ, vere hirundines, & aues quædam ex longinquis regionibus. Inde Ieremi. 8. Miluus in cœlo cognouit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui.

Et collocabo eos in domibus suis? Sunt qui hęc, & præcedentia de reditu Iudæorum duce Zorobabele intelligãt, vt Cyrillus. & Theodoretus, sed id verborum contextus non fert, non enim de duabus tribubus, sed de Ephraim loquitur, vt videmus, id est, de decem, quas nunquam in patriã redijsse satis cap. 1. demonstrauimus. Quare necessario sunt, vt iam diximus de prædicationis Euãgelij tempore intelligenda, quo multi ex decem tribubus per varias regiones dispersi in Ecclesiam venerunt, & plenius in fine sæculi venient, vt diximus. c. 1. n. 103. Aduolabunt ergo de terris gentilium, & collocabuntur à Deo in domibus suis, id est in peculiaribus Ecclesijs per orbem dissemina-
tis, vt Hieronymus videtur interpretatus, in quibus vt in proprijs domibus, tranquille, secureque viuant, & eas pro patria habebunt.

Circumdedit me Ephraim in negatione. Heb. & ex recentioribus quidam, qui eos sequũtur, hinc initiũ duodecimi capitis faciunt. Sed merito hæc in nostra trãslatione capiti 11. tribuũtur, quoniã reuertitur ad id, quod paulo antedicebat. i. ad cõmemorationem peccatorũ Israelis. Causam autẽ huius reuersionis esse existimo, quod cũ clementiã promiserit, & pœnitẽtia se captum esse dixerit, non tamen promisit aut non venturos fore Assyrios, aut Israelem non esse capiendum, aut denique captum aliquando fore in patriam reuersurum, quæ possent de tanta Dei erga illos benignitate, & placabilitate sperari. * Quare causam ostẽdi oportuit cur nihil horũ promitte-

ret: hanc esse docet grauia eorum facinora, quæ Dei bonitatem ad misericordiam paratam retardauerint, ac misereri eo tempore amplius eorũ prohibuerint. Videbatur, inquit, Ephraim mihi adhærere velle, ac me colere, sed simulatio fuit impudentissima, nam licet mihi quoque sacrificia offerre videretur, negabat me, & vitulos suos adorabat.

Iudas autem testis descendit cum Deo. Cum Israel à vera religione longissime recesserat, Iudas vere me coluit, testis erat cum Deo, id est, vere Dei legem, & veritatẽ suis operibus testificabatur, & cum Deo ambulauit, & fidelis, ac verax cum sanctis fuit. Sanctos (inquit Hieronymus) possumus dicere vel angelos, vel patriarchas, & prophetas, ac ceteros, qui Dei imperio seruiebant. Non autem hoc dicit, quod nõ essent in Iuda quoque multi impij, idolorumque cultores, sed quod in eo populo multi erãt iusti, ac religiosi homines, erat templum, & sacerdotes, & Deus legitime colebatur. Ita ipsi decem tribubus dicunt. 2. Paralipo. 13. Noster autem Dominus Deus est, quem non reliquimus, sacerdotesque ministrant Domino de filijs Aharon, & Leuitæ sunt in ordine suo, &c. Nos quippe custodimus præcepta Dei nostri, quem vos reliquistis. Sed potissimum de tempore Ezeciæ videtur intelligẽdum, quo duæ tribus toto corde Deum sequebantur, vt 2. Paral. 29. & 30.
39 scriptum est. * Sed est in translatione difficultas, noui enim interpretes vertunt: Iudas autem adhuc dominatur cum Deo, & cum sanctis fidelis est. At vbi ipsi in Hebræo legunt עֵד, id est, adhuc, legendum est עֵד, id est, testis. Deinde יָרַד, quod interpretantur Dominatur, Hieronymus docet descensionem fortitudinemque significare, atq; ita neque ex recentioribus defuerunt qui verterent, Descendit, & merito, יָרַד enim vtrumque significat, vt Iud. 19. Iamque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem, Hebr. & dies יָרַד, id est, descendit, vel descenderat. Quod autem cum est à verbo רוד, quod est, Prævaluit, aut Dominatus est, subscribatur -, cum autem est à יָרַד, id est, Descendit, habeat -, atque in hoc loco Prophetæ habeat -, mea nihil interest, qui puncta non à prophetis, sed à sequentium sæculorum Iudæis addita esse sæpe iam admonui. Atque ita vt nos cum Hieronymo, accepimus, veteres Iudæos accepisse docet eorum expositio, putabant enim (vt idem Hieronymus refert) Iudã hoc loco laudari, quod tribus hæc prima omnium in mare Rubrum duce Moyse descendisset ceteris desperantibus salutem, & aut reuerti in Ægyptum, aut rebellare cupientibus. Sed hoc cœptæ explanationi addamus. * Videtur mihi quod ait: *Descendit cum Deo*, perinde esse, ac si diceret: Dei partes neglectas à ceteris, & quasi infirmiores, & iacentes secutus est. Descendere enim dicitur, qui humiliori vtitur fortuna. Isai. 47. Descende, sede in puluere virgo filia Babylonis. Et ita qui eorum partes iuuant descendere dicũtur cum illis. Testis autem Dei dicitur, qui vbiq; de eo testificatur quod scit, id est, qui verbis, & operibus Dei bonitatem prædicat, & quam sit omni cultu dignus: atque ita ceteros hortatur ad pietatem. Ita dixit apostolis Dominus Act. 1. Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terrę. Et Act. 22. Cum funderetur sanguis Stephani testis tui. Apocalip. 11. Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt, &c. Inde qui hoc testimonium excellẽtiori modo reddunt, & vsque ad sanguinis effusionem testificando certant, proprie testes, id est, martyres dicũtur.

40 Descẽdere. Testis. Act. 1.

ALLEGORIA.

Cum populus ille scelestus, & ingratus filium Dei occidit, nõ est reuersus in Ægyptum, sed in potestatem Assur, id est, regis potentissimi transijt, hoc est Romani imperatoris, quia noluit cõuerti CHRISTO prędicante, & apostolis postea clamantibus. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumpsit principes eius, & capita. Pendebat ad Dei reditum, & sperabat Dei auxilium, nec accepit, & vt CHRISTVS ipse prædixit, desiderauit videre vnum diem filij hominis tantis calamitatibus oppressus, & nõ vidit. Iugum ei impositum est, quod nunquam est ablatum, adhuc enim seruit infelix populus alienis principibus vbicumque terrarum sit. Tunc dixit Deus: *Quomodo dabo te Ephraim? Protegam te Israel?* Quid de te faciam, quem nullis beneficijs lenire, nullis supplicijs domare potui? Dignus erat ille, vt poneretur sicut Adama, & Seboim, penitusque perderetur. Sed nec nunc quidem eorum misereri desijt Deus, quam plurimos cõseruauit, multos ex illis ipsis, qui filium eius occiderãt, in societatem eiusdem filij vocauit, vt eodem sanguine redimerẽ-

41

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,quem impie, & crudeliter effuderant. Deinde prædicantibus per orbem Apostolis multos vndique adduxit ad Ecclesiã. Sed merito queritur de tẽpore aductus sui quo circumdedit eum in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel: prius enim sequebantur eũ,& multi dicebãt,Quia propheta est,& quia propheta magnus surrexit in nobis,&,Quia vilitauit Dñs plebẽ suã. Veniẽ tẽin Ierusalẽ ex ceperunt cum ramis palmarum dicentes:Osanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: sed postea negauerunt eum coram Pilato:Nõ habemus regem nisi Cesarem. At Iudas,idest, Apostoli, & ceteri,qui crediderunt ex Iudeis,testes fuerũt CHRISTI,& partes eius ab alijs neglectas secuti sunt, & fideles fuerũt cũ sãctis Patriarchis,& Prophetis,qui in eũ crediderãt,& eũ fideliter expectauerãt.

TROPOLOGIA.

42 Nec prætereundem est verba illa Prophetæ, *Quomodo dabo te Ephraim*, & quæ sequuntur,miram vim habere ad Dei caritatem erga homines quamuis peccatores, demonstrandam,& ad consolationem animis nostris afferendam. Quæ quoniam eleganter pensitauit Chrysostomus in priori procœmio in Isaiam, eius verbis explicabo. Atqui pater est (inquit) ipse est amantissimus filiorum,solus bonus præ quouis patre viscera diffundens suæ exorabilis clementiæ. Vtque condiscas eum esse patrem,dicit eis:Quid faciam tibi Iuda? Non nosti quid facies? Noui,verum nolo. Natiua habitudo peccatorum pœnam vltricem reposcit,sed diuinæ potẽtiæ magnitudo cohibet. Quid tibi faciam? Ignoscam ne tibi? sed eo efficieris incogitantior,ac segnior, Adoriar te:sed mea erga homines benignitas id non fert. Quid tibi faciam? *vt Sodomam ponam te, & vt Gomorrham te subuertam? Cõuersum est cor meũ.* Nulli obnoxius perturbationi hominem imitatur commotum affectibus,verius matrem repræsentat liberos deamantem. Cõuersum est,quasi dicat mulier de puero,cõuersum est cor meum secundum maternã affectionem. Atqui non acquieuit priori dictioni, sed turbatus sum in mea pœnitẽtia. Deus turbatur? absit. Auertat Deus. Turbari neutiquam potest numen illud, sed quod iam dixi,imitatur locutiones nostras,conuersum est cor meum.* Hactenus Chryso. Sed cũ multum eius clemẽtia cernatur in hac cohibẽda,& in illo affectu materno, quẽ præ se ferunt, multo magis existit in his,quæ sequũtur. *Post Dominũ ambulabũt. Quasi leo rugiet*,&c. Recte dixit,In medio tui sanctus. Hiccine furor ille cõminantis? hæ sunt illæ minæ? O vere paternã caritatẽ, ac multo plusquam paternam. Cum iratus fuerit(inquit Hab.) misericordiæ recordaberis. Maximi omnium mali causa eis iraſcitur,id est,causa peccati,& cũ supplicium tali scelere dignum illaturus videretur, infert maximam omniũ misericordiã, quod in medio corũ futurus sit,& quidẽ sanctus, quod post Dominũ sint ambulaturi, quod eos vndiq; vocaturus sit ad gratiã Euangelij. Qualis erit in supplices,& in obsequentes,qui talis est in peccatores? Domine Dominus noster, quam admirabile est nomẽ tuum in vniuersa terra? Video te nõ solum sanctum cũ sanctis,sed etiam cum peruersis,nec cum eis peruerti vis,sed dextera tua, & brachium tuũ, & illuminatio vultus tui mutat eos potenter, & suauiter,siuntq; te donante,& mutante sancti, qui peruersi erant,& omnibus digni supplicijs.

CAP. XII.

EPhraim pascit ventũ, & sequitur æstura: tota die mendacium et vastitatem multiplicat: et fœdus cum Assyrijs iniit, et oleum in Aegyptum ferebat. Iudicium ergo domini cum Iuda,et visitatio super Iacob iuxta vias eius,et iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero supplantauit fratrem suũ:et in fortitudine sua directus est cum angelo,et inualuit ad angelũ,et confortatus est: fleuit, et rogauit eum:in Bethel inuenit eum,et ibi locutus est nobiscum. Et dominus Deus exercituum,dominus memoriale eius. Et tu ad Deũ tuũ cõuerteris:misericordiã et iudicium custodi,et spera in Deo tuo semper. Chanaan in manu eius statera dolosa,calumniam dilexit. Et dixit E-

phraim,Verumtamen diues effectus sum,inueni idolum mihi:omnes labores mei nõ inuenient mihi iniquitatem,quam peccaui. Et ego Dominus Deus tuus ex terra Aegypti,adhuc sedere te faciã in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Et locutus sum super prophetas,& ego visionẽ multiplicaui, et in manu prophetarũ assimilatus sum. Si Galaad idolum,ergo frustra erant in Galgalbobus immolantes: nam et altaria eorũ quasi acerui super sulcos agri. Gen.28. *Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israel in vxore, et in vxore seruauit.* Exhod.14. *In propheta autẽ eduxit Dominus Israel de Aegypto:et in propheta seruatus est. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis,et sanguis eius super eum veniet, et opprobriũ eius restituet ei Dominus suus.*

HISTORIA.

1 *Ephraim pascit ventum.* Reprehẽdit stultitiam Israelis, quod Deo relicto ad hominũ auxilia confugiat. Loquitur autẽ de Hosee rege Israel, qui fœdere inito cũ Assyrijs, ab Ægyptijs auxilium postulauit. 4. Reg. 17. Quare pro Manahem legẽdum videtur in Hier. Hosee. Pascere autem ventũ prouerbiali figura dixit pro eo quod est, Rẽ inanẽ, & nihil profuturã agere,vt nos dicimus, laterem lauare, aut arenæ semina mandare. Quasi dicat:Perinde facit Ephraim ac si vẽtum regere, & in modum ouis ducere quo velit,nitatur. Alij pascere ventum ita accipiunt,ac si diceretur pasci vento,aut vento vesci. Quod recte etiam dicitur.

Pascere vẽtum.

* *Et sequitur æstum*, id est,laborat multũ, & labore suo morbos sibi,& calamitates quærit, quẽadmodum qui sequitur æstũ, id est, ventũ calidũ,qui corporib⁹ maxime nocet. Pro Æstu,est in Heb. רעי, qua voce recẽtes interpretes Eurũ, siue subsolanũ significari putãt,quod is vẽtus in Asiæ regionibus noxius sit,& קדים Orientẽ significet. Quod equidem verũ esse arbitror,sed inde tamen quiuis ventus calidus,& si Orientalis nõ sit קדים appellari solet,vt Exho.10. Et Dñs induxit ventum vrentẽ tota die illa. Et mane facto ventus vrens leuauit locustas. Lxx ibi habẽt, Νότος, id est, Auster. Et c.14. Abstulit illud Dñs flante vento vehemente,& vrẽte tota nocte,vbi Lxx similiter Austrũ posuerunt. Et Psal.77. Transtulit Austrũ de cælo. Immo & Pagninus ipse ca.13.vbi legimus, Adducet vrentem vẽtum Dominus, cum ibi etiam sit קדים, vertit Austrũ. Hoc autẽ loco verterunt καύσωνα, id est, æstum, ardorẽ, vel pro ardore,quem efficit ventus, vel pro vento ipso vrente,quomodo Hieronymus æstum vertit. Ijdem cap.13. vbi habemus, Adducet vrentem ventum Dominus, trãstulerunt ἄνεμος καύσωνα, id est, ventum vrentem,vel ventum,qui ardor est.

Tota die mẽdacium,& vastitatem multiplicat. 2

Tota die,pro eo quod est semper,accipitur vt Psal.36. Tota die miseretur,& cõmodat. Mẽdacium autem vocat fallaces spes,& nihil profuturum laborem. Nihil aliud facit quam laborare in re nihil profutura, & sibi vastitatem, id est, interitum auget, & accumulat. Proprie hoc de peccatoribus dicitur, qui stulto labore consumuntur, quibus illud dicitur: Filij hominum, vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Et illud: Secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.

Tota die. Mendaciũ. Psalm.4. Rom.2.

Oleum in Aegyptum ferebat. Est enim Samaria olei feracissima. In oleo autem intelligit & cetera munera, quæ amicitiæ contrahendæ causa mittebant Ægyptijs, vt ait Hieronymus, videlicet in parte totum per synecdochen. Vnde Chaldæus: Et munera in Ægyptum deferunt.

Iudicium ergo Domini cum Iuda. Iudicium ריב, id est, cõtentio,& expostulatio, de quo diximus cap.2.in illud,Iudicate matrem vestram. Iudæ,& Israeli nunc loquitur, quoniam quæ commemoraturus est beneficia à se præstita Iacob, ad vtrumque populum æque pertinent,qui æque semen est Iacob. Quare quod sequitur, Iuxta adinuentiones suas reddet ei, de vtroque populo dictum est.

In vtero supplantauit fratrem. Enumerat beneficia, quibus affecit communem eorum 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

parentem Iacob,& eius erga Deum pietatem,vt exemplo tanti patris excitentur,& ſpe ſimilium beneficiorum. Ita Iſa.51. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram,quæ peperit vos. Et Malach.2. Sacerdotibus proponit exemplũ Leui Quod autem nunc ait: *In vtero ſupplantauit fratrem*, hoc ſignificare arbitror, quod Malach. 1. dixit apertius, Dilexi vos, dicit Dominus,& dixiſtis,In quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? Hoc eſt: Amaui vos in patre veſtro Iacob, quem cũ adhuc eſſet in vtero,& nihil boni egiſſet,aut mali,dilexi,& fratri ſuo prætuli. Supplantauit enim fratrem ſuum.i.plantã naſcentis manu tenuit, quo facto Iacob ſignificabatur eum aliquando vere ſupplãturus,id eſt,benedictionem ei, & primogenita præreepturus.

Dirigi. *In fortitudine ſua directus eſt cum angelo.* Dirigi in ſcriptura ſignificat proſperos, & felices ſucceſſus habere. Prou.16. Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. Et capit.28. Qui abſcondit ſcelera ſua,non dirigetur. Directus ergo eſt Iacob cum angelo in fortitudine ſua, quia cum eo luctatus eſt,& ſuperari non potuit, ſed vicit potius quodammodo Gene. 32.

4 Iſrael. Pro directus eſt,poſuit Propheta יָשָׂרָה,ideſt, prævaluit,fortis fuit,à quo nomẽ Iſrael deductum eſt. Non enim eſt Iſrael vir videns Deum,aut mens videns Deum, vt plurimi ex veteribus docent, vt Philo in libro de Abraham,Origenes hom.2. in Num.& in prologo in Canticum canticorum, & tomo.11.in Matth.Euſebius in libro nominum Hebraicorum, Chryſoſtomus hom. 14.in Iohãnem,& multi alij, quos ſuppreſſis nominibus merito Hieronymus impugnat in traditionibus Hebraicis in Gene. Nam ſi Iſrael ſignificaret virum videntem Deum, prima litera futura erat א, & ſcribendum erat אִישׁרָא וְאֵל,octo literis, cum quinque tantum habeat יִשְׂרָאֵל. Deinde quoniam ipſe,qui nomen impoſuit, nominis etiam reddidit rationem Gen.32. Nequaquam vltra vocabitur Iacob nomen tuum, ſed Iſrael, quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti,quanto magis contra homines prævalebis? Merito ergo ſubiecit Hieronymus: Quamuis igitur grandis autoritatis ſint,& eloquẽtiæ:& ipſorum vmbra nos opprimat qui Iſrael virum,ſiue mentẽ videntem Deum tranſtulerunt: nos magis ſcripturæ,& angeli,vel Dei, qui ipſum Iſrael vocauit,autoritate ducimur,quam cuiuſlibet eloquentiæ ſęcularis. * Sed hoc ei,qui nonnorit Hieronymi conſuetudinem,erit moleſtum,quod ipſe eamdem interpretationẽ ſequi videtur Iſa.1.& lib.7.in eumdem,ca. 2.in fine,immo & in hoc cap.Hoſeæ, in illud,Fugit Iacob, &c.& in libro nominum Hebraicorum. Sed ſolet Hieronymus ſępe cõmunes, aut receptas doctorũ virorum ſententias proponere lectori,quamuis ipſe aliter ſentiat, præſertim cum aliò feſtinat, ne cogatur immorari impugnandis alijs, & confirmandis ſuis. Sed in libro de nominibus Hebr.in ea,quæ ad Exhodum pertinet parte,ad Traditiones Hebraicas in Gene.remittit lectorem,Iſrael(inquit)eſt videre Deum ſiue vir, aut mens, vidit Deum, & de hoc in libris Hebraicarum quæſtionum plenius diximus. Eius in quæſtionibus,ſiue traditionibus Hebraicis hęc ſunt verba:Nõ vocabitur nomen tuũ Iacob,ſed princeps cũ Deo,hoc eſt Iſrael. Quomodo enim ego princeps ſum, ſic & tu qui mecũ luctari potuiſti,princeps eris. Si autẽ mecũ pugnare potuiſti, quãto magis cum hominibus? Alijs locis ſolet non iuxta aliorũ, ſed iuxta ſuam ſentẽtiam interpretari, Rectus Dei, aut εὐθυτατος θεὸς, id eſt, rectiſsimus Dei,vt in hoc prophetæ noſtri loco, & Iſa. 44.in principio,& in illud Ioe.3. Populi, populi,&c.& in illud Mal.1. Dilexi vos. Rationẽ hic reddit,quia directus eſt cum angelo, dirigentis,vel directi nomen accepit. * Sed videamus quam perſpicue vertit Gen. 32. Nequaquã Iacob appellabitur nomẽ tuũ, ſed Iſrael : quoniã ſi cõtra Deum fortis fuiſti,quanto magis contra homines prævalebis? Hic eſt locus ,quẽ ſuperiori capite me indicaturũ promiſi,melius ab Hier. cõuerſum,quam explicatũ. Quid apertius, quã ex his verbis hoc intelligi Iſraelẽ dictũ eſſe quod cõtra Deum fortis fuerit. Vbi pro eo quod eſt,Fortis fuiſti, eſt שָׂרִי תָּה, eodemq; modo tranſtulerũt Lxx, & Symmachus, & Theodotion. Quid ad hãc interpretationem pertineat,Princeps cum Deo,aut Rectus, ſiue Rectiſsimus Dei, videat lector. Hic quoque melius tranſtulit,quam expoſuit:Directus eſt cũ angelo.i. Proſperũ ſucceſſum habuit,ſiue,vt eſt in Heb.fortis fuit aduerſus angelũ. Quare optime verterũt Lxx ἰσχυσεν πρὸς θεὸν, id eſt, fortis in Deum

fuit.

fuit. Sed nũ ideo ſonabit Iſrael,Rectus Dei, aut Rectus cum Deo,aut Princeps cũ Deo, id eſt, ſicut Deus eſt princeps, ita etiam tu princeps eris? * Interpretandũ eſſet potius, Directus eſt cũ angelo, id eſt, Prævaluit,& hoc idem ſignificat, Princeps fuit cũ Deo, id eſt,reſtitit generoſe Deo,fortiterq;, non eſt victus in certamine,nõ ceſsit illi. Quare Ioſephi interpretationem,qui lib.1. Antiq. c.18.ad finem ait:Iuſsitq; illum poſthac vocari Iſraelẽ,qđ Hebræis angelo reluctantẽ ſignificat,cur Hier.in Trad.Heb. reiecerit, nõ admodum video, nam reluctantẽ dixit, Id eſt,reſiſtentem,& nõ cedentẽ. Porro vbi nos habemus, Directus eſt cum angelo,in Heb. eſt cum אֶל־אֱלֹהִים,id eſt, Cũ Deo. Verũ angelus, quicum luctatus eſt Iacob, quia Dei perſonã gerebat,Deus dictus eſt. Quãuis & elohim angelos quoque ſignificat, vt Pſalm.8. Minuiſti eum paulo minus ab angelis, quam tranſlationem ſecutus eſt Paulus apoſtolus,Hebr.2.

7 *Et confortatus eſt*, ſcilicet, eiuſdem angeli benedictione,vt ait Hieron. vel cõfortatus eſt,vt non timeret fratrem ſuum Eſau,quomodo ante timebat,ſed videre auderet.

Fleuit,& rogauit eum. Cũ lacrymis ab angelo petijt benedictionẽ. Lxx vertunt: Fleuerunt,& rogauerunt me, in domo On inuenerũt me. Sed Dionyſius Alexãdrinus in epiſtola contra Paulum Samoſatenſem, reſponſione 8.legit, In domo mea inuenerũt me, & allegorice exponit de Maria, & Ioſeph quærentibus puerũ Ieſum, & in tẽplo inuenientibus. Sed neq; lectio, quã ipſe ſecutus eſt,vera eſt, neque allegoria recte cohæret cum præcedentibus,& ſequentibus.

8 *In Bethel inuenit eum.* Mihi hoc dictum videtur de eo,quod poſt luctã cũ angelo accidit,Gen.35. Locutus eſt Deus ad Iacob, ſurge,& aſcende Bethel,& habita ibi, facq; altare Deo, qui apparuit tibi, &c. Ibi, inquit, Propheta,locutus eſt nobiſcũ. Quod intelligo de illo,quod continuo ſequitur: Iacob vero cõuocata omni domo ſua ait: Abijcite deos alienos, qui in medio veſtri ſunt, &c. Surgite,& aſcẽdamus in Bethel, vt faciam⁹ ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis,&c. Quaſi dicat:Ibi totã ſuã poſteritatem cõteſtatus eſt, vt Deũ ſolum pie ſequeretur,ac deos alienos ſemp abijceret, & eum tãtum agnoſceret,quem Iacob ipſe fautorem,ac protectorem ſenſerat.

Et Dominus Deus exercituum memoriale eius. Sẽper Dei recordabatur, eumq; quaſi præſentẽ intuebatur. Eũ inquam Deũ, qui cœleſtiũ exercituum Dñs eſt,eũ adorabat, nõ idola,& deos gentiũ,qui dij non ſunt. Cyrillus ita exponit. Quia ergo talis erat Iacob, ideo Dñs erit memoriale ei, ſeruabitur eñ in memorijs Dei,habebitq; perpetuam gloriam,glorificat enim Deus amantes eum.

Et tu ad Dominum Deum tuum conuerteris. Hortatur vniuerſos filios Iacob, vt patris exemplo Deum vnum venerentur. Tu igitur populę Iſrael,ſemen illius,qui tot beneficijs à Deo affectus eſt, quique tam perpetua pietate Deum coluit, age, parentem tuum imitare,& deos alienos abijce, cuſtodi miſericordiam,& iuſtitiam, & ſpes tuas omnes tantum in hoc Deo colloca, quem pater tuus adorauit.

Chanaã in manu eius ſtatera doloſa. Ad decẽ tribus reuertitur,quas,vt ſolet, Ephraim appellat, quod intelligitur ex eo, quod continuo ſubijcit. Et dixit Ephraim, &c. Vocat autem eũ populum Chanaan propter ſummam eius impietatem, qua ſimilis Chananæis Deo inuiſis factus eſt, ita vt iam nõ ſemen Iacob,ſed Chanaan vocari dignus ſit. Ita dictum eſt de Iudæis Soph.1. Conticuit omnis populus Chanaan, & Dan.13. ſemẽ Chanaan,& non Iuda. Et Ezech. 16. Pater tuus Hamorræus,& mater tua Cethæa, & Iſai.1. Audite verbũ Domini principes Sodomorum, &c. Hæc eſt Hieronymi, Ruffini, Cyrilli, Theodoreti, Gloſſæ ordin. & interlin. Rupertique interpretatio. Quam noui interpretes conténunt, pro Chanaan vertentes Mercator, vt ſit ſenſus, Eſt ſicut mercator, in cuius manu eſt ſtatera doloſa. Sed certe conuenientior,& gratior, & vehementior ſenſus eſt Hieronymi, & veterum. Deinde כְּנַעֲנִי pro mercatore aliquando in ſcriptura accipi fateor, vt Zach. vltimo,ſi Deus dederit,dicem⁹: ſed כְּנַעֲנָי, quod hic legimus, vellem mihi vt oſtenderent quo loco mercatorem ſignificet. Eſt autem in hoc vocabulo (vt adnotauit Rupertus) amara quædam Iacob, & poſterorum eius antitheſis. Quaſi dicat: Ille ex Iacob meruit propter fortitudinem & pietatem ſuã vocari Iſrael; iſti ex Iſrael ſceleribus ſuis vocantur Chanaan. * Stateram doloſam habere eſt defraudare, & alienam pecuniam iniuſte auferre. In ſtatera enim doloſa grauior eſt ea lanx, in qua merces ponderantur, & ita defraudantur emptores, contra

9 Chanaan. *

10

illud Leu. 19. Statera iusta, & æqua sint pondera. Inde Psalm. 61. Mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Peccator stateram dolosam habet.

TROPOLOGIA.

Omnino statera dolosa est in manu peccatorum, in altera enim lance Deum ponunt, diuitias, & sæculi voluptates in altera, & cum tam vilia sint hæc bona, tantus sit Deus, & tam toto corde expetendus: plus apud eos ponderis habent bona sæcularia, quam Deus, qui est omne bonum. Recte Salomon Prou. 11. Statera dolosa abominatio est apud Deum. Caduca appetunt, æterna contemnunt, corporis voluptates sitiunt, animi bona fastidiunt: mendaces filij hominum in stateris. Habent etiam stateram dolosam, quia pessimi ratiocinatores officiorum sunt, non pensitant quic personam, quid tempus, quid locũ dececat. Statera dolosa in manu eorum, quoniam ignosci sibi volunt, magna & leuia aliorum errata punirt volunt, nemini benefaciunt, & omnes sibi benefacere cupiunt, taceri sua mala petũt, & tegi, cum ipsi nullius personæ, nullius famæ parcant. Abominatio est (inquit sapiens) apud Dominum põdus, & pondus (pondus vnum, quo tua ponderari vis, & alterum, quo vis aliorum ponderari) statera dolosa nõ est bona. Prou. 20.

HISTORIA.

Calumniã dilexit. Amat defraudare alios, Lxx καταδυναστεύειν ἠγάπησεν, id est, Dilexit opprimere per potentiam alios, quod est iniuriam facere minoribus, & pauperioribus super pecunia, & alijs eiusmodi.

Diues effectus sum. id est, Non refert vnde possideam, modo possideam, vt ait Hieronymus. Videtur autem mihi hoc simile esse verbis illis Horatiani diuitis.

Lib. 1. Saty. Satyra. 1. —— *Populus me sibilat, at mihi plaudo*
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca.

Quasi dicat Ephraim: Allatrent me prophetæ, & auaritiæ, ac rapinarum arguant: certe me nõ pœnitet quæsisse diuitias, sed gaudeo quod diues effectus sum.

11 * *Inuent idolum mihi,* id est, Nullius indigeo, Deum penes me habeo, id est, aurum, alij alia idola colãt, ego bonum idolum habeo: verba sunt diuitum sibi in diuitijs applaudentium, quasi omnia in eis habentium. Solebant enim quærere idola, à quibus obtinerent quod Deus dare nolebat, & sibi pro omnibus idolis diuitias esse iactant. Lxx eumdem sensum exprimentes verterunt Inueni requiem mihi, id est, habeo quod quærebam, nullius adiumento egeo. Noui interpretes varie hanc trãslationem reprehendunt, & alias nescio quas comminiscũtur. Sed si meminerint hoc loco esse ψυον, quod pro idolo in hoc ipso propheta sæpe positum vidimus, probabunt vt velint, nolint, nostram translationem.

Omnes labores mei non inuenient, &c. id est, In diuitijs, quas meo labore acquisiui, non apparebit Iniquitas vlla, quam fecerim. Nemo enim me reprehendere audebit cũ diues, & potens sim, & omnes à me adiuuari indigeant. Ita intellexit Hieronymus, & affert illud Psal. 9. Quoniã laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Diuitũ enim amici multi. Ruffinus refert hęc ad stoliditatẽ diuitũ, qui ita diuitijs suis cõfidunt, vt quamuis peccauerint, putent tamẽ nullam ad se accessuram calamitatẽ, sed in tuto esse se, & quasi extra cõmunem aliorum hominum conditionem. * Quare eleganter Pau. 1. Timot. 6. Diuitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Mirum enim est quãtum opibus homines vani intumescant, quasi omnia simul cũ diuitijs adepti fuerint, genus, formam, sapientiam, virtutes: ita honorem his bonis debitũ sibi impudenter arrogant: quasi vt opes ita per iniuriam adimi, rapique possint virtutes, & disciplinę, & vera animi bona. Hos salubriter admonet Dauid: Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere; diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Psal.

Et ego Dominus Deus tuus. Quamuis tam impius sis ô Ephraim, ego Deus tuus sum à terra Ægypti, id est, ex eo tẽpore quo eras in Ægypto, verus Deus tuus, & protector sum: ideoque si velis resipiscere, adhuc tibi tribuo locum pœnitentiæ, & magnitudine promissorum hortor, vt ad me redeas.

Adhuc sedere te faciam in tabernaculis. Tẽpus pœnitẽtiæ reliquit. Quemadmodum, inquit, tunc eduxi te de Aegypto, & veniẽs in terram promissionis lætus habitasti in tabernaculis, in cuius rei memoriam scenopegia, id est, festum tabernaculorum, celebratur, ita nunc post tot peccata licebit per me, vt in terra tua maneas, & in tuis tabernaculis habites, hoc est, scenopegiam quotannis cum gaudio celebres, sicut ante celebrare consueueras in diebus eiusdẽ festiui-

taris,

tatis, quæ maxima erat, vt videmus Leu. 23. & Deute. 16. Differam per aliquot annos captiuitatem, vt videam interim an reuerti ad me velis.

* 13 *Et locutus sum super Prophetas.* Ne mireris me hoc tibi polliceri, quando quidem semper conuersionem tuam optaui, & vt te ad eam adducerem locutus sum prophetis, vt tibi verba mea referrẽt, & multas visiones eis ostendi, multisque similitudinibus vsus sum, vt tibi eas proponerent. Heb. 1. Multifariã, multisque modis olim Deus loquẽs patribus in prophetis. Dicit autem super prophetas, quoniam עַל, id est, super, sæpe more Hebræorum ponitur pro Ad, vt Luc. 3. Factum est verbum Domini super Iohãnem Iohan. 1. Videbitis angelos ascendentes, & descendentes super filium hominis. Psal. 17. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominũ, neque exaudiuit eos. Heb. super Dominum. Similiter. 1. Reg. 1. Cum esset amaro animo, orauit ad Dominum. Merito ergo Chaldæus vertit hic, locutus sum cum prophetis, & Lxx: Locutus sum ad prophetas. Quod dicit, *In manu Prophetarum*, plerique ita exponunt vt sit, per ministerium prophetarum, ego ita intelligo: per locutionem, & verba prophetarum. Quod, quoniam initio Haggæi, qui ait, factum est verbum Domini in manu Haggæi, latius explicaturus sum, si Dominus dederit, illuc lectorem nunc quidem mitto. * Pro *Assimilatus sum*, legimus אֲדַמֶּה quod recentiores interpretes malunt vertere, Assimilaui, id est, similitudines proposui, אֲדַמֶּה non solum significat assimilare, sed etiam assimilari, vt Psal. 101. Similis factus sum pelicano solitudinis, & Ezec. 31. Cui similis factus es in magnitudine tua? In promptu etiam est dicere, non ita, scribẽdum esse, vt nunc scribitur, sed ita, אֲדַמֶּת quod passiuæ vocis est, & vertetur, Assimilatus sum. Quare iure Lxx verterunt, ὡμοιώθην, assimulatus sum, id est, varijs rebus me similem fecerunt prophetæ, nunc patri, regi, amico, pastori, nunc vrso, leoni, pantheræ, &c. Hieronymus, & glossæ rectè etiam hoc interpretantur de similitudinibus, & figuris, quæ præcesserunt, vt CHRISTVM significarent, vt cum serpens exaltatus est in deserto Ionas in littus eiectus, &c. Ita etiã Chrysostom. 58. in Gen. & Dionysius Alexãdrinus in epist. cõtra Paulũ Samosatẽsem.

Super pro Ad.

* 15 *Si Galaad idolum.* Locus est cum primis difficilis, concise enim loquitur Prophera, & vix sensa sua effatur. Galaad vrbs est in monte Galaad vltra Iordanem idololatriæ maxime dedita, quæ ideo etiam inter primas capta est, & euersa ab Assyrijs. 4. Reg. 15. De qua multa diximus cap. 6. n. 31. & sequentibus, dixit enim ibi Propheta, Galaad ciuitas operantium idolum. De Galgal etiã diximus cap. 4. nu. 28. locum esse celeberrimum citra Iordanem, in sorte tribus Iudæ, sed idolorum adoratione pollutum. Vnde cap. 9. dixit: Omnes nequitiæ eorum in Galgalis. Est ergo sensus. Si Galaad idolum, scilicet, habet, aut colit, aut: Si in Galaad est idolum, id est, si Galaad idola vehementer coluit, & tamen seruari non potuit ab idolis suis, sed ante ceteras vastata est ab Assyrijs: ergo operam perdunt ij, qui in Galgalis immolant bobus, & sacrificia offerunt, nã nec ipsi seruari poterunt, cum statim transmisso Iordane occurrant Galgala venientibus Assyrijs, nec magis defendi queant à bobus, & idolis suis, quam Galaad. Atque ideo sequitur continuo: Nam & altaria eorum, quasi acerui super sulcos agri, scilicet, erunt, id est, Nam eorum altaria, quæ idolis erexerant, euertentur, & agri vbi erant tẽpla, arabuntur, & ex ruina altarium manebunt ibi magni acerui lapidum, & terræ, quemadmodum factum est in altaribus Galaaditarum. * Pro eo quod est, Idolum, in Heb est. אָוֶן, quod sæpe interpretati sumus idolum in hoc propheta, vnde Berhauen, id est, domus idoli. Significat etiam nihil, & vanitatem, vt. ca. 4. n. 29. & sequentibus latius demonstrauimus. Propterea Lxx verterunt. Si non est Galaad, igitur & falsi erãt in Galgal principes immolãtes. Quod habet eumdem sensum: Si Galaad perijt ciuitas fortis, & iam non est, ergo falsi sunt qui in Galgal immolant, non enim magis seruari poterunt ipsi à suis idolis, quam Galaaditæ seruati sunt. Quod autem in quibusdam codicibus Lxx legitur, Galgala pro Galaad, mendum apertum est, vt constat ex Hieronymo, & Cyrillo, & Theod. Multi hæc aliter vertunt, sed nemini obscurum esse potest, nostra translatio quam aptum sensum habeat, & quam bene respondeat Hebræo. Ita enim legitur ad verbum: Si Galaad idolum, ergo frustra fuerunt in Galgal bobus immolauerunt. Sed verbum Immolauerunt, iuxta idioma Hebræorum pro participio ponitur, ac si dice-

Galaad.

16

pro participio apud Heb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ret, Immolantes, sicut Lxx versione sua indicarunt, vt cap. 13. Immolate homines vitulos adorantes. Hebr. Vitulos adorabunt, sed vertendum esse, Vitulos adorantes, ibi ostendemus. Et Mich. 2. Ne loquamini loquentes. Hebr. Ne stilletis stillabunt. Symmachus; Ne stilletis stillantes.

TROPOLOGIA.

17 Si omnes qui diuitias congesserant, & honores quæsierant, & voluptates, atque hæc idola summo studio coluerunt in hoc mundo, qui est quasi quædam Galaad, ciuitas operantium idolum, mortui sunt, & in morte nihil secum ex tantis laboribus extulerunt: qua spe nunc homines tot propinquorum, & amicorum exemplis edocti, eadem idola colunt, &, vt his potiantur, nulli vnquam labori parcunt? Ne timueris (ait Dauid) cum diues factus fuerit homo, & cũ multiplicata fuerit gloria domus eius: quoniam cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius. Et Paulus: Nihil intulimus in hunc mũdum, haud dubium quia neq; auferre quid possumus. Quid illis profuere diuitiæ? Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Quid honores? quid gloria? quid potentia, & imperia? Ipsorum vocem audiamus in sapientia: Quid nobis profuit superbia? & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, &c. Quod vero de diuitibus dixit Dauid: Et nihil inuenerunt in manibus suis: licet & ad omnia similia transferre. Dormierũt somnum suũ reges, & potentes homines, & nihil ex illa potentia inuenerũt postea in manibus suis. Nihil glorioſi homines inuenerunt de sua gloria, nihil molles, & delicijs dediti de suis voluptatibus. * Transierunt omnia tanquam vmbra. Diues qui induebatur purpura, & byſſo, & epulabatur quotidie splendide, ne guttam quidem aquæ precibus inuenire potest. Qui magnis famulorũ, & amicorum, seu potius adulatorum turbis stipabatur, ante Dei tribunal neminem habet amicum, accusatorum tantum turba stipatur. Qui voluptatibus affluebat, & delicijs, audit: Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Nõ proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. Si igitur hæc passi sunt, qui bonis sæculi abundabant, & nullum ex eis cepere fructum: ergo

Psal. 48.

1. Tim. 6.

Psal. 75.

Sap. 5.

18 Luc. 16.

Apoc. 18.

Prou. 11.

frustra nunc homines eisdem bonis inhiãt, frustra eisdem idolis immolant, non enim magis liberati poterunt quam ij, qui vehementer delusi sero suam senserunt insipientiam.

HISTORIA.

Fugit Iacob in regionem Syriæ. Reuertitur ad commemoranda beneficia præstita Iacob, & posteris eius: nam quæ de Ephraim, & Iudæ peccatis dixit, quasi quadam parenthesi interiecta sunt. Quasi dicat: Tantæ mihi curæ fuit salus Iacob, vt fugere eum voluerim in Syriam, ne ab irato fratre occideretur, ibi eum seruaui, & ditaui. Historia scripta est Gene. 28. ex qua intelligimus in quam Syriæ partem fugerit, nempe in Mesopotamiam. Protenditur enim Syria à terminis Ægypti vsque ad Cappadociam à Meridie versus Septentrionem, ab Occidente vero versus Orientem à mari nostro vsque ad fluuium magnum Euphratem, habetque multas, ac magnas prouincias, Palæstinam, Phœnicen, Cœlesyriam, Syriam Damasci, Ituræam, Trachonitidem, Mesopotamiam.

Et seruiuit Israel in vxore, id est, Propter Rachelem vxorem seruiuit septem annis, & iterum in vxore seruauit, ita enim legendum est, non seruiuit, vt corruptissimi quidam codices habent, id est, Et pro Lia oues soceri totidem annis seruauit. Ita Hieronymus. Quamquam Iacob nunquam pro Lia seruire voluit, sed pro Rachele, Gen. 29. At quamuis non is eius animus fuerit, tamen septem annorum priorum merces Lia fuit, deinde pro Rachele totidem seruiuit. Atq; hæc res maxime Iacob pietatem commendat, seruiuit enim Laban, vt filias eius duceret, non quidem voluptatis causa, sed ne Chananæam vxorem haberet, vnde paulatim deduci in idololatriam posset, & parentibus suis obtemperaret. Rebecca enim dixit, Genes. 27. Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere: & pater præcepit ei cap. 28. Noli accipere cõiugem de genere Chanaan, sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorẽ de filiabus Laban auunculi tui. Itaq; vt Deo, ac parentibus obediret, non dubitauit quatuordecim annorum laborem, tẽdiumque perferre, vt eleganter Rupertus interpretatus est.

In propheta autem eduxit Dominus Israel de

Ægypto. Sicut Iacob in itinere tam longo, & in tot laboribus semper affui, ita eius posteros etiam amaui, & cum in Ægypto seruirent, eduxi eos inde per prophetam meũ Moysem, & seruaui eos. Pro quibus officijs hanc mihi vicem reddidit Ephraim, vt me peccatis suis amaritudinem animi, & dolorem excitantibus ad iracundiam prouocauerit. Itaque peccata ab effectu amaritudines vocat.

Sanguis eius super eum veniet. Ac si dicat: Me quidem ne reprehendat, ipse se in tot mala conijcit, ipse solus sibi hanc calamitatem, quam passurus est, conciliat. Sanguinem vocat pœnam infligendam ei, qui cædis autor sit, vt Matt. 27. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. 2. Reg. 1. Sanguis tuus super caput tuum, os enim tuum locutum est aduersum te dicẽs: Ego interfeci CHRISTVM Domini, hoc est, Occideris tu quidem, at pro morte tua ego reus non ero apud Deum, sed tu, qui confessus es te occidisse Saulem regem. Ita modo, tu te occidisti, & tu punieris, nemo tibi in culpa est.

Et opprobrium eius restituet ei Dominus suus. Ephraim opprobrio Deum affecit, quia iniquitate sua fecit, vt nomẽ Domini blasphemaretur, iuxta illud. 2. Reg. 12. Verũtamen quia blasphemare fecisti inimicos nomen Domini. Hoc ergo opprobrium, id est, supplicium huic opprobrio debitum inducet Dominus in caput autoris, vt pro meritis puniatur, Psal. 7. Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Eleganter autem Hieron. dixit, Restituet, quod in Hebr. est, יָשִׁיב, id est, Redire faciet, aut Retribuet, vt verterunt Lxx, aut etiam Restituet, quoniã re vera peccato pœna ex iustitia debetur, quasi iure restitutionis. Inde peccata vocantur debita, quæ quotidie nobis dimitti postulamus. Vt autem debita vel remittũtur, vel iure exiguntur, ita peccata, nisi per pœnitentiam remittantur, iuxta quod scriptum est: Beati quorum remissę sunt iniquitates: seueriſsime repetuntur, sicut ait Dominus: Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Vt ergo cordati homines, etiam si gratissimum sit, & aptissimum quod emere volunt, diligenter considerant, an possint postea esse soluẽdo, ne vitam misere in vinculis finiant: ita nos cum honores, voluptatesque blandiuntur, videamus, ne ęs alienũ contrahamus, quod dissoluere minime possimus. Aut si forte iam cõtractum est, Mariam Magdalenam, imitemur, quæ cum deberet quingentos denarios, nec haberet vnde solueret, cucurrit ad pedes Domini, & lacrymis rigauit, capillis tersit, vnguentum infudit, & remissa sunt ei peccata multa, quia dilexit multum.

Luc. 7.

CAP. XIII.

LOquẽte Ephraim, horror inuasit Israel: & deliquit in Baal, & mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandũ: fecerunt-que sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totum est. His ipsi dicunt, Immolate homines vitulos adorantes. Idcirco erũt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Aegypti: & Deum Esa. 43. absque me nescies, & saluator non est præter me. Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. Iuxta pascua sua adimpleti sunt, et saturati sunt: & eleuauerunt cor suum, et obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos. Perditio tua, Israel: tantũmodo in me auxilium tuum. Ubi est rex tuus maxime nunc? saluet te in omnibus vrbibus tuis: et iudices tui, de quibus dixisti, Da mihi reges 1. Reg. 8. & principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indigna-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione mea. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis venient ei: ipse filius non sapiens: nunc enim non stabit in contritione filiorũ. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne, consolatio abscondita est ab oculis meis. Quia ipse inter fratres diuidet: adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem. Et siccabit venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse deripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

1.Cor.15. Hebr.2.

Ezec.19.

HISTORIA.

1 * *Loquente Ephraim horror inuasit Israel.* Exprobrat illis idololatriam, & vt magnitudo peccati appareat, antiquitatem eius docet, quod semper ijdem sint, & neq; correptionibus prophetarum, neq; plagis edocti per tot annos resipuerint. Cum loqueretur, inquit, Ephraim, id est, Ierobohã, & eius contribules, ac principes, & populum ad vitulos aureos adorandos hortaretur, statim Israel totus tremere, horrereque cœpit, & nõ est ausus regi suo, ac principibus contradicere. Recentiores hunc locum interpretantes addunt quædam è suo, quæ addenda nõ sunt, ita enim vertunt. Loquente Ephraim tremor fuit audienti, ipse eleuauit caput suum in Israel In Hebr. autem est tantummodo. Cum loqueretur Ephraim, horrorẽ leuauit ipse in Israel: quæ ita vt sunt sine vlla additione sensum nostræ translationis perspicue reddunt. Leuauit horrorem, in Israel, siue tremorem, vt verterunt Symmachus, & Theodotion: quod quid est aliud, quam Horror inuasit Israel?

Et deliquit in Baal, id est, Post hæc Bahalem quoque adorauit non contentus adorasse vitulos.

2 *Et mortuus est.* Non de morte animæ solum loquitur, sed hoc præterea significat: Inde morti, & captiuitati, & tot calamitatibus obnoxium se reddidit, ita dictum est Gene. 2. In quacũque die comederis ex eo, morte morieris.

Et nunc addiderunt. Quasi veteres idolatriæ satis non essent.

Quasi multitudinem idolorum. Interpretes vertunt, Iuxta intelligentiam suam, siue iuxta prudẽtiam suam, quoniam תְּבוּנָה cadit à בון, quod est intelligere. Lxx omnino vt nos, Secundum imaginem idolorum. Est autem sensus, fecerũt quasi similitudinem idolorum, id est, fecerunt idola iuxta similitudinem, & ideã, quam prius mente conceperant, & fabricauerant, sicut nunc imagines pingi iubemus hoc, vel illo corporis, aut oris habitu, hunc, vel illum affectũ præse ferentes, & ideo est in Hebr. Iuxta similitudinem suam idolorum, id est, quam ipsi animo conformauerant ad idola facienda. Ac si dicat: Nihil morati sunt, sed quomodo voluerunt, ita fecerunt.

Factura artificum torum est. Nihil habent diuinitatis, neq; aliud quidquam sunt, quã quod artifices ea esse voluerunt.

His ipsi dicunt: Immolate homines vitulos adorantes. Pro His ipsi dicunt, in Hebr. & apud Lxx est: Ipsis ipsi dicunt, id est, alij alijs dicunt, sacerdotes videlicet populo, vt exponit Hieronymus, Si vultis placere dijs vestris, immolate illis homines ita Hieronymus, & Cyrillus. Nam in tantam eos amentiam venisse, vt iuxta ritus gentium homines immolarent, Dauid plane docet Psalm. 105. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarũ, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Noui interpretes aliter hunc locum vertunt, sed Hieronymi trãslatio conuenit cum Lxx, qui aiunt. Ipsis ipsi dicunt, Sacrificate homines. Ex quo perspicuum est veteres legisse זִבְחוּ, id est, immolate, non vt modo legitur: זֹבְחֵי, id est, immolantes. Pro Adorantes est יִשְׁקוּן, id est, osculabuntur, siue adorabunt. Sed more Hebraico verbum ponitur loco participij, vt cap. 12. nu. 16. adnotauimus, quod constat ex Symmacho, & Theodotione, qui verterunt, Adorantes, & ex Aquila, qui vertit καταφιλοῦντες, id est, deosculantes. Quamuis & verba Hebrea cum punctis, quæ nũc habent, sensum nostræ translationis haud obscurè reddunt. His ipsi dicunt: immolãtes homines adorabunt vitulos, id est, ij demum rite vitulos adorabunt, qui eis homines immolauerint. Lyranus putauit Homines vocãdi casu dici, sed facile mutasset

sententiam,

sententiam, si vidisset apud Lxx, θύσατε ἀνθρώπους, id est, Immolate homines.

4 *Ideirco erũt quasi nubes matutina.* Cito peribunt eorum felicitas, & diuitiæ. Hoc est quod dixit cap. 10. Transire fecit Samaria regem suum, &c. Et c. 11. Sicut mane transit, pertransiyt rex Israel.

Sicut pulus turbine raptus ex area. Puluerẽ vocat, qui ex minutissimarum palearum confractione exilit, Hebræi גֶּרֶן, Latini glumam vocant.

Et sicut fumus de fumario. Pro Fumario est אֲרֻבָּה, id est, fenestra, per quã, scilicet, egreditur fumus. Theodotion transtulit, καπνοδόχος, quod fumũ recipiat exeũtem. Aquila, Cataractam. Cataractam autem (vt ait Hieronymus) proprie vocat foramen in pariete fabricatũ, per quod egreditur fumus.

Cognoscere. *Ego autem Dominus Deus tuus.* Expositimus hæc cap. 12. n. 12. vbi sunt eadem verba.

Cognoui te in deserto, id est, Benefeci tibi, paui te. Deus enim cognoscere dicitur cũ benefacit. Vnde ijs, quibus benefacere non vult, ait Matth. 7. Tunc cõfitebor illis, Quia non noui vos. Et cap. 25. Amen dico vobis, nescio vos. Chaldæus: Ego tribui vobis necessaria in deserto, in terra in qua desiderabatis omnia.

TROPOLOGIA.

5 Deus amicus fidelis. Verè non sunt viæ Dei, sicut viæ nostræ. Homines contemnunt eos, qui in deserto sunt, non agnoscunt amicos, quos manus Domini tangit, & exercet per terram desertam, inuiam, & inaquosam, hoc est, per paupertatem, per morbos, & persecutiones, sed recedunt, & in medijs laborum fluctibus relinquunt. Longe aliter Dominus Deus noster cognoscit suos in deserto, & erga beneficiorum priorum immemores ipse suę bonitatis recordatur, alit eos, ac protegit, & in terram optatam perducit. Quid in amicos ex animo sibi obsequẽtes faciet? Vidimus cap. 12. qualis in Iacob fuerit. De quo eleganter scriptum est Sap. 10. Sapientia, inquit, hos, qui se obseruant, à doloribus liberauit. Hæc autem profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam Sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circumuenientiũ illũ affuit illi, & honestũ fecit illũ. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum. * De huius filio Ioseph subijcit cõtinuo. Hæc venditum iustũ non

6

dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eũ: descenditque cum illo in foueam, & in vinculis nõ dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant, & mendaces ostendit, qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. Magna est ergo hominũ stultitia, qui summo studio amicos quærũt non permansuros, eum autem, qui mutari non potest, amicum habere negligunt. De amicis illis scriptum est Eccli. 6. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Idem de honoribus, de diuitijs, de voluptatibus intellige, quæ vultum sæpe præferunt amicorum, & in die tribulationis, ac præsertim maximæ illius, id est, mortis, fugiunt, & euanescunt. Deus autẽ amicus fidelis est, de quo rectè ibidẽ sapiens: Amicus fidelis protectio fortis, qui autẽ inuenit illũ, inuenit thesaurũ.

HISTORIA.

7 * *Iuxta pascua sua, &c.* Iuxta nõ pro Apud ponitur, sed pro Secũdum כְּמַרְעִיתָם, id est, secundum pascua sua, vt cap. 10. Iuxta vbertatem terræ suæ multiplicauit altaria. Hoc ergo ait: Iuxta abundantiã pascuorum, quę eis dedi, fuit saturitas eorũ, id est, vehementer saturati sunt, & omni bonorum copia circumfluentes extolli cœperunt, & superbire, & mei obliti sunt, quasi iam opera mea nõ egerent. Idem queritur quod Deut. 32. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatꝰ. Hinc Deus multos, quos amat, continet in paupertate, & multum pro pecunia laborantes successibus quasi defraudat, ne qui pauperes salui erunt, diuites detrudantur in gehennam.

Vescia enim mens hominum (vt est apud principem poetarum) *fati, sortisque futuræ, Et seruare modum rebus sublata secundis.*

Prou. 30. Et Salomon ait: Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria. Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus?

Et ego ero eis quasi leæna. Recentiores vertunt, Vt leo, sed de his diximus ca. 5. in illud: Et ego quasi leæna Ephraim.

8 * *Sicut pardus in via Assyriorum.* Pardus velocissimus est, & sæuissimus. Mares in genere pantherarum hoc nomine appellantur, vt docet Plinius lib. 8. cap. 17. Ero, inquit, eis quasi pardi illi, qui in via, qua ad Assyrios

itur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

itur, ſæpe viatores inuadere repente, & diſcerpere ſolent. Occurrebat enim magna, vaſtaque ſolitudo euntibus ex terra Iſrael in Aſſyrios, in qua ferociſſimos pardos, & viatorib⁹ infeſtiſſimos fuiſſe apparet. Noui interpretes pro Aſſyriorum, vertunt, Graſſabor, aut, Inſidiabor, quod fateor etiam ſignificare אָשׁוּר, ſi puncta omittamus, ſed Lxx ita verterũt vt Hieronymus: & ſi præcedentia, ſequentiaque intueamur, melius noſtra tranſlatio cum ſenſu Prophetæ congruit.

* *Quaſi vrſa raptis catulis.* Varijs ferociſſimarum beſtiarum ſimilitudinibus vindictę futuræ demonſtrat atrocitatem, vt magis eos terreat, & ad pœnitentiam prouocet. In Hebr. eſt כְּדֹב שָׁכוּל, quod recentes vertunt, Quaſi vrſus orbatus. Nec vident vrſum parum curare catulos, ideoque orbitate non ſæuire, ſed vrſarum eſſe hoc. Tradũt enim (vt ait Hieronymus) qui de beſtiarũ ſcripſere naturis, inter omnes feras nihil eſſe vrſa ſæuius, cum perdiderit catulos, vel indiguerit cibis. * Quare Lxx, non Vrſus verterunt, ſed Vrſa, tam hic, quã 2. Reg. 17. vbi eadem verba ſunt: Tu noſti patrem tuum, & viros, qui cum eo ſunt, eſſe fortiſſimos, & amaro animo, veluti ſi vrſa raptis catulis in ſaltu ſæuiat. Lxx, ὥσπερ ἄρκτος ἠτεκνωμένη, id eſt, quaſi vrſa catulis orbata. Eodẽ etiam modo eſt in Hebr. Prou. 17. Expedit magis vrſæ occurrere raptis fetibus, quam fatuo cõfidenti ſibi in ſtultitia ſua. Sed Propheta dixit in Hebræo, Sicut vrſus orbatus, ſicut Ariſtoteles dixit, Leones pariunt, ponitur enim nomen ſpeciei, ſed ad congruẽtem, ac debitum ſenſum accommodandũ. Cuius rei exempla multa protulimus c. 10. nu. 14. & 15. Quemadmodum ergo in miluorum, & piſcium, & ſimilium genere, feminę nomen maſculi datur, & aquila femineo genere dicitur etiam ſi mas ſit, ita דב dicitur maſculino nomine vrſa.

* *Et dirumpam interiora iecoris eorum.* Quidã ex neotericis vertunt, Dirumpam clauſurã cordis eorum סְגוֹר לִבָּם. Sed ſciamus Clauſuram more Hebræorum poni pro re clauſa, id eſt, pro eo quod interius eſt: Ita aurum puriſsimum dicitur סָגוֹר, quia magis ſeruatur, & abſconditur. 3. Reg. 6. Atque veſtiuit auro puriſsimo. * Quare eleganter Hiero. vertit, Interiora. Nec vero miremur Hieronymum vertiſſe, Iecoris eorum, cum ſit in Hebræo, Cordis eorum: Cordis enim nomine in ſcriptura nõ ea tantum pars intelligitur, quę vitæ principium eſt, ſed interiora etiam corporis, id eſt, viſcera, vt Pſal. 21. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei. Pſalm. 56. Gladius eorũ intret in corda ipſorum. Immo & interiora rei cuiuſuis, Matth. 12. Ita erit filius hominis in corde terræ, &c. Pſal. 45. Et transferentur montes in cor maris. Ita etiam nomine iecoris viſcera, & interiora omnia intelliguntur. Prou. 7. Donec trãſigat ſagitta iecur eius. Then. 2. Effuſum eſt in terra iecur meum. Cum autem idem hic ſint cor, & iecur, forte iecoris dicere maluit, quam cordis, quoniam ibi ſedes concupiſcentiæ eſſe dicitur, & voluptatũ, propter quas illi in idololatriam, & in tot peccata inciderant.

Beſtia agri ſcinder eos. Non ſolum hæ beſtiæ, ſed etiam ceteræ omnes (vt ait Hieronymus) lacerabunt eos. Hoc Lyranus dicit eſſe factum, cum illi ducerentur capti ab Aſſyrijs, tunc enim fame, & labore pereuntes multi beſtijs laniandi proijciebantur.

Perditio tua Iſrael. Si ſuperiora omnia animo repetas, intelliges te tuarum calamitatum ſemper autorem fuiſſe, non me; me enim tantum bonorum tuorum cauſam fuiſſe comperies. Ac ſi dicat, Quamuis tot mala patiaris, & ita ſis ab hoſtibus laniãdus vt dixi, nihil habes quod mihi ſuccenſeas; hæc enim omnia tuis flagitijs, quæ contra legem, & voluntatem meam commiſiſti, in caput tuum induxiſti, & me quaſi inuitum ad puniendum excitaſti. Nec enim te affligere cupiebam, ſed nouis in dies beneficijs cumulare. *Tantum in me auxilium tuũ*, id eſt, Auxiliari tibi volui, adducere te ad ſalutem volui, non etiam affligere. Itaque dictio, Tantum, nõ cooperationem eorum excludit, ſed pœnas. More humaniſsimi iudicis loquitur, qui famulum, aut amicum in capitalia crimina procliuem nunc precibus, nunc minis ſæpe in officio continuit, operamque diligenter dedit, vt ille vitioſæ naturæ moderaretur, & peccata mortem ſibi paritura vitaret: ſed victus tandem vitijs ſtitia exigente capitis illum damnare cogitur. Qui hæc feciſſet, recte pereunti famulo diceret: Perditio tota tua eſt, tantũmodo in me auxilium tuum. * Hinc iam facile perſpicim⁹ turpiter errare hæreticos in expoſitione ſcripturarum, in qua tamen intolerantiſsime gloriantur. Efficere nituntur

ex hoc loco, nihil ad ſuam ſalutem homine cooperari, ſed peccare tantum poſſe. Num dixit, Cum ego ſalutem veſtram quærebã, ſi quando ad me redijſtis, nihil feciſtis? Si nihil cooperantur, cur cap. ſequenti ait: Conuertere Iſrael ad Dominum Deum tuum, quoniam corruiſti in iniquitate tua? Sed ego eos ſcripturam nõ intelligere nunquã miratus ſum, nam vt Dei ſpiritum omittã, quo carent, etiam in hoc nihil cooperari Deo volunt, nam nec theologiam norunt, nec ſanctorum patrum legunt commentarios, nec pias ad Deum preces adhibent, ſed mediocri linguarum cognitione inſtructi ita ſcripturas legunt, ac ſi Liuium, aut Ciceronem legerent. Illud mirandum tam audacter eos de magnis difficultatibus, & de obſcuriſsimis locis pronuntiare, & impudẽter proferre, quæ non intelligunt. Audiant quomodo hęc verterit Chaldęus paraphraſtes: Cum vos deprauatis opera veſtra ô domus Iſrael, dominantur in vos populi; ſed quoties conuerſi eſtis ad legem meam, verbum meum fuit vobis præſidio. * Nec putent iſti fauere ſibi Hieronymum, qui paulo aliter interpretatur, cum dicit: Infelix Iſrael, & dignus maledictione perpetua, qui in tantũ impietatis deſcendit profundum, vt ſolius Dei ſaluetur miſericordia. Et rurſus: Poteſt autem in Hebræo & hoc ſenſu legi: Diſpereas Iſrael, quia nihil tibi reliquũ eſt, niſi vt mea ſolum clementia conſeruetis. Non enim dicit Hieronymus, ſi conſeruandus ſit Iſrael, nihil ſe ad cõſeruationem ſuam collaturum, ſolumque Deum facturum, ſed nihil meriti eſſe in Iſraele, vt ſaluus fiat, vetera merita nouis peccatis deleuiſſe, ſi quid illi auxilij ferendum ſit, Deum miſericordia ſua fore laturum; at cum tulerit Deus, cooperabitur Deo Iſrael, non enim ſeruari poteſt Iſrael ſine Iſraele. Ceterum quod in Hebræo legitur, שְׁחִתְךָ, vbi nos habemus, Perditio tua, recẽtiores quidam vt Pagninus, & Vatablus, verbum eſſe volunt ſignificans, Perdidit te, ſubaudiuntque, Vitulus tuus. Sed nomẽ eſſe potius, quod perditionem ſignificet, vt vertit Hieronymus, docent Lxx, qui verterunt διαφθορά, id eſt, Perditionem, aut corruptionẽ. Nam quãuis & verbum eſſe poſsit, quis non videat aptius, & plenius dici: Perditio tua Iſrael, tãtum in me auxilium tuum: quam perdidit eo ô Iſrael, tantum in me auxilium tuum?

Vbi eſt rex tuus. Quidam hic pro vbi eſt rex tuus? vertunt: Ero rex tuus; quoniam אֶהְיֶה & Ero ſignificat, & Vbi. At nos (vt quoſdam etiam ex Hebræis omittamus) credamus Hieronymo, credamus Lxx interpretibus, credamus & Chaldęo, qui ita vt Hieronymus, verterunt, vbi eſt rex tuus? Vbi autem ait, *Maxime nunc*, pro his in Hebręo eſt אפוא, quod ſignificat interdum tempus præſens, ſed ſubindicans quodammodo fieri non poſſe, id quod dicitur. Vt Geneſ. 27. Dominum tuum illum conſtitui, &c. Frumento, & vino ſtabiliui eũ, & tibi poſt hæc fili mi, vltra quid faciam? Pro vltra eſt אפוא, id eſt, iam hoc tempore quid tibi facere poſſum? Ideo Hiero. tranſtulit, Maxime nunc ſaluet te, ac ſi diceret: Multum nũc auxilijs eius indiges imminente tanta calamitate, liberet te. Quod per irriſionem dicit, ipſi enim hoc prætextu regem petierãt. 1. Reg. 8. Et iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit pro nobis. Quod autem ait, *In omnibus vrbibus tuis*, hoc ſignificat; In omnibus vrbibus tuis opprimeris ab hoſtibus, & indigebis illius auxilio, voca illum.

Et iudices tui, de quibus dixiſti, &c. Vbi ſunt nunc iudices tui, quos poſtulaſti, quaſi eorum præſidio tutus futurus eſſes? Ex hoc loco intelligimus quod. 1. Reg. 8. expreſsũ non eſt, cum regem à Samuele petierunt ſimul & iudices petijſſe, qui ceu regis conſiliarij iudicarent, quique dignitate proximi eſſent regi, quos nunc iudices, & principes appellat: rex enim bella geſturus erat, ideoque oportebat vt iudices conſtitueretur in ciuitatibus.

Dabo tibi regem in furore meo. Quamuis de tempore futuro loqui videatur, ad præteritum tamen retulerunt Lxx, & Chaldæus, & cum eis Hieronymus, ceterique expoſitores. Et licet illi verterint, Dedi, aut Conſtitui, tamen eleganter mihi videtur Hieronymus tranſtuliſſe. Dabo tibi regem. Solemus enim nõnunquam cum præterita referimus, verba illa imitari, quæ tunc dicta ſunt, cum futuri temporis erant, quod proprium eſt iratorum, & tædio captorum. Ac ſi diceret: Eratis mihi moleſti, ſæpe regem petebatis, dicebatis ſine intermiſſione, Da nobis regem: ita fiet, dabo vobis regem, ſed quem malletis non accepiſſe. Itaque vt verba illorum imitatus eſt, ita etiam reſponſionem ſuam imitatur. Dabo vobis regem, ſed iratus, & aſſidua interpellatione veſ[illegible]

Universidad de Deusto
Biblioteca

satus,& iratus postea auferam. Quod factũ est cum Saulem eis dedit,& postea cum reges Israel capti sunt, præsertimque Hosee, qui fuit tempore captiuitatis decem tribuum. At possumus etiam de futuris regibus intelligere,vt sit sensus.* Obtundebas me, vt regem tibi darem, pœnitebit te petijsse,ego dabo tibi his temporibus, cũ maxime regum opera, & consilio indigebas, reges pessimos, qui te perdant, & qui tales erunt vt cito à me auferantur, vt videmus 4.Reg.15.in Zacharia, Manahem, Sellum, & ceteris.

16

TROPOLOGIA.

Ex his videmus propter peccata populi sæpe regnare impios, vt Iob.34. scriptũ est: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Greg. 25.Moral.c. 20.Nullus,qui talem rectorem patitur,eum quem patitur, accusat, quia nimirũ sui fuit meriti peruersi rectoris subiacere ditioni. Culpam ergo proprij magis accuset operis, quam iniustitiam gubernantis, scriptum namq; est,Dabo tibi reges in furore meo. Quid ergo illos nobis præesse despicimus, quorum super nos regimina ex Domini furore suscipimus?Idem in illud.1.Reg.9.Saluabit populum meum,&c. Nec pro se, nec pro populo pastor datur, quando reprobra plebs reprobum pastorem habere permittitur:cum sic ille præest, sic illi obediunt, vt ad æterna bona nec ille, qui docet, nec illi qui docentur peruenire mereãtur. De quibus per Hoseam Dominus dicit: Dabo eis reges in furore meo. In furore etenim Dei rex datur, quando malis peior præesse decernitur. Talis quippe pastor tunc datur,cũ talis populus regẽdus suscipitur, qui pariter æterna pœna damnentur.

ALLEGORIA.

17 Eamdem pœnam, ac multo sæuiorem Iudæa sensit, cum CHRISTVM à Deo designatum,& datum accipere noluit:& grauissimo Romanorum iugo, immo omniũ gẽtium imperio ceruicem supposuit. Nec corporis hoc malum solum fuit, magistros erroris accepit,quorum peruersitate hodie etiam in sua infidelitate retinetur,ac tandẽ Diabolo subiecta est,à quo captiua teneretur ad ipsius voluntatem. Sed expectant eam acerbiores casus, & seruitus miserabilior in fine sæculi. Recte enim Gregor. 25. Moral. cap. 10. de ea quoque interpretatur illud: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Verum namq; regem (inquit) super se Iudæa regnare noluit, & idcirco exigentibus meritis hypocritam accepit:sicut ipsa quoque veritas in Euangelio dicit: Ego veni in nomine patris mei,& non accepistis me:si alius venerit in nomine suo,illum accipietis. Et sicut Paulus ait: Pro eo quod caritatem veritatis non receperunt vt salui fierent: ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mẽdacio.In eo ergo quod dicitur: Qui regnare facit,&c. Potest ipsum omnium hypocritarum caput Antichristus designari.

HISTORIA.

Colligata est iniquitas Ephraim, id est, Diligenter in memoria mea seruata, vt de illo pœnas sumam. Sumpta metaphora est ab ijs,quę accurate ligantur,& absconduntur, ne excidant,nam ideo etiam ait: Absconditum peccatum eius. Ita Hieronymus,& ceteri.Simile est illud Deuter.32.Nonne hæc condita sunt apud me,& signata in thesauris meis? Mea est vltio,& ego retribuam eis in tempore. Chaldæus: Reposita sunt peccata Ephraim, seruata sunt, vt pœnis multentur vniuersa eorum scelera. Ne ergo nobis clitellam (vt dicitur) Diabolus imponat,persuadeatque quasi non spectare Deus quæ facimus; aut ita spectare vt obliuiscatur. Vides(inquit Dauid) quoniam tu labo- Rom rem (id est, peccata hominum) consideras, vt tradas eos in manus tuas. Dum per pœnitentiam ad beatitudinem illam non peruenimus: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata:colligatæ sunt iniquitates nostræ, absconditum peccatum nostrum, vt puniatur, quia nos sacerdoti non detegimus, vt remittatur. Ti- Rom meamus quod Paulus ait: Secundum autem duritiam tuam, & impœnitẽs cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei,qui reddet vnicuiq; secundum opera sua.

Dolores parturientis venient ei. Vehementes captiuitatis dolores intelligit, ita enim solet sæpe scriptura grauissimos dolores exprimere.

Ipse filius non sapiens. Hoc & cap.7. dixit: Et factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Hoc autem dicit: Ipse Ephraim,quoniam stultus est, & improuidus, non curat futura, neque præuidet; sed manent eum mala grauissima, quæ tolerare nequaquam poterit.Deuter.32.Vtinam

sapierent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.

Nunc enim non stabit in contritione filiorum Cum filij eius,id est,eius populus,conterentur,&occidentur ab hostibus,non stabit,id est, nõ poterit ferre, vt interpretatur Hier. vel nõ poterit resistere aduersarijs,vt Theodoretus,&Lyranus.Contritio propriũ scripturæ vocabulum est in hac significatione. שָׁבַר, quod est conterere, significat calamitatem alicui afferre. Isai. 53. Dominus voluit conterere eum in infirmitate; sumpta videlicet metaphora à rebus, quæ minutissime confringuntur,& quasi in nihilũ rediguntur, vt Psal.47. In spiritu vehementi cõteres naues Tharsis.* Inde cõtritio significat insignẽ aliquã calamitatẽ, qua quis potentia, & fortunis suis priuatur, & quasi in nihilum redigitur. Ierc. 4. Quia malũ ego adduco ab Aquilone cõtritionem magnã. Ibidem:Cõtritio super contritionẽ vocata est, & vastata est omnis terra. Deinde per metonymiam in sacris literis valde vsitatã significat magnũ doloré, qualis ex magna calamitate consequi solet,vt 2.Reg.22. Circumdederunt me contritiones mortis,pro quo Psal. 17. qui idẽ Psalmus est, habemus, Dolores mortis.Inde Psal.50.Cor contritũ, & humiliatũ. Torum hunc locũ ita conuertit Pagninus:Ipse filius fuit nõ sapiens;quoniam si fuisset sapiens,non ad tẽpus stetisset in vulua filiorum. Et ad eũdem modum intelligunt Vatablus, & Leo Hebræus, & Isidorus Clarius, & alij quidam. Cum enim שָׁבַר interdum significet parturire propter confractionem mulieris, & dolorem: inde שֶׁבֶר putant hoc loco significare parturitionem,aut vuluam,vt sit sensus:Filius insipiens est,nec vnquã resipiscere vult, sed est velut fetus, qui non egreditur ex vteri materni angustijs, sed illic diu moratur in illo dolore.* At multa addit è suo Pagninus,in Hebræo enim non sunt plura verba,quam in nostra translatione. Deinde,vt omittamus nõ recte cõuenire vt in eisdem verbis, & in eadem metaphora idẽ populus matri assimiletur & filijs:nõ probant שֶׁבֶר ita accipi vt dicũt, nec fortasse probare poterũt, at pro contritione, & dolore passim in scriptura accipitur. שֶׁבֶר est quod ita, vt ipsi volũt, accipitur,sed ijs, cum sint rigidissimi punctorum obseruatores,& patroni,nõ est æquum,vt liceat puncta mutare.Multo ergo melius trãstulit Hier. quomodo & Lxx transtulerunt: quamuis si quis hanc interpretationem simul cum nostra recipiat, nõ admodum repugnarim.

Contritio.

20

21

De manu mortis liberabo eos. Iterũ post duram comminationem eos consolatur promittẽs liberationem,quã per CHRISTVM accepturi erant credentes Euangelio.Propterea ait: *De manu mortis, &c.* id est, Liberabo eos à morte,nam & animas eorũ,quęcunque in limbum descenderint, eo descendẽte liberabo, & postea cũ immortalibus suis corporibus perpetuo vinculo iterũ colligabo. Etenim hæc verba Christi esse nõ solũ nostri,sed etiam Iudęi cõfitentur.* Atq; ita esse intelligẽda docẽt,quę sequuntur:Ero mors tua ô mors,&c.quæ Paulus.1. Cor.15. de resurrectione nra, in qua mors deuicta est,& quę in resurrectione Domini promissa,& inchoata est,interpretatur. Cũ autẽ(inquit) mortale hoc induerit immortalitatẽ,tunc fiet sermo, qui scriptus est:Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimul9 tuus? Quod autẽ ille in resurrectione interpretatus est, nos(vt prudenter ait Hier.)aliter interpretari nec possumus,nec audem9. Nullo ergo modo recipiẽda est multorum Iudæorũ, & quorumdã ex nostris,in quibus est Theodoretus,expositio dici hæc de liberatione à captiuitate Babylonica,vel(vt voluit Ruffin10) de liberatione ab exercitu Senacherib obsidẽte Ierusalẽ. Primũ, quia nõ loquitur hic Propheta de duabus tribub9, quæ liberatæ sunt,sed de decẽ,vt vidimus.Secundo,quia decẽ tribus nõ sunt liberatę,vt liberatio illa figura esset liberationis per CHRISTVM futuræ.Tertio, quod hoc, quod dicimus verba ipsa quoq; indicant, nam vbi habemus, De manu mortis,in Hebr.& apud Lxx est, De manu inferni,idest,מִיַּד שְׁאוֹל,& Lxx ἐκ χειρὸς ἅδου, vt mortem intelligamus non corporis, quam nemo effugere potest, non est enim sensus,Faciam vt non moriantur,sed, Postquam semel morti concesserint,atq; in limbum venerint, eripiam eorũ animas inde, vt nõ perpetuo à morte, ab infernoque teneantur.* Itaque idem est hic Mors,& Infernus, quia idem est teneri à morte, & ab inferno, vt Psalm. 17. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Inde alterum pro altero sæpe ponitur. Nam vbi habemus: Vbi est mors victoria tua? Paulus in Græco habet, Vbi est inferne victoria tua? Contra

22

23 Infernus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LXX, aiunt. Vbi est mors causa tua? vbi stimulus tuus inferne? Et Act. 2. vbi legimus: Quem Deus suscitauit à mortuis solutis doloribus inferni, in Græco est, λύσας ὠδῖνας ᾅδου, id est, soluēs, aut, cum soluisset, dolores mortis, & ita legit Chryso. hom. 6. in Actus Apost. Locus Act. 2. Iesuscitauit illum Deus soluens, & irritans dolores mortis, hoc est quod per tot dolores mors effecerat, vt. s. anima separaretur à corpore, & hoc est quod nūc ait, De morte redimā eos. Scio Hiero. distinguere inter Mortē, & Infernum. Mors, inquit, est qua anima separatur à corpore. Infernus, locus, in quo animæ recluduntur, siue in refrigerio, siue in pœnis, pro qualitate meritorum. Quod autem aliud sit mors, aliud infernus, & Psalmista demonstrat dicens: Nō est in morte qui memor sit tui. Psal. 6. In inferno autē quis cōfitebitur tibi? Et in alio loco: Veniat mors super eos, & descendant in infernū viuētes. Psal. 54. Sed nō aduersatur nobis Hie. ille enim vocabulorū proprietatē expressit: nos autē eādem proprietatē agnoscentes dicimus mortē pro inferno, & infernū pro morte accipi, quoniā ante CHRISTI passionē simul hæc duo fiebant, mori, & descēdere ad inferos. Sed ad Prophetæ nostri locū reuertamur. Ita eū intellexit Euse li. 4. Demonst. Euang. c. 12. & ita intellexerunt veteres Hebræi, citat enim Lyranus glossam quandam Hebraicam, quam refert etiā Galatinus libr. 8. contra Iud. c. 21. & R. Moysis Hadarsan esse testatur in caput. 24. Gene. vbi ait: Ibat mecum Messias filius Dauid quousq; perueni ad portas gehēnæ. Cūque viderēt captiui qui in gehenna erāt, lumen Messiæ, gauisi sunt eū recipere dicētes: Hic educet nos de his tenebris, sicut dictum est Hos. 13. De manu inferni redimam eos, de morte liberabo eos, &c. * Bis ergo dicit: De morte liberabo eos, vt certior, & firmior intelligat esse promissio. Nisi quis cū Ruper. malit exponere: De manu mortis liberabo eos. i. de morte animæ, qua mortuus est Adam, cū præceptum transgressus est. De morte redimam eos, scilicet, corporis, quam Deus his verbis comminatus est: Pulueres, & in puluerem reuerteris. Gen. 3. Sed mihi quod prius dixi multo magis probatur.

24

Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne. Pro his Paul. 1. Cor. 15. dixit: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Cū dixisset paulo ante: Cū autē mortale hoc induerit immortalitatē: tūc fiet sermo, qui scriptus est Absorpta est mors in victoria: In quibus quatuor existūt explicāda, quæ sunt valde difficilia. Primū est, quis sit sensus verborū Prophetæ, Secundū, vnde illud Paulus desumpserit: Absorpta est mors in victoria, cū in Hosea, vnde cetera desumpta sunt, non inueniatur. Tertium quomodo verum sit quod Hie. & omnes affirmant, Paulum ibi hæc Hoseæ verba referre, quæ nunc enarramus, cum sensus prophetæ multū videatur esse diuersus. Quartum, Quomodo de omnibus intelligatur qđ dicitur solū Israeli

Primæ quæstionis hæc sit solutio. Paulus verba, quæ retulit, aperte de resurrectione generali exposuit: cū autē mortale hoc induerit immortalitatē, tūc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors, &c. At Aug. ser. 137. de temp. & Greg. 12. Mor. c. 8. & hom. 21. in Euā. qui ex Aug. desumpsit ad verbū, & eos secutus Ansel. (seu quicūq; fuit alius) in locū hūc Pauli, verba nostri prophetæ de descensu CHRISTI ad inferos, & de eius resurrectione interpretātur ad hūc modū. Quod occidimus, agimus vt penitus nō sit ex eo autē quod mordemus, partē abstrahimus, partemq; relinquimus. Quia ergo in electis suis funditus Dñs occidit mortem, mors mortis extitit: quia vero ex inferno partem abstulit, partemque reliquit, nō occidit funditus, sed momordit infernū. Dicē dū est ergo vtrūq; prophetæ sensui cōuenire. Cœpit enim fieri hoc quod ait prophe ta in resurrectione Dñi, quia tūc prēmōstrata est nostra resurrectio, & resurgēte capite quodāmodo nos membra cū eo resurrexi mus, sicut ait Apostо. Eph. 2. Et cū essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos CHRISTO, cuius gratia estis saluati, & cōresuscitauit, & cōsedere fecit in cœlestib⁹ in CHRISTO IESV. Sed pfecte implebitur cū vere corpora nostra resumemus, tūc. n. penitus vincet mors. * Vnde ibidē ait Pau. Oportet autē illū regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedib⁹ ei⁹, &c. nouissime autē omniū inimica destruet mors. Quib⁹ verbis haud obscure docuit nō esse plene impletā, pphetiā, donec mors penit⁹ destruat⁹ in generali resurrectione, cū nihil tā in electos poterit, cū null⁹ eorū in loco purgatorij ignis iam tenebitur, sed à pœnis liberati beatissima immortalitate perfruētur: quāuis cœperit impleri cū Christ⁹ resurrexit, & animas sanctorū eduxit ex inferis. Sed Pau. verba, ppheteę ad id qđ tūc agebat accomo

dauit,

dauit, accommodaturus etiam ad tempus resurrectionis CHRISTI, si ita causa postulasset. Sed hoc addam⁹, illud, *Morsus tuus ero inferne*, posse aliter exponi satis apte, vt morsus passiue accipiatur, & sit sensus. Ego mortē interficiā, penitusq; disperdam moriēdo, & ad infernū descendēdo, mordebor eīn à te ò inferne, deuorabis me vt hamū, sed tua viscera ferre me nō poterūt cum Deus sim, & à peccato immunis, atq; ita ventre transfixo, & dirupto hamo diuinitatis meæ, foras me emittes, & simul exibunt electi mei. Ita mihi videtur intellexisse Hier. sed latius Rupertus, qui & superiorē sensum attulit, & ad hunc posteriorem adducit illud Iob. 40. In oculis eius quasi hamo capiet eum. Et ibidē. An extrahere poteris Leuiathan hamo?

27 Ad secundam quæstionē respondet Lyranus hic, & in Paulum sequi Apostolum translationē Lxx, & apud eos legi, Absorpta est mors in victoria. Eadē est sententia Hugonis Cardinalis, & Dionisij, & Caietani in Paulū. Anselmus ait Apostolū dixisse, Absorpta est mors in victoria, vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimul⁹ tuus? pro eo quod Lxx dicūt, vbi est mors causa tua? vbi est stimul⁹ tuus inferne? Recētissimus quidā prophetarū duodecim enarrator breuiter respōdet locū Paulum retulisse, vt est in translatione Lxx eodem sensu seruato. Si enim Deus est mortis mors, plane absorpta est mors in victoria Dei cōtra eā. De priori responsione hoc dicimus mutaturos quidē fuisse eius autores sententiā, si legerent verba Lxx, quæ potuissent vel in Hier. legere, nō enim inuenirēt, quod dicūt. Verba Lxx ita habēt: De manu inferni liberabo eos, de morte redimā illos. Vbi est causa tua mors? Vbi est aculeus tuus inferne? Anselmo, & alteri autori facile verba ipsa Pauli respōdent, quē constat pro eo quod aiunt Lxx, Vbi est causa tua mors? dicere, Vbi est mors victoria tua? quod idē est, vt postea demōstrabimus. Quare quod prius dicit, Absorpta est mors in victoria, nō ostendunt, vnde sumptū sit, sumptum autē esse ex aliquo scripturæ loco, nec ab Apostolo addi quasi explicandi causa, perspicuū est, ait enim: Tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. * Vidit hoc. S. Thomas, ac propterea negat inueniri in aliquo scripturæ libro secundū nostrā translationē. Si tamē (inquit) inueniatur in translatione Lxx, non est certum, vnde sumptū sit. Potest tamē dici esse

28

sumptum ex illo Isa. 26. Viuent mortui tui, interfecti mei resurgēt vel ex illo c. 25. Precipitauit mortē in sempiternum. Et cū hoc dixisset subijcit: Hosee. 13. vbi nos habem⁹: Ero mors tua mors, Lxx habent, Absorpta est mors in victoria. Quod ego plane additum ab aliquo arbitror in margine volente quodammodo corrigere, quod dicebat S. Thomas, atq; inde paulatim è margine trāslatū in cōtextum, vt sæpe factū est in libris manuscriptis. Mihi videtur ex secūdo loco eorū, quos indicauit S. Thomas, desumptū esse iuxta Lxx trāslationē, id est, ex illis verbis ca. 25. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς ἰσχύν. Quod ad verbū sonat, Deuorauit, siue absorpsit, mors prævalens. Pro quo nos habemus, Præcipitauit mortē in sempiternū, nō Precipitabit, vt fere habent codices, cū constet pręteriti esse temporis in Hebręo, & in Græco. * Est autē Hebræorū cōsuetudo, vt nonnunquā præteritū actiuum ponāt pro passiuo: præteritum autem nunc voco etiam futurum, cum præteriti significationem habet. Vt Gene. 15. Credidit Abraham Deo, & reputauit hoc illi iustitia, ita enim in Hebr. est, pro quo tamē Lxx ibidem, & Paul. Rom. 4. verterunt: Et reputatum est illi ad iustitiā. Et Mich. 1. Quia de mercede meretricis cōgregata sunt, in Hebr. & in Græco est, Congregauit. Et Mich. 6. Indicabo tibi ò homo quid sit bonum, in Heb. est, יגד, id est, Annuntiauit, pro Annuntiatū est: Ita pro Absorbebit mors, Paulus, pprietatis linguæ sue peritissimus vertit, κατεπόθη ὁ θάνατος, Absorpta est mors, sicut quod erat in Heb. Reputauit hoc illi iustitia, aut iustitiā. Vertit, Reputatū est illi ad iustitiā. Passiue autē accepisse Prophetā hoc verbum, docet Athanasius in libro de passione, & cruce Dñi post mediū, vbi probare volēs mortē perditam, atq; consumptā fuisse à Dño, ita hæc verba citat: In deglutione mors fuit postquā inualuerat. Euseb. etiā li. 4. de Demōst. Euang. c. 12. ait: Hac sane ratione ipsius etiam corpus mortuū excitatū est, & multa corpora eorū qui dormierant sanctorū, surrexerūt, vnaq; cum ipso in sanctam, ac vere cœlestem ciuitatem ingressa sunt, vt merito ex hoc in sacris literis dictū sit: Absorpsit mors, quæ inualuerat, &c. Constat autē nihil probari ab Eusebio, nisi καταπόσεως, id est, absorpsit, passiue accipiat pro absorpta est. * Et Hier. in hunc locū Hoseæ ait: Potest mors, & infernus, & Diabol⁹ accipi, qui Chri morte iugulat⁹ est.

29 Regul. Hebræi præteritū actiuū pro passiuo interdum ponunt.

30

Universidad de Deusto
Biblioteca

De quo & in Esa. loquitur, Deuorauit mors, inualescens, & in Isaiam. Hoc (inquit) consilium Domini est, vt cuncta transferantur ad gētes, quia mors absorpta est, & lacryma omnis absterſa, &c. explicat enim ibi verba translationis LXX. Trade omnia hæc gētibus, consiliū enim hoc super omnes gētes, deuorauit mors prævalens, &c. Sed melius fortasse, molliusq; explicabimus in hūc modū. Mors nō absolute hic ponitur, sed cum articulo tā apud Hebræ. הַמָּוֶת, quam apud Græcos, ὁ θάνατος, vt non de quauis, sed de morte aliqua insigni verba fieri intelligamus, hoc est, de morte CHRISTI. Absorpsit mors prævalens, idest, mors illa insignis prævaluit alteri morti, quæ per peccatum introducta erat in mundum, & absorpsit eam, id est, exterminauit, atque cōsumpsit. Ita intellexisse videtur Irenæus libr. 5. ante medium. Deuorauit, inquit, mors potens, id est, vita per CHRISTVM restituta. Idē Paulus dixit: Absorpta est mors in victoriam, ita enim legendū est, εἰς νῖκος, pro quo in Heb. est, לָנֶצַח, id est, in victoriā, vel in finem. Quod Chrysosto. Theophy. OEcumenius, & alij ita ibi exponūt, id est, in victoriā, hoc est, in finē, & euersionem, vt plane nihil eius reliquum sit, neq; reuertendi spes appareat vlla. * Hoc ipsum dicitur his verbis: Absorpsit mors prævalens, aut inualescēs, ita enim prævaluit mors CHRISTI aduersus mortē, vt eā penitus profligauerit, & perdiderit. Atq; huic expositioni recte cōuenit cū verbis Euse. & Hier. iam relatis. Quod autē patres interdum ita citant: Absorpta est mors in contentione, siue in contentionē, vt Hier. hic, & in ep. cōtra Iohan. Ierosolymitanū, & August. tract. 12. in Ioh. & Primasius in Paulū: varietas codicū effecit, in quibusdam enim legebatur εἰς νῖκος, id est, in contentionē. Sed omnino legendū est, In victoriā, vt ipse Hier. correxit in nostra trāslatione, & vt sæpe citat Aug. vt lib. 3. de peccatorū meritis, & remissione. c. 11. & in li. 83. quæst. Q. 70. & in Psa. 64. in illud: Et tibi reddetur votū, &c. & serm. 161. de tēpore. Ita legerunt etiā Chrys. & Græci citati, & ita poscunt verba Isaiæ, vnde hæc Pauli sumpta sunt. Eūdem sensum habent verba nostræ trāslationis: Præcipitauit mortē in sempiternū, nēpe, mors CHRISTI, aut CHRISTVS moriens consumpsit, & disperdidit mortem in sempiternum, id est, omnino, ita vt nihil reliquum eius sit, neq; reuertendi spes appareat vlla, vt Chryso. Nā Præcipitare pro Disperdere, & pro verbo לָצַח, lape in nostro interprete legimus, vt 2. Reg. 20. Quare præcipitas hereditatem Domini? Iob. 10. Et sic repētē præcipitas me? Psal. 54. Præcipita Domine, diuide linguas eorū.

De tertia quæstione pauca aut fere nihil dicūt autores; nec desunt qui negēt in Hosea hæc verba Pauli inueniri: Vbi est mors victoria tua? &c. Sed cōmunis sententia est ex hoc loco Hoseæ sumpta esse iuxta LXX translationem, in qua eadem omnino verba sunt, nisi quod vbi Paulus ait, Vbi est mors victoria tua? LXX posuerunt, Vbi est causa tua mors? sed forte LXX primum νῖκος posuerunt, id est, victoria, deinde errore scribentium vna litera mutata positum est δίκη, id est, causa. At quoniam vbique legimus δίκη, & Hieronymus autor est ita vertisse LXX, dicendum est Paulum mutato verbo nō mutasse sensum. Δίκη enim forense vocabulum est, & significat causam, quæ apud iudicem agitur, & ipsam iudicis sententiam, & ius, siue actionē ad aliquid faciēdū, aut petendū, & pœnam, quæ infligitur, quā etiam Latini Dicam nonnunquam vocāt. Græcum nomen vsurpantes pro suo. Quæ omnia cōueniunt verbis LXX, & efficitur sensus Pauli. Possumus ergo his quatuor modis exponere, qui in idē recidūt, Vbi est mors causa illa tua, qua cōtra homines in iudicio Dei certabas, & superior illis eras? Aut, vbi est sententia illa, quam quasi domina in homines pronuntiabas, vt scilicet omnes morerentur. Vbi est ius illud quod habebas in genus humanū, vt totū perderes? Vbi est pœna illa durissima, qua omnes multabas, & perdebas? * Si quis autem miretur priora verba esse Isaiæ, & posteriora Hoseæ: sciat moris esse apostolis, vt duos, aut plures locos eiusdem libri, vel diuersi quasi vnum testimoniū ponant, vt 1. Pet. 2. Non credentibus autē lapis, quē reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali. Prior testimonij pars est ex Psal. 117 posterior ex Isaiæ, 8. Et Mar. 1 Sicut scriptū est in Isaia prophe ta: Ecce ego mitto angelum meum, &c. Simul copulat Malach. & Isaiæ testimoniū.

Illa est multo maior, & difficilior quæstio, quomodo hæc verba Pauli: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? cōueniant cum verbis propheræ: Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne. Sane si de

verbis Hebraicis agitur, ea & sensum Pauli, atq; Lxx, & alterū quē nostra translatio expressit, aptissime reddunt. Ita enim habēt. אַהִי דְבָרַיִךְ מָוֶת אֶהִי קָטָבֵךְ שְׁאוֹל. At אַהִי significare Ero, notum est, sed etiam significare vbi, ostendimus aduersus recentiores quosdam paulo ante in illis verbis: vbi est rex tuus? Rursus דְּבָרַיִךְ potest esse à דֶּבֶר, quē est verbum, vt sit sensus, vbi sunt verba tua ô mors? scilicet, illa, quibus aduersus homines litigabas, aut quibus in homines sentētiam mortis pronuntiabas victrix. Pro quo Lxx dixerunt, vbi est causa tua mors? Paulus autem, Victoria tua. * Potest etiam esse à דֶּבֶר, quod est mors, siue pestis. Et ita Hieronymus vertit: Ero mors tua ô mors; si autem ad verbum omnino reddamus, Ero mortes tuæ, aut pestes tuæ, mors, id est, maxima mors, & pestis tua. Eadem ambiguitas huius dictionis peperit diuersas translationes Isa. 9. vbi Hiero. vertit: Verbū misit Dominus in Iacob, & Lxx transtulerant: Mortem misit Dominus in Iacob. קֶטֶב vero est morsus, & rectissime ponitur pro re mordente, & pungente more Hebræorum, id est, pro stimulo, siue aculeo. Recte igitur verterunt Lxx, & recte Hieronymus. Sed merito aliquis quærat, cur Hieronymus nō reddiderit illum eumdem sensum Lxx, quē Paulus probauerat, sed alterum, cum constaret iam spiritum sanctum id, quod Paulus expressit, voluisse? Respondeo sensum illum Pauli esse Spiritus sancti, sed nostræ quoque translationis sensus eiusdem Spiritus sancti est: nā Ecclesia his verbis tāquam Spiritus sancti vtitur in officio Ecclesiastico: Ero mors tua ô mors, & sancti patres à tempore Hieronymi vt Spiritus sancti, & Prophetæ verba amplexi sunt. Sed Paulus necesse habuit translationē Lxx sequi, quia Græcis scribebat, & erant eorū verba ad generalis resurrectionis cōfirmationem illustriora. * Hier. autē vidit eū sensum à Paulo fuisse expressum, ideoq; alterū, qui in eisdē verbis latebat, à se putauit exprimendū, vt videret fideles Prophetā non solū de resurrectione nostra, sed etiā de Christi resurrectione, & descēsu ad inferos, animarumque liberatione vaticinatū esse. Quemadmodū in Euāgelio cū panis ἐπιούσιος, & Supersubstātialis verti posset, & Quotidianus, alterū in Matt. 6. explicuit, alterū Euāgelio Luc. c. 11. reseruauit, & ita cōmode vtrumq; dixit.

Quarta quæstio breuiter explicatur. Promittuntur hæc quidē Israelitis suscipientibus Euāgelium, sed in illis omnes electi intelliguntur, vt ostendimus c. 1. in illa verba: Et erit numerus filiorum Israel, quasi arena maris. Præterea quāuis illud: De manu inferni liberabo eos, de morte redimam eos, omnino ad solas decē tribus pertineret, tamen quod sequitur ad oēs electos pertinet: Ero mors tua ô mors, &c. Nam si solos fideles ex decem tribubus liberaret, reliqui autem à morte tenerentur, non posset recte dicere, Ero mors tua ô mors, quandoquidem non prorsus destruebatur inimica mors. Quare præclare Paulus de omnium resurrectione interpretatus est.

Consolatio abscondita est ab oculis meis. Noua hinc sententia incipit, nec est prioris pars, vt in multis Hebraicis, Græcisq; codicibus. Loquitur autem Propheta præsentē illius temporis conditionē intuens, & iterum se cōsolatur ad CHRISTVM liberatorē rediēs. Nō possum, inquit, consolationē inuenire, cum videam homines omnes morte rapi, & ad inferos descendere. Ipse enim, scilicet infernus, fratres, id est, carissimos quosq; diuidit, & à se inuicem separat. Sed vt dolore maximo afficior, cum præsentem hominū mortalitatem, & tristissimam catorū separationem intueor: ita cum ad venturū mortis victorē oculos cōuerto, lætor, & exulto: propterea enim subijcit: Adducet vrētem ventum, &c. Quidam hic volūt verti debere, Pœnitudo abscondita est ab oculis meis. Sed nos possumus ostendere נֹחַם pro consolatione sæpe accipi, ipsi non ostendūt vbi pœnitudinem significet. Deniq; Lxx etiā verterūt: cōsolatio, id est, παράκλησις. Alij pro, Ipse inter fratres diuider, vertūt, Ipse inter fratres crescet. Sed ijs respondemus nō poni hic נָפַץ, quod significat crescere, vnde dictus est Ephraim dicente patre eius: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ, Gene. 41. sed פָּרָא cum ץ, quod est diuidere, vnde & onager solitarium animal, & diuisum ab alijs פֶּרֶא vocatur. Et R. Iona exposuit, Erit vt onager. Denique Lxx ita verterunt, Diuidet.

Adducet vrentem ventum Dominus. Hyppolytus martyr in oratione de consūmatione mundi, ventum vrētem interpretatur Antichristū, alij (vt refert Hier.) Diabolū interpretabantur: sed recte ipse vtrisq; respōdet, displicere id sibi, neq; enim Diabolus venas mortis, fonteſq; erroris siccare potest, cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipse fons,& initium mortuorum sit. Sunt qui Cyrum regem esse velint, vt Theodorerus,alij alios,quibus contextus ipse verborum Prophetæ me tacente aduersatur. Nos cum Hieronymo hic,& in epi. ad Heliodorum,cuius initium est, Grandes materias, & cum Cyrillo,sine dubio CHRISTVM esse credimus. Qui cur ventus vrens dicatur, ipse Propheta exposuit: Et siccabit venas eius,& desolabit fontem eius. Appellat autem hunc ventum רוּחַ, De quo initio cap. 12. diximus contra recentiores,& Austrum hoc loco significat, qui calidissimus est,& æstate fontes exiccat. Hoc ex eo intelligimus,quod dicitur ascendere de deserto. Neque enim per desertum terra Assyriorum significatur in scriptura,vt quidam ex Hebræis putant, sed pars Australis: habet enim terra promissionis ad Meridiem desertum Arabiæ Petræ, & ideo deserti nomine terra Australis intelligi soler. Gen. 12. Perrexitque Abraham, & vltra progrediēs ad Meridiem. *Pro quo est in Heb. Versus Austrum,& LXX vertunt, In desertum. In quæ verba Hier. in Trad. Heb. ita ait. Et in præsenti,& in plurimis alijs locis, pro deserto, Ad Austrum scriptum est in Hebræo. Hoc igit̃ notare debemus,&c. Ge. 13. Vide à loco,in quo nunc es ad Aquilonē,& Meridiem,in Hebræ. est, Ad Aquilonem,& ad Austrum,apud LXX Ad desertum. Quare Pagnin. qui. c. 12. pro קְדִים verterat Eurū, hic veritate ipsa conuictus Austrū trāstulit.

Desertum.

Auster.

38

De deserto ascendentem. Hiero. exponit, de deserto generis humani, vel ex vtero Mariæ virginis,qui absq; semine humano edidit saluatorē,& ad hoc adducit illud Hab. 3. Deus ab Austro veniet,& sanctus de mōte Pharā,qui mōs in solitudine,& in Meridie situs est. Porro humanum genus merito desertum dicitur,quia incultū,& aridū, & infrugiferum fuit,donec CHRISTVS ex eo ascendit,vt bene cum Isaia dicamus: Ascendet sicut virgultum corā eo,& sicut radix de terra sitiēti. *Marię etiā sacratissimę vterus nō male desertum dicitur,quod nullius hominis pedibus calcatum est. Dicitur etiā venire à meridie. i. à clara luce,vt idem Hier. ait in Hab. c. 3. idest,à luce inaccessibili,quā Deus habitat. 1. Timot. 6. atq; ita plenus venit lumine. Refert & ibidē Hieron. Heb. cuiusdam expositionē,quæ mihi sane nō displicet, CHRISTVM venisse ab Austro. i. ex Bethlehē,quæ est in parte Australi Iudææ,id est, ab eadē parte à qua est desertum. Nam & Iudæa ipsa respectu totius terræ promissionis ad Austrum est. Vnde illud Iere. 13. Ciuitates Austri clausæ sunt. i. ciuitates Iudææ,& Isa. 30. Onus iumentorum Austri. i. prophetia cōtra tribū Iuda,& Bethlehem adhuc magis vergit in austrum, quam Ierusalem.

Isa. 11.

39

Et siccabit venas eius, & desolabit fontē eius. Per venas terrę occultas aqua venit ad fontes,& flāte Austro fontes æstate siccantur. Venæ mortis, siue inferni peccata sunt, vt ait Hiero. tota enim vis, & tota necessitas mortis ex peccato orta est, Per vnum enim hominē peccatū in hunc mundū intrauit, & per peccatum mors. Rom. 5. Vt igitur venis arefactis fontē ipsum arescere, & perire necesse est: ita cum peccata penitus tollentur,tolletur & mors. CHRISTVS igitur gratiæ suæ vi quasi vētus quidam vrens tollet peccata,mortisque fontē siccabit. Sed possumus & aliter interpretari venas inferni esse peccata,fontem inferni esse mortem, nam sicut è fonte haurimus aquā,ita infernus è morte hauriebat,& capiebat animas, quas deglutiebat. Sicut enim mors nulla esset,nisi fuisset peccatū,ita animas nō caperet infernus,nisi prius per mortē à corporibus separarētur. Hoc ipsum alijs verbis Paulus dixit nō minus elegātibus. Nam post illud: Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? subijcit Stimulus autē mortis peccatum est, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias,qui dedit nobis victoriā per Dūm nostrum IESVM CHRISTVM. Stimulum mortis vocat, non quem mors fecit,sed quo mors facta est, sicut lignū vitæ,non quod fecit vita, sed quo vita fieret, vt ait August. lib. 3. de peccatorum meritis. c. 11. Peccato igitur mors vtebatur vt stimulo,ac telo,quo homines ageret in interitū. Huic autē stimulo robur,& vires suggerebat lex,quæ quodā modo peccandi occasionē præbebat multa prohibēs, & peccata ostēdens,nec sanans. Nitimur enim in vetitū semper,vt quidā ait, cupim usq; negata, & ideo quo magis lex phibebat, magis occasion ē præbebat optādi phibita.* Ita docet Apost. Ro. 7. Nā cōcupiscentiā nescieba, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatū est in me omnem concupiscentiam: sine lege enim peccatum mortuum erat, sed cū venisset mandatū peccatum reuixit. Ita hunc locum interpretantur August. loco citato, Chrys. & Theoph. Primasius, Ansel. S. Tho. & ceteri.

Loco citato.

Ouidius lib. 3. de tristibus 4.

Thesaurus

Et ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis. Thesaurus interdum diuitias significat,vt omnes norunt, interdum vero receptaculū,in quo copia rei alicuius est, vt. Psal. 134. Qui producit ventos de thesauris suis. Mat. 2. Et apertis thesauris suis,obtulerūt ei munera. Et. c. 13. Qui pfert de thesauro suo noua,& vetera. CHRISTVS igitur diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis,id est, omnia vasa desiderabilia, quæ infernus in thesauris,ac receptaculis suis seruabat, hoc est animas sanctorū, quas alligato forti eripuit,& tulit ex inferis, & quasi vasa pretiosissima secū perduxit in paradisum. Plenius vero in fine sæculi spoliabit inferos, id est, omnes electorum animas liberabit, & offeret regnum Deo,& Patri.

TROPOLOGIA.

42

Nobis quoque non raro accidit,vt cōsolatio abscōdatur ab oculis nostris,cū videamus infernum, ac Diabolū diuidere inter fratres, & separare à nobis per hæreses, & schismata fratres nostros,qui fidei eiusdem cōmunione nobiscū copulabātur. Interdū à communione eiusdē spiritus, & caritatis per peccata separātur,& à sancto proposito redeunt ad vanitates, & insanias falsas. Sed ne desperemus cuiusquā salutē, dum viuit, oremus cōmunem parentem, qui dines est in misericordia,vt adducat ventum vrentē de deserto ascendentē,id est, CHRISTVM, qui tētationes auferat, & appetitū peccādi extinguat,& siccet omnē fontē peccatorū, & mortis, eripiatque ex potestate Diaboli animas, quas pretioso sanguine redimere dignatus est. In nobis etiā ipsis obortę tētationes pacē animi adimunt,& quasi serenū cœlū obscurāt,piget viæ sanctę,tædet laborū pœnitentiæ, cōcutitur animus ariete cupiditatū, & quodammodo cogi videtur, vt cupiat,quod non cupit,incipiunt dulcia videri, quæ iā diu erāt amara, & quæ olim pro

43

CHRISTO contēpsimus.* Vertit se mens, animusq; ad preces, cœlum æneū videtur: ratiocinatur secum, & cōfugit ad rationes, quibus in contemptum, odiumq; voluptatū induci solebat, nil illæ mouent: ruminat scripturarum verba, non prosunt. Sentit se à fratribus suis diuidi, quos studiū proficiēdi stimulat, videt intra se diuisionem fratrū spiritus videlicet,& animæ. Quid agat? Dauidem audiat. Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei,& Deus meus. Micheas etiam optime: Nunc quare mœrore contraheris? Numquid rex non est tibi, aut cōsiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor sicut parturientis? Habes ô anima regem potentissimum,consiliarium sapientissimū IESVM, qui nomine ipso suo salutem pollicetur. Quamuis redundent in te fluctus tētationum,& aquæ falsissimæ peccatorum, adducet vrentem ventum Dominus, ascendet ad te CHRISTVS de deserto,vnde nullum salutis signum apparebat, ab Austro, & à Meridie,& te luce sua complebit, & quasi lucerna fulgoris illuminabit te. Ipse calore suo exiccabit venas inferni,idest,illecebras cupiditatum, è quibus fit fons aquæ saliētis in mortem æternam, & peccata arefiēt, & omnia quę in te Diabolus recondiderat, & ad perniciem tuam seruauerat, deripiet, & eductus in lucem gratiæ Dei iucundissima libertate potieris.

Psal. 41.

Mich. 4.

CAP. XIIII.

PEreat Samaria,quoniam ad amaritudinem cōcitauit Deum suū: in gladio pereant, paruuli eorum, elidantur, & fœtæ eius discindantur. Cōuertere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniā corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscum verba,& cōuertimini ad Dominū: & dicite ei, Omnē auferiniquitatem,et accipe bonū: et reddemus vitulos labiorum nostrorū. Assur non saluabit nos, super equū non ascēdemus: nec dicemus vltra, Dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te est, misereberis pupilli. Sanabo cōtritiones eorū, diligā eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros et Israel, germinabit sicut li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium: & erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, et erit quasi oliua gloria eius, et odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, et germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. Ephraim quid mihi vltra idola? ego exaudiam, et dirigam eum, ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens, et intelliget ista: intelligens, et sciet hæc? quia recta viæ Domini, et iusti ambulabunt in eis: præuaricatores vero corruent in eis.

HISTORIA.

1 *Pereat Samaria.* Merito post magnificas illas promissiones, quibus caput præcedens clausit, nunc prædicit eorum in captiuitate vastitatem, ne putarent se non esse ab Assyrijs capiendos, & vt omnes intelligerent non de temporali illius populi liberatione verba illa fuisse dicta, sed de æternis bonis per CHRISTVM futuris. Illud autem non est prætercundum, has, & similes in scriptura imprecationes, duobus modis accipi debere, primo vt imperatiuus pro futuro capiatur, & verba illa non sint optantis, sed tantum futura prædicentis, vt decet Hieronymus in illud Psalm. 11. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguã magniloquam. Et August. in illud Psal. 78. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt. Beatus quoque CHRISTI & martyr, & pontifex Anacletus, in epist. 2. quod Psal. 68. scriptum est: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorũ semper incurua, dictũ esse testatur non optantis animo, sed prædicentis mysterio. Immo vero omnes isti imperatiui, Pereat Samaria, &c. Et, In gladio pereant, &c. tam in Hebr. quam apud Lxx, futura sunt, non imperatiui. Ex quo plane intelligimus esse prophetiam, & vniuersa illis tempore captiuitatis accidisse, vt adnotat Hieronymus, hoc est allisos esse paruulos ad muros, & ad saxa, & prægnantes sectas fuisse, atq; diruptas. * Nonnunquam vero ita capiuntur, vt vere sint imperantis, aut optãtis, quomodo hic Hieronymus interpretatur. Imperat igitur, inquit, Propheta, &, vt verius dicam, optatiuo modo loquitur, vt Samaria, id est, decẽ tribus, pereat. Licet autem hoc sanctis vel virtute diuina imperare, vel etiam optare, quo peccatores resipiscãt, aut eorum supplicijs alij corrigantur, aut certe Dei iustitia, & potentia demonstretur, vt optime docet sanctus Thom. 22. q. 25. ar. 6. ad. 3. vbi breuiter adnotat his modis intelligi in scriptura imprecationes, ita enim ibi legendum est, nõ Inerepationes. Quod verò verba sint futuri temporis in Hebræo, nihil moueamur, futura enim apud Hebr. passim imperatiuo deseruiunt, vt & apud nos, Ierem. 3. Patrem vocabis me, & post me ingredi nõ cessabis. Deute. 6. Diliges Dominum Deum tuum. Iure ergo optimo interpres noster Hieronymus vsus est imperatiuo, quo vterq; sensus melius explicatur.

Ad amaritudinem. Ad iram, quæ solet tristitiam, & amaritudinem animi habere.

Et fetæ eius scindantur. Fetas intelligit non quæ pepererunt, sed quæ conceperunt, id est, in vtero habentes, siue prægnantes, vt verterunt Lxx, & Chaldæus. Quod satis indicat Hebræa vox הָרָיוֹת, deducta ab הָרָה, quod est Concepit. Atque ita quoq; fetam apud Latinos dici, docet illud Virg.

Non insueta graues tentabunt pabula fetas.

Impreca-tiones quo modo accipiendæ.

Solere autem sæuiente victoria prægnãtes scindi ex scriptura didicimus. Inde Hamos 1. Eo quod dissecuerit prægnantes Galaad.

Conuertere Israel. Quasi dicat: Et si in captiuitatis miserias incideris, ne desperes te aliquando fore à Deo recipiendum, si modo conuerti velis.

Quoniam corruisti in iniquitate tua. Tot mala pateris, & ita humiliatus es à Deo propter iniquitates tuas, nam ipse vellet tibi benefacere, nisi tu tot peccatis obstitisses.

Tollite vobiscum verba. Describit eleganter formam vere pœnitentis, verba quę afferre iubet sunt preces, & delictorum cõfessio, vt ait Hieronym⁹, Chaldæus: Afferte vobiscũ verba confessionis. Quod non tam de laudibus Dei, quam de vera peccatorum agnitione, & confessione accipiendum est, qua maxime Deus laudatur, vt Iosue. 7. videm⁹. Fili mi, inquit, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Chrysost. in homilia, Cum presbyter esset designatus, tomo. 5.

adnotat non esse dictum, Tollite armenta boũ, aut similæ mensuras, sed, Tollite vobiscum verba. Quoniam maximum, inquit, & pretiosissimum sacrificium sunt verba, & laudes Dei. Probat ex Psalmo. 68. vbi cum Dauid gratias Deo ageret pro victoria, ait: Laudabo nomen Dei cum Cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem, & vngulas. Sed ita, vt diximus intelligenda sunt verba Chrysostomi, non enim Deum vere laudat qui iacet in peccatis, & de venia impetranda non cogitat.

5 *Quantumis credat, quantumuis Dei laudes pleno ore detonet, nisi peccata agnoscat, & confiteatur, nihil agit, non est enim speciosa laus in ore peccatoris. Merito sane, nam pulcritudo ex proportione membrorum, & apta partium inter se compositione oritur. Quid autem minus compositum? quid minus habet debitæ proportionis quam ore Deum collaudare, eidemq; corde maledicere? Ipsa laus per se pulchra deformis redditur, ex hac partium animæ inæqualitate, & dissidentia. Hanc Apostolus detestabatur, cum aiebat: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant, cum sint abominati, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. Dauid quidem ad Dei laudes iustos hortatur: Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Vera Dei laus in peccatore illa est: Deus, propitius esto mihi peccatori, aut: Pater, peccaui in cœlum, & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Vera laus est ad sacerdotis pedes pro CHRISTO iudicantis supplicitor prouolui, peccata singula prodere, præterita mala plangere, firmiter apud se statuere vt plãgenda iterum non committat. Hoc & ex sequentibus verbis intelligitur.*

Eccli. 15.

Tit. 1.

Psal 32.

Luc. 18. Luc. 15.

6 *Et conuertimini ad Dominum.* Hieronymus: Conuertimini ad Dominum, tam verbis, quam operibus. Pro conuertimini, in Heb. est שׁוּבוּ, quod Hiero. modo interpretatur Conuerti, modo Reuerti. Hoc verbo Hebræi vtuntur quoties fugientem, aut errãtem reuocant, vt per viam, qua ierat, redeat. Et nos eodem modo vtimur Latino verbo Reuertor, vt 1. Reg. 26. Reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltra tibi malefaciã. Monet igitur, vt quoniam longe à Deo abierant, reuertantur. Qui longe abijt, quomodo reuerti potest, nisi eamdem viam remetiatur, qua primo abierat? Si ad Deum redire cupimus, facies ad eum vertẽda est, & versus eum per eamdẽ viam ambulandum. Quid est autem ambulare per eamdẽ viã, nisi peccata, per quæ à Deo recessim⁹, mẽte retractare, dolore magno & cõfessione, & pia satisfactione delere? Ex quo nemo est, qui nõ intelligat quã tũ deliret Lutherus, cũ dicit ad iustificationem impij satis esse prioris vitæ mutationem; dolore peccatorum, aut satisfactione non esse opus. Abhorret non solum à vero sensu Scripturæ, sed etiam à communi hominum sensu, & errat in apertissima vocis significatione. Num reuertitur ille, qui in via stat, aut qui solum caput vertit? Quod si ille à quo recessisti, in eodem loco maneat, quomodo reuerti ad eũ potes, nisi errorẽ vię corrigas, & iterũ facias iter? Deniq; nõ sola vitæ mutatione conuerti eos iubet, sed vt verba secũ tollant, imperat, & dicãt.

Omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum. 7 Quod Hieronymus ita interpretatur: Aufer ita omnem iniquitatem, vt nihil veteris peccati maneat, ne iterum pullulet, & renascatur. Qui dicit, Omnem aufer iniquitatem, iniquum se esse agnoscit, & iniquitates suas ita confitetur, vt ei placere intelligit, qui ablaturus est iniquitatem. Si autem vere, & ex animo dicenda hæc verba sunt (non enim inanem vocum sonum quærit Deus) quis potest ei dicere. Omnem aufer iniquitatem, nisi qui dolet se fecisse iniquitatem, & quasi onere magno se grauari sentit? Quis potest dicere, Omnem aufer iniquitatem nisi qui iustus fieri cupit, & iniquitatem execratur, & non vult in posterum esse iniquus? Quid est autem, Accipe bonum, nisi vbi me iustum feceris, bonis, & tibi gratis actionibus iniuriã tibi illatam compensabo, & bene, atque ex lege tua viuam? Si abstuleris iniquitatem omnem, continuò accipies bona mea, id est, continuo tibi offeram, & dabo. Hieronymus: Nisi enim tuleris mala nostra, bonum quod offeramus habere non possumus. Pœnitentiam veram afferre iubet eũ qui emundãdus sit, non ergo satis est credere, & considere se mundandum esse per CHRISTVM, vt mentiebatur Lutherus, nec sola fide iustificamur. Quis istis scripturarum enarratoribus credat, nisi demens sit, qui in rebus tã apertis, obuijsq; labũtur?

Et reddemus vitulos labiorum nostrorum, 8 Hie

Universidad de Deusto
Biblioteca

ronymus: Vituli autem labiorum laudes in Deum sunt, & gratiarum actio: sacrificium enim Deo spiritus contribulatus. Igitur illo iam tempore carnalibus victimis reprobatis placabilis Deo hostia est pura confessio, &c. Quod ait Hieronymus, carnalibus victimis reprobatis, ita est intelligendum, vt in longa quæstione explicauimus cap. 6. Ita etiam Ruffinus. Eodem modo accepit vitulos labiorum Greg. in cap. 1. lib. 1. Regum, fere in fine: nam vitulos, quoniã sæpe sacrificari solent, pro sacrificijs accipiũt ij, quos dixi, atque ita de sacrificijs laudis, & confessionis, & gratiarum actionis Prophetam loqui consentiunt. S. Thomas etiam 22. q. 83. art. 12. docet orationi, quatenus satisfactoria est, maxime cõuenire, vt sit vocalis, ideo hic dictum esse, Et reddemus vitulos labiorum nostrorum, de satisfactione enim agitur. Confirmat hoc Lxx interpretatio: Et reddemus fructum labiorum nostrorum. Cyrillus. Promittite gratiarum actiones, & confessionem, hi enim sunt fructus labiorum. Ad hanc Lxx translationem videtur allusisse Paulus Heb. 13. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Denique Burgensis in additione. 1. refert, & probat glossam quandam Hebraicam huiusmodi: Reddemus confessionem labiorũ nostrorum loco vitulorum, Chaldæus: Et sint eloquia labiorum nostrorum penes te accepta, tanquam boues in beneplacitum super altari tuo. *Miseri Iudęi cum iam sint sine rege, sine templo, sine theraphim, nec possint vitulos immolare iuxta legem, legunt in suis synagogis verba Moysis, & ritus sacrificiorum, & tantum vitulos labijs immolant, & de hoc suo statu putant Hoseam dixisse, Reddemus vitulos labiorum, atque ita rem se Deo gratã facere arbitrantur. Audiui Romę Sedem Apostolicam tenente Gregorio XIII. Iudæum eruditissimum iam Christianum publice contra Iudæos disputantem, & eos reprehẽdentem, quod verbis Prophetę frustra abuterentur. Aiebat hunc esse Prophetæ sensum: Reddemus tibi vitulos, quos cum essemus in angore, atq; in calamitatibus vouimus. Quæ expositio valde etiam probabilis est, & scripturæ locutioni consentanea. Vt Psalm. 20. Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum, id est, voluntate, quam labijs, hoc est verbis, expressit. Iob. 23. A mandatis labiorum eius non recessi. Ita ergo vitulos labiorum, id est, quos labijs expressimus, quos vouimus.

9

Assur non saluabit nos. Hieronymus: Nequaquam vltra in Assyrijs spẽ habebimus. Videmus eos per Prophetam reprehendi non semel, quod nõ ad Dei, sed ad Assyriorum auxilia confugerent.

Super equos non ascendemus. Hieronymus exponit: Non habebimus spem in equis Ægyptiorum, quia fallax equus ad salutẽ, vt est in Psal. 32. Chaldæus: Nec in equorũ ascensoribus confidentiã reponemus. Quę expositio confirmatur ex Isaiæ. 31. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis. Ac si dicat: Non iam accersemus auxilia Ægyptiorum, vt ante facere solebamus, quasi tu nobis opem ferre non posses. Ita etiam Cyrillus. Possumus etiam simpliciter intelligere, Non confidemus armis nostris, & equis, vt exposuerunt Theodoretus, & Rupertus. Hieronymus in illud Psal. 75. Dormitauerunt qui ascenderunt equos: affirmat præceptum esse in lege, vt Hebræi equos non haberent, alluditque, vt opinor, ad illud, quod de rege dicitur Deuteron. 17. Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, &c. Ad quod videtur allusisse Isaias cap. 2. cum ait: Et repleta est terra ci° equis, & innumerabiles quadrigæ eius. Hieronymus ibi: Non enim dignum est numero, quod contra Dei imperium possidetur. Vnde & in psalmis dicitur: Fallax equus ad salutem, &c. & mox. Potest autem vtrumque intelligi, quod & populus Iudæorum contra præceptum Domini sibi equos, & quadrigas multiplicauerit: & terra Iudææ victorum equis, & curribus sit plena. Ibidem Glossa: Et hoc contra Dominum, qui multiplicari prohibuit currus, & equos. Basilius in eadem verba testatur se vbiq; in scriptura obseruasse sanctos vitasse vsum equorum, & numerositatem equorum à Deo prohibitam esse, vt Iudæi toti penderent à suo præsidio, & succursu, spemque nõ reponerent in suo militari apparatu. Legem etiam profert huiusmodi: Nequãdo multiplicaueris tibi equum. Eadem est fere in eumdem locum Procopij sententia. At Iudæi contra præceptum Domini multiplicabant sibi equos, illisque, & quadrigis vtebãtur in bello imitãtes Ægyptios, qđ iã se minime facturos pollicentur.

Nec dice-

Nec dicemus vltrà, Dy nostri. Nulla deinceps idola colemus, nullam in eorum auxilio fiduciam collocabimus. Ita facit animus Dei gratia illustratus, nam & idola abijcit, & nec viribus suis confidit, nec in homine spem suam reponit, sed in Deo, dicens: Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus.

Psal. 19.

11

Quia eius qui in te est misereberis pupilli. Hebræa ita habent: Quia in te misericordiam consequetur pupillus, & sensus idem est, id est, tu misereberis pupilli, hoc est, Populi tui Israel, qui filius tuus erat, (iuxta illud Exhod. 4. Filius meus primogenitus Israel,) & iam te patrem amiserat per peccatum, vt interpretantur Hieronymus, & Cyrillus. Vel, videbatur esse pupillus, id est, patre orbatus, cum varijs calamitatibus angeretur, nec tu eum liberares. Ita Thren. vltimo dictum est: Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Sed illud quod est in Heb. In te, dupliciter possumus interpretari. In te, id est, Apud te misericordiam consequetur, sicut Psal. 129. Quoniã apud Dominum misericordia. Vel, vt Hieronymus, Eius qui in te est, pupilli misereberis, & est In re, id est, qui tuę derelictus est curæ, iuxta illud Psalm. 9. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Ita videtur dictum. 1. Pet. 5. Pascite qui in vobis est gregem, id est, qui curæ vestræ commissus est. Eodem sensu verterunt Lxx iuxta quędam exemplaria, ὃς ἐν σοὶ ἐλεεῖται ὀρφανος, id est, qui in te misereris pupilli. Sed emendatiora, & Hieronymus, & Cyrillus ita legunt, ὁ ἐν σοὶ ἐλεεῖται ὀρφανος, id est, Qui in te, miseretur orphani.

12

Sanabo contritiones eorum. Hactenus verba posuit Prophera, quæ Deus afferri volebat à redituris ad se. Nunc quasi responsionem Domini subijcit. Ac si diceret, Quãdo Israel conuerti ad me voluerit ex toto corde, & secum tulerit hæc verba, quæ dixi, tũc ego audiã eum, & sanabo contritiones eius. Hoc autem factum est CHRISTO in terris tam per se, quam per apostolos suos docente, cum multi ex Israel cõuersi sunt, sed fiet in fine sæculi plenius, vt ca. 2. & 3. diximus, cum omnis Israel saluus fiet, & conuertetur ad Dominum Deum suũ, & quæret Dauid regem suum. De tempore CHRISTI interpretantur Hieronymus, & Cyrillus, & Rupertus, & quicunq; recte sentiunt, maiora enim sunt hæc, quam vt libertati ex captiuitate corporea conuenire possint, de qua videtur intellexisse Ruffinus. Cęterũ pro Contritiones, multi vertunt, Auersionem eorum, est enim in Heb. מְשׁוּבָה, quod auersionem significat, At auersio non sanatur, sed vulnus, quod in anima relinquitur ex auersione. Itaque more scripturæ frequentissimo auersio ponitur pro vulnere quod ex auersione sequitur. Vnde Iere. 3. vbi habemus: Conuertimini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras, in Hebr. eadem vox est, pro qua Lxx posuerunt συντριμματα ὑμῶν, id est, contritiones vestras. Contritio autem confractionem, & vulnera significat ex confractione manentia. Isa. 61. Vt mederer contritis corde. Vbi Symmachus, & Theodotion verterunt, ad alliganda vulnera peccatorum.

*

Contritio.

Diligam eos spontanee. Vltro eos amabo, & eis benefaciam. Propensum, & beneuolum animum habebo in eos.

13

Ero quasi ros Israel. Ros in terra promissionis (quoniam à mense Maio ad Octobrẽ vsque pluuia non est) efficit vt frumẽtum, & cetera germina non æstuent, & pereant nimio calore, refrigeratque ea, & auget, & ad iustum incremẽtum perducit. Ita Deus gratia sua æstum concupiscentiæ refrigerat, & siccitatem pectoris nostri irrigans facit, vt germinemus, & bonorum operum fecunditate gaudeamus.

Germinabit sicut lilium. Lilij & odor, & color gratissimus est, & pulcherrimus, vt merito dictum sit Cant. 2. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Et Matth. 6. Considerate lilia agri quomodo crescunt, neque laborant, neque nent. Amen dico vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Talis est anima, quæ à peccatorum sordibus expiata, gratia Dei germinat, & floret, & suauissime fragrat. Cuius pulchritudini nulla in rebus creatis cõparari potest, qua omnis gloria, & ornatus, omnes diuitiæ Salomonis minores sunt. Hæc CHRISTVM imitatur, qui ait Cant. 2. Ego flos campi, & lilium cõuallium. * Veteres Hebræi ita hunc locum exponebant. Quando ero ros Israeli? Cum germinabit sicut lilium. Quemadmodum enim cor huius lilij, (id est, radix, quæ cordis habet similitudinem) germinat, vel floret, & nihilominus sursum est: ita quoque vos

14

agite

Universidad de Deusto
Biblioteca

agite pœnitentiam, & cor vestrum sit rectum, & versum sursum, sicut cor lilij. Ita refert latius Galatinus lib.3. contra Iudæos, cap.17. & lib.9.cap.11.

Erumpet radix eius, id est, Terram findet, & profunde intrabit. In Heb. est: Et percutere faciet radices suas, id est, rumpere terram. Lxx: Et iaciet radices suas. Hieronymus: Cumq; creuerimus in Domino, mittemus radices nostras sicut arbores Libani, quæ quantum in auras consurgunt vertice, tantum radicem in ima demergunt, vt nulla tempestate quatiãtur, sed stabili mole consistant, &c. Est autem Libanus altissimus Phœnices mons terminans à Septemtrione terram promissionis, in quo erant cedri, & arbores maximæ, atque annosæ, quæ altissimas egerant radices. * Docet aptissima similitudine quanta futura esset martyrum, & aliorum sanctorum aduersus incusiones tentationũ constantia, quæ nullis ictibus deijci, aut prosterni posset, de quibus & Paulus ait: In caritate radicati, & fundati. Similitudinem præclare Virgilius expressit his verbis, quibus & Hiero. ex parte vsus est.

At veluti annosam valido cum robore quercum
Alpini Boreæ, nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor, & alte
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras
Aethereas, tantum radice in Tartara tendit.

Et vt sciamus talem esse debere boni, fortisque viri mentem, addit.

Haud secus assiduis hinc, atque hinc vocibus heros
Tunditur, & magno persentit pectore curas,
Mens immota manet, lacrymæ volumtur inanes.

Ibunt rami eius. Ibũt dictum est pro Crescent, vt Ionæ.1. Mare ibat; & intumescebat. Ita dixisse videtur Virg. in ijs, quę nunc referebamus, It stridor, id est, crescit. Habebit magnos, & pulchros ramos, & fiet ingens arbor.

Et erit quasi oliua gloria eius. Gloria in vnaquaque re dicitur quod eam magnificat, & claram, ac venerabilem reddit. Sicut bonitas, & misericordia in Deo, ita Pau. Rom.3. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Splendor etiam seu quippiam aliud simile apparens cum Deus videtur, dicitur gloria eadem ratione. Exho.40. Postquã omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Nec potuit Moyses ingredi tectũ fœderis nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante. 3. Reg. 8. Et non poterãt sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini. Hinc diuitiæ in homine vocantur gloria, vt Matth.6. Nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnũ ex istis. Similiter in arbore magnitudo, & pulchritudo dicitur gloria. Sensus ergo est, spirituales eius diuitiæ erũt sicut oliua quędam speciosa in campis, ingens, & fructifera. * Oliuæ similes dicuntur sancti propter vbertatem, & præstantiam fructus. Oleum enim caritatem, & misericordiam significat, quæ in sanctis maxime elucent; & tumentibus vulneribus adhiberur, & in medicamẽtis valde laudatur, & lucem præbet in lucernis, talia enim sunt opera iustorum. Psal.51. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.

Et odor eius vt Libani. Adnotat Hieronymus apud Hebræos, & apud Græcos Libanum & pro mõte accipi, & pro thure. Vtroque ergo modo possumus intelligere, nam Libanus plenus erat cedris odoratis arboribus, vnde & Virg. cecinit.

Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum:

Et herbas, atque arbores alias odoriferas habebat. Quod in sanctis Hieronymus refert ad illud. 2. Cor. 2. Deo autem gratias, quia semper triumphat nos in CHRISTO IESV, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. Quia CHRISTI bonus odor sumus Deo in ijs, qui salui fiũt, &c. Ac si dicat: CHRISTVS vnguẽtum quoddam suauissimum est, quia oleum effusum nomen tuum: at absc̃ditum est nunc hoc vnguentum, quoniam ascendit in cœlum, sed odore suo se prodit, & ex eo intelligitur vtcunque quale sit vnguẽtum. Nos sumus hic odor CHRISTI, qui verbis, & factis eũ hominibus patefacimus. * Quod si meminerimus incorruptibilem esse cedri materiam, discemus inde odorem sanctorum nõ solum esse suauem, sed etiam referre, & sapere quamdam immortalitatem, hoc est, facile indicare eos viros & Deo immortali similes esse, & vera apud eum immortalitate fore donandos. Quid? odor thuris, quod in sacrificijs Deo offertur, & in oblatione Magorum diuinitatis signum fuit, nonne hæc ipsa aperte significat? Sine dubio diuinitatem quamdam non obscure indicat in externis actionibus sanctorum, vt in locutione, in aspectu, in incessu, quibus Dei immortalis serui esse & æterna tantum appetere, & æterni fore nosc̃untur: omnia enim in illis olent quasi diuinitatem. Quare eleganter dictum est sponsæ; Odor vestimentorum tuorum (quibus extrinsecus tegeris, & aspiceris) sicut odor thuris. Prius dixerat Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata, sed quia aromata bona opera sunt, quæ aliquando reprobi faciunt, vt ibi ait Grego. quasi parum dixerit rebus humanis assimilans, ad diuinitatem cito transit dicens: Odor vestimẽtorum tuorum, sicut odor thuris. Ex vnguentis enim, id est, ex internis virtutibus, odor diffunditur in vestimenta, id est, in externa omnia.

Conuertentur sedentes in vmbra eius. Figura est, quam Hysteron proteron Græco nomine appellãt, cum prius ponitur quod posterius est, vt.

Et torrere parant flammis, & frangere saxo.

Dictum est enim pro eo quod est, Conuertentur, & sedebunt, sicut & Lxx verterunt, similiter & Chaldæus. Hieronymus: Cum autem conuersi fuerint ad Dominũ, accipient conuersionis suæ præmium, vt sedeant in vmbra eius, & dicant: Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi. In vmbra, id est, sub eius protectione, & tutela, vt ex Thren. 4. iuncta expositione Hieronymi intelligimus: In vmbra tua viuemus in gentibus. Ne autem quęramus in cuius vmbra, Chaldæus vertit in hunc modum: Congregabuntur de medio captiuitatis suæ, habitabunt in vmbra CHRISTI sui. Cyrillus: Sedere autem firmitatem, & constantiam conuersorum significat.

Viuent tritico. Hieronymus: Qui prius mortui fuerant viuent, & viuent tritico, id est, rerum omnium abundantia. Ego omnino hoc intelligo de corpore Domini nostri IESV CHRISTI, quod est panis viuus, & vitalis, ex quo qui manducauerit, viuet in æternum. Patres, inquit, vestri manducauerunt manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in ęternum. Lxx: Confirmabuntur tritico. Quorsum enim inter tanta, tamq; spiritualia bona triticum corporale promittatur?

Et germinabunt quasi vinea. Late extendẽt propagines suas, & fructum vberrimum ferent. Hic locus optime intelligitur ex illo Ioh.15. Ego sum vitis, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, &c.

Memoriale eius sicut vinum Libani. Memoria, & mentio huius populi vbicunque inciderit, gratissima erit omnibus, & suauissimi odoris, vt vinũ Libani. Simile est illud Eccl. 49. Memoria Iosiæ in compositione odoris facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria. Vinum autem Libani (inquit Hieronymus) possumus appellare mistum, & conditum thymiamate, vt odorem suauissimum habeat. Vel vinum Libani, quod Domino libatur in templo, de quo in Zacharia sub Libani vocabulo legimus: Aperi Libane portas tuas. Prior expositio placuit Cyrillo, posterior Chaldæo, qui vertit: Super vino veteri, quod libatur in domo sanctuarij. Sed simpliciter intelligere possumus cum Lyrano, & alijs vinum, quod in Libano monte fiebat, quod præstantissimum esse testãtur qui loca terræ sanctę adierunt, & de illis scripsere.

Ephraim quid mihi vltra idola? scilicet, dicet. Quod bene expresit Chaldæus: Dicent domus Israel, quid ad nos vltra seruire idolis? scilicet, attinet. Dicat aliquis. Quomodo quæ in hoc capit. dicuntur ad tempus CHRISTI pertinent, cum nulla tunc idola coluerint Iudæi? Duæ tribus postquam Babylone redierunt, nulla coluerunt idola; at decem quæ manserunt inter gentes, didicerunt opera earum, & seruierunt sculptilibus earum, donec fidem prædicantibus apostolis acceperunt. De illis autem loquitur Propheta, quas vt solitus est, vocat Ephraim.

Ego exaudiam, & dirigam eum. Iam non ad idola clamabunt, sed ad me, ideo cari mihi erunt, & concedam eis, quæ petierint. Ego dirigam eos, curabo, vt recta via incedant, nec hostis antiqui tentationibus seducantur. Hoc est quod ait Dauid: Apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet. Quidam vertunt: Respiciam eũ, sed ideo respicit, vt dirigat. Ita Psal.33. Oculi Domini super iustos, scilicet, vt recta via deducantur, vt non offendant ad lapidem pedem suum.

Ego vt abietem virentem, scilicet, ipsum efficiam, vt cum Hieronymo exponit Lyranus. Chaldæus: Efficiam illum sicut abietẽ pulchram. Semper viret abies, & latissime ramos expãdit. Hoc est, virebit gratia mea, ne tentationum æstu arescat, & late se per

bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona opera expandet. Lxx verterunt, Ego vt iuniperus cõdensa, siue cooperiẽs, quam Cyrillus dicit arborem esse densam, atque frondosam, adeo vt neque solis radios admittat, neq; imbribus pateat quamuis magnis, & vehementibus. Significat ergo (inquit) fore eos sub vmbra, & protectione Dei tutos ab insidijs omnibus, & violentia. Et quidem verba Hebraica, cum sint indeclinabilia, recte hunc sensum admittunt. Sed quoniam (vt Virgilius quoque testatus
Eclog. 10. est) *Iuniperi grauis vmbra*, præstat vt de odore iuniperi intelligamus, qui optimus est, & reptilia fugat, vt sit sensus: Præbebo illis ad me accedentibus odoris suauitatem, qua ad me eos traham, & serpentes, hoc est dæmones, fugabo, ne eis noceant. Nam quod ad nomen arboris attinet, בְּרוֹשׁ nõ tantum abietem significat, sed etiam cupressum, & iuniperum, & similes arbores.

23 *Ex me fructus tuus inuentus est*. Non eris arbor virens tantum, ac fructum nullum ferens, inuenietur in te fructus copiosus per gratiam meam, non enim poteris ex te
Iohan. 15. terre, quia sine me nihil potestis facere.

Quis sapiens, & intelliget istas: Quis erit ita sapiens, vt hæc quæ dico intelligat, & tantorum bonorum particeps effici velit Euãgelio CHRISTI credendo? Sapientem, & intelligentem, & prudentem pro eodem accipit, & more scripturæ geminat eãdem sententiam ad maiorem asseuerationem, vt doceat cælesti sapientia opus esse ad hęc intelligenda, nec satis esse humanam. Loquitur enim de ea mysteriorum CHRISTI & bonorum per eum afferẽdorum cognitione, & intelligentia, quæ cum amore, & opere coniuncta est, vt initio capit. 4. latius exposuimus. Ita Dauid, qui super senes intellexerat, ibidem vbi hoc de se prædicat,
Psal. 118. ait: Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas. Num legem ignorabat? Sed doce me (inquit Augu.) iustificationes tuas quomodo sciunt, qui faciunt.

24 *Quia rectæ viæ Domini, &c*. Cũ dixit, Quis sapiens, &c. Docet paucos esse futuros, qui
Quis. intelligant, vt enim adnotauit Hiero. in Ecclesiastæ caput tertium prope finem: Quis non pro impossibili, sed pro difficili semper accipitur. Hoc euentus ipse docuit, paucissimi enim ex Iudæis crediderunt si cum infidelium multitudine conferantur, vt merito dicant apostoli Isai. 53. Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domi ni cui reuelatum est. Nunc autem ait, *Quia rectæ viæ Domini*. Ac si diceret: Etiam si pauci sint, qui intelligant, id est, qui credant in CHRISTVM, Deus tamen iuste omnia fecit, & recta sunt quę docuit, vereq; ad æternam vitam deducunt credentes, & facientes: & quicunque iusti sunt, vt apostoli, & discipuli CHRISTI, per has vias ambulabunt, & eas vt iustas amplectentur. Præuaricatores vero superbi, & incredduli, vt Pharisæi, & scribæ corruent in eis, id est, Erit eis occasio ruinæ propter eorum incredulitatem, quod alijs fuit vita: Hoc est quod apertioribus verbis dixit CHRISTVS Matt. 11. * Cui similẽ æstimabo generationem istã: similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus dicũt: Cecinimus vobis, & non saltastis, lamentauimus, & non planxistis. Venit enim Iohannes neque mãducans, neque bibens, & dicunt: Dęmoniũ habet. Venit filius hominis manducans, & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et iustificata est sapiẽtia à filijs suis. Quasi dicat? Quamuis superbi, & impij me agnoscere nolint, tamen sapientia Dei, quã doceo, & quæ homines ad vitam perducit æternam, iusta, & acceptabilis iudicatur ab electis, qui sunt filij sapientiæ, id est, electi à Deo, vt eam susciplant, & ea regantur, ducanturque ad vitam. Ideo etiam Simeon dixit Luc. 2. Ecce hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum. Et Petrus ait prioris epistolæ cap. 2. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali.

Et nos precemur nobis cœlestem hanc sapientiam, vt simus vere sapientes, & intelligentes, nec frustra tot bona acceperimus, quæ CHRISTVS humano generi attulit. Adhæreamus illi fide, sed ea fide, quæ per caritatem operatur, quæramus bonũ, quæramus iustum, quæramus Dominum, dum inueniri potest, inuocemus eum, dum prope est. Quæ nos videmus, quibus nos fruimur, ardentissimis votis cupierunt videre veteres patres, & non viderunt. Quare & nobis dictum est: Beati oculi, qui vidĕt quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Iuxta fidem de-

tuncti

functi sunt omnes isti non acceptis repromissionibus, sed à longe eas salutantes. Qui
Iohan. 8. autem ex futuris aliquid præuidere poterant, exultabant gaudio inenarrabili. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Quidquid etiã Dominꝰ fecerit vel erga nos, vel erga alios,
Psal. 144. iustum putemus, quia viæ Domini rectæ, & iniustum esse non potest quod placuit iusto. Iustus Dominus in omnibus vijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Quidquid docet, quidquid credere iubet, sine discussione credamus, & firmissime complectamur, quia falsum esse nullo modo potest quod docuit veritas. Ambulemus in vijs eius, quia rectæ sunt, iusti enim ambulant in eis, præuaricatores vero corruent in eis. Ita corruerunt hæretici deprauantes scripturas in suam perditionem, & sequentes, ac docentes visiones capitis sui, non visiones Domini, non quod spiritus veritatis docuit apostolos, quod illi docuerunt Ecclesiam, quod eadem Ecclesia catholica, & apostolica docet columna, & firmamentum veritatis. Cui pro CHRISTO præsidet hodie beatissimus põtifex Sixtus V. quem illi diu seruet incolumen eiusdem Ecclesiæ sponsus IESVS CHRISTVS Dominus noster, cui cum Patre, & Spiritu sancto honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

DOCTO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOCTORIS FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV in Ioelem prophetam Commentarij.

PROOEMIVM, DE SANCTIS PATRIBVS imitandis in mysticorum sensuum tractatione.

CVm in extremi Hoseæ capitis explanatione versarer, cogitare mecum cœpi non paucos fore, quibus ieiuni, & aridi nostri commentarij viderẽtur, quòd in moralium rerum, locorumque communium tractatione diutius non immorarer. Animaduerti enim paucissimos esse, qui serio scripturis studeant, & exactam earum intelligentiam quærant, malunt esse doctores populi, & nitore suauium verborum aures mulcere vulgi, turbam auditorum tenere, oratores videri. Itaque eos libros plurimi faciunt, qui speciosa, & populari concioni iucunda afferunt, quos vero vident de difficilibus quæstionibus agere, in recõditis sensibus eruendis laborare, ne aspiciũt quidem. Sed ij quanto in errore versentur, norunt eruditi, qui eos multa de prophetis, & de apostolis iactãtes, & in alienos sensus deprauantes, & multa dicentes, quæ ignorare turpissimum sit, sine stomacho audire non possunt. Interdum & ipsi qui dicũt, vel sentiunt se non intelligere, nec quæ loquũtur, neque de quibus affirmant, vel cachinnos, & reprehensiones audiũt eruditorum. Mihi quidem (quod Hieronymum, & Augustinum, & ceteros patres fecisse video) propositum est in hoc opere abstrusa prophetarũ arcana scrutari, & profundos sensus, quantum potero diligenter, pleneque explanare, eorumdem vtiliores allegorias, & morales sensus nõ prætermittere. Quod si Deo donante præstare potuero, næ ego & veram scripturarum intelligẽtiam quærentibus, & sobrijs, eruditisque concionatoribus futuris multũ me opis attulisse existimabo. Ne ergo quærãt in hoc libro, quos iam vulgato nomine conceptus vocant, ex verbis singulis sparsim extractos, & secum mutuo non cohærentes, nec vllam verborum propheticorum connexionem, consequentiamque seruantes, prout se se scribentibus offerunt, & populi auribus plausibiles fore existimantur. Etenim hoc scribendi genus nouũ plane, & patribus nostris inusitatum fuisse arbitror, qui vel historicũ sensum persequũtur, vel si ille apertior sit, modo ad Allegoricum, ad Moralem modo excurrunt; sed ita vt locos communes conficere negligant, ea dicant, quę illo historię velo contecta, siue de CHRISTI mysterijs, siue de morum conformatione Spiritum sanctum reliquisse indicant, seruata tamen rerum omnium inter se & similitudine, & connexione. Hoc Origenem in homilijs in vetus testamentum, Hieronymum in commentarijs prophetarum, Ambrosium in omnibus, quę scripsit, Gregorium in pul-

cherrimis illis libris moralis expositionis, hoc ceteros patres, scripturæq; tractatores fecisse plane animaduertimus. Horũ ego, sicut & fidem, & opera, vno Origine excepto, ita etiam scribendi rationẽ imitari exopto, quia non video quos potius sequi debeam, quam quos Spiritus sanctus posuit in Ecclesia pastores, & doctores. Feci hoc plene in septem capitibus Hoseæ prioribus, triplicemq; expositionem Historicã, Allegoricam, Moralem, vt potui, elaboraui seruato in singulis rerum, verborumq; cõtextu. Verum, quoniã opus erat immensi laboris, & verebar cùm ne meum illud studium plenum difficultatis, & negotij cõnectendi, & continuandi omnia in singulis expositionibus, molestum, nimiumq; lectoribus videretur, tum ne operis editionẽ, quam multi quotidianis prope conuitijs efflagitabant, multum moraretur: prudentium amicorũ consilijs acquieui, & Allegoricam explanationem nõ ad omnes locos, sed ad illustriores, Moralem ad omnes fere adhibui. Nam & Hieronymus, qui primas in hoc studij genere obtinet, parcior etiam in mysticis sensibus fuit, in Commentarijs prophetarum, & Gregorius, qui cœperat Historiam Iob simul cum Morali sensu explanare, paulo post, eisdem fortasse quibus nos rationibus adductus, totum se ad Moralem expositionem cõuertit, Historicam reliquit. Sed iam inuocato beati Ioelis auxilio, vt Spiritus sancti gratiã mihi ad interpretandũ profunda sua mysteria impetret, quo ipse afflante, & dictante cõscripsit, ad institutũ redeamus.

ARGVMENTVM PROPHETÆ.

CAP. I.

Prædicit duabus tribubus aduentũ exercitus Chaldæorum omnia miserabiliter vastaturi, & famẽ, atq; sterilitatem inducturi.

CAP. II.

Describit vim, atq; impetum Chaldæorum in Iudæos irruentium, eosque ad pœnitentiam hortatur, & post pœnitentiã benignitatem Dei promittit, & vberratẽ spiritualiũ bonorum per CHRISTVM afferẽdã, ac deniq; ipsam Spiritus sancti effusionẽ qui in die Pentecostes datus est apostolis.

CAP. III.

Totum est dẽ extremi iudicij die, de supplicio eorum, qui sanctos persecuti sunt, deque eorumdem sanctorum nũquam in-

teritura beatitudine.

CAP. I.

VErbum Domini quod factum est ad Ioel filium Phathuel. Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum. Super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, et filij eorum generationi alteræ. Residuum eruca comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuũ bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam perijt ab ore vestro. Gens enim ascendit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis: et molares eius, vt catuli leonis. Posuit vineam meam in desertum, et ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam, et proiecit, albi facti sunt rami eius. Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Perijt sacrificium & libatio de domo Domini: luxerunt sacerdotes ministri Domini. Depopulata est regio, luxit humus: quoniam deuastatum est triticum, cõfusum est vinum, elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores, super frumento, et hordeo: quia perijt messis agri: Vinea confusa est, et ficus elanguit: malogranatum, & palma, et malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia cõfusum est gaudiũ à filijs hominũ. Accingite vos, & plangite sacerdotes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei: quoniã interijt de domo Dei vestri sacrificiũ & libatio. Sanctificate ieiunium, vocate cœtũ, congregate senes, omnes habitatores terræ in domũ Domini Dei vestri: & clamate ad Dominum, A, a, a diei: quia prope est dies Domini, & quasi vastitas à potẽte veniet. Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri lætitia & exultatio? Computruerunt iumẽta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ: quoniã confusum est triticum. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis, sed & greges pecorum disperierũt. Ad te Domine clamabo: quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspexerũt ad te: quoniã exiccati sunt fontes aquarum, et ignis deuorauit speciosa deserti.

Infra. 2.

HISTORIA.

1 *Verbum Domini.* Multa essent & in huius prophetæ, & in ceterorum initijs adnotanda, nisi iam semel essent in præludijs expedita, & explicata, quis sit Propheta, quo tẽpore prophetauerit, con ra quos, & huiusmodi alia. Hoc dicamus quod Dei misericordiam valde cõmendat. Quamuis multis annis captiuitas decẽ tribuum præcesserit captiuitatem Ierusalem: tamen eo ipso tempore, quo decem tribus commonebat vt per pœnitentiam imminentia mala vitarent, etiam duabus tribubus captiuitatem suam prædicebat, vt & ipsi resipiscerẽt, & cùm fratres suos abduci ad Assyrios viderent, nec superbia extollerentur, quasi illis pietate præstarent, nec de dilatandis imperij sui finibus cogitarẽt, sed ad Deum redirent, & magis vindictam timerent, quam sumptam iam esse de propinquis suis animaduerterent. Videmus hoc sæpè in Isaia, & in Hosea, qui eodem tempore floruit. Atque hoc sensu dictum esse illud cap. 5. exposuimus: Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauen post tergum tuum Beniamin. Et ne parum videretur per eosdem prophetas vtrosque admonere; quo tempore Hoseas decem tribus futuræ captiuitatis prædictione terrebat, eodem Ioelem misit ad duas, qui grauissimam Babylonicæ captiuitatis calamitatem grauissimis quoque verbis vaticinaretur. Nec verò nos moueat quod Hebræi quidam, quos Lyranus sequitur, vaticinari eum putant contra Israel: quum ex verbis huius cap. res possit tota cognosci. Perijs, inquit, sacrificium, & libatio de domo Domini, quod manifestè pertinet ad Ierusalẽ. Nec putemus secum pugnare Hieronymum, vt arbitratus est Lyranus, quod hic dicat ad duas tribus esse prophetiam, in epistola verò ad Paulinum scribat Ioel filius Phatuel describit terram duodecim tribuum eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: rectè enim respondet Paulus Burgensis in additione prima, nihil obstare, vt qui contra Iudam prophetat, aliquid obiter dicat contra Israel, sicut & Hoseas prophetat contra Israel, sed interdum etiam loquitur contra Iudam. Vera tamen responsio est, Hieronymum id dicere iuxta probabilem Hebræorum opinionem, qui (vt ipse paulò post refert) in eruca, locusta, brucho, rubigine quatuor imperia intelligebant, quæ vniuersam Hebræorum regionem, ipsosq; Hebræos perdiderũt. De quibus nos agemus. n. 10. &. 11.

Audite hæc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ. Hieronymus subtiliter singula verba pensitat, quòd Propheta sicut duobus hominum generibus nunc loquitur, ita duobus verbis diuersis inter se vtatur. Senibus dicit, Audite hæc; habitatoribus verò terræ: Auribus percipite omnes. Auditus enim (inquit) in Scripturis sanctis non est iste, qui in auribus resonat, sed qui corde percipitur, iuxta illud quod Dominus loquitur in Euangelio: Qui habet aures audiendi, audiat. Quod autem nos interpretati sumus, Auribus percipite, & apud Græcos, & apud Hebræos vnum verbum est: apud Græcos, ἐνωτίζασθε, apud Hebræos, הַאֲזִינוּ, quod propriè non corde, sed aure percipitur. Et vt sciamus sacratiorem esse auditum, quã id, quod in auribus resonat, Esaia loquente discamus: Audi cœlũ, & auribus percipe terra. Qui senes sunt, & cœlestes, audiũt spiritualiter: qui habitãt in terra, appellãturq; terreni, auribus percipiunt. Et hoc in omnibus scripturis notandum, vbi hæc duo verba iuncta ponuntur. Quod in Lamech quoq; legimꝰ peccatore, qui locutus est ad vxores suas, Ada, & Sella: Audite verba mea vxores Lamech, auribus percipite verba mea, quia occidi virũ in vulnus meũ, & iuuenẽ in liuorẽ meũ. Sciebat obscura esse, quę loquebatur, & idcirco vxores suas nõ ad simplicẽ verborum sonũ, sed ad reconditã quoq; dictorum intelligentiã prouocabat.* Si quis igitur senex est, & maturæ ætatis, in Dño electus senex, (vt in cõsequẽtibus iuxta Lxx interpretes legimus) ac paruulorum reliquit infantiam, audiat quę dicuntur. Qui autem adhuc habitat in terra, & non potest dicere: Aduena sum, & peregrinus sicut omnes patres mei, auribus percipiat. Hæc Hiero. quæ ego ad verbum descripsi, quoniam præclara sunt, & tanto viro digna. Nec me mouet, quod ea Ruffinus impugnare conatus est, & nihil hęc verba inter se differre dicit: tantum enim hoc probat ex Psal. 48. Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Nec aduertit Hiero. non de literæ sensu, sed de spirituali verba facere. Deinde quomodo probare potest hic Audite, non significare intelligite, & auribus cordis percipite, cum optime conueniat verbis Dauidis, prouocari omnes non solum ad audiendum, sed etiam ad intelligendum? Eadem fere adnotat Rupertus, additque senes dici propter mentis caniciem, vel sensuũ maturitatem, iuxta illud Sapien. 4. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata: tantumq; differre inter senes, & habitatores terræ, quãtum inter cœlum, & terrã, cum Isaias dixerit: Audite cœli, & auribus percipe terra. De habitatoribus terræ diximus Hos. 4. prope principium. Ceterum iuxta literæ sensum, senes ad audiendum vocat, qui rerum antiquissimarũ possint recordari, vt interroget, Si factum est hoc in diebus vestris, aut in diebus patrum vestrorum. Post senes autem & ceteros omnes, qui in terra illa degebant, percontatur, an ipsi forte audierint quippiã simile. Fieri enim poterat, vt quod senes, qui pauciores

Auditus in Scripturis sanctis.

Matth. 13.

Isa. 1.

Gen. 4.

Psal. 48.

sunt, effugisset, aliquem ex tanta multitudine nõ lateret, aut quod memoria senum propter diuturnitatem excidisset iuniores forsan recordarentur.

Si factum est istud in diebus vestris. Ex magnitudine rerum dicendarum attẽtum facit auditorem, quod talia dicturus sit, qualia nunquam viderunt, aut audierunt. Si, hoc loco interrogantis est, vt passim in scriptura videmus, vt Luc. 22. Domine si percutimus in gladio? Act. 19. Si Spiritum sanctum accepistis credentes? 5 Si.

Super hoc filijs vestris narrate. Adhuc admirationẽ auget auditoribus, Narrate, inquit, hæc filijs vestris, audiãt & nati natorũ, & qui nascẽtur ab illis, vt periculũ ex vobis faciant, discantq; quam horrendũ sit incidere in manus Dei irati. Phrasin Hebraicã, Super hoc narrate, & Latini vsurpant, vt. *Multa super Priamo rogitãs, super Hectore multa.* 1. Æneid.

Residuum erucæ comedit locusta. Hieronymus: Erucam, & locustam, bruchũ, & rubiginem posuit, vt quæ singula raro eueniũt, omnia simul facta memorentur, & ideo mirabilia sint. Locus est difficilis, sed vt intelligatur, vocabula prius explicanda sunt, Eruca Hebraice dicitur גָּזָם, quod Hebræi quasi, גָּזַז, id est, tondens dictum volunt, quod adeo dentibus valet, vt arbores etiam corrodat. Hamos 4. Oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca.* Eadem dicitur à Chaldæo וַחְלָא, quod repat, à וָחַל, quod est repere: à Lxx vero κάμπη, à flexura corporis, quia in arcum rependo curuatur. Latine eruca. Columella lib. 11. de re rustica, cap. 3. Quæ à nobis appellantur erucæ, Græce autem κάμπαι, nominantur. Infestantq; holera, & frutices, vt idem autor est. Secundũ genus dicitur אַרְבֶּה, quod inter cetera genera copiosissimum sit, nam רָבָה significat multiplicauit. De hoc legimus Exhod. 10. Ecce ego inducam cras locustam in fines tuos, quæ operient superficiem terræ, ne quicquam eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini, corrodet enim omnia ligna, quę germinant in agris. Tertium est יֶלֶק, à לקק, quod est lambere, quia lambit, & comedit, Græce, & Latine Bruchus, à βρύκω, quod est comedo. Alatum est, & arborum folia depopulatur, ideoque Chaldaice dicitur פַּרְחָא, à פָּרַח, quod est volauit. Nahum. 3. Bruchus expansus est, & auolauit. Ibidem, Deuorabit te vt bruchus. Congregare 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 vt bruchus, multiplicare vt locusta. * Post hæc ponitur חסיל, quod ab excindēdo, & cōsumendo (id enim significat חָסַל) nomen habet. Verum hoc nomen nōnunquā locustæ quamdam speciem significat, pro quo tunc & Hier. & Lxx vertunt, Bruchus, &.2. Paral. 6. Ærugo, & aurugo, & locusta, & bruchus, & Isai 33. Et congregabuntur spolia vestra, sicut colligitur bruchus, vbi Lxx non bruchum verterunt, vt in priori loco, sed ἀκρίδας, id est, locustas, est enim genus locustæ Interdū nō genus aliquod locustæ, sed rubiginē significat, vt hoc in loco. Est autem rubigo, siue robigo vitium frugum, quod agricolæ apud nos nebulam vocant, quo spicæ corrumpuntur, & contrectatæ quasi in cinerem redigūtur: ideoque à Plinio. lib. 18. ca. 17. inter mala frugū, vinearumque numeratur: nec tantum frugum morbus est, sed etiam malum, & vredo quædam herbarum, fruticum, arborūque. Quare quamquam Hebræi locustæ genus esse contendant, potius tamen hūc morbum frugum esse Hieron. sensit, cum vertit Rubigo, idemq; in illud Hos. .Nunc deuorabit eos mensis ait, חסיל significare rubiginem. Senserunt etiam Lxx, qui verterunt ἐρυσίβη, id est, rubigo. De qua Theophrastus lib. 4. de plantis, cap. 15. Erysibe putredo quædam residentis humoris est. Hesychius, Erysibe morbus aëris, qui fit in plātis, & in fructibus, Chaldæus vertit שדפונא, quod interpretes vertunt Rubigo. Eodem modo vertit Leo Iudas .* Quæritur ergo nunc vtrum propria sit hæc locutio, an Allegorica? id est, vtrum verè hęc terram vastauerint, an eorum nomine hostium exercitus significatus sit? Iudæi tam recentiores, quam veteres, non dubitant propriè omnia accipere, famemq; magnam fuisse in terra quatuor consequentibus annis, primo eruca cuncta vastante, & ceteris deinceps. Idem affirmat Ruffinus tacite Hieronymum reprehendens, & quidam ex nouis scriptoribus. Sed non cōuenit inter eos quo tempore hæc mala acciderint, veteres enim Hebræi ad Ioelis tempora referunt, alij ad tempora Eliæ, & Elisæi. Sunt qui ita hæc accidisse confirment, vt verba sonant, sed per ea tamen significatam fuisse vastitatem ab hostili exercitu inferendam, vt Theodo. & Lyranus. Mihi magis probatur sententia Hieronymi, quam communem nostrorum expositorum esse Lyranus affirmat, qui in explanatione sequentiū verborum: Gens enim ascendit super terram meā fortis, & innumerabilis; Hebr. expositionē reijcit hoc argumento, quòd quamquam liquido affirmare nequeamus aut factū esse, hoc quod ipsi dicūt, aut nō esse factum, cum nihil in Regum, & Paralipomenon historia de hoc legamus: tamen si tot annorum fames, & tanta locustarum calamitas inuecta esset, nunquam eam scriptura tacuisset, quemadmodum nec famem trium annorum, & sex mensium tacuit sub Elia. * Post hæc addit: Tantum dicimus quod sub metaphora locustarum hostium describatur aduentus, &c. Me & hæc Hieronymi ratio mouet, & illud, quod sequitur: Gens enim ascendit super terram meā, &c. quod hoc ipsum non obscure significat. At obijcit nobis Theodo. quod Prophetā prædicit, factum iam memorari ab Scriptura Hamos. 4. Percussi vos in vento vrēte, & in aurugine, multitudinē hortorū vestrorū, & vinearū vestrarū, olieta vestra, & ficeta vestra comedit eruca, & non redijstis ad me, dicit Dominus. Verū nō meminit Theo. Hamos hæc decē tribubus dixisse, quibus prophetabat, vnde & caput illud ita exorsus est: Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in monte Samariæ: Ioelē autē loqui ad Ierusalē, vel ipse in argumento Prophetę aperte indicat. Quod autē affirmant Lyra. & Vatab. hāc esse famē illam, quā prędixit Elisæus: multo profecto absurdius est, nam fames illa septē annorū, quā prædixit S. Elisæus, eiusdē Elisæi tēpore contigit, vt. 4. Reg. 8. videmus, hoc est, ante tempora Ioelis. Sed qui hoc dicunt, contendūt Ioelē, pphetasse tēpore Iorā filij Achab regis Israel: quod nos in præludijs falsum esse demonstrauimus. Nec vero impugnatione nostra indigēt, cum ipsi se mutuo impugnēt, refellāturq; R. Salomō, & R. Dauid scripsisse in Chronographia Heb. quam vocant Seder holām, Ioelē, pphetasse sub Manasse rege multo post Elisæū. Quare Salomō, & Dauid, referunt quidē, sed non videtur probare, qđ quidā aiebāt, pphetiā hanc ptinere ad septē illos annos Elisæi. 4. Reg. 8.

Reliquum est, vt quādoquidē exercitus hostiū his nominibus metaphorice significatur, quæramus qui nā hostes sint. Veteres em Hebręi (vt refert Hie.) quatuor regna Hebræis infesta interpretantur, quæ ordine quodā inimicè eorū gentē vastauerunt,

Rubigo.

8

runt, & quod vnum regnum relinquebat, alterum quod postea sequebatur consumebat. In eruca Assyrios, atq; Chaldæos significari putant, in locusta Medos, & Persas, in brucho Macedones, & Alexandri successores, præsertimq; Antiochum Epiphanem, in rubigine Romanos. In eamdem sententiā ierunt Rupertus, & Lyranus, & alij nonnulli. Nec eam Hieronymus refellit, sed alterā tamen ei præponit, Licet nūc (inquit) nobis magis de Babylonijs dici videatur, atque Chaldæis, quorum crudelitas in populum Dei, feritasq; describitur. Hæc eadem mihi magis probatur, quoniam Hebræorū opinio duo habet difficilia. Primum est, qđ in eruca Assyrios, atq; Chaldæos intelligit, qui & diuersi inter se fuerunt, & diuersis tēporibus, alteri decem tribus, alteri duas infestarunt, nec habent cur in vno animali, hoc est in eruca, intelligantur. * Alterū est, quod reges Medorum, atq; Persarum nunquā venerunt in terrā Hebræorū, neq; eos leserūt, sed potius beneuoli erga eos fuerūt. Vnde Dani. 7. scriptū est: Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: quam Hier. & ceteri expositores volunt reges esse Medorū, atq; Persarum, additq; continuo Hieronymus: Quodq; dicitur, In parte vna stetit: sic Hebręi interpretantur, nihil eos aduersum Israel crudele gessisse. Vnde & in Zacharia propheta equi albi appellantur, &c. Video etiā Prophetā, cum sæpe homines ad luctū vocet, nunquam nominare decem tribus, aut Samariam, aut Ephraim, aut Israel, aut Ioseph, sed Sion, & Ierusalem, & sacerdotes Dei. Perijt sacrificium, & libatio de domo Domini, luxerunt sacerdotes ministri Domini. Et mox: Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris. Ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei. Et c. 2. Canite tuba in Siō, vlulate in mōte sancto meo. Et postea: Inter vestibulū, & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicēt, &c. Et post pauca: Et eū, qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis: per eum, qui est ab Aquilone regē intelligens Chaldæorū, siue ipsos Chaldæos, vt Iere. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ. * Quomodo igitur hæc quatuor in Chaldęis interpretabimur, nam Hieron. qui nobis dux ad hanc sententiam fuit, singulorum explicationē prętulit? Primum, illud satis probabiliter dicere possumus, in his quatuor quę Propheta nomina-

11

12

uit, cōprehensa esse vniuersa, quæ fruges, vineas, arboresq; perdūt, hæc enim sunt quæ maxime perdūt: ideoq; in illis intelligi oēs reges, & duces, & nationes, quæ regi Chaldæorū Nabuchodonosor se se aduersus Ierusalē adiunxere, de quibus Iere. 1. legimus: Quia ecce ego cōuocabo oēs cognationes regnorū Aquilonis, ait Dñs: & veniēt, & ponent vnusquisq; soliū suū in introitu portarum Ierusalē, & super omnes muros eius in circuitu, & super oēs vrbes Iuda. Ergo quia multi erant, & quisq; eorum pro viribus Iudæis nocebat, quodq; hi nō vastabāt, vastabāt illi, merito dicit: Residuū erucæ comedit locusta, &c. Itaque omnino videtur de vno aduēru hostium loqui: ait enim: Gens enim ascēdit super terrā meam fortis, & innumerabilis, &c. * Quod si quis diuersos potius hostiū incursus significari velit, equidē nō repugnabo, recte em intelligi potest de quatuor Chaldęorū extremis incursionib⁹ in terrā Iuda, de quibus 4. Reg. 24. & 25. Prima fuit, cū venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalē, & obsedit eā, & tradidit Dominus in manu eius Ioacim regē Iudæ, & partem vasorū domus Dei, & asportauit ea in terram Sennaar, vt Dan. 1. scriptū est. Quo tempore cum alijs captiuis Daniel, & tres eius socij abducti sunt. Secunda, cū idē rex transtulit Ioachin regem in Babylonē, & matrem, & vxores, & eunuchos eius, & iudices terrę duxit in captiuitatē, & omnes viros robustos, & bellatores. Tertia, cū nono anno Sedeciæ obsedit Ierusalem, & cepit anno vndecimo, & vinctum Sedeciam duxit in Babylonem. Quarta, cū venit Nabuzardan princeps exercitus regis Babylonis, & succendit domū Domini, & domum regis, & oēs domos Ierusalem cōbussit igni, & muros in circuitu destruxit. Quę merito rubigini cōparatur, omnia enim redegit in cineres, vt rubigo, sicut tres priores erucæ, locustæ, brucho propter multitudinē militum omnia diripientium, atq; vastantium.

ALLEGORIA.

Iudæos, qui Christū audire noluerūt docentē, & æternę vitę iter cōmonstrantē exercitus Romanorū misere vexauit, & perdidit, à quib⁹ quatuor insignes clades acceperūt, quas recte in eruca, locusta, brucho, rubigine significatas esse dicem⁹. Prima fuit, cū multi Iudæi Ierosolymis à militibus Sabini Romani ducis, ac deinde à Varo cæsi sunt, vbi prēter eos, qui in prēlio ceciderūt,

13

14

Universidad de Deusto
Biblioteca

Varus duo fere millia in crucem egit. Lege Ioſephũ lib.2.de bello Iud.c.2.&.3. Secũda fuit varijs tumultibus in Iudæa exortis Felice præſide,cuius meminit Lucas Act. 23. &.24.& magna cum Iudæorum clade compoſitis.2.de bello.c.12. Tertia ſub præſidibus Albino,& Floro, quo tempore vrbes ſpoliatæ, & tota penè deſerta regio eſt, & multa hominum millia extincta,vt eodem li.c.13.14.15.late narrat Ioſeph. Quarta, cũ tandẽ Ieruſalẽ à Tito euerſa,& vniuerſa fere gens aut cæſa,aut in captiuitatem ducta eſt, quæ iure etiam in rubigine intelligitur*. Præter hæc,quadruplex peſtis multó armis Romanorum ſæuior Iudæos miſerrime diſperdidit,auaritia,hypocriſis, inuidia, incredulitas. Hæ ſunt eruca, locuſta,bruchus,rubigo. Propter has venerunt Romani, & ſuſtulerunt eorum locum,& gentẽ. Aliam allegoriam excogitauit Hugo S. Victoris ſatis appoſitam:ſignificari in his quatuor quatuor Eccleſiæ perſecutiones: quæ primò ab idololatris, ſecundò ab hæreticis, tertiò à male, carnaliterque viuentibus Chriſtianis impugnata eſt,vt impugnatur: quartò ab Antichriſto ſæuiſsime impugnabitur. Idololatręq primo Eccleſiam perſecuti ſunt,& eruca vocantur propter ſpurcitiã, & varietatem idololatriæ. Hos ſubſecuti hæretici locuſtæ dicuntur propter volatum ſcientiæ, agilitatem ingenij, elationem ſuperbiæ. Poſt hæreticos venerunt carnales Chriſtiani,qui bruchi nomine deſignantur propter æſtum,& immunditiam carnalis concupiſcentiæ. Antichriſtum rubigo ſignificat ,ppter immanitatẽ ſæuitiæ.

15

TROPOLOGIA.

Hieronymus hæc eadem referens ad mores,quatuor animi perturbationes inſignio res,fonteſq; cæterarũ ſignificari putat,quæ virtutes perdunt,ægritudinem,gaudiũ, timorem,ſpem. Ægritudo eſt cum triſtes ſumus,& mœrore conficimur, ſtatuſque noſtræ mentis cuertitur:gaudium,cum geſtimus lætitia,& bona noſtra moderanter ferre non poſſumus. Atque hę duæ præſentis temporis ſunt. Reliquæ futurum ſpectant, ſpes,& timor. Bona ſperamus, & proſpera, aduerſa timemus. Has perturbationes, inquit, vno,nec pleno verſiculo illuſtris Poeta comprehendit.

16

Hinc metuunt,cupiantque, dolent, gaudentque, nec auras
Reſpiciunt clauſi tenebris,& carcere cæco.

4.Æne.

Hugo S. Victoris erucam interpretatur eſſe libidinem,locuſtã inanẽ gloriam,bruchũ gaſtrimargiã, quã gulam vulgo vocamus, rubiginem iram,vel impatientiã. Nam ſæpe vſu venit, vt qui iam libidinis ſe victorẽ putat,in vanam gloriã incidat elatus victoria:atque vbi hanc quoque fugauit,à gaſtrimargia vincatur quaſi ſecurus iam ſuę caſtitatis,& humilitatis. Sed hac quoque victa dum videt animus in carne continentiam, in mente humilitatem,in corpore abſtinẽtiã,perfectum ſeſe exiſtimat,& præ ſe cęteros deſpiciens,ſi quando voluntati ſuæ reſiſti videt, protin' habenas laxat iræ,in verba proſilit impatientiæ dicens:In peccatis natus es totus,& tu doces nos? Scriptũ eſt, Spiritualis iudicat omnia,& ipſe à nemine iudicatur,& in lege os leproſi claudi præcipitur. Prius igitur rectè diſcas, vt ſane doceas,prius bene viuas,vt iuſte arguas. Sed hæc omnia copioſius & elegãtius Greg.33. mor.c.39. vnde Hugo mutuatus eſt.

Iob.4.

1.Cor.2.

HISTORIA.

Expergiſcimini ebrij. Ebrios vocat,qui vitijs capti,& voluptatibus dediti nihil niſi voluptates ſuas cogitant, vt eleganter exponit Hie. de qua ebrietate & Dominus ait Luc. 21. Attẽdite autẽ vobis,ne forte grauentur corda veſtra in crapula,& ebrietate, & curis huius vitæ. Hos vt dormientes,& ebrios acrioribus verbis ad pœnitentiam prouocat,& flere iubet,quoniam voluptates illas ſuas cito erant amiſſuri. Recentiores Heb. & quidam alij, vbi Hier. poſuit, In dulcedine,vertunt,Super muſto,עַל עֲסִיס,vt ſit ſenſus. Qui bibitis vinum vlulate, aut flete ſuper muſto Sed nos ſciamus,(quod & ipſi fatentur)עֲסִיס non ſolum muſtum ſignificare,ſed ſuccum quemcũque dulcem, qui adportandum exprimitur ab עָסַס, quod eſt calcauit,aut compreſsit. Vnde fit vt & dulcedinem ſignificet, vt Ioe.3. In illa die ſtillabunt mõtes dulcedinem, quomodo etiã ibi Lxx & Chaldæus interpretati ſunt. Porro עַל,licet frequẽter ſit idẽ quod Super, tamen etiam ponitur pro In, vt Iſai.58. Et Pſal. noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Dñi. Ge.27. viues in gladio, & fratri tuo ſeruies. Danie.9. Et erit in templo abominatio deſolationis. Eſt ergo ſenſus: qui bibitis vinum in dulcedine, id eſt, quibus incundiſsimæ ſunt huiuſmodi voluptates. Ex quo videmus quantũ aberrent qui dicũt pro עַל עֲסִיסִים

17

Ioel.3.

Gen.27.

Dani.9.

nihil

nihil poni in noſtra tranſlatione.

18

Gens enim aſcendit. Præterito vtitur pro futuro more prophetico vt certiſſimũ eſſe intelligamus,quod dicitur,ſicut & modo dixit,Quoniã perijt ab ore veſtro,pro Peribit & auferetur vobis. Hier. Narratur impietas hoſtiũ ſub figura locuſtarũ,& rurſum ſic de ipſis locuſtis dicitur,quaſi hoſtibus comparẽtur, vt cũ locuſtas legeris, hoſtes cogites, cum hoſtes cogitaueris, redeas ad locuſtas, &c. Itaq, multitudinẽ locuſtarũ vocat nũc gentẽ fortẽ,& innumerabilẽ, ſed per locuſtas exercitũ Chaldæorũ intelligi vult. Monuit locutio Lyranũ, ideoq; de locuſtis hæc dici negat:non debuit tamen moueri,ſolet enim ſcriptura de huiuſmodi beſtiolis ita loqui,ac ſi homines eſſent,vt hic adnotãt Hebræi,& Burgenſis in add.2. vt Prou.30. Formicæ populus infirmus, lepuſculus plebs inualida,&c. Et ibidem: Locuſta regem nõ habet, ſed egreditur per turmas. Ita Virgilius de apibus.

Regul. Vt beſtiolis loquatur ſcriptura, ac ſi homines eſſent.

4.Georg.

Magnanimoſque duces,totiuſque ex ordine gentis
Mores,& ſtudia,& populos,& prælia dicam.

Et de formicis.

4.Æneid.

It nigris campis agmen,prædamque per herbas
Conuectant calle anguſto;pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris,pars agmina cogunt,
Caſtigantque moras.

Affert quoq; Burgenſis quod cap.2. dicitur: Quaſi aſpectus equorum,aſpectus eorum,quaſi equites ſic current. Sicut ſonitus quadrigarum ſuper capita montiũ exiliẽt, &c. Quod nõ diceret, ſi vere eſſent equites & quadrigæ. Cur autẽ gentem fortem vocet, ſatis indicant, quæ ſequuntur.

19

Dentes eius vt dentes leonis. Omnia lacerabunt,& vaſtabũt inſtar leonũ. De leonis autem, & de catuli leonis dentibus diximus Hoſ.5. ad finẽ,in illud: Et quaſi catulus leonis domui Iuda. Quod vero hic quidã cum R. Dauid negant לביא,quod eſt in Hebr. ſignificare catulum leonis, ſed grandem potius leonem, errant cum ſuo duce: nam & Chaldæus,& Lxx verterunt, Vt catuli leonis. Ijdem Lxx eodem modo tranſtulerunt Pſal. 56. Et eripuit animam meã de medio catulorum leonum. Putat R. Dauid ex Iob. 4. argui Chaldæum,ait enim: Catuli leonis diſsipati ſunt,vbi leo qui catulos genuit, dictus eſt לביא. Sed non videt nomina ætatis mediæ vtrique extremorum tribui ſolere, & vice verſa, ſicut adoleſcens modo puer dicitur,modo iuuenis,aut vir,vt iam probauimus Hoſ.5. etenim catulos intelligit hic grandiores,quibus molares fortes ſunt.

Poſuit vineam meam. Tota locutio eſt metaphorica,ſiue allegorica, nam metaphora, ſi longior ſit,allegoria vocatur, vineam vocat populum, de quo Pſalm.79. Vineam de Ægypto tranſtuliſti, &c. Vt recte Hier. interpretatur. Eſt ergo, ac ſi diceret: Omnes vites corroſit, & diſsipauit.

Et ficum meum decorticauit. Si decorticentur arbores,notum eſt cito areſcere. Hiero. ficum eſſe vult ipſum eũdem populum Iudæorum, ad quẽ poſtea ſub ficus figura venit ſeruator vt fructus comederet, & non inuenit,maledixitque ei. Matt.21. Verũm, quoniam ficus in vineis, interq; vites ſunt, haud abſurde interpretabimur etiam ficus eſſe populi principes,& magiſtros, qui opibus ſuis ſpoliati ſunt,& cito aruerunt,id eſt, omnino perierunt. Nam illis incurſionibus hoſtiũ,& cæde principum, atq; fortium populus paulatim in dies areſcebat, vt ficus decorticata, quod ad ſenſum Hieronymi pertinet,& principes ipſi amiſsis opib⁹,amiſſiſque multis ſuorum in interitum feſtinabant,& quaſi areſcebant. Hier. Omnia autem ſub metaphora locuſtarum dicta noſcamus, quę in tantũ cuncta populantur,vt derodant arborum cortices,exutaſq; proijciant, & omni virore conſumpto albos ramos,& aridos derelinquant.

20

ALLEGORIA.

Diximus iuxta hiſtoriam,(ait Hier.) trãſcamus ad intelligentiam ſpiritualem, vt cũ ſenibus audire poſſimus. Cõtra Eccleſiam aſcẽdit gens fortis robore, & potẽtia huius ſæculi, vt reges, & imperatores idololatræ, vel hęreſiarchę,ac deniq; ipſe Antichriſtus. Innumerabilis multitudine, quia multiplicati ſunt ſup capillos capitis mei qui oderũt me gratis. Et quoniã multis viribus, & artibus, arq; potẽtia inſtructi erãt ad nocendũ, merito dẽtes eius ſicut dentes leonis. Hæc gẽs poſuit vineã Dñi in deſertũ. Vinea Dñi exercituũ dom⁹ Iſrael eſt, id eſt, Chriſtiani. At nõ eã fere in deſertũ poſuit hęreſis Arianæ? Sed vetera omittamus,& calamitatũ noſtrorum temporũ recordemur, quot vites huius vineę arefecit,& excidit Lutherus filius Diaboli? quot ficus decorticauit, id eſt, epiſcopos,& magiſtros peruertit? Et quoniã ficus etiã Eccleſia eſt propter fructus dulcedinẽ,hoc eſt quod maxime nitũtur noſtræ ætatis hæretici decorticare ficũ,hoc eſt ex-

21

Pſal.62.

Iſa.5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

terna Ecclesię, quæ videtur viliora, sed quibus maxima tegũtur, atq; cõseruantur, tollere, nẽpe ceremonias Ecclesiasticas, & quę vulgo theologi vocant sacramentalia, atq; adeo sacramenta ipsa, quæ ceremoniæ quædam sunt, quibus Deus colitur, & homines sanctificantur. Videntur hæc humilia, si externam tantum speciẽ spectes, sed si tollas, ficus decorticabitur, Ecclesia nuda bitur, & albi fient rami eius, & arescet. Ideo de quibusdam, qui hæreticorum typum portant, legimus Iob. 30. Et mandebant herbas, & arborum cortices.

Externę ceremoniç valde vtiles.

TROPOLOGIA.

22 *Expergiscimini ebrij.* Greg. 33. Mor. cap. 40. Ebrij vocati sunt, qui mũdi huius amore cõfusi mala non sentiunt, quæ patiũtur. Quid est ergo dicere: Expergiscimini ebrij, & flete, nisi, Somnũ vestræ insensibilitatis excutite, & in deuastatione cordis tot sibi succedentibus vitiorũ pestibus vigilãtibus lamẽtis obuiate? In eo autẽ qđ sequitur: *Ges enim ascendit*, &c. Hieronymum cum senibus audiamus, qui Moralem sensum ita eleganter exponit, vt neque addi quidquam, nec detrahi posse videatur. Ipsa eius verba ponam. Ascendit gens super terram Dei, animam videlicet humanam: (omnes enim animæ Dei sunt, sicut anima patris, sic & anima filij) & ascendit gens principum mũdi istius, & tenebrarum, & spiritualia nequitiæ in cœlestibus, aduersum quos nobis est lucta, atque certamen, de quibus dicitur: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. Cuius gentis dentes sunt sicut dentes leonis, de quo Petrus Apostolus loquitur. Aduersarius vester Diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. *Et molares illius quasi catuli leonis.* Catulum leonis, vel eum intellige, qui eleuatur contra omne, quod dicitur Deus, & religio, (id est Antichristum) vel certe omne dogma peruersum. De cuius contritis molaribus qui intrinsecus latent, & non videntur, ne facile vitentur, etiam Psalmista lætatur dicens: Molares leonum confringet Dominus. Si ergo dederimus locum huic genti vt ascẽdat in nobis: statim ponet vineã nostrã in desertum, de qua vinum facere solebamus; quod lætificat cor hominis: & ficus nostras decorticat, siue cõfringit, ne habeamus in nobis Spiritus sancti dona dulcissima, ne sub vinea nostra, & ficu vir sanctus requiescat, sub quibus cum fuerit, aduersariorum impetus non timebit. Nec sufficit huic genti vineam disperdere, ficumque confringere, nisi scrutans scrutetur eas, & quidquid in illis vitale fuerit interficiat, vt omni virore consumpto albi, atque emortui ramusculi remaneãt, & cõpleatur in nobis: Si in viridi ligno hæc faciunt, in sicco quid facient? &c.

Ecclę 10.

1. Pet. 5.

Psal. 57.

Plange quasi virgo accincta sacco. Ierusalẽ iubet, vt plangat eo modo, atque eo planctu, quo virgo accincta sacco (qui habitus est lugentiũ) plangere solet super virum pubertatis suæ. i. cui primò nupserat, cũ adhuc virgo esset, quẽ propterea Lxx vocãt παρθενικὴν i. virgineũ, huiusmodi enim viri vehementius amari solent. Virginem autẽ vocat cũ Lxx nouã nuptam, quæ cito virum amisit, propter ętatem, non propter integritatem, ac si diceret, Plange, sicut mulier quæ virũ ea ætate amisit, qua aliæ virgines sunt, & necdũ nupserunt, est enim & in Heb. & in Chaldæo בְּתוּלָה i. adolescentula. Hieronymus: Virpubertatis, siue vt Lxx transtulerunt, παρθενικὴν quem vulgo virgineũ vocãt, eo quod primus florẽ virginitatis abstulerit, &c. Et quoniam בְּתוּלָה non raro etiã pro virgine accipitur: illud in promptu est ad respondendum, vsitatũ esse in scriptura, vt aliquid habeat nomen eius, quod paulo antẽ fuit, vt Exho. 7. Proiecerunt que singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones, sed deuorauit virga Aharon virgas eorum. Iure autẽ iubet lugere sicut virginem, quæ amisit virũ pubertatis suæ, quoniam re vera Synagogæ vir primus fuerat Deus, qui cã sibi desponsauerat in Abrahã, Isaac, & Iacob, vt Ezec. 16. videmus, sed illa hũc virũ peccatis suis à se abalienauerat, & ad idola, quasi ad secũdũ virũ trãsierat. Pœnitẽtis. nisi illa vox est; Reuertar ad virũ meũ priorẽ Hos. 2.

Periit sacrificium, & libatio. Ingredientibus hostibus, & fruges, ceteraque omnia vastãtibus, necesse erat deesse sacrificiũ & libationem. Libatio, seu libamẽ נֶסֶךְ dicitur, à נָסַךְ, quod est Fudit, fundebatur enim vinum, vel sicera, Nu. 28. Hinc Deut. 32. De quorum victimis comedebant adipem, & bibebãt vinum libaminum. Nume. 28. Li. 1 babitis vini quartã partem hin per agnos singulos. Sacrificium. i. מִנְחָה fiebat, vt ait Hic. ex simila cũ oleo, & melle. Leu. 6. Quãuis hac voce quodcunq; etiã sacrificiũ significari solet, vt Nu. 28. Alterumq; agnũ similiter offeretis ad vesperam iuxta om-

nem ritum sacrificij matutini. Quare forte hic de sacrificio agni quotidiani loquitur.

Luxit humus. Deuastata, scilicet, & fructu suo spoliata, tunc enim habitum lugentis videtur assumere.

* Confundi.

Confusum est vinum. Pagninus, & alij vertunt, Aruit vinum. At quamuis id quoque significet verbum, הוֹבִישׁ, tamen elegãtius mihi transtulisse videtur Hieronymus, Cõfusum est vinum. Et postea, Vinea confusa est, & confusum est gaudium: quod quasi confusum, & pudefactum sit vinum videns se non respondere votis, & laboribus agricolarum, & similiter vinea. Gaudium etiam confusum est, quoniam sicut qui incipit exhilarare alios, si explodatur, aut tacere iubeatur, confunditur: ita gaudium se ostentare cœperat, & repente succisum est. Denique R. Abraham adnotat, Confusum est idem significare quod Aruit.

25 *Elanguit oleum.* Perijt, defecit. In Hebr. est אָמְלַל, quod & Hos. 4. positum est, vbi ait: Et infirmabitur omnis, qui habitat in ea. Ibi hoc verbum exposuimus.

Confusi sunt agricolæ. Idem verbum est, de quo iam diximus, id est, pudore magno suffundentur, cum videant se nihil ex labore suo percipere, cum magna sperassent. Lxx, Aruerunt agricolæ, videlicet præ dolore. Quare non erat, cur ex præterito in imperatiuum mutaretur à quibusdam, qui verterunt, Confundimini agricolæ.

Messus agri. In hac legumina, & omnia, quæ solet humus gignere, intelligit Hieronymus.

Accingite vos, scilicet, cilicio, vel sacco, est enim verbum, quod paulo ante vsurpauit cum dixit: Quasi virgo accincta sacco.

Sanctificate

Sanctificate ieiunium. Hieronymus simpliciter videtur intelligere, sanctum ieiunium ieiunate. Sed possumus & iuxta scripturæ phrasin intelligere, Parate ieiunium, confugite ad ieiunium. Sanctificare enim interdum idem est quod Parare. Isai. 13. de Medis, & Persis: Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes in ira mea. Ierem. 6. Sanctificare super eam bellum. Significat etiam segregare, Exhod. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum. Numer. 5. Sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israel. Vt liceat etiam interpretari, Segregatus est Theodoretus: In ieiunium vos segregantes sancte, & pure id obite.

Vocate cœtum. Nec hic erat, cur mutaretur trãslatio in, Clamare cessationem, cum & Chaldęus eodem modo verterit, & eum secuti sint R. Abraham, & R. Dauid, & alij Hebræi. Symmachus vertit, Vocate Synhodum. 26 *

Congregate senes omnes habitatores terræ. Vt multorũ clamore magis moueatur Deus.

Aaa diei. Verba sunt Prophetæ futura mala præuidentis, & eorum terrore vehementius ad pœnitentiam exhortãtis. Aaa vnica dictio est apud Hebręos אֲהָהּ, estque dolentis interiectio, vt apud Latinos, Heu, aut Ah. Hieronymus Heu solet vertere, vt Iosue. 7. Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum, &c. Et Iud. 6. Heu me Domine Deus, quia vidi angelum Domini. Et cap. 11. Heu me filia mi, decepisti me. Ex quibus locis facile intelligimus quid valeat in illis locis vbi sine interpretatione relinquitur, vt Iere. 1. Aaa Domine Deus, ecce nescio loqui, Et cap. 14. & Ezec. 20. Quãuis in his tribus locis vltimis Chaldæus sem per trãstulit, Suscipe deprecationem meã, ex quo liquet coniunctionem etiam esse obsecrantis. Constat quoque deprauatam esse scripturam, cum aspirationem habere debeat, Aha: sed pronuntiationem non arbitror esse mutandum, modo vt vnicam dictionem proferamus Aaa, non autem quiescendo in singulis literis, ac si tres dictiones essent. Aaa. * Non probabitur hoc fortasse nouis Hebræis, qui putant ה literam esse consonantem, cum vere vocalis sit, habent enim multa huiusmodi, in quibus errant pueriliter. Sed audiãt huius rei causam ex Hieronymo in Traditionibus Hebraicis in Genes. Idioma, inquit, linguę illius est per ה quidem scribere, sed per A legere, sicut è contrario A literam sæpe per ה pronuntiant. Recte ergo profertur Aaa, licet scribendum sit Aha. Ita Aharon per aspirationem scribitur, sed profertur Aaron. 27

Quia prope est dies Domini. Diem Domini vocat, quo potentiam suam ostensurus est puniendo, vt latius in Sophon. c. 1. explicabimus, vbi ait, Quia iuxta est dies Domini.

Et quasi vastitas a potente veniet. Erit hic dies quasi vastitas quædam maxima, quæ à potente proficiscitur. Pro Potente est שַׁדַּי, quod (vt hic ait Hieronymus) vnum est ex decem nominibus Dei, de quorum interpretatione epistolam idem scripsit ad Marcellam, cuius initium est, Nonagesimũ Psal

Saddai.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum. In qua docet Psal. 90. vbi legimus, In protectione Dei cœli commorabitur, legi in Hebræo hoc nomen, Aquilamque interpretari ἀλκιμῶν, quod nos robustum, & sufficientem ad omnia perpetranda possumus accipere. Quæ interpretatio recte huic loco conuenit, dicitur enim Saddai, quod sibi sufficiat, & alterius auxilio non egeat.

28 *Num quid non coram oculis nostris.* Ita legẽdum est, ita enim est in Hebr. & ita legunt Hieronymus, & Chaldæus. Nec obstat in Lxx legi, Coram oculis vestris, cum facile pro ὑμῶν, potuerit vna litera mutata scribi ἡμῶν. Hoc autem ait: Nobis omnibus vidẽtibus nihil erit quod in templo offeratur, quoniam hostes agros, & fruges vastabunt, atque ita lætitia, & exultatio tam offerentium, quam sacerdotum, quæ auditi, & cerni in templo solebat, nulla erit.

* *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Manebunt domi iumenta, nec foras educẽtur timore hostium obsidẽtium, & fame in stabulis morientur. Hebræi multo aliter vertunt, Computruerunt grana sub glebis suis: quod ad rem de qua agitur, nihil pertinet, siue de locusta omnia interpretari velis, siue de exercitu Chaldæorum. Quare multo verior, & magis propria est Hieronymi translatio, Cõputruerunt iumenta. Sed ipsi legunt פְּרָדוֹת, quod quidam etiam Hebræi affirmãt esse pluralem numerum nominis פֶּרְדָּה, quod mulam, siue iumentum significat. Sed Hieronymus legit פְּרֻדוֹת, de quo nemo dubitare possit, quin mulas, & iumẽta significet, literæ enim sunt in vtroque nomine ædem.

29 *Demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ.* Pro Horrea, in Hebræo est אוֹצָרוֹת, id est, thesauri. Thesauri autem dicuntur in scriptura quarumuis rerum præsertim vtilium, & pretiosarũ receptacula, vt diximus Hos. cap. 13. n. 41. Horreum autem proprie hordei est, & ab hordeo dicitur Varroni, sicut farreum dicebatur receptaculũ farris. Vsus tamen obtinuit vt tritici, & farris, & rerum similium, quæ ad victum pertinent, receptacula dicerentur horrea, nam hæc nunc thesauros appellat. Apothecæ autem sunt in quibus fruges, & vinũ reponuntur, Heb. מַמְגֵרוֹת, & ideo Lxx verterunt, Dissipati sunt thesauri, suffossa sunt torcularia. Huiusmodi autem cellæ, & receptacula solent refici, & reparari cum prouentus speratur, sed vbi prouentus nõ est, negligũtur, & negligẽtia paulatim corruunt, aut etiã diruũtur.

Horreum.

Apothecæ.

Quid ingemuit animal. Iumenta, & pecora omnia fame vrgente mugient, & denique peribunt agris ab hoste vastatis, & obsidione exire non finente. Nam vt legimus. 4. Reg. 25. Nono anno Sedeciæ mense decimo Nabuchodonosor obsedit Ierusalem, & extruxerũt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas, atque vallata vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ nona die mensis, prævaluitque fames, in ciuitate, nec erat panis populo terræ.

Quia ignis comedit speciosa deserti. Videtur mihi nunc sine metaphora loqui, palamq; dicere villas, & hortos, & arbores incendio Chaldæorum perijsse, vt semper in bello fieri solet.

Suspexerunt ad te. Quasi subsidium suæ siti, famique postulãtes. Ita dictum est Psal. 103. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.

Quia exiccati sunt fontes aquarum. Exercitu, scilicet, hostili omne obsessis subsidium tollente, & fontes obstruente humo, (vt Palæstini obstruebant puteos Isaac, Gen. 26.) aquæductusque interrumpente.

ALLEGORIA.

Sed vt ad locum, vbi ab spirituali expositione diuertimus, reuertamur. Plãge quasi virgo, &c. Optime hæc explicat Hieronymus. Possumus, inquit, hæc eadẽ & post aduentum dicere saluatoris accidisse populo Iudæorum, quando pari furore clamantes dixerunt, Crucifige, crucifige talem, nõ habemus regem, nisi Cęsarem: quando circumdata est Ierusalem ab exercitu, & in tantam necessitatem venerũt famis, ac pestilentiæ, vt filiorum nec dum maturis corporibus vescerentur, & sacrificia vniuersa ablata sunt, & cõfusum est gaudium à filijs hominum, quia gaudium recipere noluerunt, de quo angelus loquitur ad pastores: Annuntio vobis gaudium magnum.

Hæc eadem Hugo S. Victoris ad Ecclesiam allegorice refert. Sed quoniam sunt quædam, quæ non nisi duriter ad eam referri possunt, videat, qui volet in eius commẽtario. Melius Hieronymus de Ecclesia interpretatur, sed tempore Antichristi, quo peribit sacrificium, & libatio de domo Domini, & vastabitur regio Ecclesię pereuntibus sanctis, & lugebit humus, &c. Nos ad tropologiam transeamus Hieronymi ver-

ba, quæ eruditissima sunt, in compendium redigentes.

TROPOLOGIA.

31 Postquam sponsa quæ receperat doctrinam Dei, ab sponso fuerit separata, & cilicium, hoc est habitum lugentis assumpserit: tunc perit sacrificium, de quo scriptum Psal. 50. est: Sacrificium Deo spiritus contribulatus, & vini libatio, quod lætificat cor hominis.

Accingite vos, & plangite sacerdotes. Idem: Qui sacerdos peccator est, & quem remordet propria conscientia, cilicio accingatur, & plangat propria delicta, & cubet, vel dormiat in sacco, vt præteritas delicias, per quas offenderat Deum, vitę austeritate cõpenset. Nec sufficit flere, vel plangere, & habitum lugentis assumere, nisi sanctificet ieiunium, id est, sanctũ faciat, non quale illud erat, de quo dictum est: Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.

Mat. 12.

Numquid non coram oculis nostris. Idem. His quoque qui in Ecclesia commorantur, pro qualitate meritorum frumentum spiritus, & hordeum literæ, si peccauerunt, tollitur, vt patiantur famem sermonis Dei. Cumq; fuerint alimenta sublata, cõsequenter gaudium, & lętitia tollitur de domo Dei, vt qui audiebant ante Apostolum dicẽtem: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete; postea Dominum audiant ad pœnitentiam prouocantem: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.

Philip. 4.

Matth. 5.

32 *Computruerunt iumenta in stercore suo.* Idẽ: Postquam alimenta perierunt, & de domo Dei gaudium, lætitiaq; sublata sunt, iumenta quoque computruerunt in stercore suo. Computrescit in stercore suo, cuius Deus venter est, & qui dicit: Manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Gregor. hom. 10. in Euang. Mortuam vero carnem putrescere est hoc mortale corpus fluxui luxuriæ deseruire, sicut de quibusdã per Prophetam dicitur: Computruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in stercore suo putrescere est carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire.

Isaiæ 22.

Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti. Hieronymus: Simulque consideremus, quod nisi propter angustiam, & ablationem deliciarum nec Propheta, nec bestiæ clamassent ad Dominum, aut ad Dominum suspexissent. Quod quidem & ad iustum quondam virum referri potest, qui cum declinauerit, & fecerit malum, nequaquam ei virtutes pristinæ proderunt, sed iudicabit eum Dominus in quibus inuenerit. Flamma autem, quæ succẽdit omnia ligna regionis, illa esse credenda est, quæ immittitur ardentibus Diaboli sagittis, vt nihil in nobis bonarum frugum remaneat, sed cuncta incendio consumantur. Omnes enim adulterantes quasi Clibanus corda eorum. Et non solũ Propheta, vel populus per Prophetã, qui rationale animal est, sed iumenta quoque de quibus dictum est: Homines, & iumenta saluos facies Domine, & alibi: Seminabo eos semine hominum, & iumentorum: suspexerunt ad Dominum, & rorem illius misericordiæ flagitarũt, quia exiccati sunt fontes aquarum, quos certus desiderat, & de quibus Dominus loquitur per Ieremiam: Me dereliquerũt fontem aquæ viuæ. Siccatis autem fontibus aquarum, qui arentia quæque irrigant, atque refrigerant, consequenter quidquid in nobis pulchrum fuit, ignis ardore consumptum est, de quo Dominus dicit in Euangelio: Videbam Satanam, quasi fulgur cadentem de cælo.

Hos. 7.

Psal. 35.

Iere. 31.

Iere. 2.

Luc. 10.

CAP. II.

CAnite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terra: quia venit dies Domini, quia prope est: dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. Quasi mane expansum super montes populus multus & fortis: similis ei nõ fuit à principio, & post eum non erit vsque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti: neque est qui effugiat eũ. Quasi aspectus equorum, aspectus eorum: & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita

Universidad de Deusto
Biblioteca

montium exilient, sicut sonitus flãmæ ignis deuorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam. Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murum viri in vijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis. Vnusquisque fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed et per fenestras cadent, & non demolientur. Vrbem ingredientur, in muro current: domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur. A facie eius contremuit terra, moti sunt cœli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia, & facientia verbum eius: magnus enim dies Domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum? Nunc ergo, dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & in fletu, & in planctu. Et scindite corda vestra, et non vestimenta vestra, et conuertimini ad Dominum Deum vestrũ: quia benignus et misericors est, patiens & multæ misericordiæ, et præstabilis super malitia. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem? Sacrificium & libamẽ Domino Deo vestro. Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes: congregate paruulos, & sugentes vbera. Egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo. Inter vestibulũ & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini: et dicẽt, Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, & dominentur eis nationes: quare dicunt in populis. Vbi est Deus eorum? Zelatus est Dominus super terram suam, & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo, Ecce ego mittam vobis frumentum, et vinum, & oleum, & replebimini eo: & non dabo vos vltra opprobrium in gentibus. Et eum qui ab aquilone est, procul faciam à vobis, et expellam eum in terram inuiam et desertam, faciem eius contra mare Orientale, et extremum eius vsq; ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, et ascendet putredo eius, quia superbe egit. Noli timere terra, exulta & lætare: quoniam magnificauit Dominus vt faceret. Nolite timere animalia regionis: quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus et vinea dederunt virtutem suam. Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum sicut in principio. Et implebuntur areæ frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo. Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, et rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos. Et

Matt. 23. Marc. 13. Luc. 21. Ezec. 32. Esa. 13. Hier. 50. Amos 5. Soph. 1.

Psalm. 84. Ioan. 4 Ioan. 3.

Supra 1.

comedetis

comedetis vescentes, et saturabimini: et laudabitis nomen Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum, et non confundetur populus meus in sempiternũ. Et scietis quia in medio Israel ego sum, et ego Dominus Deus vester, et non est amplius: et non confundetur populus meus in æternum. Et erit post hæc: effundam spiritum meum super omnem carnem: et prophetabunt filij vestri, et filiæ vestræ: senes vestri somnia somniabunt, et iuuenes vestri visiones videbunt. Sed et super seruos meos, et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in cœlo, et in terra, sanguinem, et ignem, et vaporẽ fumi. Sol conuertetur in tenebras, et luna in sanguinem: antequam veniat dies Domini magnus et horribilis. Et erit: omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit: quia in monte Sion, et in Hierusalem erit salvatio, sicut dixit Dominus, et in residuis quos Dominus vocauerit.

Act. 2. Hier. 31.

Matth. 24. Luc. 21.

Rom. 10.

2

HISTORIA.

Canite tuba in Sion. Iubet Prophetam, & per Prophetam omnes, qui possunt audire sermonem (vt ait Hieronymus) tuba canere in monte Sion, in cuius latere sita est Ierusalem, & lamentabili voce omnes ad pœnitentiam exhortari. Cur vero tuba cani soleat, diximus in illud Hos. 5. Clangite buccina, &c.

In monte sancto meo. In templo, quod in altissimo colle extructum est, quamuis & Sion, siue Ierusalem, quæ erat in Sion, possumus intelligere dici montem sanctum.

Conturbentur omnes habitatores terræ. Trepident, & doleant, ac lugeant, quoniã proximus est dies, quo ab exercitu Chaldæorũ sunt capiendi: hunc enim vocat diem Dominum, quo Dominii iustitia, & potentia manifestabitur omnibus.

Dies tenebrarum. Hieronymus: In quo omne lumẽ lætitiæ auferetur, & cuncta tenebris opprimentur. Eodem pertinent verba, quæ sequuntur, sed more Hebræorum amplificationis causa duplicata coacceruantur. Hæc autem omnia ad diem mortis, & iudicij, qui proprie dici solet Dies Domini, optime conueniunt.

Quasi mane expansum. Mane, siue aurora, præsertim super montes, celerrime expanditur. Vnde Homerus.

Ἠὼς μὲν πρόσθεπλαγε ἰοειδέα πᾶσαν ἐπ' αἶαν, ideſt, Memnonis interea genitrix velamine cincta Purpureo terras expandebatur in omnes. Iliad. 8.

Significat incredibilem Chaldęorũ multitudinem, & celeritatem. Sed vt bene adnotat Hieronymus, semper per metaphoram locustarum describitur impetus Chaldæorum.

Similis ei non fuit à principio, & post eum non erit amplius. Locus est valde difficilis. Nam si de locustis intelligamus, illud aduersatur Exhod. 10. de locustis, quas Dominus misit in Ægyptum, quales ante illud tempus nõ fuerunt, nec postea futuræ sunt. Si autem de exercitu Chaldęorum, quis dubitat Romanos fuisse fortiores, qui ferro comparantur Dan. 2. quod sicut ferrũ omnia domat, ita ipsi omnia regna domuerunt? Sed hoc primum intelligendum est, quod cap. 1. & initio huius secundi diximus ex Hieronymo qui sæpe id reperit & de locustis, & de exercitu Chaldęorum præsentem esse prophetiam, verũ ita vt per metaphoram locustę significent Chaldæos, quare in vtrisq; vera esse hæc verba oportet. Altera ũ est, non simpliciter de his loqui Prophetã, sed quãtum ad calamitatem, quam huic regioni de qua sermo est, intulerunt. Ita etiam illud ex Exhod. 10. intelligendum est, nũquam in terra Ægypti tam innumerabiles locustas fuisse, nec postea futuras esse, non autem in vniuerso orbe terrarum. Ita modo ait, nunquam locustas visas esse, quæ ita terram Iudæam infestarent, nec fore postea videndas, ac si aperte dicat. Nunquam vllus exercitus tam fortis, & tam noxius ingressus est in Iudæam, neque ingredietur postea, quia (vt iam dixi) non de fortitudine, sed de damno per fortitudinem hostilem terræ Iudææ illato sermo est. * Et quidem nullam gentẽ ita ante nocuisse Iudæis ac Chaldęos facile

3

quisque

Universidad de Deusto
Biblioteca

quisque intelliget, qui veterum Iudæorum historiarum meminerit. Sed postea multo grauius nocuisse Romanos notius est, quã vt comprobari debeat, cum ipsa, quę adhuc cernitur, mille & quingentorum annorum calamitas, & captiuitas perspicue comprobet. Respondetur ergo non dixisse Prophetam: Nunquam erit populus huic similis, vt adnotauit Theodoretus, sed vsque in annos generationis, & generationis, id est, Multæ generationes pręteribunt ante quã vllus populus ita grauiter noceat genti Iudæorum: atque ita factum est, post multas enim generationes venere Romani. Generatio.

Generatio dicitur tempus vitæ vnius hominis, vt Isai. 38. Generatio mea ablata est, id est, tempus vitæ meæ finitum: atque ita Hebræi numerant generationes, vt nos idiomate nostro vnam vitam, aut duas, aut plures numeramus. Est autem hæc Hebræorum consuetudo, vt nomen in eodem casu geminatum multitudinem magnam signifícet. Vt Gene. 14. in Hebr. & in Græco est: Et vallis siluestris putei, & putei bituminis, scilicet, erat, Hoc est, tota erat plena puteis bituminis Nos habemus: Vallis autem siluestris habebat puteos multos bituminis. Et Psalm. 86. (qui locus obscurissimus est) Numquid Sion dicet, homo, & homo natus est in ea, id est, magna multitudo hominum, prophetae enim de populis gentium venturis ad Ecclesiam, id est, Num tãta erit felicitas Ecclesiæ, vt possit ei ab aliquo dici; Multi homines in ea nascuntur per baptismum: In Hebræo apertius est, vbi legimus. Sioni dicetur, Homo, & homo natus est in ea. Ita generatio, & generario multæ generationes, vt Psal. 144. Generatio, & generatio laudabit opera tua. Ita vsque in annos generationis, & generationis, id est, multarum generationum.

Regul. & phrasis. Nomen in eodẽ casu geminatũ magnam significat multitudinem.

Locus Psal. 86.

4 *Ante faciem eius ignis vorãs.* Hieronymus: Quidquid attinget quasi vorax flãma consumet, nihilque post se integrum derelinquet, &c. Terra antequam huiusmodi locustæ veniant, fertilis erit, & quasi horti quidã amœnissimi, plenique voluptatis: sed postquam venerint, ita eam omni decore, & virore spoliabunt, vt iam non paradisus voluptatis, sed quædam horridi deserti solitudo videatur.

Quasi aspectus equorum. Diximus de his c. 1. nu. 18. Aspectus equorum ad bellum paratorum terribilis est, & ferox. Hanc equi ferociam graphice depingit Iob. c. 39. Terrã vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio. Talis erit aspectus harum locustarum. Hieronymus: Non quo Babylonij equitibus comparentur, sed quo locustæ per translationem hostium quasi equites dicantur huc illucque discurrere.

Sicut sonitus quadrigarum super cacumina montium exilient. Nullus locus erit tutus, locustæ non solent montes conscẽdere, sed fruges quærere, at locustæ de quibus nunc loquimur, nihil relinquent, quod nõ vastẽt, illuc ascendent, quo aliæ ascendere nõ solent, & quidem summa cum celeritate, (ideo enim dixit, Exilient) & cum sono quodam horribili, & incredibili, vt non locustæ, sed quadrigæ videantur, aut flamma ingens aridissima quæque consumens. Significat nulla loca fore tam munita, vt possint impetum Chaldæorum sustinere, summam fore eorum celeritatem, & horrendum sonum, atque clamorem.

A facie eius cruciabuntur populi. Seruat semper metaphoram locustarum, cum enim per aerem earum agmina feruntur, solicitæ ac trepidi suspectant populi, ne forte in suas regiones descendant, & cum descẽdere vident, summo dolore cruciantur.

Omnes vultus redigẽtur in ollam, id est, Ollæ colorem induẽt, quo metus magnus significatur: tunc enim refugiente sanguine ad cor vultus primum pallet, deinde nigrescit. Nahum. 2. Et cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus, & facies omnium eorũ sicut nigredo ollæ. Isai. 13. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & conteretur. Torsiones, & dolores tenebũt, quasi parturiens loquentur. Vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.

Sicut fortes current. Coniuncta est enim cum fortitudine velocitas, inde toties apud Hom. πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς, id est, velox pedes Achilles.

Quasi viri bellatores ascendent murum. Talibus iam verbis vtitur, vt facile quisq; intelligere possit quid sub metaphora locustarũ lateat. Nulla obiectorum murorum, aut parietum sublimitas his locustis obstabit, quominus ascendant, & superent omnia.

Viri in vijs suis gradientur. Vir more Hebræorum positum est pro eo quod est vnusquisque, sicut Lxx transtulerunt: nec viri legendum est, sed vir, vt est in Hebr. sed librarij cum legerent, gradientur, posuerũt, Viri, nescientes phrasin Hebræorum, cum enim nomen singulare multos complectitur, recte plurale verbũ adiungitur & apud Latinos, vt.

Pars in frusta secant. ———

Ita sæpe loquitur scriptura, vt Ionæ. 1. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt vir ad Deum suum. Et postea: Et dixit vir ad collegam suum: venite, & mittamus sortes. Et cap. 3. Clament ad Deum in fortitudine, & conuertatur vir à via sua mala. Ist ergo sensus: Vnaquæq; locum sibi signatum in acie sua tenebit, ita vt in tanta multitudine altera alteri nõ obstet. Hoc enim solet magnis exercitibus nocere, quod ordo locorũ non seruetur, constatque paucos milites ordinatos magnæ multitudini posse resistere, si ordinem non seruet. Ex quo illud Cant. 6. Terribilis vt castrorum acies ordinata. Hieronymus: Hoc nuper in hac prouincia vidimus. Cum enim locustarum agmina venirẽt, & aerem, qui inter cœlum, & terram est, occuparent: tanto ordine ex dispositione iubentis Dei volitant, vt instar tesserularum, quæ in pauimentis figuntur manu, suum locum teneant, & ne puncto quidem (vt ita dicam) & vngue transuerso declinẽt ad alteram.

7 *Per fenestras cadent, & non demolientur.* Hieronymus vt apertam faceret metaphoram, ait: *Per fenestras, &c.* nihil enim locustis inuium est, cum & agros, & sata, & arbores, & vrbes, & domos, & cubiculorum secreta penetrent. Hoc autem de locustis dicitur, vt de hostibus intelligatur, &c. Significatur autem tã feliciter omnia Chaldæis euentura, & ita rerum bellicarum peritos futuros, vt neque occidantur, neque vulnerentur cum per fenestras desilierint. Significat etiam hic, & paulo post, tam audaces, & auidos victoriæ eosdem futuros, vt clausis ianuis per fenestras, ne vlla sit mora, tota irrumpant audacia. Recentiores ita vertendum putant hunc locum: Super gladium irruent, & non concupiscent. Et quidem in vltimo verbo quod est, יִבָּצֵעַ nulla est difficultas, nec enim dubitari potest, quin significet demoliri, & cõcidere, quoniam & Lxx verterunt, Nõ consumentur, & R. Dauid interpretatur, Non vulnerabuntur. Et Isai. 38. Dum adhuc ordirer succidit me, id est, finiuit me, pro quo est in Hebræo, idem verbum, יִבְצָעֵנִי nemo est igitur qui neget ita recte exponi, non concident te, non vulnerabunt te. Tota controuersia est de nomine שְׁלַח, quod nos fatemur etiã significare gladiũ, siue telum, à שָׁלַח, quod est Misit: quare Lxx verterunt, In iaculis suis cadent. At significat etiam fenestram, vt docet Hieronymus, & nonnulli Hebræi, quoniam per eas fures ingredi solẽt, vt spolient domos. Nam, שָׁלַח etiam significat spoliare. * Priorem interpretationem vidit Hieronymus, sciebatq; verbis Hebraicis posse dari, sed negat expositionis ordini conuenire, nec iniuria: Nam cum Iudæos describat mœstos, & nimio pauore perterritos, iamq; de victoria loquatur, quorsum dicat Chaldæos cadere super gladios, aut super iacula? Quomodo hoc ad locustas referri poterit? At per fenestras cadent, & nõ demolientur, recte conuenit ei, quod nunc agitur, & שָׁלַח significet fenestram ab spoliando, nam & paulo post ait: Per fenestras intrabunt quasi fur. 8

A facie eius cõtremuit terra. Hieronymus hyperbolice hæc dici censet, quod locustarum agminibus per aerem volantibus videbitur Iudæis prę timoris magnitudine & cœlum ruere, & terra fluctuare, & Sol, & Luna videbuntur obscurari, dum lumen posita in medio nubes locustarum in terram venire non sinet. Exercitui forti, & magno præclare hæc conueniunt. Nam & terra tremit. 1. Mach. 9. Et clamabãt tubis. Exclamauerunt autem & ij, qui erant ex parte Iudæ, etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum. * Et quoniam poetæ sæpe in dictione finitimi sunt prophetis, ex illis optime hęc intelligemus, ac potissimum ex principe poetarum. 9

——— *Tum cœco puluere campus*
Miscetur, pulsuq; pedum tremit excita Tellus. Et: 12. Æneid.
Bella mouens immittit equos, illi æquore aperto
Ante Notos, Zephyrosq; volãt, gemit vltima pulsa
Thraca pedum. ——— 12. Æneid.

Cœli moueri dicuntur cum tonat, vt.

——— *Et tonitru cœlum omne ciebo.* 4. Æneid.

Quod autẽ tonitrua tunc futura essent, ex sequentibus verbis intelligimus: Et Dominus dedit vocem suã ante faciem exercitus sui. Sol, & Luna dicuntur obscurari propter multitudinem equorum, & hominũ multo puluere ascendente, vt apud eundem.

Hic subitam nigro glomerari puluere nubem 9. Æneid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prospiciunt Teucri, ac tenebras insurgere campo.
Primus ab aduersa conclamat mole Caicus,
Quis globus, o ciues, caligine volvitur atra?

Quoniam autem ita de exercitu locustarum loquitur, vt Chaldæorum exercitũ intelligi velit, nõ est mirũ si dicat ea fieri in aduentu locustarum, quæ in magni exercitus impetu fieri solent. Quamuis & illius documenti Hos.2.n.87. à nobis traditi meminisse oportet, sæpe scripturam à metaphora ad rem ipsam diuertere, indeque iterum ad eandem metaphoram redire, ne sine causa laboremus singulis aptè ad locustas accommodandis. Eodem modo loquitur Isa.c.13. de exercitu Medorum, & Persarum in Chaldæos veniente: Quoniam stellæ cœli, & splẽdor earum non expandẽt lumen suum. Obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo. Et mox; Super hoc cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco suo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius.

10 *Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui.* Videlicet more ducum, vt & milites suos exhortentur in prælium, & aduersarios terreant. Vox autem Domini est tonitru. Psal. 17. Et intonuit de cœlo Dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis. 1. Reg. 12. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias in illa die. Itaq; Dominus aduenientibus Chaldæis tonabit, vt terreat Iudæos, & vt animos addat Chaldæis signo illo sentientibus Deum à se stare. Ita Homerus inducit Iouem ea die Troianis victoriam concedentem, & tonitru hoc significantem.

Vox Domini.

Iliad.8. Αὐτὰρ ὁ ἐξ Ἴδης μεγάλ' ἔκτυπε, φαίδιμον υἱὸν
Ἥρης σίλας παλὰ λαὸν Ἀχαιῶν, οἳ δ' ἰδόντες
Θάμβησαν, καὶ πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλεν.
Ἔνθ' οὔτ' Ἰδομενεὺς τλῆ μίμνειν οὔτ' Ἀγαμέμνων,
Οὔτι δὺ' Αἴαντες μενέτην δεράποντες Ἄρηος.

Quæ ita verti possunt.

Ipse autem horrendum intonuit sublimis ab Ida,
Fulmenque in Danaum populum detorsit, at illi
Obstupuere animis, pallens timor occupat omnes.
Tunc non Idomeneus, nec maior mansit Atrides,
Non gemini Aiaces famuli mansere Gradiui.

11 Non est dissimile quod Theodosio imperatore in Eugenium tyrannum pugnante accidit, vt magnus turbo ventorum in ora hostium rueret, & scutis dilectis pectora nuda præbere cogeret telis, sagittasque militum Theodosij deferret ad eos, eorum autem sagittas verteret in iaculantes, vt refert Orosius lib.7.ca.22. his verbis. De quo vnus ex ipsis (id est, ex hostibus nostræ religionis) poeta quidem eximius, sed paganus peruicacissimus, huiusmodi versib⁹ & Deo homini testimonium tulit.

Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit aduersas acies, reuolutaque tela
Vertit in autores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hiemes, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad Classica venti.

Exercitum autem Dei vocat, quia à Deo adducebatur, vt de Iudæis sumeret vltionẽ. Ita cum Medos & Persas concitaturum exterminatur aduersus Chaldæos, ait Isa.13. Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Et de Romanis, quos Deus misit ad excindendam Ierusalem CHRISTI interfectricem, legimus Matth.22. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit.

Quia fortia sunt nimis. Ideo dabit vocem suã ante suum exercitũ, quia maximus est, & fortissimus, & venit, vt faciat quod Deus vult, id est, vt pœnas sumat de sceleratissima gente.

Magnus enim dies Domini. Maxima in eo facturus est, ideo magnus dicitur, vt exposuimus Hos.1.num.137.

ALLEGORIA.

Hæc omnia quę à principio capitis exposuim⁹ Hier. allegorice interpretatur de die iudicij, aut de die mortis vniuscuiusq;. Quod eñ (inquit) in die iudicij futurũ est omnib⁹, hoc in singulis die mortis impletur. Allegoriam non subieci, quoniam & longa est, & ab eo luculenter explicatur. Mihi vidẽtur etiam hæc satis apte referri posse ad Antichristi sęuissimam persecutionem in Ecclesiam, cũ & duces cũ magnis copijs, & errorum magistros in omnes ciuitates mittet, vt aduersus Ecclesiam pugnent. Quo tempore acerbi erunt casus fidelium, & multæ magnæque calamitates, & (vt ait Poeta)

——— *Crudelis vbique*
Luctus, vbique pauor, & plurima mortis imago.

Quomodo autem singula in hac allegoria explicentur, facile ex superiori Historiæ expositione quisque intelliget.

TROPOLOGIA.

Iuxta tropologiam autem, sicut quatuor illa postea

illa postea per numerosum exercitum explicantur, ita nos in quatuor illis animi perturbationibus, quæ sunt initia, fonteſq; ceterarum multas alias intelligamus, quæ cũ in prouincias, aut in ciuitates, aut in singulorũ animas penetrãt, magnam virtutibus, & miserabilẽ cladem importãt.

13 * Ex his enim omnia vitia, & peccata nascuntur S. Thom. 2. Q. 23. A. 4. vndecim affectus numerat. Sed Cicero in. 4. Tusculana ex Stoicorũ sentẽtia plures profert, qui tamen illis vndecim continentur: nã primis quatuor propositis, ægritudine, metu, lætitia, libidine; sub ægritudine collocat inuidẽtiam, æmulationem, obtrectationem, misericordiam, angorẽ, luctum, mœrorẽ, ærumnam, dolorem, lamentationẽ, solicitudinẽ, molestiã, afflictationẽ, desperationẽ. Ægritudo est opinio recens mali præsentis, in quo demitti, contrahique animo rectũ esse videatur. Inuidentia est ægritudo suscepta propter alterius res secundas, quę nihil nocent inuidẽti. Æmulatio, est ægritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. Obtrectatio quæ etiã Zelotypia dicitur, est ægritudo ex eo quod alter quoque potiatur eo, quod ipse concupierit. Misericordia est ægritudo ex miseria alteri⁹ iniuria laborantis. Angor est ægritudo premẽs. Luctus est ægritudo ex eius, qui carus fuerit, interitu acerbo. Mœror, ægritudo flebilis. AErumna, ægritudo laboriosa. Dolor, ægritudo crucians. Lamentatio, ægritudo cum eiulatu. Solicitudo, ægritudo cum cogitatione. Molestia, ægritudo permanens. Afflictatio, ægritudo cũ vexatione corporis. Desperatio, ægritudo sine vlla rerũ expectatione meliorum. * Metus est opinio impendentis mali, quod intolerabile esse videatur. Sub metum subiecta sunt hæc. Pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, conturbatio, formido. Pigritia est metus consequentis laboris. Pudor est metus, ex quo sequitur rubor. Terror est metus cõcutiens, ex quo sequitur pallor, & tremor, & dentium crepitus. Timor, metus mali appropinquantis. Pauor metus mentem loco mouens. Exanimatio, metus subsequens, & quasi comes pauoris. Conturbatio, metus excuciens cogitata. Formido, metus permanens. Lætitia est opinio recens boni præsentis, in quo efferri rectum esse videatur. Ei hæc subijciuntur, maleuolentia, delectatio, iactatio. Maleuolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Delectatio est voluptas suauitate auditus, aut aliorum sensuum animum deliniens. Iactatio est voluptas gestiens, & se efferens insolentius. Libido est opinio venturi boni, quod sit ex vsu præsens esse, atque adesse. Libidini subiecta sunt, ira, excandescentia, odium, inimicitia, discordia, indigentia, desiderium. Ira est libido puniendi eius, qui videatur læsisse iniuria. Excandescentia est ira nascens, & modo existẽs. Odium, ira inueterata. Inimicitia est ira vlciscendi tẽpus obseruãs. Discordia est ira acerbior intimo odio, & corde concepta. Indigentia, libido explebilis. Desideriũ, libido eius, qui nondũ adsit, videdi. * Descripsimus ex Stoicorum sententia, & verbis Ciceronis duces quatuor, & singulorũ milites enumerauimus, sed mala quæ hinc oriũtur, & peccata innumerabilia sunt. Quædã Paul. Gal. 5. demonstrauit, per quę reliqua cognosci voluit: Manifesta sunt autẽ opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Hic fortis, & violẽtus exercitus penetrat in terrã eorum, qui sibi morẽ gerere malunt, quã Deo. Cũ ille venit, dies est nubis, & caliginis, obscuratur enim animus, & rectum videre non potest. Similis huic exercitus nullus fuit, aut erit, qui ita animæ noceat. Corã eo, & antequam veniat, anima est quasi paradisus voluptatis, & post eũ ingressum ita omnẽ pulcritudinem, & amœnitatem amittit, vt eremus quædam horridissima videatur. Formidabilis est horum militum aspectus, vt equorum ad pugnam paratorũ: ingẽs eorũ sonitus, id est, magna multitudo, sonus enim magnus multitudinis indiciũ est. Super capita montium ascẽdunt velocissime, quoniam & magnos vitos superãt, & in singulorũ animis id quod summũ est, occupant, id est, rationes arcẽ. Similes sunt flammæ stipulã deuorãti, neq; id tam sono, quã nocendi facultate, nã bona, quæ in anima inueniũt, exurũt, & perdũt. * Qui recte eos ante nouerit, si in se irruere viderit, timore, & solicitudine cruciabitur, & prę diu turno timore, & mœrore nigrescet. Omnes munitiones superabunt, & qua nemo putet posse, ingredientur; nam sæpe eos vincũt, qui aduersus huiusmodi vitia muni

Delectatio.
Iactatio.
Libido.
Ira.
Excandescentia.
Odium.
Inimicitia.
Discordia.
Indigentia.
Desideriũ.
15
16

Universidad de Deusto
Biblioteca

tissimi fore videbantur: & inter spiritualia negotia,& fraternę vtilitatis occupationes tacite se sc insinuant. Quisq; suę virtuti nocet,& ita animā depopulatur, vt quantū fieri potest, alijs nō sit impedimētō, quo minº & ipsi noceant, nisi forte sibi aliquādo duo vitia,aut duas perturbationes aduersari cōtingat. A facie horū cōtremit terra, corpus enim & inferior animę pars vehemēter his affectibus cōcutitur,& cōmouetur. Cōmouētur & cœli,id est, superior animæ portio. Sol,& Luna obtenebrantur.i. intelligentia erroribus,volūtas peccatis, varijsq; cupiditatibus obscurātur. Stellæ. i. rationes,quæ illustrare animū solebant ad vitia repellēda, retraxerūt splendorē suū: nō raro em̄ experimur, rationibº quibus iuuari magnopere solebamus, vrgēte tētatione nihil iā iuuari, & si cas semel,atq; iterū mēte retractemus. Manent ergo in anima,& nihil prosunt,neque offusam caliginem tollunt, ideoq; dicūtur retrahere splendorem suū. * Quāuis
17 in Sole,Luna,& stellis magnos quoq; viros intelligere possimus, qui aliorum doctores esse debent,& largiori à Deo luce collustrā tur,& si non æque omnes. Ante faciē huius exercitus Dominus dat vocem suam: quoniā per verba scripturæ,per concionatores, per monitores terret sæpe numero homines se ipsos amantes, voluptatesq; vndique captantes, prædicitq; magnā eis imminere calamitatem,& iam iam in potestatem hostium esse venturos, nisi mature resipiscāt. Nec vero miremur hūc exercitum Dei dici, & facere verbum eius; quandoquidem Chaldæi,& Romani,quos auaritia,& ira,& crudelitas ad bellum impellebāt, exercitus Dei dicuntur,quatenus eo iuste permittente Iudæos infestabant. Æquo enim Dei iudicio fit, vt qui legem CHRISTI contemnit,eiusque sanguinem,& sacramenta vitæ turpitudine conculcat, in manus vitiorum tradatur,& peccata per peccata puniantur,
Rom.1. sicut ait Paulus: Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt cōtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Et postea: Tradidit illos Deus in reprobū sensum, vt faciāt ea, quæ nō cōueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia,homicidio,contentione,dolo,&c.

18 *Nunc ergo dicit Dominus: Conuertimini ad me.* Ne in hæc,quæ comminatus sum,incidatis,toto corde ad me conuertimini. Nec putetis solum internum dolorem à me exigi,opera pœnitentiæ adiungi volo,quę dolorem verum esse testētur, & præterita peccata puniant, peccatorumque voluptates pœnarum acerbitate compensent. Nō est magnus dolor,qui se per fletum,& pœnitētiæ opera non prodit. Ieiunate simul, flete, plangite. Quid ergo hęretici errantes,& in errorem mittentes animas vagas, & instabiles, opera pœnitentiæ, quæ Deus exigit, detestantur, & si credant sibi per IESVM CHRISTVM dimitti peccata,dimissa mentiuntur? Hieronymus: Animi pœnitētiam ieiunio, & fletu, & planctibus indicate: vt nunc ieiunantes postea saturemini, nunc flentes postea rideatis,nunc plangentes postea cōsolemini. Fletus,& planctus hoc differunt, quod fletus lacrymarum est, planctus fletum cum percussione pectoris, aut capitis, aut alterius corporis partis indicat; eademque est significatio in verbis Hebraicis,& Græcis.

Scindite corda vestra. Mos erat Iudæorum in tristibus, atque aduersis vestes scindere, vt Num. 14. fecerūt Iosue,& Caleb,& summus sacerdos Matth. 26.& Paulus, & Barnabas Actor. 14. Vult ergo dolorem non externum esse penitus, sed magis internum. Ac si dicat: Nolite mihi satisfacere sola vestium scissione, à cordium scissione incipite. Scindere corda est vehementer dolere de peccatis,eaque de corde excutere,& extrahere apertione quadam, id est, fletu,& confessione. Pro quo Chaldæus dixit: Et auferte impietatē cordis vestri. Hieronymus: Idcirco ego præcipio vobis, vt nequaquam scindatis vestimenta, sed corda, quæ plena sunt peccatis, quæ instar vtrium, nisi scissa fuerint, sponte rumpentur. Glossa interl. Aperite corda vestra per confessionē fidei, &c. Sed malim (nisi & hoc intellexit) per cōfessionem etiā peccatorum, qualis tūc exigebatur,& nunc qualis in Euang. exigitur.

Quia benignus,& misericors est. Pro eo quod est,Benignus,in Hebr. est, חַנּוּן, id est,quem delectat benefacere, & donare peccata: nam חָנַן significat misereri, & gratis dare, atque ignoscere. Lxx ἐλεήμων, id est, misericors.

Patiens. Hebr. אֶרֶךְ אַפַּיִם, id est, latus naribus,qui non cito ira succenditur, neq; festinat ad vindictam, nam qui angustiores habent nares,celeriores videntur ad iracundiam. Lxx μακρόθυμος, id est,longanimis.

In multa misericordia. Siue multus in misericordia.i. diues in misericordia, vt ait Paul. Eph. 2. Deº aūt qui diues est in misericordia.

Præstabilis. *Et præstabilis super malitia.* Pro Præstabilis,in Heb. est נִחָם, quod verbum significat consolatione affici,placari, pœnitētia duci, id est,facile eum pœnitet supplicij, quod cogitabat inferre,cito placatur. Lxx: Pœnitens super malitias. Hieronymus: Præstabilis,seu pœnitens. Idem vocabulū est Exho. 32. Quiescat ira tua,& esto placabilis super nequitia populi tui. Et ibidem: Placatusque est Dominus ne faceret malum. Ideo Cypria. li. 4. epist. epi. 2.& in ser. 4. de bono patiētiæ,& ser 5. de lapsis. in fine legit: Et qui sentētiam flectat aduersus malitiam. Hoc ipsum significat Præstabilis super malitia,
21 Malitia, & malus. id est, præstat malitiæ, melior est malitia, non sinit se ab ea vinci. * Porro malitiam pro afflictione sæpe poni in scriptura vulgatū est,& ab Hier. satis adnotatum hic & in illud Ionæ. 1. Mittamus sortes, & sciamus,quare hoc malum sit nobis:& in Mat. cap. 6. in fine,& in epist. ad Amandū, quæ incipit: Breuis epist. Vt. 1. Mach. 10. Et recordati sunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Israel,& tribulauerat eos valde,& Matt. 6. Sufficit enim diei malitia sua. Idem significat Malū, vt docet Tertu. li. 2. aduersus Marcio.& Damas. li. 4. c. 20. Inde dies mali Psal. 40. In die mala (id est, laboriosa, & afflictionis plena) liberabit eū Dōs. Et Eccle. 1. Hāc occupationē pessimā dedit Deº filijs hominū. i. molestissimā,& laboriosissimā. Quod etiā video apud Home. vsitatū: infortuniū enim & calamitatem vocat κακότητα, id est, malitiam, vt Odyss. 3.

ἐφραζάχεια ὑπ' ἐκ κακότητα φύγοιμεν, ideſt,
Vt celerrime malitiam effugeremus, id est,tempestatē multum afflicturā. Et lib. 4.

ἄλλοι δ' ἄλλον κατὰ δῆμον ἀλαλκοίην κακότητα, id est,
Neque ei sunt vlli, qui possint auertere malitiam,id est,opem ei ferre,ne affligatur à procis. Et: Μηδὲ γέροντα κακὸν κακακομίσσον: Neque senem affligas afflictum.

Quis scit si conuertatur. Quoniam in Heb. est. Quis scit conuertatur,&c. magistri Iudæorum,& quidam alij ita intelligūt: Quis scit,& cognoscit peccata sua? conuertatur, & ignoscet Dominus. Sed dura est profecto,& coacta interpretatio, neque vllo modo recipienda, quoniam cum communi Sanctorum sententia pugnat,& cum consuetudine scripturæ quæ his viris non debuit esse ignota. * Solet em̄ in huiusmodi interrogationibus coniunctionem, Si, relinquere subaudiendam, vt Ionæ. 3. Quis scit si conuertatur,& ignoscat Deus. Lxx vtroque loco verterunt: Quis scit si conuertatur & vtroque loco sancti patres ita interpretati sunt. 2. Reg. 12. Quis scit si forte donet eum mihi Dominus, & viuat infans: An & hic interpretabuntur: Quis scit peccata sua,aut se in peccatis esse? Denique notum est ijs,qui scripturam idiomate suō legerunt,sæpe omitti,p cōsuetudine illius linguæ huiusmodi particulas, Si, Sicut, Nisi, & similes. Vera igitur translatione constituta,merito quęrimus cur in re aperta hæsitet Propheta? Quis fidelium dubitet Deū per pœnitentiam conuerti,& ignoscere hominibus? Conuertimini ad me (inquit Zach. 1.)& ego conuertar ad vos. Ambros. li. 2. de pœnitētia. c. 5. negat Petrū dubitasse eū dixit: Pœnitētiam itaque age ab hac nequitia tua,& roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Nam si putant, inquit, dubitasse Petrum, numquid & Deus dubitauit, qui ait ad Ieremiam prophetam: Noli auferre verbum, forsitan audient,& auertentur: Dicant ergo Dominū ignorasse quid esset futurum. * Sed non
23 ignorantia eo verbo exprimitur,sed in scripturis diuinis frequens huiusmodi consuetudo aduertitur,eo quod simplex sit elocutio. Siquidē & ad Ezeci. dicit Dōs: Et dices ad eos: Hęc dicit Dās, si forte audient,& terrebunt. Nesciebat ergo eos posse,aut non posse cōuerti? Nō ergo semp dubitātis ista est elocutio,&c. Docet ergo Ambr. phrasin esse scripturæ, vt aliquoties verbis dubitantis vtatur, cum minimè dubitet. Atque hoc exemplis ex Homero petitis confirmat. Denique (inquit) ipsi sapientes saculi, qui omnem gloriam suam statuunt in expressione verborum, quod Latine, Forte dicimus, Græce τάχα, non vbique pro dubitatione posuerunt. Aiunt itaque dixisse primum suorum Poetam.

ἤ τάχα χήρη ἔσομαι, quod est, cito vidua ero.
Et alibi. τάχα γάρ σε καταφλάσσουσιν Ἀχαιοὶ
πάντες ἐφορμηθέντες

Non enim dubitaret omnibus simul insurgentibus vnum facile ab vniuersis poste prosterni. Hæc Ambrosius,& alia in eādem sententiam: si modo is Ambrosius fuit. Quod autem citat ex Homero, vnum

Dubitationes in scriptura quomodo accipiendæ.

Act. 8.

Iere. 26.

Ezec. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; idem testimonium est in lib.6. Iliados, vbi Andromache Hectorem à pugna auocans ait:

Δαιμόνιε, φθίσει σε τὸ σὸν μένος, οὐδ' ἐλεαίρεις
παῖδά τε νηπιάχον, καὶ ἐμὲ ἄμμορον, ἣ τάχα χήρη
σεῦ ἔσομαι, τάχα γάρ σε κατακτανέουσιν Ἀχαιοὶ
πάντες ἐφορμηθέντες, id est,

Generose, perdet te tuum robur, neque miseretur
Filij infantis, neque mei miserè, quæ ero vidua
Tui ero: cito enim te interficient Achiui
Omnes super irruentes.

Quamuis & ita etiam vertí potest:
Quæ fortassè vidua ero, fortassè te interficient
Achiui. * Nos fatemur Deum non dubitare, quem latere nihil potest: sed homo, quẽ latent multa, cur non dubitet? Quod si dubitatio intelligenda non est, cum dubitare homo videtur, nunquam in ijs qui loquuntur in scriptura, dubitationẽ admittemus.
2.Reg.12. Nihil ergo dubitabat Dauid, cum dicebat:
Iudi. 5. Quis scit si forte donet eũ mihi Dominus. & viuat infans? Aut quæ dicebat: Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima feminarum eligitur ei? Non puto hoc dixisse Ambrosium, aut quicunque illorũ librorum de pœnitẽtia autor est, sed tantum, nõ semper dubitare in scriptura eos, qui videntur dubitare; quod verũ est. Sed quomodo, aut quare id fiat, explicandum nobis est. Cũ is dubitantis verbis vtitur, cui nihil potest esse incertum, aut dubiũ, id est, Deus: omnino ea loquẽdi forma eligitur vt aliquid per eã significetur, vt docet Grego. hom. 9. in Ezec. Duæ igitur sunt causæ huius locutionis. Prima, vt ostendat scriptura homines liberi arbitrij esse, nec Deũ præscientia, aut voluntate sua necessitatem illis imponere. Vt Luc. 20. Mittã filium meum dilectum, forsitã, cum hunc viderint, verebuntur. Ita docẽt breuiter Chrys. & Hier. in eadem verba Mat. 21.
25 * Secunda est, vt rei difficultas ostendatur, siue paucitas facientiũ id, quod dicitur. Ita Greg. hom. 9. in Ezec. exponit illud Ezec. 2. Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs: Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescãt, quia domus exasperãs est. Significatur enim ex magna multitudine paucos fore audituros. Ita etiã exponit illud Mat. 24. Dabũt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Trepidabũt enim tũc electi, & nutabunt, sed nõ cadent. Eodẽ modo intelligitur illud Luc 18. Verũtamen filius hominis veniẽs putas ne fidẽ inueniet in terra? id est, in paucissimis inueniet. At quando cum dubitatione loquitur homo, id est, apostolus, aut propheta: prudens lector consideret, an res sit eiusmodi, vt turpe sit eum, qui scribit, aut loquitur, de ea dubitare: & si ita iudicat, intelligat non esse dubitationem, sed affirmationem aliquo eorũ modorum, quos diximus, explicandam. Vt quod Petrus dixit: Pœnitẽtiam itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. Si enim de culpæ remissione loquatur, nõ potuit tantus apostolus dubitare, & hoc est quod voluit Ambrosius. * At multa sunt, in quibus iure, & merito dubitet apostolus, & propheta, quoniã id Deus nondum reuelauit: quo tẽpore recte dicemus ita eum locutũ fuisse, quia vere dubitabat. Vt Psal. 2. Apprehendite disciplinã, ne quando irascatur Dñs, & pereatis de via iusta. Dubitare potuit an id euenturũ esset ijs, quibus tunc loquebatur: sæpe enim eos, qui nõ apprehendũt disciplinã misericors, & miserator Dñs ad se allicit, & nõ pereũt de via iusta. Similiter in verbis Petri, quę nũc referebamus, nõ potuit Petrus dubitare, an culpa remittẽda esset agenti pœnitentiã, & Deũ rogantí: sed potuit dubitare an vera esset futura pœnitẽtia, & oratio Simonis. Quod si de remissione pœnæ velimus intelligere, potuit dubitare an tãtus futurus esset dolor Simonis, vt totius pœnæ remissionẽ consequeretur, ita vt nullo deinde modo à Deo puniretur. Ita puto intelligẽda esse verba nostri Prophetę, Quis scit si cõuertatur, & ignoscat Deus? id est, fortassè nõ patietur Chaldæos in terrã vestram venire, si pœnitentiã agatis, nec vos captiuos abduci. Ita intellexerũt Hier. & Ruper. qui in Prophetæ persona dicunt: Noui Deũ ineffabiliter esse clemẽtem, sed quia profundũ diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei nosse non possumus: sentẽtiam tẽpero, & opto potius, quã præsumo. Niniuitę autem aperte se hoc significare ostenduntnam cum dixissent, Quis scit si cõuertatur, & ignoscat Deus? addunt: Et reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus?

Et relinquat post se benedictionem. Quoniã dixit: Quis scit si conuertatur. i. si propitius redeat ad vos, à quibus, ppter peccata recesserat: nũc addit, Et relinquat post se benedictionẽ. i. rediens ad vos secũ afferat benedictionẽ, hoc est, abũdantiã bonorũ, & frugũ, vinearũ, arborũq; fecunditatẽ, ex qua possit offerri Deo vestro sacrificium, & libamẽ.

Nam

Nam hæc verba, *Sacrificium, & libamen.* cũ verbo, Relinquat, copulanda sunt, vt videmus in translatione Lxx, & in alijs nonnullis, & ita videtur intellexisse Hieronymus. Quod si velit quis ab eis nouam sentẽtiam incipi in hunc sensum: Sacrificium, & libamen Deo vestro, scilicet, offerte. Quasi dicat: Adhuc moneo, vt sacrificia offeratis, & Deum placare contendatis: recte quoque hunc sensum Heb. verba patiũtur, & Rup. & Lyranus, & Pagninus ita interpretantur.

Sanctificate ecclesiam. Vt nemo, scilicet, sit in tota vestra congregatione non sanctus, vt ait Hier. vel, Præparate eam, vt cum pœnitentia in Dei conspectum veniat. Iterum eos hortatur ad pœnitentiam.

Congregate parvulos. Vt vagiendo, & plorando misericordiam & ipsi suo modo petant. Iudith. 4. Et induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerunt contra faciem templi Domini.

Egrediatur sponsus. Nullus sit voluptati locus, omnes luctui vacent.
28 *Inter vestibulum, & altare plorabunt*, id est, Plorent, vt Hier. & alij exponũt. Sepe enim huiusmodi futura imperandi vim habent. Sed quærat lector, quodnã altare sit, quod vestibulũ, & quo loco plorare iubeat sacerdotes. Quod propriè templũ, & domus Dñi dicebatur, duas partes habebat, interior, & sacratior, quæ occasum solis spectabat, & soli summo sacerdoti patebat, vocabatur Sancta sanctorũ, exterior vero dicebatur Sãcta. De hac domo scriptũ est. 3. Reg. 6. Domus autem, quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in lõgitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Huic domui adnectebatur porticus, quæ Hebraice dicitur אוּלָם, De qua statim dictũ est: Et porticus erat ante templũ viginti cubitorũ longitudinis iuxta mensuram latitudinis templi, & habebat decem cubitos latitudinis. Hanc porticum hic Propheta suo nomine vocat אוּלָם, Hier. vestibulum dixit. Symmachus, πρόναος λαός, quod esset ante fores tẽpli, Aquila πρόδομος, id est, portieũ, quod foribus tẽpli præcurrat. 2. Paral. 3. vestibulũ dicitur: Ipsas quoq; columnas posuit in vestibulo tẽpli.
29 * Ante hoc vestibulũ erat atriũ sacerdotũ, quod Atriũ interius dicebatur, eratq; area quædam magna aperto cœlo muris cõclusa, & porticibus vndique ornata. De quo 2. Paral. 4. Atrium autem exterius erat ante atrium sacerdotum, in quo populus consistebat, & 2. Paral. 4. dicitur Basilica grandis. De quibus lege Ioseph. 8 Antiq. ca. 2. Vltra hoc atrium exterius nemini è populo trãsire licebat, sed vsque ad ostium atrij sacerdotum populus hostias immolandas deferebat, quas ibi sacerdotes accipiebãt, vt scribit Beda in libro de templo Salomonis, cap. 16. Duplex autem erat altare, alterũ quod vocabatur thymiamatis, siue incensi, quod erat in ea templi parte, quæ dicebatur Sancta, ante Sancta Sãctorum, & non poterat videri à populo, cum esset in medio interpositum atrium sacerdotum, & vestibulũ, seu porticus. Inde Luc. 1. legimus de Zacharia: Sorte exijt, vt incẽsum poneret ingressus in templum Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quod tardaret ipse in templo. (non enim videbant, quid ageret). Egressus autẽ non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quod visionem vidisset in templo. * Alterum altare erat æneum, in quo immolabantur hostiæ, & ideo Altare holocaustorũ appellabatur. Hoc altare erat in parte atrij sacerdotum, quæ proxima erat vestibulo, vt aperte tradit Iosephus. 15. Antiq. ca. 14. viderique poterat à populo, cum atrium sacerdotum nõ separaretur ab atrio exteriori populi muris altioribus, sed tantum sepro quodam altitudinis trium cubitorũ, vt est apud Iosephum, 8. Antiq. cap. 2. Ergo cum dicit, Inter vestibulum, & altare, puto de hoc altari holocaustorum verba fieri, quod sine addito appellabatur altare, quod & maius esset, & populus solum hoc altare videret. Itaque sacerdotes plorare iubet in parte sui atrij templo proxima, vt rei magnitudo postulabat, sed ante porticum tamen, id est, in spatio interiecto inter altare exterius & porticum, seu vestibulum templi: quo videri possent à populo, & eorum verba, & eiulatus audiri, vt clamor, fletusque populi coniungeretur cum precibus, & fletu sacerdotum, mutuoq; se vtrique ad lugubres clamores exhortarẽtur, & misericordiam melius impetrarent. Eumdem locum signari puto Matth. 23. Vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quẽ occidistis inter templum, & altare.

Altare thymiamatis.

30 Altare holocaustorũ.

Et ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominẽtur eis nationes. Hieronymus: Apertũ est ænigma, quod latebat. Populus enim il-

31

Universidad de Deusto
Biblioteca

le multus,& fortis,qui supra sub erucæ , & locustæ , & bruchi, & rubiginis descriptus est nomine,nunc manifestius quis sit,ostenditur: vt dominentur, inquit, eis nationes: Datur autem in opprobrium hæreditas Domini, quando seruierit hostibus, & dixerint nationes: Vbi est Deus eorum,quem sibi præsulem, quem defensorem esse iactabant? Possumus nationes interpretari & aduersarias potestates,quæ quamdiu non agimus pœnitentiam,dominantur nostri , & exprobrant,& dicunt: vbi est Deus eorum? Hactenus Hieronymus.

Vbi est Deus eorum? Molestissimũ hoc erat Iudæis,exprobrari sibi à nationibus,id est,à gentilibus,quòd cum Deum colerẽt,à quo adiuuari non possent: nam id Dei gloriam minuebat,& populo ipsi,dedecori erat. Psa. 78. Ne forte dicant in gẽtibus, Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris. Et Psa. 113. Nequãdo dicãt gẽtes: Vbi est De⁹ eorũ? Lege Dan. 3. & 9 cap.

Zelatus est Dominus terram suam Zelo cõmotus,& indignatus est,quòd tam durè ab hostibus tractaretur. Est enim zelus indignatio quædam ex amore orta, quòd rem, quam amabamus,contemni,aut molestia, siue malo aliquo affici videmus. Vocatur & æmulatio à nostre interprete Nu. 11. Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus prophetet? Vtroque enim loco est in Heb. verbum idem קנא. Ex quo cernitur cum dicit: *Et pepercit populo suo*, non significari malorum,quæ cõminatus fuerat depulsionem,sed bonitatem, & misericordiã post supplicia, hoc est placarum Deum finem malis,& laboribus suorum imposuisse eisque iterum benefecisse . Venit itaque captiuitas illa prædicta, & vastauit terram Iudæorum exercitus regis Babylonis, vt in hoc cap. docemur: Et reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca,fortitudo mea magna, quam misi in vos. Quando ergo hæc facta sunt , quæ nunc Propheta vaticinatur , si ab hostibus nihilominus victi,captique sunt? Difficilis sanè quæstio,& ab expositoribus parum explicata. Ex Hierony. nequeo satis intelligere, quo tempore hanc prophetiam impletam esse censeat : nisi quod paulò post cum ait Propheta: Et eum qui ab Aquilone est,procul faciam à vobis, de Sennacherib rege Assyriorum interpretatur, qui anno quartodecimo Ezeciæ ascendit contra vrbes munitas Iuda,& cepit eas. 4. Reg. 18. Sed cum cetera omnia ad exercitum Chaldæorum retulerit,qui post aliquot annos à Sennacherib impetũ fecit in Iudæã: quomodo post cladẽ à Chaldęis inuectã futurũ ꝓmittat qđ antequã Chaldęi venirẽt, euenerat? * Ceteri expositores aut cũ Hebręis de locustis omnia interpretantur,quos iam satis refutauimus cap. 1. aut totam hanc calamitatem,quam hactenus Propheta prædixerat,eam esse existimant,quã Senacherib inuexit, eumque precibus sacerdotum depulsum esse,& occisa nocte vna centum octoginta quinque millia hominum . Sed si cetera conueniant,quod fortasse præstare non poterunt; quomodo illud interpretabuntur: Et non dabo vos vltra opprobriũ in gentibus. Et eum , qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis , & quæ sequuntur, cum post paucos annos prophetante Ieremia ab Aquilone venerint Chaldæorum copiæ, quæ vrbẽ, templumque succenderunt,& dati sunt in opprobrium nationibus,sicut ipsi testantur Dan. 3. Quia Domine, imminuti sumus pluspquam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. Et cap. 9. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorũ Ieruſalem,& populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum? * Vt hæc,& multa alia in prophetis intelligantur,multum adnotandum, memorięque mandandum est, hunc esse morem prophetarum,vt cũ imminentia supplicia populo prædixerint,continuo Deum placatum ostendant, & beneficia promittant,quibus se afflicti supplicijs præteritis consolentur : sed ea beneficia non temporaria sunt, nec tunc accipienda, sed spiritualia magna ex parte , & in tempus Euangelicæ prædicationis differenda. Dixi magna ex parte esse spiritualia, quoniã interdum & temporalia quędam cũ spiritualibus promittũtur, vel cito, vel post lõgum tẽpus danda. Hoc ne nouũ videatur, nonnullis exẽplis cõfirmabo, multũ eñ lucis,si recte teneatur, afferet ad difficiliũ in ꝓphetis locorũ intelligentiã. Hosex. 5. caput magnis cõminationib⁹ clauditur, sed cõtinuo in sexto ꝓmittitur cõsolatio p Christũ affertẽda. In tribulatione sua manè cõsurgẽt ad me. Venite,& reuertamur ad dñm, quia ipse cepit,& sanabit nos, percutiet,& curabit nos, viuificabit nos post duos dies ,in die tertia

32 Zelus.

Æmulatio.

34 Reg.

Propheta post multa grauia bona & beneficia promittit.

fusci-

35 fuscitabit nos, &c. * Et capit. 11. Quomodo dabo te Ephraim? Protegam te Israel: Quomodo dabo te? Sicut Adama ponã te, vt Seboim. Conuersum est in me cor meũ, pariter conturbata est pœnitudo mea. Nõ faciam furorem iræ meæ,non conuertar,vt disperdam Ephraim,quoniam Deus ego,& non homo . Et tamẽ scimus disperditũ fuisse Ephraim,& captũ ab Assyrijs: sed de quo tempore beneficia sunt intelligẽda, statim aperit: Post Dominum ambulabunt,quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Et auolabunt quasi auis ex Ægypto,& quasi columba de terra Assyriorũ,& collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. Quod cõstat in prædicatione Euãgelij factum esse,vt suo loco diximus. Et cap. 13. Dolores parturientis venient ei : ipse filius non sapiens,nunc enim non stabit in cõtritione filiorum . De manu mortis liberabo eos,de morte redimam eos. Ero mors tua ô mors,morsus tuus ero inferne. Et c. 14. post quam eos multis verbis cohortatus est ad pœnitentiam,hęc subijcit multo post-tempore donanda. Sanabo cõtritiones eorum, diligam eos spontanee, quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israeli,germinabit sicut lilium, &c. * Perfacile est idem in ceteris prophetis ostendere. Isaias capite 59. prædixit captiuitatem Ieruſalẽ à Chaldæis. Et statim c. 40. ait: Cõsolamini,consolamini populo meus,dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ieruſalem , & aduocate eã: quoniam completa est militia eius, dimissa est iniquitas illius,susceptt de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Quis non putaret statim hæc bona esse accipienda? Sed quid continuo? Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri . Quæ Iohannes Baptista , & Euangelistæ Iohanne eodem Christvm ostendente, & populo in eum credente completa fuisse docuerunt. Ierem. 31. Si filius honorabilis mihi Ephraim, si puer delicatus, quia ex quo locutus sum de eo , adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserẽs miserebor eius, ait Dominus. Sed quando misereberis? & quando reuertetur ad ciuitates suas? Femina, inquit, circundabit virum. Tunc fiet, quod dixi,& cetera, quæ futura statim promitto. In Daniele cum spiritualibus etiam temporalia quędam pollicetur, id est, reditum de captiuitate Babylonica, & vrbis reædificationem, sed potissimum spiritualia prænuntiat , tametsi Daniel de populi sui captiuitate tantum agere videbatur. Septuaginta hebdomades abbreuiatę sunt super populum tuũ & super vrbem sanctam tuam, vt consumatur præuaricatio, & finem accipiat peccatum,&c. * Ex his omnibus, quæ reliqua sunt in hoc propheta,optime explicantur: nam primum temporalia promittit, sed post reditum è captiuitate accipienda , vsque ad illa verba: Ficus, & vinea dederunt virtutem suam . Quamuis & hæc typice de eisdem bonis spiritualibus dicta sunt. Sed quę inde sequuntur vsque ad finem Ioelis de bonis per Christvm afferendis credentibus intelliguntur. Nunc singula explicemus . Zelatus est Dominus super terram suam,& pepercit populo suo. Hoc est: Hoc obtinuerunt preces sacerdotum, & pœnitentia populi, vt quamuis vẽturi sint Chaldæi, & terram depopulaturi; tamen Deus videns illorum crudelitatem, & captiuitatem,afflictionemque populi sui,aliquando placetur, & respiciat suos, ac de durissima seruitute educat in patriam suam.

Et respondit Dominus, & dixit populo suo. Per me propheram suum hæc respondet.

Ecce ego mittam vobis frumentum Terram, & fructus eius vastabunt Chaldæi, vosque ad inopiam redigẽt: sed ego vobis hæc omnia aliquando cum magnifico fenore restituã. Soluta enim captiuitate paulatim gens Iudæorum creuit, & fertilitate terræ, diuitijsque valde aucta est.

Et non dabo vos vltra opprobrium in gentibus Quomodo hoc dictum putabimus , cum postea in multo maius opprobrium traditi sint occisi,capti,venditi,a Romanis? Hoc nihil habet difficultatis , si sciamus iuxta phrasin scripturæ cum dicitur Vltra, non semper significari perpetuitatem, sed tempus aliquod longum,vt recte hic adnotauit Lyranus,& in Isa. cap. 2. Vt Isa. 2. Non leuabit gens contra gentem gladium,nec exercebuntur vltra ad prœlium ; id est, Longo tempore erit pax inter homines, cum cœperit prædicari Euangelium. 3. Reg. 10. Et non habebat vltra spiritum, id est, Diu præ admiratione fuit quasi sine spiritu. 4. Reg. 6. Et vltra non venerunt latrones Syriæ in terram Israel,ideſt,per multum tempus. Ita nunc, Per multum tempus non dabo vos, in opprobrium in gentibus.

36

38

Vltra.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et eum, qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis. R. Salomon per eum, qui est ab Aquilone fomitem peccati significari dicit, estque vetus hæc Hebræorum interpretatio, vt videre licet apud Galatinum libr. 5. cap. 10. itaque adimendum esse iustis hunc fomitem putant. Quorum ego doctrinam ab Ecclesiæ, sanctorumque patrum sensu valde abhorrentem fortasse non referrem, cum pleni sint eorum libri erroribus huiusmodi, nisi admonendi viderentur qui in recentium Iudæorum lectione versabũtur, vt haud quaquam securi sint, quasi orthodoxorum libros legentes, sed intenti, & timidi, & quasi suspenso gradu, ceu inter spinas incedant. * Omitto quod violẽtior expositio est, quamuis pro allegorica afferatur: nam de hoste procul veniente Propheta loquitur, fomes autem internus, & domesticus hostis est. Sit ergo procul ab orthodoxorum sensu, atque sermone, pijssimis hominibus hoc, dum hic viuitur, dari, vt sine fomite peccati sint: quamuis enim magis in dies minui, & decrescere quodam modo possit, hoc est, posit vis eius compesci magis, & frenari per Dei gratiam, & studium bonorum operum, nunquam tamen penit⁹ interit in nobis. Quis enim sanctior, aut Deo carior, aut in virtutibus exercitatior quam apostoli, quorum vnus clamat: Rom. 7. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis? Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Atque hæc Paulum de se ipso dicere, nunquamque in iustis fomitem omnino extingui, plurimis in locis contra Pelagianos docet Augustinus, vt lib. 1. de nuptijs, & concupiscentia cap. 27. & sequentibus, & lib. 1. Retract. c. 23. & 26. & lib. 2. c. 1. sermo. 5. & 6. de verbis Apostoli. Et in se de omnibus etiam iustis loquitur, quorum est condelectari legi Dei secũdum interiorem hominem. * Ad hæc, si iustis fomes detrahatur, ne venialiter quidem vnquam peccabunt, quod ante multos annos contra Pelagianos anathematizauit Ecclesia catholica, & apostolica. De quo præclare August. tract. 41. in Ioh. Quidquid peccatum est, inquit, à nobis antea, delctum est in baptismo. Numquid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas? Si non remãsisset, sine peccato hic viueremus. Quis autem audeat hoc dicere nisi superbus? nisi misericordia liberatoris indignus? nisi qui seipsum vult decipere, & in quo veritas nõ est? Infirmitatem autem vocat fomitem peccati, vt multis ipse verbis exponit. Merito autem hoc dicit, nã vt iustus non possit sine peccato veniali viuere, concupiscentia, siue fomes peccati efficit, vt probat sanctus Thomas. 12. qu. 109. art. 8. Denique, vt alia multa missa faciam, quis non videat primum, & secũdum errorem Beguardorum, & Beguinarum ab Ecclesia damnatum in Concilio Viennensi, cuius verba referũtur in Clemen. Ad nostrum, De hæreticis, aut hoc esse quod hæc sententia affirmat, aut ex ea recte sequi: nempe hominẽ (vt eiusdem concilij verbis vtar) in vita præsenti tantum, & talem perfectionis gradum posse acquirere, vt reddatur penitus impeccabilis? Secundo quod ieiunare non oportet hominem post quam gradum perfectionis huiusmodi fuerit assecutus, quia tunc sensualitas est ita perfecte spiritui, & rationi subiecta, quod homo potest libere corpori concedere quidquid placet? Hæc Concilium.

Fomes peccati in hac vitã nõ penitus extinguitur in nobis.

39

40

Sed iam sensum Prophetæ videamus. Diximus Prophetam de tempore, quod reditum de Babylonica captiuitate proxime consecutum est, verba facere. Memineri mus etiam Aquilonares in scriptura vocari vel Chaldæos, vel Assyrios, quorum metropolis Niniue fuit. De Chaldæis quidem notum est illud Ierem. 1. Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores terræ: quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, & venient, & ponet vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem. De Assyrijs vero Sophon. 2. dicitur: Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur. Causa nominis est, quod Chaldæi, & multo magis Assyrij, Iudæis sunt ad Septemtrionem, vnde flat Aquilo. Nam Ierusalem habet, 31. gradus latitudinis, & 40. minuta, vt tradit Ptolemæus lib. 5. c. 16. id est, distat ab Æquinoctiali versus Septemtrionẽ. 31. gradus, Babylon vero distat. 35. ex eodem Ptolem. lib. 5. cap. vltimo, Niniue caput Assyriorum. 36. & 40. minutis, ex eodem lib. 6. cap. 1. Quare quo magis ab Æquinoctiali distant, eo magis vergunt in Septemtrionem. Loquitur igitur Propheta de exercitu

Aquilo & Aquilonaris.

ercitu regis Assyriorum, qui nõ multo post reditum ex Babylone (vt ex Iudith. 5. intelligitur) inuasit Galilæam duce Holoperne, vt etiam Iudæam caperet. Sed virtute Iudith Holophernes obtruncatus, & exercitus Assyriorum fugatus est, & adeò procul à Iudæis factus est, vt magna multitudine filiorum Israel persequente innumeri ex eo occisi sint, vt videmus Iudith. 15. De quo ibidem 16. c. Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ.

42 *Et expellam eum in terram inuiam, & desertam.* Est enim desertum magnum à terra Iudæorum euntibus ad Assyrios, propter quod Hos. 13. dictum est: Ero eis quasi leæna, & sicut pardus in via Assyriorum.

Mare Primum.

Faciei eius contra mare Orientale. Terra promissionis alluitur ab Oriente mare Galilææ. Quod etiam mare Primum vocatur, sicut verterunt Lxx, vel quod esset ad Orientem, vel quod primum illud viderũt Hebræi redeuntes ex Ægypto, per Iordanem ꝯ introeuntes. Ab Occasu verò alluitur mari Mediterraneo, quod mare Magnum vocatur, & mare Nouissimum; respectu videlicet maris Primi, & minoris. Quoniam igitur Bethulia, in cuius obsidione fugati sunt Assyrij, est è regione extremi maris Galilææ, Assyrij fugientes cõtra mare Galilææ pergebant, cuius magna pars protendebatur versus viam, qua reditui erant in patriam suam. Quod autem addit: Et extremũ eius vsque ad mare Nouissimum, hyperbolicè quodam modo dictum est, vt significetur tantam fuisse fugientis exercitus magnitudinem, vt totam Galilæam implere videretur, cuius latitudo est à mari Mediterraneo vsque ad mare Galilææ. * De eo enim scriptum est Iudith. 2. Qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ. Significat autem milites per totam Galilæam dispersos esse tum turbatione, & metu non satis attendere valentes quò fugerent, hostibus etiam nõ sinentibus fugere, quò volebant; tum etiã quia erant ex varijs prouincijs, & fortè in suam quisque fugere cupiebat. Hinc illud Iudith. 15. Omnis itaque regio, omnisq; vrbs electam iuuentutem armatam misit post eos: videlicet versus omnes vrbes dispersi erant. Et ibidem. Cumque omnis exercitus decollatum Holophernem audisset, fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitati fugæ præsidium sumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite relictis omnibus euadere festinabant Hebræos, quos armatos super se venire audierant, fugientes per vias camporum, & semitas collium. Possumus & mare Nouissimum interpretari mare Mortuum, quod est infra mare Galilææ, & eius respectu recte dicitur Nouissimum, est enim nouissimus lacus, quem facit Iordanis fluuius, & propter magnitudinem mare dicitur, vt milites dispersi fuerint nõ versus mare Mediterraneum, sed per longitudinem Galilææ, & Iudææ, à mari Galilææ vsque ad mare Mortuum. Sed quod prius diximus, magis est ad consuetudinem scripturæ.

Mare Nouissimum.

43

Et ascendet fœtor eius, & putredo eius, quia superbe egit. Ex magna militum multitudine cæsorum in campis, & in montibus, dum fugiunt, ascendet fœtor, & putredo, tot enim erunt, vt ne à feris quidem discerpi, & deuorari possint. Pro superbe egit, in Heb. est, Magnificauit, vt faceret, id est, Magna se facturum putauit, ac nullum fore, qui sibi resisteret. De quo plura dicemus in illud Sopho. 2. Magnificati sunt super terminos eorum. Porro superbia Holopher nis, & Assyriorum in toto libro Iudith quanta fuerit videmus: sed potissimum in capit. 5. vbi legimus: Et factum est cum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holophernis, & cogitabant interficere eum dicentes ad alterutrum: Quis est iste, qui filios Israel posse dicat resistere regi Nabuchodonosor, & exercitibus eius, homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ? Et Holophernes capit. 6. indignatus vehementer ait: Quoniam propheta fti nobis dicens, quod gens Israel defendatur à Deo suo: vt ostendam tibi, quod non est Deus, nisi Nabuchodonosor: cum percusserimus eos omnes sicut hominem vnum, tunc & ipse cum illis Assyriorũ gladio interibis, & omnis Israel tecum perditione disperiet, & probabis quoniam Nabuchodonosor Dominus sit vniuersæ terræ. Videmus hæc non posse intelligi de Senacherib rege Assyriorum, cuius milites vno loco omnes ceciderunt, & ipse cum paucis fugit in terram suam; nec potuit eius exercitus dispergi per Galilæam à mari Orientali vsque ad mare Nouissimum. Quod si vera sit traditio He-

44

Universidad de Deusto
Biblioteca

brærorum quam Lyranus hic &.4.Reg. 19. secutus est, & Glossa interlin. in Isai. 37. cadauera militum in cinerem fuisse redacta sub vestibus, & armis suis, multo apertior res est: non enim ascendit ex illis fœtor, & putredo.

ALLEGORIA.

45 Diximus hæc omnia allegorice de bonis per CHRISTVM afferendis prædicta esse, tunc enim daturus erat fidelibus, & dedit, frumentum, vinum, & oleum, id est, magnam copiam omnium spiritualiũ donorum, & repleti sunt eis: inde legimus toties apostolos, & eorum discipulos repletos fuisse Spiritu sancto. Nec dedit nos vltra opprobrium in gentibus, quoniam nunquam dæmones de populo Christiano triũphare potuerũt. Eum qui ab Aquilone est, id est, Diabolum hostẽ generis nostri, procul fecit à nobis, quia princeps huius mundi eiectus est foras, & ita vires aduersus credentes amisit, vt lædere eos non possit, nisi volentes, & impleatur illud Psal. 90. Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Et Paulus Rom. vlt. ait: Deus autem pacis cõterat Satanam sub pedibus vestris velociter. Expellit eum in terram desertam, & inuiam: quia immundus spiritus, cum exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem. Facies eius contra mare Orientale, &c. id est, tam ipse, quam eius socij, & milites fugati, & correpti timore CHRISTI in hominibus regnantis per totam Galilæam vagabuntur, per terram trãsmigrationis, per Ecclesiam, vt quærat quo se recipiat. Sed vincetur à sanctis, & tandem in fine sæculi quia superbe egit in creatorem suum, iacebit ita, vt neminem lædere queat, sed ascendat eius fœtor, & putredo, id est, nota sit omnibus eius malitia, & ab omnibus rideatur, sicut victorum cadauera cum voluptate spectantur à victoribus. Eadem figura dictum est Isa. vlt. Et egredientur, (scilicet, sancti) & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. Et vermis eorum nõ morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Itaq; in hac allegoria loquitur Ioel de Diabolo, perinde ac si homo esset, & exercitum duceret.

HISTORIA.

46 *Quoniam magnificauit Dominus, vt faceret,* id est, Magna tecum facturus est, magnis te bonis, magna fecunditate cumulabit. Vt Psal. 125. Magnificauit Dominus facere nobiscum, facti sumus lætantes, id est, Magnis nos affecit beneficijs.

Dederunt virtutem suam. חֵילָם fortitudinẽ suam, ita etiam Lxx. Virtutem autem vocat fructum, qui ex virtute, siue fortitudine consequitur.

Nolite timere animalia regionis. Sicut prius dixerat cap. 1. Quid ingemuit animal? mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis. Sed & greges pecorũ disperierunt. Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis: Ita nunc vt significet sterilitatem illam in maximam quandam fecunditatem esse mutandam, & omnia lætissima futura: ait: Nolite timere animalia regionis, vberrima pascua habebitis, &c. Quæ omnia multo melius cõuenire in beatissimam illam bonorum spiritualium vbertatem, quæ per CHRISTVM futura erat, satis intelliget qui audierit illud Isa. 35. Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Et quæ deinde sequuntur.

Et filij Sion exultate. Iam nemo dubitare potest de CHRISTO esse sermonem, certe nemo deberet. At Iudæi, quorum mala mens, malus animus, hunc locum, quia manifestissimus de CHRISTO est, ne quidquam eludere conantur. Sunt quidam qui מוֹרֶה, pro quo Doctorem Hieronymus interpretatus est, pluuiam potius significare contendant: sed scriptura doctorem qui cũ potestate docet, & præscribit agenda, quidque sequendum, quid vitandum sit, מוֹרֶה veterum interpretum consensu vocare solet. vt Isa. 30. Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Inde etiam legislator verti solet, vt Iob. 36. Nullus similis ei in legislatoribus. Psal. 83. Etenim benedictionem dabit legislator. Quomodo in his locis verti posset Pluuia? Neque hic recte verteretur, Quoniam dedit vobis pluuiam iustitiæ, cum statim de pluuia sequatur: Et descẽdere faciet ad vos imbrem matutinum, & serotinum. Video in his verbis, quæ retuli, vbi Hieronymus vertit, Imbrem maturinum, in Heb. legi גֶּשֶׁם מוֹרֶה, id est, pluuiam morch, verum non ita omnes codices habent, in alijs est יוֹרֶה, vt in Complutensi. Denique Chaldæus priori loco vertit, מְלַפְּנִיכוֹן, id est, Doctorem vestrum, poste-

riori, עֲטַר פַּבּוּר, id est, Pluuiam primitiuam. Et R. Iaphet docet aliter מוֹרֶה accipi priori loco, aliter posteriori, solereq; id facere scripturam in alijs vocabulis. * At R. Salomon fatetur מוֹרֶה doctorem significare, sed doctorem pro doctoribus poni, vt intelligamus de doctoribus, quos habuere Iudæi. Nollem id persuasisset Lyrano, sed persuasit, & insipiẽtem Salomonem sequi maluit, quam sapientes doctores Ecclesiæ, qui de CHRISTO interpretantur. Sed & ipse, & Salomon attendere debuerunt non simpliciter dictũ esse מוֹרֶה, sed הַמּוֹרֶה, cum ה articulo notificationis, vt vocant Hebrei, qui non quemuis doctorem, sed aliquem insignem, eximiumque demonstrat, vt articuli Græcorum, ac si diceret; Dedit vobis doctorem illum eximium, doctorem illũ promissum. Denique inter alia nomina, quæ CHRISTO tribuunt prophetæ, Doctor, & Magister appellatur, sicut ipse de se dixit Matt. 23. Nec vocemini magistri, quia magister vester vnus est, CHRISTVS. Isai. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem, ac præceptorem gentibus. Et capit. 30. Et non faciet auolare à te vltra doctorem tuum, & erunt oculi tui videntes præceptorem tuũ, id est, semper tecum manebit doctor tuus CHRISTVS, nec auolabit à te, quia te per scripturam suam, & per prædicatores suos docebit. Ex his & Ruffini interpretatio cõuincitur, qui doctorem iustitię putauit esse regem Ezeciam. Quod nullo modo fieri posse constat ex ijs, quæ diximus num. 33. & magis constabit cum ad illa verba veniemus: Et erit post hæc effundam spiritum meum, &c. Merito ergo vocat filios Sion, (in quibus omnes credẽtes intelligit ex Iudæis, & ex gentibus) omnes filios Ecclesiæ, cuius figura erat Ierusalem, vt exultent in Domino Deo suo, illique læti gratias agant, quandoquidem CHRISTVM illis dedit, à quo discerent veram iustitiam, synceramq; pietatem, ne aut supercilio errantium Iudæorum, aut inani eloquentia Philosophorum deciperentur.

48 Christus doctor dictus.

49

Et descendere faciet ad vos imbrem. Vtitur omnibus vocabulis, quibus vbertas fructuũ terræ significari potest, vt inde intelligam° copiam admirabilem bonorum spiritualiũ. Imber matutinus, id est, qui cito descendit, & tempestiuus solet appellari, & temporaneus, est imber mensis octobris, quo semina tunc terræ mandata irrigantur, vt crescant. Serotinus est qui fructus perducit ad maturitatem mẽse Martio, aut initio Aprilis, vt diximus in illud Hos. 6. Et veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Chaldæus: Demisitque vobis primitiuam pluuiam tempestiue, & serotinam in mense Nisan. Est autem Nisan primus mẽsis, cui apud nos respondet fere pars Martij, & Aprilis. Significat omni tempore abundaturam Ecclesiam vera, solidaque doctrina Euangelij, qua fecundetur, & omnibus donis impleatur. Quod intelligimus ex Isa. 55. Et quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud.

Imber matutinus, & serotinus.

Sicut in principio. Sicut eo tempore faciebat, quo maxime vestram salutem curabat, vt cum eduxit vos ex Ægypto, & aluit tot annis in deserto: & cum postea induxit in terram fluentem lacte, & melle. Verum in Hebr. est בָּרִאשׁוֹן, id est, in principio, id est, Dabit vobis imbrem serotinum in principio anni, hoc est in mense Nisan, sicut transtulit Chaldæus, quem nonnulli sequũtur. Sed Hieronymus, & Lxx vetterunt, Sicut in principio, aut, Sicut prius, solent enim notæ similitudinis Sicut, & similes, frequenter omitti apud Heb. vt alias adnotauimus, Itaque in principio idem est atque sicut in principio. Quæ interpretatio sine dubio aptior est; cum enim dixisset; Et descendere faciet ad vos imbrem matutinum, & serotinũ, nihil erat necesse addere. In principio, id est, In primo mense, quia nemo ignorabat imbrem serotinum dici imbrem primi mensis. Illud magis ad prophetarum cognitionem animaduertendum est, solere scripturam felicitatem bonorum spiritualium, & donorum nouæ legis comparare cum vbertate veteris legis, aut priorum temporum, cum sit sine dubio multo maior, & præstantior in noua lege. Vt Isai. 1. Et restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Hos. 2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. Malac. 3. Et placebit Deo sacrificium Iuda, & Ierusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. * Sed hæc, & alia eiusmodi ita expli-

50 *

Bona Euãgelij cur veteribus bonis comparentur.

51

Universidad de Deusto
Biblioteca

Regul. candasunt, vt intelligamus, Sicut, & similes particulas, semper quidem significare similitudinem, sed non semper æqualitatẽ in eo, in quo res similes esse dicuntur, vt Leuit. 19. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Deute. 18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus. Iohan. 17. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus, & ibi sæpe. Similitudinem igitur intelligere debemus inter bona vereris, & noui testamenti, non æqualitatem. Habent hoc præterea bona illa legis naturalis, & scriptæ, Vt figuræ fuerint bonorum nouæ legis, & ideo conferũtur cum eis, non vt æqualitas significetur, sed vt respondere rei figuratæ figura intelligatur. Quamuis, si resecare ad viuum velimus, recte possum⁹ dicere significari quoque æqualitatem in bonis illis prioris legis, non tamen secundum id, quod erant, sed secundũ id, quod significabant. Sicut manna, vt res quædam est, multo inferior erat sacra Eucharistia, sed significatione par illi erat, quia id, quod ipsa est, id est, corpus CHRISTI, significabat. Exponemus ergo. Descendere faciet ad vos imbrem matutinum, & serotinum, sicut in principio, id est, Talem doctrinam, vobis dabit, & talẽ vbertatem bonorum, qualis illo imbre matutino, & serotino olim significabatur. Et ad eũdem modum cetera loca prophetarum explicabuntur.

52 *Et reddam vobis annos, quod comedit locusta.* Noua fertilitate cõpensabo iacturam priorum annorũ. Aut apertius: vetera damna spiritualia, & veterem inopiam vbertate gratiæ nouæ legis compensabo.

Fortitudo mea magna. Pro Fortitudo mea, est חילי, id est, exercitus meus fortis, & id sonat fortitudo mea. Iam huiusmodi animalia exercitum suũ ante vocauerat. Itaq; tentationes malignorum spirituum, & peccata priora iudicium, & vindicta Dei fuerunt, & iuste permissa sunt, vt confundatur hominum superbia, & sciant nihil se esse sine Deo.

Et non confundetur populus meus in sempiternum. Non confundetur vnquam populus Christianus, quia hæc bona, quæ illi promitto, nemo ei adimere poterit. Quamuis sæuiant tyranni, & mille nocendi, atq; cruciandi artes excogitent, poterunt adimere populo meo bona illa, quæ sponte sua casura erant: sed quo magis his spoliabitur, eo magis cœlestibus donis augebitur. Ex his constat satis non loqui Prophetam de bonis temporalibus. Lyranus ait in Heb. non esse, In sempiternum, sed, In sæculum, quo certum tempus ostenditur, & finitum. Idẽ in libro Differentiarum veteris testamenti, In Hebræo, inquit, est, In sęculum, quod non importat æternitatem, sed temporis longitudinem: sed nõ animaduertit in Hebræo עולם poni cum ו, quod ita scriptum significat æternitatem, vt abunde probat Hieronymus in illud Gal. 1. Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam.

Et scietis quia in medio Israel ego sum. De populo credentium semper loquitur, quem Paulus Gal. 6. vocat Israel Dei. Re ipsa experiemini me esse inter vos, vt vos protegam, & omnibus bonis impleam.

Et ego Dominus Deus vester. Semper ero Deus vester, & semper nouis erga vos beneficijs hoc comprobabo. Solus enim hoc præstare possum seruis meis, & præter me non est alter Deus, qui hoc possit.

Et erit post hæc effundam Spiritum meũ. Hæc de Spiritu sancto misso in apostolos in die Pentecostes dici dubitare non possumus, cum habeamus ipsorum apostolorum principem expositorem. Cum enim illi repente varijs linguis loquerentur, & quidam mirarentur, alij vero irriderent dicẽtes, Quia musto pleni sunt isti: Stans Petrus cum vndecim leuauit vocem suam, & locutus est eis. Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notũ sit, & auribus percipite verba mea. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij sunt, cum sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetã Ioel: Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt, &c. * Sed & ipse cõtextus verborum hoc ipsum docet. Locutus enim Propheta de CHRISTI aduentu, atque doctrina, recte ait, Post hæc, id est, Paulo post, cum ipse in cœlum ascenderit. Lxx similiter dixerũt, Post hæc, & Petrus idem significauit cum dixit, In nouissimis diebus, id est, posterioribus, & consequentibus diebus, hos enim vocat scriptura dies nouissimos, vt Mich. 4. in princ. latius donante Domino explicabimus. Chaldæus: Sed erit post hæc effun-

dam Spiritum sanctum meum super omnẽ carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, &c. Sed & R. Dauid ad tẽpora Messiæ refert. Audax ergo, & Iudaica interpretatio Ruffini est, qui hæc omnia refert ad tempora Ezechiæ! Equidẽ nequeo satis mirari qui hoc cuiquã cordato hominivenire potuerit in mentẽ: quomodo enim ostẽdere poterit tunc effusum esse Spiritũ sanctũ super omnem carnem? vbi sunt prophetiæ filiorum, & filiarum? vbi somnia senum, visiones iuuenum? fortasse neque ipsi Iudæi inimici gloriæ CHRISTI hoc dicere auderent. Nec minus turpe, quod præfatus Petrum affirmare in apostolis hanc prophetiã fuisse impletam: non obscure videtur dicere aliud Prophetam voluisse, nec satis proprie vsurpasse Apostolum eius verba: ita enim ait: Animaduertẽdum proinde quia hoc solum de contextu propheticæ orationis Apostolus, quod suo tempori congruebat, assumpserit, id est, Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ. Quia enim linguarum scientiam apostoli fuerant miraculo consecuti, prædictam hãc effusionem Spiritus Ecclesiæ doctor ostẽdit, & prophetiam appellauit linguarum scientiam, quæ & si non de futuris, sed de recentibus Dominicæ incarnationis mysterijs disputaret, tamen non nisi virtute sancti Spiritus cõtigisset, &c. Quasi vero non proprie prophetiæ acceperint donum. At paulo post audaciam etiam eorum repudiari dicit, qui hæc verba de illo solo tempore intelligũt, quod Petrus indicauit. Quod si hæc audacia est, sanctissimorũ, doctissimorumq; virorũ est audacia, Hiero. inquam, & Theodoreti, ceterorumque fere expositorum: tum Iustini martyris in dialogo cum Tryphone, Hilarij lib. 8. de Trin. Chrysost. hom. 4. in Acta apostolorum, & hom. 5. & hom. 11. in epist. ad Ephe. & Oecumenij in secũdum caput Actuum apost. & aliorum, qui omnino de hoc tẽpore interpretantur, nec vnquã alterius tẽporis meminere. Sed quid ego sanctos patres commemoro, cum & Iudæi nonnulli, vt R. Dauid, & R. Iesua ad tẽpora Messię referãt? Verum singula videamus. Hiero. ad Hedibiam q. 9. Verbum autem effusionis significat gratiæ largitatem, & idipsum sonat quod Dominus repromisit, Vos autẽ baptizamini Spiritu sancto. In tantum enim Spiritu sancto baptizati sunt, vt repleretur tota domus, in qua erant sedẽtes. In quibus hoc merito adnotabimus, Hieronymum exponere baptizari Spiritu sancto pro repleri, & quasi immergi in Spiritum sanctũ. Ex quo intelligimus illud Matth. 3. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne. * Quo loco Chrysostomus adnotat eleganter dictum esse, Ipse vos baptizabit Spiritu sancto, ac si diceret: Sicut ego modo copiose effundo aquã super vos, ita ipse copiose effundet Spiritum sanctum. Et Theophylactus interpretatur, Inundabit vos largiter Spiritũ sancti gratijs. Sed apertius hoc intelligimus ex eo, qđ discipulis dixit Christus post resurrectionem, quos iã baptismo eius aqueo ablutos fuisse dubium nõ est: Et conuescens præcepit eis ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarẽt promissionem patris, quam audistis, inquit, per os meum: quia Iohãnes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies. Et Acto. 11. ait Petrus: Cum autẽ cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autẽ verbi Domini, sicut dicebat: Iohannes quidẽ baptizauit aqua: vos autẽ baptizabimini Spiritu sancto. Sed redeamus ad effusionem, quam hic quoq; Hieron. docet largam, & diuitem muneris abundantiam significare, cũ, scilicet, plurimis distribuitur, & singulis copiose. Vt Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abũde. Didymus etiam in medio fere libro primo de Spiritu sancto, & eũ secutus Ambros. lib. quoq; 1. de Spiritu sancto, c. 7. multis, elegantibusque verbis confirmant probati hinc diuinitatem Spiritus sancti, quoniam non dicitur effundi, nisi quod participabile est, vt, Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, & Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. Nec dicet Deus, Effundã de angelo meo, sicut ait, Effundã de spiritu meo, quia angelus, cum creatura sit, nõ est participabilis: Spiritus autem sanctus, quia Deus est, effunditur, & participabilis est. Ceterũ quod Lucas iuxta Lxx interpretes dixit, Effundam de spiritu meo, idem valet cum eo quod est in Heb. & in nostra trãslatione, Effundam Spiritum meum. Sed cum dicitur, Effundã de spiritu meo, hoc videtur ostẽdi,

Baptizari Spiritu sancto.

55

Acto. 11.

Rom. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naturam Spiritus sancti quantumuis effundatur,& participetur,in exhaustam, atque infinitam manere. Ambros.lib.1.de Spiritu sancto,cap.7. Non spiritum ait,sed de spiritu. Neque enim nos capere possumus plenitudinem Spiritus sancti,sed tantum accipimus, quantum de suo arbiter nostri pro sua voluntate diuiserit.

56 *Super omnem carnem.* Omnem carnẽ vocat omnis conditionis homines, & omnis ætatis,& sexus. Ita enim solet intelligi in scriptura, Omnis caro,vt Isa.40. *Et* reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutũ est, id est, Omnes videbunt gloriam,& mirabilia CHRISTI, siue Iudæi, siue Græci, siue parui, siue magni,siue viri,siue feminæ,docti, & indocti,nobiles,& ignobiles,&c. Et ibidem: Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri,id est,Quamuis magni sint,& diuites, & potẽtes, omnes sunt fenum perinde ac pauperes, & abiecti homines. Hinc videmus cur Paulus dixerit Rom.3. vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo, quiã ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Quod iterũ repetit Gal. 2. Ac si diceret: Quantumuis quis magnus sit, & legem diligentissime se obseruasse dicat,non magis ex operibus legis iustificabitur, quam illi, qui nihil in lege gloriantur. Similiter & alij loci intelliguntur. Psal.144. Benedicat omnis caro nomini sancto eius.Isa.66. Veniet omnis caro, vt adoret coram facie mea dicit Dominus.

Omais ca ro.

Et prophetabunt filij vestri. Ex eo genere gratiarum,quas gratis datas vocamus, non omnes,sed quasdam enumerat, quæ maximæ sunt. De quibus latius Apostol°. 1. Cor 12. Diuisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus, &c. Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu,alij gratia sanitatum in vno Spiritu, alij operatio virtutum,alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus diuidens singulis pro vt vult. * Ex quibus verbis, & ex Actibus apostolum intelligimus plene impletam esse hãc prophetiam post Domini ascensionem,& varia in variis Spiritus sancti dona extitisse. Quidã enim prophetabant vt Agabus, & filiæ Philippi, & nonnulli ex Corinthijs. 1.Corint. 14. Et Acto.13. Erant autem in Ecclesia,quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores. Quidã visiones videbant, vt Iohannes in Apocalypsi,& Paulus Acto.9.& Petrus Act.10.alij somnia,vt Paulus Act.16.

17 Act.2.

Senes vestri somnia somniabunt. Quæritur cur senibus somnia tribuat, iuuenibus autem visiones, cum senex Iohannes sacras Apocalypsis visiones viderit? Addo quod S. Thomas. 22.q.174.art.3. affirmat altiorem gradũ prophetiæ esse videre visiones, quã somnia somniare, quia maior, inquit, vis prophetici luminis esse videtur,quæ aliquẽ occupatum circa sensibilia in vigilando abstrahit ad supernaturalia,quam illa quæ animam hominis abstractam à sensilibus inuenit in dormiendo. Cui sententiæ subscribere videtur Moses Ægyptius lib.2. Directoris dubiorum,capit.45. Hanc quæstionem ex verbis ipsis ortam miror ab expositoribus fuisse prætermissam. Mihi ita respondendum videtur,senibus,id est, maioribus, & prouectioribus perfectiorem prophetiæ gradum dari,minus autem perfectum iuuenibus. Loquimur autem de somnijs,in quibus sine vlla visione imaginaria intus Deus loquitur prophetæ,& res futuras, occultasque exponit, qui sine dubio altior prophetiæ gradus est,quam cum visiones imaginariæ illi obijciũtur, vt ibidem docuit sanctus Thomas. Et quia signa(inquit)maxime expressa intelligibilis veritatis sunt verba: ideo altior gradus prophetiæ videtur quãdo propheta audit verba exprimentia intelligibilem veritatem siue in vigilãdo, siue in dormiendo, quam quãdo videt aliquas res significatiuas veritatis, &c. * Verbi gratia altior prophetiæ gradus est ille Act.27. Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei, cuius sum ego,& cui deseruio,dicens: Ne timeas Paule,Cæsari te oportet assistere,& ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecũ: quam ille cap. 10. cum vidit Petrus cœlum apertum,& descendens vas quoddam, velut linteum magnum, quatuor initijs summitti de cœlo in terram, in quo erãt omnia quadrupedia,& serpentia terræ,& volatilia cœli: & facta est vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Hoc etiam intelligimus ex Numer. 12. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Ac si diceret: Alijs prophetis obijciam visiones,aut certe, si honorare magis eos voluero, per somnia eis loquar. Hoc autem significatũ esse indicat id, quod sequitur: At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est,ore ad os loquar ei, palam,& non per ænigmata videt Deum. His enim verbis docere voluit,quãtumuis prophetas honoraret, neminem ita à se esse honorandum,ac Mosem. Sed vide quid dicat: Aut per somnium loquar ad illum, non dicit, Per visionem in somno ei indicabo futura. Itaque expressionem prophetiæ per verba opponit visioni, quasi præstãtiorem. At cum somnia visiones habent, quales vigilantibus obijciuntur, altior est vigilantis prophetia,quam somniãtis,& hoc est quod S. Thomas prioribus verbis voluit, quare nec ipse sibi nec nobis aduersatur.

58

59 *Sed & super seruos, & ancillas.* Ita omnino legitur in Hebr.& in quibusdam codicibus Lxx,non,Seruos meos,vt nonnulli codices habent, ideoque Ruffinus, & multi alij ita intelligunt, nullus excludetur ab hoc munere, quamuis extremæ conditionis sit, super seruos etiam, & ancillas effundam Spiritum meum. At quoniam & veriores codices habẽt,& Petrus dixit: Sed & super seruos meos,& ancillas meas,atq; ita & Græci libri habent,& veteres patres referunt, aliã oportet esse huius loci explanationẽ. Dixerat,Effundam Spiritum meum super omnẽ carnem: & ne forte Iudæi putarent de solis filijs Israel dictum,sicut & nunc Hebræi recentiores interpretantur: pollicetur gentes etiam,si ad eius seruitutem accedere voluerint, non expertes tanti muneris futuras. Atq; huiusmodi homines vocat seruos suos,& ancillas,vt recte ait Rupertus. Ita factum est Actor. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc cecidit Spiritus sanctus super omnes,qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circumcisione fideles, qui venerãt cum Petro,quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis,& magnificantes Deum. Idem videmus capit. 19. Sed & Petrus ait Actor.15. * Viri fratres,vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij,& credere. Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos,& illos. Sed animaduertamus his verbis Ioelis Petrum addidisse, Et prophetabunt, vt intelligamus eos,qui credebant ex gentibus,non solũ accepturos fuisse Spiritum sanctum, vt eius gratia iustificarentur, aut donum linguarum, sed etiam donum prophetię sicut & credentes ex Iudæis accipiebant. Ideo Petrus ipse dixit: Dans illis Spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos, & illos. Plene ergo nobis Petrus explicauit sensum Prophetæ.

60

61 *Et dabo prodigia in cœlo, & in terra.* Cum his verbis, & sequentibus aperte Propheta loqui videatur de signis diei iudicij, difficilis admodum quæstio est, quomodo hæc cum præcedentibus copulentur: & adhuc difficilior, quomodo Petrus cum retulisset quæ ad rem præsentem pertinebant, hæc quoque connectat, quæ non ad illud tempus, sed ad futurum iudicium pertinent. * De hoc Hieronymus duas refert sententias, & cogitur hæc omnia dicere facta esse in CHRISTI passione, quæ explicatio magnas habet difficultates. Nã Propheta aduentum Spiritus sancti præcessurum hæc signa,& prodigia satis indicat,at CHRISTI passio, & resurrectio effusionem Spiritus sancti præcessere. Omitto quod diem resurrectionis CHRISTI vocat diem magnum, & horribilem. Denique ipse Hieronymus in fine cap. testatur Tropologicam esse hãc expositionem. Non ergo videtur dubitandum hæc signa, & prodigia ad futurum iudicij tẽpus esse referenda, cum ita veteres fere exponant, vt Origenes tractat. 30. in Matth. Chrysost.& Oecumenius in Act. c. 2. (licet hi duo etiam de excidio Ierusalem intelligant). Beda in Marc. 13.& in Luc. 21. Theodoretus, Rupertus hic, S. Thomas in Matth. 24. Ita igitur mihi videntur hæc explicanda. Dixit de doctrina CHRISTI, de aduentu Spiritus sancti, & continuo ponit signa iudicij, vt ostẽdat nullam legem post hanc esse expectandam, sed hanc esse ab omnibus, qui salui futuri sunt, recipiẽdam: aut iudicium magnum, & maxime formidabile esse subeundum, quo iudicẽtur omnes,qui nõ receperint. Arbitror enim hoc esse omnino,quod scripsit Paulus Hebr.10. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio,quæ consumptura est aduersarios. Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

62 idem fere ait in extremo ca.9. * Propterea ait Propheta: Et erit omnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quasi dicat: Non aliter datur effugere hoc terribile iudicium, nisi credendo in CHRISTVM, & inuocando nomẽ eius. Etenim pro, Saluus erit, in Hebræo est יִמָּלֵט, id est, euadet, effugiet ex interitu. Hoc ipsum docere voluit Paulus Roma. 10. citatis eisdem verbis Prophetę. Corde enim creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutem. Ac si dicat, Non potest aliter cuiquam salus cõtingere. Addit: Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci: nam idem Dominus omnium, dives in omnes, qui inuocant illum. Omnis enim quicunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Hoc est: Diues est Dominus, sed diuitiarũ eius ij demum participes erunt, qui nomen illius inuocauerint, id est, fide vera coluerint, & operibus illa fide dignis, quæ sunt signa, atq; effecta veræ inuocationis. De qua inuocatione dictum est Psal. 98. Moyses, & Aharon in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Et illud 1. Cor. 1. Sanctificatis in CHRISTO IESV, vocatis sanctis, cum omnibus, qui inuocãt nomen Domini nostri IESV CHRISTI. Ad hoc etiam pertinet quod statim sequitur: Quia in monte Sion, & in Ierusalẽ erit saluatio, pro quo est in Hebr. פְּלֵיטָה, id est, euasio, id est, in catholica CHRISTI Ecclesia tantummodo inuenietur salus, & illi soli salui fient, qui ad eam per fidem CHRISTI venerint. *Et in residuis quos Dominus vocauerit*, id est, in illis, qui ex populo Iudęorum conuertentur ad CHRISTVM, vt exposuit Hieronymus, ceteri peribunt, & iudicabuntur.

63 * Hi enim vocantur residui, siue reliquiæ, quia ceteris per incredulitatem pereuntibus soli relicti, atque seruati sunt. De quibus Isa. 1. Nisi Dominus Sabbaoth reliquisset nobis semẽ, &c. Et Rom. 11 Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secũdum electionem gratiæ factæ sunt. Merito ergo Petrus hæc omnia in testimonio copulauit, quoniam omnia ad rem, quæ agebatur, magnopere pertinebant.

Sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. In terra hæc erunt signa, Sanguis ad prodigiũ vsque effusus in prælijs. Matth. 24. Consurget enim gens in gẽtem, & regnum aduersus regnum. Ignis fulgurum, & fulminum, & stellarum cadẽtium de cœlo, vt legimus Matth. 24. id est, ignitarum exhalationum. Vapor fumi erit ex rebus, quæ fulminum igne comburentur.

Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Hæc signa erunt in cœlo. Matth. 24. Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. De quibus latius Isaias, cap. 34.

Antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Hæc omnia fiẽt paulo ante diem iudicij, vt plenius ex Matth. 24. intelligitur. Post quæ cõsequetur breuis temporis pax, & quies, ac paulo post inopinatus veniet 64
dies iudicij. * Tempus inter hæc signa, & diem ipsum iudicij interponendum nõ est humanæ facultatis definire, sed breue admodum futurum iudex ipse venturus docuit Luc. 21. Videte ficulneam, & omnes arbores: cum producunt ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Ita & vos, cum videritis hæc fieri, scitote quoniam prope est regnum Dei. Sed explicatius Matth. 24. Ita & vos, cũ videritis hæc omnia, scitote, quia prope est in ianuis. Supereſt explicandum, quomodo in nostra translatione sit, Dies Domini magnus, & horribilis, cum apostolus Petrus dixerit, Dies Domini magnus, & manifestus, siue illustris, & clarus: quod etiã omissum est tam à Ioelis, quam ab Actuum apostolicorum enarratoribus, quos viderim. Erasmum excipio: ex cuius longa annotatione hoc tantum habemus, apostolos de verbis non esse solicitos, sed sensum bona fide reddere. At quid hoc prodest, cum sensus sit alter, si dicatur, Dies Domini horribilis, quam si dicatur, Dies Domini manifestus? Quod Erasmus adnotauit, verum est, sed cum sensus idem retinetur: quod fieri hoc loco demonstrare debuerat. * Sciamus ergo in Hebr. esse נוֹרָא, id est, terribilis, ex omniũ sentẽtia. Sed est etiam idẽ quod Græce ἐπιφανὴς, Latine illustris, aut manifestꝰ, vt Lucas posuit, & Lxx interpretes cõfirmãt, qui codẽ modo verterunt. Ijdẽ 2. Reg. 7. vbi nos habemus. Faceretque eis magnalia, & horribilia, pro Horribilia, transtulerunt, ἐπιφανῆ, id est, claritatem, aut manifestationem in Hebræo נוֹרָאוֹת. Et Isai. 64. Hieronymus vertit: Cum feceris mirabilia, non sustinebimus. In Hebræo pro Mirabilia נוֹרָאוֹת, Chaldæus, פְּרִישָׁן, quod recte etiam vertemus, Manifestationes, nam פָּרַשׁ, etiam significat, Manifestauit, vnde כְּפָרְשִׁים expositores, manifestatores. Ac

quis miretur assuetus tantum nouorũ Hebræorum commentarijs, aut lexicis: sciat quidquid timorem incutit, aut admirationem, aut reuerentiam, hoc nomine in sacris literis significari. Et quoniam quæcũque in quouis genere magna sunt præter cetera, admirationẽ cõmmouent, & timorem, aut reuerentiam, recte illis conuenit nomen נוֹרָא siue mascula, siue feminea terminatione, quomodo nos terribilia vocamus, quæ magnitudine reliquis præstant, quod & Latini sæpe faciunt, quale illud videtur Virgilij.

Monstrum horrendum, ingens. Et illud forte
Horrendas canit ambages,——

Nonius Marcellus in libro de proprietate sermonum: Horrendum significat nouũ, & admirabile. Virg. Æneidos lib. 3.
Horrendum dictu, video mirabile monstrũ. Idem lib. 8. *Nascenti cui tres animas Feronia mater*
Horrẽdum dictu) dederat, &c. ——

Inde quod de domo Pisci ab eodẽ dictũ est.
Horrendum siluis, & religione parentum,
Seruius exposuit, Horrendum, venerandũ, non quod horrori sit. Sed ad nostra redeamus. Exho. 15. Terribilis, atque laudabilis, & faciens prodigia, ibi Lxx נוֹרָא pro aduerbio acceperunt, verteruntque θαυμαστῶ, id est, mirabiliter. Et Psal. 64. sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Isai. 64. Cum feceris mirabilia, non sustinebimus. Interdum vertunt Lxx ἔνδοξος, id est, glorioſus, & clarus, vt in hoc ipso loco Isaiæ; cum feceris ἔνδοξα, id est, gloriosa, & illustria, & Deu. 10. Qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, Lxx ἃ ἐνδοξα ταῦτα, gloriosa hæc. Aliquando κραταιὸς, id est, fortis, vt Deu. 7. Quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus, & terribilis. Lxx, Deus magnus, & fortis. Et Ezec. 1. Quasi aspectus crystalli horribilis, ibi Chaldæus pro נוֹרָא posuit חֲסִין; id est fortis. Quasi aspectus gelu fortis. Et Deut. 10. Qui fecit tibi hæc magnalia, & terribilia, idẽ Chaldæus vertit חֲסִינְתָּא 67
id est fortitudinis. * Quoniam igitur dies illE Domini lucidissimus, & clarissimus futurus est præter cæteros omnes propter Christi, sanctorumque splendorem, quo illustrabitur: Deus enim manifeste veniet, Deus noster, & non silebit: Ignis in cõspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida; & erit in die illa lux magna: atq; ea iudicis lux terrorẽ incutiet maximum reprobis, omnesq; in summã admirationẽ con-

uertet, iure terribilis, & admirabilis dicitur, & ἐπιφανὴς, hoc est lucidus, & manifestus.

Et erit, omnis qui inuocauerit. Omnia iã exposuimus. n. 62. Vnum restat exponendũ; *Sicut dixit Dominus:* Quæritur enim vbi dixerit Dominus, In mõte Sion, & in Ierusalem futuram esse saluationẽ, & liberationem ab æterno interitu? Probabile est Prophetã alludere ad prophetiã Isaiæ, quę paulo ante populo tradita fuerat: Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, &c. Vel sicut dixit Dominus mihi, cum hæc reuelabat, quæ scribo: quid enim aliud significãt vniuersa verba, ex quo cœpit dicere: Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, &c.

CAP. III.

QVia ecce in diebus illis & in tempore illo, cũ conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem: congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hereditate mea Israel, quos dispersérunt in nationibus, & terram meam diuiserunt. Et super populum meum miserunt sortem: & posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino vt biberent. Verum quid mihi, & vobis Tyrus, & Sidõ, et omnis terminus Palæstinorũ? nũquid vltionẽ vos reddetis mihi? & si vlciscimini vos cõtra me, cito velociter reddam vicissitudinẽ vobis super caput vestrum. Argentum enim meũ et aurũ tulistis, & desidenabilia mea, et pulcherrima intulistis in delubra vestra. Et filios Iuda, et filios Hierusalẽ vẽdidistis filijs Græcorũ, vt lõge faceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo ven-

didistis eos: et cõuertam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendã filios vestros, et filias vestras in manibus filiorũ Iuda, et vendundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus est. Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate robustos: accedant, ascendant omnes viri bellatores. Cõcidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego sum. Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, et congregamini: ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos. Consurgãt & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicẽ omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis: venite, et descendite, quia plenũ est torcular, exuberãt torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. Populi populi in valle cõcisionis: quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. Sol, et Luna obtenebrati sunt: et stellæ retraxerunt splendorem suũ. Et Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: et mouebuntur cœli, et terra, et Dominus spes populi sui, et fortitudo filiorum Israel. Et scietis, quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion in monte sancto meo: et erit Hierusalẽ sancta, et alieni nõ transibunt per eam amplius. Et erit in die illa: stillabũt montes dulcedinem, et colles fluent lacte: et per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: et fons de domo Domini egredietur, et irrigabit torrentem spinarum. Aegyptus in desolationem erit, et Idumæa in desertum perditionis: pro eo quod inique egerint in filios Iuda, et effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et Iudæa in æternum habitabitur, et Hierusalem in generationem et generationem. Et mundabo sanguinẽ eorum, quem non mundaueram: et Dominus commorabitur in Sion.

Apoc. 14.

Supra. 2.

Hier. 25. Hamos 1.

Hamos 9.

HISTORIA.

Quia ecce in diebus illis. Varia est in hoc tertio capit. (vt in difficillimis locis fieri solet) scriptorum expositio: sed ego Hieronymi sententiam, & Ruperti, & Glossæ de extremo iudicij die, quæ pluribus placuit, ceteris præponendam esse arbitror. Multa enim inueniemus, quæ ad illum necessario referenda videantur, atque hæc in primis, quæ se se statim offerũt, nam cetera suis locis occurrent: Quia ecce in diebus illis, & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda, &c. Non enim est hoc factum, quod nunc pollicetur, cũ Dominus docere cœpit: nec vllas tunc gentes deduxit in vallẽ Iosaphat, vt disceptaret cum eis, nec tunc conuersa est captiuitas Iuda, & Ierusalem, cum pauci Christvm agnouerũt, ac tota fere gens excæcata est. De tempore vero post captiuitatem Babylonicam facile quisque videt hæc non dici, quoniam neque tunc factum est quod in hoc capite promittitur. Viderunt hoc & Hebræi, quorum multi in suis commentarijs fatentur ad futurum pertinere hanc prophetiam. In fine ergo sæculi hæc fient, cum Dominus plene conuertet populum Iudæorum, vt in tertio Hoseæ capite fusius explicauimus. Tunc ille populus à Diaboli miserrima captiuitate liberatus in veram libertatem restituetur, fietque verbum Domini: Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Prosequitur itaque quod in calce præcedentis capitis cœperat de iudicio.

Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat. Hinc theologi docent extremũ iudicium futurum in valle Iosaphat: quibus nõ desunt qui repugnent. Nã quidã nullam credunt fuisse vallẽ quæ diceretur Iosaphat, sed locum iudicij, quicunque ille erit, ab euẽtu dici vallẽ Iosaphat, quoniam ibi Dominus iudicaturus sit: Iosaphat enim significat Iudicium Domini. Atque ideo Chaldæus non vertit, In vallẽ Iosaphat, sed In vallem diuisionis iudicij. Alij puerile, atque friuolum putant in valle illa futurum esse iudicium, vt Glossa, quã Petrus Lombardus secutus est in. 4. suarum sententiarũ dist. 48. Mihi veterum theologorum sentẽtia valde probatur, id est, S. Thom. in Matt. 25. & in 4. d. 48. q. 1. ar. 4. Quæstiũcula 4. Alberti in eadem dist. art. 8. & in eundem locum Matt. Paludani. d. 47. ar. 1. quos multi ex recentioribus sequuntur, præsertim vir eruditissimus Dominicus Sotus, qui ceteris copiosius, & acutius explicauit. d. 47. q. 1. ar. 4. iudicium futurum esse in valle Iosaphat. Et ante eos Aretas episcopus Cęsarienſis in cap. 11. Apoc. hoc ipsum verbis hisce nostri prophetæ confirmauit. Idem Lyrano, Vatablo, Dionysio, atq; alijs autoribus visum est: Est autẽ vallis Iosaphat proxima Ierusalẽ, ad Orientem, inter templum, & montem Oliueti: in qua locus est sepulcri beatissimę semper virginis Mariæ. Quod hac ratione videtur abunde confirmari. Cum Propheta de die iudicij loquatur, & locum iudicij signet nomine noto, quod nec Lxx interpretes, nec Hieronymus, mutare voluerũt aut interpretari; cur negemus verè in eo futurum esse iudicium? Cur sensum reijcimus verbis ipsis germanum, ex quo nihil incommodi sequitur? Immo qua fronte reijcere possumus? Cum enim sensus huiusmodi occurrit, ille est sine dubio historicus quod nisi teneamus, nihil fere certum, aut exploratũ habebimus in scripturis. *Prętea locum aliquẽ iudicij futurũ esse nemo est qui ambigat, nec potest vlla probabilitate fingi hũc futurum extra Iudæã: cur ergo alibi potius, quã in valle Iosaphat, quę est ad radices mõtis Oliueti, ex quo Dñs in cœlum ascendit? Etenim vbi Dominus extrema ignominia affectus, & iniustè iudicatus est, ibi æquum est vt appareat gloriosus, & omnium iudex, vt iudicet orbem terrarũ in iustitia, & populos in æquitate. Hic Iesvs (inquiunt angeli) qui assumptus est à vobis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. Quod autem obijciunt quidã; Non poterit tãtam hominum multitudinẽ vallis illa capere; satis ab omnibus diluitur, in valle futuram illã multitudinẽ, & in locis circumiacẽtibus. Quod de dãnandis intelligamus, Scimꝰ enim sanctos dote agilitatis in aerem esse tollendos, vt Apostolus ait: Simul rapiemur cum illis in nubibꝰ obuiam Christo in aera. Atq; hoc est quod Glossa puerile, & friuolũ esse dixit, Dominum in vallem descendere, & in terra iudicare, vt ex eius verbis constat. Quod friuolum est (inquit) quia non in terra, sed in spatio huius aeris sedebit cõtra locum montis Oliueti, ex quo ascendit. * A nobis ergo Glossa est. Quod autem dicunt, nullam esse vallem Iosaphat, qua autoritate, qua ratione dicunt? Omnes qui de locis Hebraicis scripserunt, quiq; terram sanctã oculis, pedibusq; lustrauerunt, testantur inter templum, & montem Oliueti esse vallẽ Iosaphat, atq; eam hodieq; indigenę ita appellant: cur nos negemus, nisi velimus more Academicorũ, cõtra omnes sapientes dicere, & in dubiũ omnia vocare? Adde quod Beda in libello de locis sanctis cap. 6. ita de hac valle scribit. Iuxta murũ tẽpli, vel Ierusalem, Gehennon occurrit, quæ est vallis Iosaphat, à Septemtrionali plaga in Austrum porrecta, per quã torrens Cedron, si quãdo pluuiarum aquas recipit, decurrit. Hęc vallis, & parua cãpi planities irrigua, & nemorosa, plenaq; delicijs locum in se quondam Bahali sacrum habuit. In hac turris regis Iosaphat sepulcrum eius cõtinens, &c. Ex his Bedæ verbis & vallem Iosaphat esse, & causam nominis discimus. Quãuis de causa nõ omnibus cõuenit, extat enim adhuc sepulcrum in ea valle, quod vulgus indigenarũ Iosaphat esse existimat; sed id quibusdam non probatur, quoniam 3. Reg. vltimo, & 2. Paralipo. 21. sepultus dicitur Iosaphat in ciuitate Dauid: nisi forte casu aliquo postea in turrim illam, & vallem sit translatus. * Rabbi Dauid, tametsi Chaldæi interpretationem de nomine Iosaphat nõ reijciat, de valle ita scribit: Hæc porro vallis erat regis Iosaphat, & fortasse ibi ædificarat, aut aliquod opus gesserat, vt propterea nomen eius retinuerit, vicinaq; est vrbi Ierusalem. Abraham autem Hezræ filius, Vallis, inquit, Iosaphat est vallis benedictionis, sic enim appellauit Iosaphat. Alludit autem ad historiam Hammonitarum, & Moabitarum, & Idumæorum, qui cõtra Iosaphat, & Iudam coniurati mutuis mirabiliter cõcidere vulneribus 2. Paralip. 20. Vbi statim additur: Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis. Etenim, quoniam ibi benedixerant Domino, vocaue-

Vallis Iosaphat.

Act. 1.

1. Thes. 4.

4 An sit vallis aliqua, quę cognominetur Iosaphat.

3

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt locum illum Vallem benedictionis Eadem est sententia Ruperti. Sed vallis benedictionis remotior est à Ierusalem, mariquè Mortuo proxima: quam neque scriptura, neque autores docent vnquā vocatam esse vallem Iosaphat, nec idonea ratio inueniri poterit, cur in ea iudicaturus sit Dominus, vt Ruper. volebat. Certum est ergo ex his autoribus vallem aliquam fuisse, quæ diceretur Iosaphat, quāuis non sit prorsus certa causa nominis.* At cur in ea valle iudicium futurum sit merito quæri potest Nā si locus ille aptior CHRISTI gloriæ, iudicioque videtur, in quo ipse accusatus, & damnatus est, in Ierusalem fiet iudicium. Mihi ita videtur respondendum. Siue Dominus supra vrbem ipsam sedeat, siue supra montem Oliueti, vt quidā volūt, siue, quod magis arbitror, supra vallē ipsam Iosaphat, quoniam paulo post ait: Consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu: Supra Ierusalem sedet, nam loca ita vrbi vicina quasi eiusdem vrbis suburbana existimantur. Quare recte postea ait: Dominus de Siō rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam. Sed aptissimus locus est vallis Iosaphat, quæ depressa est, & humilis, qualis debet esse locus damnandorum, & sita est inter vrbem testem doctrinæ, & miraculorum, ac denique mortis, & inter montē Oliueti spectatorem glorioſæ ascensionis. Eius enim doctrina, & miracula, & mors pro hominum peccatis spōte suscepta permouere omnes debuerunt, vt ad eum cōuerterentur. Quod si quis ita durus esset, vt his non moueretur, certe a cœlo in cœlū omnem hominibus dubitationē, & incredulitatem ademptura erat: quoniam qui in cœlum recipiebatur, satis constabat esse à Deo missum, cœlestem esse eius doctrinā vera miracula, vitam innocentem, nō pro suis, sed pro aliorum peccatis mortem pertulisse.* Quod breuiter Dominus ipse significat Ioh. 16. cum ait: Et cum venerit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia vero, quia ad patrem vado, & iam nō videbitis me. Hoc est, Spiritus sanctus à me missus conuincet me iustū fuisse, quoniā vado ad patrē semper apud eū mansurus, quod Spiritus sancti descensio testabitur: nec possem illuc ascēdere, & apud patrē manere, nisi ea docuissem, atque fecissem, quæ ille mihi præcepit.

6 Cur iudicium fiat in valle Iosaphat.

Et disceptabo cum eis. Heb. Iudicabor cum eis, quod idē est, ac si dicat: Referā ego quid illi contra me gesserint, & ipsi conabuntur pro se respondere: sicut apertius iudex ipse expressit Mat. 25. Esuriui enim, & nō dedistis mihi māducare, &c. Et mali respōdent: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientē, aut hospitē, &c. Ita dictū est Ita 43. Reduc me in memoriā, & iudicemur simul, narra si quid habes, vt iustificeris.

Super populo meo, & hereditate mea Israel. Docet de qua re futurum sit iudicium. Iudicabo, inquit, & dānabo omnes gentes, quoniā semper hostiliter insectatæ sunt populū meum, & grauibus contumelijs, atq; iniurijs electos meos vexauerunt. Nunc taceo, & perfero, tunc de omnibus impijs vindictam sumam. Populum suū vocat electos omnes quos etiam Israelis nomine cōprehendit, vt prope finem primi cap. Hos. demonstrauimus. De quo & Apost. ait, Pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei.* Non itaque de populo illo veteri loquitur, neque de eius hostibus tantum, vt verba præferre videntur, sed de omnibus electis tā in illo quā in ecclesia gentiū, & de omnibus electorū persecutoribus: populus enim ille figura erat Ecclesiæ & illius hostes typum corū omnium portabant, qui sanctos persequuntur.

Quos dispersérunt in nationibus. Persecuti sunt eos de ciuitate in ciuitatem, & è proprijs sedibus eiecerunt, atque in varia loca exules deportarunt. Per ea, quæ Israel secundum carnem passus est, metaphoricè significat, quæ verus Israel Dei patitur.

Et terram meam diuiserunt. Facultates meorum inter se diuiserunt inde eiectis seruis meis. Sæpe hoc tyranni fecerunt bona confessorum publicantes, eosque in exilium mittentes.

Et super populum meum miserunt sortem. Vsi sunt eis pro seruis sortem mittentes, quem quisque in seruitutem accepturus esset, vt solent facere victores de victis. Ita Troianæ feminæ Hecubam lugent.

—— *Teque ô modo regia coniux,*
Regia dicta parens, Asiæ ſ·ventis imago,
Nunc etiam præda mala sors, quam victor Virgines
Esse suam nollet, nisi quod tamen Hectora partu
Ediderat: dominum matrix vix reppert Hectoris.

Et posuerunt puerum in prostibulo Legendum est, in prostibulū, hoc est in meretricem, Hebr. בזונה, In meretricē. Quod est, Pueros populi mei captos exposuerunt in quęstum suum libidini omnium, quasi meretrices essent. Lxx quoque verterunt, In prostibulo iuxta veterem, & correctam lectionem, quæ extat in Hieronymo, & in Theodoreto, non autem, vt nunc legitur, ἀντὶ τῶν παιδαρίων ἔδωκαν πόρνας, Hoc est: Et pueros dederunt meretricibus. Et quamuis sensus noster plene reddatur, si legamus, Posuerunt puerum in prostibulo: tamē legēdum dixi, In prostibulum, quia ita magis conuenit cum Hebræo, & quia Hieronymum ita legisse constat ex commentarijs, vbi ait: Sed posuerunt pueros in prostibulum, vt virilem cogerent mutare naturam. Accedit quod Hieronymus Prostibulum pro meretrice dicere solet, vt Leui. 21. Scortum, & vile prostibulum non ducet vxorem. Deutero. 23. Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Dei tui. Nec veto legi, in prostibulo, modo poni dicamus pro In prostibulum, vt sæpe in nostra translatione, & in scriptura ipsa fieri iam adnotauimus.

Prostibulū.

Et puellam vendiderunt pro vino. Puellas captas vendebant alijs, vt nummi ad potandum suppeterent, libidini (vt ait Hieronymus) præferentes gulam.

10 Quid mihi, & vobis.

Verum quid vobis, & mihi Tyrus, & Sidon Quid mihi & vobis? auersantis, & offensi animi est, & quasi à se abijcientis, vt 2. Reg. 16. Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? Ac si diceret, Sinite me, ne mihi molesti sitis, quid mihi rei vobiscum est? Alloquitur igitur Tyrum, & Sidonem, & Palæstinos, qui quantum poterant, vexabant populum Israel, & bellum semper cum illo gerebant: quasi defessus iam ferendo tot eorum vexationes in populum Israel, & capitales inimicitias. Quot autem malis affecerint Palęstini, & Tyrij filios Israel legimus Psal. 82. Super populum tuum malignauerunt consilium, & cogitauerūt aduersus sanctos tuos. Dixerunt: Venite, & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel vltra. Deinde nomina harum gentium indicat: Tabernacula Idumæorum, &c. Alienigenæ (id est, Palæstini) cum habitantibus Tyrum: & Hamos. 1. Super tribus sceleribus Gazæ (quæ vrbs est nobilis Palæstinorum) & super quatuor, nō conuertam eam: eo quod transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. Et eadem paucis interiectis de Tyro commemorat. Quibus verbis, vt suo loco explicabimus, significatur, Palæstinos, & Tyrios, quorum comites, & adiutores fuere vicini Sidonij, multa mala filijs Israel intulisse, ac tandem captiuos, quos ex eis abduxerant, tradidisse Idumęis acerbissimis hostibus, vt iniquius tractarentur, & longius à patria exularent. Quamuis in Idumæis gentiles potius intelligi existimo, vt in Habdia dicemus, quoniam paulo post eadem Ioel perstringens ait: Et filios Iuda, & filios Ierusalem vendidistis filijs Græcorum, vt longe faceretis eos de finibus suis. Palæstini ad oram Magni maris habitabant adiuncti tribui Iudæ. Tyrus vero & Sidon vrbes olim nobiles Phœnices à se nouem parasangis distantes. Tyrus hodie Sur, de qua Hos. 9. diximus, Sidon terminus est terræ promissionis, hodie Sayeto. * At in Palæstinis, & Tyrijs, ac Sidonijs significat omnes gentes finitimas Christianis, & populo Dei olim, à quibus grauissima damna acceperunt: sicut modo videmus in eam Hispaniæ, & Italiæ oram, quæ vicina est Africæ, Saracenos, & Turcas penetrare, & pueros, viros, feminasque captos in patriam suam deferre. Ijdem per mare Nostrum celerrimis nauigijs discurrunt, captiuosque abducunt, quos possunt, & vendunt. Ita etiam loquitur Hab. ca. 3. vt ibi dicemus, cum de inimicis Ecclesiæ ait: Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. 11

Numquid vltorem vos redditis mihi. Legendum est, Reduiti, vt ex Hebræo constat, & ex Lxx, & ex Chaldæo. Ita etiam habent exemplaria quædam antiqua manu scripta. Sensus est, Quid facitis tam acerbe in populum meum sæuientes? Num irascimini mihi, & quia non potestis de me vltionem sumere, idcirco populum meum vexatis? Agite sæuite, cito mihi pœnas dignas dabitis. Oderant omnes, quas dixi, nationes Deum verum Israelitarum, cuius auxilio florebant res Israelis, & ipsæ sæpe vincebantur.

Et desiderabilia mea. Quæ sint desiderabilia continuo interpretatur, cum ait, Et pulcherrima. Diuitias, & optima quæque Iudæorum, & templi diripiebant, sicut hodie faciunt Turcæ in populis Christianorum. Certe arcam Dei (qua nihil erat tunc pretiosius) notum est Palæstinos abstulisse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& intulisse in templum Dagon. 1. Reg. 5.

12 Gra cus. *Venundastis filijs Græcorum*, id est, Gentilibus alijs. Iudæi enim gentiles Græcos vocant, causam Aug. epi. 200. hanc esse putat, quod maior eorum pars Græco sermone vteretur. Ro. 1 &. 2. Iudæo primum & Græco, & Gal. 3. Non est Iudæus, neq; Græcus. Mar. 7. Erat autē mulier gētilis, Syorphœnissa genere. Pro quo in Græco est: Erat autem mulier Græca.

Ecce ego suscitabo eos. Liberabo, ac reducā. Si quærimus vbi hoc, & quo tempore factum fuerit, illudque præsertim quod sequitur: Et vēdam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Iudæ, & venūdabunt eos Sabæis genti longinquæ: diuinant expositores, & multa dicunt, sed quę nequeāt comprobare. Deniq; veteres Iudæi consentiunt nunquā hæc præstita fuisse Iudæis, ideoq; in vltimo tēpore præstanda sibi pollicentur, vt refert Hiero. Nos cœptam explanationē sequamur de tēpore iudicij, vt præcedentia, ac sequentia copulemus cū medijs: nam & hactenus de iudicio locutus est, & manifestè statim de eo loquitur. Suscitabo (inquit) Sanctos meos, quos alienigenis vendidistis, & in aliena regione mortui sunt: reuocabo eos ad vitam, & aderūt tūc in iudicio, pœnasq; videbūt, quas vos mihi dabitis. * Atque ita esse accipiendum verbum, suscitabo, ex eo intelligimus, quod est in Heb. מְעִירִים, quod proprie significat, Expergefacio eos, & ad dormientes, aut mortuos refertur, vt Psal. 43. Exurge quare obdormis Dñe? עוּרָה, euigila, excitare. Psa. 56. Exurge gloria mea, exurge Psalterium, & cithara, exurgā diluculo. Pro Exurge, vtroque loco est עוּרָה, id est, euigila (quod ad CHRISTI resurrectionem pertinet) & pro Exurgam אָעִירָה, id est, suscitabo me, Expergefaciam me.

13

Et vendam filios vestros. Vendere nihil est aliud hoc in loco quā sempiternæ seruituti atque captiuitati tradere. Non solum vos, sed etiam omnes filios vestros vestræ impietatis heredes vendam, & tradam in manus filiorum Iuda, hoc est, electorum meorum, vt ipsi vos vendant Sabæis, id est, tradant in æternam seruitutem, & æternam captiuitatem, ipsi enim sedebunt super sedes iudicantes omnes impios mecū. Iraq; ipsi tūc patientiæ suæ mercedem capient, & ab omni in posterū metu liberabūtur, vos autem ipsis mecū iudicātibus abducemini in æternam inferorū captiuitatē. Tunc fiet (vt eleganter adnotat Ruper.) illud Prou. 11. Iustus de angustia liberatus est, & tradetur impius pro eo.

Et venundabunt eos Sabæi: Sabæi populi sunt Arabiæ Felicis, vt ex Ptole. lib. 6. c. 7. & Strabone lib. 16. & Mela. lib. 3. c. 8. & ex alijs Geographis intelligimus, bellicosa gens, & prædæ, rapinisque assueta, sicut Iob. 1. legimus: Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus, vt nuntiarem tibi. Propter ferocitatē ergo, & rapacitatē dęmones hic significant. Nomen etiā cōuenit, nā שְׁבָאִים captiuitatē significat, atque ideo Lxx verterunt: venundabunt eos in captiuitatem, non ignorantes Sebaim nomē esse gentis, sed intelligentes nomen gentis proprium pro communi poni, id est, pro captiuitate: siue pro abducentibus in captiuitatem, sicut in Psal. 75. verterunt. Et factus est in pace locus eius, cum in Heb. sit, In Salem, qđ nomen est vrbis. Quemadmodum enim cum dixit, In manibus filiorum Iuda, non populum Iudæorum intellexit, sed omnes electos, quoniam & eorum figura fuit populus Iudæorum, & nomen Iuda, si commune fiat, & illud interpretemur, recte cōuenit electis confessionem enim significat, & filij Iuda sunt, qui Deum confitentur ita Sebaim pro dæmonibus ponuntur, quia dæmonum typus sunt, & nomen, si quis interpretetur, optime in eosdem humani generis hostes conuenit. Eadem ratione sacerdotes nouæ legis vocantur filij Leui. Mala. 3. vt Hieronymus interpretatur: Et purgabit filios Leui: quoniam vetus sacerdotium figura fuit noui, & nomen cōsentaneum est quod copulationem significat, ipsi enim sunt qui homines cum Deo copulant. Multa sunt his similia in scriptura, sed hæc breuiter indicaui, ne quis cōsuetudinis Scripturæ ignarus de gente illa Arabiæ ita vt verba sonent, sermonem esse existimaret. Significat ergo electos iudicium laturos esse in persecutores suos, & tradituros eos dæmonibus cruciandos in æternū, & ideo ait: Gēri longinquæ. i. vnde euadere, & redire nō poterūt, & vbi lōgissimè aberūt à suis delicijs. Hoc idē eadē fere metaphora expressū est Psa. 149. Exultabūt sancti in gloria, &c. & gladij ancipites in manib eorū (i. quibus confodiāt aduersarios,

& persecutores olim suos.) Ad faciendam vindictam in nationibus, increparionesque in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, vt faciant in eis iudicium cōscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Et quāuis tot exempla scripturę non supperterent, cogebat necessitas, vt Sabæos aliter interpretaremur, quam nomen sonabat, quia hoc, vt verba sonant, nec vnquam factum est, nec iam fieri potest. Idcirco Hieronymus, & Rupertus eadem necessitate alitèr Sabæos acceperunt, & Rupertus ita, vt nos explanauit.

Quia Dominus locutus est. Quia Dominus ita statuit, aut quia ita mihi Dominus locutus est.

Clamate hæc in gentibus. Ironice conuocat omnes impios, & persecutores sanctorum. Ac si dicat: Properate, pugnate omnes contra electos meos, nemo sibi infirmus videatur ad persequendum sanctos: nihil tādem proficietis, sed in nihilum omnes conatus vestri recident. Eadem locutio est Isai. 8. Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ, confortamini, & vincimini, accingite vos, & vincimini, inite consilium, & dissipabitur, loquimini verbum, & non fiet, quia nobiscum Deus.

16 *Sanctificate bellum.* Parate, & adornate bellum, de quo verbo diximus in hoc propheta cap. 1. in illud: Sanctificate ieiunium.

Conuertite aratra vestra in gladios. Hoc fieri solet, cum bellum libentissime suscipitur, & vt est apud principem poetarum:

Virg. 7. Æneł. *Sæuit amor ferri, & scelerata insania belli.*

Infirmus dicat, Quia ego fortis sum. Nemo, quantumuis infirmus, & inualidus ad belligerandum, prætexat infirmitatem suam, dicat se esse fortem, & validum.

Erumpite, & venite. Prodite magno cum impetu ex omnibus vrbibus vestris, & congregamini, & venite contra sanctos meos.

Ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos. Cum ad vallem Iosaphat erit ventum, ibi omnes robusti vestri interibunt, & æternæ morti tradentur. Robustos tuos dicit, quasi vni genti loquatur, cum loquatur omnibus impijs. Sed omnes mali vnus populus sunt in scriptura, & vna gens, vt diximus in illud Hos. 6. Ibi prænaricati sunt in me.

Consurgant, & ascendant omnes gentes. In Hebræo, & in Chaldæo est: Consurgent, & ascendent. Ex quo videmus in nostra, & in Lxx translatione Imperatiuum pro futuro poni. Et hic iterum ponitur verbum illud עור, quod diximus ad dormientes, siue ad mortuos pertinere, יעורו, excitabuntur, quomodo dictum est Zach. 4. Et suscitauit me, quasi virum, qui suscitatur de somno suo. Sensus ergo Propheræ est, Excitabuntur dormientes, id est, mortui resuscitabuntur, & venient ad iudicium.* Nec nos moueat quod nunc dicit, *Descendant in vallem Iosaphat*, cum initio ca. dixerit: Et deducam eos in vallem Iosaphat, vbi pro Deducam, est וְהוֹרַדְתִּים, id est, Et descendere eos faciam: cum enim veniunt, dicuntur ascendere, quia terra promissionis in sublimi sita erat, sed quia cum eo venissent, in infimo loco collocandi erant, quod est proprium damnandorum, dicuntur descendere. 17

Omnes gētes in circuitu, id est, Omnes gētes, quę sanctos meos persecutę sunt, hoc enim fecerūt olim in populum Dei finitimæ maxime nationes, Idumæi, Palæstini, Tyrij, & Sidonij, Syri, Moabitæ, & Hammonitæ; & postea vniuersæ nationes, inter quas dispersi erant fideles.

Mittite falces, quia maturauit messis. Aperte de fine mundi loquitur, cum messis meteretur, id est, omnes homines morientur, & vocabuntur resurgentes ad iudicium. Hic locus optime exponitur ex alijs duobus scripturæ locis, id est, ex Apo. 14. qui ex hoc videtur desumptus: Mitte falcem tuam, & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniā aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem falcem suam in terram, & demessa est terra, id est, Congregati sunt in vnum locum homines ad iudicium, vt manipuli in vnum æruum. * Quod autem ait Iohannes, Quoniam aruit messis terræ, id est, iam apta est, vt metatur, siue iam venit tempus metendi, quo finis sæculi significatur, hoc dixit Ioel: Quoniam maturauit messis, id est, matura facta est. Lxx dixerūt, Quoniam adest vindemia, Chaldæus: Peruenit tempus finis eorum. Alter locus, qui multum vtriq; lucis affert, est apud Matth. 13. Sinite vtraque crescere vsq; ad messem, & in tempore messis dicā messoribus: Colligite primū zizania. Et postea: Messis vero consummatio sæculi est. Messores autem angeli sunt, &c. 18

Venite, & descendite, quia plenum est torcular. Torcular est domuncula, aut cella, in qua mustum, aut oleum exprimitur. Trabs ipsa, Torcular.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua vuæ, aut oleæ premuntur, dicitur prælum, locus in quem mustum defluit, lacus, vt ex Columella intelligitur lib. 12. c. 50. Inde Iud. 6. Cumque Gedeon filius eius excuteret, atque purgaret frumenta in torcularí Isa. 63. Et vestimenta tua, sicut calcantiũ in torculari. Itaque eadem cella dicitur גת, cum ait: Plenum est torcular, & יקבים sicut ait statim: Exuberant torcularia: quomodo etiam Isaias dixit cap. 5. Et torcular extruxit in ea. Deinde per Metonymiam continens pro contento ponitur, id est, locus ipse pro vuis, aut oleis, quæ ibi ponuntur calcandæ: Hos. 9. Area, & torcular non pascet eos. 4. Reg. 6. Vnde te possum saluare? de area, vel de torculari? Lacus etiam ipse dicitur aliquando torcular, Matt. 21. Et fodit in ea torcular. Pro quo Marci. c. 12. Et fodit lacũ.

19 * Notandum etiam ex Hier. in Isa. 63. & in Thren. 1. torcular iuxta scripturæ consuetudinem, non solum congregationem nouorum fructuũ significare, vt iam diximus, sed etiam vltionem, atque supplicia peccatorum, si adiungatur verbum, Calco, aut aliud simile. Isai. 63. Torcular calcaui solus, id est, solus hostes meos vici, atque conculcaui, sumpta metaphora ab vuis, quæ valide calcantur, & premuntur. Et de captiuitate Ierusalem inquit Ieremias Thren. 1. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. Apo. 19. Et ipse reget eas in virga ferrea, & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Ergo quemadmodum cum iam vuæ omnes congregatæ sunt, calcatoribus dicitur, vt præmant & conculcent eas: ita cum in die iudicij omnes impij congregati, & infinita multitudo ex omnibus nationibus collecta erit, dicet iudex, Plenum est torcular, exuberant torcularia, (quod bis dicitur vt ingens puniendorum multitudo significetur) Venite, & calcate: exibunt enim angeli, & separabunt malos de medio iustorum, * & mittent eos in caminum ignis. Matthæ. 13. Ex quibus intelligimus male vertisse Leonem Hebræum, Redundant lacus, pro eo quod nos habemus: Exuberant torcularia, iubentur enim angeli calcare torcularia iam plena, cum autem vuæ calcantur, nondum est mustum, & ideo non possunt redundare lacus. Male etiam Vatablus vertit: Redundant prela, scilicet, vino, veloleo. Recte autem noster interpres vtroque loco posuit Torcular, quem maluit sequi Pagninus, Chaldæus optime intellexit. Descendite, inquit, conculcate interfectos fortes eorum, sicut quod calcari solet in torcularí, fundite sanguinem eorũ, quia multiplicata est illorum malignitas.

Torcular, Calcare.

Quia multiplicata est malitia eorum. Dixit, Punite, & vltimo supplicio tradite impios, causam reddit: Quoniam completa est eorum iniquitas, & scelera, quæ Deus ferre & permittere decreuerat, iam non vult amplius Deus ferre peccatores. Ita dictum est Gen. 15. Nec dũ em̃ completæ sunt iniquitates Amorrhęorũ vsque ad præsens tẽpus. Iniquitates dicit, quas Deus ferre decreuerat, & pro quib⁹ eos è patria expulsur⁹ erat.

Populi, populi in valle concisionis, id est, In valle illa infinita hominum multitudo cõgregabitur, hoc enim significat geminatio eiusdẽ nominis, vt. c. 2. explicauim⁹ in illud: Vsq; in annos generationis & generationis. Quod magis adhuc auget vox Heb. המון quæ multitudinem, & turbas hominum significat, vt docet Hie. Ex quo nomine etiã deductum est nomen Abraham, id est, pater multarum turbarum, & innumeræ multitudinis. Præ admiratione igitur tantę multitudinis dixit Propheta: Populi, populi in valle concisionis. Sed vallem concisionis vocauit vallem Iosaphat, quòd in ea concidendi, id est, disperdendi sint inimici Dei. Ita Psal. 88. Et cõcidam à facie ipsius inimicos eius. Et. 128. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum. Et fortasse ita intelligendum est illud Philipp. 3. Videte malos operarios, videte concisionem: non enim iã vocat circumcisionẽ, quia iam non prodebat illis, vt ante circumcisio, sed concisionẽ id est, nõ solũ pelliculæ inanem amputationem, sed etiam perditionem, & mortem, siue perdendos, & concidendos, quia retinẽtes adhuc veterem suam circumcisionem, in eaque fiduciam reponentes, atque Euangelium respuentes, peribant: κατατομὴ autẽ, quod est in hoc Apostoli loco, Græcis & cõcisionem, & interfectionem significat.

Sol & Luna obtenebrati sunt. Hier. & Ruper. Obtenebrati sunt non sustinẽtes videre mœrorẽ illius dici, & rorẽta pereuntiũ, & non audẽtes aspicere seueritatẽ Christi iudicantis. Non enim de signis diem iudicij præcessuris nunc loquitur, de quibus cap. 2. dixit: Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem: sed de ipso die iudicij. Est autem vsitatum in scriptura vt dies magnæ calamitatis obscurus esse dicatur, & sine sole Ioe. 2. Quia prope est dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis, Sopho. 1. Dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ & turbinis. Videtur enim tunc hominibus præ afflictione animi Sol obscurari: vnde apud nos vehemens comminatio est, & trita: Efficiam vt stellas medio in die videas. Et Hamos. 8. de die captiuitatis dictum est: Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis, & conuertam festiuitates vestras in luctum.

Dies obscurus.

Et Dominus de Sion rugiet. Rugitum, quasi leonis, vocat tremendam sententiam, quæ in impios proferetur: Ite maledicti in ignẽ æternum. Dicit autem, De Sion, & de Ierusalem, quia Ierusalem dicitur & vrbs, & eius ager, quod iam exposuimus nu. 6. sed hæc iterum interpretabimur Hamos. 1. n. 5.

22 *Et mouebuntur cœli, & terra.* Hieronymus: Tam excelsa vox eius erit, atque terribilis, vt cœlorum cardines, & terrarũ fundamenta quatiantur, &c. Significat autem hyperbolyce totam rerum naturam quodammodo tunc trepidaturam esse. Vel, cœlestes naturæ stupebunt rem tam insolitam videntes, & terrestres trepidabũt. Ita enim, quod ad cœlestes attinet, exponunt Chrysost. & Euthy. illud Matth. 24. virtutes cœlorum mouebuntur, quod nunc quoque à Propheta dici existimat Rupertus.

Et Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorũ Israel. Cum omnes trepidabunt, tunc iusti, quasi leo, confident, & sperabunt in Deo suo CHRISTO, qui eos fortitudine, atque fiduciã implebit. Hoc idem dixit Hab. cap. 3. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo IESV meo.

Et scietis quia ego Dominus. Tunc re ipsa ó electi cognoscetis me esse Deum vestrum, qui præsum Ecclesiæ, & semper eius curam gessi, & in ea habitaui, & habito: per Sion enim Ecclesiam intelligit. Videbitis tunc solos Ecclesiæ filios seruari, qui fide, & operibus mihi inseruierunt, ceteros omnes perire.

Sanctum.

Et erit Ierusalem sancta. Ecclesia iustorum erit in posterum pura ab omni labe culpæ, & prorsus implebitur illud Eph. 5. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Sanctum etiam dicitur quod à profanis nõ tangitur, sed religiose seruatur, quomodo etiam tunc Sancta erit Ecclesia, quia longissime semota erit ab omni aduersariorum iniuria. Et hoc est quod sequitur.

Et alieni non transibunt per eam amplius. Nõ poterunt iam vobis nocere hostes vestri, neque visibiles, neque inuisibiles. Id enim est transire, vt diximus in illud Hos. 10. Ego transiui super pulchritudinem colli eius. Apo. 22. Foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruiẽtes, & omnis qui amat, & facit mendacium, id est, Hi omnes manebunt extra cœlestem Ierusalem, & ad eam nullo modo accedere poterunt. Hanc securitatem, & tranquillitatem illius felicissimę ciuitatis eleganter describit Isai. cap. 26. In die illa cantabitur cãticum istud in terra Iuda: Vrbs fortitudinis nostræ saluator, ponetur in ea murus, & antemurale. Et quæ sequuntur.

Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinẽ. Cum iam Ierusalem, id est, Ecclesia erit in cœlum translata, omnino implebitur promissio illa toties in scriptura repetita de terra fluente lacte, & melle, id est, vita erit plena omni iucunditate, & referta omnibus bonis sine vlla mali admistione. Ceterum recentiores hic vertunt, Stillabunt montes mustum, quod in illud capit. 1. Qui bibitis vinum in dulcedine, satis refutauimus: neque enim promissum erat, neque vsquam in scriptura inuenimus mõtes stillaturos mustum, sed lac, & mel.

23

24

Et per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. Ne quis existimaret hanc beatissimam omnium bonorum vbertatem aliquãdo finiẽdam esse, addit: Per omnes riuos, &c. Tunc enim terra virorem, & pulchritudinem conseruat cum vndique riuis pererratur, & interluitur. Riui Hebr. נחלים, quod proprie significat locum ipsum, per quem aquę labũtur. Iudam autem vocat populum beatorum vere confitentem Deum, de quo scriptum est Psal. 83. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Ita vocatus est Isai. 26. In die illa cantabitur canticũ istud in terra Iuda. * Hæc omnia Iudæi, & nostri Iudaizantes (vt refert Hieronymus) in terra futura esse putauerunt post iudicium. Ita docuit Papias episcopus Hierapolitanus, vt refert Eusebius lib. 3. hist. Eccl. cap. 39. Lactantius, lib. 7. ca. 24. & multi ex veteribus. Huius rei meminit Augustinus 20. de ciuit. cap. 7. & Hieronymus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nymus passim hunc errorem refellit in explanatione prophetarum, & noster Alfonsus Castrus lib. 3. contra hæreses verbo Beatitudo, hæresi secunda, atque alij multi.

Et fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. In Hebræo est, Torrentem Settim. Est autem Settim pluralis numeri, nã singulari שִׁטָּה dicitur, ita enim censeo legendum cum Hieronymo, non Sittim, cum recentioribus. Arbor est (vt idẽ Hieronymus autor est hic. Et in Isa. 41.) quę nascitur in eremo Arabiæ, neque alibi inuenitur, spinæ albæ habens similitudinem, colore, & folijs, non magnitudine. Alioqui (inquit) tam grandes arbores sunt, vt latissima ex illis tabulata cædantur: Lignum fortissimum est, imputribile, & incredibilis læuitatis, ac pulchritudinis. Dixit Hieronymus hanc arborem similem esse spinæ albę colore, & folijs, nõ magnitudine: quoniam spinæ albæ magnitudo solet esse duorum cubitorum, crassitudo pollicis, & folia habet albis maculis distincta. Vide Dioscoridem lib. 3. cap. 12. Dicitur autem Græce, & Latine, & Hispanice spina alba iuxta cuiusque linguæ vocabula. * Effecit hæc similitudo vt pro Settim aliquando interpretes vertant, Spina, quoniam ita à Græcis, & à nostris hæc arbor vocatur, propter eam, quam diximus, similitudinem. Isa. 41. Dabo in solitudine Cedrum, & spinã, ita ibi quoque transtulit Theodotion, vt testatur Hieronymus: & hic Symmachus vertit, Spinarum, quem Hieronymus imitatus est. Præterea נַחַל (vt Hebræi docent) vallis dicitur, siue aquas contineat, siue non contineat, idcirco Hieronymus sæpe vertit torrentẽ, alij autem vallem, vt hoc in loco Chaldęus, & Symmachus. Est ergo torrens Settim vallis, seu planities trans mare Mortuum in cãpestribus Moab, sexto (vt ait Hieronymus) ab vrbe Liuiade distans miliario, in qua arbores eiusdem nominis nascebantur, quas Hebræi Cedros optimas esse, id est, optimum cedrorum genus interpretãtur. Loci meminit Moyses Num. 25. Morabatur autem Israel eo tẽpore in Settim. Et Michæas cap. 6. Populę meus memento quæso quid cogitauerit Balac rex Moab, & quid responderit Balaam filius Beor de Settim vsque ad Galgalam. Cum hæc ita sint, constetque ex Settim factam esse arcam, & omnia, quæ in tabernaculo Dei legimus, arboresque hoc loco per spinas significari, non veptes: nequeo satis mirari omnes fere Latinos expositores ita accepisse torrentem spinarum, ac si scriptum esset, Torrentem veprium. Atque hoc magis mirandum, eorum errori non obscure patrocinari Hieronymum, tam hic quam in apologia ad Pammachiũ pro libris contra Iouinianum prope finem, à quo tamen veritatem accepimus. Sed ille solet sæpe vulgares interpretationes, & opiniones sequi, ne vn⁹ multis repugnare velle videatur, cõtentus aut ibi, aut alibi, quod verum erat docuisse. * Relicta igitur eorũ explanatione in arboribus Settim beatos intelligi arbitror, nam ex Settim factum est tabernaculum, in quo Ecclesia sanctorum significabatur, & vt illud cõstabat ex lignis Settim, ita cœlestis ciuitas constat ex hominibus beatis. Sunt autem huiusmodi arbores imputribiles, vnde Lxx, quoties in Hebræo, & in nostra translatione est, Ex lignis Settim, vertunt ἐξ ὕλων ἀσήπτων, id est, ex lignis imputribilibus: ita beatorum non solum animæ, sed etiã corpora erunt immortalia. Quod si illi sunt spinæ, id est, arbores Settim, vallis, seu torrens spinarum erit locus ipse cœlestis beatitudinis, in quo sunt huiusmodi arbores imputribiles in æternũ consitæ. Quoniam igitur Deus beatorum animas, & corpora, quasi in perpetuo vigore semper conseruaturus est, & loci ipsius amœnitatem, ac pulchritudinem, dicitur fons de domo Domini egressurus, & irrigaturus torrentem spinarum. De quo dictum est Psal. 45. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Tunc enim vallis amœnissima est, & arbores virent, cum perpetuis aquis irrigantur, atq; vt perpetuæ futuræ aquę intelligãtur, dixit, *Fons de domo Domini egredietur*: non enim habet fons temporaneam aquam, sed perpetuam. Quod si alij fontes aliquando aruerint, hic nunquam arescet qui è domo Domini egredietur. * Quo verbo significatur Deum semper huic fonti aquas subministraturum: sicut cum legimus Isai. 30. de gehenna: Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam: nihil significatur aliud, quam Deum virtute sua semper conseruaturum ignem illũ. Egredi autem è domo Domini est è sede Dei, è loco in quo est Deus, id est, ab ipso Deo. Simile est illud Apoc. 22. Et ostendit mihi fluuiũ aquæ viuę, splendidum tanquam crystallũ, procedentem de sede Dei, & Agni. Per fluuium (inquit ibi Ambrosius) qui nullo ardore solis exiccatur, gloria sanctorum perpetua intelligitur. Qui à sede Dei, & Agni procedere dicitur, quia ab illo fluuius gloriæ sanctorum procedet, à quo illis in carne positis processit riuus omnium bonorum. Huius fluuij figura videtur ille fuisse, de quo dictum est Gene. 2. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum.

Settim.

Spina.

Hieronymi error.

25

Torrẽs spinarum.

Ægyptus in desolationem erit. Ita legendũ est accusandi casu, vt ex Hebr. & ex Græco constat, quamuis in nostra translatione alterum pro altero poni solet. Iudæi sibi vane blandientes interpretantur Ægyptios, & Romanos, quos Idumæos dici volunt, delendos fore à Deo in ipsorum Iudæorum gratiam. At per Ægyptum, & Idumæam, potentiam, & opes inimicorum populi Dei intelligit, vt paulo ante dæmones per Sabæos. Nam מִצְרַיִם, (quo nomine Hebraice Ægyptus appellatur) idem est (vt ait Hieronymus) atque ἀθλιεσθε, id est, Affligens. quia Sanctos Dei persequebatur. Idumæa, terrena & cruenta, Tũc igitur in æternam desolationem tradentur omnes opes, & potentia persequentium Sanctos, neque amplius eis nocere poterunt.

28

In desertum perditionis, id est, Desolationis, id enim significat שְׁמָמָה, id est, vertetur in vastam, atque horridam eremum, desolatã omnino, & perditam, in qua nec fere vlla inuenitur, neque arbor, neque herba.

Et Iudæa in æternum habitabitur. Iudæam (vt iam diximus) vocat cœlestẽ Ierusalem, in qua semper est Dei confessio, & laus, sicut Isai 26. In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda. Et ad maiorem dictorũ firmitatem iterum ait: Et Ierusalem in generationem, & generationẽ, id est, In æternum, vt iam superius adnotauimus. Nunquam diruetur ab hostibus, nec tẽpore consumetur, nunquam suis ciuibus viduabitur. De hac Ierusalem multa præclare vaticinatus est senex Tobias cap. 13.

Et mundabo sanguinem eorum, quos non mundaueram. Auferam peccata electorum, quæ vsq; ad illud tempus non abstuleram, quod & de alijs intelligi potest, qui obdurati fuerint: sed maxime de filijs Israel. Ac si dicat: Cum hæc facienda erunt, prius ad me integre conuertam gentem Iudæorum, quæ immunda iacebat in sua infidelitate: Dixit enim: Sanguis eius super nos, & super filios nostros, atque hinc à Deo relicta tota iacet in sanguine, id est, in immunditia peccatorum, & denique in fine sæculi piè credendo, & obediendo mundabitur eo sanguine quem olim impie fudit.

Matth. 27.

Et Dominus commorabitur in Sion. Cum cõpletus fuerit numerus ciuium cœlestis Ierusalem tam ex Iudæis, quam ex gentibus, Dominus in sublimi, ac beata illa Sion æternum cum eis commorabitur, & æternum ab eis videbitur. * Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, mater nostra Ierusalem, cuius filij nunc gemimus, & flemus in hac lacrymarum valle, spemque, metumque inter dubij, & in medio labore, atque conflictu oculos ad te tollentes, & procul te salutantes. Vere gloriosa dicta sunt de te. Sed quæ dici possunt, quia & hominibus, & hominũ verbis dicta sunt, minora sunt bonis tuis, quæ neque oculus vidit, neq; auris audiuit, neque in cor hominis ascenderũt. Magna nobis videntur, quæ pãtimur, sed quidam ex clarissimis ciuibus tuis, qui inter illa versabatur, & quædam de te cognouerat, non dubitauit dicere: Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Spe igitur gaudebimus, & super flumina Babylonis, etiam dum sedemus, & flemus, recordabimur tui Sion. Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si nõ posuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ. O diem illum beatum, atq; omnibus votis optandũ, quo ingrediemur ciuitatẽ sanctorũ, cuius lux est Agnus, vbi rex videtur in decore suo, vbi abstergetur omnis lacryma ab oculis sanctorum, & mors nõ erit amplius, neque luctus, neque dolor, quia prima abierunt. * Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum, cõcupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Cor meum & caro mea exultauerũt in Deum viuum. Quando veniam, & apparebo ante faciem Dei? Quando videbo patrem illum, quem semper opto, & nunquam video, ad quem ex hoc exilio vociferor: Pater noster, qui es in cœlis? O pater vere, pater Domini nostri IESV CHRISTI, pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis. Quando videbo verbum bonũ, quod cor patris eructauit, quod erat in principio apud Deum, & ipsum est Deus? Quãdo licebit

29 Psal. 86.

1. Cor. 4.

Psal. 136.

Apoc. 21.

30 Psal 83.

Psal. 41.

Psal. 44. Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do licebit sacros pedes pro me perforatos osculari, os aperto lateri admouere, ad pedes eius nũquam inde recessurum sedere? O faciem sole ipso splendidiorem, beatus est qui videt te, qui iam desijt dicere: Videbo eum, sed non modo, intuebor eum, sed non prope. Ecquis erit dies, quo peccatorũ meorũ sordibus ablutis, reuelata facie gloriam Domini speculabor, & videbo sanctificatorem Spiritum, & autorem bonorum, per cuius sanctificationem mundamur, vt similes ei simus, & videamus eum sicuti est. Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sęculorum laudabunt te, in sęcula sæculorum videbũt, atq; amabunt te. Quã beata patria, in qua patrem inueniemus Deum, matrem beatissimam semper virginem Mariam, quæ nos, vt carissimos filios iucundissimis amplexibus venientes excipiet, fratres, tot prophetas, apostolos, martyres, confessores, virgines? * Benedicite Dominum omnes electi eius, agite dies lætitiæ, & confitemini illi. Anima mea benedic Dominum, quoniam liberauit Ierusalẽ ciuitatem suam â cunctis tribulationibus eius Dominus Deus noster. Portæ Ierusalem ex Saphiro, & Smaragdo ædificabuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur, & per vicos eius halleluia cantabitur. Benedictus Dominus qui exaltauit eam, vt si regnum eius in sæcula sęculorum super eam. Amen.

Num. 24.

Psal. 83.

31 Tob. 13.

De spirituali sensu nihil hoc in capite dicendum putaui, quoniam omnia de extremo iudicio, & de futura Sanctorum beatitudine interpretatus sum: per quæ, cũ sint extrema omnium, nihil significari aliud videtur. Sed lector animaduertat, quæ de iudicio dicuntur, posse & ad peculiare cuiusque iudicium, quod post mortem fiet, referri, & quę mali tunc passuri dicũtur, posse & de præsentibus eorum supplicijs intelligi, quæ sunt inchoationes quædam futurorum. Similiter quæ de beatitudine dicta sunt, pertinent etiam quodammodo ad pacem animi, & beatitudinem inchoatam, quam nunc habent iusti. Quæ vero de malorum persecutione in bonos scripta sunt, recte ad vitia accommodabimus, quæ nũc animas capiunt, & spoliant, & postea iudicabuntur, id est, delebuntur, atque penitus expellentur ex animis electorum. De qua tropologia multa diximus cap. 2.

FRAN-

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN HAMOS PROPHETAM COMMENTARIJ.

PROOEMIVM, DE PRAESTANTIA, ET dignitate, atque vtilitate studij scripturæ sacræ, & quale illud futurum sit.

NVllum esse aut pręstantius aut vtilius, aut homine dignius studium, quam sacrarum literarum, ille optime intelliget, ac sentiet, qui eis se totum tradiderit, videbitque merito eum beatum esse prædicatum, qui in lege Domini meditabitur die ac nocte. Equidem fateor sacros libros omnes, ac præsertim prophetarum multis difficultatibus implicatos esse, atque impeditos, quibus Spiritus sanctus, quasi seueris quibusdam augustissimi tẽpli custodibus, profanis & superbis hominibus aditu, mysterijsque interdixit, rectęque de illis dici posse, quod dixisse Socrates fertur, cum in Heracliti libros de natura incidisset: præclara sibi videri, quæ quidem intellexisset, arbitrari etiam se, & quæ non intellexisset, sed opus esse ad illa Delio natatore. Nusquã apertius videas, nusquam magis appareat quod veteri Græcorum prouerbio iactatur, Difficilia quę pulchra, aut quod ab Hesiodo de virtute dictum latius manat, in arduo atque excelso loco eam esse sitam, viãque habere cum primis difficilẽ, plenamq; sudoris, ac laboris. Sed labor profecto quãuis magnus, & assiduus satis superque vtilitate compensatur, sudor requie, animi cõtentio tranquillitate: nam & si difficultatis permultum habere videantur, multo plus habent sine dubio veræ, solidæque voluptatis. Quantum est enim introduci à rege in cellam vinariam, ordinari caritate? Quamtũ vbera illa suggere meliora vino, fragrãtia vnguentis optimis? tenere sapientiam, quã loquitur Apostolus inter perfectos: Sapientiam vero nõ huius sæculi, neq; principum huius sæculi, qui destruũtur, sed Dei sapientiã in mysterio, quã nemo principũ huius sæculi cognouit, cœlestiũ thesaurorum largitioni interesse, gloriam Dñi reuelata facie speculari? * Non sunt plane, non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quę vbi sacros libros probe tenuerimus, reuelabitur in nobis. Sed nostri homines ad alia celeres & prompti, ad hæc studia segnes fere sunt: atque ita statuunt, ea aut otiosis hominibus, domique se continentibus, aut certe concionatoribus esse relinquenda. Quo fit, vt qui concionibus se se aptos minime putant, & si otio abundent, in quauis re alia potius laborem, atque operam ponant. Ego autem quantum concionatoribus prosint sacræ literæ, dixi iam sæpe: & quantum eisdem illi indigeant qui in disputandi subtilitate versantur possem dicere, ac aliquando fortasse dicam: nunc hoc dico, & si vtilissimæ sint hæ literæ ad alios iuuandos, tamen pessime iudicare, qui putant aliorum tantum causa illas esse discendas. Nam si sanctorum patrum, & alios doctorum hominum libros, qui spirituales dicũtur, & sunt, cum magna

Cant. 2. Cant. 1.

1. Cor. 2.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

vtilitate legimus, ac legẽdo experimur nos reddi meliores: ecquis erit tam spiritualis liber, qui cum illis conferri possit, quos ipse Spiritus Dei nobis perlectissimos homines, sapientissimosq; dictauit? Si iuuant, & quasi satiant tenues riuuli: quid faciet fluuius ille magnus, quem vidit Ezeciel egredientem subter limen domus Domini, quem nõ potuit pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non potest transuadari? Cumque me, inquit, conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Quæ sunt arbores multæ ex vtraq; ripa torrentis, nisi veteres Sancti legi, & prophetis adiuncti, & noui, qui ad Euãgelistarum, & apostolorum fluenta cõsidentes, quasi arbores pulcherrimæ semper vernant, & suauissimis fructibus abundant? Fluuius idem est, quia idem est autor scripturæ, & vnus eius scopus, sed sæcula diuersa, ac tempora, quæ vtraque ripa indicantur. De his arboribus, & de his aquis dictum est: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarũ, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur. * Solebã mecum mirari cum sæpe apud Hieronymum legebam, mirificam vim habere studium scripturarum ad animum hominis immutandum, ad incendia cárnis extinguenda, ad contemptum sæculi, ad omne denique virtutum genus comparandum: donec intellexi ea dicere illum, quæ in se fuerat expertus, & iniquum esse non credere experto. Qui non credit, discat sibi primum legere scripturam, non quasi alijs interpretãdam, sed quasi in vtilitatem suam totam conuertendam, meditetur in ea die, ac nocte, sentiet animum durum emolliri, frigidum cœlesti igne succendi; nã verba Domini quasi ignis, & quasi malleus conterens petram. Sentiet sæculi amorem euanescere, excitari in se desiderium æternorum bonorum, perfundi animum incredibili quadam voluptate, quam qui sentiebat, clamabat: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super melori meo. O vitæ cœlestis sapientia dux, ô virtutum magistra, vitiorum pestis, lucis parens, expultrixq; tenebrarum: quid nos, quid vniuersa hominum vita sine te esse potuisset? Tu itineris & laborum comes, tu in aduersis rebus cõsolatrix, custos, & moderatrix in secundis, adolescentiæ institutrix, virilis ætatis firmamentum, dulcissimum perfugium senectutis. Venite ergo, & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius. Nec nos terreat obscuritas. Transiuimus iã locis freta, Hoseæ (quem, vt Heraclitum, non iniuria σκοτεινὸν appellabimus) multum licet nos, diuque tenuerint, Syrtes, atq; Symplegadas enauigauimus: nunc in Thecuæ pascuis, atque in illa pastorum solitudine Hamos audiamus, qui vellicans sycomoros, aut patulæ recubans sub tegmine phagi, dũ tenera attõdent simæ virgulta capellæ, cœlestem tenui musam meditetur auena. Nõ est quod diffidamus, nec enim viribus nostris confidimus: sed adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum, & terram: quod precibus ipsius beati Hamos & petimus, & affuturum speramus.

Ezec. 47.

Psal. 1.

3

Psal. 118.

ARGVMENTVM HAMOS.

Cap. I.

Inuehitur in quasdam nationes, & magna illis supplicia comminatur, quod patiẽtia Dei abutentes sine modo vllo peccauerint.

Cap. II.

Comminatur Moabitis, & Iudæ, & Israeli, quem commemoratis suis beneficijs, & eius peccatis futuræ captiuitatis metu terret.

Cap. III.

Totum est de reprehensione duodecim tribuum, & de comminatione captiuitatis.

Cap. IIII.

In diuites superbos, & spoliatores pauperum inuehitur, quibus captiuitatem prædicit, deinde omnes obiurgat, quod varijs supplicijs affecti nunquam ad Deum redire voluerunt, denique hortatur eos vt prædicationem Euangelij parati expectent, & cum venerit, admittant.

Cap. V.

Enumerat eorum peccata, & captiuitatem minatur, ac deinde ad pietatem cohortatur, ne in tam grauia mala incidant, quod nisi fecerint, nullis hostijs se placãdum esse affirmat.

Cap. VI.

Inuehitur in optimatum Iudæ, & Israelis auaritiam & luxuriam, & acerbissimam captiuitatem, atque internecionem comminatur.

Cap. VII.

Tres visiones commemorat, in quibus omnia mala, quæ tam decem tribubus, quã duabus imminebant, intellexit. Deinde Amasiæ sacerdoti Bethel prophetare prohibenti instantia supplicia prædicit.

Cap. VIII.

In visione vncini pomorum præmonstratur captiuitas Israel, cuius afflictiones, & cladem, & dolores fusius commemorat postquam eorum auaritiam & crudelitatẽ in pauperes, tanquam causam horum malorum reprehendit.

Cap. IX.

Prædicit extremum Ierosolymæ excidium, quod passa est à Romanis, & Iudæorum per orbem dispersionem, vocationẽque gentium, & Ecclesiæ felicitatem, atque bonorum spiritualiũ vbertatem per CHRISTVM in ea futuram.

Cap. I.

Zach. 14. Hier. 25. Ioel. 3.

VErba Hamos, qui fuit in pastoribus Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, et in diebus Ieroboã filij Ioas regis Israel, ante duos annos terræmotus. Et dixit, Dominus de Sion rugiet, et de Ierusalem dabit vocẽ suam: & luxerunt speciosa pastorum, et exiccatus est vertex Carmeli. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum: eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azael, et deuorabit domos Benadad. Et conteram vectem Damasci: & disperdã habitatorem de campo idoli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis: et transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Gazæ, et super quatuor non conuertam eum: eo quod transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. Et mittam ignem in murum Gazæ, et deuorabit ædes eius. Et disperdam habitatorem de Azoto, et tenentem sceptrum de Ascalone: et conuertam manum meã super Accaron, et peribunt reliqui Philistinorum, dicit Dominus Deus. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Tyri, et super quatuor non conuertam eum: eo quod concluserint captiuitatem perfectã in Idumæa, et non sint recordati fœderis fratrũ. Et mittam ignem in murum Tyri, et deuorabit ædes eius. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Edõ, et super quatuor non conuertam eum: eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum, et violauerit misericordiam eius, et tenuerit vltra furorem suum, et indignationem suã seruauerit vsque in finem. Mittam ignem in Themã, et deuorabit ædes Bosræ. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus filiorum Ammõ, et super quatuor non conuertam eum: eo quod dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatãdum terminum suũ. Et succendam ignem in muro Rabbath: et deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. Et ibit Melchom in captiuitatem ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIA.

Vita Amos, qui fuit in pastoralibus Thecuæ.

1 Thecua. Thecua olim vrbs, vnde missa est ad Dauidem mulier sapiens veniam impetratum Absalom, 2. Reg. 14. postea à Roboham reædificata. 2. Paral. 11. Tempore Iosephi iam viculus erat, vt ipse in fine vitæ suæ docet, & lib. 5. de bello Iud. cap. 7. Idèo Hieron. in cap. 6. Ierem. in principio, viculum esse dicit in monte situm duodecim millibus ab Ierosolymis separatum. Et in prologo comment. hæc scribit nobis vsui futura. Hic igitur Propheta, quem nunc habemus in manibus, fuit de oppido Thecuę, quod sex millibus ad Meridianam plagam abest à sancta Bethlehem, quæ mũdi genuit Saluatorem, & vltra nullus est viculus, ne agrestes quidẽ casæ, & furnorum similes, quas Afri appellant mapalia. Tanta est eremi vastitas, quæ vsque ad mare Rubrum, Persarumque, & Æthiopum, atque Indorum terminos dilatatur. Et quia humo arida, atque arenosa nihil omnino frugum gignitur: cũcta sunt plena pastoribus, vt sterilitatem terræ compensent pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorũ & Hamos propheta fuit, imperitus sermone, sed non scientia, &c. Hinc assumptus est ad prophetandum contra reges Israel iuxta illud. 1. Cor. 1. Infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. Ex his certum est nõ fuisse Thecuam de sorte tribus Zabulon, vt putauit Epiphanius in libello de vita & interitu prophetarũ, sed de
2 sorte tribus Iuda. * Verum in eo, quod ait, In pastoralibus, magna dissensio codicum Latinorum est, multi enim ita habent, alij vero, In pastoribus. Sed cõtrouersia ex Hebræo vocabulo נוקדים cõponitur. Etenim נוקד est pastor, siue armẽtarius, aut potius qui multos habet greges, & armẽta. 4. Reg. 3. Porro Mesa rex Moab nutriebat pecora multa, pro quo est in Hebræo: Fuit נוקד. Legendum est ergo, In pastoribus, sicut habet Chaldæus: Qui fuit pastor pecorum. Ita etiam verterũt Symmachus, & quinta editio ἐν τοῖς ποιμέσιν, in pastoribus, & Aquila, ἐν ποιμενοτρόφοις, id est, in ijs, qui greges nutriebant sicut 4. Reg. 3. legi diximus, Qui fuit נוקד, id est, qui nutriebat pecora multa. Quare deprauatum esse existimo in Hieronymo, In pastoralibus, pro In pastoribus, cũ verba Aquilæ exponit, neque enim rem apertam vir tantus ignorauit. Id indicant noui codices nuper Mariani Victorij opera restituti, & à Christophoro Plantino excusi, in quibus legitur, In pastoribus. Ipse quoque Hieronymus docet se transtulisse, In pastoribus, cum ait: Sermones itaque Hamos, qui fuit de oppido Thecuę ex numero pastorum (quia pastoralis & ipsa est regio) hoc volumine continentur. Ex hac nominis significatione, quam diximus, intellexisse videntur nonnulli Hamos diuitem fuisse pastorem: sed falsam esse eorum opinionem Propheta ipse docet cap. 7. sed armentarius, inquit, ego sum vellicans sycomoros, & tulit me Dominus cum sequerer gregem. Quo loco etiam Hieronymus humilem, & rusticum pastorem fuisse dicit. * Videtur autem eis imposuisse ambiguitas vocabuli, dicitur enim נוקד, qui multa nutrit pecora, sed pecora nutrire dicitur & ipse dominus, qui habet, & ipse eius minister, qui pascit. Hamos ergo rusticus, & pauper non dominus erat multorum pecorum, sed pastor, & minister. Quamuis נוקד nequaquam diuitias indicat, sed nutritor pecorũ sonat, si interpretemur, siue pauca pecora sint, siue multa: sed noster interpres vertit, Nutriebat pecora multa, quoniam re vera ita erat, &, vt apertius diceret, meliusque intelligeretur quod statim sequitur: & soluebat regi Israel centum millia agnorum, & centum millia aricum cum velleribus suis.

Ante duos annos terræ motus. Cetera quæ dicta sunt in præludijs de tempore prophetiæ, & cur Ieroboham regis Israel meminerit, quod Hos. 1. nu. 15. & 16. explicauimus, omittentes, ad hæc, quæ de terræ motu dicuntur, transeamus. Atque illud inter omnes cõuenit hunc terræ motum esse, cuius meminit Zacharias. ca. 14. Et fugietis, sicut fugistis à facie terræ motus in diebus Hoziæ regis Iuda. Tradũt etiam Hebræi, quos hic refert Hier. & Zach. 14. tunc fuisse factum, cum rex Hozias, qui & Azarias dicebatur, contra Dei legem officiũ sacerdorale vsurpare tentauit. * Quod optime omnium exponit Ioseph. 9. Antiq. c. 11. vbi cum narrasset eum in sollẽnis festi celebritate sumpto sacerdotali habitu in templum ingressum fuisse ad altare aureũ Deo suffitum facturũ, obstitisseque sacerdotes, hæc etiam intulit. Tunc rex cõmotus mortem illis, ni quiescerent, minatus est: & ecce tibi terra vehemẽter concutitur, fissoq; superne tẽplo radius solis os regis improbũ ferit, quod è vestigio lepra

contractum est. Accessit huic & aliud prodigium, quod eodem terræ motu antè verbum, in loco, qui dicitur Eroge, dimidiũ montis ad Occidentem vergẽtis reuulsum per quatuor stadia volutum obiectu domũ Orientalis montis cõstitit, obstructa via publica, & oppressis ruina hortis regijs. Hæc Iosephus. Illud autẽ Hebræis minime assentior, quod hoc factum esse dicunt anno 25. Hoziæ, vt refert Glossa 2. Paralip. 26. Nam cum propheta noster haud obscure indicet terræ motum contigisse regnante in Israel Ieroboam, docet enim se vidisse hæc viuentibus Hozia, & Ieroboham, idq; ante duos annos terræ motus: necesse est ante fuisse factum, hoc est intra quartum decimum annum regni Hoziæ, non 25. eius anno, vt Hebræi, nec 22. vt alij volunt: quandoquidem Hozias cœpit regnare anno 27. regni Ierobohã, qui regnauit in Israel vno, & quadraginta annis. 4. Reg. 14. & 15. * Ex quo & illud sequitur: non fuisse tunc motam terram, cum in templum ingressus est Hozias, vt Iosephus, & Hebræi opinabantur, quos multi sequuntur: nam Hieronymus retulit quidem eorum sententiam, sed neq; probauit, neq; improbauit. Regnauit siquidem Hozias annos. 52. terræ motum vero necesse est contigisse intra quartum decimum eius regni annum. At Ioatham eius filius sedecim annis regnauit, & viginti quinque annorum erat, cum regnare cœpisset 4. Reg. 15. & 2. Paral. 26. A quarto decimo autem anno regni Hoziæ vsque ad finem regni supersunt anni triginta octo, atque ita necessario debuit esse Ioathã, plus etiam quam 48. annorum, cum regnare cœpit. Et enim cum lepra aspersus est Hozias, ex vrbe eiectus est, & Ioatham eius filius gubernabat palatium, & iudicabat populum terræ. 4. Reg. 15. & 2. Paral. 26. Viginti autem quinque annorum erat cum pater Hozias obijt, vt plane ex 4. Reg. 15. intelligitur. Quare quarto decimo anno regni paterni natus esse non potuit. Quamuis ergo fieri potuerit, vt tunc etiã terra moueretur cum Hozias lepra percussus est, illud fieri non potest, vt de eo terræ motu loquatur Hamos: quia cum leprosus esse cœpit Hozias, iuuenis iam erat eius filius Ioatham, quando autem factus est terræ motus, Hamos nondum erat natus. At potest nobis probabilissime obijci Hoziam multo ante regnare cœpisse, quoniã 4. Reg. 14. legimus: Anno quinto decimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda regnauit Ieroboham filius Ioas regis Israel, id est. Tũc Ierobohã regnare cœpit, cum quatuordecim anni supererant regni Amasiæ, qui 29. annis regnauit. Regnauit ergo viuente Amasia quatuordecim annis, & viginti quinque reliquis (nam regnum eius vnius & quadraginta annorum fuit) regnante Hozia. Fieri itaque potuit vt vicesimo quinto anno Hoziæ terræ motus factus sit, vt Hebræi tradunt, viuente adhuc Ieroboham, quod nos negabamus. Respondeo vtrumq; scripturæ locum necessario esse defendendum, quoniã constãter in Hebraicis, & Græcis, & Latinis codicibus habetur Ierobohã cœpisse regnare anno decimo quinto Amasiæ, & Hoziam, siue Azariã cœpisse regnare anno vicesimo septimo Ierobohã. Sed ita conciliantur. Inter regnũ fuit tredecim annorũ inter Amasiam, & Haziã (quod & alijs locis necessario ponendum est in enumeratione regũ Iuda & Israel) idq; fuit regnãte Ieroboham. Atq; ita Hozias regnare cœpit 27. eius anno, & regnum Ieroboham decimo quarto anno Hoziæ finitũ est. Hæc autem interregnum fieri potuit aut viuente Amasia, cum relicta Ierusalem fugit in Lachis, quo tempore nec ipse regnare posset inuidia suorum, neq; eius filio Hoziæ per ætatem licebat, qui etiã cum pater obijt, decimum sextum annum agebat: quod placuit Petro Comestori in historia 4. Regum, cap. vlti. & Dionysio in ca. 15. libri 4. Regum: aut etiam post mortem Amasiæ. Atque hoc multo verius est, quoniam 4. Reg. 14. scriptum est: Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel, quindecim annis. Ita enim legendum est, vt legitur in Hebræis, & Græcis exemplaribus, & vt scriptura ipsa docet 2. Paralip. 25. Non autem Viginti quinque annis, quod autores haud ignobiles errare coegit. Cum autem Amasias regnare cœperit anno secundo Ioas regis Israel 4. Regum. 14. & Ioas regnauerit sedecim annis. 4. Regum. 13. manifeste sequitur vigesimum nonum annũ vltimum regno, vitæque Amasiæ fuisse. Causa interregni fuit, quod trimus erat Hozias cum mortem pater obijt: Idque tacite videtur scriptura indicasse, non enim dicit, vt in alijs solet, Mortuus est Amasias, & regnauit filius eius pro eo: sed, Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam an- 4 Reg. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos natum sedecim, & constituit eum regem pro patre eius Amasia. Ac si diceret: Tunc eum regem constituit, cum natus erat annos sedecim: antea enim per ætatem regnare non licebat, aut non est visum oportere. Scio nobis aduersari Iosephum, Eusebiumque in Chronicis eius fere vestigijs insistere: at nos scripturæ veritatem, & concordiam tuemur, cuius illi nullam habuere rationem.

TROPOLOGIA.

6 Quot scribæ & sapientes, quot duces erant tunc in Iudæa? atque illis relictis, qui vel sapientiæ, vel diuitiarum, vel generis claritate tumebant, humili, atque abiecto pastori loquitur Deus, vt per eum reges, ac principes terreat. Videlicet humilis erat beatus Hamos, & simplex, nihil sibi tribuebat, abiectissime de se sentiebat, & aiebat:

Cap.7. Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros. Et tulit me Dominus cum sequerer gregem, & dixit Dominus ad me: vade & propheta ad populum meũ Israel. Ita elegit Saul adeo non magna cogitãtem vt quæreret asinas patris sui. Sed cur elegit?

1.Reg.15. Quia humilis erat, sicut illi ait Dominus: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis caput in tribubus Israel factus es? Mox inconsentum populi, vbi rex erat creandus,

1.Reg.10. venire noluit: quæsierunt enim eum, & non est inuentus. Et cõsuluerunt post hæc Dominum, vtrum nam venturus esset illuc: respondit que Dominus: Ecce absconditus est domi. Denique filius vnius anni

1.Reg.13. erat Saul, cum regnare cœpisset. Quo loco Chaldæus vertit: Sicut filius anni, in quo non sunt culpæ, erat Saul, quando regnauit, præditus videlicet puritate, humilitate, simplicitateque puerili. Idem de sancto Dauide legimus Psalm.77. Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de post fetantes accepit eum pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui, & in intellectibus manuum suarum deduxit eos. Vere abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Præterea Hamos significat populum auulsum, vt in procemio commentar. ait Hieronymus. Ille igitur populus audiet verba Domini, & ab eo docebitur tam quæ ad suam, quam quæ ad aliorum salutem attinent, qui auulsus à cupiditatibus, & curis sæculi in solitudinem secessit, vbi Dominus solet loqui ad cor Ierusalem. Isai. 28. Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vberibus.

Prou.3.

HISTORIA.

Dominus de Sion rugiet. Hieronymus, Naturale est, vt omnes artifices suæ artis loquantur exemplis, & vnusquisque in quo studio triuit ætatem, illius similitudinem proferat, &c. Videmus hoc in Eccles. cap. 38. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, stimulo boues agitat, & conuersatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum. Et quidã haud inepte dixit:

Nauita de ventis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles vulnera, pastor oues.

Quoniam igitur vixerat in illa eremo, in qua erat leonum feritas, & interfectio pecorum, artis suæ sermonibus vtitur, vt ait Hieronymus, & vocem Domini terribilem, atque metuendam rugitum leonum, & fremitum nominat, & euersionem Israeliticarũ vrbium pastorum solitudini, & aridi tati montium comparat. Pulchre autem (vt idem Hieronymus obseruauit) dicit: *Dominus de Sion rugiet*, ac si diceret: Deus ille, qui colitur in monte Sion, & in Ierusalem, iratus vobis est, & vestras vrbes euertet ô Israelitæ (nam aduersus decem tribus vaticinatur) est enim ipse viuus Deus, & omnipotens, non sicut vituli mortui, quos colitis in Dan, & in Bethel. Quo etiam modo intelligemus eadem verba apud Ioelem. c. 3. vt sit sensus. Dominus & Deus ille, qui in Ecclesia catholica cultus est, quemq; mali contempsere, ille ipse terribilem sentẽtiam in hostes suos proferet.

Et luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. Speciosa pastorum vocat lęta pascua, vbi pastores solent congregari, & tabernacula figere, per quę metaphoricè speciosissimas vrbes, siue delicijs plenas domos intelligit. Chaldæus. Et desolabuntur habitacula regum. Duplex autem est Carmelus mons, vt hic docet Hieronymus, & in Isai. 29. alter est in Iudæa ad Australem plagam, in quo erat Nabal maritus Abigail. 1. Reg. 25. Alter in Iudæa iuxta Ptolemaidẽ, (quę prius vocabatur Aco, nunc sanctus Iohannes de Acre) mari imminens, in quo Elias propheta flexis genibus pluuias impetrauit 3. Regum. 18. Quoniam autem opimus est, ac nemorosus, sæpe ponitur pro vber-

pro vbertate quaque regione autore eodem Hieronymo lib. 5. in Isa. in cap. 16. Vbi cum de Moabitis loquatur Propheta, tamen ait: Et auferetur lætitia, & exultatio de Carmelo. Ita etiam accipitur Isa. 29. Cõuertetur Libanus in Charmel, & Charmel in saltum reputabitur. Eadem fere verba sunt in cap. 32. Hoc autem ex eo natum videtur, quod כַּרְמֶל proprie spicas plenas, & virides significat, vt in scriptura videmus; vt merito ad locum quemuis amœnum, & frugiferum significãdum accommodetur, vt Iere. 2. Et induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructus eius, & bona illius. Vbi Hieronymus exponit: Dedi vobis omnium rerum abundantiam, hoc quippe significat Carmelus. Inde lingua Arabica siue Punica, quæ Hebraicæ proxima est, Carmenes hodie dicuntur in Hispania Bœticæ amœnissimæ, & pulcherrimæ villæ. *

9 Dubitare autem Hieronymus videtur de vtro Carmelo Propheta nũc loquatur. Sed quoniam prophetat aduersus Israel, de illo loqui cõuenit, qui est prope Ptolemaidem, & ad sortem pertinet decem tribuum, vt videmus 3. Reg. 18. Quemadmodum ergo speciosa pastorum pulcherrimas vrbes Israel intellexit, ita per verticem Carmeli reges Israel, & eorum opes, atque superbiam significat, quos instar mõtium desertorum prædicit esse vastandos. Possumus etiam simpliciter intelligere omnem Israeliticæ terræ fertilitatem perdendam, & famem, ac rerum omnium egestatem succesturam esse. Quamuis mihi nequaquam displicet, vt quoniam in hoc capit. non contra Israel prophetat, sed contra varias ciuitates, & nationes: ea, quæ nunc dicit, non de Israel tantum, sed etiam de ceteris omnibus accipiamus, contra quos vaticinatur, vt Lyranus intellexit. Atque ita speciosa pastorum vocari dicemus pulcherrimas quasq; harum gentium vrbes, Carmelum vero diuites, & delicioſas domos regum, & optimatum: Prophetamque à Carmelo Iudææ sumere metaphoram, sibi & proximo, & notiori, qui (vt ait Hieronymus) pastorum gregibus magis conuenit, quia est iuxta solitudinem. Ita Chaldæum accepisse docet eius interpretatio: Et desolabuntur habitacula regum, & desertum fier præsidium arcium illorum.

10 ALLEGORIA.

Aduersus superbos, & timidos Iudæos pastor vaticinatur humilis assumptꝰ à Deo, vt cõfundat fortia, vt omne os obstruatur, & inimici eius redarguantur. *Dominus de Sion rugiet*, quia leo de tribu Iuda per se ipsum Iudæis miserabilem interitum, & excæcationem, quæ illos manebant, quia erãt ex contentione, & non acquiescebant veritati, sæpe prædixit. Sed postquam requiescens accubuit vt leo, & semetipsum excitauit, per apostolos suos iterum rugijt in Ierusalem, & dedit vocem suam. Factus est enim repente de cœlo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes, & inde clamare cœperunt: Hic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Atque hinc de Sion exiuit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Cum autem Dominus hanc vocem dedit, luxerunt speciosa pastorum, vrbs videlicet speciosissima, templumque pulcherrimum, quod religionis, & pulchritudinis causa ab omnibus nationibus inuisebatur, quæ paulo post à Romanis solo equata sunt, & agri fertiles, atque amœni vastati. Hæc omnia fuere pastorum, id est, principum illius populi, qui se pastores esse dicebant, erant autem lupi rapaces. Quem luctum speciosæ ciuitatis sub typo expressit sanctus Ieremias, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans & eiulans dixit: Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium. * Demum exiccatus est vertex Carmeli, quia populus ille quondam amœnissimus, quasi paradisus Dei, positus secus decursus aquarum sacrarum scripturarum, & omni virtutum genere, quasi arboribus consitus, exaruit, & cœlestem pluuiam, atque scripturæ irrigationem, omnem denique virtutem cum fide amisit. Et quoniam Carmelus significat spicas virides, & plenas, vt ante diximus, & scientiam circumcisionis, vt interpretatur Hieronymus: recte intelligimus illum populum, qui olim erat vt ager feracissimus, iam non ferre fruges, sed vt terram maledictam spinas, & tribulos germinare: & cum plenus soleret esse scientia Dei, nunc ignorantia, & cœcitate quadam admirabili occupati, sicut ait Paulus: Dedit illis Deus spiritum

Thren.1.

11

Rom.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

compunctionis,oculos, vt non videant,& aures,vt non audiant,vsque in hodiernum diē. Et Dauid dicit: Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum,& captionem , & in scandalum,& in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua . Quod similibus verbis significatum est. 2. Reg. 1. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo . De quo Grego. 4. Mor. c. 3. Quia Gelboe interpretatur Decursus, per Saul autem vnctum, & mortuum mors nostri mediatoris exprimitur: non immerito per Gelboe montes superba Iudæorum corda designantur , quæ dum in huius mundi desiderijs defluunt , in CHRISTI, id est, vncti, se morte miscuerunt: & quia in eis vnctus rex corporaliter moritur, ipsi ab omni gratiæ rore siccantur, &c. Clypei autem fortium ibi abiecti sunt, quia dictum est: Ierusalem, Ierusalem, quæ occidis prophetas , & lapidas eos , qui mittuntur ad te: donec tandem ipse rex,& Dñs prophetarum Saul, id est , postulatus tot votis, & vocibus prophetarum, occisus est implentibus illis mēsuram patrū suorū.

Psal. 68.

Matth. 23.

TROPOLOGIA.

12 Audiat Israel , audiat populus, qui Deo relicto declinauit ad idola , & gloriatur in possessionibus,& substantijs suis : Dñs qui nūc tacet, aliquādo terribiliter rugiet, nūc agnus est , & mitē vocē effundit, sed cum dies iudicij, aut mortis venerit, vertetur in leonem,& rugiet de Sion , id est , talē vocē dabit, qualē dare par est summū Deum, qui in Ecclesia colitur,& in cœlo regnat. Ostēdet cum clamauerit, se regnare in cœlo,& neminem habere, qui possit resistere. Tūc lugebunt speciosa pastorū, & exiccabitur vertex Carmeli, id est, euanescent voluptates,& diuitiæ,& potentia,& omnia, quæ virebāt,& semper vernatura videbātur, arescent,& peribūt. Isa. 42. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo,& absorbebo simul. Desertos faciā montes,& colles,& omne gramen eorum exiccabo.

Christus nunc agnus in die iudicij leo.

HISTORIA.

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertā eum. Hæc verba, quæ obscurissima sunt, cū sæpe in hoc cap & in sequē ti iterentur, neq; vnquā tria peccata explicētur, sed quartū, nō est dubiū eodē modo vbiq; esse accipiēda, & expositionem esse quærendā eiusmodi, vt æquè singulis locis cōueniat. Sed hoc ante dicam[9]: Propheta, cum ad decē tribus propriè loqui instituerit, cōtra externas nationes primū prohetare, quę populū Dei hostiliter infectatę sunt, vt ipsum populū ad pœnitentiā excitet videntē se Deo curæ esse, suasque vlciscī iniurias: deinde vt magis timeat Israel animaduertēs Deū nec infidelibus nationibus parcere, quæ legē eius nō habebāt.* Vt igitur paulatim rē, quātum situm erit in nobis, omissa opinionū varietate aperiamus אַרְבַּע id est quatuor, quādo ponitur cū trib', quatū significat vsu scripturæ, vt Prou. 30. Tria sunt insaturabilia,& quartū, quod nūquam dicit, sufficit. Et, Tria sunt difficilia mihi,& quartū penitus ignoro. Et ibidem. Per tria mouetur terra,& quartum non potest sustinere. Quibus in locis semper sunt eadē nomina, quæ hic legimus in Hamos אַרְבַּע & שְׁלֹשָׁה Quare non videntur ad consuetudinem scripturæ loqui, qui tria, & quatuor scelera septem scelera interpretātur, magis quam ad Virgilij sensum, qui diceret, *O terque quaterque beati.* i. O septies beati Illud est præterea dignum obseruatu, numerum ternarium esse Hebræis maxime familiarem, & gratum,& quo frequentissime vtebātur, vt indicāt nonnullæ scripturæ phrases. Isa. 40: Quis appendit tribus digitis molē terræ? Gen. 18. Accelera, tria sata similæ cōmisce. Matth. 13. Quem acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus. Luc. 11. Amice, cōmoda mihi tres panes. Quod fortasse ex eo inoleuit, qđ animalia, quæ immolaturus erat Abrahā Gen. 15. voluit Dominus esse trium annorum, aut quia tres angelos vidit Gen. 18. siue quod ter in anno adire templū iubebātur Exho. 23. & Deut. 16. Siue igitur his causis, siue alia quauis id factum sit, constat hunc numerum illis fuisse valde familiarem, atque eo vti solitos, cum multitudinem significabant . Est enim hic primus numerus multitudinis, siquidem non dicūtur vnus, aut duo multi , sed tres iam multi dici incipiunt. Propterea Chryso . cum exponeret illud, In farinæ satis tribus , hom. 47. in Matth. Tria, inquit, sata pro multis hic posuit: cōsueuit enim hoc numero pro multitudine abuti scriptura. * Ita tres digiti Dei. Isa. 40. multam, magnamq; Dei potētiā indicāt. Tertia,& quarta generatio vsq;

Matth. 13.

Luc. 11.

Genes. 18.

Genes. 15.

Exho. 23. Deut. 16.

Chryso.

ad quas Deus reddit iniquitatem patrum Exho. 20. & Deut. 5. designant extētionem peccati in multos , vt ait Glossa interlin. Deut. 5. Tres discipuli in trās figuratione significant multitudinē electorū. Funiculus triplex, qui difficile rūpitur Eccl. 4. Validus, & fortis funiculus est . Et multa sunt huiusmodi in scriptura. Est autē hoc scripturę cū alijs linguis cōmune. Plato. lib. 10. de rep. de poetis ait: Et opera eorū videtes nō sentiūt ea tertio gradu abesse ab eo qđ est. i. multis gradibus. Inde iā tritū sermone Græcorum, atq; etiā Latinorū, Ter felix, Ter maximus, Ter sapiens pro Valde felix, &c. Ita Virg.

Exho. 20. Deut. 5.

Ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum.

Seruius: Ter, sæpius, finitus numer⁹ pro infinito, crebros enim fluctus facit Aquilo. Et,

Idem ter socios pura circumtulit vnda.

Seruius: Ter socios, aut sæpius, aut re vera ter. Et in eodem libro.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago.

Vbi similiter Seruius, ter dicit positū pro sæpi⁹. Tria igitur peccata multa peccata sunt, & quę cōsueta sunt peccatoribus. Nam hic numerus valde vsitatus erat. Cū autem aliquid vltra ternariū additur, excessus maxim⁹, & maxima amplificatio intelligitur, vt

O terque, quaterque beati,

Id est, sæpissime beati. Et apud Homer. 5. Odyss. vnde id desumpsit Virgilius.

Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις, οἱ τότ' ὄλοντο.

Hoc est:

Ter beati Danai, atq; quater, qui tunc perierunt.

Et de muliere præimpatientia magni doloris crebro pectus tundente:

Terque, quaterq; manu pectus percussa decorum.

Quare cū post tria peccata quartū additur, significatur excreuisse peccata vltra cōsuetum, & ordinariū numerum, & vltra cōmunem peccantiū modum, plurimaq; esse, ita vt nō sit iam vllo modo vindicta differēda. Nec aliter videtur intellexisse Theodoret⁹, qui ait: Super tribus, & super quatuor, multitudinē significat. * Porro Damascus vsq; hodie magna est vrbs, & amœna, & caput Syriæ, iuxta illud Isai. 7. sed caput Syriæ Damascus: eius videlicet Syriæ, quę ab ea dicitur Syria Damasci. Sita est hæc vrbs in latere mōtis Libani, & distat ab Ierusalē quinq; mansionibus. Primū autē aduersum Damascum, in qua regnauerat Hazael, sermo Dei dirigitur, qui paulo ante grauiter afflixerat

Idem ter socios pura circumtulit vnda. Aeneid.

Ter conatus ibi collo dare brachia circum, Aeneid.

15 Damascus.

Israel, id est, decē tribus. Quod plenius Elisæus propheta in Regū volumine loquitur: Quia scio, quæ facturus sis filijs Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succendes, & iuuenes eorum interficies gladio, & parvulos elides,& prægnantes diuides. 4. Reg. 8.

Non conuertam eum. Hoc est, Patiar eū in sua obstinatione manere, atque ita nō agere pœnitentiā, nec desistere peccare,& puniturā me. Chaldęus: Nō parcā eis. Eum autē dicit, non eā, vt dicendū videbatur, quoniā sensum magis spectat, quā verba, & in Damasco intelligebat populū Damascenorū, sicut & Chaldæus dixit: Nō parcā eis. Idem intelligendū est cum de Gaza ait: Nō conuertam eū. Solet enim scriptura mutare genera propter nomina diuersa, quæ subintelligit, vt Hos. 4. Cōcrucit populus meus,& c. Oblita es legis Dei tui , obliuiscar filiorum tuorū & ego. Subintelligitur enim synagoga. Et. ca. 8. Proiecit Israel bonum, inimicus persequetur eū. Ipsi regnauerunt , & nō ex me. Quare quod tam in hoc cap. quā in sequenti sæpe inculcat Rupertus , cū dicitur, Eum, semper subaudiēdum esse, verticem Carmeli, alienū est à sensu Prophetæ. Quid enim alienius dici potest, quam dicere propter scelera Damasci, aut Hāmon, aut Tyri, aut Moab, nō conuertam verticē Carmeli?

Scriptura mutat genus nominum.

Eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Tuleram, inquit, multa Syrorum scelera, sed hæc insignis crudelitas nequaquam iam ferenda est, quod plaustris ferreis triturauerit Galaad. De Galaad diximus iā in illud Hos. 6. Galaad ciuitas operantium idolum. Plaustra ferrea, de quib⁹ loquitur, sunt genus quoddam plaustri, vt ait Hiero. hic, & in Isa. 28. prope finem, quod rotis subter ferreis, atque dentatis voluitur, vt excussis frumentis paleas in areis cōterat, & in cibos iumentorum propter feni sterilitatē paleas cōminuat. De hoc loquitur Isaias. c. 41. Ego posui te quasi plaustrū triturans. Et 2. Reg. 13. Et circumegit super eos ferrata carpenta. Et eodem modo vertit idem Hieronymo. 1. Parali. 20. Interdum propter dentes ferreos serræ vocantur, sicut verterūt Lxx: Eo quod secuerunt serris ferreis in vtero habentes in Galaad. Et nos habemus Isai 28. Non enim in serris triturabitur git. Hoc est autem quod Elisæus dixerat Hazaeli, vt paulo ante referebamus ex quarto Regum 8. Scio quæ facturus sis filijs Israel mala, &c. Et parvulos eorum elides,

16

Universidad de Deusto
Biblioteca

& prægnantes diuides. Ex quo Lxx verterunt, Eo quod secuerunt ferris ferreis habentes in vtero in Galaad, quamuis in Heb. tantum sit: Eo quod triturauerunt in plaustris ferreis Galaad.

17 *Et mittam ignem in domum Hazael*. Non dixit, in Hazael (vt adnotauit Hiero.) sed in domum Hazael, id est, in eius posteros, iam enim mortuus erat Hazael cum hæc prophetabantur, cui successit filius Benhadad. 4. Reg. 13.

Et deuorabit domos Benhadad. Dupliciter hæc intelligere possumus: aut domos Benhadad, id est, in quibus nunc Benhadad rex habitat filius Hazael; aut palatia regia, quæ magnifice extruxit Benhadad, sed alter antiquior filio Hazael. Pro Benhadad semper in Iosepho legimus Hadad siue Hadadum. Primus huius nominis rex apud Damascũ fuit ille, qui victus est à Dauide. 2. Reg. 8. quem vocat scriptura Hadarezer, & cuius posteri in decimam vsque generationem regnarunt, & ab eo dicti sunt Hadadi, sicut reges Ægypti Ptolemæi, vt autor est Nicolaus Damascenus in quarto historiarum, quem citat, & sequitur Ioseph. 7. Antiqui. c. 6. Tertius ab hoc (vt ijdem autores tradũt) fuit ille Hadad, siue Benhadad, id est, filius Hadad, qui victus est ab Achab. 3. Reg. 20. Idem Iosephus. 9. Antiq. ca. 2. tradidit illum Bẽhadad, cui successit Hazael, & ipsum Hazael diuinis honoribus cultos fuisse à Damascenis, & propter beneficẽtiam, & quia vrbem magnificè templis extructis exornauerunt. Quare omnino de hoc videtur Propheta loqui, cum ait: Et deuorabit domos Benhadad.

Benhadad.

18 *Conteram vectem Damasci*. Omnem eius fortitudinem, qua se ab aduersarijs protegebat, & eos ingredi prohibebat. Eo enim tempore magna munitionis pars erant vectes, quibus portæ claudebãtur, vt Psal. 147. Quoniam confortauit seras portarum tuarum, Heb. vectes. Iere. 49. Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantẽ confidenter, ait Dominus, non ostia, nec vectes eis.

Et disperdam habitatorem de campo idoli. Cãpum idoli vocat Damascum, quæ latissimã, & fertilissimam planitiem habebat, & idololatria plena erat. Eamdem vocat domum voluptatis, quòd amœnissima sit, & delicijs aptissima. Significat ergo omnibus his verbis delendos esse Damasci ciues ob idololatriæ peccata, & regem eorum, quia delicijs & libidini vacabat, præter causam iam dictam crudelitatis in Galaaditas,

Et transferetur populus Syriæ Cyrenem. Hoc factum est regnante in Iudæa Achaz, & in Syria Rasin. Legimus enim. 4. Reg. 16. Ascendit enim rex Assyriorum in Damascũ, & vastauit eam, & transtulit habitatores eius Cyrenem, Rasin autem interfecit. Cyrene non est hoc quidem loco nobilis Africæ vrbs, à qua prouincia Cyrenaica dicitur, & de qua Act. 2. Et partes Lybiæ, quæ est circa Cyrenen: sed vrbs alia in Media regione, in suam enim ditionẽ captiuos abduxit Assyrius, non in Libiã, quæ longissime aberat ab Assyrijs. Iose. etiam. 9. Antiq. c. 13. narrat Damascenos translatos esse in superiorem Mediam. Et Ptole. libr. 6. ca. 2. Curnam in Media ponit, quæ eadem videtur esse, de qua nunc loquimur, & quæ à Chaldæo dicta est קִרְנַי.

Cyrene

ALLEGORIA.

Apte in eumdem populum dicitur: Super tribus sceleribus Damasci, &c. nam דַּמֶּשֶׂק, id est, Damascus à bibendo sanguine dicitur, & ille populus sanguinem prophetarum, & ipsius Domini bibit. Quem merito Dominus in sua incredulitate non conuersum reliquit, eo quod secuerit in plaustris ferreis Galaad. Galaad est aceruus testimonij, vt ex Gen. 31. nouimus, in quo significantur Apostoli, & eorũ discipuli, quibus dictum est: Eritis mihi testes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Perciſſet enim Dominus Iudæis, si post mortem CHRISTI conuersi essent, sed hoc ad summum illud scelus addiderunt, quod innocentissimi sanguinis effusione non sunt satiati, sed insuper Apostolos, & discipulos eorum testimonium CHRISTI ferentes triturauerunt plaustris ferreis, id est quanta maxima potuerunt crudelitate persecuti sunt: & impleta est Domini prophetia: Ecce ego mitto ad vos sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitatem, &c. Ideo in vrbẽ, & domos huiusmodi Damascenorũ, id est, cruẽtorũ hominũ misit Deus ignem, sicut scriptum est: Rex autem cum audisset, iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem

19

Amos. 1.

Matth. 22.

Matth. 23.

illorum

illorum succendit. Hazael est vilio Dei, Bẽhadad filius mammæ, hic enim populus solus Dei veram cognitionem habebat, & diuina doctrina per prophetas, quasi lacte Dei nutriebatur. Qui merito habitare dicitur in campo idoli, quoniam glorię, & pecuniæ, & libidini, nõ creatori suo seruiebat, quibus meruit vt captiuus in alienas regiones transferretur.

TROPOLOGIA.

20 Quoniam varij sunt eorum mores, qui à Deo recesserunt, & idola huius sęculi sectãtur, variarum nationum nominibus declarantur. Primum est Damascus, quod est sanguinem bibẽs, intelligimus ergo crudeles, & immites homines, quorum cum cetera peccata tolerare soleat Deus, hoc tolerandum non putat, quod plaustris ferreis triturauerint Galaad, id est, subditos, & sibi parentes per vim opprimunt, & conculcant, & doloribus maximis afficiunt. Tum si eos, in quos irati sunt, & à quibus se læsos putãt, in potestatem redegerint suam, exstatiant iram, & quam possunt sæuissime excruciãt. Et enim plaustra ferrea magnum suppliciũ significant, vt autor est Hieron. in Isai. 28. prope finem. Huiusmodi hominibus, & ceteris, de quibus statim dicemus, semper diuinus sermo ignem comminatur gehennę post mortem, in vita ignem libidinum, irarum, ambitionum, & omnium cupiditatum, de quo igne dictum est: Sagittas suas ardentibus effecit. Comminatur etiam eruptionem virium, & potentiæ, & imperij, omnique generis voluptatum, quibus sine modo se dedebant, vt lætis tristia succedant, & quantum se glorificauerunt, & in delicijs fuerunt, tantum habeant tormentum, & luctum. Denique populus Syriæ, id est, more gentilium viuens transferetur in terram longinquam, & hostilem, terram tenebrosam, & opertam mortis caligine.

Psal. 7.

HISTORIA.

21 *Super tribus sceleribus Gazæ*. Prophetat in Palæstinos vicinos Iudæis, & acerbissimos eorumdem hostes, quorum celeberrimæ vrbes erant quinque, vt legimus. 1. Reg. 6. Azotus, Gaza, Ascalon, Geth, Hacaron, sibi valde proximæ. Gaza Hebraicum nomen est, dicitur enim עַזָּה, sed quoniam litera ע frequenter vertitur in G propter soni similitudinem, vt in Gomorra, Beelphegor, ex עַזָּה factum est Gaza. Ex quo error Pomponij lib. 1. de situ orbis cap. 11. deprehenditur: Cęterum (inquit) in Palæstina est ingens, & munita admodum Gaza, sic Persæ ærarium vocant, & inde nomen est, quod cum Cambyses armis Ægyptum peteret, huc belli, & opes, & pecuniam contulerat. Causa erroris Pomponio fuit, quod est in Media altera eiusdem nominis vrbs, quæ Ptolomæo lib. 6. cap. 2. Azaga, Strabo ni Gaza dicitur. Est & in Æthiopia Ægypti Cambysis ærarium Ptolomæo lib. 4. ca. 7. quod proinde à Persis Gaza dictum est, in quod melius conuenit quod Mela scripsit. Vndecunque autem occasionem habuerit errandi, non est dubium errasse, quoniam Gaza iam temporibus Hamos, & multo ante, hoc nomen habebat, qui multis annis præcessit Cambysem: & nomen non Persicum est, sed Hebraicum, nec diuitias significat, sed fortem. Distat hęc vrbs ab Hebron mansione vna, ab Ieruſalem duabus fere, hodie vulgo dicitur Gazara, estque in via Ægypti à Iudæa: vnde eunuchus reginæ Æthiopum, qui sunt prope Ægyptum, rediens ab Ieruſalem ibat per viam quæ ducit Gazam. Act. 8.

Gaza.

Eo quod transtulerint captiuitatem perfectã. Hic fuit cumulus peccatorum Gazæ, & reliquæ Palæstinæ, quæ iam Deus nequaquã se vltra passurum minatur; quod omnes, quos ex Iudæis captiuos duxerant nemine excepto transtulerunt in Idumæam, atque Idumęis vendiderunt, & quos potius, vt iniuria captos, in patriam suam remittere debuissent, Idumæis tradiderunt, vt hostiliter tractarentur, & longius à patria exularent, & quasi perpetuo carcere concluderentur. Per Idumæam autẽ hoc loco vrbes, & prouincias gentilium significari diximus Ioel. 3. n. 10. quoniam ibi legimus. Et filios Iuda, & filios Ieruſalem vendidistis filijs Græcorum. Captiuitatem autem perfectam vocat integram captiuitatem, id est, omnes captiuos nemine excepto. Perfectum enim (vt est apud Aristot. 2. de cœlo, cap. 4.) est id extra quod nihil eorum, quæ sunt ipsius, accipi potest. Aquila, captiuitatẽ ἀπηρτισμένην, id est, perfectã, Symmachus ἀναπεπληρωμένην, id est, completam, Theodotio τέλειαν, id est, perfectam.

Reliqui Philistinorum. Geth, & minora oppida, vt ait Hieronymus.

Super tribus sceleribus Tyri. De Tyro diximus Hos. 9. cetera eodem modo exponenda sunt, atque ea, quæ de Gaza dicuntur.

22

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et non sunt recordati fœderis fratrũ. Nõ sunt recordati Tyrij fœderis, & amicitiæ Salomonis, & Hiram regis Tyri. 3. Reg. 5 quæ tanta fuit, vt mutuò se se fratres compellarent. 3. Reg. 9 Salomoni ait Hiram: Hæcine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? בְּרִית, pro quo LXX semper vertunt διαθήκη, id est, testamentum, quod sæpe etiam inuenimus in nostra translatione, fœdus significat, siue pactum, vt docet Hier. in illud Galat. 3. Hoc autem dico, testamentum quod confirmatum est, &c. & in Iere. 31. ca. & in Malach. 2. August. lib. 1 locutionum de Genesi. c. 94. Amant scripturæ pro pacto ponere testamentum. Psal. 82. Simul aduersum te testamentum disposuerũt, &c. Luc. 1. Et memorari testamenti sui sancti.

Testamentum. Fœdus.

Et mittam ignem in murum Tyri Ita factum est primo per Nabuchodonosor Babylonium, vt prædictum erat Ezec. 29. & 36. & postea per Alexandrum, vt diximus Hoseæ. 9.

23 Edom.

Super tribus sceleribus Edõ. Edõ. i. rufus dict⁹ est Esau Ge. 25. Da mihi de coctione hac rufa, quia oppido lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom, quia scilicet propter illam vendidit primogenita. Dictus est & Schir (vt hic ait Hiero. & in princ. Habdię) quia pilosus erat, & hispidus. Ex quo montes Idumæorum dicuntur mõtes Schir. Ab Edom Græco sermone dicta est Idumæa, contra quam nunc prophetat.

Eo quod persecutus sit in gladio fratrem suum Ceteris peccatis hoc maximum adiecerũt Idumæi, quod fratres suos, id est, filios Israel fratris Edom, siue Esau, semper quantum potuerunt armis, odijsque insectati sunt. In Edom enim intelligit Idumæos eius posteros, in Iacob filios Israel, & quoniam Esau, & Iacob fratres fuerunt, populi ex eorum posteritate fratres quoque dicũtur. Num. 20. Misit Moyses nuntios ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat Iacob frater tuus.

Et violauerit misericordiam eius Fecit contra misericordiam fratri debitam, & odium illud antiquum semper vltra tenuit, id est, semper conseruauit vsque in finem. Hoc quam verum sit, intelligimus ex Num. 20. vbi nullis precibus adduci potuit rex Edõ, vt sineret Israel transire per terram suam. Et Psal. 136. scriptum est. Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem, qui dicunt, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentũ in ea, & in Habdia multa videbimus huiusmodi.

Mittam ignem in Theman. Hũc ignem misit Dominus per Nabuchodonosor regem Babylonis, vt prædixerat Ieremias cap. 27. Theman regio Idumææ est, vt hic ait Hie. vnde fuit Eliphaz Themanites, vnus ex amicis Iob. Est etiam nobilis vrbs eiusdem de qua nunc potissimum loquitur

21 Theman.

Et devorabit ædes Bosræ. Duplex est Bosra, altera in Moabitarum regione, vt videmus Ier. 48. altera, de qua modo sermo est, in Idumæa, Isa. 63. Quis est iste, qui venit de Edõ tinctis vestibus de Bosra, sed ibi in Edom, & Bosra metaphorice Iudæam, & Ierusalẽ intelligit. Est autem Bosra Hebraice idem quod Munita. Per maximas vero vrbes vastitatem totius Idumææ significat.

Bosra.

ALLEGORIA.

Gaza, id est, fortis, siue fortitudo, & Ierusalem dici potest, & populus ille diuino, præsidio septus, pro quo Deus ipse pugnabat, & vbi mortuus est fortissimus Samson, qui multo plures interfecit moriens quam ante viuus occiderat. Idem merito dicuntur Philisthijm, id est, corruentes, vt interpretatur Hiero. in Ioe. 3. corruerũt enim in media luce, & non resurgunt. Ad hæc cũ Israel ascenderet ex Ægypto, grauissime ei inuiderunt Philisthijm felicitatem illam, & Dei erga eos prouidẽtiam, vt Exho. 15. legimus: Dux fuisti in misericordia tua populo quẽ redemisti: & portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuũ. Ascenderũt populi, & irati sunt, dolores obtinuerũt habitatores Philisthijm. Nos sumus Israel Dei, illi vere Philisthijm, qui corruerũt, & inuiderunt vehementissimè nobis gentibus vocatis ad gratiam Euangelij, adeo vt cum benevolè Paulum audire viderentur, tandemque ille diceret Et dixit ad me: Vade, quia ego in nationes longe mittam te: subijciat S. Lucas: Audiebant autem eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vocẽ suam dicentes: Tolle de terra huiusmodi, non enim fas est eum viuere. * Et vt semel cetera nomina nationum, in quas hoc in cap. vaticinatur Hamos, interpretemur. Tyrus in lingua nostra (vt ait Hieronymus in Ioe. 3. resonat coangustationem, & tribulationẽ, quare Tyrij iure dicũtur, qui Sãctos persequũtur, & coangustãt. Edõ rufus,

Gaza. Fortis. Fortitudo.

Philisthijm.

Tyrus.

id est, terrenus, & cruentus, & inde Idumæa dicta est, quasi Edomæa: ipsi enim reliquerunt cœlestia, & terrena sectantes sanguine se Domini, Sanctorumque cruentarũt. Theman Auster, siue Meridionalis regio, quæ vt ait Ouidius.

Theman. Auster. Mesa. Bosra.

Nubibus assiduis, pluuioq; madescit ab Austro.

Ita Iudæorum mentes nubibus, & caligine densissima obscurãtur. Bosra munita, quod eadem ratione & vrbi Ierusalem, & genti conuenit, qua nomen Gazę. Hammonitarum pater est Hammon, siue Benhammi (vt in Hebræo legimus,) id est, filius populi mei. Populus Christianus, qui vere est filius patriarcharum, & prophetarum, iuxta illud Gal. 3. Si autem vos CHRISTI, ergo semen Abrahę estis, secundum promissionem hęredes, Iudæos vocat filios populi mei, quia agnoscit eos semen esse secundum carnem eorumdem patrum. Rabba, id est, multa, vel magna, vehementer enim aucta est gẽs Iudęorum, & magna olim fuit, cum tot prophetis, & sapientibus, & ducibus florebat. Animaduertimus ergo omnes has nationes typum quemdam fuisse Iudęorum, qui CHRISTVM occiderunt, & sanctos persecuti sunt, idque & nomina ostendere, & facta. Quemadmodum enim olim illi filios Israel persequebantur, sic Iudæi quantum potuerunt, persecuti sunt veros Israelitas.

26 * Animaduertimus etiam nationum illarum vrbibus supplicium ignis intentari, sicut & Ierusalem igne Romanorum flagrauit, & Iudæi ambitione, inuidia, rerumque terrenarum cupiditate, quasi igne quodam magno consumpti sunt. Nunc quomodo cetera illorum facta, quorum nomina eos habere dicimus, imitati sunt, videamus. Cũ Palæstinis, & Tyrijs hoc habent commune, quod transtulerunt captiuitatem perfectam, vt concluderent in Idumæa. Non enim solum discipulis Domini, & Christianis reliquis infestissimi semper fuerunt, sed vt Dominum occiderunt per gentilium, id est, Romanorum potestatem, ita eius membra transtulerunt, quantum in ipsis fuit, in potestatem gentium, quas per Idumæam intelligi diximus, vt atrocius punirentur, & longissimè à suis amouerentur, & semper odia gentilium in Christianos concitabãt. Acto. 13. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas, & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerũt persecutionem in Paulum, & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus suis. Et cap. 14. Qui vero Increduli fuerunt Iudęi, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animas gentium aduersus fratres. Et ibidem: Superuenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudæi: & persuasis turbis, lapidantesque Paulum traxerunt extra ciuitatem existimantes cum mortuum esse. Multa huiusmodi leguntur in Actis apostolorum, & in historijs. * Et recte bis hoc dicitur sub nomine Palæstinorum, & Tyriorum, quoniam sæpe hoc fecerunt, nec recordati sunt fœderis fratrum, hoc est, non esse Christianos persequẽdos, qui communem cum ipsis patrem agnoscerent Abraham. Et tenuerunt vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerunt vsque in finẽ, sicut ait Apostolus: Quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui Dominum occiderunt IESVM, & prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur prohibentes nos gentibus loqui, vt saluæ fiant, vt impleant peccata sua semper: peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. Hieronymus: Antiquumque furorem, & iracũdiam tenentes vsque hodie in synagogis suis sub nomine Nazarenorum blasphemant populum Christianum, & dummodo nos interficiant, volunt igne comburi.

27

1. Thess. 2.

TROPOLOGIA.

Quoniam cumulus peccatorum idem est in Palæstinis, & in Tyrijs, simul de vtrisque dicemus. Hi sunt, qui totam captiuitatem tradunt Idumæis, siue filijs Greçorum, vt captiui immanius tractentur, & longius à patria sua arceantur, id est, qui de via Dei deducunt homines, & in varia vitia pertrahunt, quibus Apostolus ait: Currebatis bene, quis vos impediuit veritati non obedire? & in Diaboli potestatem transferunt. Cuiusmodi sunt hæretici, & qui spe diuitiarum, aut potentiæ, aut voluptatum, iniqua suadent principibus, & laudãt peccatorem in desiderijs animæ suæ, & denique corruptissimi homines errantes, & in errorẽ mittentes, qui bibunt tanquam aquam iniquitatem, & semper de rebus turpissimis loquuntur, & exultant, atque gloriantur in rebus pessimis. Qui in Psal. 1. iuxta Lxx interpretationem, pestilentiæ vocantur, vbi legimus: Et in cathedra pestilentiæ non sedit, siue (vt est in Greço) pestilentiarũ, quod omnes inficiant, & malitię suæ contagione

Corruptores animarum.

Gala. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gal.5. disperdant. De his Paulus scribit: Qui autē conturbat vos, portabit iudicium quicunque est ille. Et Moyses: Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus

Exhod. 21. noxæ morte moriatur. Nam homines profecto furantur, & vendunt, qui eos Deo, vero Domino, & iusto possessori, adimunt, & Diabolo propter ea, quæ in sæculo appetūt,

28 tradunt. * Verum hoc quidam odio virtutis, aut fraterni profectus inuidia, aut glorię suæ causa faciunt, ne cum ipsi corruerint, peiores alijs existimentur, qui videntur stare, ijque in Palęstinis significantur, qui grauiter inuiderunt filijs Israel ex Ægypto in promissam terram profectis, vt iam diximus, & nomen eorum sonat, Corruentes. Alij pecuniarum, & gloriæ causa faciunt, dum magni haberi, & præesse alijs, atque omnibus corporis voluptatibus frui volūt, qui in Tyrijs intelliguntur; nam Tyrios his tribus vitijs maxime laborasse videmus in Isa. 23. & in Ezec. 26. & 27. capite. Hos merito Propheta dicit non fuisse recordatos fœderis fratrum, quia fratres suos eodem CHRISTI sanguine redemptos hostilibus odijs prosequuntur, dum prætextu amoris in crudelissimorum hostium potestatem tradunt.

HISTORIA.

Super tribus sceleribus Edom. Hi sunt homines voluptatum amatores, magis quā Dei, & semper terrena captantes, qui, sicut Esau persecutus est Iacob, quod primogenita sibi Dei consilio, & voluntate debita, abstulisset; ita ipsi quoscunque sibi obstare vidēt ad honorum, aut pecuniarum adeptionem etiam si fratres sint, oderunt vbique, & lædunt quibuscunque modis valent, nec vnquam iras deponunt, sed implacabiles inimicitias in finem vsque conseruant. Cuius rei causa est, quod hæc terrena tanti faciūt, vt non dubitent etiam pro minimis abdicare se se cœlesti hæreditate, sicut pater eorum Edom, pro vili coctiuncula primogenita vendidit.

Gen. 25.

Super tribus sceleribus filiorum Hammon.

Hammonitæ. Hammonitæ sunt posteri Hammon filij Loth, Genes. 19. & habitant in Arabia, eorum metropolis est Rabba, siue Rabbath, quæ postea dicta est Philadelphia, vt autor est Hieronymus in locis Hebr. & Theodoretus, qui etiam addit Syrorum lingua Hāman dici. Deut. 3. Qui est in Rabbath filiorum Hammon.

Eo quod dissecuerint prægnantes Galaad. Hoc Hierony. factum esse dicit cum Nahas rex Hammonitarum aggressus est crudeli bello regionem trans Iordanē, vbi est Galaad, & postea voluit oppugnare Iabes primariā vrbem Galaaditarum. 1. Reg. 11. Ceterum Paulus Burgensis in additione dicit in Hebræo esse הָרוֹת, quæ vox & prægnantes significat, & montana, meliusque huic loco conuenire, vt vertatur, Eo quod dissecuerint montana Galaad: quoniam Hammonitæ dissipabant montes Galaaditarum terræ suæ proximos, vt terminos suos dilatarent. Placuit hoc Pagnino & alijs. At nostra translatio Lxx interpretibus, & Chaldæo, & nonnullis ex recentioribus magis probata est, & merito; hoc enim vocabulo semper scriptura vsa est, cum de prægnantibus loquitur. Gladijs ergo secabant prægnantes, vt quam pauciſſimi ex Galaad superessent, atque ita ipsi ciuitates Galaaditarum occuparent, & ditionem, ac terminos suos protenderent, vt recte exponit Theodoretus.

ALLEGORIA.

Vltimum in hoc cap. peccatum sub nomine filiorum Hammon, quod dissecuerint prægnantes Galaad ad dilatandū terminum suum. Prægnantes (inquit Hieronymus paulo superius) sunt animæ credentium, quæ in principio fidei possunt dicere: A timore tuo Domine concepimus, & parturiuimus. Et si non fuerint plaustris, ac rotis ferreis, & dentatis, (de quibus Psalmista dicit: Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ) concisæ atque serratæ, possunt etiam ea dicere, quæ sequuntur: Et peperimus, spiritum salutis tuæ faciemus super terram, &c. Eos igitur, qui Euangelium suscipere volebant, siue ex suis, siue ex gentibus Iudæi minis, atque terroribus persecutionum, quas in apostolos suscitabant, aut quacunque alia ratione possent, conabantur à via salutis deterrere, & ab Euangelio auertere, vt dilatarent terminum suum, id est, vt cresceret Iudaismus, & ipsi fideles Dei cultores viderentur. Quod ex locis Actuum & Apostoli citatis, & ex multis similibus intelligi potest: Ideoque Paulus discipulis suis ait: Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationib⁹ meis pro vobis, quæ est gloria vestra, Eph. 3. Hoc fuit secare prægnantes Galaad, de quo nomine superius diximus. Hæc eadem possumus minimo

negotio

negotio de omnibus Ecclesiæ persecutoribus interpretari, sicut & de Iudæis interpretati sumus.

TROPOLOGIA.

31 Peccatores obsistunt conuerti volentibus, vt dilatent terminum fum.

In filijs Hammon præsignati sunt Diaboli adiutores, & ministri, qui cum quempiam vident agnoscentem vetera peccata ad Deum velle conuerti: vel sæculi contemptu de artioris, & perfectioris vitæ instituto cogitare, & doloribus, ac tentationibus agitatum, quasi parturire spiritum salutis: aut terrenarum rerum cupiditate, aut terrore laborum, aut parētum, & carorum respectu in veteris vitæ vanitate retinere nituntur, & quasi vi quadam adhibita infortunes fetus abigunt, simulque cum matre interficiunt. Hoc autem faciunt ad dilatādum terminum suum, id est, vt minuatur numerus sanctorum, pluresque sint carnales, & terreni homines, atque ita omnia ipsi moderentur, & vbique regnent. Galaad namque (vt est apud Grego. in 3. parte Pastoralis curæ, admonitione 25.) aceruus testimonij interpretatur. Et quia cūcta simul congregatio Ecclesiæ per cōfessionem seruit testimonio veritatis, non incōgrue per Galaad Ecclesia exprimitur, quæ ore cunctorum fidelium de Deo, quæ vera sunt, testatur. Prægnantes autem Galaad vocantur animæ, quæ intellectum verbi ex diuino amore concipiunt, & si ad perfectum tempus veniant, conceptam intelligētiam boni operis ostensione parituræ sunt. Hæc Gregorius.

Galaad.

HISTORIA.

Et deuorabit ædes eius in vlulatu. Vlulatum vocat clamorem vincentis exercitus, vt ait Hieronymus. Turbinem vero magnam oppugnantium vim, quæ turbini, & tempestati similis fore dicitur.

32 *In die commotionis.* Cum capientur ab hostibus, & territi, ac turbati nescient quo se vertant. Psal. 106. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorū deuorata est. Hebr. in die רגזו, id est, tempestatis, vt Isa. 5. Et rotæ eius, quasi impetus tempestatis. Hæc passi sunt à Nabuchodonosor rege Babylonis, vt Ezec. 21. prædictum est. Iudas etiam Machabæus magna clade eos affecit. 1. Mach. 5. de quo mihi videtur loqui Ieremias cap. 49. Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus: & auditum faciam super Rabbath filiorum Hammon fremitum prælij, & erit in tumulum dissipata; filiæque eius igne succendentur; & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus.

Et ibit Melchom in captiuitatem. Melchom idolum erat Hammonitarum, de quo Iere. 49. Cur igitur hæreditate possedit Melchō Gad? Irridet autem eos, quod talem Deum haberent, qui non solum non posset cultores suos à captiuitate liberare, verum ipse etiam cum illis captiuus duceretur. Pro Melchom Lxx & Chaldæus verterūt, Rex eorum, nam eædem literæ exigua punctorum mutatione facta sonabunt, Rex eorū. Sed idem est, siue hoc modo vertas, siue illo, nam regem suum appellabant idolum illud, vt videtur, propter insignem obseruantiam, qua illud prosequebantur. Indicat hoc Lxx translatio Iere. 49. vbi bis vertunt Melchom, & Chaldæus ibidem, Rex eorum. Sed & in hoc loco Theodoretus legit Melchom, & idolum Hammonitarum esse dicit, ex quo videntur Lxx interpretes ita vertisse. * Quod autem nunc in quibusdam Græcis codicibus legitur, Rex eorum, nihil sane obstat, variabant enim libri Græci, siquidem Hieron. vertit, Reges eorum, & ita habent nunc emendatiores codices, sed illis magis credendū esse, quos Theodoretus secutus est, ex Ierem. 49. intelligimus, vbi bis (vt dixi) verterunt Melchom. Sunt qui putent hoc nomen Idem etiam valere quod, Angelus eorum, vel, Nūtius eorum, & ex hoc intelligi Melchom esse Mercurium nuntium deorum, qui ab Hammonitis colebatur. Quod mihi non probatur, nō enim habet literam ע, quam habet מלאך, id est, nuntius, nec amitti potest quia de substantia nominis est. Sed de hoc idolo plura dicemus ad extremum cap. 5.

Melchom

33

Et principes eius simul. In principibus etiā intellige sacerdotes, sicut Lxx verterunt: sacerdotes eorum, & principes corū. Hieronymus: Sacerdotes in Hebræo nō habetur, sed Principes, addiderunt itaque Lxx: Et sacerdotes eorum, vt si velis scire, qui sint illi principes, audias, Sacerdotes, &c. Sed rectius vtrosque intelligemus, vt verba Lxx indicant, & Iere. 49. Melchom in transmigrationem ducetur, & sacerdotes eius, & principes eius simul.

CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. II.

HAEc dicit Dominus, *Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertã eum: eo quod incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, et deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: et disperdam iudicem de medio eius, et omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Iuda, et super quatuor non conuertam eum: eo quod abiecerit legem Domini, et mandata eius non custodierit: deceperunt enim eos idola sua, post quæ abierant patres eorum. Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Hierusalem. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Israel, et super quatuor non conuertam eum: pro eo quod vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, et viam humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui. Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, et fortis ipse quasi quercus: et contriui fructum eius desuper, et radices eius subter. Ego sum qui ascendere vos feci de terra Aegypti: et eduxi vos in desertum quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, et de iuuenibus vestris nazaræos: numquid non ita est filij Israel, dicit Dominus? Et propinabatis nazaræis vinum: et prophetis mandabatis, dicẽtes, Ne prophetetis. Ecce ego stridebo subter vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. Et peribit fuga à veloce, et fortis non obtinebit virtutem suam, et robustus non saluabit animam suam: et tenens arcum non stabit, et velox pedibus suis non saluabitur, et ascensor equi non saluabit animam suã: et robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die dicit Dominus.*

Num. 21. Deut. 2.

Exod. 14.

HISTORIA.

Super tribus sceleribus Moab. Moabitæ sunt posteri Moab filij Lot, qui filius fuit fratris Abrahæ, Gene. 19. Sed Moab etiam dicitur tota eorum prouincia, & proprie eiusdem prouinciæ metropolis, vt ait Hieronymus quæ postea dicta est Areopolis, autore eodem Hieron. in locis Hebraicis. Carioth etiam vrbs est Moabitarum, vt constat ex Ierem. 48. 1 Moab

Eo quod incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. Horum scelus maximum, & cumulus omnium scelerum fuit, quod ossa regis illius Idumææ, qui simul cum Iosaphat rege Iuda, & cum Ioram rege Israel ascenderat contra Moab. 4. Reg. 3. Ardẽtes odio, atque cupidine vindictę è sepulcro effoderunt, & combusta in cineres redegerunt, & sæuitiam suam, atque rabiem nec in morte finierunt. Ita Hieron. exponit ex veterum Hebræorum sententia, cui Glossa, arq; alij nonnulli accedunt. Causa autem odij tanti fuit, quod cum rex Moab in vrbe quadam, in quam post acceptam magnam cladem cõfugerat, obsessus, veritusque, ne caperetur vrbe expugnata, erumpere cum septingentis equitibus tentaret qua parte negligentiores excubiæ visæ sunt, id est, per castra Idumæorum, idque eis fortiter resistẽ-

tibus non succedisset, coactus est præ desperatione, & dolore filium suum primogenitum immolare. Atque hoc multo probabilius, quam recentium Hebræorum commentum, iuuenem in muro à rege Moab immolatum non regis Moab fuisse filium, sed regis Idumææ, cuius ossa Moabitæ vsq; ad cinerẽ coneremauerint. Sed eis ita aperte scriptura ipsa, & Ioseph. 9. Antiq. cap. 1. refragantur, vt pigeat in refutando immorari. * Vindicat autem Dominus iniuriam regis Idumææ, vt ostendat se (quemadmodum Hieronymus ait) omnium esse creatorem, omniumque habere curam. Sed libet in eamdem sententiam Ruffini verba adscribere. Animaduertendum quoniam cum omnibus, quas annumerauit, gẽtibus contumelias, & pericula, quæ Israeli cõgesserant, imputasset: nunc Moabitarum populo obijcit quod in Idumæum regẽ sæuus extiterit, eosque ita furuisse causatur, vt nõ cõtenti bellum agere cum viuente, odium suum etiam circa eius funus ostenderint. Per quod vtique & Iudæorum arrogantia, qui solos se ad Dominum pertinere credebant, compressa est: & gentibus vel spei solatium, vel intelligentiæ lumen obiectum, vt sentirent se sub vna creatoris sui prouidentia, & gubernatione consistere, qui videlicet non solas Iudæorum, sed etiam aliarum gentium iniurias vltum iret. Quomodo autem huius regis ossa Moabitę reperierint, aut vbi hoc factum sit, scriptura non narrat: ex Hamos igitur discimus factum esse, multa enim sunt & in præcedenti cap. & in alijs prophetarum locis, quæ semper nos latuissent, nisi ab illis ipsis prophetis didicissemus. 2

Et mittam ignem in Moab. Metropolin Moabitarum. 3

Et morietur in sonitu Moab, id est, Magno, & crudeli bello excidentur Moabitæ, in quo magnus erit sonitus equorum, & hominũ vociferantium, & fragor armorum, & clangor tubarum, qualis à maximo poeta descriptus est.

Exoritur clamorque virum, clangorq; tubarum. 1. Æneid.

Et alibi: 11. Æneid.

——— *Et sæuus campis magis, ac magis horror*
Crebrescit. Ir tristis ad æthera clamor.
Bellantum iuuenum, & duro sub Marte cadentũ.

Hanc vastitatem Moab elegantissime describit Ierem. cap. 48 illata est autem à Nabuchodonosor rege Babylonis, vt ex eiusdem capit. 27. constat.

ALLEGORIA.

Iudæi recte intelliguntur in Moab, quod significat, Ex patre, erant enim primum filij Dei, qui absolute pater est, & cum essent ex patre Deo, abiecerunt eum, & facti sunt ex patre Diabolo, sicut eis ait Dominꝰ: Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Hi habitabant trans Iordanem, quia receſſerunt à baptismo Christi, & expulsi sunt in aduentu filiorum Israel è terra sua, sicut Iudęi eiecti sunt ex Ecclesia, & intrauit plenitudo gentium, id est, verorum Israelitarum. * Horum scelus maximum fuit, quod regem Idumææ, id est, Christvm, qui cum esset cœlestis, terrenus pro nobis factus est, & venerat vt eos debellaret, atque in seruitutem iustitiæ redigeret, tam capitali odio prosecuti sunt, vt neque in eius morte iram finierint, sed postea etiam eius ossa, id est, apostolos, & corũ discipulos, robustissimam partem corporis Christi, persecuti sunt, & vsque ad cinerem combusserunt, id est, extremis supplicijs, & ignominijs affecerunt, quantum poterant iram suam, & sanguinis sitim exacturãtes. Quare iure optimo misit Deus ignẽ in Moab, & perijt in sonitu à Romanis crudelissime vastatus, & iusto Dei iudicio abiectus, ita vt neque iudex in eo manserit, neque princeps, sed magistrorum, & sapientum præsidio fuerit destitutus. Eadem & ad hæreticos referre possumus, qui primum erant ex patre communi nobiscum, id est, ex Deo, & filios Ecclesiæ insaturabilibus odijs insectantur, & vsque ad cinerem cum datur, comminuunt. * Excogitant enim inaudita genera tormẽtorum in eos, quorum opera Deus vtitur, vt errantes reuocet ad sanctam Romanam Ecclesiam. Docẽt hoc crudelissimæ cædes sanctorum in Anglia, & cæcorum hominum furor in eos maxime grassans, qui Romanum pontificem verum Christi vicarium & apostoli Petri successorem, totiusque Ecclesiæ caput, & pastorem confitentur, & pœnitẽtiæ saluberrimo Sacramento, vnicoq; post amissam baptismi gratiã mortalibus asylo, vtuntur. Vbi & ante annum sanctus pater Edmundus Campianus societatis nostræ presbyter cum Alexandro Brianto, qui in eamdem societatem ardenter admitti postulabat, & Rodulpho Cetuino collegij Anglici in vrbe Roma alumno, quorũ nomina 4 5 Edmundi presbyteri societatis Iesu nobile martyrium, & sociorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt in libro vitæ, pro CHRISTI confessione, & veritate fidei ab Edmundo contra hæreticos constanter propugnata gloriosissime sanguinem fuderũt. Quibus adhuc spirantibus crudelissimi tortores corda, & intestina extraxerunt, & in ignem iniecerũt. Complaceat tibi Domine per sanguinem sanctorum martyrum tuorum illuminare eos, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent ad dirigendos pedes eorum in viam pacis, vt in gremium recipiat sancta mater Ecclesia quos amisit, & de eorum salute lætemur, de quorum nunc miserabili calamitate cruciamur.

TROPOLOGIA.

6 Diximus cap. 1. nu. 20. varios esse eorum mores, qui à Deo recesserunt, atque ideo variarum nationum declarati nominibus. Qui autem mores præfigurentur in Moab ex Ierem. 48. discemus. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, sublimitatẽ eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius. Quare maximè in eo significatur Diabolus, de quo dictum est in Iob: Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. Sed & ipsi filij superbiæ secundo loco intelligũtur in Moab. Idumæa vertitur terrena, quare qui dominatur parti siẽ terrenæ, & infimæ, id est, carni, merito rex Idumææ dicitur. Regi ergo Moab bellum intulerunt Ioram rex Israel, & Iosaphat rex Iuda, & rex Idumææ, quia Diabolo, & superbissimis hominibus maxime aduersantur, & nocent iudicium Domini, quod significat Iosaphat, & celsitudo Domini, quam significat nomen Ioram, & carnis frenatio, ac moderatio, quæ significatur in rege Idumææ. * Etenim qui crebro extremi iudicij recordantur à carnis voluptatibus abstinent, & appetitui moderantur, non enim frustra regi Iosaphat parebat rex Idumææ, quod docuit Iosephus 9. Antiq. ca. 1. Illi etiam, qui celsitudinem Domini intuentur, & secum cogitant qualiter seruire oporteat summo, & excelso regi, cui reuerentissime seruiunt, & ministrant angeli, excelso & ipsi animo fiunt, omniaque contemnentes, quæ videntur, æterna tantum quærunt, vt Paulus ait: Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. Quam molesti sint Diabolo, qui carnem domant, & eius desiderijs resistunt, & quantum ei exemplo nocent alios ædificando nemo non nouit. Sed & superbis hominibus hæc tria molestissima sunt. Cum ergo rex Moab nocere nõ posset Ioram, aut Iosaphat, persequitur ossa regis Idumææ: quia cum Diabolus vltionem sumere nequeat de iudicio Domini, aut de eius celsitudine, odium suum satiare quærit in ijs, qui carnẽ continent in officio, & spiritui subijciunt; atque omni studio eos allicere conatur ad turpitudinẽ libidinum, vt ita ossa eorum, id est, virtutes, concrementur vsque ad cinerẽ, id est, penitus consumantur. Ossa in scriptura sacra (inquit Greg. 23. Mor. cap. 24.) virtutes accipimus sicut scriptum est: Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex eis non conteretur. Quod vtique nõ de ossibus corporis sed de viribus dicitur mentis. Nam certe nouimus, quod & multorũ martyrum corporaliter ossa cõfracta sunt. * Et lib. 9. ca. 38. eleganter illud Iob. 10. exponit: Carne, & pelle vestisti me, ossibus & neruis compegisti me. Carnibus, inquit, & pelle vestimur, sed ossibus neruisque compingimur, quia & si tentatione foris irruẽte concutimur, intus tamen nos conditoris manus roborat, ne frangamur. Carnis itaq; motibus nos humiliat ad dona, sed per ossa virtutum roborat contra tentamenta. Omnes ergo virtutes in ossibus designãtur, sed maxime tolerantia, & patientia, vt docet Augustin. in Psal. 6. & 33. Libido autem quid est aliud quam ignis virtutes omnes consumens, sicut ait sanctus Iob: Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina: quo igne prius exusta est ciuitas Sodomorũ, quam igne cœlesti absumeretur. Hoc autem igne libidinum solere Moab comburere ossa regis Idumææ ex Num. 24. intelligimus. Dixit enim Balaham regi Moab: verum tamen pergens ad populum meum dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. Consilium autem fuit, vt Moabitides mulieres filios Israel libidine inflammarent, & ad sacra sua adducerent, vt in Michæa dicemus, cum illud cap. 6. exponemus: Populc meus, memento quæso quid cogitauerit Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaham filius Seor de Settim vsque ad Galgalam. Quod exitus docuit, sequitur enim ca. 25. Morabatur autem eo tempore Israel in Settim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederũt, & adorauerunt deos earum. * Ex quibus perspicue cernitur non solum hoc facere Diabolũ solere, sed etiã eius ministros eodẽ spiritu superbiæ inflatos, dum omnes cupiunt sui similes esse: quandoquidem consilium hoc fuit Balaham arioli, qui vt gratificaretur regi Moab, optauit maledicere populo Dei, & non potuit, sed ea ratione tandem illi vehementer incõmodauit. Merito itaque Dominus ignem pro hoc igne succẽso mittit in Moab, vt omnes Diaboli machinas diruat, atq; succendat per prædicatores verbi Dei, & ministros eius salutem quærẽtes animarũ. Et disperdet iudices, & principes eius, vt nihil artibus suis moueant eos, apud quos plurimum valere solebant autoritate: & principes huiusmodi interficiet, cosque cum rege suo Diabolo comburet igni inextinguibili.

HISTORIA.

Super tribus sceleribus Iudæ. Obiter ceteras nationes reprehendit, vt ad institutũ suum veniat, id est, ad prophetandum filijs Israel. Sed quoniã cõtra decẽ tribus maxime prophetat prius de duabus loquitur, vt in decẽ, quasi in opere suo, diutius maneat.

Eo quod abiecerint legem Domini. In alijs nationibus (vt recte adnotat Hieron.) non reprehendit quod legem Dei nõ seruassent, nullam enim præter naturalem acceperãt, neque quod idola colerent, nec in illis fuit hic cumulus scelerum. At in Iuda, cui notus erat Deus, & qui legem ab eo per Mosem accepit, hæc est suprema iniquitas, qđ legem abiecerit, vt enim ait Dominus: Ille seruus, qui cognouit voluntatem Domini sui, & non fecit secundum volũtatem eius, vapulabit multis. Sed hæc infra latius explicabimus.

Posti quæ abierant patres eorum. Nihilo saniores fuerunt patribus suis, sed quę illi adorauerant idola, ipsi post tot monita prophetarum similiter adorauerunt.

Et mittam ignem in Iudam. Per Nabuchodonosor, vt videmus in fine 4. Regum.

ALLEGORIA.

Quoniam tempore, quo hæc dicebãtur, apud Iudam erat templum, & religio, & ceremoniæ, Hier. & alij negãt hæc ad Iudæos esse Allegorice referenda, sed ad Ecclesiam. Non merito, iam enim illi post mortẽ CHRISTI indigni erant nomine Iudęorum, sicut Apo. 2. scriptum est: Et blasphemaris ab ijs, qui se dicũt Iudæos esse, & nõ sunt, sed sunt synagoga Satanę. * Melius conuenit in viros Ecclesiæ, qui Deũ confitentur, & agnoscunt, Iudas enim à confessione dicitur. Ne igitur filij Ecclesiæ diu à recta via aberrarẽt putantes Deum non de se pœnas sumpturum, sicut de alijs nationibus, recte nunc supplicia futura prædicit multis, qui in Ecclesia more gentiũ viuunt, & præsentis sæculi voluptates, atq; emolumenta quærẽtes nullã legis illius rationẽ habent, quæ nõ per seruũ Mosem, sed per ipsum Dei filiũ data est. Sed Hiero. potius audiamus omnia explicantem. Quidquid de Iuda (inquit) diximus, refertur ad Ecclesiã, in qua est vera cõfessio, & pax Dñi, & visio veritatis. Et ideo arguitur quod legẽ Dei contẽpserit, & eius mandata nõ fecerit, & vnusquisq; adorans vitia sua, atq; peccata, Deũ cœperit habere à quo victus est, dicente Petro apostolo: A quo quis superatur, huius & seruus est. Auarus aurum, gulosus ventrẽ, libidinosus Beelphegor colit, lasciua mulier, quæ cum sit in delicijs, viuens mortua est, adorat Venereas voluptates. Vnde mittet Dominus ignẽ in Iuda, & deuorabit ædes pessimas, & fundamenta vitiosa, quæ Ierusalem gloriã perdiderunt, &c. Itaque cum ait, Mittam ignem in Iuda, & deuorabit ædes Ierusalem, nõ in vniuersum Iudam, id est, in vniuersam Ecclesiam dicit, sed in partẽ, vt deuorẽt ædes Ierusalem, nõ totius, sed ædes pessimorum, qui sunt in Ecclesia.

TROPOLOGIA.

In Iuda illi indicantur, qui loci, & conditionis suę ratione Deo sunt peculiariter dicati, & perfectiorẽ, atq; sanctiorem vitã profitentur. Quoniam autẽ vsu aliquando venit, vt ex hoc genere nõnulli vi magna tentationum impulsi præ humanæ naturæ infirmitate vitijs se se tradant, & ex alijs in alia grauiora in dies ruant, legemque Dei contemnant, & quasi sine lege viuant decepti idolis, quæ & ipsi olim, & patres eorum adorauerant, id est, ambitione, pecunia, Venere, cõminatur eis pius Dominus, vt ad meliorem mentem redeant, ne extremũ ignis æterni supplicium cogantur experiri.

HISTORIA.

Super tribus sceleribus Israel. Iam ad profusam suam accedit, & decem tribus post alias nationes grauiter reprehendit, in quas omnia vitia ceterarum pene confluxerant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

13 *Eo quod vendiderint pro argento iustum.* Expectaret fortè aliquis, vt vitulos aureos obijceret Israeli, quos pro Deo superstitiosissimè colebat, quod fieri non videmus, sed pro cumulo peccatorum minora flagitia commemorari. Verum sane, hæc enim idololatria vitulorum, quasi primum peccatum Israelis fuit, & in tribus prioribus sceleribus cõmemoratum intelligitur. Sed nunc idcirco irascitur Dominus, quod neque post tot scelera à peccando abstineat, sed ita naturę fœderis obliuiscatur, & affectus, vt pro argento iustum vendat. Eadem causa factũ est, vt in quarto scelere nec Iudæ exprobrauerit idolorum cultum, qui vetus iam erat in illa gente, sed abiectionem legis Dei, quod ita peccatorum amore insanirent, vt nullam sanctæ legis rationem haberent, sed eam contemnerent, nec magis legibus obtemperarent, quam si nullas vnquam accipissent. Quod autem de idololatria addidit, quasi obiter dixit, vt contemptus legis causam indicaret, quod idola patrum suorum colerent, vt non videatur mirandum cum Deus non colatur, qui legem tulit, ipsam quoque legem contemni. Ita de Israele loquens nonnihil de idololatria miscet, sed quasi aliud agens, & illam quasi inueteratam iam, & notam omnibus præteriens. * Sed incidimus in celebrem locum, & ab ijs maxime occupatum, qui contra Iudæos disputant: quorum sententia est, iustum, de quo modo verba facit Propheta esse CHRISTVM Dominum nostrum, quẽ 14 Iudæi pro argento vendiderunt, atque hoc esse illorum quartum, & maximum scelus. Ita scripsit R. Samuel Iudæus in epistola ad Rabbi Isaac, cap. 6. quæ epistola est in quinto tomo Bibliothecæ sanctorum. Et mirè pro hoc sensu pugnat contra Iudæos Galatinus lib. 4. de arcanis cathol. ver. cap. 14. & Hadrianus Finus in Flagello Iudæorum libro. 6. ca. 47. At vero Hieronymus nihil simile dicit, ne Allegoricè quidem exponens, nec Ruffinus nec Theodoretus: Lyranus etiam refutat. Et sane meritò nam hæc verba non duabus tribubus dicũ 21 tur, quæ CHRISTVM occiderunt, sed decem, quæ multo ante eius aduentum captiuæ ductæ sunt ab Assyrijs, nec eius vẽditionis, aut cædis conscię fuerunt Iudæ ergo hæc nota fuit inurenda, non Israeli. Respondet Galatinus, tempore primi templi distinctas fuisse decem tribus à duabus, sed tempore secundi templi, id est, post reditũ è captiuitate Babylonica, cõiũctos fuisse Iudã & Israelẽ, omnesq; Israelis nomine fuisse cõprehẽsos. * Sed est in eius respõsione manifestus error. Nã si loquitur de multis viris decẽ tribuum, qui manserunt cũ domo Dauid, & cum Iuda, verum est eos rediisse, & habitasse in ciuitatibus Israel, Esdræ. 2. Sed hi semper cum Iuda annumerati sunt, & Iudas dicti in prophetis, quatenus secernitur ab Israele. Si autem de decem tribubus verba faciat, quæ dicuntur semper Israel in prophetis: neque illæ redierunt vnquam, neque habitauerũt in ciuitatibus suis sicut scriptum est Hos. 1. Non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorum, quod nos ibi satis comprobauimus. Præterea, huic ipsi Israeli obiter paulò post obijcit idololatriam: Super vestimentis, inquit, pignoratis accubuerunt iuxta omne altare. At cum CHRISTVM vendiderunt, constat nullam fuisse in illo populo idololatriam, non igitur de eo tempore loquitur. Accedit, quod cum iustum dicit, neque in Hebræo, neque in Græco additur articulus, vt eximius aliquis iustus significari intelligatur, vt fieri solet; sed iustum indefinite pro quouis iusto, aut pro iustis dixit, sicut & Chaldæus vertit: Eo quod vendiderint pro argẽto iustos. * Notatur ergo iuxta Hie. Lyr. Theod. Israelitarũ iniquitas, & auaritia, qui litigantibus pauperibus cũ diuitibus vendebãt iustum, id est, iustorum pauperum rem, & pecuniam tradebant ditioribus pro pretio, quod ab eis acceperãt. *Et pauperem vendebant pro calceamentis*, id est, tanta erat eorum cupiditas vt pro re minima, & minimo argẽto, quo calceiemi possent, corrumpebant iudiciũ, & possessione pauperis diuiti adiudicabant. In Hebr. pro calceamentis est נַעֲלַיִם duali numero, vt magis significetur eorum auaritia, qui non pro multis calceis, sed pro duobus iudiciorum iura violabant. Isai. 1. Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Hoc autem peccatum non erat tantũmodo principum, sed totius reipublicæ cõsentientis, & omnium maximè diuitum, quos ad spoliandum pauperes huiusmodi iudiciorum corruptio alliciebat: ex quæ violatio iustitiæ, misericordiæ, caritatis, ac denique totius reip. peruersio consequebatur.

17 batur.* Lyranus R. Salomonẽ secutus verẽdum putat, Et pauperẽ pro clausuris, exponitq; pauperem coactum fuisse à diuite diruere clausuram, id est, maceriã, quæ erat inter vtriusq; possessiones, vt vna fieret possessio, totaq; diuiti cederet. Sed nostra translatio & Hieron. est, & Lxx, & recentiorum interpretum; meritoq; illis magis probata est, quoniam מכר passim in scriptura significat calceamentum, vt Exho. 3. Solue calceamẽtum de pedibus tuis. Et numerus dualis huic significationi suffragatur. Ostẽdat ergo nobis Lyranus, vbi maceriam possessionum significet, & cur duali numero ponatur, quod si fecerit, impetrabit à nobis, vt eã quoque interpretationem admittamus.

Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum. id est, Opprimunt, cõculcant more tyrãnorum, id enim significat verbũ שאף, vt Psalm. 55. Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo. Et Psal. 56. Dedit in opprobriam conculcantes me. Et in huius prophetæ cap. 6. Audite hoc, qui conteritis pauperem.

18 *Et viam humilium declinant.* Hieronymus: In tantam eleuantur superbiam, vt nolint cũ humilibus ambulare, id est, dedignabantur cum illis miscere colloquia, & cõuersari. Alter sensus est: faciebãt, vt pauperes rebus suis spoliati à via recta cederent, id est, in furta, & periuria, & similia vitia laberentur præ paupertate: hoc enim est declinare viã illorum, facere, vt via illorum, id est, viuendi ratio, à rectitudine declinet. Ita Isaias dixit c. 3. Qui te beatum dicunt, ipsi te decipiũt, & viam gressuum tuorũ dissipant, id est, faciunt, vt in multa peccata incidas. Nõnulli & ita interpretantur; Peruertunt iudicium pauperum, vt via sit ius, & causa iusta, quod videtur posse confirmari verbis Iob. 24. Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerũt pro pignore bouem viduæ. Subuertũt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ.

Et filius, & pater introierunt ad puellam, scilicet, eamdem, vt expressere Lxx. Quod Hiero. non de quauis puella dictum putat, sed de vxore filij, aut patris, quod lege vehemẽter prohibebatur Leu. 18. & Pau. 1. Cor. 5. ait: Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Similiter exponunt ceteri. Enumerat Propheta peccata illius temporis, quæ omnia intelliguntur in quarto scelere Israel. Ex quo intelligimus plane in toto cap. 1. & in hoc secundo quartum scelus esse cumulum quẽdam, & excessum magnum communium, & vsitatorum peccatorum, siue id vno peccato fiat, siue multis. Ex quo etiam constat tria peccata nõ esse certa peccata, sed multa, & magna, vt diximus.

19 *Vt violarent nomen sanctum meum.* id est, Ex quo fiebat, vt nomen meum blasphemaretur inter gentes, cum viderent populum meum in tam execrabiles turpitudines incidere, & lege mea eiusmodi flagitia permitti iudicarent. Quærat aliquis cur dicat Propheta: Introierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum, cum minime introierint animo violandi nomẽ Dei, sed voluptatis percipiendæ. Qua de re traditus est à nobis in Hoseam canon verbis Chryso. hom. 66. & 80. in Iohan. proprium modum esse scripturæ, vt quę euentus sunt pro causa ponat. Sed is & amplior fiet, & vtlior, si ita dicamus. Mos est scripturæ ita loqui, vt non cõsideret quid cogitauerit qui fecit id, quod narratur, aut quo animo fuerit, sed id, quod factum ipsum indicat, & præ se fert, id est, quod ex facto ipso, aut ex eius euentu vulgariter homines solent colligere, & iudicare: loquitur enim sæpe ad vulgi consuetudinem. Vt Gen. 43. In meam hoc fecistis miseriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. Non illi eo animo fecerunt, vt patrem molestia afficerent; sed tale fuit factum, vt qui viderent, dicerent eos eo animo fecisse. 4. Reg. 4. Noli quæso Domine mi vir Dei, noli mẽtiri ancillę tuę. Licet enim ille mentiri nollet, tamen qui audirent rem, quæ ab homine præstari non poterat, pollicentem, putarent eum voluisse decipere mulierem. * Ex hoc canone, si recte percipiatur, & teneatur, innumeri scripturæ loci explanantur. Vt Psal. 10. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suã; qui enim sibi male facit, putatur se odisse. Et Luc. 14. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios, adhuc autem & animam suam, &c. Qui enim huiusmodi necessitudines deserit, odisse iudicatur. Similiter intelligendum est cum CHRISTVS maledictum dicitur, aut relictus à Deo. Galat. 3. CHRISTVS nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum. Psalmus. 21. Quare me dereliquisti? & similia. Signifi-

20 Regul.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catur enim CHRISTVM tale supplicium subijsse, vt putare possent rudes, & vulgares homines eum esse peccatorem, & maledictum, & abiectum à Deo, quod ab Isaia cap. 53. explicatum est: Et nos putauimus eũ quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatũ. Eadem est intelligẽtia cũ Deus dicitur dormire, aut dolere, aut irasci, aut denique humanum aliquid pati, aut non nosse aliquem. * Hinc etiam intelligitur proprietas illius locutionis, quæ multis videtur durior, cum Deus dicitur excæcare, aut indurare homines, aut in reprobum sensum tradere: cum enim Deus gratiam non tribuat, quam tribuere potest, iudicarent vulgares homines velle eum, quod inde sequitur, vt illi excæcentur, aut indurentur. Tale est & illud Eze. 14. Ego Dominus decepi prophetã illum, quia illi veritatem non indicauit, perinde ac si voluisset eũ decipere. Et illud Mich. 2. Vtinam non essem vir habens spiritum, sed mendacium potius loquerer. Non optat mentiri, quod malum est, sed aliter euenire, quæ prædixit, ex quo qui viderent, iudicarent eum voluisse mentiri. Nec dissimile est quod de Domino scripsit Lucas capit. 24. Et ipse finxit se longius ire. Nihil veritas fingit, sed cum venisset cũ illis, ac postea manserit, putaret vulgus fictionem illam fuisse, cum transire volebat, & tamẽ fictio non erat, si eũ non tenuissent, transisset sine dubio, & visset longius. Hæc locutio, de qua iam tam multa diximus, & nostra, & omnium gentium consuetudine vsitata est: dicimus enim si ægrotum intemperantem, ac medicis non obsequentẽ, aut hominẽ in pericula sæpe se inijcientem videamus: Hic profecto mortem quærit: si non faciat quod petitur, hic iurgia amat, & id genus multa.

21 Quomodo Deus excæcare, & indurare dicatur.

Loc. ut Luc. 24.

22 *Et super vestimentis pignoratis accumbebant.* Hebræi, vt refert Hiero. ita exponunt. Super vestimentis eorum, quia ad idola ire nolebant, quæ vi extorserant, accumbebant in templis idolorum, vt epularentur. Et similiter intelligitur quod sequitur: *Vinum damnatorum bibebant*, pro quo est יין עֲנוּשִׁים, id est, eorum, quos calumniabantur, & condẽnari inique faciebant. Pagninus: vinum pœnis affectorum bibebant. Quod autem dicit, *iuxta omne altare*, indicat multitudinem idolorum, & conuiuiorum, ac festiuitatum, quas in illorum cultum celebrabãt, si requẽtiam: quos per irrisionem vocat Deos eorũ

ALLEGORIA.

In Israele, qui à domo Dauid, & ab Ierusalem, temploque recessit, & vitulos aureos adorauit, iam non homines Ecclesiæ intelligimus, sed Iudæos, qui recesserũt à Christo, & per infidelitatem deseruerunt Ecclesiam: & hæreticos, qui idem suo modo fecere. Ex qua discessione hoc vtrique habuerunt, vt aurum, atque argentum adorarẽt, & carnis voluptates, atq; honores, & in nefandas turpitudines inciderent, & omni peccatorum genere contaminarentur merce dem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipiẽtes, vt est apud Paulum. Quod autem dicit, *Pro eo quod vendiderint pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis*, non possum de Christo interpretari, vt Rupertus fecit, quoniã Iudei nõ vẽdiderunt Christum, sed emerunt, neque legimus eos autores fuisse Iudæ, vt vẽderet, sed Iudam vltro facinus promisisse; Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam?

TROPOLOGIA.

In Israele intelliguntur, qui quondam Christianè vixerunt, & Dei legem obseruabant, sed postea non clam, vt illi, quos nomine Iudæ declarari diximus, sed palam, à Deo recesserunt, & perfricta fronte colunt idola nationum, nec verentur dicere: Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hereditas in filio Isai? Et quoniã gratia Dei quasi frenum quoddam est humanæ concupiscentiæ, sic vt ea amissa in peccata præcipites homines ruant, & illud in eis impleatur, quod deflebat Ieremias: Qui vescebantur voluptuosè, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Quæ sint autem stercora, continuo propheta noster docet: Eo quod vendiderint pro argento iustum, &c. qui enim malunt diuites esse, quam Christi serui, & pietatis amatores, nõ vendunt pro argento iustum? & qui, vt pauperem à Christo consecratam effugiãt, vel minimi emolumenti causa quoduis audent, non vendunt pauperem pro calceamentis? Sequuntur & alia peccata, quæ nõ sunt nobis noua expositione extenuenda quoniam verba ipsa moralia sunt.

HISTORIA.

Ego autẽ exterminaui Amorræũ. Cõmemorat sua in Israelẽ beneficia, quo magis appa-

reat

reat quam ingratus, & quam omni supplicio dignus sit. Quamuis & duabus tribubus hæc mihi videntur dici, omnia enim æque in eas conueniunt, atq; in Israelem. Amorræi erant ex septem nationibus, quæ possidebãt terram promissionis, & à Deo electæ sunt in aduentu filiorum Israel. Habitabãt autem trans Iordanem, quorum terra data est tribui Gad, & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse. Hos à Moabitis diuidebat torrẽs Arnon Num. 21. Amorræos autem nominat, quamuis & reliquas nationes exterminauerit, quoniam inter omnes hi multitudine, & fortitudine, & opibus præstabant: vnde & soli nominantur Gen. 15. Nondum enim completę sunt iniquitates Amorræorum. Quare & eorum fortitudinem continuo demonstrat.

Cuius altitudo cedrorum altitudo eius. In his verbis videmus non esse alienam à sacris literis hyperbolen, quæ ad res opinione maiores explicãdas valde vtilis est. vt Num. 13. Ibi vidimus mõstra quædam filiorum Henac de genere gigantęo, quibus comparati quasi locustæ videbamur. Notandus etiam est pleonasmus Hebraicus: Cuius altitudo cedrorum altitudo eius, Latinus enim diceret, cuius altitudo est altitudo cedrorum. Est autem frequẽs vt Psal. 104. Aharon, quẽ elegit ipsum. Iac. 4. Scienti igitur bonum facere, & non facienti peccatum est illi.

Pleonasmus Hebraicus.

25 *Et contriui fructum eius desuper.* Quoniam arbori assimilauit, perstat in eadem similitudine: & perinde est, ac si diceret: Omnino eum perdidi, eradicaui eum, & radices, fructusque arefeci. Abstuli ei opes, quæ erant vt fructus, & eum è terra sua eieci.

Ego sum qui ascedere vos feci. Prius ex Aegypto eos eduxit, & deinde Amorręum exterminauit. Sed est in huiusmodi rebus Hieronymi documentum memorię mandandum: scripturam in laudibus Dei non solere seruare ordinem rerum gestarum, sed frequenter prius narrare, quæ posterius gesta sunt. Quod, inquit, docere nos poterit Psal. 77. & 104. vbi signorum potentia, nõ ordo describitur. Ipsi quoque tituli psalmorũ; vt historia tituli Psalm. 51. De Doeg Idumæo, prius gesta est, quam illa tituli Psalmi tertij de Absalom contra patrem insurgente.

Regul. Scriptura in laudibus Dei nõ seruat ordinem rerũ gestarum.

Et de iuuenibus vestris Nazaræos. Nazaræi Domino se consecrabant, & inter ceteros filios Israel erãt ceu religiosi inter Christianos. De eorum ritu, & consecratione lege Num. 6. Nominis huius interpretationem habemus Iud. 16. Quia Nazaręus, id est, cõsecratus Domino, est. * Notandum est autẽ inter maxima beneficia Deum numerare se ex eorum filijs aliquos sibi consecrasse: vt vel hinc constet quã miserabiliter insaniãt, qui hæreticos iam pridẽ ab Ecclesia catholica damnatos adhuc sequi volunt, & in eãdem damnationem se injiciũt religionibus detrahentes, quas sancti patres spiritu Dei afflati in maximam Christianæ reipub. vtilitatẽ instituerunt ad Euangelicæ vitæ perfectionem æmulandam. Nec vero si pauci, aut etiã multi ab instituto suo degenerãt, ideo institutum ipsum reprehendendũ est: nam neq; Christiana religio, & lex, aut damnari, aut minoris fieri debet, quod tot modis ab eius puritate, & sanctitate quotidie recedant Christiani. * Contra qui cœlestia sapiunt, vbi religionum miram sanctitatem contẽplantur, exclamant: Beata gens, cuius est Dominus Deus eius, populus, quem elegit in hæreditatem sibi. Corripiunt etiam hæc verba immoderatũ parentum affectũ, qui filios suos, quos ad religionis altitudinẽ conuolasse vident, ita interdum lugent, ac si in sepulcrum extulissent. Concedamus sane naturę sensum aliquem doloris, modo fidei quoque locus relinquatur, illudq; firmum teneatur ad maiora illos, atq; feliciora transijsse. Doleant modice, quod dulci filiorum consuetudine carent, sed gaudeãt sine modo, quod in regis potẽtissimi aulam vocati sunt, quod rex regum, & Dominus dominantium fecit de iuuenibus eorum Nazaræos. Omnia autem tẽtare, & omnes machinas admouere vt filios, quibus omnia prospera optare debuerant, de tanta fœlicitate deijciant, & iterum ad sęculi tumultus reuocent, miserandæ cuiusdam, & crudelis ignorantiæ, inuidæ, atque extremæ dementiæ est.

26 Sacræ religiones magnum Dei donum.

27

Psal. 32.

Patres à religionibus extrahẽtes filios.

Et propinabatis Nazaræis vinum. Quod lege prohibetur Num. 6.

Et prophetis mandabatis. Sicut Amasias mandauit ipsi Hamos, cap. 7.

ALLEGORIA.

Hoc Iudæis dicitur, olim enim Deus exterminauit Diabolũ, à quo captiui tenebantur Iudæi, & hæretici ante baptismum, & ascendere eos fecit de terra Ægypti, id est, in libertatem filiorum Dei eos asseruit, & diu tolerauit eorum mores in deserto, postea quam cœperunt adorare vitulum, &

28

Universidad de Deusto
Biblioteca

seditionem contra Dei ministros duces suos. Deniq; de filijs Iudæorum suscitauit prophetas,& Nazaræos, Apostolos. s. de quibus ait Matth 12. Et si ego in Beelzebub eijcio dæmones, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Sed & hodie suscitat de filijs vtrorumque Nazaræos, id est, homines sibi dicatos. Videas Romæ sumptibus beatissimi Pontificis Gregorij XIII. iuuenes Christianè educari ex gẽte Iudæorum conuersos,& omnibus disciplinis instrui ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Quid? collegium, quod Germanicum dicitur, à Iulio III. Pontif. Max. & institutum Romæ,& S. patris nostri Ignatij curæ commissum, vt illud legibus temperaret, adolescentesque optimæ indolis ex omnibus Germaniæ partibus euocaret, quod postea idem Gregorius XIII. annuis redditibus amplissimè locupletauit: quid est aliud, quam quoddam sacrum Nazaræorum seminarium, per quos Germaniæ placetur Deus, & hæreticorum tenebræ cœlesti luce dissipentur? * Collegium vero Anglicum eiusdem sancti Pontificis cura erectum, & sustentatum, vbi Angli iuuenes pietate, & literis per homines nostræ societatis imbuuntur, Nazarçorum etiam domus est, & prophetarum, quos Deus de filijs Anglorum suscitauit. Quibus mens vna est iuris etiam iurandi religione confirmata post studia literarum in patriam redire, vt aut veram religionem iam diu profligatam reuocent, aut sanguinem pro CHRISTO, & animarum illarum salute intrepide effundant. E quorum numero, vt diximus, Rodulphus Ceruinus martyrij iam laurea coronatus victor triumphat, alij nonnulli citò fortasse triumphabunt. Propinant quidem hi homines Nazaræis suis vinum, id est, auertere eos conantur à veritate fidei, & à sanctitate, quam tenere cœperunt: & prophetis suis, id est doctoribus sanctæ religionis, quos Deus mittit ex eorum gente, dicunt magnorum suppliciorum comminatione adhibita, Ne prophetetis: sed nec ideo Deus prophetas,& Nazaræos suscitare desistit, nec illi à prophetando deterrentur.

29

TROPOLOGIA.

Sicut septem nationes tenebant terram promissionis antequã introirent filij Israel: ita septem vitia, quæ capitalia vulgo dicuntur, occupare solent animas hominum, in quibus nondum habitat Deus. Iudæ ergo, & Israeli loquens beneficia, quibus illos affecit, recẽset, nec de septem hostibus loquitur, sed de eorum maximo, atque fortissimo, id est, de superbia, quę merito in Amorræo intelligitur, cuius altitudo quasi cedrorum est, & fortis ipse quasi quercus, hoc enim expulso, & cetera peccata expulsa intelliguntur. Habitabat Amorræus trãs Iordanem in optima atque fertilissima terra, quæ multum postea profuit filijs Israel: ita superbia optima quæque hominis occupat, optimum ingenium, sublimem, & acutam mentem, eloquentiam, eruditionem, quibus abutitur ad honores captandos, & ad laudes hominum: quæ multum Ecclesiæ CHRISTI prodessent, si superbiæ, quasi iniusto possessori adimerentur. Et quia diu nos sustinet Deus vocãdo, & ducendo donec ad hanc libertatem filiorum Dei, qualis tamen in hac vita haberi potest, veniatur, ait: *Ego sum, qui ascendere vos feci de terra AEgypti, & duxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terram Amorræi.*

Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris Nazaræos. Filij vocantur in scriptura cogitationes, quia proles mentis sunt, vt obiter docet Hiere. in ep. ad Oceanum, cuius initium est, Nunquã fili Oceane, & Arnobius in Psalm. 105. Quia ergo Deus in seruorum suorum cordibus mirabiliter operatur, & nunc cogitationes elicit, quæ vel timore futuræ pœnæ animum à peccando deterreant, nunc venturorum bonorũ spe ad omnia perferenda inflãment, de filijs eorum dicitur suscitare in prophetas. Quando vero mens Dei amore incalescit, & vitæ prioris pertæsa totam se Deo deuouet, atque à vino terrenarum consolationum abstinere in posterũ statuit, vt diuinis perfruatur, de filijs eorum suscitat Nazaræos. Sed cum (vt sæpe vsu venit) tẽtata, atq; pulsata sęcularium voluptatum impulsu, ad eas ingrata mens venit relicta spe meliorum, tunc vinum propinatur Nazarçis. Cum cogitationes illæ futurorum bonorum, aut malorum cogitationibus præsertim vtilitatum obruuntur, tunc mandatur prophetis: Ne prophetetis.

30 Superbia.

HISTORIA.

Ecce ego stridebo subter vos. Accõmodat se loquenti prophetico spiritus, & quoniam pastor erat sanctus Hamos, è medio rure petit similitudines. Hiero. Sicut plaustrum stipulæ, vel seni onere prægrauatum stridore, & sonitu longe exululat: sic & ego peccata vestra vltra non sustinens, & quasi stipulam tradens incendio clamabo, & dicam: Perijt fuga à veloce, &c. Non est autem intelligendum, *stridebo subter vos*, ita vt Deus fingatur peccatis, quasi oneri, suppositus: sed sciamus תחת, id est, subter, aut sub, nonnunquam significare locum, in quo aliquis est. Exho. 16. Maneat vnusquisque apud semetipsum. Hebr. sub se. 1. Reg. 14. Stemus in loco nostro, & ne ascendamus ad eos. Hebr. Stemus subter nos. Ita intelligitur illud Hab. 3. Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, id est, in me, vel in loco, vbi sum. Zach. 12. Et habitabitur Ierusalem rursus in loco suo. Hebr. sub ipsa. Est ergo sensus. Quẽadmodum stridet, & longe, lateque sonat plaustrum onustum feno, magis quam si re alia solidiori oneretur, quæ considat, & immobilis incumbat: ita ego in vobis, & in terra vestra audiri faciam magnum stridorem, & molestissimum auribus vestris sonũ. * Prędicit autem captiuitatem, & tumultum, atque vlulatum, & clamorem pugnantium, & cadentium, sicut in hoc cap. dixit: Et mouebitur in sonitu Moab, in clangore tubæ. Chaldæus: Ecce ego adducam super vos tribulationẽ, quæ coartabit vos in locis vestris, sicut coartatur plaustrum manipulis onustum. Pro quo ita vertit Quinquarboreus: Ecce ego ægrimoniam contra vos adducam, molestiamq; afferam vobis in loca vestra, quanta est plaustri molestia, quando onustum est manipulis. Fenũ pro paleis, aut manipulis posuit, vt Mich. 4. congregauit eos, quasi fenum areæ. Surge & tritura filia Sion, &c. vt ibi explicabimus. Vti autem eũ hac similitudine propter stridorem tãtum, non autem vt significet se instar plaustri super eos transiturum, vt Lyranus, & nonnulli Hebræi intellexerunt, ex eo planum fit, quod plaustrum fortius premit & conculcat iacentes, si terra, aut lapidibus onustum sit, quam feno, aut paleis: itaque superuacuum erat, & potius obstabat, addere, Onustũ feno: sed ad stridorem recte additum est, quoniam magis stridet cum feno, aut paleis plenum est.

Subter aut sub.

31

Filij.

33

34

ALLEGORIA.

Quanto cum sonitu exciti fuerint à Romanis Iudæi scimus, quæ enim regio insignem eorum calamitatem, & omnigenæ dia miserabiliorem non audiuit? omnia tũc passi sunt, quæ nũc sermo propheticus prænuntiat. Hæretici quoque, si non in hac vita, certe in futura, eadem supplicia tolerabunt, nemo illa effugiet, nisi qui robustus corde fuerit, & maluerit in paucorum dierum vita, quam in ęterna periclitari, & omnibus relictis, quę apud hæreticos habebat, nudus effugerit ad Ecclesiam.

TROPOLOGIA.

Huiusmodi hominibus captiuitatẽ minatur, venturosque dicit in manus crudelissimorum hostium, id est, dæmonum, & vitiorum, vbi miserrimam seruiant seruitutem, nam qui vnum Dominum Deum habere noluerunt, tot dominos habere cogentur, quot sunt vitia, quibus tenentur. Greg. 32. Mor. cap. 5. aliter atque nos exposuimus, hæc verba accipiẽs, quasi Deus strideat sub onere peccatorum, qui sensus etiã probabilis est, ita inquit. Aliquando etiam insensatis rebus propter infirmitatem nostram alta condescensione se comparat, sicut per Prophetam dicit: Ecce ego stridebo, &c. Quia enim fenum est vita carnalium, sicut scriptum est: Omnis caro fenũ: in eo quod Dominus vitam carnalium paticur, more plaustri fenum se portare testatur. Cui sub fent onere stridere est ponderа, & iniquitates peccantium cum querela tolerare.

Isa. 40.

HISTORIA.

Et perijt fuga à veloce. Ita vos captiuitas occupabit, ac premet, vt veloces fugere nequeant saluti suæ consulturi, nec fortes timore pertetriti possint fortitudinem suam ostendere, nec robusti poterunt viribus hostium resistere, nec vlla, aut arte, aut virtute cum eis dimicare. Immo & audacissimus quisque putabit præclare secum agi, si vel omnibus, quæ possidebat, relictis, ac perditis vitam suam nudus effugiẽs seruare possit. Dixit inter cetera, *Et tenens arcum non stabit*, id est, fugiet, quoniam, vt in primum caput Hoseæ diximus, Israelitæ multum arcu vtebantur ad prælia, & erant sagittandi peritissimi. Hoc autem dicit, quia paucissimi, ac pene nulli euaserunt manus, & crudelitatem Assyriorum.

35

TROPOLOGIA.

Hæc verba, & de futuri sæculi pœnis intelligi possunt, & de præsentis seruiture in

peccatis. Nam qui velox solebat esse tardatus peccato, cui se sponte subiecit, nō fugiet hanc seruitutem, neque fortis olim, & pugnator. Solus illam effugiet, qui fuerit fortis corde, & renuntiauerit omnibus, ne CHRISTO carere cogatur, & nudus effugerit ex laqueis sæculi.

CAP. III.

AVdite verbum quod locutus est Dominus super vos filij Israel: super omnem cognationem, quam eduxi de terra Aegypti dicēs. Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Numquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? numquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehēderit? Nūquid cadet auis in laqueum terræ, absque aucupe? Nūquid auferetur laqueus de terra, antequam quid cœperit? Si clanget tuba in ciuitate, et populus non expauescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecit? Quia non faciet Dominus Deus verbū, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? Auditum facite in ædibus Azoti, et in ædibus terræ Aegypti: & dicite, Congregamini super montes Samariæ, et videte insanias multas in medio eius, et calumniam patiētes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectum dicit Dominus: thesaurizātes iniquitatem, et rapinas in ædibus suis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circumietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ. Hæc dicit Dominus: Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria, in plaga lectuli & in Damasci grabbato. Audite, & contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituū: quia in die cum visitare cœpero præuaricationes Israel, super eum visitabo, et super altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, et cadent in terram. Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: et peribunt domus eburneæ, et dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

HISTORIA.

Audite verbum quod locutus est Dominus super vos. Quemadmodum ante diximus verba illa: Ego autem exterminaui Amorræū, vniuerso Israeli dici, id est, duodecim tribubus, quoniam æque in omnes conueniunt: ita nunc fieri docet Hieron. nec immerito, cum ipse Propheta dicat: Super omnem cognationem, quam eduxi de terra Ægypti. Quod ergo ait: *super vos*, est, contra vos, aut ad vos, vt iam diximus, & adhuc dicemus, & cōtra omnes tribus, quas eduxi ex Ægypto, vt intelligat Iudas ad se quoque hunc pertinere sermonem.

Tantummodo vos cognoui. id est, Vos solos elegi in peculiarem populum, cuius Deus dicerer, & cui potissimum benefacerem. Et ideo peccantes in me maiori digni estis supplicio. Ezec. 9. A sanctuario meo incipite. Et 1. Pe. 4. Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Quæ verba Domini magis ad misericordiam, quam ad iram pertinent, vt 2. Machab. 6. docemur. Etenim, inquit, multo tempore nō sinere peccatoribus ex sentētia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim, sicut in alijs nationibus Dominus pa-

nus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finem deuolutis ita demum in nos vindicet. Propter quod nunquam quidē à nobis misericordiā suam amouet: corripiēs vero in aduersis populum suū non derelinquit. * Ceterum cognoscere dicitur Deus eos, quibus benefacere vult: idcirco de ijs, quos à se reijcit, ait Matth. 7. Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos. Et. ca. 25. Amen dico vobis, nescio vos. Ideo pro eo quod nos habemus, Tantummodo vos cognoui, &c. Chaldæus vertit: Tātum vos elegi de omnibus terræ cognationibus.

2 Cognoscere.

Cur non semper de singulis Allegoria exponenda sit.

ALLEGORIA.

Omnia, quæ Deus decem tribubus, aut etiam duabus cōminatur, referri per Allegoriam ad Iudæos CHRISTI interfectores satis hactenus vbique demōstrauimus, qui, & si deos alienos non colerent eo tempore, tamen habebant sua idola, ambitionem, pecuniam, & cetera huiusmodi vitia. Itaque ex his, quæ dicta sunt in hoc propheta, & in præcedentibus, non erit difficile erudito lectori sumpta ex Historico sensu similitudine ad eos omnia referre, & de excidio vltimo Ierusalem, deque cæcitate illius miserrimæ gentis interpretari. Eadem ad Ecclesiæ persecutores, & ad hæreticos accommodari etiam poterunt non magno negotio. Hac ratione adductus, & quod lectori ingratam futuram esse vereor hanc nostram de Iudæis explanationem: abstinebo fere ab Allegorijs, nisi cum ad CHRISTI, & Ecclesiæ sacramenta pertinebunt. * Nec tamē hæc, quæ nūc explicauimus, præteribo, ad omnes enim Ecclesiæ filios sine dubio pertinēt; ipsi sunt veri filij Israel, & ipsi sunt omnis cognatio, quam eduxit Dominus de terra Ægypti. Etenim quos Dominus eduxit ex Ægypto, transtulit per mare Rubrū, in quo baptismi figura aperte ostensa est, & manna pasti sunt, quod figura sacræ Eucharistiæ fuit, & de petra biberunt in figuram CHRISTI, vt ex Apostolo didicimus: Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali cōsequente eos petra, petra autē erat CHRISTUS. Sed proprie ad eos referam", qui post baptismum corde reuersi sunt in Ægyptū, atque opere ipso quotidie reuertūtur. Horum iniquitatē, & ingratos animos arguit, & tanquam surdos, ac rebus sæculi intētos ad audiendum excitat. Tantummodo, inquit, vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ. Ceteros in sua incredulitate reliqui, perinde ac si eos non creassem, neque nossem. Et quamuis omnes cōmoneo, atq; docceo, tamen tantum vobis lucis, atque doctrinæ, tantum gratiæ largitus sum, vt vos solos nouisse videar, reliquos quasi alienos ignorasse. *Idcirco visitabo super vos iniquitates vestras*, pater sum, de interitu vestro doleo, non possum patiita vos à me abalienari, reducam ad me supplicijs, quos benignitate non potui.

1. Cor. 10.

HISTORIA.

Nunquid ambulabunt duo pariter. Hieronymus hæc, & sequentia nonnulla tātum Allegorice exponit, ceteri variant. Ego ita intelligo. Non conuenit mihi vobiscum, quia legem, & fœdus subinde violatis: Ideo non ambulabimus simul, sed relinquam, & reijciam vos. Inde cum sanctis dicitur esse semper, & sancti cum eo, quia videlicet consentiunt voluntates, & ideo semper simul ambulant. Iosue. 1. Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum, non te deseram, neque derelinquam: Mich. 6. Et solicitum ambulare cū Deo tuo. Gen. 5. Et ambulauit Henoch cum Deo. Et. c. 6. Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit.

4

Ambulare cum Deo.

TROPOLOGIA.

Videat quisque qui cum sibi conueniat, cum eodem enim ambulat, & si ambulat, necesse est vt eo veniat, quo ille venerit. Ideo sancti quorum voluntas à diuina non discrepat, & cum Deo ambulare dicuntur, & in cœlum cum CHRISTO perueniunt, sicut ipse ait: Si quis mihi ministrat, me sequatur; & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Quibus cum Diabolo conuenit, quia cum illo ambulant, cum eo tandem rapientur in terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Videat etiam spiritus, ne cum carne consentiat, sed illam potius secum consentire cogat; nam si consentit cum carne, cum carne ambulat, & legi Dei non erit subiectus, fietque quod ait Paulus: Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini.

5

Iohan. 12.

Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIA.

Numquid rugiet leo in saltu. Leo interdū rugit, ante quam capiat prædam, vt. 1. Pet. 5. Aduersarius vester Diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret Interdum cum iam cepit, & vult deuorare. Psal 21. Aperuerūt super me os suū, sicut leo rapiens, & rugiens. Isa. 31. Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædam suam. De hoc rugitu nunc loquitur propheta. Etenim quamuis verba Hebraica, si per se considerentur, de primo rugitu dicta videri possint, nā ita habent: Nūquid rugiet leo, & præda non illi tamen quæ sequuntur planè indicāt accipienda esse de rugitu post captā prædā, quod quidā non animaduerterunt. Num quid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehēderit: * Est ergo sensus. Cum leo rugit, prædam iam cepit, & dilacerare parat: ita cum Deus rugit, & per prophetas suos vos terret, prædā iam habet, significat autē proximā imminere captiuitatem. Quasi dicat. Ne putetis diu esse differenda supplicia, existimate vos iam esse in manibus hostium. Eodē pertinēt sequentes similitudines, quas multiplicat, vt magis, ac magis impendentia mala explicet, magisque eos terreat quemadmodum oratores ad affectus permouendos conglobatis definitionibus vtuntur, & multis simul interrogationibus, aut exclamationibus.

6

Numquid cadet auis in laqueum. Cum cadit auis in laqueū, auceps affuit, qui poneret: Ita intelligite Deum more aucupis laqueū vobis parasse, nec auferetur, donec in eum incidatis, & capiamini.

7

TROPOLOGIA.

Peccatores, quia & à Deo recedunt, & à semetipsis exeunt, in saltibus, & in siluis versantur, sicut Esau, qui venator erat, quia peccator erat, nō habitabat in tabernaculis, vt Iacob frater: sed in agrum, & in mōtes ibat. Cui recte à patre dictum est Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras: quidquid enim aut natura habent, aut ingenio, & arte compararunt, conuertunt in ea, quæ extra se sunt, & foras egrediuntur, quia his nō ad Dei cultum, & ad animæ suę vtilitatem, sed ad honores, & voluptates abutuntur. * In his saltibus plurimi moriūtur, sicut scriptum est: Et multo plures erāt, quos saltus consumpterat de populo, quā ii, quos vorauerat gladius in die illa: quoniam licet plurimi in bello cadant, nec numerari possint, varijs gētibus vbique inter se pugnantibus, multominus illi numerari possunt, quos saltus hic cupiditatis, & ambitionis, & superbiæ extinguit. Ibi interfectus est Absalom inobediens filius, qui reliquit Ierusalem, & foras egressus est. Verum CHRISTVS, & si gaudet morari inter iustos, tamen hos etiam quærit, & inter eos sæpe versatur, vt lucri faciat, ideirco rex pacificus Salomon domum magnam ædificauit in Ierusalem, sed nihilominus alterā quoque ædificat in saltu Libani. Quod nihil est aliud, quam in illis ipsis rebus, in quibus versantur, aliquid eis obijcere, quo ad se reuocet errantes. Nonnunquam secundis rebus eos excitat, vt gratiam referant bonorum autori, & pigeat non redamare eum, cuius bonitate ijs potiuntur, quæ maximè optabant. Quod eum fit, quasi mel per saltum fluit, omne, inquit, terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri * Extēdit Ionathas summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius: quia nonnulli hoc melle degustato aciem mentis recipiunt, & ad beneficum patrem per pœnitentiam reuertuntur. Interdum eos terret recordatione mortis, & gehennę, & grauitate morborum, & desperatione quadam rerum: & tunc rugit leo in saltu, quia habet prædam, obijcitur enim eis quasi leo iam iam dilaceraturus, nisi cito resipiscant, & ad se redeant, & quasi catulus leonis, qui iam aliquid apprehendit, & quasi auceps, qui laqueum tetendit non auferendum, antequam quid ceperit. Cū hic leo rugit, illud faciendum est quod monet Dauid: Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Deum, qui fecit nos. Vt enim recte ait Rupertus leonis natura est inuenta præda rugire, vt quodcunque illud sit animal, rugitu tremefactum, & attonitum concidat, & in prædam fortiori non tam patienter, quam impatienter cedat. Porro leo per similitudinem Deus fortissimus est, cui* irę resistere nemo potest. Pręda vero eius est omnis electus, qui vbicunque sit, quoniam ad vitam est prædestinatus, ab ipso Deo requiritur, vt ad vocem eius, siue per angelum, siue per propheram, siue per scripturas auditam ille contremiscat, diemque iudicij

Gen. 27.

1. Reg. 18.

vel pœnam gehennalem pauescens totus humiliret succumbat, pœnitentiam apprehendat. Hæc Rupertus. * Si hic auceps laqueum tetenderit, cōsilium sapientis audiamus: Fac ergo quod dico fili mi, & teipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum, (gemitibus videlicet pœnitentiæ, & humilibus ac verecundis precibus) ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Leuem* animas graues à terra duplici penna, quam dixi, pœnitentia, & humilitate orationis, & cordis, quia, vt ideo mait, Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum.

9 Prou. 6.

10 Prou. 1.

Si clanget tuba in ciuitate. Argumentum facit à minori. Terret ciues tuba, & bellum iam adesse perhorrescunt: & vos non terrent huiusmodi Dei voces, & minæ?

TROPOLOGIA.

Tuba belli signum est, & animos audientium concitat, vt est apud principem poëtarum:

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce
Extulit, & rauco strepuerunt cornua cantu,
Ex templo turbati animi, &c. ——

1. Æneid.

Tuba horrenda supremi iudicij toties in Ecclesia clangit, quoties de prophetis, aut de Euangelio, siue de apostolis aliquid de die illa tremenda legitur: & tamen peccatores ita obsurduerunt, vt tantum clangorem nō audiant, adeo graui, & quasi ferreo sopore tenentur, vt neque hoc sono excitentur. * Merito poëta magnus in ipso vestibulo, atq; in ipsis Orci faucibus soporem collocauit, quem consanguineum lethi appellat, & mala mētis gaudia: dum enim ita in voluptatibus sæculi dormiunt homines, & malis, id est, perniciosis gaudijs animum oblectant, proximi gehennę sunt, neq; sentiunt, donec post mortem iam sero sapientes vident, quam facilis esset trāsitus ab illo somno ad hanc mortem æternam, ab illis gaudijs ad hunc perpetuum mœrorem.

10 5. Æneid.

HISTORIA.

Si erit malum in ciuitate. Malum siue malitiam pro afflictione capi adnotauimus in illud Ioe. 2. Et prestabilis super malitia. Hoc igitur dicit: Mala, quæ patimini, & quæ patiemini, nolite in alias causas referre, vt homines facere solent, Deus iratus vobis hæc immittit. Atque, vt hoc certius esse intelligatis, quæcunq; immittet, prius prophetis suis reuelabit, & per eos admonebimini. Videte ergo ne voces meas, & aliorum prophetarum contemnatis. Eleganter notat illorum hominum oscitantiam, quibus, cū multa parerentur acerba, nunquā in mentem veniebat Deū sibi merito esse iratum sed quiduis aliud potius cogitabāt esse causam, aut forte fortuna illa cuenire. Cuiusmodi hodie videas multos similes omnino valetudinarijs hominibus, qui cum sępe intemperantia sua ægrotent, nihil minus causam esse putant, quam intemperantiam. Amant res sæculi, neque possunt, neq; vero volunt persuadere sibi tot mala importari ab ijs, quæ amāt: quemadmodum Priamus apud Homerum cum Helena loquens negat eam sibi causam esse malorum.

Iliad. 3.

Οὐτιμοί αἰτίη, inquit, ἔοικ', ἀλλ' ἠνὶ τοὶ θεοὶ
Οἳ μοι τὸν πόλεμον πολὺν ἄρσαν Ἀχαιοῖς.
Nec tu causa mihi, diuis mihi causa malorum,
Qui commouerunt Danaum lacrymabile bellum.

Ita Dominus facere solet, vt supplicia, quæ inferre hominibus parat, prius cum prophetis suis communicet. Ita diluuium communicauit cum Noe Genes. 6. euersionem ciuitatum cum Abraham Gene. 18. & cum Lot, ca. 19. euersionem Niniues cum Iona. Ac si dicat: Relinquite pseudoprophetas, & diuinos istos vestros, qui consiliorum Dei consci non sunt, & diligenter considerate quid prophetæ Dei dicant. Cum autem dicit: *Nō faciet Dominus Deus verbum, &c.* Verbum pro re accipit, quod est in scriptura frequētissimum. Vt Isai. 39. Non fuit verbum, quod non ostenderit eis Ezecias in domo sua. Vbi hoc notauit Hieronymus: Et statim explicatur: Non fuit res, quā non ostenderim eis in thesauris meis, vtroque loco est in Hebræo דָּבָר, id est, verbum. Ita intelligitur illud Luc. 1. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Et Luc. 2. Transeamus vsque in Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factū est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. * Est autem hæc phrasis Hebr. cuius iam sæpe meminimus, vt ponatur abstractum, (vt Dialecticorum more dicam) pro suo concreto actiue, aut passiue sumpto, id est, verbū pro re dicta. At non propterea vbique ita exponendum est verbum, male enim fecit, qui in phrasibus sacræ scripturæ, quæ circumferuntur (& mea sententia pium, cordatum, sobriumque lectorem desiderāt) exposuit,

11

12

Verbum.

Liber phraseon sacræ scripturæ.

In principio erat Verbum, id est, eares, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodocunque numen istud, de quo locuturus sum, appellandum est. Hæc enim interpretatio omnino tollere videtur sententiam sanctorum processionem filij in Verbi nomine intelligentium. Videmus hic, quam amice Deus agat cum suis, quantum sanctissimos homines nõ solum amet, & indulgenter habeat, sed etiam veneretur. Videtur enim quasi nefas putare non facere eos consiliorum suorum participes, vt ventura videant, & prædicent, quæ & paulo post, & multos post annos homines visuri sunt, vt ex Dei consortio, & amicitia diuinitatem quandam accepisse videãtur, sicut scriptum est: Annunciate, quę ventura sunt in futurum, & sciemus quia dij estis vos. Contra mali adeo ab hac diuinitate absunt, vt etiam in ipso inferorum limine consistentes securi sint, & longam sibi pacem promittãt, sicut ait Paulus: Cum enim dixerint, Pax, & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient.

Isai. 41.

1. Thess. 5.

13 *Leo rugyit, quis non timebit.* Quemadmodũ rugiente leone cuncta terrentur animantia: ita loquente Deo omnes nos timere oportet: & vos eius minas, & me eius imperium. Quamuis igitur propheta hactenus non fuerim, sed pastor: tamen nõ potui non audire vocem Dei mittẽtis me ad vos. Si enim Deus alicui loquitur, & prophetare cum iubet, quomodo audebit non prophetare?

Auditum facite in ædibus Azoti. Quicunque me auditis, vocate vicinas nationes, vt congregentur, & videant prius quãta mala fecerit Israel, vt intelligãt, quam iuste eum puniam. Azotus nobilis ciuitas est Palæstinorum, vt cap. 1. diximus, in qua ceteræ intelliguntur. Vult autem has potissimum nationes congregari, quoniam illæ testes fuerant maximorum Dei beneficiorum erga Israelẽ. Ægyptij viderunt, quomodo Deus illum populum auxerit, & quam potenter in libertatem asseruerit. Palæstini quotidie cum illis dimicantes cognouerunt Dei præsentiam, & fauorem in eos, & ita ab Israele tandem victi, & fere cõsumpti sunt. Simul autem ingrauat supplicium, cum spectatores adhibet eos, qui de Israelis calamitatibus lætentur. Vnde 2. Reg. 1. Nolite annuntiare in Geth, neq; annuntietis in compitis Ascalonis, ne forte lætẽtur filiæ Philisthijm, ne exultent filiæ incircumcisorum.

Congregamini super montes Samariæ. Samaria Metropolis est totius regni decem tribuum, à qua tota prouincia nomen habet. Distat ab Ierusalem sedecim (vt ita dicam) leucis in alto monte ædificata, quem alter inferior cingit, ideo ait: super montes Samariæ. Postea in honorem Augusti Cæsaris dicta est Sebaste, id est, Augusta, nũc tres tantum, aut quatuor incolas habet. Sed cur primum Samaria dicta sit docemur. 3. Reg. 16. vbi de Amri rege Israel scriptum est: Emitq; montem Samarię à Somer duobus talentis argenti, & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat, nomine Somer domini montis Samariæ. Hoc autem loco licet & ciuitatem intelligere, & totam prouinciam, vt ait Hieronymus quæ in montosis sita est. 14 Samar.

Et videte insanias. מְהוּמוֹת, à verbo הוּם, quod est turbare, tumultuari, id est, videte qui tumultus excitentur, quomodo insanorum more se gerant, adorant enim vitulos, & illis filios immolant, &c. Chaldęus: Et videte cõturbationes eius in gentes in medio eius. Hũc eorum furorem in cultu idolorum eleganter descripsit Hoseas c. 7.

Tribulabitur, & circumietur terra. Videlicet ab Assyrijs.

TROPOLOGIA.

Iustificabitur Dominus in sermonibus suis, & in operibus suis, cum de nobis pœnas sumere voluerit, & iniquissimis etiam iudicibus vincet, cum iudicabitur. Azotios, & Ægyptios iudices citat, qui testes fuerunt beneficiorum erga hunc populum, vt videant, quam iuste modo in eundem animaduertat. Et nunc Iudæi ipsi indurati, & Turcæ, & Agareni omnes vocari possunt, vt simul videant & iniquitates nostras, & misericordias Domini, quod non simus cõsumpti. Si congregarentur hi super montes Samariæ, & ex alta specula contemplarentur peccata nostra, qui pro Deo pecuniam, & honorem, & Venerem colimus, quasi alteros vitulos nefarij Ieroboham, sine dubio nomen Dei per nos blasphemaretur inter gentes. Si quis autem videre vult insanias multas in medio huius spiritualis Samariæ, legat auream beati Cypriani martyris epistolam ad Donatum, quę secunda est in recentioribus codicibus, in veteribus secunda libri secundi, vbi cum Donato ascendẽs super montes Samariæ, inquit: Paulisper tu crede subduci in montis ardui verticem

15

celsiorem,

celsiorem, speculare inde rerum infra te iacentium facies, & oculis in diuersa porrectis ipse à terrenis contactibus liber fluctuãtis mundi turbines intuere. Iam sæculi & ipse misereberis, tuique admonitus, & plus in Deum gratus, maiore lætitia, quod euaseris, gratulaberis. Cerne tu itinera latronibus clausa, maria obsessa prædonibus, cruẽto horrore castrorum bella vbique diuisa.

16 *Madet orbis mutuo sanguine, & homicidium, cum admittunt singuli, crimen est, virtus vocatur cum publice geritur: impunitatem sceleribus acquirit non innocentiæ ratio, sed sæuitiæ magnitudo. Iam si ad vrbes ipsas oculos tuos, atquè ora conuertas, celebritatem offendes omni solitudine tristiorem. Et alia multa in eamdem sentẽtiam elegantissime: quæ video equidem de sæculo, & de vita gentilium ab eo dici, sed quam aptè in nostram cadant, facile quileget, iudicabit. Quę maior insania, quã homines ad regna cœlestia vocatos terrenis quisquilijs inhærere? & semper victurũ caducis, atque perituris rebus affigi? & homines IESV CHRISTI sanguine liberatos calumniari pecuniæ causa fratres suos eodem pretio, atque eodem sanguine redemptos?* Quare non est mirum Ecclesiam affligi, & circũdari ab inuisibilibus inimicis, & detrahi ex ea fortitudinem, & diripi ędes eius. Fortitudo Ecclesiæ detrahitur, cum sapientium & caritate flagrantium episcoporum, ac magistrorum numerus minuitur, cum infideles homines, aut etiam scelerati regnant, cum pauci apparent, qui virtutum exemplo præcant: tunc enim (vt est apud Isaiam) Dominus exercituum aufert à Ierusalem fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & senem, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientẽ de architectis, & prudentem eloquij mystici. Ædes eius diripiuntur, cum religiosarũ familiarum feruor tepescit, & languescit deuotio, quæ direptio pœna peccatorum populi est, & quidem maxima, multitudo enim Sapientium sanitas est orbis terrarum.

Isa. 3.

Sap. 6.

Samaria etiam est omnis anima, quæ mauult placere Ieroboham, id est, hominibus, à quibus se iuuari posse credit, quam Deo, & cum se Israelitidem esse glorietur, vitulos tamen aureos adorat, hoc est aurũ, & argentum, & honores, & voluptates. Montes huius nunc quidem vocantur, vn-

de ipsa tota videri potest. Hi mihi videtur fines, quos ipsa sibi proponit, & in quos actiones dirigit suas, hinc enim tota cognoscitur. Nam si actiones solum spectes, videas multa in bonis, & in malis similia, videas multa, quæ reprehendas cum laudanda sint, quædam contra, quæ laudes, cum sint magis vituperatione digna. At si fines contempleris, quorum causa hæc fiũt, protinus non solum de actionibus, sed etiã de anima iudicium feras. *Quare elegãter dominus: Lucerna corporis tui est oculus tu⁹: oculus eñ. i. finis actionis, tanquã lucerna quædam adhibita caliginem remouet, vt actiones, quales sint, cognoscantur. Congregentur igitur Azotus, & Ægyptus, id est, homines ab Euangelij luce alieni super hos montes Samariæ, & videbunt insanias multas in medio eius, id est, (vt ex Hebræ. explicauimus) turbas, & tumultus, quo ardore animi quærantur diuitiæ, quo voluptates, quantum seruiatur ambitioni, quam sit mens inquieta, & perturbata in rebus nihili aucupandis, quam Dei creatoris, & supernorum bonorum, ac denique sui ipsius oblita, quam ita affecta, ac si ipsa etiam cum corpore extinguenda esset. Protinus videnti subibit illud sacri vatis: Verum tamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur. Thezaurizat, & ignorat cui congregabit ea. An potest quidquam fingi vel insanius, vel stultius, quam ita angi, atque turbari ob ea, quæ sis momento tẽporis relictu rus? Optimè quoque idem: Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Quæ præterea turbæ in illa, & quãtæ? qui tumult⁹, cũ aliud ambitio, aliud iubet libido, aliud auaritia, aliud ira, & quasi venti validi in mari, ita inter se fortes affect⁹, effrenatiq; cõpugnãt? Bonę, & vtiles cogitationes calumniam patiuntur in penetralibus eius, malis atque sæcularibus accusantibus, & obtundentibus, & in modum spinarum nascentem Dei herbam suffocãtibus.* *Et nescierunt facere recti, quia actiones genere suo bonas praui fines corrumpunt. *Thesaurizant iniquitatem*, cum gratiam, & caritatem thesaurizare deberẽt in diem, quo iudicabit Deus occulta hominum, & quasi hoc parum sit, *thesaurizant vanas in ædibus suis.* Cum enim beneficia diuinæ misericordiæ, & opera, si quæ fecerũt,

18 Matth. 6.

Psal. 38.

Psal. 39.

19

aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut faciunt aliquando Deo grata, sibi ipsis tribuunt, quid aliud faciunt quam thesaurizare rapinas? *Propterea tribulabitur* huiusmodi anima; & obsidebitur ab hostibus suis, in quorum potestatem plene Deo permittente tradetur, & detrahetur fortitudo ex ea. Cum septem Samsoni crines raduntur, recedit ab eo fortitudo, & deficit, & infirmus est, sicut ceteri homines: & anima, quamuis sancta, si septem Spiritus sancti dona amittat, infirma est, sicut ceteræ animæ. Eius etiam ædes, quas ego potentias animæ esse arbitror, diripiuntur, cum veritates quæ erant mente cognitę, atque comprehensę ad recte agendum, euanescunt, aut obscurantur, cum memoria nihil in se vtilium retinet, cum voluntas virtutibus spoliatur, & vitiosis affectionibus cedit. Iudi. 16.

HISTORIA.

Quomodo si eruat pastor. Vtitur semper pastoralibus exemplis. Significat autem paucissimos fore, qui è captiuitate Assyriorum liberentur. Itaque totum populum deeem tribuum, (nam ei iam maxime loquitur,) quasi ouem dicit raptam à leone, cuius perexigua pars liberatur, cum duo crura, aut extremum auriculæ eruũtur, atque ea quidem vilior, quam leo pene abiecturus erat: ita pauci liberabuntur, & ij pauperes, & abiecti, quos Assyrij contempserunt.

20 * *In plaga lectuli & in Damasci grabato.* Quidam ex recentioribus existimant, nequaquam vertendum fuisse, In Damasci grabato, sed, In angulo grabati, quoniã ϸϸϩ cum vrbs Damascus est, litera ϣ punctum habet in sinistro latere, cum autem habet in dextero, significat grabatum. At miror viros eruditos non animaduertere ϣ apud veteres nullum punctum habuisse, sed à Iudæis post multos annos inscriptum, qui sæpe in punctis errauerunt, vt errasse in hoc loco constat ex Hieronymo, & Ruffino, Theodor. denique ex Lxx & ex Chaldæo, qui omnes vrbem Damascum significari hic intellexerunt. Quare si Iudæis quibusdam fidem habere volunt contra doctissimos, & antiquissimos interpretes, liceat nobis per eos fidem habere doctissimis, & antiquissimis interpretibus contra paucos Iudæos sępe à veritate aberrantes. Hoc igitur inquit. Sic eruentur filij Israel, qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in Damasci grabato, id est, in regione lectuli, in regione, in qua quiescunt, vt in lectulo, & in Damasci grabato, hoc est, quiescunt etiam vt in lecto, in auxilio Damasci, & Syrorum. Vt enim fessus refocillatur in lecto, sic illi fractas vires auxilio Syrorum roborant. Existimant nihil sibi esse timendum, cum auxilium Syriæ habeant. Legimus enim Isai. 7. Phacee filium Romeliæ regem Israel fœdus iniisse cum Rasin rege Syriæ, & iunctis exercitibus contra Iudam veniisse. Per irrisionem ergo dicit capiendos esse eos, qui sibi tuti videbantur, quoniam habitabant in Samaria, in qua propter terræ asperitatem, & altitudinem montiũ, quibus natura munita est, & propter multitudinem hominũ, & opes, ita quiescebant, vt qui in lectulo dormiunt in vtramque aurem. Ideo dixit, In Samaria, in plaga lectuli. Confidunt etiã & securi sunt propter auxilium Damasci, ideo dictum est, Et in Damasci grabato, vt erudite exposuit Hieronymus.

TROPOLOGIA.

Multæ animæ peribunt ex his, quas Samariæ nomine comprehẽdi diximus, quoniam viribus suis, & fortitudini, atque potentiæ suæ confidunt, neque magis Deum inuocãt, vt sui misereatur, quam si possent ipsæ sine Deo surgere, & viam salutis ingredi. Confidunt etiam amicorum suorum potentiæ, aut amicitiæ principum virorum, aut doctrinis Philosophorum, & in ijs, quasi in grabato quodam Damasci requiescunt. Sed eas demum pastor CHRISTVS rapiet de ore leonis, qui circuit quærens quõ deuoret, quæ extremæ in mundo sunt, & ignobiliores, quibus saltẽ duo crura supererunt, & extremum auriculæ, vnde eas bonus pastor tenere possit. Crura studium eundi ad audiendum verbum Dei significant, extremum auriculæ obedientiam non penitus amissam. Si enim homo vel ex parte obedire cœperit verbo Dei, quod audiuit, Deus paterna sua misericordia illum iuuabit, & ad plenam prouehet obedientiam. Crura etiam sunt desideria, vt quidem Grego. docet lib. 6. Mor. ca. 11. quibus tanquam passibus quibusdam, anima ad Deum accedit, vel ab eo recedit. Animæ autem, quæ salua futura sit, desideria satis non sunt, sed si his addatur obediẽtia cœlestium mãdatorum, ex ore leonis eruetur.

HISTORIA.

Audite & contestamini. Iubet Dominus Prophetam, & omnes, qui audierint, palam hoc decem tribubus prædicare, earum altaria,

caria, & præcipue altare vituli Bethel, quod apud illas erat omnium celeberrimum, diruenda esse ab Assyrijs. Cornuum altaris meminit, quoniam pulchriora erant, & hostiarum cruore imbuebantur.

TROPOLOGIA.

In magno, & miserabili errore versantur, qui idola colunt, nam vt illis diuinos honores tribuunt, ita & diuinam immortalitatẽ cõcedere videtur. Id quodammodo etiam faciunt diuitiarum, & honorum, & voluptatum cultores, nunquam putant hæc interitura, donec interijsse vident, & dolor, quem ex eorum interitu capiunt, indicat illos quasi perpetua existimasse. Nam quæ, vt aliquando deponenda possidentur, multo minus, cum deponuntur, dolent. Quarè Telamon, vt doceret se non magnopere de filij morte dolere,

Ego, inquit, *cum genui, tum moriturum sciui, & ciui sustuli.*

Præterea ad Troiam cum misi, ad defendendam Græciam,

Sciebam me in mortiferum bellum, non in epulas mittere.

Isa. 47. Hunc mentis stuporem Babyloni obijcit Isaias, quæ nunquam opes suas finiri posse credebat: Et dixisti: In sempiternum ero domina: non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. Idem de eadem vrbe cogitabat Nabuchodonosor cum aiebat: Nonne hæc est Babylon magna, quã ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Quoniam igitur ita de bonis suis iudicant, atque ita in eis spem collocãt suam, vt satis se sibi esse credãt, Dominus, vt pernicio sum illis errorem eximat, antequã loquatur, audire iubet, qui adsunt, & quod audierint mox alijs contestari, vt magnum quippiam esse intelligant quod dicitur. * Deinde subijcit: *Quia in die cum visitare cœpero præuaricationes Israel super eum, visitabo & super altaria Bethel.* Veniet dies, quem toties per prophetas meos prænuntio, dabunt ali quando mihi pœnas impij præuaricatores, opprimet illos nec opinantes horrendum supplicium. Tunc magnifica illa altaria Bethel diruam, & cum idolis suis peribũt. Dij, qui neque se, neq; altaria sua tueri possunt, quomodo vos tuebuntur ô miseri? Adimet Deus hominib⁹ sua idola, honores, & opes, & voluptates, euertet altaria, id est, loca ipsa voluptatum, etiam cornua, quæ pulcherrima sunt, & victimarum sanguine tingebãtur, id est, speciosissima quæque instrumẽta voluptatum, cœnacula, triclinia, hortos, arculas auro, atque argento obtectas, pateras, & phialas gemmis distinctas, lectos eburneos, & aureos, & multa huiusmodi, quę ingeniosa luxuria excogitauit. Tunc amissis omnibus, quibus nitebantur, lugebunt filij Ægypti, id est, sęculi huius, qui indigni sunt terra promissionis, & re ipsa illud verissimũ esse sentient, quod toties auditum nunquã satis intellexerant: An speras in baculo arũdineo, atque confracto Ægypto, super quẽ si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam? Sic est Pharao Rex Aegypti omnibus, qui confidunt in se. 4. Reg. 18.

HISTORIA.

Et percutiam domũ hiemalem. Reges enim, & magnates, cũ voluptatibus indulgerent, domos habebant eburneas, vt de Achab legimus. 3. Reg. vlt. & diuersas diuersis anni temporibus domos. 24

TROPOLOGIA.

Sancti viri, quia peregrinari se vident, & non habere manentem ciuitatem, in tabernaculis, & in casulis potius hábitant, quam in domibus, sicut de Abraham scripsit Paulus: Fide demoratus est in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitãdo cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. At filij huius sæculi, habitatores terræ, nõ hospites vocauerunt nomina sua in terris suis, & domos magnas extruunt, ac si in eis essent diu commoraturi. Quid est autẽ ædificare domos, nisi stabilem requiem, & firmam in hac vita quærere, qua se ab iniurijs laborum, & calamitatum, quasi imbris, & frigoris protegant? & beate si possint, in hac mortalitate viuant, quoniam de alia vita non cogitant? Ideo Ionadab filius Rechab vir sanctus præcepit filijs suis: Domum non ædificabitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, vt viuatis multis diebus super faciẽ terræ, in qua vos peregrinamini. Aduersus hiemem, id est, in tempus, quo res aduersę vrgebunt, domos hiemales parant, hoc est subsidia, quæ possunt, pecunias, amicos, potentiam. Sed quia res secundas magna etiam incommoda cõsequi solent, inuidiæ, insidiæ, metus, morbi varij, furta, rapinæ, Heb. 11. Iere 35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pinæ, aduersus hæc, quasi aduersus feruoré æstatis domos æstiuas construunt. * Cum vero se bonos viros, & virtutis amatores, & ad omnia toleranda fortes esse simulant, vt tranquillius viuant, meliusque nullo interturbãte voluptatibus suis perfruãtur, quasi domos eburneas ædificant, quæ pulchrę, & candidæ, & fortes sunt. Sed Dominus percutit domum hiemalem cum æstiua, quia quantumuis se aduersus omnia incommoda præparent, sæpe non patitur eos pericula euadere, quæ fugiebãt, sed adimit omnia subsidia illa, quæ compararant, & magnis eos calamitatibus affligit in hac vita, aut certe in futura, aduersus cuius incommoda nihil pararunt. Domus eburneæ pereũt, cum illi, qui candidi, & fortes habebantur, qui sint apparet, & necessitate aliqua coacti personam detrahunt, seque ipsos produnt. Veluti idem ipse Achab, qui domum eburneã fecisse scribitur, iturus in Ramoth Galaad simulauit se voluntatem Dei scire velle per prophetas, & ei obtemperare, sed tandem pseudoprophetis credere maluit: & Michæam propheram Domini, qui verum Dei respõsum reddiderat cõtra quam ipse vellet, in carcerem mitti iussit, & sustẽtari pane tribulationis, & aqua angustiæ. Denique multæ ædes dissipabuntur, quia solatia filiorum huius sęculi, & subsidia, quę ad placide, & cum voluptate viuendum cõparant, Deus dissipabit, atque ipsos non in domos pulchras, sed in teterrimum carcerem deduci iubebit, vnde nunquam exeũdi facultas sit, sed quidquid hic ceperunt voluptatis contra Dei legem, æternis supplicijs luant.

3. Reg. vlti.

CAP. IIII.

AVdite verbũ hoc vaccæ pingues, quæ estis in mõte Samariæ: quæ calumniã facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis Dominis vestris, Afferte & bibemus. Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient super vos, et leuabunt vos in contis, et reliquias vestras in ollis feruẽtibus. Et per aperturas exibitis altera cõtra alteram, & proijciemini in Armon, dicit Dominus, Venite ad Bethel, & impie agite: ad Galgalam, & multiplicate præuaricationem: & offerte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras: Et sacrificate de fermentato laudem: et vocate voluntarias oblationes, & annũtiate: sic enim voluistis filij Israel, dicit Dominus Deus. Vnde et ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, et indigentiam panum in omnibus locis vestris: et nõ estis reuersi ad me, dicit Dominus. Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cum adhuc tres menses superessent vsq; ad messem: et plui super vnam ciuitatem, et super alteram ciuitatem non plui: pars vna compluta est, et pars super quã non plui, aruit. Et venerunt duæ et tres ciuitates ad vnam ciuitatẽ, vt biberent aquam, et non sunt satiatæ: et non redistis ad me, dicit Dominus. Percussi vos in vento vrente et in aurugine: multitudinem hortorum vestrorum, et vinearum vestrarum, oliueta vestra et ficeta vestra comedit eruca: et non redistis ad me, dicit Dominus. Misi in vos mortem in via Aegypti, percussi in gladio iuuenes vestros vsq; ad captiuitatem equorum vestrorum: et ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras: et non redistis ad me, dicit Dominus. Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomã et Gomorrhã, et facti estis quasi torris raptus ab incendio: et non redistis ad me, dicit

Genes. Dominus.

Dominus. Quapropter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel. Quia ecce formans montes, et creans ventum, et annuntiãs homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, et gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

HISTORIA.

1 *Audite verbum hoc vaccæ pingues.* Theodoretus cum paucis existimat Propheram nunc sermonem cõuertere ad vxores optimatum decem tribuum, quoniam dicit, vaccæ pingues. At Hieronymus, & Rufinus, & alij, viris hæc dici multo melius arbitrantur. Nam & hactenus non mulieribus, sed viris locutus est, & quæ sequuntur per totum caput, ad viros pertinent, in quibus solent & mulieres comprehendi cum eodẽ vitio laborant, quod reprehẽditur in viris. Quare recte Chaldæus vertit: Audite verbum istud diuites substantiarum, qui estis in monte Samariæ. Et in Hebræo nunc verba feminei generis adduntur propter vaccas, nunc masculini, quoniam sensus magis quam verba spectantur. Itaque vaccas pingues vocat optimates, siue diuites substantiarum vt vertit Chaldæus. Quod nomen recte in eos conuenit, quoniam ventri tantum, & delicijs indulgebant: in quo etiã significat (vt ait Hieronymus) eos non agriculturæ, sed immolationi, & esui præparatos esse, id est, occisioni, & captiuitati. In Hebr. est, vaccæ Basan, ideo Lxx verterunt, δαμάλεις τῆς Βασάν, id est, vitulæ Basan, siue (vt est apud Hieronymũ & Theodor.) δαμάλεις τῆς Βασανιτιδος, vitulæ Basanitidis, id est, regionis Basan. Aquila, & Theodotio, vt refert Hieronymus similiter verterũt, Vaccæ Basan. Nos, inquit, Symmachi interpretationem secuti, qui ait, αἱ βόες ἱστροφοι, id est, boues saginatæ, vaccas pingues interpretati sumus. Est autem Basan regio trans Iordanem, vt videmus Iosue. 17. & 4. Reg. 10. supra terram Galaad, vbi erant pascua fertilissima, & pinguissimæ vaccæ. Ideo Deut. 32. scriptum est: Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan. Itaque perinde est, ac si nos diceremus, vaccæ fluuij Anæ, quas scimus propter pascuorum vbertatem grãdiores esse, atque pinguiores. Recte ergo Hieronymus vertit, Pingues, non enim est sermo de habitantibus in Basan, cum dicat: Quæ estis in monte Samariæ, de quo diximus cap. 3. nu. 6.

Basan.

TROPOLOGIA.

2 Diuites vaccæ pingues, & superbi.

Vaccas pingues, siue bene enutritas, vt vertit Symmachus, diuites oppressores pauperum intelligit, vt iam diximus. Sed modo etiam superbos intelligamus, qui bonorum ciborum copia pingescunt, nobilitate, eruditione, sanctitatis opinione, virtutibus. Recte etiam intelligemus auaros, crudelesque principes populi Christiani cuiuscunque conditionis sint. Et habitant in mõte Samariæ, quia super alios erigũtur superbi, & magna sibi pollicentur. Sed quia quãtumuis fortes sibi videantur, & magna facturi, infirmiores in dies fiunt, & vitijs succumbunt, merito non tauri, sed vaccæ dicti sunt. Dicuntur etiam in Hebræo vaccæ Basan, id est, ignominiosæ, vt interpretatur Hieronymus quoniam scriptum est, Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia, deest, ignominia, id enim significat חרפה. In Hebræo est: venit superbia, & veniet ignominia: incidet enim superbus in multa peccata, quæ magnam ei ignominiam afferent, & quorum causa multis contumelijs afficietur.

Prou. 11.

HISTORIA.

Quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Quæ iniquis iudicijs, & calumnijs spoliatis egenos, & confringitis, id est, opprimitis, & destruitis pauperes, de quo iam cap. 2. multa dixit.

Quæ dicitis dominis vestris. In Hebræo est: Dicentes dominis suis, modo enim tertia persona vtitur, modo secunda, sed sensus est idem, id est, regibus vestris dicitis, Iubete tantum, & nos cuncta vastabimus. Ita Hiero. qui etiam eleganter notat non esse dictum, Afferte, & comedemus, sed, Afferte, & bibemus, vt ebrietatem eorum, luxuriamque declaret. Chaldæus: Qui dicunt principibus suis: Vbi est potestas, vt diripiamus? id est, Prouehite nos, committite nobis magistratus, & deprædabimur populũ. Possumus & ita intelligere: vos, qui potentiores estis, spoliate pauperes, vt vobiscum epulemur & luxuriemur.

3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Superbus plurimis seruit.

TROPOLOGIA.

Nemo plures dominos habet quam superbus, cum enim se se maiorem omnibus arbitretur, miserabili genere seruitutis illis parere cogitur, & seruire, quos habet, aut habere sperat ambitionis suæ, & excellentiæ, quam quærit, fautores, & autores. Ab his semper gloriam, & honores emendicat, & dicit, Afferte, & bibem⁹, nihil enim quærit nisi se, in se omnia conuertit, non curat an cum aliorum detrimento fiat, quod cupit, modo fiat. Et mali principes quid aliud faciunt quam intimos suos, qui merito Domini eorum sunt, quos consilijs suis regunt, exhortari, vt spolient populum, vt ipsi habeant suarum alimenta voluptatum? Quos recte Homerus δημοβόρους, appellat, id est, populi deuoratores.

HISTORIA.

4 *Iurauit Dominus Deus in sancto suo.* Hieronymus: In sancto suo, multis modis interpretatur, vel in semetipso, vel in filio suo, vel in templo, vel in omni, qui sanctus est, & templum Dei appellatur. Sed prima interpretatio videtur maxime propria, iurauit per semetipsum, qui sanctus est, est enim in Hebræo בְּקָדְשׁוֹ, id est, per sanctitatem suam, (ita enim vertit Symmachus referente Theodoreto) quod est, per se, qui est sanctus, vt cap. 2. vt violarent nomen sanctum meum, pro quo est in Heb. Nomen sanctitatis meæ, id est, mei, qui sum sanctus. Atq; ita iurare solere Dominum, nouimus ex Gen. 22. Per me metipsum iuraui, dicit Dominus, &c. Quod Pau. Heb. 6. ita interpretatus est: Abrahæ namq; promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem: iurauit per semetipsum. Phrasis autem Hebræorum est iurare in aliquo, id est, per aliquem, vt Psal. 62. Laudabuntur omnes, qui iurant in eo. Quare qui hęc verba Dauidis interpretantur, Omnes, qui iurant in eo, id est, in eum, & in eius verba, dicerent aliquid si Ciceronem interpretarentur, Latinorum enim est ista locutio, non Hebræorum, neq; scripturarũ. Matth. 23. Quicunque iurauerit in altari, nihil est, quicunque autem iurauerit in dono, quod est super illud, debet.

Iurare in aliquo.

5 * *Et leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus.* Recentiores ita hæc vertunt, vt fere tot sint interpretationes, quot capita, in hoc tantum conueniunt, quod à translatione nostra longissime recedunt. Tota varietatis ratio oritur ex tribus vocabulis Hebraicis, quorum vis, & proprietas latuisse videtur nouos interpretes. Primũ est צִנּוֹת, pro quo Hieronymus vertit, Cõtos; Theodotion ἀκροτὰ, id est, hastas, vel cõtos, quem Hieron. secutus est. Lxx, & Symachus, ὅπλα, id est, arma, siue tela, vtrumq; enim significat. Ex eadẽ radice cadit סִנָּה, & R. Dauid, & R. Salomon, & recentiores, qui eos sequuntur, idem significare dicunt, nempe spinas, cum re vera lanceas significet, Numer. 33. Erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus. Postquam dixit, Claui in oculis, multũ decrescebat oratio, si sequeretur, Et spinæ in lateribus, nec recte spinæ conueniebant lateribus. At si vertas, Et lanceæ in lateribus, crescit oratio, & recte omnia conueniunt, vnde Lxx verterunt, βολίδες, id est, iacula. Et similiter verterunt Iosue. 23. vbi nos habemus: Et sudes in lateribus, est enim in Hebræo idem vocabulum. Ex quo intelligitur hic eos accepisse ὅπλα pro telis. Secundum vocabulum est סִירוֹת, quod significat ollas, siue lebetes, vt verterunt Lxx. vt Exhod. 27. Faciesque in vsus eius lebetes. & sæpe alias, nam spinæ סִירִים potius dicuntur. Tertium est דָּוָה, quod significat piscem. Itaque vbi nos habemus: In ollis feruentibus, est in Hebr. In ollis, siue lebetib⁹ piscis, siue, vt vertit Aquila, In lebetibus piscium, id est, quos piscatores in littore ad ignem seruant plenos feruenti aqua, vt pisces coquantur. Id circo Hieronymus sensũ magis, quam verba attendens, vertit, In ollis feruentibus. Sensus ergo est iuxta Hierony. huiusmodi. Seruat cœptam metaphoram, & quos vaccas pingues vocauerat, eorum carnes dicit in contis, vel hastis esse portandas. Et sicut lebes feruentissimus minutos pisces pariter inuoluit: ita vaccæ pingues absque vllo ordine captiuitatis miserijs opprimẽtur. * Mihi profecto planus hic sensus videtur. Gaudẽtes Assyrij, atque exultantes victoria præfigent capita vestra, & partes carnium vestrarum hastis. Nam hoc à superbis victoribus fieri solere illud etiam indicat:

Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita: & multo clamore sequuntur,
Euryali, & Nisi.

Quod autem sequitur: *Et reliquias vestras in ollis feruentibus*, inusitatæ crudelitatis genus indicat, tãtam futuram esse victorum atrocitatem, & immanitatem, vt optimarum quorundam, quibus magis succensebunt, reliquias, id est, quod reliquum erit de carnibus leuatis in contis, cõijcere iubeant in ollas feruentes. Quod tunc forte si audiatur, sed nostro sæculo oculis subiectum est Henrico rege Angliæ in quosdam ex Carthusiensibus martyres ita sæuiente. Quod si cui hoc videtur duriusculum, quoniã nescimus crudelitatis genera, quæ tunc victores exprompserũt in victos, possumus & ita exponere: Reliquiæ vestræ, id est, qui ex vobis effugerint, & in arces, siue in domos munitiores se receperint, simul cũ ipsis domibus cõburentur, vt exposuit Lyranus, vt per ollas feruentes metaphorice intelligamus domos succensas. At Chaldęus, quem nonnulli secuti sunt, pro eo quod est; Et reliquias vestras in ollis feruẽtibus, trãstulit: Et filias vestras in scapha piscatorum. Nec desunt qui interpretentur, Filij vestri, & filię conijcientur in naues Assyriorum: Quod minime dixissent, si animaduertissent Samariã procul esse à mari, nec esse ibi scaphas piscatorum: & iter, quod est à terra promissionis in Assyrios, pedibus confici non nauibus, nullum enim mare interiectum est inter Hebræos, & Assyrios.

7 *Et per aperturas exibitis altera cõtra alteram.* Quibusdam vestrum hoc continget, quod dixi, alij ruptis multis in locis, perforatisque muris ab Assyrijs, educemini alter in conspectu alterius, videbitis enim vos mutuo, neque opem vobis mutuo ferre poteritis. Chaldæus: Et confringent super vos murum, & educent vos quasi mulieres singuli ante se. Alia translatio ita habet: Coram vobis enim diruent murum, vosque cateruatim inuicem deducent.

Et proijciemini in Armon, id est, In loca Armenię ita dicta, vt exponit Hier. Chaldęus: Et transferent vos vltra montes Armeniæ. Symmachus: Proijciemini in Armeniam.

Dies venientes super aliquem.

TROPOLOGIA.

Dies, qui super aliquem veniũt, dies grauissimi, & molestijs magnis pleni sunt. Isa. 2. Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnẽ arrogantem. Luc. 19. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, &c. Ergo super eos, qui nunc exultãt, & quibus quidquid volunt, licet, venient dies inexpectati, dies mortis, & iudicij, & tunc de illis Diabolus victor triumphabit, quos æterna morte percussit, sicut de ijs victores trium-

phant, quorum capita in pilis præfixa ostẽtant. Tũ reliquias eorũ, id est, corpora, proijcient in ollas feruentes, id est, in ignem gehennæ inextinguibilẽ, vbi sine fine cruciabũtur. Per aperturas exibũt ex huius sęculi delicijs, id est, per amarã, & dolore, atq; indignatione plenam mortẽ, alter alterius exitium videbit, nec poterunt sibi mutuam in tantis malis opem ferre; & deniq; proijciẽtur in Harmõ, id est, in locum æterni exilij.

HISTORIA.

8 *Venite ad Bethel.* Ironia est cum irrisione, vt Ioh. 13. Quod facis, fac citius, & Apoc. 22. Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Ac si dicat: Agite, festinate, & idololatriam exercete, & epulamini, cito enim tantorum scelerũ dabitis pœnas. De Bethel, & Galgala, & horum locorum idololatria diximus in Hos. ca. 4. n. 28. & nonnullis sequentibus.

Et afferte mane victimas vestras. Hieronymus: Ne in scelere sit vlla dilatio, diligenter, & accurate omnia facite, &c. Immolate agnum mane vitulo, sicut in templo Deo immolatur.

Tribus diebus decimas vestras. Hieronymus: In Leuitico lege præceptum est, ne quædã hostiæ in alterum diem reseruentur, & ne aliæ in diem tertium maneant, quod si remanserint, immundæ sint. Est igitur sensus: Immundas quotidie victimas cædite, & contaminata offerte sacrificia. Sed obstat huic Hieronymi explanationi, quod non ait, Hostias vestras, sed decimas vestras. Vatablus, & nonnulli alij ex recentioribus affirmant Prophetam alludere ad illud Deute. 14. Anno tertio separabis aliam decimã ex omnibus, quæ nascuntur tibi eo tempore, &c. Videlicet in eleemosynã pauperum Leuitarum, peregrinorum, pupillorum, & viduarũ. * Itaq; idem valere nunc, Tribus dieb⁹, ac si diceret, Tertio anno; docent enim dies plurali numero apud Hebr. pro anno accipi. Vt Leu. 25. Habebit licentiam redimendi, donec vnus impleatur annus. Pro quo est in Heb. Dies erunt redemptio eius. Quod ex alijs locis confirmari potest, Exhod. 13. Custodies huiusce modi cultum statuto tempore à diebus in dies, id est ab anno in annum, 1. Reg. 1. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus. Heb. A diebus in dies, id est, ab anno in annũ. Et 2. Reg. 14. Et quando tondebat capillum, semel autem in anno tondebatur. Hebræ.

Leu. 7.

9 Dies pro anno.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Attondebat caput à fine dierum ad dies, id est, ab anno in annum Quare errãt, qui interpretantur: Transibant multi dies ab vna tonsione ad alteram. Male etiam Iosephus interpretatus est lib. 7. Antiq. ca. 9. cum ait: Tanta autẽ fuit eius cæsaries, vt intra octauum quemque mensem ad ducentos siclos accresceret: non enim octo menses in scriptura significãtur, sed annus. Sed redeo ad viros doctos, de quibus loquebar, qui non viderunt verum quidem id esse, cum absolute ponuntur dies, vt iam demonstrauimus: at cum numerus dierum designatur, vt si dicatur Tres dies, aut quatuor; ne quaquam anni intelligũtur, sed dies, alioqui inexplicabilis oriretur ambiguitas, nec scire vllo modo possemus annos ne numeraret scriptura, an dies. Vt Gen. 24. Maneat puella saltem decem dies apud nos. Num decem annos mansura erat? Exh 8. viam triũ dierum pergemus in solitudinem, & sacrificabimus Domino Deo nostro? * Num viam trium annorum dicebant? Multa sunt in scriptura, quæ palam hanc eorum adnotationem redarguant. Exho. 20. Sex diebus operaberis, septimo autem die sabbathum Domini est. Et ibidem: Sex enim diebus fecit Dominus cœlum, & terram. Nullam igitur hic locum habet horum autorum interpretatio, quam ipsi acutissimam iudicabant. Quare audacter sanè, & inconsultè Sanctes Pagninus, vir alioqui eruditissimus transtulit: Post tres annos decimas vestras, falsam expositionem (quod aliquoties facere solet) in sacram scripturam inferens. Sunt qui putent decimarum nomine dona quælibet intelligi Deo oblata, vt autor Phraseon sacræ scripturæ docet, probatque ex Gen. 4. vbi Abraham è bello rediens decimas Melchisedec obtulit, id est, honorifica munera, ita enim interpretatur, quomodo etiam accepit in eiusdem loci commentarijs Caietanus. Sed profecto hæc expositio non obscure aduersatur Pauli Apostoli sententiæ, qui sæpe hoc inculcans Heb. 7. nunquam dona vocat, sed decimas. Nec efficeret quidquam eius argumentatio, nisi acciperet proprie decimas, id est, non pro munere oblato Melchisedec, vt regi, sed pro parte decima oblata sacerdoti, sicut postea lex præcipit. Quam argumentationem eleganter exponit S. Thom. 3 part quæst 22. A. 6. & Latius quæst. 31. A. vltimo. Et ipse Apostolus satis indicat, quid velit. Intuemini (inquit) quantus sit iste, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filijs Leui sacerdotium accipientes mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: quãquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, &c.

* Optarem sanè vt hoc alijs testimonijs confirmare possent, tunc enim facile omnia explanarentur, diceremusque cum Ruperto & Lyrano verba fieri de tribus diebus, quibus in templum veniebant cum muneribus: eo enim exemplo decem tribus veniebant ad templa vitulorum suorum. Sed quoniam non video vnde id, quod hi autores volunt, possit confirmari satis, & illa semper præferẽda expositio est, quæ potest vocabulorum retinere proprietatem, nos ita exponamus. Hebræi tertio anno festos dies celebrare, & in templum venire iubebantur Exho. 23. His autem diebus deferebat populus decimam aliam præter eã, quã soluebat sacerdotibus, vt in tẽplo comederet, sicut legimus Deute. 14. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in cõspectu Dñi Dei tui, in loco quẽ elegerit, vt in eo nomẽ illius inuocetur, decimã frumẽti tui, & vini & olei. Et postea: Et comedes corã Dño Deo tuo, & epulaberis tu, & domus tua, & Leuita, qui intra portas tuas est. Quæ quoniã. c. 12. vbi de eadem decima loquitur Moyses, Lyra. male interpretat° est de carnibus animalium, quæ offereban tur: etsi verbis ipsis legis satis arguitur, Hieronymum testem citabo in illud Eze. 45. Et hæ sunt primitiæ, quas tolletis. Quo loco de priori decima locutus, Erant quoque (inquit) & aliæ decimæ, quas vnusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, vt comederet eas, cũiret ad templum, in vrbe Ierusalem, & in vestibulo templi: & sacerdotes, ac Leuitas inuitarent ad conuiuia, &c. * Seruabant igitur has decimas ex collectis fructibus, & anno sequenti illis tribus diebus, quibus templum adibant, cum Leuitis suarum ciuitatum comedebant. Eundem ritum imitabãtur Israelitæ veniẽtes in tẽplũ vitulorũ, quos erexit impi° Ieroboha, vt nihil min° viderent habere duab° tribub°. Hoc igit nũc irridendo dicit: Agite, venite ad Bethel

& ibi tribus illis diebus, quibus in anno venitis, consumite decimas vestras cum sacrificiis vestris in vitulorum honorem.

TROPOLOGIA.

Illis nunc loquitur, qui idola adorãt, gloriam, honores, pecunias, voluptates, & seruiunt creaturæ, potius quã creatori, qui est benedictus in sæcula. Quidquid enim serui Dei faciunt in honorem Dei, faciunt illi in honorem idolorum suorũ, sicut Israel offerebat vitulis aureis, quidquid Iudas, & Beniamin offerebãt Deo vero in tẽplo. Immo, quod nobis ingenti pudori esse debet, multo studiosius, & patientius laborant, qui res fluxas, & caducas consectantur, quam nos, qui bona quærimus cœlestia. Hinc illos videas tot noctes ducere insomnes, tã solicite, & anxie discurrere, nihil prætermittere, nullis aut laboribus, aut periculis parcere. Hæ sunt victimæ, quas isti suis idolis immolant, hæ decimæ, quas in templum deferũt.

13 HISTORIA.

Et sacrificate de fermento laudem. Agite etiam, offerte panem fermẽtatum in laudẽ, scilicet, Dei, siue (vt Aquila transtulit) in eucharistiam, id est, in gratiarum actionẽ. Irrideret eos, quod etiam in hoc legem violarẽt, quoniam Leu. 7. scriptum est: Hæc est lex hostiæ pacificorum, quę offertur Domino: si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento, &c.

TROPOLOGIA.

Et sacrificate de fermento laudem. Interdum hi eleemosynas, aut preces, aut ieiunia offerunt, sed offerunt tamen hostias Deo non placentes, quia vere nõ Deum, sed gloriam suam, aut emolumenta sua quærunt, & nõ, ita vt Deus præcepit, offerunt. Greg. hom. 22. in Euang. Panes sine fermento comedit qui recta opera sine corruptione vanæ gloriæ exercet, qui mandata misericordiæ sine admistione peccati exhibet, ne peruerse distipiat, quod quasi recte dispensat. Hoc quoque peccati fermentum bonæ suæ actioni miscuerant, quibus Prophetæ voce per increpationem Dominus dicebat: Venite ad Bethel, & impie agite. Atque post pauca: Et sacrificate de fermento laudem.

14 HISTORIA.

Et vocate voluntarias oblationes, & annuntate. Cum huiusmodi hostias obtuleritis, vocate istas vestras oblationes volũtarias, siue spontaneas, & ita coram omnibus prędicate gloriantes quasi nihil lege præceptum omiseritis. Hostię pacificę vocabantur etiã spontaneæ, siue voluntariæ, vt videmus Nume. 29. Tota oratio ironica est, quasi dicat: Nihil habent istæ vestræ hostiæ, vnde hostiæ spontaneæ vocari possint, cum contra legis præceptum eas offeratis cum pane fermentato.

Sic enim voluistis. Aperit cur ironice loquatur, ita enim vos vultis facere, nec mihi parebitis si aliud præcipiam.

TROPOLOGIA.

Cum admistione fermẽti, & corruptionis actiones huiusmodi illorum vitientur, tamen videri volunt, & ita de se prædicant, hostias Deo gratissimas obtulisse.

HISTORIA.

Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium. In Hebr. est נקיון, ideoque non solum recentiores interpretes, sed Aquila etiam, & Symmachus verterunt hic, Dedi vobis munditiem dentium. Quam interpretationem Hieronymus etiam recipit, aitque magnitudinem famis declarari, tũc enim mundi sunt dentes, cum nihil mandunt. Itaque & nos libenter eam admittimus, nam mũditiem hoc vocabulo significari non est dubium. Sed præterenda est nostra translatio, quoniam de fame statim ait: Et indigẽtiam panum in omnibus locis vestris. * Primum Lxx ita trãstulerũt, quos Hier. maluit sequi, vt ipse ait, γομφιασμὸν ὀδόντων, id est, stuporem dentium. Et Chaldæus: אקהיות שבני stupo rem dentium. In stupore autem dentium dolor quidam declaratur cum indignatione mistus, quasi nos culpa nostra illum nobis pepererim°, qualis est in ijs, qui acerbos, & immaturos fructus comederunt, suaque intemperantia ita dentes hebetarunt, atq; obstupefecerunt, vt eis vti nequeant ad mandendum: inde enim metaphora desumpta est. Eccl. 30. Non corrideas illi, ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui, id est, tibi ipsi maxime indignaberis, quod molliter filium educaueris. Vnde merito Dominus Ierem. 31. & Ezec. 18. irascitur Iudæis dicentibus: Patres nostri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Incusabunt enim diuinam prudentiam, quod cum non soleant stupere dentes, nisi eorum, qui acerbum aliquid ederunt, ipsi, qui nihil comederant, dentium stuporem paterentur, id est, cum alij peccassent, alij plecterentur. Dedi ergo vobis stuporem dentium, id est, sæpe vos

Stupor dẽtium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puniut,& dolebatis, atque indignabamini videretis vos ipsos vobis tanta mala conciliasse. Quæ autem fuerint hæc mala continuo exponit. Quod autem Ruffinus,& quidam dicunt dentes nihil mandendo stupere, quasi insensibiles factos probabo, si id experientia fortasse doceat, aptiores enim,& alacriores fame fieri videntur.

TROPOLOGIA.

16 Quantum dentium stuporem patiantur ij, qui idola sua,& suos Deos aureos, & argēteos,& lapideos colunt, illi maxime sentiunt, qui experiuntur, aut aliquando experti sunt. Edunt si quidem vuas immaturas,& poma immatura, id est, volunt explere suas libidines,& animo suo satisfacere,& cum voluptates Deus in futuram vitā distulerit, ipsi in hac vita, quasi immaturas sectātur: ex quo necesse est, vt conscientia peccatorum suorum torqueantur, atque timore futurorum suppliciorum,& sibi ipsis irascantur, quod æterna bona breui voluptatula commutauerint, nec animo suo moderari voluerint. Quod quid est aliud, quam dentium stuporem pati? Ita dentes Esau stupuerunt, cum agnouit se vili esca primogenita sua perdidisse. De quo rectè Paulus apostolus: Ne quis, inquit, fornicator, aut profanus, vt Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitētiæ locū, quam quā cū lacrymis inquisisset eam. Sed multo tristius,& intolerabilius illis dentes obstupescent, nisi maturè ad Deum conuertantur, fiet enim quod est in libro Sapientiæ: Videntes turbabuntur timore horribili,& mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se pœnitentiam agentes,& præ angustia spiritus gementes,&c. Nec enim erit ibi tantū stupor, sed etiam fletus,& stridor dentium.

HISTORIA.

17 *Et indigentiam panis in omnibus locis vestris.* Hoc dicit, quoniam magna fames præcesserat tempore Eliæ,& Achab regis Israel. 3. Reg. 18. & tempore Elisæi & Ioram regis Israel. 4. Reg. 8. quæ fames fuit septem annorum.

TROPOLOGIA.

De indigentia panis, qua huiusmodi homines semper vbique conficiūtur, semper voluptates captantes,& tenentes & semper famescentes, diximus Hos. 4. n. 19. an illud: Comedent,& non saturabuntur. Præclarè etiam hoc in prodigo filio expressum est, qui dissipauit substantiam suā viuēdo luxuriosè. Et postquā omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa,& ipse cœpit egere. Et abijt,& adhæsit vni ciuium regionis illius,& misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere vēntrē suū de siliquis, quas porci māducabant, & nemo illi dabat. In se autē reuersus dixit: Quāti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus, ego autem hic fame pereo.

18 HISTORIA.

Cum adhuc tres menses superessent. Videlicet cum maxime necessarius erat imber. Significat autem, vt ait Hieron. extremum Aprilis, quo tempore incipit pluuia serotina, quando herba turget in messem,& triticum parit, arescitque prorsus, si desit imber.

Et plui super vnam ciuitatem. Ne putaretis hoc lege naturę,& astrorum cursu, ac varietate fieri, super vnam ciuitatem pluere, super alteram non pluere.

Pars vna compluta est. In eadem ciuitate pars vna compluebatur, altera non compluebatur. Chaldæus super hęreditatem vnā descendet pluuia, at hęreditas super quā non descenderit pluuia, arescet. Hæc omnia tēpore Eliæ maximè contigerunt, & Elisæi.

TROPOLOGIA.

De illo imbre intelligamus, de quo dictū est: Et nubibus mandabo, nè pluuiant super eam imbrem, id est, doctrinam veram,& salutarem, sanctæ enim prędicatores nubes dicuntur. Orig. hom. 5. in Iere. Ita vnusquisq; sanctorum nubes est. Moysēs nubes est,& quasi nubes loquebatur: Attende cœlum,& loquar,& audiat terra sermonem ex ore meo, expectentur, vt pluuia verba mea. Si non fuisset nubes, nunquam dixisset, Expectentur vt pluuiā verba mea,& descendant, vt ros eloquia mea. Similiter & Esaias vt nubes loquebatur: Audi cœlum,& auribus percipe terra. Et quia ipse nubes erat, sciebat alias nubes comprophetantes sibi, ideo vaticinans aiebat: Mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrē, &c. * Et quoniam Deus humiles maximè eligit, vt nubes sint, dictum est Psalmo. 134. Educens nubes ab extremo terræ, vt idem Origenes statim ait: Siquis ergo sanctus custodiens præceptum saluatoris factus fuerit in hac vita nouissimus, fit nubes

Et

Et educit Dominus nubes non à primis terræ, non à consulibus, non à iudicibus, non à diuitibus: beati enim pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum cœlorum. Vides quomodo ab extremis educat Deus has corporeas nebulas? Propterea si volumus nubes fieri, ad quas perueniat veritas Dei, nouissimi omnium hamus. Quod autē sequitur: *Et plui super ciuitatem vnam, &c.* Eleganter Gregor. exposuit hom. 10. in Ezec. Cum enim, inquit, sanctæ exhortationis verba alia mens suscipit, alia suscipere recusat: super vnam ciuitatem Dominus pluit, & super alteram non pluit. Cū vero & ipse, qui proximos audit, ab alijs se vitijs corrigit, atque ab alijs emendare cōtemnit, vna, eademque ciuitas & ex parte compluitur, & ex parte arida remanet, in qua à se prædicationis pluuiam repellit,&c. In imbre etiā recte intelligimus Spiritus sancti gratiam, sine qua nihil boni anima germinat, quod qui nouerat, dicebat: Anima mea tanquam terra sine aqua tibi, velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. De eadem dictum est: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuæ,& infirmata est, tu vero perfecisti eam. Quam sæpe Dominus iratus peccatis nostris denegat, cum adhuc tres menses supersunt vsque ad messem, id est, cum maxime necessaria nobis est, cum in maiori periculo tentationum versamur. Non quod misericors & miserator Dominus gratiam cuiquam subtrahat, qua possit, si velit, omnibus tentationibus resistere: sed quod maiorem etiam præstaret, qua omnino vinceremus, nisi nos male ea, quā præstitit, vsi fuissemus.

20 *Et venerunt duæ, aut tres ciuitates.* Hoc dicit, quoniam terra illa aquarum inopia laborat, ideoque in cisternis eas seruant, vt bibant, vnde illud Ierem. 2. Et foderunt sibi cisternas,&c. Quare, si imbres diuina ira suspenderit, maius sitis, quam famis periculum est, vt ait Hieronymus.

TROPOLOGIA.

Sæpe hi, de quibus diximus, doctrinam quærunt, nec tamen satiantur, quia non inuenitur magistros inuenire, qui factis, & verbis doceant, & ex animo orent pro ijs, quos docent, gratiamque pœnitentiæ illis impetrent.

HISTORIA.

Percussi vos in vento vrente, & in aurugine. Segetum,& vitium, & arborum pestes nominat, quibus eos afflixit, non vt affligeret, sed vt ad se per pœnas reuocaret: qui tamen ita obsurduerant, vt neque ita quidem Deum vocantem audierint. Ventus vrens dicitur, שְׁדָפוֹן à שָׁדַף, quod est, exaruit. Lxx πύρωσις, id est, crematio aut combustio. 3. autem Reg. 8. verterūt, ἐμπυρισμός, quod idem est, Aquila, Symmachus, Theodotio, ἀνεμοφθορία, id est, aeris corruptio, eodemque modo verterunt Lxx. 2. Paralip. 6. & Hieronymus. 3. Reg. 8. corruptus aer. Est autem aer, siue ventus calidissimus segetes exurens, qui & vredo dicitur, quo spicæ tumescentes omni penitus succo priuantur, & vruntur. Aurugo Hebræ. יֵרָקוֹן, Lxx, ἰκτερος, qui morbus est pallorem maximum inducens, omnesque ita verterunt præter Theodotionem, qui transtulit, ὠχρίασις, id est, pallorem. Sed & Lxx verterunt ὠχρος, id est, pallor, Deuteronom. 28. Hieronymus, rubigo ibidem, hic aurugo. * Deuter. 28. Percutiat te Dominus egestate, febri,& frigore, ardore,& æstu,& aere corrupto, ac rubigine. Dicitur autem aurugo, vel ærugo, quoniam tunc culmi pallescunt in modum auri, vel æris,& arescunt paulatim. Hic autem color est in ictericis, qui morbus eadem ratione Cornelio Celso,& Apuleio, dicitur aurugo ab auri colore, quem efficit. Et quoniam idem color ex timore oritur, scriptum est Ierem. 38. Et conuersæ sunt vniuersæ facies in aurugine. Rubigo autem proprie metallorum pestis est, inde ad segetes,& similia transfertur, quod segetes perdat, atque consumat, nimio enim humore culmi pallescunt & grana in cinerem conuertuntur. Eadem causa in nostra translatione vocatur ærugo, quod spicæ exustæ colorem æris contrahant. tertio Regum. 8. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo. Quamuis 2. Paralipom. 6. vbi sunt in Hebræo eadem verba, Hieronymus pro שְׁדָפוֹן, id est, vento vrente, siue vredine, vertit, Aerugo,& pro ærugine, Aurugo. Fames si orta fuerit in terra,& pestilentia,& ærugo (pro quo verterat, Et corruptus aer) & aurugo. Sed hoc fecit, quoniam, vt diximus, vento vrente spicæ pallescunt,& æris colorem assumunt: arbitror enim hæc nomina nostro interpreti colorem significare, auruginem auri, æruginem æris, sicut

Venti vrens.

Arugo, Rubigo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ferrugo sæpe colorem terri, quamuis alij nonnihil dissentiant, sed nos tunc id agimus, vt nostræ translationis verba interpretemur. Simul etiam interpretati sumus Haggæi verba cap. 2. Percussi vos vento vrente,& aurugine. Hæc omnia ira euenisse intelliget, qui legerit. 3. Regum capite. 18.

TROPOLOGIA.

22 Libido ventus vrens.

Ventus vrēs quid est, nisi æstus libidinis, quo Deus iusto iudicio suo percuti finit superbarum segeres animarū, ex quibus magnus prouentus sperabatur,& repente in cinerem vertuntur,sicut poma Sodomæ. Aurugo in frugibus ad eius morbi similitudinem dicitur,qui in hominibus videri solet, & icteros Græcè dicitur. Hic siue icterus, siue aurugo dicatur, felle diffuso ruborem sanguinis(vt Hier.ait)in pallorem commutat,& nihil in corpore sani esse permittit,in tantum vt etiam mella dulcissima amara videantur. Et qui dudum audiebant in Ecclesia:Gustate & videte quoniam suauis est Dominus,ipsique dicebant:Quam dulcia gutturi meo eloquia tua super mel ori meo,vocantur παροπτηρίνοντες,(id est,ad amaritudinem prouocātes)& aquæ eorum, & pluuiæ nō stillent dulcedinem, nec sint de repromissionis terra, quam legimus lacte & melle manantem,sed appellentur Marà, id est,amaritudo. Isti multiplicauerunt sibi hortos,in quos,ne sua vinea mutaretur,Naboth occumbere voluit. Hæc Hier. Pallescit igitur horū anima, & arescit,quia oblita est comedere panem suum,& tota felle impletur,sibique displicet,& mella diuini verbi,promissionesque bonorum cœlestiū, & exhortationes virtutum,amarissima iudicat.* In eo autem quod ait *Oliueta vestra, & ficeta vestra comedit eruca*:Inuidia,quæ indiuidu⁹ comes est superbiæ,eruca significatur,quæ bona in anima exorta consumit & deuorat ferè sine vllo sensu. Eruca enim(vt Hiero.ait)non auolat,vt locusta, & huc illucque discurrens semesa dimittit,sed permanet perituris frugibus,& tardo lapsu,pigrisque morsibus vniuersa consumit. Ita inuidia semper animi bona exedit,nec auolat,aut quiescit donec omnia, quæ potuit, absumpserit. Gregor. 5. capite. 34. Inuidia, cum mentem tabefecerit, cuncta, quæ inuenerit,bene gesta consumit. Vnde bene per Salomonem dicitur: vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia. Quid enim per vitam carnis, nisi infirma quædam, ac tenera, & quid per ossa nisi fortia acta signantur? Et plerumque contingit, vt quidam cum vera cordis innocentia in nonnullis suis actibus infirmi videantur: quidam vero iam quædam ante humanos oculos robusta exerceant, sed tamen erga aliorum bona intus inuidiæ pestilentia latenter tabescant. Bene ergo dicitur, Vita carnium sanitas cordis: quia si mentis innocentia custoditur,etiam,si qua foris infirma sunt, quandoque roborantur. Et recte subditur:Putredo ossium inuidia, quia per liuoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. Ossa quippe per inuidiam putrescere est quædam etiam robusta deperire.

Psal. 33. Psal. 118.

3. Reg. 21.

23 Inuidia comes superbiæ.

Prou. 14.

HISTORIA.

Misi in vos mortem in via Ægypti. Hic locus aptissimè videbatur explanari ex illo Hos. 7. Ægyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt,& cum profecti fuerint, expandam super eos rete meum. Atque ita exposuit Ruffinus. At cum id contigerit tempore Hoseæ regis Israel,cum capta est Samaria ab Assyrijs,vt ex. 4. Reg. 17. intelligitur, & suo loco diximus,non potest ad hæc verba Hamos referri,qui rem iam factam narrat;& cum hæc prophetabat, nondum regnauerat Hoseæ,prophetauit enim sub Hozia rege Iuda,& sub Ieroboham rege Israel. Illud minus probabile, quod quidam dixit, Prophetam loqui de clade,quam Ioachaz rex Israel accepit à rege Syriæ. 4. Reg. 13 ea enim contigit in Samaria,vt scriptura subindicat,& ex Iosepho. 9 Antiq. c. 9. apertius intelligi potest. Ad hæc cum Syria sit versus septemtrionem Samariæ, Ægyptus vero sit ad Meridiem,atque inter Samariam, & Ægyptum sita sit Iudæa,cum qua paulo ante fœdus inierat idem Syriæ rex. 4. Reg 12. quomodo fingi potest hanc stragē editam fuisse in via AEgypti:Sed sciamus tam duas tribus,quam decem sæpe solitas esse auxilium petere ab AEgyptijs:nam cū bello frequenter infestarentur à Syris, & ab Assyrijs, qui Aquilonares erant non habebant,quo confugerent,nisi ad AEgyptios, qui erant ad Meridiem. Palæstinos enim, & Idumæos, qui viciniores eis erant, infe-

25 infestissimos semper habuerūt. *Hoc autē Deo ingratissimum accidebat,qui ab se auxilium potius peti volebat. Ita Hosee misit nūtios ad Sua regem Ægypti, 4. Reg. 17.& Isa. 20. legimus: Et timebunt,& confundentur ab Æthiopia spe sua,& ab Ægypto gloria sua. Et dicet habitator insulę hui⁹ (id est, Ierusalem, quæ vicinarum gentium fluctibus tunditur, vt exponit Hiero.) in die illa: Ecce hæc erat spes nostra ad quos confugimus in auxilium, vt liberarēt nos à facie regis Assyriorum, & quomodo effugere poterimus nos? Et cap. 36. dux regis Assyriorū loquitur Ierusalem: Super quem habes fiduciam,quia recessisti à me? Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum,super Ægyptum,cui si innixus fuerit homo, intrabit in manū eius,& perforabit eam. Sic Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo. Iere. 2. Et nūc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam? Et postea. Et ab Ægypto cōfunderis, sicut confusa es ab Assur. Huiusmodi occurrunt multa in his,atq; in alijs prophetis. Nam & illud Hos. 7. Ægyptum inuocabant, quasi consuetudinem confugiendi continuo ad Ægyptios indicat. Intelligimus ergo ex his verbis Hamos multos eorum,qui in Aegyptum auxilij petendi causa profecti fuerāt, in via perijsse, vel morbo, vel fame, vel hostium manu,vt ita tandem intelligerent displicere petitionē illam Deo, discerentq; in posterum non in Aegyptiorum auxilio,sed in Dei bonitate spes suas omnes collocare. Atque ita hæc Hiero. exposuit, cui Ruper. Glossa interl.& Lyranus accedunt.

26 Desolatio rēs sæculi omnis repetendæ.

TROPOLOGIA.

Filij Israel fuerāt olim in Aegypto, vnde in manu potenti,& brachio excelso educti iterum eadem via redire prohibētur, Deut. 17. Non multiplicabit sibi equos,nec reducet populū in Aegyptum equitatus numero subleuatus, præsertim cū Dominus præceperit vobis, vt nequaquam amplius per eādem viam reuertamini. Postquam Deus è sæculi voluptatibus hominē euocat, quibus olim tenebatur, nō est vllo tempore ad eas redeundum,sed in Deo lætādum est,& ab eo semper expectādum, quod animum satiet, atque oblectet. Si dolor magnus, si tentatio vehemens ingruerit,non ad sęculi,sed ad Dei consolationem cōfugiendum est. Quare recte per Ieremiam ait Dominꝰ reuertenti in Aegyptum: Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidā? Et quid tibi cum via Assyriorum, vt bibas aquam fluminis? Arguet te malitia tua,& auersio tua increpabit te. Poteras, inquit, haurire aquas purissimas in gaudio de fontibus Saluatoris,cur queris aquam turbidā, & lutulentam Aegypti? Quoniam igitur sæpe fit, vt dum homines boni ad relictas consolationes sæculi redeunt,vitam animę paulatim amittant, bene ait: Misi in vos mortem in via Aegypti.

HISTORIA.

27 *Percussi in gladio iuuenes vestros.* Hoc, & si fieri potuit, vt in via Aegypti contigerit, libentius à præcedentibus separauerim, vt noua historia sit: nam magnæ cuiusdā stragis meminit,si quidem ait: Et ascēdere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, quod in euntes in Aegyptum non videtur satis conuenire,qui castra nō habebant. Præterea rem tam insignem non est probabile præteritam esse à sacra historia. Quare mihi videntur hæc dici de exercitu Israel maximo cæso à rege Syriæ tempore Ioachaz regis Israel,non in via Aegypti sed in Samaria. De quo ita 4. Reg. 13. Et nō sunt derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites,& decē currus, & decē millia peditū, interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerē in tritura areæ. Cū decem mille pedites relicti fuerint,& equites tātum quinquaginta, apparet equos nō plures quinquaginta reliquos fuisse, ceteros auectos fuisse ab hostibus. Quod optime conuenit cū eo,quod nunc ait Hamos: Percussi in gladio iuuenes vestros vsque ad captiuitatem equorum vestrorum.

TROPOLOGIA.

28 Quid perdant ij qui diu in peccato morātur.

Cum iuuenes gladio percutiuntur, fortissima exercitus pars perit:illi enim sunt, qui prælia gerūt,senes relinquūtur, effeta ætas, & bello inutilis. Ita cū homines diu in peccato morantur, nec Deū per pœnitentiam placare sibi studēt,iuuenes,id est,fortissimę cogitationes,quæ Diabolo olim resistebāt, & bellū Dñi præliabantur,genitæ in aniṁa per CHRISTVM renouata paulatim intereunt,& relinquuntur senes. i. veteris hominis cogitationes,quales in eo erāt, antequā per CHRISTI gratiam renouaretur: quibꝰ nō prælium curæ est, sed quies, & remissio. Capiūtur etiā equi bellatores,quibus iuuenes pugnabant,id est,scripturarum sanctorumq; patrū sententię diu domi seruatæ,&

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad bellum quasi saginatæ, de quibus Salomon, Equus paratur ad diem belli. Nã qui Deo diligenter inseruire studeṅt, multa in oratione ab eo documenta percipiũt, multa ex scripturæ, patrumque libris colligunt, quæ pugnaturæ aduersus dæmones animę quasi equi quidam sunt ad diem belli, illis enim recta irruit in hostes intrepide, & secũ opus est, à pugna recipit, & imbecillitatem suam mirabiliter sustentat. Quoniã autem interdum non solum illæ fortes, & deliberatæ cogitationes pereunt, sed etiã per desuetudinem orationis, & sacræ lectionis documenta illa excidunt, recte dicitur: Percussi, id est, percuti permisi, iuuenes vestros vsq; ad captiuitatem equorum vestrorum. Quare non est mirum, si ex tot cadaueribus ascendat putredo in nares eorũ, & vehementi conscientiæ accusatione quasi putredine cadauerum infestentur. Prou. 21.

HISTORIA.

29 *Subuerti vos.* Hac clade sub Ioachaz rege, de qua nũc loquebamur, & fame illa temporis Eliæ, & multis alijs id genus calamitatibus pene subuersi sunt, atq; excisi instar Sodomæ, & Gomorræ. Quod autem ait *Sicut subuertit Deus Sodomam*, &c. more scripturæ de se loquitur, ac si de alio loqueretur. Adnotat etiam Euse lib. 5. de Demonst. Euang. c. 23, patrem hic loqui, & de filio dicere, Sicut subuertit Deus Sodomam, &c. quod filius alia persona diuina sit, sicut & in Sodomæ ipsius euersione dictum est Gen. 19. Igitur Dominus pluit super Sodomã, & Gomorram sulphur, & ignẽ à Dño. Quod & alijs testimonijs comprobat Euseb. *Et facti estis quasi torris raptus ab incendio*, qui totus igne absumeretur, nisi inde ereptus esset: ita vos omnino periretis nisi ego supplicia cohibuissem.

TROPOLOGIA.

Sodoma, & Gomorra propter nefandas libidinum turpitudines cœlitus demisso igne perierunt: ita qui à Deo recedũt vt cum idolis suis fornicentur, & nefaria patiãtur illis subditi, nec vllam diuinæ legis rationem habeant, plectuntur igne variarum cupiditatum, quibus miserrimè inseruiũt, & sulphure, id est, fœtore vitiorum omniũ. Sed fiunt dum in hac vita tolerantur, quasi torris raptus ab incendio, quia non penitus omnia amittunt, manent in eis fides, & quędam semina virtutum, manent ipsi in Ecclesia, dum per infidelitatem non exeunt, vbi & verba vitæ æternæ sæpe audiunt, & sacramenta habent. Sed si redire nolunt ad Deum, mittetur torris in æternum incendium.

HISTORIA.

30 *Qua propter hæc faciam tibi Israel.* Iterũ eadem calamitates inducam in eos, qui ex te remanserunt. Hiero. Cumque dixerit: Hęc faciam tibi, quid facturus sit tacet: vt dum ad singula pœnarum genera Israel pendet in certus, quę ideo terribiliora sunt, quia omnia suspicantur, agat pœnitentiam ne Deus inferat quæ minatur, &c. Possumus etiam addere, hoc dictum esse iuxta consuetudinem hominum, quam sæpe obseruat scriptura, non audentium mala, & infortunia nominare, quasi boni ominis causa, & præ timore, & detestatione illorũ. Hinc orta est illa iurandi formula, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, sæpe repetita in scriptura, vt 1. Reg. 3. & 14. & 3. Reg. 19. Nec cũ (vt nõnulli putauerũt) multa prius malorum genera recensebãt, & postea addebant, Hæc mihi faciat Deus, neque id vnquam in scriptura inuenimus: sed tantũ modo dicebãt, Hæc mihi faciat Deus, &c. quasi mala illa vellent nominare, nec auderent, sed intelligi mallent, quam dici. Iterando illa verba mihi faciat Deus.

31 *Postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel.* Monet & hortatur decem tribus, vt postquam captæ fuerint ab Assyrijs, ne penitus despondeant animum, sed præparent se in occursum Dei sui, ideò, vt cum Euangelium eis prædicatum fuerit per apostolos, CHRISTVM Deum suum agnoscant, & recipiant: sicut fecit Hoseas cap. vltimo. Ideo Lxx transtulerunt: Præparare vt inuoces Deum tuum.

TROPOLOGIA.

Non punit Deus quasi crudelis, sed quasi pius, tunc etiam cum peccata peccatis plectit: ideirco eos admonet, quos percussit, vt intelligant quid his pœnis ipse efficere velit, nec putent se iam à Deo esse relictos, sed cum maximè videntur abiecti, & reprobati, tunc sese erigãt spe diuinæ bonitatis per CHRISTVM, & Deum inuocent, ac se in occursum Dei præparent. Nemo tam desperatæ salutis est, tã omnibus vitijs inquinatus, vt non veniat ad eum Deus per sanctas inspirationes, vt errantem reducat ad se. Tunc ergo ò Israel, ò quicunq; Deo olim seruisti, & nunc turpissimis cupiditatibus

seruis,

seruis, cum Deum ad te venientem senseris, præparare vt ei occurras, ostiumque cordis tui benignissimo, atque beneuolentissimo hospiti aperias, & cum vocem eius audieris, noli obsurdescere, noli fugere, vt Adam, non enim te quærit vt iudicet, sed vt saluum faciat.

HISTORIA.

32 *Quia ecce formans montes, & creans ventum.* Huiusmodi verbis solet Deus ostendere omnipotentiam suam, vt Ierem. 10. Deum his signis discernit à dijs gẽtium: & verum, atque omnipotentem esse demõstrat. Qui facit terram in fortitudine sua, præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extẽdit cœlos. Ad vocem suam dat multitudinem aquarũ in cœlo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ, fulgura in pluuiã facit, & educit ventũ de thesauris suis. Et Iob. 9. Qui transtulit mõtes, & nescierũt ij, quos subuertit in furore suo. Qui commouet terrã de loco suo, & colũnæ eius cõcutiuntur. Qui præcipit soli, & nõ oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo. Et cap. 38. Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ, &c. Perinde est igitur ac si diceret: Præparare vt CHRISTVM venientem recipias, quoniam ipse, qui tũc veniet creator omnium est, & omnipotens, qui montes, & altissima quæque virtute sua creauit, & ventos fecit, 33 vnde tempestates generantur, & omnia in terra concutiuntur. * Simile est illud Iob. 38. Quis dedit (scilicet, nisi ego) vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui, vt plueret super terram absque homine in deserto? &c. Et Psalm. 147. Qui dat niuem, sicut lanam, nebulam, sicut cinerẽ, spargit. Inde etiam toties apud Homerum, νεφεληγερέτα Ζεὺς, id est, nubium cõgregator Iuppiter. Ceterũ quoniam Lxx verterunt, Creans spiritum, hæretici contendebant hinc probari Spiritum sanctum esse creaturam. Quos Hieronymus refellit affirmãs nõ de Spiritu sancto loqui Prophetam, sed de vento, aut certe de spiritu hominis, id est, de anima, iuxta illud quod scriptum est Psal. 103. Auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Ambros. vero lib. 2. de Spiritu sancto, cap. 7. copiosius in eosdem hæreticos inuehitur, probatque ex contextu ventum hic accipi nomine spiritus, prius enim ait iuxta Lxx: Firmans tonitruum, & postea sequitur: Et creãs spiritum. Si de Spiritu sancto (inquit) dicere voluisset, nõ de tonitruo vtique prę-misisset: neque enim antiquiora tonitrua sunt quam Spiritus sanctus, quamuis impij sint, tamen id non audeant dicere. Deinde cum subiectum videamus esse de luce, ac nebula, nonne manifestum est quod de creatura mundi dictum intelligendum sit. Hæc, & plura erudite Ambrosius, quæ desumpsit ex Didymo lib. 1. de Spiritu sancto versus finem. Addit idem Didymus spiritum, cum pro creatore spiritu ponitur, semper aut articulum habere apud Grẽcos, aut certe aliquid, quod eius magnificẽtiam indicet, hic autem sine articulo poni, vt intelligamus ventum significari.

TROPOLOGIA.

Ne desperes salutem tuam, omnipotens est qui te vocat, quamuis tu infimus sis, ipse creauit montes, id est, apostolos, & prophetas, & martyres, & quotquot altitudine sanctitatis eminuerũt. De quibus dicitur Psal. 71. Suscipiant mõtes pacem populo, & colles iustitiam. Et Psal. 75. Illuminans tu mirabiliter à mõtibus æternis, id est, per sanctos tuos, qui, sicut montes luce pleni æternum fulgebunt, mirabiliter aliorum hominum tenebras illuminas. Vide Augustinum ita late exponentem. Omnium vero mõtium maximus mõs est beatissima virgo Maria, quæ mons est in vertice montium, id est, super omnium hominum sanctitatem eleuata est, vt interpretatur Gregorius in caput primum lib. 1. Regum. in illud: De monte Ephraim. Montes etiam dicuntur status in ecclesia sublimiores, id est, religiones, de quibus recte illud intelligi potest Ezec. 34. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. Eleganter autem dixit, Creans mõtes, postquam de Sodomæ euersione locutus est, tunc enim iustus Lot Sodoma egressus in monte seruatus est, dicente ei Domino: Salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne & tu similiter pereas. Sæculi enim turpitudines, & coinquinationes relinquentibus Deus montes, id est, religiones parauit, in quibus tutiores sint, & securius incendia fugiant Sodomorum. 34 Montes. Gen. 19.

Et creans ventum. Si legamus, Et creans 35

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritum, vt Lxx. (vtrumque enim significat רוּחַ) erit sensus, Ipse vitam animæ præbet, id est, gratiam, teq; subito potest, quãuis mortuum, ad vitam reuocare. Animæ enim vita gratia est, sicut corporis spiritus. Iuxta nostram translationem, quoniã non de vno vẽto, sed de omnibus loquitur, perspicuum est ita esse intelligendum, ac si diceret, Creans ventos. Venti interdum dona Spiritus sancti vocantur, vt docet Orig. hom. 5. in Iere. vbi verba illa eiusdem prophetæ cap. 10. Et educit ventum de thesauris suis, siue ventos, vt vertunt Lxx, singularis enim pro plurali positus est, vt in hoc Prophetæ nostri loco ita interpretatur. Sũt quidem ventorũ thesauri, thesauri spirituũ, spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cõsilij, & virtutis, spiritus scientiæ, & pietatis, spiritus timoris Dei, fortitudinis, & dilectionis, & caritatis. Potes & ipse de scripturis hos ventos congregare, & istorum spirituum inuenire thesauros. Vbi sunt isti thesauri? vtique in quo thesauri sunt scientiæ absconditi, in CHRISTO sedem habent. Inde oriuntur hi spiritus, vt alius sapiens sit, alius fidelis, alius eruditus, & alius aliud donorum Dei possideat. Alij enim per spiritũ datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ iuxta eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu. Hęc Origenes, ex cuius verbis optime intelligemus quod nunc ait Prophera. Si enim venti sunt dona Spiritus sancti, & hæc in CHRISTO sunt, illaque vnicuique distribuit, pro vt vult, recte ipse dicitur non solum formans montes, sed etiam creans ventum, id est, ventos.

Venti.

Col. 2.

1. Cor. 12.

HISTORIA.

36 * *Et annuntians homini eloquium suum*, id est, Et cum tantus sit, tamque potens, non dedignatur hominem alloqui, & docere salutaria. Ita etiam Dauid Psal. 147. demonstrata iam eius omnipotentia subijcit. Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias, & iudicia sua Israel, Lxx: Et annuntians in homines CHRISTVM suum. Quod vero quidã vertunt, Annuntians homini, quæ cogitatio eius, aut quid opus eius, parum refert, cũ trãslationem nostram magis probauerint Hieronymus, & vetustissimi interpretes, Aquila, Symmachus, Theodotio, Quinta editio, vt apud eundem Hieronymum videmus. Quamuis & sensus idem est, nam Annuntians homini, quæ cogitatio eius, quid est aliud, quam, Loquẽs homini? nam qui loquitur, cogitationes suas annuntiat. Vel, Annuntians homini quid opus eius, id est, quid facere debeat homo, docens hominem quid fieri velit ab eo.

TROPOLOGIA.

37 Homines exterius loquuntur, exterius sonant, solus corda docet Deus, & homini sine vllo strepitu verborum, aperit doctrinam suam, & tunc homo vere intelligit, & amat opus suũ, fitque, quod ait sanctus Propheta: Exibit homo ad opus suũ, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Vt merito idem dixerit: Beatus homo, quem tu erudieris Domine.

Psal. 93.

Psal. 118.

HISTORIA.

Faciens matutinam nebulam. Hoc etiam dicitur ad ostendendam CHRISTI potentiam. Sed magna difficultas est, & fere ab expositoribus prætermissa, cur potius matutinam nebulam dicat, quam vespertinã. Mihi videtur hoc significare Propheta: Ipse non solum lucem terris infundit, sed potẽs etiam est lucem exortam subita nebula obscurare, (est enim in Hebr. Faciẽs auroram nebulam, siue caliginem) vt norint homines quantum eius misericordia indigeant, cumque semper placare sibi curent. Quod latẽter dictum esse arbitror, quoniam cum ipse, qui sol est iustitiæ, ortus est, nebula interposita est Deo permittente, ne à Iudæis videretur, & agnosceretur: quomodo etiã intellexit Eusebius lib. 4. de Demonstrat. Euang. cap. 22. sed nebula illa paulatim euanescere cœpit prædicantibus apostolis, donec vespere, ideſt, ad finem mundi penitus auferatur.

TROPOLOGIA.

38 Nonnunquam sol clarus exoritur, nonnunquam nebula exoriens obscuratur, sed paulatim suis radijs nebulam vndiq; discutit, & hoc ipso clarior, & pulchrior apparet, quo serior. Ita interdum conuersio incipiẽtium, quæ est quoddam illorum mane post tenebras peccatorum, nulla tentationum molestia, & obscuritate turbatur, sed sole iustitiæ in eis fulgente cogitationes peccatorum diffugiunt, sicut ait egregius Psaltes Israel: Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ, &c. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Sed interdum in ipso conuersionis initio tentatio vehemens exurgit,

Psal. 103.

Nebula.

Tẽtationes initium.

quæ, vt nebula, tubar illud, quod apparebat, obumbrat, & molesta relictarum voluptatum recordatione animum pungit, & lacerat, vt intra se quodammodo dicat: Dum adhuc ordirer, succidit me. Sed si sol ille, qui tenebras ante fugauerat, radios suos nõ retraxerit, neque illustrare animum desierit nostris iniquitatibus repulsus, tandem nebula euanescet, & lux gratissima redibit, & fiet quod scriptum est in Iob: Miseriæ quoque obliuiscẽris, & quasi aquarum, quæ præterierunt, recordaberis. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris, vt Lucifer. Hoc igitur nunc ait Prophera: Ne timeas tentationes, quę inuadere solent incipientes, ipse enim eas facit, id est, fieri sinit in vtilitatem tuam. Verum non est totius diei nebula, sed auroræ: inualescet sol, & eam dissipabit, iterumq; luce perfruẽris.

Isa. 38.

Iob. 11.

39 HISTORIA.

Et gradiens super excelsa terræ, id est, Nihil est in terra ita excelsum, vt pedibus eius subditum non sit. Quod occultiori sensu significat, quo tempore illa matutina nebula Iudæis obijcietur, eum ambulaturum super excelsa terræ: quia cum Iudæi caligine illa obscurati blasphemabant Euangelium, reges gentium, & sapientes se se CHRISTI pedibus subijciebant.

Excelsa terræ.

Subiectæ Deo sunt omnes tentationes.

TROPOLOGIA.

Excelsa terræ sunt, quæ sunt in terra fortiora, id est, potentiores affectus, & ægritudines animi, quæ maxime in terra, id est, in terrenis cordibus dominantur. Quoniam igitur non solum in ipsis nostræ conuersionis initijs, sed etiam in progressu, quo robustiores efficimur, eo Diabolus acriores suscitat in nos tentationes, vt in Iob, in Dauidem, in Tobiam, ne quis forte terreatur, & de successu desperet, docemur gradi Dominum super excelsa terræ, id est, subiectam sibi esse vim omnem contrariarum potestatum, omnium tentationum, omnium affectuum: proinde nihil esse, quod formidet, nihil esse, quod tardetur aut à via Dei ingredienda deterreatur qui tantum, ac talem habuerit protectorem, & ducem. Atq; hoc viro iusto promittitur: Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate patris tui Iacob. Ille enim super altitudines terræ sustollitur, qui per Dei gratiam superior efficitur auaritia, & ambitione, & superbia, & carnis voluptatibus, idemq; cibo alitur sanctorum, quo & Dominus IESVS alebatur sicut ipse ait: Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me: nam reliqui, qui infra altitudines terræ sunt, non aluntur cibo Iacob, sed cibo Esau, qui propter coctionem ruffam primogenituræ ius vendidit. Quod si excelsa terræ interpretari velimus idola, de quibus toties in libris Regum dicitur: Verum tamen excelsa non abstulit: idem sensus efficietur, nam illæ animi ægritudines, & illa vitia maiora, quæ iam nominaui, idola sunt amatorum huius sæculi, & super illa Dominus graditur, quia eius potentiæ subiecta sunt, & vires seruis suis suggerit ad illa vincenda & conculcanda.

Deut. 32.

Ioan. 4.

HISTORIA.

Dominus exercituum nomen eius. Exercitus, siue militia Dei dicũtur angeli propter magnam multitudinem, & quia Deus illis ministris vtitur ad inimicos suos cõterendos, & ad magna opera facienda, tum propter fortitudinem magnam, & potentiam ipsorum angelorum. Psal. 102. Benedicite Domino omnes angeli eius, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum eius. Luc. 2. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium, & dicentium, &c. Et quoniam צבא & exercitum significat, & militiam, & fortitudinẽ, inde dicitur Dominus exercituum in nostra trãslatione, apud Lxx vero, Dominus παντοκράτωρ, id est, virtutum, siue fortitudinum, vt Psal. 23. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ, sed sensus semper est idẽ.

40 Dominus exercituũ.

Psal. 102.

Psal. 23.

CAP. V.

AVdite verbum istud quod ego leuo super vos planctum domus Israel. Cecidit, & non adyciet vt resurgat, Virgo Israel: proiecta est in terram suam, & non est qui suscitet eam. Quia hæc dicit Dominus Deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: et de qua egrediebãtur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel. Quia hæc dicit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominus Deus domui Israel, Quærite me, & viuetis. Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, et in Bersabee non transibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Quærite Dominum, & viuite: ne forte comburatur vt ignis domus Ioseph: & deuorabit, & non erit, qui extinguat Bethel. Qui conuertitis in absynthium iudicium, et iustitiam in terra relinquitis. Faciẽtem arcturum, & orionem, & cõuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ. Dominus nomen est eius. Qui subridet vastitatem super robustum, et depopulationem super potẽtem affert. Odio habuerunt corripientẽ in porta: et loquentem perfecte abominati sunt. Idcirco, pro eo quod diripiebatis pauperem, et prædam electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, et non habitabitis in eis: vineas plantabitis amãtissimas, et non bibetis vinum earum. Quia cognoui multa scelera vestra, et fortia peccata vestra: hostes iusti accipientes munus, et pauperes deprimẽtes in porta. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. Quærite bonum, et non malum, vt viuatis, et erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixistis. Odite malum, et diligite bonum, et constituite in porta iudicium: si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquijs Ioseph. Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituũ dominator, In omnibus plateis plãctus: et in cunctis quæ foris sunt, dicetur væ væ: et vocabunt agricolam ad luctum, et ad planctum eos, qui sciunt plangere. Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus. Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, et non lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, et innitatur manu sua super parietem, et mordeat eum coluber. Nũquid non tenebræ dies Domini & nõ lux et caligo, et non splẽdor in ea? Odi, et proieci festiuitates vestras: et nõ capiam odorem cœtuum vestrorũ. Quod si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera vestra, non suscipiam: & vota pinguium vestrorum non respiciam. Auser à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens fortis. Nũquid hostias et sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? Et portastis tabernacula Moloch vestro, et imaginem idolorum vestrorum: sidus Dei vestri: quæ feciſtis vobis. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus Deus exercituum nomen eius.

Inf. 9.

Soph. 1.

Rom. 12. Psal. 96.

HISTORIA.

Audite verbum istud, quod ego leuo super vos, planctum. Vt magis eos ad pœnitentiam moueat, lugubri carmine vtitur, lugetque eos, qui sibi læti, ac tuti, minimeque lugendi videbantur. Audite, inquit, verbũ istud,

quod

quod ego leuo super vos, id est, quod ego assumo contra vos, nempe planctum, & lamentationem, nam Hebræi passim vtũtur verbo נשא, quod est leuare, pro assumere, & ita Hieron. interpretatur, id est, volo lugere vos tristi carmine, quale continuo sequitur: Cecidit & non adijciet, vt resurgat virgo Israel. Facile est etiã exponere. Quod ego leuo super vos planctum, id est, ob id, quod ego leuo super vos planctum, nam נשא, Quod, & Quoniam significat.

Leuare.

Cecidit, & nõ adijciet, vt resurgat virgo Israel. Nonnulli ita legunt, Domus Israel cecidit, & nõ adijciet, vt resurgat, Virgo Israel proiecta est, &c. Cum domus Israel vocandi casu ponatur, & ad præcedentia pertineat, vt sit: Domus Israel audite verbum istud. Ita distinguũtur hæc in Hebræo. Ita etiam apud recentiores interpretes. Sed res est manifesta, nam בית, id est, domus, Hebræis masculini generis est, cecidit autem, id est, נפלה, femineum est, similiter & verbum quod sequitur חוסף, id est, adijciet, ideo non possunt conuenire hæc verba cum eo, quod præcessit, Domus Israel. Cecidit ergo virgo Israel, & nunquam in posterum resurget. Hæc nonnulli ad vltimum excidium Ierusalem referunt, cum à Tito imperatore vastata est, vt Euseb. lib. 4. de Demonstr. Euangel. cap. 22. & Chrysost. in Demonstratione quod CHRISTVS sit Deus, prope finem, & Theodoretus, & R. Samuel Marrochianus, in epistola de aduentu Messiæ, ca. 24. * Verum hic sensus Allegoricus est, vt nos sæpe interpretati sumus: nam Historicum constat esse de decem tribubus, quæ captiuæ abductæ ab Assyrijs nunquam in patriam suam redierunt, vt ait Hieronymus. Atque vt omittam Hieron. & Ruffinum, & cetetos expositores ita sensisse: non possumus de hoc dubitare, cum videamus Prophetã tantum loqui Israeli, id est, decem tribubus, quæ neque Dominum crucifixerunt, neq; à Romanis vastatæ sunt, vt: Quærite Dominum, & viuite, ne forte comburatur domus Ioseph, vt ignis. Et postea: Si forte misereatur Dominus exercituum reliquijs Ioseph. Cõstat etiam loqui de captiuitate Assyriorum, ait enim: Et migrare vos faciam trans Damascum, vt ibi dicemus. Ad hæc quis nesciat nullam fuisse in Iudæis idololatriam cum Dominus inter eos versatus est, & cũ exciſi sunt à Romanis? At eo tempore, de quo Propheta loquitur, multa idola colebantur. Quærite me, inquit, & viuetis: & nolite quærere Bethel. In Galgalam nolite intrare, & in Bersabee non transibitis. Sed quomodo virgo dici potest Israel tot idolorum fornicationibus prostitutus? Hieronymus: virgo autem appellatur populus Israel, non quia in virginitatis permanserit puritate, sed quia quondam instar virginis sit Domino copulatus, videlicet in patriarchis, & prophetis, vt exponit Glossa. * Cum autem de duabus tribubus sermo est, Hieronymus aliter virginitatem interpretatur, quod, scilicet, ceteris gentibus varia idola colẽtibus populus hic vni Deo seruierit. Ita exponit illud Isai. 37. Despexit te, & subsannauit te virgo filia Sion. Et illud Iere. 18. Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israel? Sed quomodo exponemus cum idem dicit scriptura de nationibus alijs idola colentibus, vt Isai: 47. Descende, sede in puluere virgo filia Babylon. Et Iere. 46. Ascẽde in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti? Quod autem Ruffinus secundo loco adiecit, & Vatablus postea, atque alij tradiderunt, virginem dici Israel, quod, vt virgo nulli viro, ita ipse nullis ante dominis addictus fuerit: non video cur virgo dicatur, qui nulli domino seruierit, cum virgo etiam seruire possit, neque enim seruituti aduersatur virginitas, sed corruptioni integritatis. Quid? quod multis dominis seruiuit Israel post tempora Iosue, vt in libro Iudicum legimus. Deinde cogemur laborare cum aliæ nationes virgines vocantur, vt Babylon, Aegyptus, vt quæramus quomodo nulli seruierint. * Signanda est ergo vulgata consuetudo scripturarum ita de prouincijs, & ciuitatibus loquentium, ac si mulieres essent, aut viri. Vt Iere. 2. Vade, & clama in auribus Ierusalem dicens. Hæc dicit Dominus. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & caritatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto. Et cap. 3. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo, quod mœchata esset auersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abijt, & fornicata est etiam ipsa. Huiusmodi sunt multa Ezec. 16. & passim apud prophetas. Cum autem ita loquuntur scripturæ iuxta id, quod de ciuitatibus intelligi volunt, nomina eis tribuunt. Quando idololatriam exprobrant, meretrices vocant, vt Ezec. 16.

Aduo.

3

4 Regul. Scriptura de prouincijs, & ciuitatibus loquitur, ita ac si mulieres essent, aut viri.

Propterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

Propterea meretrix audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus: Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua, &c. Totum enim caput in hac metaphora versatur. Cum fidem sibi debitam exigit, nuptæ assimilat, vt Ierem. 3. per totum caput. *Cum vero significare vult ciuitatem, aut nationẽ ardenter à se, siue ab alijs quondam amatam, soliciteque seruatam, virginem vocat: aut etiam cum significat eius pulchritudinem & ornatum speciosum, ac delitias, & propter opes & pulchritudinem omnibus eam esse valde optabilem. Vt de Ierusalem perterrefacta à rege Assyriorum Isai. 37. Despexit te, & subsannauit te virgo filia Sion. Et. 47. Descende, sede in puluere virgo filia Babylon, id est, quæ prius, vt virgo domi clausa in delicijs viuebas. Vnde statim subdit: Non est solium filiæ Chaldæorũ, quia vltra non vocaberis mollis, & tenera. Eadem ratione Sidonem virginem vocauerat cap. 23. Non adijcies vltra, vt glorieris calumniam sustinens virgo filia Sidonis. Cum ergo Israel virgo vocatur, non sumitur à pudicitia virginali metaphora, sed virgo dicitur propter diuitias, & pulchritudinem, & quod more virginis, domi seruatus, atque inclusus vsque ad tẽpus captiuitatis fuisset, nunquam enim è terra sua fuerat eductus. Cecidit itaque Israel cum captiuus ductus est, non adijciet, vt resurgat, quoniam nec redijt vnquam in terram suam, nec regnum obtinuit, sed alijs nationibus seruiuit. * Itaque qualem intelligimus eius casum, talem intelligimus ei resurrectionẽ negari. Quare non aduersantur hæc ijs, quæ Hosee. 11. prope finem, & alijs locis diximus de decẽ tribubus ad Euangelium vocandis, & ei, quod præcedenti capite dixit Hamos: Post quam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel.

5

Virgo.

6

Proiecta est in terram suam. Non vtcunque cecidit, sed vsque ad terram prostrata est, id est, grauissima erit eius ruina, ita vt à nemine possit erigi. Dixit autem, *In terram suam*, vt magis amplificet ruinã. Quasi dicat: Non prosternetur in terra aliena, vbi minus haberet virium, & inimici essent potentiores: sed cum adhuc erit in terra sua, à peregrinis hostibus ferro, & igne, & fame vastabitur, & tandem captiua ducetur.

TROPOLOGIA.

7 Audienda sunt omnia verba prophetarum, sed ea maxime, quibus nos deflent. Magna est enim miseria nostra, quæ prophetas Dei spiritu plenos excitat ad ciulandum: atque eo maior, quod ita cæci, & nostrarum rerum obliti sumus, vt tantum malum ne sentiamus quidem. Lugent autem peccatores nõ prophetæ solum, sed vniuersa etiam scriptura, sicut Ezec. 2. scriptum est: Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus, & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. Lamentationes, id est, iuxtà morem Hebræorũ, & scripturæ, maxima quædam, & terribilis, ac nunquam finienda lamentatio in sacris libris scripta est peccatori, qui secundum duritiem suam, & impœnitens cor thesaurizat sibi iram in diẽ iræ, & nunquam agit pœnitentiam. Carmen cui scribitur (vt hic ait Hieronymus) qui nulla peccatorum sorde maculati cantico, & laude sunt digni. Væ scribitur illis, qui amissa virginitate, quam anima per sanctæ regenerationis lauacrum accepit, in mortalia peccata labuntur, quoniam & si per Dei misericordiam resurgere queant, non habent tamen in se vnde resurgant, nec digni sunt qui resuscitentur. * Denique vbi per gemitus, & lacrymas resurrexerint, sine virginitate resurgent, id est, nunquam id obtinere poterunt, vt non fornicati fuerint, & à Deo recesserint, gratiamque illam, atque innocentiam regenerationis non amiserint. Et hoc est quod ait Propheta: *Cecidit, non adijciet, vt resurgat virgo Israel, proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam.* Quoniam ante tota scriptura, siue exterior sensus consideretur, qui Historicus dicitur, siue interior, qui Spiritualis est, sæpe prædicit has lamentationes, & carmen, & væ, merito liber, quo hæc continentur, intus, & foris scriptus dicitur. Iure etiam huiusmodi anima olim virgo, nunc vitijs prostituta, proiecta in terram suam dicitur: quæ cum prius esset effecta cœlestis, & supra se ipsam spe, atq; amore summi boni erigeretur, rursus per peccata deijcitur, & in terram suam proijcitur, atq; ad veterem vilitatem degener redit, & tacita Dei sententia audit: Terra es, & in terram ibis, id est, terrena esse solebas, cum portabas imaginem terreni, per me portare cœpisti imaginem cœlestis, & cœlestia amare, sed per te iterum redis ad terrena, & hoc amore terra efficeris.

HISTORIA.

Vrbs de qua egrediebantur mille. Explicat quod dixerat: Proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam: quoniam tanta hominum multitudo in bello extinguetur, & in tantam Israel paucitatem redigetur, vt ex vrbe, quæ mille viros in prælium educebat, non plures quam centum exire possint: atque ita non habebit à quo erigatur.

ALLEGORIA.

9 Post quam virgo Israel cecidit, & proiecta est in terram suam, id est, populus ille, quem Deus, vt teneram, & pulchram virginem amauerat, cecidit per infidelitatem suam: neque ita quidem omnino reiectus est, at ad tantam fidelium paucitatem redactus, vt vbi mille esse solebant, centum relicti sint, & vbi erant centum, relicti sint decem, ne penitus vniuersus periret, sicut Sodoma, quæ cœlesti igne absumpta est, quoniam non sunt inuenti in ea decem iusti, Gen. 18. Quod non ignorans sanctus Isaias ait capit. 1. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorra similes essemus. Hoc semen fuerunt Apostoli, & qui tunc ex illo populo crediderũt, qui ideo reliquiæ dicti sunt, vt Rom. 9. interpretatus est Paulus, quod ceteris pereuntibus seruati, & relicti sint. Eodem verbo nunc Propheta noster de eisdem loquitur: Relinquentur in ea centum, & relinquentur in ea decem. Meritoque dicuntur & centum ex mille, & decem ex centum, quia soli ex innumerabili populo, quasi decimæ quædam ex copiosa fruge, Deo dicati sunt.

TROPOLOGIA.

Vrbs est (vt ait Origen. hom. 8. in Iosue) vniuscuiusque nostrum anima, quæ ædificatur à Domino ex lapidibus viuis, id est, ex virtutibus varijs, & diuersis. De qua dictum est: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatẽ: quia de anima sua sanctus quisque, & diligens eijcit peccatores, id est, cogitationes pessimas, & cupiditates prauas interficiet in matutino. Iustus enim dicit: In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. De his vrbibus dictum est capit. 4. vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cũctis vrbibus vestris, & indigentiam panum in omnibus locis vestris. Et postea: Et plui super vnam ciuitatem, & super alteram ciuitatẽ non plui. Vt igitur peste, aut fame ciuium numerus minuitur, vt vrbs, de qua egrediebantur mille, non possit in bellum educere nisi centum: ita peccatis, vt libidine, ambitione, superbia, bona opera minuuntur, vt anima, ex qua egrediebantur mille, non habeat nisi centum. In mille vniuersitas intelligitur, vt Psalm. 104. Verbi quod mandauit in mille generationes. Egrediebantur ex anima, quæ Deo adhærebat, mille, id est, omnium virtutum opera, quasi milites strenui cum Diabolo pugnaturi: postea cupiditate rerum terrenarũ capta feruore iam remisso profert centum, numerum decuplo minorem: & si prius centum educebat, decem in ea relinquuntur. * Et sicut omne verbum scientiæ & intellectus, quod scisciatus est rex, inuenit in Daniele, & socijs decuplum super cunctos ariolos; in quo significatur eos tuisse decuplo sapiẽtiores, id est, multo sapiẽtiores, & omnibus in rebus eruditiores; ita peccatũ reddit numerum bonorum operum decuplo minorem, quia non vnius alicuius, sed omnium virtutum opera minuit, & omnibus modis efficit imperfectiora. Præterea decimæ mille sunt centum, & decimę centum sunt decem: decimæ autem lege Deo dicatæ erãt. Quoniam ergo bona opera, quæ manent in peccatore, Deus sibi vendicat, & eis vtitur, cum eum ad se conuertit: iure ex mille dicuntur manere centum, & ex centum decem. Caueat tamen peccator, ne diu differat conuersionem, nam & hæc, quæ relicta erant, paulatim amittet, sicut de Iudæa desolata dictum est ab Isaia: Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus. Hieronymus legit: Et adhuc in ea erit decimatio, & rursum erit in deprædationem, atque ita exponit: Tanta erit infelicitas residui populi, vt ad comparationem prioris multitudinis vix decima pars remaneat. Cumque & in ipsa terra fuerit solitudo, rursum ipsæ reliquiæ erunt in deprædationem, in tantum, vt terebintho, & quercui, quæ glãdes amiserint, comparetur. * Lectio Hieronymi conuenit omnino cum translatione Lxx, & cum Hebræo, & cum eo, quod nos modo habemus, si recte intelligatur, nam in ostensione esse dicitur, quod iam desolatum omnibus spectandum, atque irridendum relinquitur, iuxta illud Psal. 21. Omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt

Quomodo numerus bonorum operũ minuatur.

11

Dan. 1.

Isai. 6.

12

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et conuertetur, pro Et iterum

runt caput. Illud autem וְיָשֻׁבוּ, hoc est, & conuertetur, iuxta consuetudinẽ scripturæ idem valet, atque, Et iterum. Vt Dan. 9. Ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem. Et paulo post: Et rursum ædificabitur platea, quibus locis pro, Iterum, est in Hebræo idem verbum.

Regul.

Quærite me, & viuetis. Hieronymus: Mos est scripturarum semper aduersis læta subiungere, & post quam tristia Deus fuerit cõminatus, ad pœnitentiam eos, quos terruit, prouocat. Vt Isa. 1. Terra vestra deserta, ciuitates vestræ succensæ igni, regionem vestram coram vobis alieni deuorant, &c. Et cum multa minantia dixerit, nihilominus paulo post ad pœnitentiam eosdem prouocat, vt mala illa effugiant: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Ita nunc post minas captiuitatis, Quærite me, inquit, & viuetis, id est, effugietis hanc vastitatem, & maximas captiuitatis miserias, quas comminatus sum: nec enim vos perire, & capi cupio, sed viuere.

13

Et nolite quærere Bethel. Abijcite omnia idola, quæ colebatis in Bethel, & in Galgala, vt Hos. 4. diximus.

Bersabe.

Et in Bersabe nõ transibitis. Bersabe vltima Iudææ, & totius terræ promissionis vrbs erat versus Austrum iuxta Gerara, & Ægypti solitudinem, sicut Dan vltima est versus Septemtrionem. Inde Dauid. 1. Paralip. 21. dicitur numerasse populum à Dan vsq; ad Bersabe. Hodie Giblin dicitur, parua villa iam, & quatuor leucis distans à Gaza. In hac habitauit Abraham, & ex eo, quod ipse, & Abimelech in fœdus mutuum iurarunt, dictus est locus בְּאֵרשֶׁבַע Bersabe, id est, puteus iuramenti. Genes. 21. Idcirco vocatus est locus ille Bersabe, quia ibi vterq; iurauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramẽti. Lxx. tam in eo loco Geneseos, quam in hoc Hamos pro Bersabe dixerunt φρέαρ τοῦ ὁρισμοῦ, siue τὸ ὅρκου, id est, puteus iuramenti. Hiero. vero interpretatur etiam puteus septem, quoniam, שֶׁבַע vtrumque significat, iuramentum, & septem: dixit enim Abraham: septem agnas accipies de manu mea, vt sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum. * Ex quibus arbitror vnico, e, in fine scribendum esse Bersabe accẽtu in penultima collocato, quoniam, ν, in fine horum nominum aliquando Lxx, & eos secutus Hieronymus vertunt in, e, vt Iosue, Hosee, Thecue, 2. Paral. 11. & Hamos. 1. & ita apud Ioseph. legimus lib. 1. Antiq. capit. 11.

14

Et cõditiones, inquit, pacis bona fide vtrimque seruandas dixit fœdere cum eo superputeo quodam icto, qui Bersabe vocatur, ea voxiuramenti puteum significat, & id nomen & hodie locus seruat, &c. In hac vrbe duæ tribus idola aliquando adorabant. In tantum autem (vt ait Hieronymus) simulacrorum cultu furebat Israel, vt nequaquam contentus idolis suis ad aliena transiret. Ideo illi dicitur: Et in Bersabe non trãsibitis. Ad aliena, inquit Hieronymus, quoniam, & si hæc vrbs esset in tribu Simeonis, vt ipse etiam admonuit in Locis Hebr. & ex Iosue. 19. constat, tamen sors tribus Simeonis erat intra sortem tribus Iuda. Iosue. 19. Hæc est hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes suas in possessione, & funiculo filiorum Iuda, quia maior erat, & id circo filij Simeon possederunt in medio hereditatis eorum, &c. Inde Iosue. 15. Bersabe ponitur inter ciuitates Australes Iudæ.

Quoniam Galgala captiua ducetur. Eleganter per irrisionem ad nominum etymologias alludit prædicens horum locorum captiuitatem, nã Galgala dicitur à גָּלְגַּל quod est voluere, siue auferre, & in Hebræo est גַּלְגַּל גָּלֹה יִגְלֶה, id est, Galgala migrãdo migrabit, quod consonat non solum sono, sed etiam sensu cum eius etymologia, ac si dicat: Voluetur, & auferetur. Simile est illud Ierem. 48. Contra Hesebon cogitauerunt mala, Hesebon enim cogitationem significat, vt ex etymologia planũ est, חָשַׁב enim significat cogitare, & Hieron. docet lib. 5. in Isai. capit. 15. Bethel etiam, id est, Domus Dei, per irrisionem dicta est Bethauẽ, id est, domus vanitatis, aut inutilis, aut idoli, vt Hos. 4. n. 31. latius explicauimus, hæc enim tria significat אָוֶן. Ideo nunc de Bethel aiunt iuxta Hebræum: Et Bethel erit in auen, id est, erit in vanitatem, erit vanitas, erit inutilitas, id est, euertetur, atque in nihilum redigetur. Si quis autem miretur Galgalæ captiuitatem prædici, cum non esset vrbs decem tribuum, sed duarum: sciat in exercitu multarum vrbium decem tribuũ exercitum quoque eam fuisse, quoniam erat propinqua Iordanem, & cõiuncta vrbibus Israelis. Sed Bersabe, quæ longius ab illis distabat, erat ad Austrum, non est eo tempore capta, & ideo nihil de illa loquitur Propheta.

Quærite Dominum, & viuite. Ita est in Hebræo,

Regul.

bræo, & ita erat in verbis superioribꝰ, Quærite me, & viuetis. Sed maiorem energiam habet, *Viuite*, ita enim solet loqui scriptura, vt significet cõtinuo id futurum esse, quod promittit, & ideo mauult imperando loqui, vt res certissima, præsensque intelligatur, quam promittere quasi futuram. Vt Psalm. 33. Accedite ad eũ, & illuminamini, id est, si accedatis, continuo illuminabimini, vt Hos. 10. n. 36. adnotauimus.

Domus Ioseph.

Ne forte comburatur, vt ignis, domus Ioseph, id est, Ne forte ardeat, vt ignis, sicut & Lxx verterunt, ἀναλάμψῃ, id est, resplendeat, ardeat. Domum Ioseph decem tribus intelligit, vt ait Hiero. & nos in vltimo præludio n. 3. admonuimus. Tribus enim Ephraim, ex qua fuit Ieroboham primus decem tribuum rex, appellatur tribus Ioseph, quoniã Ephraim filius Ioseph fuit, & fratri suo maiori Manassæ prælatus est, Genes. 48. vnde Apoc. 7. tribus Manassę suo nomine appellatur inter alias, tribus vero Ephraim dicta est tribus Ioseph. Sicut igitur decem tribus appellantur sæpe Ephraim, ita eadem ratione appellantur domus Ioseph.

Et non erit qui extinguat Bethel, id est, Ipsi Bethel, vt ex Hebr. & ex Græco manifestũ est, hoc est, neminem habebit Bethel, qui ignem eius extinguat.

TROPOLOGIA.

17

Bethel, cum domum Dei significet, merito postea propter idola dicta est Bethauẽ, id est, domus vanitatis, aut nihili. Illi ergo Bethel quærunt, qui simulant se Deũ quærere, & eius causa laborare, re autem vera quærunt idola sua, diuitias, & inanem gloriam. Galgalis Iosue circumcidit filios Israel cultris lapideis, vbi postea idola adorata sunt. Quare illi intrant in Galgala, qui carnem suam crucifigere videntur cum vitijs, & concupiscentijs, non in Dei gloriam, sed in suam, vt appareant hominibus ieiunantes, & glorificentur ab eis. In Bersabe, vbi habitauit Abraham, & religionem suam iureiurando testatus est, illi transeunt, qui veterum patrum vitam, & religionem venerari, atq; imitari velle videntur, sed nihil minus faciunt, nam quæ illi in Dei cultum ex animo faciebant, ipsi in idolorum honorem faciunt sæculi lucris, & gloriæ, & ventri seruientes, eisque hostias illas immolantes, quas patres omnipotenti Deo semper immolabant. At non viuunt qui hæc quærũt, mundus enim trãsit, & cõcupiscentia eius, & Galgala captiua ducitur, & Bethel fit inutilis, pericq; labor ille multorũ annorũ, quo in huiusmodi idolorum cultu desudatũ est, & mors imminens docet nullius fuisse pretij, quæ tanta animi contentione quærebãtur, nihilq; prodesse thesauros, & honores in diem iræ, & vindictæ. Quod si neq; tunc Deũ quærant, vt viuant, ardebit, sicut ignis, domus Ioseph, id est, factio eorum, qui idola, quam Deum, adorare maluerunt, & succendetur, & non erit qui extinguat Bethieli, ducetur in ignem inextinguibilem Bethel, quæ nomen quidem habebat domus Dei, & professionem Christianitatis, sed erat re vera domus idolorum, & domus vanitatis.

18

Qui conuertitis in absinthium iudicium. Ideo subuertemini, quia iniquissimis operibus Deum ad amaritudinem, & ad iracundiam prouocatis. Absinthium enim, quia amarissima herba est, pro amaritudine ponitur. Amaritudo autem nonnunquam tristitiã, iramque significat, vt Hos. 14. Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum: nonnunquam peccata ipsa, quæ iram efficiunt, vt Hos. 12. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis. Præterea iudicium præter noram significationẽ proprie in scriptura significat id, quod quisque facere debet, vt recte sancteque viuat, vt Psalm. 105. Beati, qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiã in omni tempore. Isai. 5. Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas, & iustitiam, & ecce clamor. Ita illud accipitur Psal. 36. Et lingua eius loquetur iudicium, id est, docebit, quid quisque facere debeat, vt sancte viuat. Possumus igitur hæc de regibus, & iudicibus intelligere, *Conuertitis iudicium in absinthium.* id est, inique iudicatis, & pauperes opprimitis, atque ita Deum ad amaritudinem, & iram prouocatis. Sed præstat vt de omnibus intelligamus, vt sit sensus: Pro sanctitate, quam habere debueratis, pleni estis amaritudine, & peccatis.

Amaritudo.

Iudicium.

Et iustitiam in terra relinquitis, id est, Sinitis illam iacere, & quiescere, hoc enim sonat verbum הִנִּיחוּ non exercetis eam. Potest autem similiter Iustitia & pro iudicis iustitia accipi, & pro sanctitate.

19

Facientem Arcturum, & Orionem. Hebrei nouam hinc sententiam incipi volunt, & primo casu accipiunt: Faciens Arcturum, &c. Similiter & Lxx, Hieronymus vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

connectit cum præcedentibus hoc sensu, Iustitiam in terra relinquitis, quæ fecit Arcturum, &c. Nec ignorauit genera non cõuenire, quoniam facientem in Hebr. masculinum est עֹשֶׂה, sed scit etiam scripturã sæpe genera mutare, quoniam sensum potius spectat, quam verba. Quod attinet ad sensum, nihil refert, noua ne sententia incipiat, an ea, quæ iam cœperat, protendatur, & vtrum Facientem vertas, an Facieus, est enim idem. Sed contextus, si recte rem cõsideremus, exigit omnino, vt vertatur, Facientem Arcturum, &c. ita enim apte cohæret, quod dicitur cum præcedentibus. At si vertas, Qui facit Arcturũ, &c. tota oratio pendet, & semper manet inchoata, nõ enim intelligitur quid dicatur de eo qui facit Arcturum, & Orionem. Optimè ergo vertit Hieronymus: sed mallem subauditi id, quod proxime præcessit, Relinquitis in terra, ac si diceret, Relinquitis in terra iustitiam, relinquitis in terra facientem Arcturum: quomodo videtur intellexisse Chaldæus, qui ait: Desierunt timere à facie Dñi, qui fecit Arcturũ, & Orionẽ. * Sed quoniã ex Hebræa vocis proprietate interpretati sumus, Relinquitis in terra, id est, iacere, & quiescere sinitis: erit sensus. Non est vobis curæ Deus, obliti eius estis, neque eum per orationem alloquimini, nec per bona opera veneramini, cum sit tantus, ac tã potens, vt fecerit ipse Arcturum, & Orionem, &c. Etenim quæ quiescere sinimus, relinquimus, & obliuioni tradimus Sed auget multum quod additur, *In terra*, & significat Deum in terra iacere inter ipsos id est, contemni, vt rem ignobilem, & abiectã, & neminem esse, qui tollat è terra iacentẽ. Quę autem sequuntur, omnia ad amplificandã Dei potentiam pertinent, quod omnium rerum creator sit, & omnium habeat imperium, vt cap. 4. iam expositum est, cum dicebat: Formans ventos, & creans spiritũ, &c.

Arcturus. Arcturus est stella in signo Bootæ post caudam maioris vrsæ. Sunt enim duæ vrsæ Septemtrionali polo nixæ, velut axe quodã, quæ dicuntur ἄρκτοι: maior vrsa dicitur Helice, minor Cynosura, quas nautæ diligenter obseruant. Bootes vero, siue Arctophylax, id est, vrsæ custos, est sidus prope maiorem vrsam, ita dictum quod eam à tergo, quasi custos, subsequi videatur. Huius stella quædam dicitur Arcturus, quasi cauda vrsæ. Orion signum est iuxta Tauri sidus.

Bootes.

21 Orion,

Meminit autem Orionis, & Arcturi, quod illis apparentibus imbres, & tempestates oriantur. Dicitur enim Orion (quamuis Ouid. lib. 5. Fast. & alij aliunde deducant) ab ὀρίνειν, id est turbare, quod mare, & terrã tempestatibus turbet. Ex quo illud Virgilij.

Cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion. Et *Dum pelago desæuit hiems, & aquosus Orion.*

Arcturus die ab ortu caniculæ quinquagesimo oritur siue Nonis Septembris, autore Columella, lib. 2. c. 4. & eius ortus, atq; occasus tempestates concitant. Inde Plautus in Rudente ita ipsum loquentem facit: Increpui hibernum, & fluctus moui maritimos. Orionem Plinius lib. 18. c. 28. oriri dicit VI. Kal Iunij. Ouidius vero li. 6. Fastorũ 16. Kal. Iulij. Tametsi qã de horũ siderũ ortu diximus tẽporibus illis congruit: nunc propter gradus, quibus ab eo tempore mutata est longitudo stellarum, ortus etiã dies mutatus est: Oriturque Arcturus Salmanticę quidem Calendis Octobris, Orion pridiè Calen. Iunij. Mox idem Plinius: Ante omnia autem, inquit, duo genera esse cœlestis iniuriæ meminisse debemus. Vnum quod tempestates vocamus, in quibus grãdines, procellæ, ceteraque similia intelligũtur: quæ cum acciderint, vis maior appellatur. Hæc ab horridis sideribus exeunt, vt sæpius diximus, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. His igitur verbis Propheta Dei potentiam demonstrat, quod ipse tempestates in terra, & in mari concitet per exortũ horum siderum, atque omni tempore possit, quoniã Arcturus hieme oritur, Orio æstate. * Quod ad translationẽ attinet, probatur illa interpreti Chaldæi, & recentioribus, interpretib⁹ vt videlicet כִּימָה sit Arcturus, & כְּסִיל Orion. At ipse Hieronymus videtur sibi repugnare: nam ne q; כְּסִיל semper eodem modo vertit, & כִּימָה nõnc Arcturum interpretatur, nunc Hyadas, nunc Pleiadas. Nã Iob. 9. vbi legimus Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora Austri, pro כְּסִיל posuit Oriona, vt hic in Hamos, sed כִּימָה vertit Hyadas, Lxx, Arcturum, & pro עָשׁ Arcturum. Et cap. 38. Numquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Pro כְּסִיל hic vertit Arcturum, non Orionem, vt solet, & vt ibi verterunt Lxx. * Pro כִּימָה posuit Pleiadas cum Lxx. Res est explicatu difficilis propter sententiarum varietatem, & quia antiquorum Hebræorum libris caremus. Mihi videtur Hebræos, quia parum de natura siderum philosophabantur, pauca nomina habuisse stellarũ, atq; vno multas notasse, præsertim si aut splẽdore, aut efficiendi virtute similes essent. Inde factum est vt כִּימָה nũc significet Arcturũ, nunc Hyades, quia pluuias efficiunt vt Arcturus, vnde Virg.

Æneid. ——— *Vnde imber, & ignes*
Arcturum, pluuiasq; Hyadas, geminosq; Triones.

Quæ ideo Hyades dictæ sunt, ab ὕειν, quod est pluere. Ouid. 5. Fast.

Ora micant Tauri septem radiantia flammis,
Nauita quas Hyadas Graius ab imbre vocat.

Latine suculæ dicuntur errore eorum, qui primi hoc vocabulo vsi sunt, quasi dictæ essent Græcis ab ὗς, quod est sus, si Tironi Ciceronis liberto credimus in suis Pandectis,

14 quem refert Gellius lib. 13. ca. 9. * Eodem nomine significari Pleiadas, (quas Latini, quod veris fine exoriantur Vergilias vocãt) tradunt Hebręi. Abraham enim Hesdrę filius scripsit כִּימָה vetustioribus Hebræis septem esse stellas in fine signi Arietis, è quibus sex conspiciuntur, quas ego omnino Pleiadas esse existimo, de quibus Ouid. ait:

4. Fastorũ. *Pleiades incipient humeros releuare paternos,*
Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Tametsi Pleiades non sunt in signo Arietis, sed in Tauro, qui Arieti proximus est. Ideo Lxx Iob. 38. & Symmachus, atque Theodotion hic πλειάδα verterunt. Nec miremur singulari numero vertisse, nam & Ouid. dixit:

Eleg. 1. de Pont. Eleg. 3. *Quatuor autumnos Pleias orta facit.*

Videntur autem nominis communionem ex propinquitate loci habere, vicinæ enim sunt Hyadibus Pleiades, vt docet Macrobius lib. 1. in somnium Scipionis. c. 18. Nam Hyades in fronte Tauri sunt, Pleiades vero in dorso, vt quidam putant. Aulus Gellius loco iam indicato paulo aliter. Stellæ autẽ istæ (inquit, loquiturq; de Hyadibus) nõ in capite Tauri sunt, vt Tiro dicit (nullũ enim videtur præter eas stellas Tauri caput) sed eæ ita circulo, qui Zodiacus dicitur, sitæ, locatęq; sunt, vt ex earum positu species quędam, & simulacrum esse videatur tauri capitis: sicut ceteræ partes, & reliqua imago Tauri conformata, & quasi depicta est locis, regionibusq; earum stellarũ, quas Græci πλειάδας, nos Vergilias vocamus. Et quod simul fere oriantur, nam Pleiades tertio Idus Maij exoriuntur, Hyades VI. Kal. eiusdem mensis, vt ex Ouid. 5. Fast. intelligimus. Eodem modo כְּסִיל proprie splendorem significat, vt Hiero. refert se ab Hebræo suo accepisse. Ideo vertit Isai. 13. Quoniam stellæ cœli, & splendor earum כְּסִילֵיהֶם, & Symmachus hic in Hamos stellas transtulit. * Nomẽ igitur commune proprie tribuitur quibusdam stellis propter insignẽ splendorem, vt Orioni, de cuius splendore Virg.

3. Æneid. *Armatumque auro circumspicit Oriona.*

Et Lucanus.

Ensiferi nimium fulget latus Orionis.

Inde in verbis iã indicatis Isaiæ כְּסִילֵיהֶם Lxx verterunt, Orion, & omnis ornatus cœli. Tribuunt etiam Arcturo, & Hespero. Nam Lxx Iob. 9. & Theodotion hic Hesperum verterunt, siue vesperum. Hesperum autem, & Arcturum multum micare norunt omnes.

Qui vocat aquas maris. Aquas maris ad se vocare dicitur, quia subtiliores eius partes calore in altum subleuat, & inde pluuiam efficit, quam super terrã effundat, vt rectè Hiero. interpretatur, & Greg. Nyssenus in libro in Hexahemeron, non longe à fine.

ALLEGORIA.

Postquam Iudæi iustitiam in terra reliquerunt, id est CHRISTVM abiecerũt, qui factus est nobis iustitia, & sanctificatio, & redemptio, Deus ostendit in cœlo Ecclesiæ Arcturum, & Orionem, quibus pluuias magnas, & tẽpestates excitauit, id est, viros cœlestes, & quasi stellas micantes, nempe apostolos duodecim, qui quasi Orion, primum orti sunt, deinde paulo post quasi Arcturus alij orti sunt, Paulus, & Barnabas, Clemens, Silas, Timotheus, Titus, qui corda hominũ cõmouerunt, & terruerunt, & largis diuini verbi imbribus terrã irrigarunt. Tunc conuertit in mane tenebras, id est, gentes ad lucem Euangelij adduxit, & lucem fecit, quibus Paulus ait. Ephe. 5. Eratis aliquando tenebræ, nũc autem lux in Domino. Et diem mutauit in noctem, quia Iudaicus populus olim luce fidei clarus tenebris incredulitatis iusto Dei iudicio obscuratus est. Atque ex eo tempore semper vocat aquas maris, & effundit in terram: quia doctores ex gentilitate assumit, & quasi maris salsi vapores ęthereo calore suspensos excolat, & eliquat in dulcem pluuiarum saporem, vt cœlum,

Apostoli, & apostolici viri Orion, & Arctus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est, Ecclesiam, operiat nubibus, & paret terræ pluuiam verbi cœlestis.

TROPOLOGIA.

27 Miserabilis peccatorũ cæcitas est, quod relinquant in terra iustitiam, quæ tota hominis substantia est, & vita, quæ seiungit filios lucis à filijs tenebrarum, & gehennæ: hæc est enim paradisus ille, quem homo custodire, & colere debebat, sicut scriptũ est: Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Et de hoc opere legimus: Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Sed multo miserabilior est, quod relinquat, ac fugiat facientem Arcturum, & Orionem, conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem. Nisi enim hoc faceret, inueniret prioribus malis medicamenta. * Arcturum & Orionem Deus facit, cũ in peccatore fallacem illam tranquillitatem, & quasi serenitatem, qua in peccatis vtcunque fruebatur, perturbat, & tempestates concitat timore mortis, & ignis æterni, nec non ipsa ante actæ vitæ turpitudine, siue insigni aliqua ignominia, atque salutis bonorumue iactura. Pugnant hinc amor, & timor, inde antiqua consuetudo, & illecebræ voluptatis, quasi contrarij venti inter se mutuo certantes, & maria miscẽtes. Quorum fluctus, atque æstus, qui videre procul volet, atque eos imitari, qui è summa rupe in littore aliorum naufragiũ speculantur, legat octauum confessionum Augusti. Vbi etiam imbres videbit, qui consequuntur cum in humanis cordibus ignis, grãdo, nix, glacies, & spiritus procellarum faciunt verbum eius: Vbi vero, inquit, à fundo arcano alta consideratio cõtraxit, & cõgessit totam miseriam meam in conspectũ cordis mei, oborta est procella ingens ferens ingentem imbrem lacrymarum. Et mox Ego sub quadam fici arbore strauimeneścio quo modo, & dimisi habenas lacrymis, & proruperunt flumina oculorũ meorum, acceptabile sacrificium tuum. * Huiusmodi etiam tempestatem sentiebat, qui clamabat: Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniã infirmus sum, sana me Domine, quoniã cõturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. Et postea: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum lacrymis meis stratũ meum rigabo. Eandẽ & ferebat mulier peccatrix, quæ stans retrosecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Sed post tempestatem facit Dominus tranquillum, & conuertit tenebras animi in clarum mane, vt exultent ossa humiliata, & videat lucem, qui sedebat in tenebris, & in vmbra mortis, ad dirigendos pedes suos in viam pacis. Ita Augustinus cum diuinitus admonitus Pauli verba legisset post illas lacrymas, Statim, inquit, quasi luce securitatis infusa cordi meo omnes dubitationis tenebræ diffugerunt. Tum interiecto, aut digito, aut nescio quo alio signo, codicem clausi, & tranquillo iam vultu indicaui Alipio. * Sed quoniam sæpe post serenitatem, & lucem conuersionis sequitur caligo probationis, castigat enim Dñs omne filiũ, quem recipit, &, vt magnus poeta ait.

Nox atra caput tristi circumuolat vmbra.

merito additur: *Et diem in noctem mutantem.* Quam noctẽ sentiebat in probatione sua Iob, cũ dicebat: Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt. Tũc ergo peccator relinquit facientem Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem, cum facit sibi frontem mulieris meretricis, & erubescere nescit, sed peccatum suum, quasi Sodoma, prædicat, & lætatur in rebus pessimis, consultoque fugit quidquid excitare posset ad pœnitentiam, & secundum duritiem suam, & impœnitens cor quasi diuinæ misericordiæ fontes obstruit. Recte autem cum his cohæret, quod sequitur *Qui vocat aquas maris, &c.* Terra animæ nostræ post maledictionem spinas, & tribulos germinat, ad cetera, quæ iuuare possent, sterilis, nisi gratiæ cœlestis imbribus irrigetur. Si quid etiam germinare cœperit, arescet deficiẽte pluuia, sicut ait sanctus Iob. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: quia (vt scribit Greg. 11. Mor. c. 6.) Si sancti spiritus gratia ab auditis mẽte subtrahitur, arescit protinus intellectus, qui iã per spẽ viride scere in audiẽte videbatur. * Quod autẽ non aquã, sed aquas memorat, pluralitatis appellatione ad septiformem donorum spiritualium gratiam recurrit: quia quasi tot aquis vnusquisque infunditur, quod donis repletur, &c. Ideirco ne primæ pluuiam conuersionis

Iustitia paradisus colendus ab homine. Gen. 2. Psal. 103.

28 Quomodo Deus tẽpestatem excitet in peccatoribus, vt conuertantur.

1. Cõfess. c. 12.

29 Psal. 6.

latis esse putaremus, postquã dixit: Facientem Arcturum, & Orionem, recte subiecit, *Qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ.* Et quoniam dixerat: Et diem in noctem mutantem, quod in probatione cõuersorum fieri diximus, ne id ira potius, quam misericordia fieri putaretur, & Deũ, quasi in ira, continere misericordias suas, effundere aquas dicitur super faciem terræ, vt eorum Deum semper misereri intelligamus, quibus iratus videbatur, nec iram illam esse, sed misericordiam. Nec dixit: Aquas fontium, aut fluuiorum, quæ possunt arescere, sed aquas maris, quod profundissimum est, & semper aquis exundans. Mare est immensa, atque inexhausta Dei bonitas, ex quo, sine nostris meritis Deus vocat, atq; haurit per misericordiam suam auxilia gratiæ, id est, aquas, quas super faciem terræ nostræ effundit. Licet & aliter interpretari, ac fortasse melius: mare esse abyssum, atque profunditatem miserię nostræ, quæ inuocat abyssum diuinæ misericordiæ. * Ac sicut sol caloris vi crassiori parte aquarum relicta subtiliorem, ac puriorem leuat in aerem, condensatamque in aquam resoluit, qua terra fecundetur: ita Deus suæ immensæ caritatis, & misericordiæ calore ex mari miseriæ nostræ non secernit, quod terrenum, & amarum est, sed quod est subtilius, & purius, id est, non tam considerat peccata nostra vt transgressiones suæ legis ex inobedientis animi superbia profectas, quam vt calamitates quasdam naturæ à se conditæ, ac redemptæ, olimque primi parentis iniquitate vitiatæ, pronæ ad malum, tardæ ad bonum, quæ nõ quod vult bonum, hoc facit, sed quod non vult malum, illud operatur. Hac tanta miseria ob oculos posita bonus, & misericors commouetur, & ex peccatis nostris aquas gratiæ quodammodo elicit, quas effundat super nos sicut Hos. 2. commemoratis scelestibus synagogæ, quibus potius ad iram prouocari debuit, ait: Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, &c.

Dei bonitas mare.

Mare miseria nostra.

32

33 *

HISTORIA.

Qui subridet vastitatem super robustum, id est, Qui fortibus magna mala iratus comminatur, & illos perdit, cum vult. Tacite autem vult, vt Israel, qui se fortem putabat, hoc de se intelligat. Ceterum recentiores transferunt: Qui fortificat vastitatem, sed obliti fortasse quomodo veteres transtulerint. Vbi nos (inquit Hieron.) diximus: Qui subridet: Aquila interpretatus est, ὁ μειδιῶν. Proprie autẽ μειδίαμα dicitur quod nos subrisionem possumus appellare, quando quis irascitur, & apertis paululum labijs subridere se simulat, vt iræ ostendat magnitudinẽ. Quod Hieronymus ait videmus apud Homerũ, & Virgil. in magnis viris contumelia prouocatis, & iram risu quasi dissimulantibus: vt.

Olli subridens sedato pectore Turnus. Et: 9. Æneid.
Ad quem subridens mista Mezentius ira,
Nũc morere, ait, de me diuũ pater, atq; hominũ rex
Viderit. 10. Æneid.

Est ergo Subridet, subridẽdo comminatur. Subridet autem omnem humanam fortitudinem, quod comparatione suæ nihil sit.

ALLEGORIA.

Quis est, qui nesciat, quãtam vastitatem 34
merit Deus super populum Iudęorũ olim robustum, & fortem, & quem timebant nationes? quam miserabiliter vastatus à Romanis sit? Venit etiam depopulatio super potentem, qui olim prophetas habebat, & Deum audiebat loquentem, ac esurientibus nationibus, & vel micas optãtibus solus cœlestium ciborum mensa satiabatur. At post illam perfidiam, in qua etiam nunc est, ita direptus, & spoliatus est, vt ex tot diuitijs, & cibis solum scripturarum corticem retinuerit, atque ita obduratum, vt mãdi nequeat, sed fame contabescat.

TROPOLOGIA.

Quemadmodum propter miseriam inopum, & gemitum pauperum exurgit Dominus, & suscitat eos de terra, ac de stercore erigit: ita super iustos, qui diuitijs ex Dei misericordia acceptis, quasi suis efferũtur, seque iam robustos, & potentes arbitrãtur, cum irrisione quadam, quod superbiat terra, & cinis, vastitatem immittit, & depopulationem, dum se paululum subtrahit, & à tentatore in turpia crimina deduci sinit, vt sciant gentes quoniam homines sunt. Hoc est quod postea docuit anima illa beata, quæ semper Deum verbo, & opere præter ceteras magnificauit, humilitatis prædicatrix, & omnium virtutum exemplar integerrimum: Fecit potẽtiam in brachio suo, Luc. 1. dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes implenit bonis, & diuites dimisit inanes.

Quomodo Deus humiliet superbos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIA.

35 In portis fiebat olim iudicia.

Odio habuerunt corripientem in porta. Apud Hebræos, vt sæpe se adnotasse dicit Hieronymus, iudicia fiebant in porta, vt neque agricola ad causam veniens frequentia ciuitatis, & nouo terreretur aspectu, neque vrbis habitator longe ab vrbe properaret. Idem ait in illud Zach. 8. Veritatem, & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Adnotat & Gregor. 21. Mor. ca. 14. Sed nullo adnotante reperitur in scriptura notissima, vt Ruth 4. Ascendit ergo Boboz ad portam, &c. 2. Reg. 15. Et mane consurgens Absalō stabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum, qui habebat negotium, vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se. Hinc illud Iob. 31. Si leuaui super pupillū manum meam, etiam cū me videre in porta superiorem. Et Psal. 126. Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Exponit autem Hiero. Odio habuerunt me, vel alios prophetas, qui ad eos missi sunt, corripientes in porta. Ex quo videmus antiquam esse sanctorum consuetudinem, & à propheticis vsque repetitam temporibus, concionandi in plateis; & vbicunque hominum multitudo audire poterat. Hoc & Salomon apertissime docet initio Prouerbiorum. Sapientia, inquit foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua dicēs, Vsque quo paruuli diligitis infantiam? &c. Hoc autem facit sapientia per viros sapientes, & prædicatores veritatis.

Vetus consuetudo sanctorū cōcionādi in plateis.

Prou. 1.

36 *Loquentem perfecte.* Heb. loquētem תמים id est, perfectiones, hoc est verba pfecta, & sancta, quibus homines ad iustitiā colendā cōcitarentur. Lxx, & Symmachus & Theodoti. Sermonem sanctum. Quod magis indicat de sermone prophetarum hæc dici.

ALLEGORIA.

Sicut prius prophetas, ita postea Dominum prophetarum palam corripientē sceleratissima odio habuerunt. Vtrumque ipse indicat. De locutione in porta, id est, in publico ait Ioh. 18. Ego palam locutus sum mūdo, ego semper docui in synagoga, & in tēplo, quo omnes Iudæi conueniūt, & in occulto locutus sum nihil. De odio vero. c. 15. Nunc autem & viderunt, & oderūt, & me, & patrem meum, sed vt adimpleatur sermo, qui in lege corū scriptus est: Quia odio habuerūt me gratis. Idem perfecte locutus est eis, sicut ait Petrus: Domine, ad quē ibimus? verba vitæ æternæ habes, & ministri Pharisæorum testati sunt: Nūquam sic locutus est homo, sicut hic homo.

Ioh. 8.

Ioh. 7.

HISTORIA.

Prædam electam. Quidquid pretiosum vobis, pulchrumque videbatur.

37 *Domos quadro lapide ædificabitis* idest, Sectis arte, & politis lapidibus, pulcherrimas domos ædificabitis ex diuitijs per rapinam cōparatis, sed non habitabitis in eis, quia aut interficiemini, aut captiui ducemini.

Vineas plantabitis amantissimas. In Heb. Vineas desiderij, Lxx. Vineas desiderabiles, idest, optimas, quas maxime amabitis.

ALLEGORIA.

Idcirco pro eo quod diripiebatis pauperem. Pauper, quem Iudæi diripuerunt, CHRISTVS est, de quo scriptum est Psal 108. Et persecutus est hominem inopem, & mendicū, & compunctum corde mortificare, vt recte ait Rup. Ab eo prædam electam tollebant, cuius causa dicebant. Hic est hęres: venite occidamus eum, & habebimus hęreditatē eius. Quod si quis Pauperem, pro Pauperes poni malit, quemadmodum Lxx conuerterunt iuxta antiquiorem, & probatiorem lectionem, quam secuti sunt Hier. & Theodor. de CHRISTO & apostolis exponemus de quibus Pau. 1. Cor. 4. Vsq; in hāc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus: tāquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnia peripsema vsque ad huc: Tā eñ CHRISTO, quā apostolis post eius ascensionem abstulerunt quantum in ipsis fuit, prædam electam, animas videlicet eorum, quos à fide auertebant, & multos qui crederēt, de terruerūt. * Propter hoc & domos, & diuitias suas amiserunt excisi à Romanis. A Edificauerūt domos quadris lapidib⁹, quia si Christū occiderēt, & apostolos expellerēt, firmā se, & honestā mansionē habituros sperabāt in hęreditate, quam ab hęrede occiso auferebant, se eñ semper fore doctores populi illius, & principes credebāt. Talē si quidē mansionē in lapidib⁹ quadris indicari docet illud Thren. 3. Cōclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Idcirco pōtifices & Pharisęi collecto cōsilio soliciti dicebāt: Si dimittim⁹ eū sic omnes

omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrū locum, & gentem. Itaq; illo occiso quasi lapide quadro ædificatas domos se habere credebant. Nec solum domos, sed etiam vineas, ex quo hæredem apprehensum ciecerunt extra vineam, & occiderunt, id est, purabant in posterum se iucundissime esse victuros, omniq; voluptate fruituros amoto illo castigatore, & interturbatore suarum voluptatum. Sed quia neq; hanc firmam mansionem in principatu suo, quam sperabant, neque quietam, & tranquillam vitam consecuti sunt, domos ædificauerunt, & nō habitauerunt in eis, & vineas plantarunt, nec biberunt vinū earū.

39 HISTORIA.

Et fortia peccata vestra, id est, Magnopere me irritātia, & fortiter in meam misericordiam, atque patientiam pugnantia.

Hostes iusti. Lxx: Conculcantes iustum, quod ex odio, contemptuque oritur. Iusti autem dixit pro, Iustorum, omnes enim iustos oderant.

Ideo prudens in tempore illo tacebit. Non vos admonebunt tunc prudētes, & sancti viri, videbunt enim frustra id fieri cum obsidea mini à tanto, tamq; forti exercitu, persuadebuntq; sibi Deum decreuisse tradere vos in hostium potestatem. vel, Tacebunt viri iusti videntes tantam in iudicijs iniquitatē, vt resistere non possint. Vtrumque sensum proponit Hieron. posteriorem recentiores probant, sed mihi prior videtur præferendus, non enim dicit, Tacebit in tēpore isto, sed, In tempore illo, quod ad rem remotiorem refertur, id est, ad tempus captiuitatis. Quod confirmant verba sequentia: *Quia tempus malum est*, id est, plenum labore, atq; afflictione. Vnde merito sequitur.

40

Quærite bonum, & non malum, vt viuatis. Vt non interficiamini ab hostibus, vt à tantis obsidionis, & captiuitatis ærumnis liberemini.

Et erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixistis. Nihil erat in ore filiorum Israel frequentius quam, Sit Dominus Deus nobiscū, hoc in sacrificijs, & in omni sermone precabātur. Recte ergo ait, Si vultis hoc fieri, quod optatis, & petitis, quærite bonū & nō malum. Non enim est alienū ab scriptura cōsuetudine, vt Dicere sit optādo loqui, vt Psal. 40. Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur, & peribit nomen eius?

Et constituite in porta iudicium. Iuste iudicate, neque vt hactenus, pauperes opprimatis.

Si forte misereatur. Dubitantis more loquitur ad rei difficultatem significandam, & ad indicandam eorum arbitrij libertatem. De qua re diximus in illud Ioe. 2. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, &c. Quasi dicat: Fortasse non omnino delebit vos, si hæc feceritis.

Dominus Deus exercituum dominator. Deus exercituum etiam dominator dicitur, quia non solum cœlestibus exercitibus, sed & vniuersis creaturis dominatur. 41

In omnibus plateis planctus. In plateas conuenire solet hominū multitudo. Significat ergo in locis frequentioribus communem omnium lamentationem esse audiendam, cum tempus captiuitatis aduenerit.

Et in cunctis, quæ foris sunt. id est, In omnibus vijs extra vrbem, vt transtulere Lxx. Licet & de vijs vrbis, quæ sunt extra plateas intelligi queat.

Et vocabunt agricolam ad luctum. Non solū in plateis eiulabunt, & in vijs, sed etiam agricolas, id est, in pagis viuentes accersent, vt simul eiulent. Maximus, & implacabilis luctus ostenditur, nam qui multū lugent, omnes inuitant ad lugendum, & remotos etiā volunt sui doloris participes fieri.

Et ad planctum eos, qui sciant plangere. Mos illius prouinciæ fuit (vt ait Hiero.) Lamentatores, & lamētatrices habere, quos pretio conducerent ad lugēdum, vel immaturam mortem, vel quamuis aliam calamitatem vt magis, qui aderant, in dolorem, & in lacrymas excitarentur. Iere. 9. Vocate lamentatrices, vt veniant, & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, & properent, festinent, & assumant super nos lamentum. Atque hæc videtur esse illa turba tumultuans Matth. 9. Et cum venisset IESVS in domum principis, & vidisset tibicines (qui etiam flebili sono ad luctum excitabant) & turbam tumultuantem, &c. Ioseph. libr. 3. de bello Iudaico capit. 15. Alij alios flebant, Iosephum autem vniuersi, adeo vt per dies triginta nunquam lamenta in ciuitate cessarent, plurimiq; tibicines conducerentur, qui illis in lamentationibus præcinerēt. Ita enim ex Græco vertendū est, non vt in Latino habetur: Magnaque mercede conducerentur tibicines næniarum. Ceterū hæc verba, quę modo interpretamur, trāspōsita sunt in Hebr. Ita enim habetur: Et vocabūt

42 Lamentatores, & lamentatrices.

Universidad de Deusto
Biblioteca

agricolã ad luctũ, & luctũ ad scientẽ planctum: sed sensus is est, quem translatio nostra expressit consentientibus etiam recẽtioribus interpretibus. Immo & L x x ita verterunt, vt in eorum translatione apud Hieron. & apud Theodoretum videmus, qui enim modo circumferuntur codices, aliter habent: vocabitur agricola in luctũ, & in planctum, & in scientes lamentum. Solere autem Hebræos huiusmodi transpositionibus verborum vti demonstrabimus in illud Sophoni. 2. Ante quam pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem.

43 *Et in omnibus vineis erit planctus.* Hieronymus: Vt vbi quondam fuit materia lætitiæ, sit origo lacrymarum, &c. In vineis solet esse magna lætitia vindemiæ tempore & ibi erit maximus luctus, cum omnes fuerint ab hostibus conculcatæ, & direptæ. Quam molesta autem eis futura esset hæc vinearum direptio, vel illud ostendit, quod paulo ante dixit: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum.

Transire. *Quia pertransibo in medio tui.* Videlicet puniẽdo te, nam transitus Dei punitionem significare sole, tvt hic notat Hieronymus. & nos in illud. Hos. 10. adnotauimus: Ego transiui super pulchritudinem colli eius Exoh. 12. Et trãsibo per terram Ægypti nocte illa, percutiamque omne primogenitũ in terra Ægypti.

TROPOLOGIA.

Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum, inquit Dauid. Non sic impij, non sic, sed planctus erit in eis, in omnibus plateis, in omnibus qui relinquunt artam viam, quæ ducit ad vitam, & latam sequuntur, quæ ducit ad perditionem: qui nolunt Dei præceptis constringi, & coangustari: sed æstuant quasi angustissimo carcere inclusi, & respiraturi exeunt in vitæ licentioris spatia, quasi in plateas: Ita illi æstuabant, qui aiunt: Exiguum, & cum tædio est tẽpus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis. Et post multa huiusmodi: Veni te ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso, & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequã marcescant, nullum pratum sit, quod non pertrã seat luxuria nostra. Nemo nostrum exsors sit luxuriæ nostræ, vbiq; relinquamus signa lætitiæ, quoniã hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Pro hac ergo lætitia, & luxuria erit in omnibus plateis plãctus: cito em illa finiẽtur, quæ amabant, & succedent supplicia nunquã finienda, quæ oderant, sicut Salomõ ait: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. * Audiuimus quomodo se in hac vita ad delicias mutuo cohortarẽtur: nũc audiamus quid post illã de eisdẽ sentiant in eodẽ libro Sapientiæ: Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ nõ est ortus nobis. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã vmbra, & tanquam nuntius præcurrens, & rãquam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam, cuius cum præterierit, non est inuenire vestigiũ, &c. *Et in omnibus, quæ foris sunt,* siue in omnibus vijs, dicetur, væ væ, omnes enim, qui è domo, aut vrbe sua, id est, ex se ipsis exierunt, & per vias effusi sunt quærentes voluptates, & bona sæculi, sicut filij Israel qui per Ægyptũ sparsi paleas quæritabãt, dicẽt, væ væ, id est, vehementer lugebunt: nam & in præsenti vita multa cogẽtur pati, & in futura plura, & maiora sine fine tolerabũt. * Sed cur vocabũt agricolã ad luctũ certe nõ solent ad luctũ vocari, nisi quibus eadẽ est causa lugendi. De otiosis hominibus, & solum voluptati indulgẽtibus loquebatur, nunc laborãtes adiungit, id est, agricolas. Durũ enim genus sunt agricolæ, & laborũ patiens, vixq; vllo anni tẽpore ab eis ferians. Sed extra domum suam laborat agricola, & in ijs laborat, quorum fructum cito se accepturum magis videt, quã ipse rat. Qua propter in malum interdum agricolam accipit scriptura, vt Gene. 25. Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. De quo Gregor. 5. Mor. capi. 7. Quid enim per venationem Esau, nisi eorũ vita intelligitur, qui in exterioribus voluptatibus fusi carnem sequuntur? Qui etiam agricola esse describitur, quia amatores huius sæculi tanto magis exteriora colunt, quanto interiora sua inculta derelinquunt, &c. Qui ergo non in cultura animæ suæ sed in rebus sæculi laborant, neque cœlestem mercedem expectant, quasi tardam, sed terrestrem capiunt, & præsentia lucra sectantur, lugebunt cum otiosis, & delicatis hominibus.

44 Psal. 117. Luctus in domib⁹ impiorum.

Sap. 2.

At non ij soli accersuntur, & scientes plangere. Quemadmodum enim erant in illo populo, qui mercede conducti in aliorum funeribus plangerent minime ipsi dolentes: ita & in populo Christiano non desunt qui mercede siue pecuniæ, siue honoris, aut gloriolæ adducti lugeãt peccatores, de quorum miserijs non dolent, quia veram caritatem nõ habent, & eloquenter in peccata declament, quæ faciunt, & cum alios lugere sciant, se ipsos omni luctu digniores defiere nesciunt. * *In omnibus præterea vineis erit planctus,* de quibus scriptum est: De vinea Sodomorum vinea eorũ, & de suburbanis Gomorræ. Vua eorũ vua fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorũ, & venenum aspidum insanabile. Vineæ huiusmodi sunt animæ illæ, quas Deus ad religionem, vel ad vitæ genus aliquod à vulgi moribus segregatum vocatas diligẽter excoluit, & in eis virtutes magnas, quasi generosiores vites seuit; sed tandem à sancto instituto recesserunt, & pro vino, quod lętificat cor hominis, tulerunt vinum draconũ, & expectatæ vt facerent vuas, fecerunt labruscas. Hæc autem omnia patientur hi, quia pertransibit Dominus in medio eorũ: & qui videbatur abesse, & quasi ignorare quid facerent, dum tacebat, & iram continebat, tandem probabit se adesse, & laborem, ac dolorem, id est, facta impia, considerasse, & eo puniet acrius, quo patiẽtius vindictam dissimulauerat.

47 Deut. 32.

48 *Væ desiderantibus diem Domini.* Hęc verba, vt & præcedentia decem tribubus dici, nõ etiam duabus, ex eo, quod nunc dixit: si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquijs Ioseph, & ex eo, quod in fine cap. scriptum est, satis constat: Et migrare vos faciam trans Damascum, neque enim vnquã duæ tribus migrauerunt trans Damascum. Israelitæ itaque minime credebãt prophetis futura mala comminãtibus, sicut & quidam Ierem. 5. ostendunt dicentes: Neque veniet super nos malum, gladium, & famẽ non videbimus. Alij irridentes prophetas, & quasi fortitudinem animi ostentantes optare se dicebant diem illum Domini roties à prophetis prædictum, id est, diem captiuitatis, quo Dominus potentiam suam in eos, qui sibi parere nolebant, erat ostensurus, ac dicebant: Veniat iam dies Domini, videamus quid nam tantum sit, quod toties comminantur prophetæ. Ierc. 17. Ecce ipsi dicunt ad me: Vbi est verbum Domini? veniat. Horum igitur audaciam, & impudentiam coarguit, prædicitque in die Domini omnia plena futura tenebris, id est, calamitatibus, & doloribus, ac nihil lucis habitura, id est, nihil solatij, nihil lætitiæ. Nam tenebris in scriptura tristia, luce læta declarari sæpe iam diximus.

TROPOLOGIA.

Hieronymus: Decutitur confidentia superborum, qui, vt apud homines iusti appareant, solent diem expectare iudicij, & dicere: Vtinam nobis liceat dissolui & esse cum CHRISTO: imitantes Pharisæum, qui in Euangelio loquebatur: Deus ago gratias tibi, quia non sum sicut ceteri homines. Et postea. Certe si eos etiam propria conscientia non remorderet, debuerant imitari Paulum dicentem: Quis scandalizatur, & ego non vror? & pro omnibus esse soliciti, ne quasi amatores sui, vt ipsi regnent, aliorum tormenta desiderarent. Quomodo si quis velit capi patriam suam, vrbemq; subuerti, vt solus amicitia victorum pertruatur. Solemus in angustijs, & tribulationibus dicere: vtinam mihi liceat exire de corpore, & sæculi huius miserijs liberari, nescientes quod quamdiu in hac carne versamur, habemus locum pœnitentiæ, si autem recesserimus, audiemus illud Prophetæ: In inferno autem quis confitebitur tibi, &c.

49 Luc. 18. 1. Cor. 12. Psal. 6.

HISTORIA.

Quo modo si fugiat vir à facie leonis. Cum multa passi fueritis, finemque iam adesse putaueritis malorum, in alia, atque alia incidetis: perinde atque ille, qui leonem fugit, & cũ iam sibi tutus videbatur, in vrsum incidit, ac deinde ex fuga in domum aliquam se recipiens fessus parieti manu incumbit, vt quiescat, & ibi mordetur à colubro in foramine latente. Quibus verbis significari arbitror eos, qui gladium, bellumque effugerint, grauissima mala in terra Assyriorum fore perpessuros, & non solum ab vno rege, sed ab alijs etiam, qui consequentur, esse affligendos, & quidem tunc maxime cum requiem sibi iam partam esse sperãbant.

50

TROPOLOGIA.

CHRISTVS immolatus patri vt agnus, iam in resurrectione leo dicitur, iuxta prophetiam Iacob: Et requiescens accubuisti vt leo. Fugiunt ergo à facie leonis, qui nunc obedire ei nolũt, aut eius verba audire, sed

Gen. 49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

animo suo obiequi, atque eum quasi leonem intra se fingunt, id est, crudelem, & imperandi cupidum, omniaque voluptatum genera suis denegantem: cum tamen illi, qui gustarunt, sciant suauem esse Dominũ, & ex animo exclamẽt: Quam bonus Israel Deus ijs, qui recto sunt corde? Quibus illud respondere pro Domino possumus. Ex ore tuo te iudico serue nequam, sciebas quod homo austerus sum, me leonem esse dicebas, & imperandi cupidum, cur ergo mihi non parebas, vt iram meã fugeres? cur ante misericordiæ meæ pedes non procidebas per pœnitentiam, vt tibi non nocerem? * Parcit enim leo homini prostrato, & iram suam cohibet. At fugienti à facie leonis vrsus occurret, qui neque prostratis parcit, id est, CHRISTVS in secundo aduentu, quo inimicos suos æterni ignis pœna puniet, & quasi vrsus lacerabit. Quod de leone, & vrso diximus, Ouidius elegantibus verbis explicauit:

Psal. 72.

51

Lib. 3. de Tristibus. Elegia. 5.

Quo quisque est maior, magis est placabilis iræ,
Et faciles motus mens generosa capit.
Corpora magnanimo satis est prostrare leoni,
Pugna suum finem cum tacet hostis, habet.
At lupus, & turpes instant morientibus vrsi,
Et quæcumque minor nobilitate fera est.

52

Tunc isti, cum omnia plena minis, & terroribus videbunt, quasi vrsi iram fugientes in domum ingredientur, id est, in mẽtem, & in memoriam suam, vt bonis operibus, quæ aliquando fecerunt, se se tueãtur, & vt

Matth. 7.

illi dicent: Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & illis operibus, quasi pariete quodam, nitentur. At inde exibit coluber, qui mordeat, id est, conscientia peccatorum: videbunt enim se eleemosynis, & iciunijs, & huiusmodi operibus non tam Deo, quam hominibus placere voluisse, aut certe si quid boni fecerunt, sequẽtibus peccatis fuisse deletum. Nam serpentis nomine peccatum intelligi docet Cyrillus lib. 2. in Ioh. c. 50. Atque hi sunt serpentes igniti,

Serpens & coluber.

siue vrentes, siue (vt Lxx verterunt) interficientes, quos misit Dominus Num. 21. in populum contra Deũ, & Moysem loquentem, & fastidientem manna, quem tœdebat itineris, ac laboris. Si quem autẽ mouet in Numeris serpentes dici, hic autem non serpentem, sed colubrum, sciat vtrobique idem esse nomen in Hebræo נָחָשׁ: & in Græco similiter idem, ὄφις.

HISTORIA.

Odi, & proieci festiuitates vestras. Etiam si festos dies mihi vos celebrare putetis, & munera offerre, non ero vobis propitius, cum idola etiam colatis, & nulla peccatorũ pœnitentia capiamini. Non placebit mihi odor thymiamatum vestrorum, neque victimæ, quamuis pingues. Israeli loquitur, qui in terra sua etiam Deo sacrificia offerebat, vt vidimus Hos. 8. Hostias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas.

55

Aufer à me tumultum carminum tuorum. Pulchre, vt ait Hieronymus, cantica corũ, quibus laudabũt Deum, tumultum vocat, sonitumque confusum, quia nõ est speciosa laus in ore peccatoris, neque prodibat ex deuotione animi, qui erat in peccatis obstinatus: & hæc eadem idolis quoque offerre consueuerant. In Hebr. est: Aufer desuper me tumultum, &c. quod videtur esse defatigati, & quasi magno onere grauati.

Eccle. 12.

Et reuelabitur quasi aqua iudicium. Veniet in te maximum suppliciũ more aquæ inundãtis, cum minime timebis. Capitur enim iudicium pro sententia iudicis, aut pro supplicio. Iustitia etiam Dei, quę latebat, dum ille tot mala tolerabat, nũc reuelabitur more torrentis fortis, qui subito excrescẽs quęcunq; occurrunt, impetu suo secum rapit.

TROPOLOGIA.

54

Multi sunt, qui immolare Deo volunt simul & idolis, id est, simul Deo vacare, & diuitijs, & honoribus etiam contra Dei legẽ, & voluntatem comparandis, atque ita Deo seruire, vt simul & voluptatibus suis seruiãt, sicut Nahaman, qui cum Elisæo pollicitus esset: Non faciet vltra seruus tuus holocaustum, aut victimam dijs alienis, nisi Domino: continuo subijcit. Hoc autem solum est de quo deprecaris Dominum pro seruo tuo: Quando ingredietur Dominus meus templum Remmon, vt adoret, & illo innitente super manum meam si adorauero in templo Remmon adorãte eo in eodem loco, vt ignoscat mihi Dominus seruo tuo pro hac re. Horum festos dies Dominus proijcit, & victimas, & odores, & cantica, ipse enim dixit: Nemo potest duobus dominis seruire. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ. Et Apostolus: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini participes

4. Reg. 5.

Matth. 6.

1. Cor. 10.

esse, & mensæ dæmoniorum. Horum etiam iudicium, & supplicium reuelatur postea, quasi aqua, & quasi torrẽs fortis, cui nulla vi resistere possunt. * Sicut aqua autem dicit, quia sicut aqua latentem quidem habet originem, sed cursum manifestum: ita obscurum erit, cur Deus in huius generis homines animaduertat, qui bonis operibus illustres videbantur. At tandem, perspicietur merito illos puniri, qui simul volebant seruire creaturæ, & creatori, qui plus rebus omnibus diligẽdus erat, & cum eo, qui est, coluerunt ea, quæ non sunt: De quibus merito dicitur: Cor autem eorum non erat rectum cum eo, neque fideles habiti sunt in testamento eius.

55

Psal. 77.

Numquid hostias, & sacrificium. Hunc locum citat beatus protomartyr Stephanus Act. 7. & ideo inde sumenda est eius intelligentia, vt pie, sancteq; fecit Hieronymus, longe aliter atque recentiores fere omnes, qui neque Stephani meminerunt, neque eius, in quo Spiritus sanctus loquebatur, expositionem sequi volunt, sed trãslationem corrigunt, & visiones capitis sui, aut Hebræorum loquuntur. Omittam igitur & eorum, & aliorum interpretationes, quas non probo, vt breuius, & apertius dicam quod probo. * Sensus totius loci est. Quid ni vos seuerissime puniam, cum hæc vestra impietas vetustissima sit, & ab ipsis Ægyptiacę libertatis cœpta temporibus, quibus paulo ante à me potenter liberati idola coluistis, neque vnquam inter tanta supplicia resipuistis? Nunc singula explanemus. Nũquid toto quadraginta annorum tempore, quo versati estis in deserto, hostias mihi, aut sacrificium obtulistis? Non sane, sed idolis vestris. Ita hæc verba interpretantur Hieronymus, & Theodor. eadem est expositio Glossæ hic, & Actu. 7. & Ruperti, & in eundem locum Actuum apostolicorum, Bedę. Ruffinus, nomine etiam Hieronymi indicato, ridet eius expositionem, ac miseram vocat, miserrimam ipse, & à veritate alienissimam subiecturus. At quid hoc refert, cũ martyri Stephano pleno Spiritu sancto probetur? Cuius verba, si consideremus, videbimus prorsus id eum agere, quod in fine orationis ostendit, Iudæos præ cordis duritia semper Deo, & eius prophetis restitisse, adeo vt neque Mosem quidem audire voluerint, quem illis Deus & legislatorem, & principem dederat. * Ideo ait: Hũc

56

57

Moysem, quem negauerunt dicẽtes: Quis te constituit principem, & ducem? &c. Et postea: Cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Ægyptum dicentes ad Aharon: Fac nobis deos, qui præcedãt nos, Moysi enim huic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus, quid factum sit ei. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulacro, & lætabantur in operibus manuum suarum. Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum. Numquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus dei vestri Rempham, figuras, quas feciſtis adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem. Hactenus Stephanus. Docer ergo Deum offensum magna populi vitulũ adorantis impietate conuertisse corda eorum, permisisseque, vt seruirent, quasi Deo, militię cœli, id est, stellis, atq; id scriptum fuisse ab Hamos. * Verum est ergo, quod ait Hieronymus, eos post adorationem vituli non obtulisse hostias Deo, sed idolis suis, id est, stellis quibusdam, de quibus Stephanus ait: Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Rempham, figuras, quas feciſtis adorare eas. Ex quo planum fit hæc verba: Et suscepistis tabernaculum, &c. Nõ esse referenda ad idola, quæ coluerunt filij Israel in terra promissionis, vt multi tam huius prophetæ, quam Actuum apostolicorum explanatores tradiderunt, sed ad ea, quæ patres eorum coluerũt in deserto. Nec de omnibus sacrificijs nunc loquimur, sed de ijs, quæ oblata sunt post vitulum illum adoratum, vt Stephanus plane docet, quarto autẽ mense ab egressu ex Ægypto adoratus est, vt ex ca. 19. & 30. Exhodi constat: Quæ hoc tẽpore oblata sunt sacrificia, Dominus interprete Stephano docet nõ sibi, sed Moloch, & idolis alijs oblata esse. At videtur cum hoc sensu pugnare sacra historia: nam Leuit. 8. in vnctione Aharonis, & filiorum eius sacrificium oblatum est, & ca. 9. filij Israel tulerunt hostias immolãdas ad ostium tabernaculi, & Numer. 7. in dedicatione tabernaculi hostiæ Deo immolatæ sunt magnifice per dies duodecim. * Respondet Hieronymus: Quod postea quædam Domino eos legimus obtulisse, non voluntate, sed pœnarum fecerunt metu, &

58

59

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum interfectione, qui propter idola corruerunt. Denique vbicunque occasio fuit, semper corde reuersi sunt in Ægyptũ desiderantes allia,& cœpe,& cucumeres,& carnes Ægyptias,& manna,quod de cœlo datum est contemnentes. Quod vt sic intelligamus, Stephanus primus martyr Euangelij dignus nomine suo,in apostolorũ narrat historia. Atque hæc quidem omnia ex Hieroymi sentẽtia,quæ probabilissima est, diximus:nunc quid mihi de hac re cogitãti in mentem venerit,exponam. Quæ hactenus commemorauimus sacrificia, primo anno egressionis filiorum Israel oblata sunt post illa enim legimus Num.9. Locutus est Dominus ad Moysem in deserto Sinai anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mẽse primo. Deinde post aliquot dies explorata iam terra promissionis iratus Dominus populo murmuranti negat eos in terram illam ingressuros, sed filios eorum,ca.14. Filij,inquit, vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta,& portabunt fornicationem vestram,donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram, annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionẽ meam. * Hi
60 sunt quadraginta anni, quibus nunquam Domino sacrificia obtulerunt in deserto,sicuti nec circumciderunt eos, qui in deserto nati sunt. Iosue. 5. qui post illa sacrificia, quæ in obiectione commemorabamus, numerantur. De his & Propheta noster,& Stephanus loquuntur, atque ita omnia sunt aperta: nam quomodo eo tempore sacrificauerint militiæ cœli, paulo post exponemus. Video quid eruditus lector obijcere possit:ab eo tempore, de quo loquimur, nõ numerari quadraginta annos,sed à die exitus ex Ægypto, à quo iam annus cum aliquot mensibus transierat, ita enim docet Lyranus ibidem. Equidem possem hoc negare,ac niti verbis,quę nunc retuli: Filij vestri erunt vagi in deserto annis. 40. & portabunt fornicationem vestram. Nam & si verum esse possit filios eorum quadraginta annos errasse in deserto, non tamen videtur verum quadraginta annos portasse fornicationem patrum suorum, nam duobus annis, qui fere iam exacti erant ab egressu ex Aegypto,fuerant quidem in deserto, non tamen portauerant fornicationem patrum suorum. * Sentit (vt apparet) idem Orig.hom.8.in Numer.cum ait: Populus ille prior pro quadraginta dierũ delicto quadraginta annis cruciatur in deserto, nec terram sanctam introire permittitur. Hanc rem non dubijs,sed manifestissimis verbis confirmant Lxx interpretes, qui Iosue.5.aiunt. Quadraginta enim,& duos annos versatus est Israel in deserto Madbaritide,ideo non circumcisi erãt plurimi ipsorum. Quadraginta duos dixerũt,quoniam, vt dixi,duo fere transierant, cum redierunt exploratores, & Dominus populo iratus est. Et Augustinus qu.6. in librum Iosue ita hunc locum refert, & quasi ab scriptura dictum recitat, quadraginta duos annos fuisse Israelem in deserto. Nec vero Lxx interpretum translationi obstat in Hebręo quadraginta annos legi, vbi ipsi posuerũt quadraginta duos:quis enim nesciat vulgatam scripturæ cõsuetudinem, in maiori summa minorem includentis, vt in hoc ipso quod Lxx interpretes dicimus, cum constet fuisse septuaginta duos, senos è singulis tribubus. Et Lxx discipuli breuitatis causa dicuntur, qui septuaginta duo fuere? Hoc si quis sequatur, sine vllo negotio rem difficillimã expediet, quo modo quadraginta annis Deo non obtulerint hostias filij Israel. * Verum, quoniam nihil est nocentius, quam antequam scripturam consulas, de re iudicare, & ad tuum iudicium postea eam demvolentem nolentem trahere: nõ id dicam, quod dicere mallem, & quo facillime molesta quæstio explicabatur,sed quod iudico esse scripturę multo magis consentaneum: quadraginta tantum annos errasse filios Israel in solitudine,eosque ab egressu ex Aegypto esse numerandos. Nam Exho.7.scriptũ est. Erat autem Moyses octoginta annorum; & Aharon octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem. De Aharonis autem morte legimus Num. 33. Ascendit que Aharon sacerdos in montem Hor iubente Domino, & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto,mense quinto, prima die mensis, cum esset annorum cẽtum viginti triũ. De Moyse autem, qui post paucos menses eodem anno obijt,in extremo Deuteronomio dictum est: Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est. Stigitur octoginta annorum erat quando locutus est ad Pharaonem, centum vero, & viginti

An plures annos quadraginta errauerint filij Israel in deserto.

ginti quando obijt,relinquitur quadraginta annos populum errasse in solitudine:iam enim finiti erant errores deserti cum ille obijt, vt ex ipsa scriptura nemo non intelliger, & continuo post paucissimos dies duce Iosue transijt Iordanem, vt ex eius libri
63 initio perspicitur. * Atque ex eisdem locis, vt alia iam omittam, videmus in annis vitæ Moysis nullos taceri,neque minorem summam in maiori inclusam fuisse, quoniam conueniunt anni Moysis,& Aharonis, qui triennio maior erat, & centesimum vigesimum tertium annum agens mortuus est, cum Moyses eodem anno mortuus centesimum vigesimum egisse dicatur. Quid ergo? Quomodo numerabimus quadraginta annos, quibus hostias Deo non obtulit Israel in deserto? Plane ita vt numerantur anni quadraginta, quibus filij portauerunt fornicationem patrum suorũm in eadem solitudine, Num. 14. Filij vestri,inquit, erũt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram. Et statim: Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam. Nõ portauerunt filij quadraginta annos integros fornicationem patrum suorum: fornicatio enim secundo anno facta est postquã exierunt in Ægypto, fornicati enim sunt cum territi verbis exploratorum à Deo recesserunt, & ducem sibi quærebant ad redeundum in Aegyptum. Nec quadraginta annos integros receperunt iniquitates suas, & vltionem Dei, neque enim Deus eos à terra promissa ob priora peccata arcebat, sed ob illam incredulitatem, & fornicationem, quam diximus, vt scriptura ipsa docet: etenim nunquã antea Deus hanc pœnam intentauerat, & postea vbicũque eius
64 meminit,semper eiusdem fornicationis, & diffidentiæ recordatur. * Fingamus non hanc fuisse causam: num ipso die, quo populus egressus est ex Aegypto, fornicatus est,aut Deum prouocauit? Necessario ergo fatendum est quadraginta annos dici more vulgato,& scripturę,& omnium gentiũ, quia ferme quadraginta fuerũt. Solet enim scriptura(vt docet August.q.47.in Exhod.) tempora ita nũcupare, vt quod de summa perfectioris numeri paululũ excrescit, aut infra est, non computetur, id est, solet plenum numerum ponere,etiam si modicum desit,vel supersit vt Iud. 9. Et occidit fratres suos filios Ierobahal, septu[illegible]ta viros su-

per lapidem vnum. Et tamen huic numero defuit Ioathan natu minimus, & ipse Abimelech, qui occidebat, vt ibi videmus.* 65
Fuerũt igitur sexaginta octo, omnes enim filios Gedeonis legimus cap.8 fuisse septuaginta. Idem lib.15.de ciu.cap.24. cum illud Gene.6.exponeret: Erunt dies eorum centum viginti anni: intelligẽdum est,inquit, hoc Deum dixisse, cum circa finem quingentorum annorum esset Noe, id est, quadringentos octoginta vitæ annos ageret, quos more suo scriptura quingẽtos vocat, nomine totius maximam partem plerumque significans,&c. Ita ergo dicti sunt quadraginta anni cum essent octo, & triginta cum paucis mensibus. Atque eodem modo de re eadem locutus est Dauid Psal. 94. Quadraginta annis offẽsus fui generationi illi,& dixi:semper hi errãt corde. Neq; enim totos quadraginta annos infensus illis fuit, immo quadraginta annos numerat ab illa incredulitate populi post reditum exploratorum,vt ibi Basilius,& Theodoretus haud obscure interpretantur, & verba ipsa indicant: Quibus iuraui in ira mea, si introibũt in requiem meam. Tũc enim iurauit, cum illi territi nuntio exploratorum de redeundo in Aegyptum cogitabant, & diuinis promissis diffidebant.

Et portastis tabernaculum Moloch. Non mihi sed Moloch, obtulistis sacrificium, cuius tabernaculum portabatis in eius honorẽ. Ita etiam beatus Stephanus: Et susscepistis tabernaculum Moloch, ἀνελάβετε vt Lxx verterunt. Hebr. נְשָׂאתֶם, portastis, eleuastis, tulistis, susscepistis, scilicet, portandum humeris vestris. Quare male noui interpretes quod in Heb. est סִכּוּת, idoli nomen esse voluerunt, & ita reliquerunt, vt erat in Hebræo, alij aliter interpretati sunt longe ab scopo aberrantes: cum Lxx verterint, Tabernaculum, & Symmachus, & Hiero. Aquila quoque interpretatus fuerit συσκιασμούς, id est, vmbracula, & quod omnium maximum est, Spiritus ipse sanctus per Lucam verterit, Tabernaculum. Causa errandi fuit, & in hoc, & in plurimis locis, quod Iudæis illis credunt, qui puncta Hebraica excogitarunt,quos sæpe errasse, & scripturæ sinceritatem deprauasse, & multis in locis ostendimus, & in sequentibus ostendemus. * Itaque vbi illi legunt סִכּוּת, mutanda sunt puncta, vt legatur סֻכּוֹת, id est, ta- 66 * 67
bernacula, vt legerunt veteres: ideo enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aquila vertit, συσκιασμούς, id est, vmbracula, tabernacula. Si quid è libris suis Aristoteles, aut alius autor interpretetur, suscipient omnes, neque erit qui audeat aliter interpretari: Deo verba sua interpretanti non credent homines Christiani vt Iudæorum magistris credant? Pro Moloch in Hebr. est מַלְכְּכֶם, id est, regis vestri, vt Symmachus & Theodotio transtulerunt, Lucas autem, & Lxx interpretes, & Hieronymus, Moloch. * Est autem Moloch idolum Hammonitarum, cui postea Iudæi in idololatriã delapsi filios suos per ignẽ offerebant, quod Hebraice dicitur מֶלֶךְ, id est, regnans Leu. 18. De semine tuo non dabis, vt cõsecretur idolo Moloch. Et cap. 20. Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, & ibi sæpe, quibus locis Lxx verterunt τῷ ἄρχοντι, ei, qui regnat, nisi quod vbi ait: vt fornicaretur cum Moloch, posuerunt εἰς τοὺς ἄρχοντας, id est, in regnantes, numero plurali. At ne quis putet nõ esse nomẽ proprium apud Lxx, sed commune, interdum etiam pro ipso, nomine Hebraico Moloch vsi sunt, vt 4. Reg. 23. vt nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch, & Ierem. 32. vt initiarent filios suos, & filias suas Moloch. Quibus locis omnibus semper in Hebræo legitur מֶלֶךְ Molech, seu potius Moloch, vt ex Luca, & ex Lxx constat, male enim puncta posuere Iudæi, vt sæpe solent. * Tradunt autem Beda, & Oecumenius, & alij in cap. 7. Actuum, Moloch idem esse quod Melchom, de quo diximus cap. 1. huius prophetæ in illud: Et ibit Melchom in captiuitatem: quod ex scriptura verum esse intelligitur. 3. Reg. 11. Et Moloch idolum Hammonitarũ. Et postea: Et Moloch idolo filiorum Hammon. Et rursus: Et Moloch deum filiorum Hammon: In horum locorum primo, ac tertio, est in Heb. מַלְכָּם, in secundo מֶלֶךְ, apud Lxx in omnibus est μελχόμ. Cum autem siue Moloch dicatur, siue Moloch, siue Melchom, nomen deductum videatur à מָלַךְ, quod est, regnauit, atq; hoc nomine idolũ appellauerint quasi regem suum propter insignem obseruantiam, vt diximus in Hamos. capit. 1. vbi pro Melchom posuerunt Lxx Rex eorum: recte nunc Lucas Euangelista, & Lxx pro eo quod erat in Heb. Tabernaculum regis vestri, verterunt, Tabernaculũ Moloch. Quo loco Aquila etiam dixit Melchom, quoniã idem est Melchom & Moloch. Hæc, quæ diximus confirmat Hieronymus in illud Isai. 57. Et ornasti te regi vnguẽto, (pro quo male legitur: Regio vnguento) his verbis. *Dupliciter intelligitur, aut regi Deo, dum ijs ornaris, quæ ille dederat, & idolis prostitueris: aut certe Regi idolo Hammonitarum, qui appellatur Moloch, & in lingua nostra regem sonat, quem iuxta Lxx in alijs locis Melchom legimus. Quod autem in quibusdam codicibus legitur, Moloch deo vestro, in alijs Moloch vestro, vt in eo, qui adiunctus est commentarijs Hieronymi, & in nõnullis manu scriptis: nihil refert, vtrũque enim sensum reddit eius, quod est in Hebræo, Regi vestro. Hoc autem nunc restat explicandum, vnde probari, aut qua ratione defendi possit Israelẽ in deserto portasse tabernaculum Moloch, aut hostias obtulisse: cum neque id sacra historia docuerit, neque Mõses vlla ratione passurus fuisse videatur. Oecumenius in Acto. capit. 7. factum esse dicit, dum Moyses erat in monte cum Deo. At quoniã ibi nihil de Moloch, aut de eius tabernaculo scriptum est, mihi potius factum videtur cum populus erat in terra Moab, idque illis verbis indicari Numero. 25. Fornicatus est populus cũ filiabus Moab, quæ vocauerũt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt, & adorauerũt deos earum: non vnum, sed multos deos, vt etiam Iosephus testatus est. 4. Antiq. cap. 6. In his erat Moloch, quem deum fuisse Moabitarum affirmant Oecumenius, & alij in ca. 7. Actuum. * Neque pugnat cum hoc, quod ex scriptura diximus, fuisse deum Hammonitarum, erat enim proprius quidem Hammonitarum, & quasi indigena, sed ab eis acceperant Moabitæ, & loci, & sanguinis propinquitate coniuncti: quemadmodum in Hos. capit. 2. nu. 62. Bahalem demonstrauimus deum fuisse Tyriorum, & Babyloniorum, sed proprium Babyloniorum, quem ab eis accepere Tyrij, & Sidonij, atque ita dissidentes autorum sententias conciliauimus. Quid autem mirum est populum ad idololatriam valde procliuem, tum feminarum amore furentem nihil eo tempore impietatis reliquisse, quod illæ imperasset, & tabernaculum Moloch cum Moabitis in pompa portasse? Deinde quis est, qui nesciat sanctum Stephanũ in ijs, quæ hoc loco narrauit, multa addere, quæ prætermiserat Mosis hist[illegible] ille ex vera maiorum traditione [illegible]at? Quę si facta esse quis

68 Moloch.

69

neget, quoniam à Mose scripta non sunt, negabit & Mosem dixisse Deo ad legem ferendam descendente: Exterritus sum, & tremebundus, Pauloq; Apostolo repugnabit affirmanti Hebr. 12. cuiusmodi sunt in scriptura non pauca.

70 *

Et imaginem idolorum vestrorum. Hieronymus imaginem vertit quod in Hebræo est כִּיּוּן, recentiores placentam esse volũt, sed falsa est eorum interpretatio, placenta enim כַּוָּן dicitur. Dicitur ergo, כִּיּוּן imago, à verbo כוּן, quod est parare, siue firmiter collocare, quod imagines, & statuę firmiter in altaribus collocarentur. Portastis ergo, siue fecistis imaginem, id est, simulacra idolorum vestrorum, ac præcipue sidus dei vestri. Pro quibus Lxx interpretes, & sanctus Lucas ordine paululum commutato, sed sensu eodem, dixerunt: Figuras eorum. Ex quo conuincitur כִּיּוּן omnino significare imaginem. Hoc autẽ sidus, quod Hebraice dicitur כּוֹכָב, docet Hieronymus esse Luciferum, quem huc vsq; Saraceni venerantur. *Verum apud Lxx, & apud Lucam additur nomen huius sideris, siue dei, quod est Rempham, siue, vt est apud Hieronymum Rephphã, quod iuxta Theodotionẽ significat obscuritatem, iuxta Oecume. tenebras, aut excæcationem, & in idoli irrisionem additum videtur, quasi dicat verũ nomen illi contigisse, nõ enim esse stellam lumen afferentem, sed obscurantem, & excæcãtem. Erat igitur Rempham stella, quæ Lucifer dicitur, vt aiunt Beda, & Lyranus, & interlinearis glossa, & alij in Acto. cap. 7. Moloch vero quidam volunt esse Mercurium, quem Oecumenius autor est habuisse lapidem transparentem, ac pretiosum, stellæ instar, in extrema frontis parte: sed nomen Regis magis indicat fuisse Iouem, qui etiam numeratur inter militiam cœli, id est, inter septem stellas errantes. Apparet hæc simulacra stellas habuisse, aut in frõte, aut in vertice, quemadmodum & Romani Iulij Cęsaris simulacro stellam in vertice addebant, vt ex Trãquillo in fine eiusdem vitę accepimus, vt merito dixerit Stephanus, Tradidit eos seruire militiæ cœli, quamuis in eo, quod dixit: imaginem idolorum vestrorum, solis, ac lunæ, stellarumq; imagines etiam comprehendit.

71

72

73

74

Quæ fecistis vobis. Corrupte legitur, vt alibi sæpe in codicibus Complutensi, & Regio, figuras, quas fecistis vobis adorare eas, cum in Hebr. & in Latinis exemplaribus emendatis tãtum legatur, Quæ fecistis vobis. Sed addita hæc sunt ex translatione Lxx, quæ ita habet, Figuras eorum, quas fecistis vobis, ita enim legit Hieronymus: & ex verbis Stephani, Figuras, quas fecistis adorare eas. Sensus est, portastis imaginem idolorum vestrorum, quas figuras, siue imagines, aut quæ idola, fecistis vobis. Quoniã autem neque Lxx, neque Euangelista Lucas posuerunt suo loco illud, *Imaginem idolorum vestrorum*, nunc pro eo dicunt, Figuras eorum. Quod vero Stephanus addidit, Adorare eas, perspicuitatis causa additũ est, vt apertius indicaret eorum infidelitatẽ, & idololatriam. Latebat enim hoc non obscure in illo, Figuras eorum, quas fecistis vobis, scilicet, vt dij vestri essent.

Et migrare vos faciam trans Damascum. Locus erat satis apertus, nisi pro his martyr Stephanus dixisset: Et transferam vos trans Babylonem: Hieron. ita hæc cõciliat. Nec putandus est primus martyr errasse, qui pro eo, quod in Propheta scriptum est, Trans Damascum, dixerit Trãs Babylonem. Magis enim intelligentiam, quam verbum posuit: quia trans Damascum ducti sunt in Babylonem, siue trans Babylonem. Eadẽ verba sunt in Beda Acto. 7. & in Glossa ibidem, & in Rupert. & in Adnotationibus Erasmi, quæ ego explicari ab his autoribus, quam transcribi mallem. Quæro enim vtrum de Israele hic loquatur, an de Iuda? Non de Iuda, neque enim Iudas trans Damascum ductus est, sed in Babylonem, quam qui petunt, multum à Damasco recedunt, ideoq; superius dixi omnia, quæ à Propheta dicebantur, ad Israelem esse referenda, non ad Iudam. Si autem de Israele sermo sit, satis constat illum migrasse trans Damascũ, ductus enim est in ciuitates Assyriorum, quæ plane trans Damascum sunt cum terra promissionis collatæ. Itaque respectu Iudææ, & Galilææ multum ad Aquilonem vergit Damascus, plus etiam terra Assyriorum, & in via est Damascus. Sed cur Stephanus dixit Trans Babylonem, cum Babylon inferior sit, & Iudææ, atque Galilææ magis Orientalis sit, quam Aquilonaris, nec sit in eius via Damascus? * Dicamus ergo de Israele loqui Prophetam, eumque vere migrasse trãs Damascum in terrã Assyriorum, cuius metropolis est Ninive, in quã Tobias translatus est in captiuitate Tob. 1. & habitasse

75

76

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam in ciuitatibus Medorum longe à Babylone supra Persidem versus Aquilonem. 4. Reg. 17. Et transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala, & in Habor, iuxta fluuium Gozam, in ciuitatibus Medorum. Tobias etiam, cum captiuos, & contribules suos inuiseret, venit in Rages ciuitatē Medorum, Tob. 1. Iosephus autem li. 9. Antiq. capit. vltimo, non in Mediam tantum, sed etiam in Persidem traductum fuisse Israelem scribit. Sed siue continuo in Persidem venerit, siue postea, certum est ita illas decē tribus fuisse propagatas, vt à Media paulatim in finitimas regiones descenderint vsque ad Persidem, & alias prouincias, quæ sunt trans Babylonem, & trans Euphratem fluuium Babylonis: iamque omnes illas regiones tenerent cum hæc Stephanus dicebat. Vnde Iosephus. 11. Antiq. ca. 5. Decem autem tribus, inquit, nunc quoque vltra Euphratem sunt, infinita hominum millia, quæ vix est numero comprehendere. Hoc ergo est quod Hieronymus dixit, Stephanum magis intelligentiam, quam verbum posuisse, quia trans Damascum ducti sunt in Babylonem, siue trans Babylonem.

TROPOLOGIA.

77 Hi, quibus nunc ait: Numquid hostias, & sacrificium, &c. Sunt genus hominum miserabile, qui more gentium viuunt dum in deserto huius vitæ versantur, neque vnquam meditantur, quo eant, quis se maneat exitus, sed quasi ad diuitias sæculi capiendas, & ad honores nati essent, toti in ijs sunt, totumque vitæ tempus viuunt nescientes, cur viuant. Tolerant ærumnas, & labores magnos semper idolis sacrificia offerentes, nunquam Deo. Portant tabernaculum Moloch, id est, regi, qui est honos, & miserrimam seruiunt seruitutem. Colunt militiam cœli, siue sidera, id est, ea, quæ maxime in tenebris huius sæculi splēdere creduntur, sed præcipue sidus dei sui Rempham, id est, pecuniam, quo cuncta illuminari, atque illustrari putant, genus, literas, virtutem, obscura enim hæc censent sine pecunia. His illud conuenit Domini: Et dixi, semper hi errant corde. Ipsi vero nō cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam. Migrabunt itaque trans Damascum, id est, non permanebunt semper in Ecclesia electorum, quæ in terra promissionis significata est: nam quamuis semper sint in Ecclesia, dum fidem non amittunt, in morte separabuntur ab electis, & captiui ad inferos deducentur.

Honor id est Moloch.

Pecunia idolū Rempham.

Psal. 94.

CAP. VI.

Luc. 6. *Væ qui opulenti estis in Sion, et confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel. Transite in Chalanne, et videte, & ite inde in Emath magnam: et descendite in Geth Palæstinorum, et ad optima quæque regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est. Qui separatis estis in diem malum: & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, et lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici. Bibentes vinū in phialis, & optimo vnguento delibuti: et nihil patiebantur super contritione Ioseph. Quapropter nunc migrabūt in capite transmigrantium: et auferetur factio lasciuientium. Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum, Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint decē viri in domo vna, et ipsi morientur. Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de domo: et dicet ei, qui in penetralibus domus est, Nūquid adhuc est penes te? Et respondebit: Finis est. Et dicet ei, Tace, & non*

recorderis nominis Domini. Quia ecce Dominus mandauit & percutiet domum maiorem ruinis: et domum minorem scissionibus. Numquid currere queunt in petris equi? aut arari potest in bubalis? quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, et fructum iustitiæ in absynthium. Qui lætamini in nihili: qui dicitis: Nūquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & conterent vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti.

HISTORIA.

Væ vobis, qui opulenti estis in Sion. Perspicue in duas, & in decem tribus loquitur, & in optimatum luxuriam, & superbiam maxime inuehitur, omnesque deplorat quod ventri seruiant, & luxui, nec Dei præceptorum, aut suppliciorum recordentur. Opulentos autē vocat Hieronymus, quos Propheta vocauit שַׁאֲנַנִּים, à verbo שָׁאַן, quod est quiescere, pacatum esse, abūdare. Quod etiam fecit Isai. 33. oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulētam. Chaldæus: Væ quiete degentibus in Sion. Duplex ergo eis peccatum obijcit, quod ipsi omnibus rebus supra modum abundent, cum alij in paupertate degant, & quod tranquillo, ac pacato animo sint fratribus suis inopiæ dolore tabescentibus, sicut paulo post ait: Et nihil patiebantur super contritione Ioseph. Talis erat dives in Euangelio, qui induebatur purpura, & byssō, & epulabatur quotidie splendide. Et erat quidā mendicus, nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Talis erat & Nabal ille stultus secundum nomen suum, qui duriter, & impudenter repulit Dauidis socios comiter, & suppliciter orantes in summa egestate: Quodcunque inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid. Respondens autem Nabal pueris Dauid ait: Quis est Dauid? & quis est filius Isai? Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio vnde sint? * Quare non sine emphasi mihi dictum videtur, *in Sion*: ac si diceret, Tolerabile esset opulentos esse alio in loco, sed in Sion, id est, in Ierusalem ciuitate electa, in qua Deus coli voluit, & sibi templum, & sacra fieri, vbi florere debuit pietas, & misericordia, intolerabile est inuenire opulentos homines, & pacatos in tanta fratrum suorum egestate, quorum labores, gemitusque contemnunt. Vnde Lxx interpretes sensum, magis quam verba attendentes recte verterunt: Væ qui despiciunt Sion, id est, qui omnibus affluētes nihil aliorum inopia, atque dolore commouentur. Notum est autem in Sion, siue Ierusalem, Allegorice Ecclesiam catholicam designari, atque idcirco eisdem Prophetæ verbis multo magis reprehendi, qui post CHRISTVM propter nos egenum factum, cum esset dives, fratres suos Christianos egere patiuntur in Sion, id est, in Ecclesia.

2

Et confiditis in monte Samariæ. Decem tribus compellat, atq; ita accipiēdum est, ac si diceret, væ etiā vobis, qui confiditis in mōte Samariæ, id est, in potentia regni Israel, cuius metropolis erat Samaria, quam in excelso monte conditam esse diximus cap. 3. nu. 14. ex quo erat natura munitissima, ipsique ita eius munitioni confidebant, & potentiæ, vt nullam hostium vim sibi pertimescendam esse iudicarent. Irridet autem eos, quod munitioni loci, ac non Dei præsidio confiderent.

TROPOLOGIA.

Iure profecto lugentur, qui confidunt in monte Samariæ, id est, diuites, & superbi, qui suam spem in diuitijs, & in potentia sua collocant, quibus idem propheta in hoc ipso capite ait: Qui lætamini in nihili. In his fornicantur, & colunt deos, quos nō nouerunt patres eorum, sicut per Ieremiā queritur Dominus: Numquid vidisti quę fecerit auersatrix Israel? Abijt sibi, & super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi. Quam diu stabunt huiusmodi montes, quamuis firmi, & ardui? Captus est mons Sa-

3

Ierem. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vrbs magna ſoloæquata. Veniet inexpecta-
Pſal.17. ta mors, veniet dies Domini magnus, & horribilis: Commota eſt, ſicut ait Dauid, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis. Et iterum: Montes, ſicut
Pſal.96. cera, fluxerunt à facie Domini, a facie Domini omnis terra. Non ſunt creati montes ad ſuperbiam, ſed ad miſericordiam, id eſt, ad ſubſidium pauperum, vt in eis paſcantur, id eſt, diuitiorum opibus, & potentiorum auxilio ſuſtentẽtur, ſicut ſcriptum eſt:
Pſal.146. Qui producit in montibus fenum, & herbam ſeruituti hominum. Qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum. Quare vir iuſtus non in hos montes oculos ſuos leuat, quos ſcit nõ multo poſt eſſe ruituros, & confidentium ſibi
Pſal.120. ſpes luſuros: ſed in alios vnde habeat auxilium quod vult. Leuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mihi. In cœlos leuat, qui merito propter altitudinem montes nominantur, vt ibi ait Euthymi, vbi eſt pater noſter, à quo bona omnia ſperanda ſunt: quod ſtatim explicat: Auxilium meũ à Domino, qui fecit cœlum, & terram. Sapiẽter ergo Paulus contra hæc omnia ſcri-
1.Thim 6. pſit ad Timotheum. Diuitibus huius ſæculi præcipe non ſublime ſapere (ſolent enim eſſe ſuperbi) neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo qui præſtat nobis omnia abunde ad fruendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus: facile tribuere, communicare, thezaurizare ſibi fundamẽtum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

* HISTORIA.

4 *Optimates, capita populorum.* In his, & ſequentibus, recedunt fere à noſtra omnes recentiorum tranſlationes, immo LXX, & Chaldæi paraphraſis, ſed illæ non à noſtra magis, quam à ſe mutuo diſcrepant. Verũ eas omittamus: noſtra Hebræorũ verborum ſenſum propriè perſpicuèque reddit, vt inficiari nemo poſsit, בְּרֹאשׁ enim idem valet, quod Nominati, (quod ex eis nemo negat) vel Celebertimi, quare optimè vertit Hierony. Optimates: ibi enim ſunt principes populi. Habere autem interdum nomina pluralis numeri hanc formam, etiam ſi ge[illegible]rium poſt ſe non habeant, notum [illegible]nguæ non prorſus imperi-
tis. Non eſt igitur quod hoc quemquam moueat, cum paulo poſt eamdem formam ſine genitiuo videamus vbi ait: Bibentes vinum in phialis, בְּמִזְרָק. Cetera plana ſunt, eſt enim in Hebr. Caput gentium, quod quid eſt aliud, quam capita populorum? Dici autem principes capita, quod eorum prudentia, & conſilio populus regatur, diximus Hoſ. 11. nume. 26. Ex quo cernitur quanta prudentia debeant eſſe principes, & omnes, qui præſunt. Quare ſicut populus & omnes, qui parent, ac præſertim religioſi homines, capite carere debent, id eſt, non ſuo, ſed rectoris ſui conſilio duci, ne ſit corpus illius congregationis mõſtroſum, ac biceps: ita qui præſunt, virtute, & prudentia abundare par eſt, ne ſit alia ex parte monſtroſum corpus, ſi ſit ſine capite. Nam quamuis poteſtatem non amittit rector, quòd aut ſceleratus, aut imprudens ſit, caret tamen eo, quod eſt ad gubernationem maxime neceſſarium, vt quodammodo populus capite carere videatur.

Ingredientes pompatice domum Iſrael. Domum Iſrael conuentum, ſiue concionem populi appellat, vt capite ſeptimo Rebellauit contra te Hamos in medio domus Iſrael, quòd videlicet aduerſus eum in concione prophetauerat. Notat igitur optimatum ſuperbiam, qui in conuentum populi, cum opus erat, veniebant pompatice, id eſt, lento gradu, imitantes ſeruula pomparum, ſicut ait Hieronymus vt tumorem animi corpus oſtendat. Eſt vero miranda huius loci tranſlatio, quæ vſius Hieronymi eſt, quod ſciamus, & nihil habere videtur commune cum Hebræo, quod ita habet: Et venerunt ſibi domum Iſrael, ſiue domus Iſrael, vtroque enim modo verti poteſt. Itaque omnes aliter vertunt quam Hieronymus, ſed neque ipſe, cur ita vertiſſet, indicauit. Forte veteres interpretes ſecutus eſt, vt ſolet, nec putauit indicandum, quod in eorum libris facile quiſque videre poterat. Ego propterea eum ita Hebræa reddidiſſe arbitror, quod non ignorabat conſuetudinem ſcripturæ, qua datiuus caſus verbis additus ſolet indicare honorem, & cultum. Vt Hoſeæ ſecundo: & argentum multiplicaui ei, & aurum, quæ fecerunt Bahal, id eſt, fabricauerunt aurum, & argentum vt honorarent Bahalem, ſtatuam

ei fabricantes, aut in eius honorem offerentes. Hamos. 5. Et portaſtis tabernaculum Moloch deo veſtro, id eſt, in honorem Moloch. Zachar. 9. Ecce rex tuus veniet tibi. Iſai. 60. Omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi, id eſt, vt te ornent, & augeant, & honorabiliorem reddant. Ita modo: Venerunt ſibi, id eſt, lente incedentes, & ambitioſe ſe oſtentantes, quærentes honorari à ceteris, atque omnium principes, & capita iudicari. Hoc Hieronymus ſignificantius ita expreſsit: *Ingredientes pompatice domum Iſrael*: etenim olim in pompis, id eſt, in publicis ſupplicationibus, aut triumphis, aut funeribus, diuorum imagines per vrbem lento gradu portabantur in ferculis ſpectandæ omnibus, atque adorandæ. Atque hoc modo in conuentum populi venire ſolitos eſſe optimates Propheta ſignificat: idque eleganter Hieronymus & vertit, & explanat, alludens nimirum ad verba Ciceronis libr. 1. Offic. Cauendum eſt ne tardicatibus vtamur in ingreſſu mollioribus, vt pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur. Et idem Hieron. in epiſt. ad Ruſticum monachum: Qui vero pauperes ſunt, & tenui ſubſtãtiola, videnturque ſibi ſcioli, pomparum ferculis ſimiles procedunt in publicum.

6

Tranſite in Chalanne, & videte. Videte poſſeſsionibus etiam prælatos eſſe vos finitimis nationibus, quæ locupletiſſimæ iudicantur: & tamen nullam mihi pro his gratiam referris, ſed peccata peccatis addidiſtis. Chalanne vrbs fuit in Babylonia prouincia, vt ex Geneſ. 10. diſcimus: Fuit autem principium regni eius, (id eſt, Nemrod) Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar. Eſt autem Sennaar campus, vbi Babylon, ſiue turris Babel ædificata eſt, autoribus Ioſepho. 1. Antiquit. capit. 5. & Hieronymo in locis Hebraicis, quod ex Geneſis 10. conſtat. Idem Hieronymus in locis Hebraicis: Chalanne vero, & ipſa ciuitas regni Nemrod in Babylone, cuius & Iſaias meminit dicens: Et Chalanne, vbi turris ædificata eſt. Idem hic ait eſſe vrbem, quæ poſtea Cteſiphon dicta eſt. Et in Tradition. Hebræ. in Geneſ. Chalanne, quæ poſtea verſo nomine, à Seleuco rege eſt dicta Seleucia, vel certe quæ nunc Cteſiphon appellatur. * Nec mirum eſt eum ita loqui, Seleucia enim, de qua Hieronymus loqui-

Chalanne.

Sennaar.

7

tur ad Babyloniam pertinet, & Babylonia cognominatur, cui proxima eſt ad tertium lapidem Cteſiphon, vt Plinius docet libr. 6. cap. 26. cuius verba ſubſcribam, vt melius hæc intelligantur, & ne quis Iohannis Annij errore decipiatur, qui in libellum ſui Berоſi affirmat Babylonem vrbem fuiſſe tetrapolin, id eſt, vno muro concluſiſſe quatuor vrbes, Babylonem, Arad, Achad, Chalanne. De Babylone ergo loquens Plinius: Cetero, inquit, in ſolitudinem redijt exhauſta vicinitate Seleuciæ ob id conditæ à Nicatore intra nonageſimum lapidem, in confluente Euphratis foſſa perducti, atque Tigris: quæ tamen Babylonia cognominatur, libera hodie, ac ſui iuris, Macedonumque moris. Ferunt ei plebis vrbanæ ſexcenta millia eſſe, ſitum vero mœnium aquilæ pandentis alas, (id eſt, figuram reddere aquilæ pandentis alas) agrũ totius Orientis fertiliſsimum. Inuicem ad hanc exhauriendam, Cteſiphontem iuxta tertium ab ea lapidem in Chalonitide condidere Parthi, quod nunc eſt caput regni. Locus eſt corruptus, vt multi alij in hoc autore, legendum enim eſt (quod eius caſtigatores non animaduerterunt) à Nicanore, is fuit, qui primus ex Macedonibus poſt Alexandrum regnauit in Syria, dictus Seleucus Nicanor, qui vrbem à ſe conditam ex ſuo nomine vocauit Seleuciam, condiditque, vt Babylonem exhauriret, id eſt, vt in eam opes, & ciues Babylonis paulatim transferrentur, atque ea cauſa valde proprinquam ædificauit, adeo vt nonnulli putent hic apud Plinium legendum, intra quadrageſimum lapidem, quoniam Strabo non pluribus, quam trecentis ſtadijs, id eſt, triginta ſeptem millibus paſſuum, & quingentis diſtare à Babylone teſtatur. Et hac vicinitate Seleuciæ exhauſta Babylon in ſolitudinem redijt. Deinde vbi ait, in Chalonitide, legendum eſt Chalanni tide, ita enim dicta eſt regio ab vrbe Chalanne. * Hemath autem duplex eſt, altera, quæ terminus eſt terræ filiorum Iſrael verſus Septemtriones, & minor Hemath dicitur, de qua in fine huius capitis ait Propheta: Ab introitu Hemath vſque ad torrentem deſerti. Eadem poſtea Epiphania dicta eſt (vt bis in hoc capit. docet Hieronymus ſiue Epiphania Syriæ, vt idem ait in epiſtol. Quæris Dardane.) ab Antiocho Epiphane nomen ſortita. Huius vrb

8 Hemath duplex.

Universidad de Deusto
Biblioteca

regio (inquit Hiero.) appellatur Reblatha, in qua præsente Nabuchodonosor regis Iudææ Sedeciæ interfecti sunt filij, & oculi excæcati. Altera est, quæ Hemath magna dicitur, de qua nunc Propheta loquitur, & nunc, autore Hieronymo, Antiochia nominatur, eamdemq; Ioseph. lib. 3. de bello Iud. capite. 1. metropolin Syriæ esse dicit, ac tertium locum obtinere inter omnes vrbes, quæ in Romano orbe sunt. Merito igitur nobilissimas vrbes nominat, vt terræ suæ dignitatem agnoscant filij Israel. De Geth Palæstinorum & diximus, & sæpe dicemus.

4. Reg. 25.

*

Et ad optima quæque regna horum. Quod in Hebr. est הַמֻּמְלָכוֹת הָאֵלֶּה הַשּׁוֹבִים מִן potest variè intelligi, ac verti. Primum, vt est in nostra translatione, Ad optima quæque regna horum, id est, visite optima quæque in regnis harum vrbium, quas nominaui, siue in regnis eorum, qui has vrbes incolunt. Deinde, Transite in Chalanne, & in Hemath magnam, & in Geth Palæstinorum, quæ sunt in his regnis optimæ, & potentissimæ vrbes: qui fuit Lxx interpretũ sensus. Sed siue hoc modo accipias, siue illo, ita erat prima dictio scribenda: הֲמִשּׁוֹבִים. quod hic significat: optima. At Hebræi scribunt הֲמִטּוֹבִים, id est, Num meliora, atque ita fit tertia interpretatio: Num meliora sunt regnis istis? scilicet, vestris. Quæ versio, & si probabilis est, indicat tamen, quod sæpe dixi, punctorum autores aliter sæpe legisse Hebraica, quam veteres legerant, itaque nullius esse autoritatis, vbi ab antiquis discrepant.

Si latior terminus eorum. Si, dictio interrogantis est more Heb. vt notauimus Ioc. 1. n. 5. & per negationem respondendum est, certe non sunt latiores termini eorum, aut meliores vestris.

ALLEGORIA.

9 Hieronymus: Si enim voluerimus mẽ te tractare, & vniuersarum gentium discutere Philosophiam, Ægyptiorum, Indorũ, atque Persarum: reperiemus angustiores eorum terminos sanctarum terminis scripturarum. In omnem enim terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & cetera. Quod si hoc attentius meditemur, inueniemus terminos Christianorum multo latiores esse terminis omniũ gentium. Omnes enim, qui Deum verum, & quem ipse misit IESVM CHRISTVM, non cognouerunt, angustis sanè finibus premuntur. Si enim videant impios dominarĩ, aut voluptatibus, & copia rerũ affluere, aut bonos contra inopia viuere, & calamitatibus iactari, negant Deum aut esse, aut humana curare. Si vita videatur tota in doloribus, aut in carcere, aut in exilio agenda, miserrimos se iudicant, quia felicitatem suam huius mortalis vitæ terminis claudi putant. Huius rei causa dixit insipiens, atque vtinam in corde suo tantum dixisset.

Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem
Curarent superi terras, an nullus inesset
Rector, & incerto fluerent mortalia casu.

Alius.

Cum rapiant mala fata bonos, ignoscite fasso
Solicitor nullos esse putare Deos.

Quidam etiam antiquior, sed nihilo sanior quasi magnam controuersiam dirimere volens.

Ego, inquit, *Deũm genus semper esse dixi, & dicam cœlitum.*
Sed eos curare non opinor quid agat humanum genus.

At quantum hoc Deus curet, iam diu cum magno suo malo didicerunt. Alij, qui bonis mercedem laborum post hanc vitam pollicebantur, aut communem omnibus, requiem, & vitam voluptatibus corporis refertam, qualem Mahometani sperant latiores quidem terminos habere se credunt, sed habent æquè angustos, cum eos expleta vita huius temporis tormenta maneant nunquam finienda, multo minus miseros futuros, si verũ esse cõperirent quod vnus ex stultis hominibus locutus est.

Soles occidere, & redire possunt,
Nobis, cum semel occidit breuis lux,
Nox est perpetua vna dormienda.

Nos autẽ quam magnos, quã latè patentes terminos habemus, qui cũ ipsa Dei vita, & cum æternitate certant? Finẽ mortalis vitæ nõ pertimescimus, quia non dubitamus sũ peresse immortalem. Tẽpus cõtemnimus, quia æternitatem speramus. Scimus neq; longũ putari, neque formidari laborẽ, aut cruciatum debere, qui eisdem, quibus hæc vita, finibus cõtineatur. Nostrum est dicere: Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationẽ ex Deo habemus, domum non manu factam æternam in cœlis. ὅτι φασὶ (vt Homeres ait) θεοὶ δόσαν ἄλγεα ἀνθρώποις ἔμμεναι, αὐτὰρ ἀνίηνοι τετλάσσεται καὶ πεῖ ἔμμορε

Ethnici angustos fines

Cicero lib. 1. contra Rullum

Ouid. lib. Amorum Eleg. 2. 10

Ecclesi.

Catullus 1. Epig. mas.

Christiani quã latos habeant fines.

Gene. 25.

2. Cor. 5.

δυστηνοῖσι βροτοῖσιν ὑπεκλίνατε, ἀλλὰ μάλ' αὖθι
πίπτατε σὺν κεφαλῇ, λευκὴ δ' ἐπὶ δέδρομεν ἀγλὴ
τῷ ὑπὸ τιθήσονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα.

Quæ ita verti possunt:

Vbi diuorum immortalia tecta
Esse ferunt, quæ nec ventis pulsentur, & imbre
Nomadeant, neq; nix venit huc, sed cũcta serena
Lux sine nube ambit, splendor circummitet ingẽs.
Hic se se oblectant diui sine fine beati.

11 Et cum in magnis periculis versandũ erit, & extrema perferenda malorum, illa nos spe non consolamur solum, sed etiam erigimus, & accendimus: Id enim, quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum, in sublimitate, æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Vnde id? Quia terminos habemus latiores: Non contemplantibus, inquit, nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. Vbi alij lugent, & pati nequeunt, nobis dicitur: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Et Domini nostri vox insonat in auribus nostris: Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. Et quoniam hac spe serui Dei eriguntur, & ex angustijs præsentis tẽporis, quibus eos tentator coartabat, quasi in latitudinem magnã exeunt, & ad currẽdum in via Dei excitantur, quidam ex sanctis ait: Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meę, in tribulatione dilatasti mihi. Et: De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine Dominus. Et iterum: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Ad hæc omnes, qui verum Deum non norunt, aut non sicut Deum glorificauerunt, neque gratias egerunt, per angustos terminos habent: quidquid enim accepturi erãt boni hic acceperunt, &, vt filijs concubinarum Abrahæ, munuscula eis data sunt. At electi, vt Isaac, paterna substantia ditantur, & bonis, quę neque oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt: vbi sentiunt se esse felices, sciuntque nullum esse finem futurum tantæ felicitatis.

Ibidem.

Rom. 12.

Matth. 5.

Psal. 4.

Psal. 117.

Psal. 118.

12

HISTORIA.

Qui separati estis in diem malum. id est, In diem laboriosissimum captiuitatis. Mala enim vocat scriptura quę afflictione & dolore plena sunt, vt diximus Ioel. 2. num. 21. Quasi dicat. Ne putetis Deum minime curare quid agatis, aut impune vos tot peccata laturos: statuit Deus apud se dignas de vobis pœnas sumere, nunc tacet, & ea dissimulat, quoniam videt appropinquare diẽ miserrimæ captiuitatis, quo omnia luetis. Separati estis, & quasi seruati in illum diem. Pagninus vertit, Elongantes diem malum, id est, multum distare putantes. Eadem est recentiorum fere sententia, quoniam מַנְדִּים actiue capiunt pro separantes. Sed nihil necesse est vt in nostræ translationis defensione immoremur, cum Lxx verterint iuxta Hieronymum, & Theodoretũ. Qui venitis in diem malum, & ipse Sanctes Pagninus affirmet traditum esse ab Hebræis, passiue quoque hoc verbum accipi. Molestissimum solet esse bonis, cum vidẽt malos florere diuitijs, & rebus secundis, vixque persuadere sibi possunt Deum videre, aut curare, sicut ait Dauid: Et dixerunt: Quomodo scit Deus? & si est scientia in excelso. Ecce ipsi peccatores, & abundãtes in sæculo obtinuerunt diuitias. Et dixi: Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Quibus hoc respondendum est, videre quidem omnia Deum, sed seruare eos in diem malũ, vt est apud eũdem. Vides, quoniã tu laborẽ & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. Ac si diceret. Putant multi te non videre, aut curare res humanas. Nihil te latet, omnia vides peccata malorum, sed dissimulas nunc, & pateris, vt postea tradas eos in manus tuas, & seueriss ime punias.

Psal. 72.

Psal. 9.

Et appropinquastis solio iniquitatis. Siue Appropinquare vobis fecistis solium iniquitatis, *Iniquitatis* autem dicit iniuriæ, & oppressionis, nam id significat חָמָס. Eleganter autem, & significanter dictum est, hoc enim ait. Quantum potestis, festinatis ad captiuitatem, & oppressionem vestram: cum enim peccata peccatis additis, quid aliud facitis quam Deum prouocare, vt citius vos tradat solio iniquitatis, id est, regibus alienigenis, à quibus diripiendi, vastandique estis? Hæc, & quæ præcesserunt: Qui separati estis in diem malum, Augustinus etiam de imminente captiuitate intellexit 4. de Doctr. Christ. ca. 7.

13

TROPOLOGIA.

Cogitẽt hoc qui nullum peccatis suis modũ adhibent, dum enim magis animo suo obse

Universidad de Deusto
Biblioteca

quantur, celerius in interitum festinant, & dum voluptatibus se appropinquare credunt, appropinquant sempiternis ærumnis, & solio miseriæ, atque oppressionis. Huc pertinet versio Lxx: Qui venitis in diem malum & appropinquatis, & tangitis sabbata mendacia. Hoc est. Non venit ad vos dies malus, neque enim Deus supplicium de vobis sumere appetit, cuius benignitas ad pœnitentiam vos adducit, sed vos venitis vltro in diem malum, & diuinam patientiam alijs, atque alijs malis prouocantes nemine impellente ruitis in mortem. Quæritis appropinquare, & tangere, & tandē tāgitis sabbata mēdacia. Sabbatū dies quietis est, festꝰ, & hilaris. Peccatores quęrūt delicias, & voluptatibus se tradunt volentes in hac vita requiem habere, & festos dies, & sabbata sua. Sed sunt sabbata ista mēdacia, quia celerrime transeunt, & sempiternas miserias pariūt. Itaq; (vt elegāter ait Pau.) relinquitur sabbatismꝰ populo Dei, verus, ac perpetuus sabbatismus nullo vnquam labore interrumpendus. * Idē etiam apostolus ait: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundum autem duritiam tuam, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in diē iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Vbi ait, Benignitas Dei, est, τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ, id est, quod suaue, ac benignum est Dei, quasi dicat, Caue ne quod durum est Dei, & seuerum experiare. Cor autem impœnitens vocat ἀμετανόητον, id est (si dici id posset) impœnitibile, quod nullis Dei beneficijs flectitur ad pœnitentiam. Si autem quærat quis quomodo Lxx pro Solio iniquitatis, dixerint, sabbata mēdacia: causa est quod שבת si absque punctis scribatur, & solium & sabbatum significat.

Heb.4.

Rom.2.

HISTORIA.

Qui dormitis in lectis eburneis Docet quomodo appropinquēt solio iniquitatis. Dormiebant in lectis eburneis, & pecunia, qua pauperes fratres essent alēdi, lectos ex ebore, id est, ex elephantorum dentibus confectos comparabant: & cum ex lignis facere eos possent, diligenter vbique dentes conquirebāt, & artificiose copulabāt, vt ex tot particulis lectus integer constaret. * I nūc, &, non dicam in procerum, & optimatum, sed in nobilium, ac diuitum quorumlibet domos ingredere, lectos vide auratos, & arte laborato, & aulæa circum pendentia varia bombycina, atque aurea, parietes vndique auro coopertos nudis interim pauperibus Christi, & algentibus, & pallore atque inedia confectis. Quoque magis mireris, licet id per omnes; quotusquisque est nunc qui reprehēdat? Nunc inquam, olim enim minime deerant. Parietes (inquit Ambro.) vestitis auro, homines nudatis. Clamat ante domum tuam nudus; & negligis: & tu solicitus es quibus marmoribus pauimenta vestias. Pecuniam pauper quærit, & non habet: panem postulat homo, & equus tuus aurum sub dentibus mādit, & cetera. Ego si nunc id reprehendendum non est, nec olim reprehendendum fuisse arbitror.

15

In libr. Nabuzar. tertia cap. c.43.

Et lasciuitis in stratis vestris, id est. Libidini indulgetis, vt exponit Hiero. & Aug. 4. de Doctr. Christ. c. 7. nullum voluptatis genus prætereuntes. Est enim שָׂרַח abundare, & superfluere, & inde etiam lasciuire, quod abundantiam consequi solet. Lxx similiter verterunt κατα σπαταλῶντες, id est, delicijs affluentes, & lasciuientes.

16

Qui comeditis agnum de grege, id est. Optima quæque, & gustatui gratissima. Agnus de grege est, qui de grege electus est, sicut & vitulus de medio armenti, qui inter ceteros vitulos eligitur, id est pinguis, & tener & saginatus. In Heb. est, vitulos de medio מִרְבָּק. Significat autem id saginarium, id est, locum in quo animalia saginantur. 1. Reg. 28. Mulier autem illa habebat vitulū pascualem, in Heb. vitulum מִרְבָּק. Et Ierc. 46. Quasi vituli saginati versi sunt. Interdum autem interpretatur Hieron. Vitulos de armento, vt hic, & Malac. 4. Et salietis quasi vitulus de armento. Lxx quoque hic verterunt μοσχάρια ἐκ βουκολίου γαλαθινά, id est, vitulos ex armentis lactentes. Siue autem hoc modo vertas, sine illo, semper vitulus saginatus & inter ceteros electus indicatur.

TROPOLOGIA.

Hier. Qui athleta est Domini, & exercetur ad luctam, & præparat se contra aduersarias poreſtates, dormit in nuda humo imitans Iacob, & ponit sibi lapidem ad caput, quē re, pbauerunt ædificātes, & factus est in caput anguli. Qui vero delicijs vacant, atque luxuriæ, & omnia causa ventris faciunt, dormiūt in lectis eburneis mor-

tui

tui animalis, & immundis hærent ossibus: & quia pulchra videntur vitia, & præsenti nitore delectant, requiescunt in eorum lectulis, & sopore grauissimo deprimuntur. Isti nō comedunt solidum cibum, & athleticum, de quo roborantur vires luctātium, sed mollem, & tenerum, & sinistrarum partium, quales sunt hœdi de gregibus, & vituli saginati, & tenelli, immo & adhuc lacte nutriti, hoc enim significat μοσχάρια γαλαθινά, & cetera. * At ego cum oculos ad nostra tempora conuerto, miror veterum parcitatem, & pręclare nobiscum actum putarem, si vel illi cibi nunc non prorsus egentibus satis essent, qui olim optimatibus, & regibus erant in delicijs. Itaque felicia essent hæc tempora, si vel id, quod in optimatibus prophetica voce damnatur, possent imitari. Videas passim apud Homerum in regū conuiuijs bubulam apponi. Achilles humanissime Priamum accipiens, ouem conuiuio iugulat. Et Virg. ait:

17 Veterum parcitas in conuiuijs.

Iliad.24.

8.Æneid.

Tum lecti iuuenes certatim, æraque sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum. Et:
Vescitur Æneas simul & Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis, & lustralibus extis.

Samuel populi princeps Saule rege iam à Deo electo, & in primo mensæ loco collocato præcipit coquo: Da partem, quā dedi tibi, & præcepi, vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autem coquus armum, & posuit ante Saul. Sed quid ego vetustiora commemorem, cum in Euangelio rex, qui nuptias filio suo fecit, dicat: Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occisa, & omnia parata, venite ad nuptias? Cum vero vitulus saginatus occidebatur in conuiuijs, summæ delicię indicabātur, vt apud Abraham, cum hospitio excepit angelos, & in illo epulo exultantis parentis de recuperato filio: Adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Quare & luxuriæ optimates nunc accusat Propheta, quod vitulos saginatos, & agnos pinguiores ederent. In mensam Salomonis regum omnium locupletissimi boues pingues, & pascuales infe-

1.Reg.2.

Manth.22.

Gen.18.

Luc.15.

rebantur, & arietes, capreæ, cerui, bubali, & aues altiles. 3. Regum. 4. * Nunc quidquid mari, aut terra, aut etiam cœlo gignitur ad satiandum ingluiem suam natum existimant. Quis varias, atque multiplices ciborum formas, & condimentorum enumerare queat, quas ingeniosissima gula excogitauit? Libros conscribi necesse fuit, nulla memoria sufficiebat. In hoc mare locupletissima patrimonia se exonerarūt, penitusque perierunt. Fabius quidam apud Romanos à deuorato patrimonio Gurges cognominatus est, quod si nunc quoque fieret, næ ille quam plurimos cognomines haberet, magnos videlicet viros, Æmilianos, Lepidos, Africanos, Numantinos, qui ventris causa inopes, ac miseri patrimonia pauperum diripiunt, diuitum rem inuitorum retinent, & alieno viuunt.

Quis enim (vt recte inquit quidam) *te deficiente crumena,*
Et crescente gula manet exitus, æra paterno
Ac rebus mersis in ventrem senoris, atque
Argenti grauis, & pecorum, agrorumque capacem?

Iun. Sat. 15.

Legat hanc Satyram, qui volet multorum Christianorum mores videre in ethnicis notatos: agnoscet nostrorum temporum Alcinoos, & procos Penelopes, quamuis horum cibus boues tantū, & oues erant, agnoscet Apicios, qui acceperunt in vanum animam suam:

Et quibus (vt est in eadem Satyra) *in solo vitæ di causa palato est.*

Parum erat ingluuie patrimonia consumi, nisi virtutes, neruiq; animi consumerētur, & fornicationes, atque adulteria, ac vitia omnia subintrarent: quæ erudite Greg. descripsit lib. 1. Mor. ca. 5. * Sed pudeat nos imitari ethnicorum luxuriam, curam vero tuendæ temperantiæ contemnere. Multæ leges (vt Macrobius lib. 3. Saturnal. c. 17. refert) apud Romanos de cœnis, & sumptibus ad populum ferebantur, & imperari cœpit, vt patentibus ianuis pransitaretur, & cœnitaretur, vt oculis ciuium testibus factis luxurię modus fieret. Lex Orchia numerum conuiuarum præscripsit. Fannia autem & sumptibus modum fecit asibus centum. Postea lex Licinia statuit vt Calendis, Nonis, nundinis Romanis cuiq; in dies singulos triginta dumtaxat asses edendi causa consumere liceret. Ceteris vero diebus, qui excepti non essent, ne amplius apponeretur quam carnis aridæ pondo tria, & salsamentorum pondo libra, quod ex terra, vite, arbore ve natum sit. Sed veterum rerum memoria non egemus. Hispanis nostris ab hinc annos fere septuaginta antequam aliarum gentium

19

Universidad de Deusto
Biblioteca

mores accepissent, tantam frugalitatis curam fuisse scimus, vt diuitibus arietina assa atque elixa solum, optimatibus gallina apponeretur. Optandum igitur est, vt nunc ea fierent, quæ suo tempore Propheta reprehendebat, quod ad cibos attinet.

HISTORIA.

Qui canitis ad vocem psalterij. Luxuriosam remordet aurium voluptatem, vt ait Aug. 4. de Doct. Chr c. 7. Ac si diceret: Non satis est vobis libido, & venter cibis æstuans, nisi & tibiarum, & psalterij, & lyræ canticis aures vestras mulceatis. Hierony. concrepant quoque manibus ad vocem organorum, (ita enim conuerterunt Lxx) & tonitum, vt omnia opera eorum spectent voluptatem, nihilque faciunt, nisi quod ventri procurent, & libidini. Arbitror autem hoc ad veterum consuetudinem esse referendum, qui ad conuiuia citharœdos, atque cantores adhibebãt, vt passim videre licet apud Homerum. Et apud Virg.

1. Æneid. *Cithara crinitus Iopas*
Personat aurata docuit quæ maxima Atlas.

Nebel, siue psalterium. Porro נֵבֶל, aut נָבֶל, quod nunc psalterium vertitur, musicum instrumentũ est, quod Dauid adhibuit ad psalmos canendos, & duodecim sonos habet, digitisque carpitur, ex Ioseph. 7. Antiq. c. 10. Ex quo videmus male interpretari Pagninum in Thesauro, qui ait esse instrumentum, quod vulgo cornamusa dicitur. Propterea Hieron. vertere solet psalterium, vt Psal. vltimo; Laudate eum in Psalterio & Cithara. Nõ nunquam Lyra vertit, vt Ham. 5. Et canticalyræ tuæ non audiam. Lyra enim vtebãtur poetæ, qui hymnos dijs canebant, vnde & Lyrici dicti. Habet autem formam testudinis lyra, vt Plin ait lib. 9. c. 10. Septuaginta hic verterunt: Plaudentes ad vocem organorum. Et cap. 5. canticum, siue psalmum, organorum tuorum non audiam. Sciamus etiam vbi Lxx & Hierony. verterunt, Ad vocem, in Heb. esse עַל־קוֹל, id est, ad os, atque ita os posse capi pro voluntate, vt sit sensus: Canitis diu, canitis vsque ad satietatem, sicut cum dicimus, In ore gladij. De qua phrasi multa diximus Hos. 10. n 37. ex quibus hoc abunde explicabitur.

21 *Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici.* id est, instrumenta ad canendum. Notum est כְּלִי, id est, vas, more Hebræorum, instrumentum quoduis significare, vt Psalm. 7. Et in eo parauit vasa mortis, id est sagittas. Psalm, 70. Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi, quæ, scilicet, prophetа noster appellabat vasa cantici. Hinc illud Act. 9. Vas electionis est mihi iste, id est, instrumentum electum. Est autem notatu dignissimum quod nunc ait. Carnales homines, & argumenta vndecunque captantes ad corporis voluptates tuendas, atque confirmandas, si quem forte ex spiritualibus hominibus videant ea vel quærere, vel non respuere, quæ voluptatem sensibus afferunt, aut corpori nonnihil indulgere; patronum sibi assumunt suarum voluptatum, & sibi idem licere existimant, cum tamen ad idem faciendum causam minimè habeant eamdem. Nam sancti non sensibus, non corpori indulgent, dum id faciunt, sed relaxationi animi se dant, & saluti consulunt, vt eam firmiorem in Dei gloriam, & obsequium conferant: carnales autem id tantum quærunt, vt illis voluptatibus perfruantur. Quærebat beatissimus Franciscus socium ad lyram audire canentem, sed vt mens deiecta suauitate eõcentus in Deum tolleretur. Elisæus psaltem sibi adduci iubet, sed vt animus prophetiæ spiritui præparetur. Hoc igitur nunc reprehendit. Putabant licere sibi musica instrumenta habere, quod Dauid quoque habuisset: sed Dauid ad Dei cultum habuit, & ad sacros hymnos concinendos, ipsi ad illecebram, & incrementum voluptatum. Hieronymus: Quod Dauid fecit ad cultũ Dei, vos ad voluptatem, & luxuriam confertis.

Vas electionis. 4. Reg.

22 *Bibentes vinum in phialis.* Duo reprehendit, & vini copiam, & vasa ad bibendum pretiosa, magnaque comparata. Nam vini copia modeste ita significari solet, vt Psal. 68. Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum. Gen. 9. Bibensq; vinum inebriatus est, &c. 19. Dederũt itaq; patri suo bibere vinum nocte illa. Phiala Hebraicæ, נָזַק à סוּק quod est fundere, aut spargere, vas est magnum, & amplum, vt ait Vatablus. Mihi videtur dictum סוּק, id est, sparsio, quod sparsum, & fusum, & latum sit. Num. 7. Phiala argentea habens septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij. Zach. 9. Et bibentes inebriabuntur, quasi à vino, & replebuntur, vt phialæ. Hoc vasis genus adhibebatur in sacrificijs ad victimarum sanguinem excipiendum, vt ex hoc loco

Bibentes vinum. Phiala.

Zachariæ intelligi potest, & ex. 3. Reg. 7. & Zach. 14. Ex quo videtur phialas, quibus isti bibebant, non forma solum, & magnitudine, sed etiam materia similes fuisse phialis templi, hoc est argenteas, vel aureas, atque elegãter fabrefactas, forte & cum gemmis, vt illi solent facere, qui vino indulgent, de quibus Satyrographus.

Iuu. Satyr. 5. *Nam Virro (vt multi) gemmas ad pocula trãsfert*
A digitis, quas in vaginæ fronte solebat
Ponere Zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ.

Ecclesiast. 31. Merito autem hos deplorat Propheta, scriptum enim est: Amaritudo animæ vinum multum potatum. Ebrietatis animositas imprudentis offensio, minorans virtutem, & faciens vulnera. Et alibi. Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffosio oculorum? Nonne ijs, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis? Libet & verba Chrys. subscribere ex hom. 49. in Matth. vbi cum hæc Prophetæ verba retulisset: vides, inquit, qualiter hic delicatam vitam reprehendit? Non enim auaritiam his verbis, sed voluptatem accusat. Et tu quidem immoderate deuoras, cum CHRISTVS esuriat. Tu pretiosissimas placentas, ac liba, CHRISTVS vero, ne siccum quidem frustum panis. Tu vina bibis Falerna, CHRISTO vero nec frigidæ quidem aquæ calicem sitienti dedisti. Tu in tenerrimo lecto, atq; perornato stertis, cum CHRISTVS frigore laboret. Quare si omni etiam auaritia conuiuia tua vacent, tamen adeo flagitiosa sunt, quia cum immoderate omnia facias, nec necessaria quidem CHRISTO præbes, præsertim cũ rebus illius lasciuias.

23 *Et optimo vnguento delibuti.* Hieronymus: Vngimini non ad labores corporis mitigãdos oleo purissimo, sed vnguentis pretiosissimis. In Hebræo est: Et capite oleorum vnxerunt, scilicet, se, id est, vnguentis optimis omnium, & pretiosissimis. Lxx: Et primis vnguentis vncti. Chaldæus: Et præstantissimis, optimisque vnguentis se se inungũt. Est autem vnguentum oleum varijs, pretiosisque aromatibus conditum ad vngendum corpus deliciarum causa comparatũ: atque ideo oleum in scriptura vocatur, præsertim in Hebræo. Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum. Et ibidem: Fragrantia vnguentis optimis. In Hebr. Oleis optimis. Psal. 140. Oleum autem peccatoris non impinget caput meum. Luc. 7. Oleo caput meum non vnxisti. Vtebantur enim his vnguentis diebus festis, & in conuiuijs. Matt. 6. Tu autem cũ ieiunas, vnge caput tuũ, & faciem tuam laua. Et cap. 26. Accessit ad eũ mulier habens alabastrum vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Et apud Homerum sæpe hoc ipsum videre licet, in hospitum præsertim curatione. Vt Odyss. 3.

Vngentes. Oleum.

Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ δμῳαὶ λόεσάν τε, καὶ ἔχρισαν λίπ' ἐλαίῳ, id est,
Verum postquam lauit, & vnxit pingui oleo.

Et lib. 4.

Τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμῳαὶ λόεσάν τε, καὶ ἔχρισαν ἐλαίῳ, id est,
Hos postquam ancillæ lauerunt, & vnxerũt oleo.

24 Mihi videntur ij, qui vnguentis delibuti incedũt, sentire quodammodo fœtorẽ animi sui: solet enim aromatum odor ijs locis quæri, quæ male olent. Testantur etiã alijs: recte enim dixit ille:

In vnguentorum luxuriam.

Matt. li. 2. Epig. 12. *Hoc mihi suspectum est quod oles bene Postume semper,*
Postume, non bene olet, qui bene semper olet.

Et alibi:

Lib. 6. Epig. 55. *Malo quam bene olere nil olere.*

Sed erant vnguenta adhibenda parti affectæ, atque vitiatæ, id est, animę, non corpori. Quid enim prodest vestes, & corpora ungere, vt procul veniẽtis odor sentiatur, si anima mortua fœtet, & multo longius graueolentiam suam emittit? Grauior multo est animæ, quã corporis fœtor. Audias sæpe peierantes, maledicentes, detrahentes, vt ferre nequeas. Vnde hic grauis odor spirat? Ex anima mortua, atque deposita. Sepulcrum patens, inquit, est guttur eorum. Sepulcrum videlicet secum portãt animę sue, e quo fœtor prodit, cum aperitur os, sicut scriptum est: De cadaueribus eorum ascendet fœtor. Quod in corpore impij Antiochi demonstratum est, qui perculsus manifestam Dei virtutem in semetipso contestabatur, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerẽt, odore etiam illius, & fœtore exercitus grauaretur. Sed quid mirum grauari exercitum, cum paulo post scriptum sit: Et cum neque ipse iam fœtorem suum ferre posset. At hoc commune animæ, & corpori, vt præsentia male oleant, si corrupta sint: sed anima longius, vt dixi olet, & procul absentibus fœtore vel molestissima est. Quis est qui cum execratione non audiat scelera, atq; impietates absentium, etiam si multis annis ætatem nostram antecesserint, &

Psal. 5. Isai. 34. 2. Mach. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi insuauissimum, ac teterrimum odorem non auersetur? Memoria enim iusti cũ laudibus (vt est apud Salomon.) & nomen
Pron.10. 25 impiorum putrescet. * Sed parum est iam ad luxuriam extrinsecus corpora insigi, palatum quoque vngitur, & guttur, comedũtur aromata, neque sapiunt pretiosissimi cibi, nisi exquisitissimis odoribus cõdiantur: adeo effrenata voluptas inualuit, & ad noua gulæ irritamenta excogitãda Epicureorum animos exacuit. Sed neque huiusmodi odores animæ fœtorem auferent, pœnitentia opus est, & lacrymis, quæ sunt aromata sanctorum, ita vt animæ, quæ se se in operibus, & humilitate pœnitentię, & mortificationis, atque in orationibus humilibus exercent, montes myrrhę, & colles thuris appellentur, sicut legimus in Cantico
Cant.4. Canticorum: Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Quo in loco Gregorius: Quid per montem myrrhę, inquit, nisi fortem altitudinem mortificationis in opere; & quid per collem thuris intelligimus, nisi altam humilitatem in oratione? Ad montẽ ergo myrrhæ, & ad collem thuris sponsus vadit, quia eos familiariter visitat, quos per mortificationem vitiorum ad alta proficere, & per mundas, & humiles orationes suauiter redolere perspicit, &c. Quare merito
Ibidem. sponsæ paulo post dicitur: Et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.

Et nihil patiebantur super contritione Ioseph. Ioseph vocat decem tribus, vt sæpe iam diximus, vt ca. 5. si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquijs Ioseph. Ex quo intelligitur decem tribubus hęc nunc dici. Nullo dolore, inquit, nulla misericordia tangebantur optimates diuitijs, & delicijs abũdantes, cum videbant populares, & contribules suos conteri, id est, vexari à creditoribus, & inopia premi. In Hebr. est וְלֹא נֶחֱלוּ
26 Infirmari. id est, Et non infirmabantur. Est enim consuetudo Hebræorum, vt Infirmari dicant pro Dolere, vt Mich. 4. Dole, & satage filia Sion. Heb. Infirmare, & satage. Ex quo intelligimus quid sit illud Pau. 2. Cor. 11. Quis
Locus Pauli. 2. Cor. 11. infirmatur, & ego nõ infirmor? Et ibidem. Quę infirmitatis meę sunt gloriabor, id est, In doloribus, quos pro CHRISTO passus sum, gloriabor. Et cap. 12. Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis, id est, in persecutionibus, & doloribus meis. Et: Virtus in infirmitate perficitur. Qua propter eleganter Lxx. & Hier. verterunt: Et nihil patiebantur. Contritionem pro calamitate, & dolore accipi in scriptura diximus Hos. 6. n. 19. & 20.

Illud autem non est prætereundũ quod his verbis indicatur voluptates hanc quoq; pestem animæ importare, vt eam à misericordia maxime abalienent, videasque eos, qui delicijs dediti, & in se indulgentissimi sunt, in alios crudeles, & nullo pene misericordiæ sensu commoueri. De quibus illud maxime dictum arbitror: Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia, id est, ne ea quidẽ erga fratres suos faciunt impij, quæ iusti vel iumentis præstant suis. Quod Nabalis & diuitis Euangelici exemplo ostendimus nu. 1. Vide etiam Chryso. in concione prima de Lazaro. Hinc Hebræis sanctus חָסִיד dicitur, id est, misericors, vt Psalm. 4. Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctũ suũ, & Mich. 7. Perijt sanctus de terra. Et eleemosyna iustitia solet appellari, vt Dan. 4. vbi Theodotion, & Hiero. verterunt: Peccata tua eleemosynis redime, in Chaldæo est: Peccata tua in iustitia redime: quod idẽ sit sanctus, atq; misericors, & omnino propria sit misericordia sanctorum. *Hoc Prophetæ loco vti solet Chrys. vt doceat obliuiscendum esse iniuriarum, id enim hoc argumento abunde probari, quod Deus in eorum quoque calamitatibus, quos iuste punit, lætari nolit nos, sed reprehendat eos, qui nihil patiebantur super contritione Ioseph, id est, populi omnis, quem iuste ipse affligebat. Vide hom. 18. & 52. ad populum Antiochenum, & hom. 80. in Matthæum. Quæ hactenus ab initio huius capit. exposuimus, miram eloquẽtiæ vim habẽt, quam omnibus verbis propositis per singula indicat optime Augu. 4. de Doct. Christ. cap. 7. docens in sanctarum scripturarum autoribus magnam fuisse eloquentiam cum sapientia coniunctam. Quæ ego, quoniam longiuscula sunt, prætereo, sed quoniam elegantissima sunt, nollem à lectore prætereri.

Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, id est, Ipsi primi omnium capientur, & qui primi sunt diuitijs, primi captiuitatis iugum sustinebunt, vt ait Hiero.

Et auferetur factio lasciuientium. De lasciuientibus diximus iam n. 15. Hieronymus: Qui in capiendis voluptatibus vnum habuere consensum, & comessationes exercuere, ac symbola, hi pariter auferentur, vt quorum vna fuit luxuria, vna sit & pœna. Recentiores vertunt: Appropinquabit luctus se extendentium in lectis. Sed vbi ipsi vertunt, Luctus, in Hebræo est מְרוּחַ, quod proprie significat conuiuium, quod fit in exequijs mortuorum, vt docet Hieron. in illud Ierem. 16. Ne ingrediaris domum cõuiuij, vbi idem nomen est, tametsi punctis nonnihil diuersum. Sed inde ad omnia cõuiuia trahitur nomen. Conuiuium igitur more Hebræorũ pro hominibus ponitur, qui ex condicto veniunt ad conuiuium. Quare eleganter Hieronymus reddit, Factio. Quod autem ipsi vertunt: Et appropinquabit, יִגַּשׁ, notissimum est significare. Et recedet, siue auferetur, vt verterũt Lxx.
28 * Qui obscure quidem, sed significanter, & pulchre mihi videntur expressisse sensum Prophetę. Ita enim aiunt: Et auferetur hinnitus equorum ex Ephraim. Hinnitum equorum appellat immodicam libidinem, qua, more equorum, quod libidinosum animal est, ferebantur in feminas, vt ex Iere. 5. intelligimus: Equi amatores in feminas, & emissarij facti sunt: vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Nihil igitur aliud est, quod dicunt Lxx, quam: Et auferetur factio lasciuientium.

Iurauit Dominus Deus in anima sua, id est, Per semetipsum. Quam locutionem exposuimus Hos. 9. nu. 5. Cur autem iuret Deus, iurat enim, vt immobilitatẽ consilij sui ostẽdat, & cur per se iuret, docet Paulus Heb. 6. Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit, per quem iuraret, maiorem, iurauit per semetipsum. Et statim fere: Homines enim per maiorem se iurant, & omnis controuersiæ eorum finis ad confirmationem est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hęredibus immobilitatem consilij sui interposuit iusiurãdum: vt per duas res immobiles, (id est, promissionem, & iusiurandum) quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus
29 qui confugimus ad tenendam propositam spem.

Detestor ego superbiam Iacob. Iacob vocat decem tribus, vt semper solet, causamque captiuitatis, & omnium malorum aperit, superbiam videlicet magnam principum, & reliquorum, quam sibi ingratam, & detestabilem esse dicit. Quamuis & ad duas possunt hæc omnia referri, vt verba extrema capitis indicant: ex adiunctis enim videntur Iacob & Israel latius, quam alias soleant, accipi. Habet autem nescio quid latentis emphasis hoc in loco nomen Iacob: quoniam sanctus patriarcha semper Iacob dictus cum in humili fortuna versaretur, donec humilitate, & obedientia sua nomẽ magnæ dignitatis accepit, & Israel appellatus est, id est, Aduersus Deum prævalens, vt Hos. 12. nu. 4. interpretati sumus. Subindicat ergo turpissimam esse superbiam, & omni supplicio dignã in illius filijs, qui cum esset paruus, humilitate magnus effectus est. Eamdem vim habere videtur quod cõtinuo subijcit: *Et domos eius odi*, quæ, scilicet, cum amplæ sint, & pretiosæ, dominorum superbiam præ se ferunt. Iacob tantus vir, cui terra spatiosa promissa erat, & Isaac, & Abraham in casulis habitauerunt, sicut Paulus apostolus docet Hebr. 11. Fide demoratus est (Abraham) in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cũ Isaac, & Iacob cohęredibus repromissionis eiusdem. Cur autem Abraham casulis contentus esset, continuo docet: Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. * Hoc est, 30 sciebat se peregrinari, atque in exilio viuere, & magnifica ædificia contemnebat in terra, quæ sperabat in cœlo. Merito igitur odit in filijs sumptuosas domos, cum humiles, & inopes in patribus amauerit. Domos vocat אַרְמְנוֹת, quod nomen frequentiori vsu palatia & domos magnas significat, vt 3. Reg. 16. Ingressus est palatium, & succendit se cum domo regia. Hamos. 1. Et mittam ignem in domum Hazael, & deuorabit domos Benhadad. Qui ergo exules nos esse nouimus, & non habere hic manẽtem ciuitatem, sed futuram inquirimus, mediocribus domibus contenti simus, nec superbas, & magnificentiores quam par est, quęramus, quæ necessitati seruiant, non quæ diuitias, & luxum ostẽtent. Nam si in Israele huiusmodi domos odit Dominus post casulas Abraham, & Isaac, & Iacob: quid in nobis faciet, si modum non teneamus, post CHRISTVM, qui non habebat, vbi reclinaret caput suum?

Et tradam ciuitatem cum habitatoribus eius. Vestram ciuitatem Samariam, cuius munitioni, & præsidijs multum cõfiditis, tradam Assyrijs, simul cum habitatoribus. Pro quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Hebr. est: Ciuitatem, & plenitudinem eius. Ex quo intelligimus illud Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius.

31 *Quod si reliqui fuerint decem viri.* In tantum contra eos Dei ira desæuiet, vt si ex mortuorum reliquijs decẽ viri in domum vnã confugerint, ne ipsi quidem seruandi sint, sed simul cum reliquis perituri. Sed cur decem dixit potius, quam pauci? Cap. 4. dixit: Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorram, & facti estis quasi torris raptus ab incendio, & nõ rediistis ad me, dicit Dominus: Nunc idem exitium eis tacite minatur, vt olim Sodomitæ igni, ita ipsos ferro esse absumendos. At tunc precibus Abrahæ hoc dedit, vt si vel decem iusti inuenirentur, non esset vrbs delenda. Gen. 18. nunc autem ostendit Samariæ in tanta hominum multitudine ne decem quidem iustos esse reperiẽdos, ideoque omnes, aut capiendos esse, aut extinguendos: adeo vt pauci, qui in latebras se receperant, & vtrũque periculum se euasisse sperabant, ne ibi quidem tuti futuri sint.

Et tollet eum propinquus suus. Quoniam dixit: Et tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur: quibus verbis significauit magnam fore interfectorũ multitudinem: nunc de domibus morientium loquitur, siue fame, & peste in obsessa vrbe morituri essent, siue hostili gladio in capta, atque expugnata, quod est verisimilius. Propinquus Hebr. דוֹד, quo nomine amicus, seu dilectus significatur, (vt sæpe in Cantico canticorum) & patruus, atque patruelis, ac deinde quiuis è cognatis. Chaldæus: Et tollet eum proximus eius. Lxx

32 ὁ ἐπὶ οἰκίαν αὐτῶν, id est, domestici eorum. * Itaque singularis pro plurali ponitur, cum dicitur: Et tollet eum propinquus suus, vt indicat Lxx translatio, ac si diceret: Vnumquemq; tollent propinqui, cum mortuus fuerit, & tot erũt in singulis domibus mortui, vt nullo modo vacet cos more solito sepelire, sed domi comburent, vt saltem ossa exportare, & tumulare possint. Vbi habemus: Et comburet eũ, in Hebr. est: וְשָׂרַף à verbo שָׂרַף, quod est incendit, verso שׂ in ס, vt sæpe fit. Alij nomen esse volũt, vt significet, Ab incendio, quomodo Chaldæus interpretatus est, & in idem redit.

Et dicet ei, qui in penetralibus domus est. Ij, qui ossa mortuorum efferunt, dicent eis, qui e penetralibus domus ad ianuam eadẽ ossa ad se producebant: Supereſt ne aliud cadauer iam apud vos? Illi respondebunt, Finis est, omnes, qui in hac domo erãt, iam mortui, atque elati sunt: & domus vacuæ relinquentur.

Et dicet ei: Tace, & non recorderis nominis Domini: Quia ecce Dominus mandauit, &c. Hieronymus: Et antequam non habere se iuratum ille, qui interrogauerat, & foris erat, & non esse cognouerat, imperat ei, & dicit: Tace, & non recorderis nominis Domini. Hoc autem ideirco commemorat, vt ostẽdat nec malorum quidem pondere, & necessitate compulsos velle nomen Domini confiteri, & in tantam apud Israel obliuionem Dei venisse vocabulum, vt ne in simplici quidem iuramento nomẽ eius dignetur audire. Ruffinus exponit tantum apud eos fore Dei terrorem, vt cum mala illa viderint, nolint nominis Dei recordari timẽtes ne vel ipsa nominatio commotionem aliquam excitet. * Lyranus ait iuxta exposítores nostros hunc esse sensum: Non recorderis nominis Domini, qui nobis fecit mala ista: itaque esse verbum impatientis, & Deo indignantis. Quod mihi videtur valde probabile. Solent enim qui lugent, nominare Deum, tamquam suarum calamitatum autorem. Vt Ruth. 1. Quia amaritudine valde repleuit me omnipotens. Et Iob. 1. Dominus dedit, Dominus abstulit. Et in sæcularibus libris.

——— *Fuit Ilium, & ingens*
Gloria Teucrorum, ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit. ———

Dicit igitur alter, qui efferebat, dolore, & defatigatione exacerbatus: Ne mihi nunc Dominum nomines, nolo eius nomen audire, qui nos tot calamitatibus affecit. Et hoc est quod sequitur: *Quia ecce Dominus mandauit*, quod in Hebræo præsentis temporis est מְצַוֶּה, Ita etiam Chaldæus, id est, Nõne vides hæc mala, quæ patimur, à Deo esse, & eo iubente venisse super nos? Cur nominis eius recordemur? aut quid ab eo speremus, cum nos in tanta mala coniecerit, & in crudelissimorum hostium potestatem tradiderit? Præceptum Dei appellari solet in scriptura dispositio diuini consilij, vt recte docet Canus lib. 2. de locis theologicis, cap. 4. siue imperio id fiat, siue motione aliqua interna, aut externa, siue permissione. Quoniam quod prænouimus, & cha-

stare potuimus ne fieret, nec obstitimus, sed aut facturum mouimus, & adiuuimus, aut certe permisimus, præcepisse existimamur à vulgo. Atque ad eius sensum sæpe loqui scripturam latissime demonstrauimus cap. 2. nu. 9. vt 3. Reg. 17. coruisque præcepi, vt pascant te ibi, id est, decreui, vt ita fieret. Et ibidem: Vade in Sarephta Sidoniorum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. Ex quo intelligimus illud 2. Reg. 16. Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid, & quis est, qui audeat dicere, quare sic fecerit? Et postea: Dimitte eum vt maledicat iuxta præceptum Domini, id est, iuxta diuini consilij dispositionem, qui me hæc pati vult, & vt ego paterer, ei, vt malediceret, permisit. Nam permissionem præceptum etiam vocari, erudite idem autor probat ex eo, quod Matth. 19. legimus: Ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: pro quo Mar. ca. 10. dixit: Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Ita etiam dictum est

34 Psal. 148. Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. * Hac igitur locutione, cum Dominus pœnas de populo suo sumere volens patitur gentium animos in eum efferari, & bello adoriri, dicitur præcipere exercitibus, vt veniãt. Isa. 13. Dominus præcepit militiæ belli venientibus de terra procul, &c. Et ibidem. Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes in ira mea. Loquitur autem de Medis, & Persis Babylonem expugnaturis. Ita dictum est: *Quia ecce Dominus mandat*, aut *mandauit*, id est, ipse hostes in nos induxit, vt omnes, aut caperemur, aut periremus. Ita, vt nos exponimus, intellexit Theodoretus, tametsi obscure id subindicauit his verbis: Silentio, inquit, attoniti exeunt hoc facere inuicem iussi, vt Deo omnipotẽte hunc calculum ferente.

Et percutiet domum maiorem ruinis. Hæret cum eo, quod præcessit, Ne recorderis nominis Domini; quia ecce Dominus hęc mala nobis intulit, & percutiet domum maiorem, &c. id est, cœpit, & consummabit calamitatem nostram: ipse opprimet domum maiorem, id est, regnum decem tribuum, æternis ruinis, & postquam hoc regnum perdiderit omnino, euertet etiam, & perdet domum minorem, id est, regnum duarum tribuum: quid enim aliud iam ab eo speremus? sed proprietas verborum obseruanda est. Domum maiorem ruinis percutiendam esse dicit, quoniam æterna captiuitate puniendę erant decem tribus, atque id sibi, qui hæc loquitur, facile persuadebat cum tantam suorum stragem, atque internecionem videret. Sed recordatus in regno duarum tribuum templum manere, & sacerdotes, legitimumque Dei cultum, nõ est ausus dicere, minorem etiam domum feriendam esse ruinis, sed scissionibus. Scissa enim domus (vt ait Hieronymus) sarciri potest, ruinæ non tam instaurationem, quã ædificationem desiderant. Atq; ita res ipsa indicauit, domus enim maior penitus cecidit, neque est eius soluta captiuitas, minor autem domus nõ tam ruit, quam scissa est, quia post Lxx annorum captiuitatem duæ tribus in patriam suam restitutæ sunt.

* Pagninus, & Vatablus vertunt: Percutiet 35 domum maiorem rimis, & domum minorem scissionibus, vt nihil in vtriusq; domus plagas intersit. At melius nostrum vertisse docent Lxx, quorum Latina versio apud Hieronymum, & Theodoretum, hæc est: Et percutiet domum magnam ruinis, & domum paruam scissionibus. Sed apertius Chaldæus: Et percutiet regnum magnum percussione forti, regnum vero minus plaga remissiore. Hieron. hæc Prophetę verba esse vult captiuitatem Israelis, & Iudæ simul vaticinantis: quod mihi non displicet, tametsi, quod prius dixi, magis placeat.

TROPOLOGIA.

Quoniam Dominus ait: *Detestor ego superbiam Iacob, & domus eius odi*, statimq; subijcit: *Et tradam ciuitatem cũ habitatoribus suis*: manifeste de ciuitate, & congregatione superborum loqui se docet. Cõgregationem ergo, siue multitudinem hominum superborum Deus in potestatem hostium tradet, & penitus interibit, quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et iterum scriptum est. Amen dico vobis, nisi cõuersi fueritis, & efficiamini sicut parauli, non intrabitis in regnum cœlorum. Si ergo videris homines sibi placentes, & donis à Deo acceptis superbientes paulo post seruire libidini, & gulæ, & diuitijs, ne mireris, tradidit enim Dominus ciuitatem cum habitatoribus suis. Quam traditionem elegantibus verbis describit Isaias cap. 13. Babylonem vocat hanc ciuitatem, quæ à superbis primum cõdita est, & in qua regnat rex superbissimus Nabuchodonosor, id est, Diabolus, de quo dictum est. Ipse est rex su-

Superbos Deus tradit in manus hostiũ. 1. Pet. 5. Matth. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per vniuersos filios superbiæ. Super montem, inquit, caliginosum leuate signũ, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. * Vitiorũ exercitui, quasi militibus vltionem pro se de superbis sumpturis loquitur, vt signa militaria leuent superBabylonem iam victam, atque captam, vocemque exaltent, & manum leuent, vt victores facere solent capta vrbe, & duces, hoc est peccata, quæ quasi duces, & antesignani sunt multorum aliorum peccatorũ, ingrediantur, patent enim portæ sensuum, & affectuum, vt libere ingrediãtur. Sed pulchre super montem caliginosum dixit: anima enim superbi rectissime mons dicitur propter elationem, & tumorem, vt in eodem propheta legimus: Dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, &c. Quod similitudinibus explicans ait: Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. Sed mõs dicitur caliginosus, quia amore primum sui, deinde ceteris animi perturbationib⁹, quasi densa quadam caligine mirum in modũ obscuratur. Quæ enim maior caligo, quam superbire terram & cinerem? conditionis, ac infirmitatis suæ obliuisci? existimare se esse aliquid, cum nihil sit? *Quod si reliqui fuerint decem viri in domo vna, & ipsi morientur:* quoniam sæpe vsu venit, vt pauci ex hoc superborum numero iram Dei effugere velint, & quasi pœnitentiæ atque humilitatis actionibus exercere se: quales erant illi, quibus Iohãnes ait: Progenies viperarum, quis demõstrauit vobis fugere à ventura ira? sed quia vel simulata est illa pœnitentia, atque humilitas, aut certe praua consuetudine, & honoris dulcedine reuocantur ad ea, quæ reliquerant: adulterinæ enim plantationes non dabunt radices altas, neque stabile firmamentum collocabunt: iure ait: *Si reliqui fuerint decem viri in ciuitate vna, & ipsi morientur.*

* Magna est in hac ciuitate morientium multitudo, eorum etiam, qui viuere videbantur, magnus numerus propinquorum sepelientium, quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. De his dictum est à Domino: Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortui mortuos sepeliunt (vt ait Greg. 4 Mor. cap. 29.) quando peccatores peccatorem fauoribus premunt. Qui enim peccantem laudibus prosequuntur, extinctum sub verborum aggere abscondunt. Et qui hoc faciũt amici, aut consanguinei sunt, qui dare operam potius debuerunt vt mortuus suscitaretur, sicut sorores Lazari, quam vt sepelire tur. De quibus iure illud dicas: Inimici hominis domestici eius. Sed vrũ prius quam sepeliant, quia eos, quos postea in peccatis laudant, & adulationibus fouent, prius sæpe suis consilijs pauidos, atque hærentes in peccata grauissima impellunt, & igni concupiscentiæ, atque vitiorum concremandos tradunt. Talis fuit Ionadab Amnoni filio Dauid. Erat, inquit, Amnõ amicus nomine Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde. Quid ea prudentia vir, amicus, & consanguineus, consilij dat adolescẽti fororem depereunti? Cuba super lectum tuum, & langorem simula: cumque venerit pater tuus, vt visitet te, dic ei: Veniat oro Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmentum, vt comedã de manu eius. Consilium nefarius incestus cõsecutus est.

* Achitophel, cuius cõsilio maxime confidebat Absalom, rogatus quid agendũ censeret: Ingredere, inquit, ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendum domum, vt cum audierit omnis Israel, quod fœdaueris patrem tuum, roboretur tecum manus eorum. Atque ita audita, immo & visa est in ciuitate Domini fornicatio, & talis fornicatio, qualis neque inter gentes, vt vxores patris sui aliquis haberet. Et quoniã cum huiusmodi igni animæ inijciuntur, omnis earum ornatus, ac decor perit, paucæque virtutes informes, & deturpatæ, quasi ossa quædam ambusta, relinquuntur, reclere non nisi ossa ad sepeliendũ efferuntur. Sed habent ij, qui sepeliunt, alios, quorum opera iuuentur, adhærentes magis illis, quos sepelire volunt, vt vxorem, famulos, turpesq; mulierculas, quæ ideo in domus penetralibus esse dicuntur. Et quoniam adulatione illa pecuniã, & honores, & voluptates quærũt, alios, atque alios sepelire cupiunt, semperque adiutores suos rogãt, numquid adhuc est penes te? donec audiant, Finis est, id est, donec neminem habeant, quem possint simulata laudatione decipere. * Pulchre vero subijcit: *Et duce te, face, & non te corderis nominis Domini*: quoniam cũ mortui desunt sepeliendi, id est, cum non habent quibus adulentur, aut nihil adulatione proficiũt sua, nec iam pecunias, & cetera emolumenta, quæ ambiebãt, aucupari possunt, in magnam impatientiam cõcitantur, sunt enim

enim ciuitatis superborum & ipsi ciues, & Deo ipsi irascuntur, seque mutuo cohortãtur, vt nominis Dei nõ recordentur, neq; ei supplicẽt, quem, vt suarum calamitatum autorem oderunt. Continuo, si quid contra vota accidit, aut iacturam mediocrem fecerunt, non agnoscunt paterna verbera, vt filij, sed exardescunt ira, & dolore vehementius, & soluũt in blasphemias linguam, dicunt nihil sibi à Deo iam esse sperandum, cui res humanæ inuisæ sunt, ipsumque percussurum domum maiorem, atque minorem, id est, deleturum totum genus suum, penitusque excisurum nõ solum superbos, & porentes, qui sunt domus maior, sed eos etiam, qui sibi obsequuntur, & humiles, ac pauperes esse voluerunt, qui domus minor sunt, & templum atque sacerdotium habent, id est, rite Deum colunt. De ijs enim qui verberibus peiores fiunt, dictum est: Cadent super eos carbones, in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent. Veniet (inquit in eumdem locum Augustinus) illis miseria, & non tolerant. Iustus autem subsistit, quomodo ille subsistit, qui dicit: Sed & gloriamur in tribulationibus scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem: spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, qui datus est nobis. At vero super illos cum ceciderit aliqua pressura, aliqua miseria, non subsistunt, cadunt. Quando enim tales patiuntur huiusmodi pressuras, non valent tolerare, decidunt in iniquitates malas, quia traduntur à desiderio suo peccatori.

ALLEGORIA.

Hieronymus: Quidam juxta synagogen domum magnam, & domum minorem Iudaicum populum significari putant, & de gentibus Ecclesiam cõgregatam. Illi enim magni propter patres vocantur, & legem, & prophetas: nos minores, quia absque testamento fuimus, & mandatis Dei, de quibus & in Cantico legimus: Soror mea parvula est, & vbera non habet. Quæ domus magna, & parua in vnam Dei familiam cõgregata, si non habuerit disciplinam, & Dei mandata non fecerit, percutietur ruinis, & scissionibus. Quotiescunq; ergo vel in persecutionibus, vel in hæresibus, & schismatibus domus Dei, quæ est Ecclesia, corruit, atque laceratur, Dei percutientis ostẽdit manum, &c. Ego libentius dicerem, domum maiorem, id est, synagogam, percussam esse ruinis, quia per incredulitatem cecidit vsq; ad finem sæculi non erigenda. Ecclesia vero est domus minor, quæ propter peccata filiorum scinditur hæresibus, & schismatis.

HISTORIA.

Numquid currere queunt in petris equi, &c. id est, Numquid possunt immutari rerum naturæ, vt equi currant per petras, & rupes more auium, *aut bubali*, id est, boues siluestres iugum recipiant, & arent? Hoc dico, quoniam vos rerum naturas quodammodo immutatis: nam cum deberetis facere iudicium, id est, opera pietatis, & iustitiæ, (vt Mich. 6. explicabimus) vt populum Dei decebat, hæc, quæ Deo dulcia sunt, vertistis in amaritudinẽ, id est, in peccata Deo amara: & pro fructu iustitiæ, quem ferre debuistis, cum eius semina à Deo accepissetis, tulistis absynthium, id est, opera amarissima, בְּקָר, quod hic Bubalus vertitur, omnem bouem significat, tam domesticum, quam siluestrem, ideo potest & ita verti: Aut arari potest in bobus? scilicet, per petras, & rupes. Sed quia in Heb. ita legitur: Numquid current in petra equi? Si arabit, (scilicet, aliquis) in bobus? Hieron. non putauit subaudiendum in petra, quoniam noua sententia erat, & quia bobus aratur, merito vertit In bubalis. Est enim bubalus siluestris bos niger, & paruis, acretortis cornibus, paruo pilo, paruaque cauda, sed magna velocitate, quo nunc Italia abundat, & ad plaustra, atque ad arationem vtitur, olim eidẽ Italiæ ignotus, multoque quam nunc ferocior, vt iugum nullo modo reciperet.

Qui lætamini in nihil. Vel in idolis, quæ nihil sunt, vel in rebus huius sæculi, quæ cito cadunt, & pereunt, & in vestra potentia, quæ cito ab hostibus prosternenda est. Hebræus: Qui lætamini in non verbo, id est, in ijs, quæ non sunt verbum, id est, res aliqua, sed mẽtes vestras ludunt, & cum nihil sint, magnum aliquid se esse simulant. In hoc etiam naturam rerum immutatis, nam quod nihil est nulli lætitiam, aut voluptatẽ afferre debet, vos autem valde exultatis in rebus nihili. Quare merito Symmachus transtulit: Qui lætamini ἀδύνατα, id est, sine ratione vlla.

Qui dicitis: Numquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. Cornu in scriptura vires, & potentiam significat, quibus inimici

Anima superbi mõs caliginosus. Isa. 2.

Matth. 3.

Sap. 4.

37

Psal. 9.

Matth. 8.

Matth. 12.

1. Reg. 13.

2. Reg. 13.

Num. 3.

Cant. 8.

40

41

Cornu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mici repelluntur, & ventilantur, id est, in altum proijciuntur, & vincuntur, sumpta à tauris, aut similibus animalibus, metaphora, quæ cornibus ea, quibuscum pugnant, tollunt, & ventilant vt pilam, sicut de rhinocerote dixit Martialis:

In amphitheatrum Cæsaris Epigr. 9.

Quantus erat cornu, cui pila taurus erat?

Et postea:

Namque grauem gemino cornu sic extulit vrsum, Iactat vt impositas taurus in astra pilas.

Deuter. 33. Cornu rhinocerotis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ. Psal. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Ex quo intelligitur illud Psal. 17. Protector meus, & cornu salutis meæ, id est, Tu mihi salutem, & victoriam de inimicis præbes. Et illud Lucæ 1. Et erexit cornu salutis nobis, id est, fortissimum ducem, qui pro nobis pugnet, & nos seruet, hostesque nostros potentissime conterat. Tribuebant igitur sibi Israelitæ fortitudinē suam, qua sæpe hostes glorioſe vicerant, & in viribus suis gloriabantur, ideo dicunt se in fortitudine sua assumpsisse sibi cornua. In quo etiam naturam rerum immutabāt, quoniam quod Dei erat, sibi tribuebant, & putabant se fecisse, quod facere non poterant.

42 *Et conterent vos ab introitu Hemath vsque ad Torrentem deserti.* De Hemath diximus nu. 8. esse minorem Hemath, quę postea dicta est Epiphania Syriæ, & Hieronymi ætate appellabatur Emmas, terminusq; erat terræ promissionis versus Syriam, ita vt egressis è terra promissionis versus Syriam, aut Mesopotamiam, prima mansio esset Hemath, vt ait Hieron. Alter terminus huic oppositus ad Meridiem erat Torrens deserti. Itaque nullo modo dubitare possumus quin hæc vniuersis duodecim tribubus dicantur, eæque nomine domus Israel nunc quidem intelligātur, quoniam his duobus terminis, vt statim demonstrabimus, non decem tantum tribus, sed etiam duæ, concludebantur. Prædicitur igitur Israeli vastitas ab Assyrijs inferenda, Iudæ vero, & Beniamim ea, quam post aliquot annos à Chaldæis pertulit: Torrentem vero deserti Hieronymus affirmat esse riuum Nili, siue torrentem de eremo veniētem, qui inter Rhinocoluram & Pelusium vrbem Ægypti in mare ingreditur. Cui sententiæ non defuit qui refragaretur, ac torrentem velit esse Maionam, quo terminatur tribus Simeonis, totumque regnum Israelitarum. Idque hoc argumento, quod scriptura limites regni Israelitici ponat Dan, & Bersabe, quæ est in tribu Simeonis iuncta Maionæ torrenti distans nimis à Rhinocolura, vt ex tabulis Geographicis intelligitur. * Sed quis non videat multo magis credendum esse in hac re Hieronymo, testi oculato, quam vniuersis tabulis recentiorum, quarum aliquam autor iste secutus est? Vt ergo rem difficilem, & ad multorum locorum intelligentiam necessariā rectè teneamus, sciamus Australem Iudææ terminū, qui Aquilonari, vbi est Hemath, aduersus est, tres habere confines prouincias, Ægyptum, Idumæam, & terram Moab. Ex his Ægyptus est magis Occidentalis, & ei Orientem versus iungitur Idumæa, Idumææ terra Moab iungitur versus eumdem Orientem. Idumæa, & terra Moab vsque ad desertum illud magnum protenduntur, in quo filij Israel peregrinati sunt, vbi cum neq; ab Idumæis, neque à Moabitis trāsitum in terram promissam obtinere possent, coacti sunt in Meridiem deflectere, & per Oriētale latus ingredi victis regibus Og, & Sehon, quorū regna Iordanis interfluens disiungebat ab Ortu à terra Chanaan. Inde Ptolem. libr. 5. Geograph. cap. 16. Iudæā docet ab Occasu terminari parte Ægypti, quæ deinceps ad mare vsque Mediterraneum protenditur. In hoc Ægypti, Iudææque confinio torrēs, siue fluuiolus in mare ingreditur, quē Propheta noster vocat Torrentem deserti à vasta solitudine eiusdem loci, vt statim indicabimus, Lxx autem vertunt, Torrentem Occidentis, quoniam per Occidētale illud Iudææ cōfinium in mare Nostrum influit. Hunc sæpe scriptura vocat Torrentē Ægypti, disterminat enim terram tribus Iudæ, ad quam etiam Palęstinorum vrbes ex Dei promissione pertinebant, ab Ægypto, & semper terminus Iudææ, totiusque terræ promissionis constituitur, vt Numero. 34. Ibitque per gyrum terminus ad Asemona vsque ad Torrentem Ægypti, & Magni maris littore finietur. Et Iosue. 15. de sorte Iuda: Atque inde pertransiens in Asemona, & perueniens ad Torrentem Aegypti: eruntque termini eius mare Magnum, hic erit finis Meridianæ plagæ. * Nec putandum est torrentem hunc in Iudææ finibus oriri, indeque cursu suo in mare influere, vt multi existimare possent, est enim vnus Nili riuis, quod aperte docet scriptura Iosue. 13. Terraque latissima derelicta est, quę nec dum sorte diuisa est: omnis videlicet Galilæa, Philisthijm, & vniuersa Gessuri. A fluuio turbido, qui irrigat Ægyptum vsq; ad terminos Accaron contra Aquilonem. Fluuius turbidus est Torrens Ægypti, qui, vt sæpe diximus, terminus est Iudææ. In Hebr. autem est נְחַל שִׁחוֹר, id est, A flumine Sihor, quod est Nilus, vt recte confirmat in eum locum Andreas Masius subscribens Hebræorum sententiæ, cui etiam subscribūt Varablus, & Lyranus, & alij. Nam Iere. 2. scriptum est. Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquas turbidas? In Hebr. est: Vt bibas aquas Sihor. Etenim in via etiā Ægypti, id est, in ipso ingressu Ægypti, bibebāt aquas Nili, id est, illius fluuioli è Nilo deriuati. Quo in loco Hiero. Pro Sihor, inquit, nos turbidā interpretati sumus, quod verbum Hebraicū significat: pro quo communis editio habet Gehō. Quia ergo supra filios Memphis, & Taphnis posuerat, nunc manifestius ipsam Aegyptū nominat. Nullique dubium, quin Nilus turbidas aquas habeat, & quod fluuiū Assyriorum Euphratē significet (videlicet cum ait statim Propheta: Vt bibas aquā fluminis) dicente scriptura quod repromissionis terra sit à Torrente Aegypti vsq; ad fluuium magnum Euphratem. Videmus consonare sibi mutuo scripturam, & longe ab scopo aberrasse autorem illum, qui aduersus Hieronymum statuit Prophetam loqui de torrēte nescio quo, quem ipse Maionam vocat. Metiri autem scripturam lōgitudinem terræ promissionis à Dan vsque Bersabe, nihil refert, cum metiatur etiam ab introitu Hemath ad Torrentem Aegypti, Num. enim 34. posito Australi termino in Torrente Aegypti, postea ait Moyses: Porro ad Septemtrionalem plagam à mari Magno termini incipient peruenientes vsque ad mōtem altissimum, à quo venient in Hemath. Et Iosue. 13. A fluuio turbido, qui irrigat Aegyptum, &c. Libani quoque regio contra Orientem à Behalgad sub monte Hermon, donec ingrediaris Hemath. Denique apertissima verba sunt 3. Reg. 8. Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Hemath vsque ad riuum Aegypti. Intelligamus tamen cum dicitur in his locis omnibus: Ab introitu Hemath, non esse sensum, ex quo intratur in vrbem Hemath, sed introitum Hemath vocari extremitatem illam Aquilonarem terræ sanctæ, ex qua iam in agrum, atq; in ditionem Hemath introire incipiebāt qui pergebant versus Aquilonem, nam Hemath non erat vrbs terræ promissionis, sed Syrię Damasci. Iere. 49. Ad Damascum. Confusa est Hemath, & Arphad, quia audita pessimum audierunt. * Locus iam videtur abunde explicatus, nisi quod Hiero. (vt quidem Masius putauit in ca. 13. Iosue) cēset hunc torrentem nō esse Nili partem, sed alium quemdam fluuiolum inter Rhinocoluram, & Pelusium Aegypti vrbem in mare influentem, terramq; Iudæ ab Aegypto separantem. Referā Hieronymi verba, vt etiam liqueat eumdem illi torrentē esse, qui modo Torrens deserti, in alijs autem locis Torrēs Aegypti nominatur. In epistola ad Dardanum de terminis terræ sanctæ inquit: A torrente Aegypti, qui est Rhinocolurę. Et postea: Quod si obijcias terram repromissionis dici, quæ in Numerorum volumine continetur, à Meridie maris Salinarum per Sina, & Cades barne vsq; ad Torrentē Aegypti, qui iuxta Rhinocolurā mari Magno influit, &c. Et hūc locum Prophetę exponens ait, Ab introitu Hemath vsq; ad Torrētem deserti, id est, ab Hemath vsque

43 Tabor Nili.

Torrens Australis Iudææ.

Torrens Occidentis.

Torrens Aegypti.

44

45

46

Introitus Hemath.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Rhinocoluram. Verum autē esse quod Hiero. ait nemini dubium esse poterit, qui veram locorum descriptionem tenuerit. Sed admonēdus est lector, corruptè & in quibusdā Hiero locis, & in Ptolemæo, & in multis alijs libris legi Rhinocorurā, cū Rhinocolurā dici ipsa nominis etymologia demōstret. Nomen enīm inde habet (vt autor est Strabo lib. 16. in medio) quod homines malefici præcisis naribus à rege quodam Æthiopum, qui in Ægyptum venerat, in ea collocari sunt, hodie Pharamicam dici putant quidam.* Eam Plin. lib. 5. c. 13. extimam Iudææ ponit. Ptolemæus Anthedonem vrbem in fine Iudææ collocat, à qua tribus, aut quatuor leucis distat Rhinocolura ex eiusdem supputatione. Strabo autem loco iam à me indicato, supra magnum Pelusiacum Nili ostium aliud paruum facit versus Iudæam, à quo ad magnum vsque stadiorum trecentorum sit interuallum. Et Iudæam ad Casium vsque montem producit, cui adiunctа est Rhinocolura, à qua Pelusium AEgypti vrbs, quæ hodie Damiata dicitur, distat vnius diei itinere, & semis, vt ex Ptolemæo intelligi potest lib. 4. Geog. c. 5. Illud ergo paruum Nili ostium supra Pelusiacum inter Pelusium, & Rhinocoluram in mare ingreditur ex quo liquet veram esse Hieronymi sententiam, Torrentem deserti, siue AEgypti, inter Rhinocoluram, & Pelusium in mare influere. Quod autem Masius dixit hunc torrentem Hieronymo non esse Nili partem; aut huius loci commentarium, quem modo interpretamur, non vidit, aut oblitus est ita enim Hiero. scripsit: Ab Hemath vsque ad Rhinocoluram, inter quam, & Pelusium riuus Nili, siue torrens de eremo veniens mare ingreditur. Quidā opinati sunt Torrentem AEgypti vocari Rhinocoluram, cum id non torrentis nomen sit, sed vrbis, vt probauimus.

TROPOLOGIA.

48 Deus pulchrè naturā quasi immutat in hominibus

Quam pulchrè Deus naturam rerum quodam modo immutat in nobis, sed in melius, dum efficit, equi vt currant in petris, & arat in bubalis? Equi nos sumus ad libidinē, & ad carnis voluptates propēsi, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, sed vbi frenū diuinæ legis ore recipimus, & CHRISTVM habemus sessorem, tunc per petras currimus, id est per viam angustam, quæ tēdit ad vitam, asperam, & multis difficultatibus impeditam, quam antea ne videre quidem sustinebamus, adeò naturæ nostræ repugnare videbatur. Ita ille currebat qui ait: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Et Isaias hanc mutationem dexteræ excelsi admiratur, Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem. An nō per abyssos eduxit nos, quando ex profundo peccatorum quasi submersos eduxit in lucē gratiæ suæ? Eramus & bubali, qui liberi ferebamur in desideria carnis, & iugum eiusdem legis diuinæ detrectabamus: sed nos Deus spiritu suo edomuit, & arare docuit. id est, spe futurorum præmiorum laborare, nec attendere præsentia, quomodo dictum est Hos. 10. Ascendam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Vt suo loco exposuimus. Ideo regnante Salomone multi bubali capiebantur, postquam enim CHRISTVS misit venatores, de quibus scriptū est Iere. 16. Mittā eis multos venatores & venabūtur eos de omni mōte, & de omni colle, & de cauernis petrarum: tūc capti sunt bubali multi, nō vt occiderent, sed vt ceruicem suaui iugo Euangelij supponentes arare docerentur. * Sed nos conuertimus in amatitudinem Dei iudicium, quia bonis operibus, quæ per Dei gratiam fecimus, superbimus, & Deo displicemus, & fructum iustitiæ natura suauissimū vertimus in absinthium: eo enim tempore superbi sumus, cū humiliores esse debebamus. Quod explicat cū ait: *Qui lætamini in nihilo.* Lætamini in viribus vestris, cū non sitis sufficientes cogitare aliquid à vobis quasi ex vobis sed sufficientia vestra ex Deo sit. Lætamini in operibus vestris bonis, quæ cito per superbiam perduntur, à qua in alia, atque alia peccata deturbamini. Ille certe non lætabatur in nihili, qui dicebat: Si osculatus sum manum meam ore meo, quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Manum suam osculatur ore suo (vt ait Gregor. 22. Mora. cap. 10) qui laudat, quod facit, & testimonio propriæ locutionis sibi virtutem tribuit operationis. Qua in re quis despicitur, nisi is, qui ipsa operandi munera largitur? Vnde & protinus subdit: Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum. Liquet enim quia illum negat, cuius despecta gratia sibi vires boni operis arrogat. Recte ergo

ergo dixit: *Quoniam conuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthiū.* Sed apertius etiam loquitur in eo, quod ait: *Numquid in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua?* * Quam deploranda dementia? Vnde filijs Adam cornua, vt pugnēt aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus? Non erātilli cornu petæ ab heri, & nudius tertius, sed peteban tur cornu Diaboli, & vētilabātur in omnia peccata, nisi Dei gratia adiuuarētur. Tauri sibi vidētur, & in potestate Diaboli sunt sicut agni inermes, & imbelles, sicut Hos. 4. de filijs Israel capiēdis ab Assyris scriptū est: Nunc pascet eos Dñs, quasi agnū, in latitudine, id est, sinet inimicos eis dominari in terra lata, & spatiosa, quasi agnis imbellibus. Nā in via lata, quam ipsi diligunt, Diabolus eos in potestate sua retinet, à qua liberari non possunt nisi eos Dei gratia liberauerit. Cornua, quæ nobis nos assumimus, illa sunt, quę parāte Achab rege Israel expeditionē in Ramoth Galaad, assumpsit Sedecias pseudopropheta filius Chanaana. Fecit enim sibi cornua ferrea, & ait: Hæc dicit Dominus. His ventilabis Syriam. Ascendit Achab Michæa propheta Dei vetāte. Sed quis pugnæ illi usexit? Commissum est prælium die illa, & rex stabat in curru suo cōtra Syros, & mortuus est: vir enim quidā tetendit arcum in incertum sagittam diriges, & casu percussit regem Israel inter pulmonem, & stomachum. Deceptus est infelix rex, quoniā egressus est spiritus malus coram Dño dicens: Egrediar: & ero spiritus mēdax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies, & prævalebis, egredere, & fac ita. * Sedecias iustitia Domini vertitur, & iustitiam significat, quæ est in nobis, sed Dei est potius quam nostra, quia nostris viribus comparari nullo modo potest. Est autem filia Chanaana, id est, negotiationis, quia vt gratiam Dei habeamus negotiatione, & cōmutatione quadā obtinemus, abijcientes voluptates sæculi, easque cū corde nostro Deo offerētes. Cū autem hæc iustitia nostra autoris sui oblita viribus suis fidit, & putat satis sibi in se esse præsidij, vt ascendat in Ramoth Galaad, id est in excelsa virtutum, Ramoth enim excelsa dicuntur, & Syros ventilet, id est, tentationes peccatorum facile superet, tūc pseudopropheta fit, nobisque mentitur, quia egregius spiritus mendax eam decipit manuque cum hostibus conferentes sagittis Diaboli sternimur, & ignominiosē superamur, ac cornua nostra confringuntur. Abscissum est (inquit Propheta) cornu Moab, & brachium eius contritum est, ait Dominus. Quare? Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde, sublimitatē eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius. Nimirum scriptum est: Et omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua iusti. Iustus est, qui reddit vnicuique quod suum est, Deo fortitudinem, sibi imbecillitatem, & ait: Non autem ego, sed gratia Dei mecum. Et, In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nos. Quoniam igitur in eos, qui alienis bonis superbiunt, Deus agmen vitiorum irruere sinit, vt penitus conterantur, & spoliētur fructu bonorum operum, atque ita infirmitatem agnoscant suā: rectè inquit per Prophetam nostrū Dominus: Ecce enim suscitabo super vos domus Israel gentē, & conteret vos ab introitu Hemath vsque ad Torrentem deserti Hemath murus trāsfertur, vt ait Hier. & caritatem significat, quæ murus est, & custos omnium virtutum. In Torrente autem deserti, qui Iudæam segregat ab Ægypto, rectè fidem intelligimus qua fidelis populus ab infidelibus secernitur. Irruentibus ergo vitijs perit primum caritas, ac deinde paulatim cetere virtutes, vt fides sola maneat, aut certe dum non omnino pereunt, informes manent, & fructu bonorum operum carent.

CAP. VII.

HÆc ostendit mihi dominus Deus: et ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris, et ecce serotinus post tonsionem regis. Et factum est: cum consummasset comedere herbam terræ, dixi: Domine Deus propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est Dominus super hoc: Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit, dicit Dominus. Hæc ostendit mihi Dominus Deus: et ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus, & deuorauit abyssum multam, et comedit simul partem. Et dixi. Domine Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est Dominus super hoc: sed et istud non erit, dicit Dñs Deus. Hæc ostendit mihi Dñs Deus: et ecce Dñs stans super murum litum, et in manu eius trulla cæmentarij. Et dixit Dominus ad me? Quid tu vides Amos, Et dixi: Trullam cæmentarij. Et dixit Dominus, Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adiciam vltra super inducere eum. Et demolientur excelsa idoli, et sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgam super domum Ieroboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Ieroboam regem Israel, dicens: Rebellauit contra te Hamos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Hamos, In gladio morietur Ieroboham, & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Hamos. Qui vides, gradere, fuge in terram Iuda: et comede ibi panem, et prophetabis ibi. Et in Bethel non adijcies vltra vt prophetes: quia sanctificatio regis est, et domus regni est. Respondit que Hamos, et dixit ad Amasiam. Nõ sum propheta, et non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros. Et tulit me Dominus, cum sequerer gregem: et dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Israel. Et nunc audi verbum Domini. Tu dicis, Non prophetabis super Israel, et non stillabis super domum idoli. Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, et filij tui et filiæ tuæ in gladio cadent, et humus tua funiculo metietur: et tu in terra polluta morieris, et Israel captiuus migrabit de terra sua.

HISTORIA.

Hæc ostendit mihi Dominus Deus, Et ecce fictor locustæ. Quod verbis ante prænuntiauerat de futura captiuitate, nunc sibi per visionem ostensum dicit, vt magis moueat eadem crebrius inculcando, & præsertim visionem referendo: vehementius enim quodammodo incitãt animos auditorum quæ visa narrantur à propheris, quam quæ audita, quoniam similitudines rerum, quæ sunt in visione, propiores rebus ipsis sunt quam verba. Si quis autem miratur toties eadem dici à propheris, meminerit diuersis illa temporibus fuisse dicta, licet simul scripta videantur, vt diximus in Hos. 1. cap. n. 14. Vidit igitur sanctus Hamos prophetici oculis, & imaginaria visione quendam magnam locustarum multitudinem producentem. Singula sunt obscura, & sunt singula ordine explicanda, in quibus mira est expositorum varietas, maxime recentiorum: ego ea ex vetustioribus decerpam, quæ probabiliora videbuntur, addamque, vt potero, si quæ desiderabuntur. Atque hoc in primis, cur non conditor, aut productor locustæ, sed fictor dicatur Deus, de eo enim loquitur. Rupertus fictorem dici putat Deum propter rerum ipsarum exiguitatem, id est, locustarum, siue hominum in eis significatorum. Sed si vocem Hebraicã intueamur, facile veritas intelligitur, est enim יוצר, quod, vt Zach. 12. latius, si Deus dederit, explicabimus, significat plastem, id est, formatorem, qui ex ligno, aut ære, aut simili materia quippiam facit. * Sæpe etiam figulum significat, vt Isa. 29. Quasi si lutum contra figulũ cogitet. Thren. 4. Quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Sic fingere apud Latinos, quamuis proprie sit figurã imponere, sicut facere imponere faciem, vt tradidit M. Varro li. 5. de lingua Latina prope finem, vsu accommodatum est ad eos, qui è terra aliquid faciũt. Plinius lib. 35. c. 12. Laudat & Praxitelẽ, qui plasticen matrem statuariæ, scalpturæq;, & cælaturę esse dixit, & cum esset in omnibus his summus, nihil vnquam fecit antequam finxit. Hinc figuli dicti & fictores, sicut & Græcis plastæ, & plasticæ, ideest, ars figulorũ, vt ex verbis Plinij, quę retuli, intelligitur. Et quoniã figulo, qui in molli, & facili materia operatur, facile est vasa, vel magna, vel parua, hac, vel illa figura formare, potest etiam innumera, si velit facere, nõ enim deesse potest terra vnde faciat: merito Deũ fictorem locustæ, id est, locustarũ, appellauit, vt significaret eũ multas, magnasq; locustas producere, per quas magna quædam calamitas indicaretur. Quidam cõtra Hebraicorum voluminum fidẽ גבי legẽdum putat, quod exactores significat nõ גבי, quod locustam significat. Sed pugnat eius interpretatio cũ Lxx interpretibus, cum Chaldæo, cum recentioribus, & cum lectione Hebræorum, quam autor idem magni vbique facit. Eodem vocabulo bis vsus est, Nahum capit. 3. vbi nos habemus: Et paruuli tui, quasi locustæ locustarum, vbi locustas etiam verterunt Lxx, & Chaldæus.

Fingere. Facere.

In principio germinãtium serotini imbris. Serotinus imber extremo Aprili decidit, vt fructus ad maturitatem perducat, vt diximus Hos. 6. n. 10. & 11. Significat ergo tempus, quo omnia germinant, & omnium rerum abundantiam arbores, & segetes pollicentur: quando scilicet iam iam casurus expectatur serotinus imber. Locustarum multitudo significat Assyriorum exercitũ, (vt recte ait Rup.) qui paulo post hanc prophetiã, id est, quarto anno regni Ezeciæ, duce Salmanasare rege venit in terram decẽ tribuum, easq; penitus vastauit, & in terrã suam transtulit. 4. Reg. 18. Hoc autem factũ est in principio germinantium serotini imbris, id est, quando Israel post multas clades ab hostibus acceptas germinare incipiebat & in magnam spem sui iterũ reparandi erigi videbatur. Etenim, vt ibidem scriptũ est, tũ rex Israel rebellare aduersus Assyrios, tributaque illis minime reddere moliebatur, quæ ante soluebat. Ex quo perspicuum fit

multum eo tempore vires, & opes Israelitarum increuisse. Quod autem Pagninus, & Vatablus nolũt hic לקש serotinum imbrẽ, sed serotinam herbam intelligi, non habẽt vnde probare possint: ego quod est in nostra translatione, si nihil aliud haberem, ex Hieronymo probarem, cum quo noui Hebræi in Hebraicæ linguæ peritia nullo modo cõferendi sunt. Sed probat etiam nominis cognatio cũ מַלְקוֹשׁ, (quod nihil à לקש differt, nisi quod cum מ componitur,) ipsis confitentibus semper pluuiam serotinam significet.

Et ecce serotinus post tonsionem regis. Regẽ intelligit Salmanasarem, qui & rex magnus Assyriorum dicebatur, & per Antonomasiam rex absolute vocabatur, quoniã potentissimus erat. Hos. 5. Et misit ad regem vltorem. Post hãc igitur cladem decem tribuũ, quam tonsionem vocat, vt perstet in metaphora locustarum, quæ spicas tondent, venit serotinus imber, & florebat populus Dei, & semen Iacob repullulabat regnante Ezecia, & Deo populum suum augente, atque locupletante.

Et factum est cum consummasset. Cum eadem locusta vniuersa consumpsisset, id est, cum iterum exercitus Assyriorũ duce Sennacherib paulo post, id est, decimo quarto anno regni Ezeciæ, consummasset terrã, id est, terrã duarum tribuum, quæ reliqua fuerat, similiter vastasset, ita vt sola Ierusalem maneret, vt videmus. 4. Reg. 18. *Dixi,* misericordia tantæ vastitatis commotus: Propitius esto Domine populo tuo, & saltem has reliquias multitudinis filiorum Israel conserua, ne penitus extinguantur.

Quis suscitabit Iacob. Si tu eum prosternis, quis eriget? Paruulus est Iacob, & crebra hostium incursione deletus, & duæ tribus, quæ remanserant, magna ex parte afflictæ, atque direptæ sunt, vnde poterit populus tuus excitari, si modo ad reliquias vsque extinguas?

Misertus est Dominus. Meis precibus placatus, atq; aliorum prophetarum, promisit se non omnino deleturum reliquias Israel. Atque ita magna plaga accepta Sennacherib cum dedecore in domum suam reuersus est, vt legimus 4. Reg. 19.

Et ecce vocabat iudicium ad ignem. Secunda visio est de Nabuchodonosor rege Babylonis, qui duas tribus post Ezeciæ regnum in pristina peccata relapsas tandem

Universidad de Deusto
Biblioteca

captiuas in Babylonam abduxit, & vrbe, templumq; succendit. Hebraica apertiora sunt, ita enim habent: Et ecce vocabat ad iudicium in igne Dominus Deus, ideſt, vocabat duas tribus Deus ad iudicium, vt eas increparet, & puniret per ignem, iudicium vocat רב quod increpationem, & punitionem ſignificat, vt in expoſitione initij ſecundi ca. Hoſeæ diximus latius. Sed quoniã ושפ poteſt verti, In igne, vt apud Lxx, vel, In ignem, aut, Ad ignem, vt in noſtra tranſlatione, ſenſus vtroque modo eſt idẽ, accerſiuit Deus, & attulit iudicium, id eſt, punitionem, ad ignem, ideſt, vt vrbs templumque igne Chaldęorum arderent.

Abyſſus. *Et deuorauit abyſſum multam.* Abyſſus (vt inquit Damaſc. lib. 2. de fide. ca. 9.) eſt aqua plurima, cuius finis incomprehenſibilis eſt hominib⁹. Gen. 1. Et tenebræ erãt ſup faciẽ abyſſi Exh. 15. Abyſſi operuerũt eos, deſcẽderũt in profundũ, quaſi lapis. Hinc metaphoricè, & Hyperbolicè abyſſus multa dicitur quidquid magnitudine, aut multitudine, aut etiam profunditate tantum eſt, vt nõ videatur poſſe pertranſiri, vt Pſal 35. Iudicia tua abyſſus multa. Quoniã ergo multas prius vrbes victorum igne flagraſſe credibile eſt, ac deinde incenſa Ieruſalem incredibilis domorum, & opum, & pretioſiſſimæ ſupellectilis multitudo conſumpta eſt, dixit: *vt deuorauit abyſſum multam*, id eſt, infinitatem quandam rerum.

6 *Et comedit ſimul partem*, id eſt, templum vt ait Hier. quod pars, & hæreditas erat ipſius Dei Chaldęus: Et conſumpſerat hęreditatem.

Quieſce obſecro. Non dixit, Propitius eſto, vt prius cum nihil dum Ieruſalẽ paſſa fuerat, ſed, Quieſce, quoniam ardente vrbe metropoli, & templo, totum genus Iſrael periturum videbatur.

Sed & iſtud non erit. Nec nunc totum genus delebo, multi enim ſeruabũtur, & poſt Lxx annorum captiuitatem iterum ad patrias ſedes reuertentur.

ALLEGORIA.

In his filiorum Iſrael calamitatibus recte illæ intelliguntur, quæ Eccleſiam vehementer afflixere. Primum tyranni Eccleſiã depopulari cœpere, & ſubuerterũt multorũ fidem: ſed cum his quieſcentibus pace per Conſtantinum Magnum Chriſtianis reddita, & templis per loca Romani imperij exædificatis noua fidelium ſoboles vbique germinaret, Arius, & alij hæretici, quaſi locuſtæ lætas fruges corroſere. Poſt hanc tonſionem regis filiorum ſuperbiæ, id eſt, Diaboli, Dominus de cœlo dedit benignitatẽ, & miſit imbrem gratiæ ſuæ, & terra noſtra dedit fructum ſuum, ſedatoq; bona ex parte hæreticorum tumultu florebat iterum pietas, & religio, tunc aliæ locuſtæ excitatę ſunt, ideſt, impius, & ſacrilegus apoſtata Mahometes, cum magna turpiſſimorum hominum multitudine, ac Eccleſiæ non ſolũ vrbes, ſed regna etiam, & prouincias multas, atque magnas ademerunt, vniuerſamque herbam terræ conſumpturæ videbantur, niſi ſancti clamaſſent, ad Dominum, ne omnino diſperderetur Iacob, qui paruulus erat.* Deinde creſcentibus peccatis, & vitiorum furore per populum Dei graſſante vocauit Dominus iudicium ad ignem, id eſt, voluit populum ſuum igne punire. paſſuſque eſt teterrimum omnium virtutum hoſtem Lutherum ſæuire, atque incendiũ maximum ſuſcitare, quod deuorauit abyſſum multam cum ſectis innumeris, quæ inde paulatim exortæ ſunt, id eſt, incredibilem numerum ciuitatum, & principum, & comedit ſimul partem id eſt, hęreditatem Domini magis peculiarem, turbam, inquã, religioſorum hominum, ſacrarumque virginum, quos è ſacris domicilijs ad ſacrilegas nuptias, & ad omnem nefariæ libidinis turpitudinem euocauit. An non ego ignem hos hæreticos iure dixerim? Ceteri enim virtutem fere ſimulabant, vitia contegebant, & vmbram quandam, fallacem illam quidem, ſed tamen vmbram, pœnitentiæ, & auſteritatis oſtentabant iſti noui Epicurei peccatum ſuum, quaſi Sodoma, prædicantes, & omnia carni cõcedentes ardentibus gulæ, atque impuriſſimarum libidinũ facibus nobiliſſimas ciuitates, & regna concremarunt. Sed in tantis malis ſuſcitauit Deus ſpiritum ſanctorum ſuorum in Eccleſia, qui precibus, & lacrymis vociferabantur: *Domine Deus, quieſce obſecro*, ſi tu ita omnino deleri ſinas populum fidelem in tantam paucitatem redactum, quis eum ſuſcitabit? Tandem miſertus eſt Dominus, & dixit: *Sed & iſtud non erit.*

TROPOLOGIA.

Multi etiã ſunt, in quibus virtutes germinare incipiũt, & magnũ bonorũ operũ fructũ pollicent, ſed quia terrenis negotijs, & curis huius ſæculi explicare ſe aut neſciũ, aut

aut nolunt, iterum ad honores ambiendos, ad periculoſa colloquia, ad fallaces amicitias, ad comeſſationeſq; redeuntes: magna terrenarum, & noxiarum cogitationũ turba, quaſi locuſtarum implentur, non quidẽ à Deo fictarum, ſed Deo iuſte permittente immiſſarum. Locuſtæ enim ad fructũ inutiles, ad vſum laboris inertes, vagæ ſaltu, ore ſtridulæ recte terrenas cogitationes deſignant, quæ ad concupiſcentiã carnis, & ad cõcupiſcentiam oculorum, & ad ſuperbiã vitæ pertinent. Sunt enim inutiles, & vanę, laborare nos nõ ſinunt in cœleſtibus quærendis, per omnia, quæ vident, aut audiunt, vagantur inſtabiles, & inſuaui quodã ſtridore Deo per ſanctas inſpirationes loquenti obſtrepunt. Quantã autem vaſtitatem animæ afferãt, & virtutibus, ac bonorum operũ germinationi, docemur Exhod. 10. Ecce ego inducam cras locuſtã in fines tuos, quę operiet ſuperficiem terræ, ne quicquã eius appareat, ſed comedatur, quod reſiduũ fuerat grandini, corrodet enim omnia ligna, quę germinant in agris, & implebũt domos tuas, & ſeruorum tuorũ, & omnium Ægyptiorum. Vere enim huiuſmodi locuſtę, aut per aerẽ volant, id eſt, in cordibus ſuperborum, aut ſuperficiẽ terræ implent, id eſt, animos hominũ terrenorum, ne quidquã appareat, quo ſanctæ cogitationes ſe recipere poſſint, & domos implent Aegyptiorũ, qui aliquando mixti erant cum populo Dei, ſed tandem ab illo ſeparati ſunt.* At ſi per pœnitẽtiam decidat in huiuſmodi hominum animos imber gratię ſerotinus, & iterũ germinent, iterumq; illi ad eadem negotia, & ad eaſdem curas redeant; eædẽ locuſtæ auidius, ac periculoſius animos occupãt, vnde pulſæ fuerant, & in grauiora peccata conijciunt, Diabolo id curante, ne ſibi amplius è manibus elabãtur, ſicut ſcriptum eſt: Tunc vadit, & aſſumit ſeptẽ alios ſpiritus ſecũ nequiores ſe, & intrantes habitant ibi, & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Sed precibus ſanctorũ, qui multi in Eccleſia pro peccatoribus orãt, hoc dat Deus, ne penitus omnis virtutũ, & bonorũ operum fructus abſumatur. Quẽadmodum autẽ Iudęi à Senacherib obſidione liberati precibus Iſaiæ, & Hamos, & Ezeciæ rege ſancto mortuo ad idola ſua, & ad vetera peccata reuerſi variis ptælijs attenuati, poſtremo à Nabuchodonoſor cũ templo, & vrbe maxima ex parte cõſumpti ſunt, cum Deus vocauit iudicium ad ignẽ: ſic multi, qui miſerationũ Dñi obliti, & filiũ Dei conculcantes ad peccata, quę deſeruerant, redeunt, & de futura vltione ſecuri in eis cõſeneſcunt, ſolent minoribus quibuſdam pœnis à Deo excitari. Quod ſi neq; ita quidem reſipiſcunt, vocat Deus iudicium ad ignẽ, & eos inferni flammis tradit æternum cruciandos. Deuorat ignis ille abyſſum multam, quia multorum animas accipit cremãdas, & comedit ſimul partem, quia nonnullos etiam vrit, qui ad hæreditatem Domini plurimum oculis hominum pertinere videbantur. Sed clamat pia mater Eccleſia indefatigabilibus precibus, ne omnes filios amittat, & per Dei miſericordiam impetrat vt ſuſcitetur Iacob, & electi ſalutem conſequantur quæ eſt in Christo Iesv, cum gloria cœleſti.

Locuſtæ ſunt cogitationes terrenæ.

9

Matth. 12.

HISTORIA.

Et ecce Dominus ſtans ſuper murũ litum. Hãc viſionẽ Rupert⁹ exponit de vltimo excidio Ieruſalẽ ſub Tito, forte Allegorico ſenſu, vt ſemper fere ſolet; nam ſi Hiſtorice ita velit explanare, nõ poterit, obſtat enim quod ſequitur: Et demolientur excelſa idoli, & ſanctificationes Iſrael deſolabũtur: nã Titi tempore nulla erant idola in Iſrael, & nulla eorum tẽpla. Loquitur ergo Propheta de cladibus, quas acceperunt decem tribus ab Aſſyrijs à tempore Zacharię regis, qui patri Ieroboham, cum hęc dicebantur, regnanti ſucceſſit, donec poſt annos quadraginta nouẽ omnino deleti, & captiui ducti ſunt, ſicut Hier. ait in illud Hoſ. 1. Et quieſcere faciã regnum domus Iſrael. Cũ enim ſumma quadã extremas Iſraelis, & Iudæ calamitates prædixiſſet, ad propiora mala regreditur, quę tũc imminebãt, & quę magis homines illius ætatis mouerẽt: nã captiuitate illa extrema minus terrebantur, quod ſe ad idtẽporis victuros nõ ſperabant. Idcirco Propheta rogatur quid videat? vt attentior reddatur, & omnes ſciãt attentione dignũ eſſe qđ dicendũ eſt. Muri, ſiue parietes, linebantur non pulchritudinis tantũ cauſa, ſed etiã firmitatis cõtra iniuriam imbriũ, & tẽpeſtates, vt inquit Hiero. & vt plane ex Ezec. 13. perſpicitur: Ipſi ædificabant parietẽ, illi autem liniebant cum luto abſq; paleis. Dic ad eos, qui liniunt abſque temperatura, quod caſurus ſit, erit enim imber inundans, &c. * Murus ergo litus ſignificat fortitudinem decem tribuum dum à Deo linebantur, id eſt, protegebãtur aduerſus hoſtiũ iniurias.

10

11

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et Dominus ſtat ſuper illum adhuc hmens quamuis melius dicemus, Super, poni pro, Prope more Hebræorum, vt Luc. 4. Et ſtās ſuper illam imperauit febri, id eſt, iuxta illā. Erat ergo Dominus iuxta murum more linientis artifices. Ponere trullam in medio populi eſt deſinere protegere eum. Cæmentarij enim, ſiue fabri murarij, trulla parietes linunt, & cōplanant, quā cū ab opere deſiſtūt, ponunt in medio, atq; abeunt. Quod igitur Dominꝰ ſubobſcurè dixit: *Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Iſrael.* Magis explanat verbis ſequentibus: *Non adijciam vltra ſuper inijcere eum.* Non linam eum in poſterum, neque cooperiam luto, aut calce, atque ita patebit iniurijs aduerſariorum, paries enim, & ſi litus ſemel ſit, cito vi imbrium cruſtam illam luteam amittit, & ni iterū linatur, corruet. In Heb. eſt. Nō addam adhuc tranſire illum, ſcilicet, trulla linendo. Sed hęc verba iterum attingemus cap. 8. n. 5. Ceterum vbi habemus, *Super murum litum*, Hebræi recētiores vertūt: Super murū perpēdiculi. i perpēdiculo æqualiter ædificatum. Nos ſciamus idem vocabulum אנך eſſe in Heb. vbi nos legimus Litum, & vbi poſtea habemus, Trullam cæmentarij ſignificat autem proprie litionē, ſiue inunctionem, ita enim Aquila vertit, ἀλείφωσις, id eſt, inūctio. Murus ergo אנך, ſiue litionis, aut inūctionis, eſt murus litus, aut inūctus. Et poſtea vbi ait *Et in manu eius* אנך, id eſt, litio, inſtrumentum ſignificatur liniendi, id eſt, trulla cæmētarij, capitur enim litio pro re liniente phraſi Hebręorum vſitatiſſima, quā Hoſ. 5. adnotauimus. n. 4.* Septuaginta, & Symmachus pro אנך verterunt adamātē, quod quomodo cū Prophetæ ſenſu ſatis cōgruat, non video. Cum enim manifeſtū ſit de imminētibus calamitatibus verba fieri, quomodo murū adamātinum vocet eū, qui cito diruendus erat? Adamas em̄ ab eo quod domari nō poſsit, nomē habet. Deinde, Ecce ego ponā adamantem in medio populi mei, recte diceretur, ſi fortitudinem poſiturus eſſet, ac nō potius pauorē, & ruinam. *Et demolietur excelſa idol.* Euertētur excelſa, vbi idolis immolabāt. De quibus Hoſ 4. Super capita montiū ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama, quod nos ibi late expoſuimus. nu 24. In Hebr. eſt Excelſa riſus, quemadmmodū etiam vertērūt Lxx, qđ idolū nihil ſit, ſed res riſu digna, aut excelſa, in quibus lætabātur, & epulabā

Super.

12

tur immolātes idolis. De quo dicem⁹. n. 21.

Et ſanctificationes Iſrael deſolabuntur id eſt, Templa idolorum, quæ erant in Bethel, & in Dan, & in alijs locis. Capitur itaq; ſanctificatio pro re ſanctificata. i. Deo dicata, nēpe pro tēplo, quod & ſanctificium vocatur ab interprete, vt Pſa. 77. Et ædificauit, ſicut vnicornium, ſanctificium ſuum in terra, & ſanctuarium, vt Exho. 15. Sanctuarium tuū Domine, quod firmauerunt manus tuæ.

Sanctificationes.

Et conſurgam ſuper domum Ieroboham in gladio. Non dixit, Super Ieroboham, ipſe enim non eſt occiſus gladio, ſed Zacharias eius filius, qui interfectus eſt à Sellum filio Iabes ſucceſſore ſuo. 4. Reg. 15. Recte ergo dixit, *Super domum Ieroboam.* Illud animaduertendum Prophetam non depracari in hac tertia viſione, quemadmodum in prima, & ſecunda: videbat enim non portendi nunc extrema mala, ſed quædam minora à Deo immittenda, vt furioſus populus reſipiſceret, & vera pœnitentia grauiora quæ immi nebant declinaret.

Iuſtitiæ nr̄æ.

Pſal. 50

Cap. 4

Matth.

TROPOLOGIA.

13

Murus, ſiue paries dicitur quidquid in nobis ſtat, ſiue naturæ ſit, ſiue gratiæ, quod ſtare nullo modo poteſt ſi Deus linire deſierit, id eſt, ſi conſeruatricem manum inde auerterit. Sed de bonis gratiæ nunc loquamur. Iuſtitia noſtra quid eſt aliud, quā murus quidam in anima noſtra à ſummo rerum omnium artifice ædificatus, qui illam à peccatis, & ab ingreſſu illius tueatur, qui quaſi leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Hunc murum ædificari ſuppliciter orat Propheta: Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Ieruſalē, videt enim eā ſine muro cōſiſtere nō poſſe. Ædificat autē Deꝰ, & nos cū Deo, Dei em̄ cooperatores ſumus, ſed inuidentibus hoſtibus noſtris, & dolore tabeſcētibus & quantū poſſunt, impediētibus, vt ſcriptū eſt in libro Nehemiæ. Ea re nō ſatis eſt murum ædificari, id eſt, iuſtitiam nobis à Deo donari, niſi ab eodem liniatur aduerſus imbrium, & ventorum violentiam, ſicut à Dño dictum eſt: Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domū ſuā ſuper petrā (nō ſuis. f. ſed Ieſu Chriſti Dñi noſtri meritis innitens) & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit. Liniri autem à Deo eſt ſemper auxilio eius

protegi

protegi aduerſus cōtrariarum poteſtatum frequentes inſidias, & incurſiones, quas neque iuſtus quidē ſuperare poterit, niſi eius ope, qui potens eſt eum, qui ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet, & niſi qui cœpit bonum opus in nobis, ipſe perficiat. Quare ſi putamus nos ſtare, videamus ne cadamus, & cum timore, ac tremore ſalutem noſtrā operemur in laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in orationibus, in ieiunijs, neque noſtræ imbecillitati fidamus. Nam cū hæc omittimus, & viribus noſtris, præteritæque vitæ cōfidimus: ponit Deus trullam in medio noſtri, muruſque noſter facile corruit.

14

* Qua in re à nemine magis, quam à nobis ipſis cauendum eſt. Etenim, vt olim erant in populo pſeudoprophetę, qui Deo peſtem, & gladium minante dicebant, Pax, pax, quo miſeri homines ſeducti in manus hoſtium nec opinantes incidebant: ita in nobis fallaces cogitationes, quaſi pſeudoprophetæ quidam, metum imminentium periculorum adimere tentant, vt ſecuri, & iuſtitiæ noſtræ, quaſi iam tempore, & meritis multum inualuerit, confidentes ſegnes ad orationem, & ad ieiunia reddamur, Deuſque trullam in medio ponat, & in alia, atque alia peccata incidamus. His pſeudoprophetis ait Dominus: Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium: ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus. Et erit manus mea ſuper prophetas, qui vident vana, & diuinant mendacium, &c. Eo quod deceperint populum meum dicentes, Pax, & non eſt pax: & ipſe ędificabat parietem, illi autem liniebant eum luto abſque paleis. Parietem ędificamus cum iuſtitiæ noſtræ augendæ ſtudemus, ſed tunc fallaces illæ cogitationes, ſiue etiam fallacia verba adulantium amicorum, aut propinquorum, liniūt luto eum abſque paleis, cum noſtra opera, progreſſuſque laudantes nos in fiduciam noſtri extollunt, vt nobis quaſi probatæ, perfectæq; virtutis viri videamur, nobiſq; placeamus. Videntur neſcio quam nobis firmitatē addere ad peccata depellenda, & luto linire parietem, vt fortior ſit, ſed lutum eſt abſq; paleis, quod male coagmentatur, neq; hæret, ſed cito decidit. Itaque cito illa firmitas, quæ videbatur, elabitur, & retectus paries, atque nudatus, imbrium, ac lapidum ictu pulſatur, & citius, quam putabamus, corruit. * Ideo recte ſubijcit idem propheta:

Pſeudopro phetæ ſunt fallaces cogitationes.

Ezec. 13.

15

Dic ad eos qui liniunt abſque temperatu-

ra, (id eſt, puro luto ſine paleis, vt interpretatur Hieronymus) quod caſurus ſit; erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem. Si quidem ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis, vbi eſt litura, quam liniſtis? Imber inundans eſt magna vis tentationum carnalium, lapides prægrandes deſuper irruentes, cogitationes ſuperbæ, quæ ſuo pondere murum diruunt, ventus procellæ diſſipans cupiditas honorum, & pecuniæ. Cum autem Dominus trullam ponit, & hęc vitia in nos irruūt, templum, quod in anima noſtra Deo feceramus, ſubuertitur, & conſurgit Dominus ſuper nos in gladio.

HISTORIA.

Rebellauit contra te Hamos. Videbat Amaſias Prophetę dictis animos multorum permoueri, abiectoque vitulorum cultu ſuum quoque perire ſacerdotium, & ideo inſidias ei callide molitur per regē, quaſi regis agatrem, non ſuā. Pro, Rebellauit, eſt קשר, quod verbum ſignificat congregare, & coniurare, vt 1. Reg. 22. Quoniam coniuraſtis omnes aduerſum me. 4. Reg. 10. Coniurauit Iehu filius Namſi contra Ioram. Rebellauit ergo contra te, eſt, ac ſi dixiſſet: Congregationes fecit, atque conuentus in medio regni tui Iſrael, vt interpretatur Hieron. ſiue in cœtu Iſraelitarum.

Non poterit terra ſuſtinere vniuerſos ſermones eius. Terrebuntur omnes eius verbis, & à te deficient, atque eum ſequentur.

Hæc enim dicit Hamos. In gladio morietur Ieroboam. Mendacio incutit maiorem regi terrorem: non enim dixit Hamos gladio periturum eſſe Ieroboham, ſed ſuper eius domum, id eſt, ſuper eius filium Zachariā, ſurrecturum eſſe Dominum in gladio. Sed falſorum deorum cultor didicit falla verba non timere.

16

Et dixit Amaſias. Cum videret (vt ait Hieron.) regem nihil dictis ſuis moueri, conatus eſt Prophetam inde eijcere, ne recedentibus à cultu idolorū Iſraelitis ipſe contemneretur. O videns, inquit, abi hinc in terram tuam, ibi comede panem, id eſt, ibi viue. Quaſi dicat: In Iudæa te audient omnes, & plurimi facient vt à Deo miſſum, & honorifice te alent. Cum honore autem eum compellat, vt libentius recedat, & ne irriteret eos, qui Prophetam ſequebantur. Cur autem prophetæ videntes dicātur ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

potuimus Hoſ.1.nu.1.& ſequentibus.

Quia ſanctificatio regis eſt, & domus regni eſt, id eſt, In hac vrbe habet tẽplum ſuum rex Ieroboham,& regiam ſuam,qui ſine dubio ægre fert te in hac vrbe talia vaticinati, & forte iratus occidet te.

Non ſum propheta, & non ſum filius prophetæ. Greg.lib.2.Mor.cap.41. Quærit quomodo Hamos negare vere potuerit ſe eſſe prophetam,qui de futuris tot vera prædixit: & reſpondet: Sed quia eadẽ hora,qua requiſitus eſt,prophetię ſibi ſpiritum deeſſe ſenſit, de ſemetipſo teſtimonium veraciter intulit dicens: Non ſum propheta. Qui tamen ſecutus adiunxit: Et nũc audi verbum Domini, &c. Quibus Prophetæ verbis aperte oſtenditur, quia, dum de ſe illa loqueretur, impletus eſt, & mox habere ſpiritum prophetandi meruit, quia ſe prophetam non eſſe humiliter agnouit. * Atque hoc prophetis ſæpe contigiſſe, vt ſpiritu prophetiæ deſtituerentur,multis ibi probat exemplis. Verum quoniam in ſcriptura prophetę vocantur, eo etiam tempore, quo prophetiæ ſpiritum non habent, vt in primo ex ijs locis,quæ citauit pro ſe Gregor.2.Reg.7.Nathan dicitur propheta, & Eliſæus.4.Reg.3. poſſumus ita interpretari.Nõ ſum propheta,non vltro huc veni,nunquam enim prophetæ officium habui, ſed armentarij, donec me ex grege Dominus huc ad vos miſit. Quomodo igitur armentarium ſe eſſe dicit,cum tamen tunc armenta non paſceret, cum hæc dicebat, ita negat ſe eſſe prophetam, quamuis eo tempore prophetabat. Armentarium ſe dicit, quoniam id officium eius erat,neq; prorſus reliquerat, ſed rediturum ſe ad armenta cogitabat: prophetam autem ſe eſſe negat,quoniam neq; prius quam ex grege aſſumeretur,officium illud habuit, neque perfecta hac legatione ſciebat, an habiturus eſſet. Perinde ergo eſt ac ſi diceret: Quamuis nunc prophetem, non eſt officium meum prophetare, ſed paſcere armenta, Dominus tamen nihil tale cogitantem me huc venire iuſsit. Idem fuit ſenſus Lxx, qui verterunt: Non eram propheta ego. Cur autem hoc nũc dixerit, explicat Chryſ.hom.24.in poſteriorem epiſt. ad Cor. Non extollens, inquit, ſeipſum dicebat, ſed obturans ora ſuſpicãtium ipſum non eſſe prophetam, & vt oſtendat quod non decipiat, neque à ſe ipſo dicat ea, quæ dicit. Et initio cap.1.comment.in Iſa. Hoc, ait, eo ſcriplit, ne quis humanæ imputaret, ſapientiæ quæ à ſe dicerentur. Conſtat igitur ex Chryſoſt. verbis non negaſſe habere ſe ſpiritum propheticum, ſed potius affirmaſſe.

17

Sed armẽtarius ego ſum. Hieronymus: Pro armentario, quod Hebraice dicitur בּוֹקֵר, Aquila, & Symmachus, & Theodotio, & Quinta editio βικόλος tranſtulerunt, qui armenta paſcit,non oues. Soli Lxx αἰπόλος, dixerunt, quod proprie paſtor caprarum appellatur, &c. Hinc Chryſ.locis citatis citat, ſed caprarius eram. Et Ambro.in illud Luc. 17.Si habueritis fidẽ ſicut granum ſynapis: Paſtor eram caprarum. Sed etymologia oſtendit veriorem eſſe noſtram, communẽque trãſlationem, dicitur enim בּוֹקֵר, à בָּקָר, quod eſt bos.

18

Syceon cus.

Vellicans ſycomoros. Sycomorus (vt ait Dioſcor.lib.1.cap.144.)arbor eſt ſtatura, & foliis moro ſimilis, ſed fructu ſimilis ficui, ideoque συκομορέα Græce dicitur ſumpto vocabulo à ficu, quæ συκὴ dicitur, & à moro, quæ dicitur μορέα. A quibuſdam ſycaminus dicitur. Fructus eius ſycomorus etiam vocatur. Naſcitur Rhodi,& in Caria,& in alijs locis,quę frumenti ſterilitate laborant,quã abundantia ſua ſubleuat, quater enim ſingulis annis fructificat. Non comeditur fructus,niſi vellicetur,aut ſcalpatur vnguibus, aut ferro, vt lac prodeat, & à ſole penetretur, & quarto die matureſcat. Ex Dioſcoride. Propterea Hamos pauper hoc cibo vtebatur,& quia vnguibus findebat fructus,vt eſſent edendo apti,dixit, *Vellicans ſycomoros*. Eandem arborem Græci vt dixi, συκομορέαν, vocant, vt videmus Luc. 19. Et aſcendens in arborem Sycomorum, Græce in arborẽ συκομορέαν. Ceterum Hieronymo, quamuis ita vt nos habemus,tranſtulerat,magis placere videtur,vt legeremus: Ruborum mora deſtringens,quomodo etiã legit in epiſt. ad Paulinum,cuius initium eſt: Frater Ambroſius: idque hac ratione, quod ſolitudo, in qua morabatur Hamos, nullã huiuſmodi arborem gignit. * At omnino vertendũ eſt,Sycomoros,quemadmodum Aquila,& Symmachus interpretati ſunt, Lxx etiam, & Theodotio ſycaminos aut ſycamina verterunt,quæ eadẽ arbor eſt: naſcuntur enim ſycamini(vt Hieronymus ſcribit) Paleſtinę in campeſtribus, & agreſtes afferunt ficus, quæ ſi non vellicentur,amariſsimas caricas faciunt, & à culicibus corrumpuntur.

Ipſe

Ipſe etiã Hieronymus שִׁקְמִים ſemper vertit ſycomoros,vt Iſa.9. Sycomoros ſuccidêrunt,2.Paralip.1.Quaſi ſycomoros,quę naſcuntur in campeſtribus. Neq; inficior morum etiam interdum hac voce ſignificari, vt Pſal.77. Et moros eorum in pruina, ſed & ibi Hieron.vertit ſycomoros. Quod autem Hieronymi ætate nullæ eſſent in illa ſolitudine ſycomori, moueret nos, niſi ſciremus arborum etiam producẽdarum eſſe in terra viciſſitudines, & in locis præſertim paſcuis ſolere arbores ſuccidi, vt plus illa herbæ ferant. Denique Libanus mõs olim cedrorum feracitate nobiliſsimus, nunc cedrum fere nullam habet, vt ab oculatis teſtibus accepimus.

Cum ſequerer gregem. Ouiũ videlicet, vt eſt in Hebr. neque id tamẽ obſtat ei, quod prius dixit, Armentarius ego ſum, ſolent enim officiorũ nomina deſumi ab eo,quod maius, & dignius eſt, in quo minora includuntur. Recte itaque dicitur armentarius, licet & oues interdum paſceret. Tunc certe paſcebat quando vocatus à Domino eſt.

20

Et nunc audi verbum Domini. Nequaquam verbis, aut minis Amaſiæ ab officio ſuo deſiſtit,ſed facit (vt ait Hieron.) quod apoſtoli,cum Phariſæis,& ſcribis prædicare prohibentibus reſponderunt: Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Act.5.

Non ſtillabis. Futuri temporis verba pro imperatiuis ponuntur more Hebræorum. Stillare autem prophetas (vt Hieronymus notat) idioma ſcripturarum eſt, propterea quod non totam Dei ſimul inferant iram, ſed paruas ſtillas cõminatione denuntient. Quãuis Michæę.2. videatur affirmare more Hebræorum eloquium vocari ſtillationem, eo quod ad pluuiæ ſimilitudinẽ fluat, & ad aures auditium perueniat. Sed quod prius retulimus,magis ſcripturæ conſuetudini congruit: non enim de verbis quibuſlibet (vt nonnulli putant) ſed de comminatorijs,& grauibus proprie dicitur ſtillare, vt Mich.2. Ne loquamini loquentes: non ſtillabit ſuper nos,non comprehendet confuſio,&c. Et Ezech.21. Pone faciem tuam ad Ieruſalem,& ſtilla ad ſanctuaria,& prophetа contra humum Iſrael. Vnde eleganter Symmachus pro,Non ſtillabis,vertit, Non increpabis. Ex quo intelligitur illud Iob.29. Verbis meis addere nihil audebãt, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum, id eſt, quaſi territi ſermone meo præ reuerentia tacebant. * Notandum etiam,æque hoc verbũ ad res,& ad verba pertinere.2.Paralipo.12. Non diſperdam eos,&c. Et non ſtillabit furor meus ſuper Ieruſalem per manũ Seſac. Et cap.34.Idcirco ſtillabit furor meus ſuper locum iſtum,& non extinguetur. Nec ſumitur in bonam partem, niſi aliquid addatur, vnde id intelligi poſsit, vt 2.Mach.8. Benedicentes Dominum,qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos. Eſt ergo ſtillare tam verbis comminari,quam re punire: quod inde mihi omnino ſumptum videtur,qđ omnia huius temporis ſupplicia, quæ ſtillæ dicuntur,perexigua ſint cum illis collata, quæ in futuro ſæculo manẽt peccatores. Quaſi dicat Dominus: Hæ ſtillæ ſunt, poſtea vehemens imber, & procella venient. Quod intelligo ex verbis Iob.26. Et cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruũ magnitudinis illius intueri?

21

Super domum idoli. Super domum idoli,id eſt,contra domum, vt Iſai.1. Viſio Iſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam & Ieruſalem. Lxx, Contra Iudam & Ieruſalem. Et in hoc capit. Rebellauit contra te Hamos, in Hebræo. Rebellauit ſuper te Hamos. Sed domum idoli vocat domũ יִשְׂחָק,quod multi putauerũt eſſe, Super domum Iſaac, Lxx,Super domũ Iacob. Hieronymus: Pro domo idoli in Heb. ſcriptum eſt בֵּית יִשְׂחָק, id eſt, domus riſus, Iſaac enim riſus interpretatur,&c. At non ſolet domus Iſaac, ſed domus Iacob,aut Iſrael,in ſcriptura dici. Vt ergo Hoſeas ca.4.quam Iſraelitæ vocabant Bethel, id eſt, domum Dei, per irriſionem vocat Bethauen, id eſt, domum vanitatis, aut idoli: ita nunc eandem Hamos vocat domum riſus, id eſt, rei irridendæ, nempe idoli,quod non cultu, ſed irriſione dignum eſt, & cultores ſuos in irriſionem hoſtium adducturum erat. De quo diximus nu.12. vbi pro, Demolientur excelſa idoli, Lxx verterunt: Et delebuntur aræ riſus, cum ſit in Hebr. יִשְׂחָק, vt in hoc loco eſſe dixi.

Super pro Contra.

Vxor tua in ciuitate fornicabitur. Hoc primum non ad vltimam decem tribuum captiuitatem pertinet,quæ contigit nono anno Hoſee regis Iſrael, hoc eſt, quadrageſimo primo,aut quadrageſimo ſecũdo à morte Ieroboham regis, cuius tẽpore hæc Hamos prophetabat, vt conſtat ex 4.Reg.15. & 17. nimis enim ſera erat vxoris eius fornicatio. Cetera ergo ad captiuitatis tempus

22

ſpectant,

ſpectãt, quod de fornicatione vxoris dicit, ad præſens, ſiue ad paulo poſt futurũ, quaſi dicat: Quoniam tu alios ad fornicationem, id eſt, ad idolorum cultũ prouocas, vxor quoque tua fornicabitur, idque in ciuitate, vt maior tua ſit, & ignominia, & indignatio. Hoſ 4. Super capita montium ſacrificabant, &c. Ideo fornicubuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. Nõ viſitabo ſuperfilias veſtras, cũ fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras, cũ adulterauerint, quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur, & cum effeminatis ſacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

Filij tui, & filiæ tuæ. Omnis generis dolore cruciaberis, adulterij, orbitatis, ſpoliationis, & rapinæ, captiuitatis tuæ, & tuorum, ac denique mortis, idque in aliena terra.

Et humus tua funiculo metietur. Agri, quos poſſides, alijs diſtribuentur, id eſt, militibus Aſſyriorum, aut certe Chuthæis, quos mittet rex Aſſyriorum ad incolendam terram veſtram. Veteres enim funiculis terrã diuidebant. Pſal. 77. Et ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis. Vnde Funiculus pro hereditate ipſa capitur, id eſt, pro terra funiculo diſtributa. Deuter. 32. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Et Pſal. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris. Vbi id adnotant Euthymius, & alij.

Funiculus.

Et tuum polluta terra morieris. Duceris in Aſſyrios, & morieris in terra illa pollutaidolorum cultu, vt ait Hieronymus.

ALLEGORIA.

23 Hæc omnia Hieron. Allegorice de hæreticis interpretatur, qui merito in Amaſia ſacerdote idolorum ſignificãtur. Qui cum videnſe non poſſe Eccleſiæ doctoribus reſiſtere, confugiunt ad reges, & principes, quos deceperunt. Sed ſi illi diſſimulent, hęreticique videant vi non poſſe, precibus, & honorum illecebris, partim etiã tacitis minis eos fugare conantur. At catholicæ Eccleſiæ doctores neq; minis, aut timori, neq; precibus cedunt, vt prophetare deſinant, ſed illorum, ſi opus ſit, impietatem arguũt, qui ſibi obſiſtebant, & contra eos prophetant. Horum vxor falſa Eccleſia fornicationi omnium patebit, & filij, ac filię, quos male in errore genuerunt, Domini mucrone ferientur, & vniuerſa eorum poſſeſſio erit hæreditas dæmonum, & ipſi morientur in terra polluta, quę non habeat habitatorem Deum, ſed multis prauę religionis contaminetur erroribus, & omnis populus, qui falſum ſibi nomẽ aſſumit Iſrael, captiuꝰ migrabit de terra ſua, vt nõ ſeruiat Deo, ſed hæreticorum, ac dæmonũ iugo colla ſubmittat.

TROPOLOGIA.

24 Eadem etiam contentio, quam in Amaſia, & Hamos vidimus, intra noſmetipſos quotidie, ſi attendamus, videbimus. Sunt enim in nobis quædam cogitationes, ſiue ſtudia, quæ nihil aliud quærunt quam præſentia, id eſt, honores, & faſtum, & magni nominis opinionem, diuitias, carnis voluptatem & quietem, atque otium, quas nobis ſuggerit immoderatus amor noſtri veſte quadam virtutis honeſtatus, qui bene in Amaſia intelligitur, quod nomen vertitur, Fortis Dei, & tamen Dei ſacerdos non eſt, ſed vitulorum, dumque ſacerdotis nomen habet, populum ſibi credentem decipit, & à Deo auertit. Ita huiuſmodi cogitationes Dei eſſe videntur, & fortes, cum tamen ad idolorum cultum ſpectent, credentęſque decipiant. Vt cum optamus cũ aliarum artium, tum etiam Theologiæ excellẽtem cognitionem, quaſi populo Dei profuturi, cum religioſi, & ſancti haberi volumus, cum libertate, aut licentia potius verborum, in bonos, & principes viros vtimur, cum maioribus, ac præſertim præpoſitis noſtris cedere recuſamus, cum noſtro ſenſu in docendo, in orando, & meditando, in operibus pœnitentiæ duci malumus, quam eorum, qui pro CHRISTO nobis præſunt, & quorũ nos curæ Deo ſeruituri tradidimus. Sępe enim hęc, & id genus mũlta, velo quodam pietatis, & vtilitatis aliorum tegũtur, quod ſi detrahas, inuenias ambitionem, tumorem animi, latentemque ſuperbiam. Quare diligentiſſime diſcutiendæ, atque examinãdæ ſunt huiuſmodi cogitationes, ne nobis ſimulata ſpecie ſanctitatis illudãt.

Cogitationes mala quæ tranſeunt in nobis.

25 * At in eamdem vrbem, in qua populum ſeducit Amaſias, mittit illuminator omnũ hominum prophetam ſuum Hamos, qui eius dolos detegat, id eſt, amorem Dei cum ſanctis, veracibuſque cogitationibus, quæ priores illas redarguant, & nõ Dei, ſed mali ſpiritus eſſe demonſtrent. Videt Amaſias probari multis verba Prophetæ Dei, & per regem deterrere eum nititur à prophetando: quia cum ratio cedere incipit melioribus cogitationibus, concupiſcentia, & immoderatus amor noſtri, qui priores cogitationes ſuggeſſerant, ad inanes terrores confugiunt mortis, dedecoris, contẽptus, morborũm, & mala quædam, atque incommoda proponunt, quæ vitari non poſſe videãtur. Non tamen terretur Hamos, qui vertitur Portans, autore Hier. in proœmio comment. in Ioelem, ſed ridet eos metus, & portat, quæ portari neceſſe eſt, ac fortius cõtra ipſum Amaſiam propherat: quia Dei amor, qui dolos cõcupiſcentiæ, & amoris proprij aperuit, vires nobis addit, vt ea incommoda, etiam ſi vera futura videantur, æquo animo perferamus, & Dei partes alacriter ſequamur. Idẽ nos docet quis maneat exitus priorem illum ſpiritum erroris, vxor illius, id eſt, caro, fornicabitur, & variorum peccatorum delectationibus ſuccumbet, filij, & filiæ, id eſt, opera eius, tam quæ bona, & viriliа videbantur, quam quæ infirma, & feminea, cadent gladio, diuinæ ſentẽtiæ damnatione confoſſa, voluptates, quas poſſidebat, alijs relinquet, quibus forte minime velle t, & ipſe in terra polluta morietur, id eſt, ignis æterni ſententiam in inferno ſuſtinebit, & populus, quem deceperat, qui cum Deum non coleret, ſed idola, falſum Iſraelis nomen habebat, de hac terra, quam ſuam vocabat, in æternam captiuitatem migrabit.

CAP. VIII.

HÆc oſtendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum. Et dixit. Quid tu vides Amos? Et dixi, Vncinum pomorũ. Et dixit Dominus ad me. Venit finis ſuper populum meum Iſrael: non adyciam vltra vt per tranſeam eum. Et ſtridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur in omni loco, proijcietur ſilentium. Audite hoc, qui conteritis pauperem, et deficere facitis egenos terræ, dicentes, Quando trãſibit menſis, & vænundabimus merces: & ſabbathum, & aperiemus frumentum: vt imminuamus menſuram, et augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas, vt poſſideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quiſquilias frumenti vendamus? Iurauit Dominus in ſuperbiam Iacob, Si oblitus fuero vſque in finem omnia opera eorum. Numquid ſuper iſto non commouebitur terra, et lugebit omnis habitator eius: & aſcendet quaſi fluuius vniuerſus, & ejcietur, et defluet quaſi riuus Ægypti? Et erit in die illa dicit Dominus: occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis: et cõuertam feſtiuitates veſtras in luctũ, & omnia cantica veſtra in planctum: & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, et ſuper omne caput caluitium: & ponam eam quaſi luctum vnigeniti, & nouiſſima eius quaſi diem amarum. Et ecce, dies veniunt, dicit Dominus: et emittam famem in terram: non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini. Et commouebuntur à mari vſq; ad mare, & ab aquilone vſque ad orientem: circumibunt quærẽtes verbum Domini, et non inuenient. In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti. Qui iurant in delicto Samariæ, et dicunt, Viuit Deus tuus Dan, et viuit via Berſabee. Et cadent, et non reſurgent vltra.

Supr. 6.

Hiere. 15.

Tob. 2. 1. Mach. 3.

HISTORIA.

1 *Hæc oſtendit mihi Dominus. Et ecce vncinus pomorum.* Quo magis captiuitas appropinquabat, eo plures Dominus viſiones ad eãdem pertinentes oſtendebat, vt vel multitudine terrerẽtur, & ad omnium malorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vncinus.

propulsatorem conuerterentur. Est autem vncinus baculus oblongus ferramentum habens in cuspide incuruum, quo rami arborum attrahuntur, vt poma colligantur. Interdum etiam vncinum vocat noster interpres ipsum ferramentum, quo aliquid alteri connectitur, aut vnde aliquid pẽdet, vt Exhod. 28. Ipsarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroque latere superhumeralis. Vncinus igitur ostensus hoc significat iuxta Hieron. Sicut vncino rami arboris attrahuntur ad poma carpenda, ita ego proximum captiuitatis tempus attraxi. Vel iuxta Lyran. quod mihi valde placet: Poma, quæ possunt manu decerpi, primo decerpuntur, postea illa, quæ nõ possunt capi nisi vncino. Quare significat primum quosdam eorum esse interficiendos, & capiendos ante magnam illam captiuitatem, vt ex 4. Reg. 15. intelligimus: In diebus Phacee regis Israel venit Theglath-phalasar rex Assur, & cepit Aion, & Abel domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephthali, & trãstulit eos in Assyrios. Deinde quoniam vncino poma attrahuntur, quæ remanserant, & remota erant, atq; abdita, plane indicat ceteros, qui prioribus calamitatibus superstites erant, quantumuis remoti, & abditi essent, similiter esse capiendos. Idcireo Dominus postquam Prophetam rogauit, quid videret, vt scilicet eũ magis ad audiendum excitaret, & reliqui postea attentiores essent, docet quid vncinus significet: Venit finis super populum meum Israel. * Pro, Pomorum, in Hebræo est קַיִץ, quod proprie æstatem significat, ac deinde poma, quæ æstate colliguntur. Poma autem voco omnes fructus, qui ex arboribus colliguntur, & cibis apti sunt, præsertim qui tenero, ac molli cortice sunt, nã qui duro, nuces proprie dicuntur. Hos. 9. Quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum. Inde etiam hoc nomen significat ficus, & palathas, id est, massam ex ficubus confectam. 1. Reg. 16. Et panes, & palathæ ad vescendum pueris tuis. At in nomine כְּלוּב, quod Hieronymo vertitur vncinus, recentiores interpretes habemus repugnantes, non enim vncinum esse putant, sed canistrum, quod & Chaldæo visum est. Sed vncinum magis significare ex eo constat quod ex eius similitudine Hebræi vocant כְּלוּב laqueum, sive decipulam, qua aues capiuntur, vt Ierem. 5. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Ae ne quis ibi canistrum intelligat plenum auibus, Lxx verterunt: ὡς παγὶς ἐφεσαμένη, id est, vt laqueus extensus, siue, vt decipula extensa. Quod & verba præcedentia continuo indicant: Quia inuenti sunt in populo meo impij insidiantes, quasi aucupes, & laqueos ponentes, & pedicas ad capiendos viros, sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo. Et in hoc Hamos alijs verbis, sed sensu eodem transtulerunt, ἄγγος ἐξεντεῦ, id est, vas aucupis, vas appellantes more Hebræorum instrumentum quoduis, & nunc laqueum intelligentes. * Quam translationem Theodor. his verbis exponit. Visio hæc celerem, & expeditam venationem Israel significat. Quemadmodũ enim aues viscо facile capiuntur, sic ab Assyrijs populus apprehenderetur. Itaque recte hanc Lxx translationem admittere possumus, cum constet כְּלוּב id significare, quod ipsi volũt, id est, laqueum aucupis, qui quoniam æstate tendi solent, laqueus æstatis dictus est, licet Lxx קַיִץ. i. æstatis in interpretatione sua omiserint. At canistrũ significare non probabunt, nisi ex nouis Hebræis, quorũ ætate multa ex Hebraicis proprietatibus ignorabantur? Credendum potius Hieronymo, qui & vetustissimos, ac doctissimos interpretes sequitur, & eo tempore vixit, quo Hebræorum multo magis eruditio florebat? Nam Chaldæi verba possum aliter atque ipsi volunt interpretari: ait enim וְהָא מָאן מְלֵי סְיוּפֵי קַיְטָא. Et ecce vas plenum fructibus æstatis. Vas vocare potest, vt & Lxx, instrumentum ad capiendum, (id est, vncinum,) quod plenum erat fructibus æstatis, quoniam multa simul poma capiebat, quod in festinatione fieri solet, vt citius decerpantur. Simul etiam considera Chaldæũ poma, siue fructus vocasse סְיוּפֵי, quod extremos fructus significat, nã סְיוּפֵי, fines vocant, vt intelligamus priora poma manu fuisse decerpta ante captiuitatẽ, postrema iam matura, captiuitati extremæ fuisse reseruata, in quibus eos intelligimus, qui iam iniquitates suas compleuerant, & maturi erant supplicijs. * Quod si probari posset כְּלוּב significare canistrum, quanto aptior, & accommodatior est nostra translatio ad id, quod voluit Propheta, significandum? Ridiculum est ergo quod, vt Hebræorum

Hebræorum interpretationem nobis obtrudant, nec tamen nostram deserere videantur, dicunt, vncinum interpretari oportere vasis genus fructibus cõtinendis idoneum, cum Hieron. suam vocem interpretatus sit ita, vt diximus, & constet Latinis nihil commune esse vncino cum canistro. Alter ait, in patria sua hortulanos sportam alligare vncinis, vt poma excipiat, atque ideo Hieronymum vertisse vncinum, cum sporta potius sit. Crederem sane si seipsum Hieronymus nõ explicuisset, aut si docere posset fieri in Iudæa, quod in patria sua fieri testatur, aut denique posset confirmare כְּלוּב significare sportam. Video hęc ingrata futura multis, qui non magnopere curant quomodo quæque dicantur, aut quomodo vetus translatio tuenda sit: sed ego prætereunda nõ puto, vt & proprietas verborum magis aperiatur, & omnes intelligant quãtum fidei habendum sit ijs, qui in doctorum Hebræorum nugis adhærentes tã sæpe à translatione nostra recedunt.

1

Non adijciam vltra vt pertranseam eum. Nõ pertransibo iam illum sine pœna, non iam illi parcam. Ita Hieron. Chaldæus: Non adijciam vltra illis dimittere. Sed non est prætereundum in Hebr. & apud Lxx, & apud Chald. eadem hic verba legi, atque capit. 7. vbi nos habemus: Non adijciam vltra superinducere eum: videriq; eodem modo vtrobique intelligenda. Quare & illic ita accipi possunt, vt nunc exponimus, & hic eodem modo, quo tunc exposuimus, vt tacite alludat ad trullam cementarij, quam se posiurum esse in medio dixit, & iterum dicat, Non protegam in posterum hunc populum.

Et stridebunt cardines templi. Mihi non videtur de templo Ierosolymitano loqui, sed de templo Bethel, de quo ca. 7. locutus est, vt etiam placet Ruffino, & Lyrano, quoniã hæc prophetia ad decem tribus pertinet, sicut ait: Venit finis super populum meum Israel. Et paulo post: Iurauit Dominus in superbiam Iacob. Stridebunt autem, siue (vt est in Hebr.) vlulabunt, cardines templi, hostium multitudine cum impetu irrumpente in templum, vel cardines, & ianuas securibus deijciente, aut tormento aliquo frangente. Eodem modo interpretabimur, si pro Cardines, vertamus, Laquearia, vt est apud Lxx, nam Hieron. in sua expositione vtrumque complexus est, simulque cardines, & laquearia nominat. * Pro quo in Hebræo est שְׁרוֹת, quod recentiores cantica interpretantur, vertunt enim: Et vlulabũt cantica, id est, in vlulatum vertentur cantica. Quam interpretationem & Chaldæus amplexus est, & verba Hebraica haud inuita accipiunt. Sed cantica sumi etiam solent pro canentibus more Hebræorum, quem sæpe inculcauimus. Itaque שְׁרוֹת templi dicuntur eæ templi partes, quæ canunt, id est, strident, & proprie cardines vocantur. Eodem nomine laquearia significantur, vt ex versione Lxx intelligitur, quod multum resonent voce percussa, aut pleniorem, & suauiorem vocis sonum efficiant. Quod autem ijdem recentiores pro Templi vertũt palatij, quod est in Hebr. הֵיכָל, non video cur fecerint, præsertim cum frequentius templum significet, & ita Lxx transtulerint.

6 *

In omni loco proijcietur silentium. Tãta multitudo in obsidione morietur, vt vacua futura sint omnia, & solitaria, atque ideo vbique erit silentium. Ita Hier. & Theodor.

ALLEGORIA.

Ad tempus quoque Domini seruatoris pertinet hic vncinus, cum dixerunt, Crucifige, crucifige eum. Tunc enim venit finis super eos, & extrema captiuitas, vltraq; non pepercit eis Dominus. Et vlulauerunt cardines templi, vel laquearia templi super occisum populum corruentia. Et in omni loco proiectum est silentium, habentibus Iudæis Moysem, & prophetas, & non habẽtibus CHRISTVM, qui est verbum Dei, legentibus literam, & perdẽtibus spiritum. Iohad. 19.

* Ex Hiero. Illud autem: *Non adijciam vltra vt pertranseam eum*: eleganter exposuit Rupertus in hunc sensum. Docet Dominus post CHRISTI mortem nihil eis prodesse immolationem agni paschalis, aut ceteros ritus legis. Olim enim hic idem Dominus ita dixit: Erit autem vobis sanguis in signũ in ædibus, in quibus eritis, & videbo sanguinem, ac transibo vos, neque erit in vobis plaga disperdens, quãdo percussero terram Ægypti: nunc autem dicit super eandem populum: Non adijciam, vt pertranseam eum. Etenim ex quo fusus est ab eis sanguis agni Dei, sanguis CHRISTI filij Dei, iam non recipitur apud Deum sanguis agni illorum bruti pecoris, sed quæ signatæ sunt signo sanguinis CHRISTI, signaculo crucis filij Dei, illæ sunt domus Israel. Ille 7 Exhod. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem populus, qui prius dicebatur Israel, inter Ægyptios reputatur quia non habet hoc signum: & propterea, Non adijciam, inquit, vt pertranseam eum, & subaudiendum est, sed percutiam, sicut olim terram Ægypti, ita & nunc omnem animam hominis increduli, & malum operantis, tam Iudæi, quam Græci, immo prius, & durius, Iudæi, quam Græci.

TROPOLOGIA.

8 Mihi videtur vncinus mors esse, quæ omnes ramos, quamuis virentes, & omnia poma, siue omnes fructus ætatis, siue matura sint, siue immatura, quãuis valde recõdita & latentia attrahit, vt à Deo decerpantur, & suis locis singula collocentur. Nec male vita nostra in pomis, & similibus fructibus ætatis significata est, cito enim erumpunt, & matureſcunt, & decerpuntur. Et quædã quidem, siue casu aliquo, siue sponte sua decidunt immatura, nec dum rubentia, quædam putrida etiam in arbore seruantur. Alia rubent, & pulchra oculis videntur, quæ tamen si feces, vermes intus inuenias. Ita quidam ineunte adolescentia rapiuntur, alij ad decrepitam veniunt senectutem. Quidam longam vitam pollicentur, qui cito morbis latentibus absumuntur. Sed omnium tamen breuis admodum finis est, qui poma ætatis sunt. Recte itaque Iob: Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum. Pertransierunt quasi naues poma portantes. Quæ videlicet celerimæ sunt, ne mora gratiam suam amittant poma. Et dies ætatis nostræ vere naues sunt fluctibus varijs agitatæ, semper ad portum festinantes, vbi vita nostra finienda est, vbi parata est locusta illa, id est, mors, de qua Exhodi 10. Deuorata est igitur herba terræ, &

9 quidquid pomorum in arboribus fuit. * Quod igitur Deus vncinum ostendit, mortem comminatur habitatoribus terræ, qui ita viuunt, ac si morituri non essent. Sed quia præstitutus à Deo dies aliquando sine dubio aderit, nec vitari poterit, necesseque erit voluptates illas, quibus pecudum more se dedebant, finiri, ait: *Non adijciam vltra, vt pertranseam eum. Tunc stridebunt cardines templi*, quia pulcherrima quæque eorum, quæ habebant, concident, & ab irrumpentibus hostibus diripientur. Hostes voco de quibus poeta maximus ait:

——— *Subeant morbi, tristisque senectus,*

Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

Nam hi perdunt etiam illa, quæ voluptatem afferebant, & sensum voluptatum auferunt. Tunc etiam proijcitur in omni loco silentium, quia perijt memoria eorum cum sonitu, & loca ipsa olim celebria fiunt sæpe solitaria, & muta, sicut scriptum est: Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes, & pulchræ, absque habitatore. Rupertus vncinum vult esse auaritiam, quæ multum in hoc capit. reprehenditur. Referam eius verba, sunt enim aptissima: Mira, & mirabiliter congrua similitudine auaritiam denotat præostendens vncinum pomorum. Vncinum, quo arboris rami attrahi solent ad carpenda poma, quæ manu attingi non possunt. Vnca profecto est auaritiæ manus, neque vnquam, nisi ad accipiendum, extenditur. Porro homines aliquid habentes veluti rami sunt, poma candida, siue rubicunda, visuque pulchra, & ad vescendum delectabilia gerentes. Talibus auaritia callide insidiatur cuiuslibet artis vncinum innectens, crebroque conuoluens silenter dum timet audiri, vt & damnum fiat pomo detracto, & tamẽ possessor non percipiat, donec iam saturato fure dãnum suum tarde reperiens gemat. * Vera, & conueniens in hac ostensione similitudo, dum & auaritiæ dolus vncino, & bona tẽporalia, circa quæ laborat auaritia, pomis assimilantur. Pomum quippe res leuis est, maximeque pueros mulcet: viris autem, & maxime sanis pro minimo est. Sic nimirum bona præsentis sæculi leuia sunt, & eos quidem, qui sensu paruuli sunt, nimis oblectãt, sapientibus autem, qui cœlestia sapiunt, cõtemptibilia sunt. Et paulo post: Ad summũ vt perpendas bona omnia temporalia, quæ sibi vncinus auaritiæ sitienter attrahit, recte ob vilitatem nomine pomorum denotari: sciendum est quia primus homo cupiditatis crimen, per quod perijt, non per aurum, neque per argẽtum, sed per exiguũ pomum admisit. Hæc quidem eleganter Rupertus, si ad moralem sensum referãtur, vt nos facimus, sed quomodo eidem intelligentiæ cetera, quæ sequuntur, congruãt, difficile explicatu est, neque ex Ruperto haberi potest. Vncinus, inquit, ostendebatur, vt significaretur causa eius, id est, auaritiæ finem venire, & ideo continuo additum est: Venit finis super populum meum Israel. Hoc ad mores referamus. Non est

dubium propter auaritiam, & rapinas diutum, & oppressiones egenorum populos & vrbes aliquãdo excindi. Sæpe etiam ob eadem peccata multi ante diem rapiuntur, sicut ait Dauid: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Et ne solos homicidas viros sanguinũ appellari putemus, Ecclesiasticus ait: Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panẽ, quasi qui occidit proximum suum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. * Magnam quoque calamitatem importat auaritia virtutibus, & operibus bonis, tollit enim caritatem, & iustitiam, & misericordiam, denique ita hominem totum in seruitutem suam rapit, vt omnis bonorum operum fructus pereat. Quare commemoratis auarorum fraudibus noster propheta inquit: *Numquid super hæc non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius? Et ascendet quasi fluuius vniuersus, & ejicietur, & defluet, quasi riuus Ægypti.* Quę postea explicabimus. Merito ergo dicitur: Venit finis super populum meum Israel, nõ adijciam vltra vt pertranseam eum. Cetera quæ sequuntur nu. 9. explicata sunt.

HISTORIA.

Audite hoc qui conteritis pauperes. Quod de fine dixit, ad diuites auaros, & crudeles refert, & cum idololatria maxime captiuitatis cladem inuexerit, tanti facit pauperum oppressionem, vt illius maioris sceleris oblitus, & iniuriæ suæ, scelus hoc minus, quod iniuria pauperum est, quasi causam commemoret tãtorum malorum. Audite, inquit, hoc diuites, qui conteritis, id est, vexatis, & magnis doloribus afficitis pauperes, qui nihil aliud quærere videmini, quam vt illi fame, & egestate confecti auferantur è terra. Quid sit in scriptura conterere, diximus Hos. 13. num. 19. & 20.

12 *Quando transibit mensis, & venumdabimus.* Rupertus vitiato codice deceptus legit, Quando transibit messis, sed manifestum est legi debere, mensis, est enim in Hebræo חדש, in Græco νεομηνία. Et est sensus: Quando transibit sollennitas mensis, id est, calendæ, siue Neomenia, vt possimus merces nostras venumdare? Non enim id diebus festis licebat, qualis erat primus dies mensis. Ideo statim sequitur: *Et sabbatum, & aperiemus frumentum*: id est, quando transibit sabbathũ, vt possimus frumentu, quod diu seruauimus, promere, vt vendatur? Verba sunt nimis optantium, & quasi magna mora dies illos abire suspirantium. Cum autem dicit, Mensis, nouum mensem intelligit, & mensis nouus dicitur primus dies mensis, Græce Neomenia. Ita dictum est Isai. vltimo: Et erit mensis ex mense, & sabbathũ ex sabbatho. Ita fere Hieronymus, & apertius Ruffinus. Fastidiebatis, inquit, ferias sabbathorum, quia indicto otio vno saltem die vos à fraudibus continebant. Increpabatis transeuntis otij tarditatem, ad actuosa nimirum tempora festinantes, in quibus esurienti populo venderetis non solum frumenta, sed etiam quisquilias, quas vtique proijcere solebatis, &c. Si autem quæras cur calẽdas, & sabbathum tantum nominent, causa est quod huiusmodi dies frequentius occurrebant, magisque illorum cupiditati obstabant, ceteræ enim sollennitates semel per annum celebrabãtur. Quare mihi non probatur quod in additione scripsit Paulus Burgensis, mensem, de quo Propheta loquitur, esse illum, qui tertio quoque anno intercalabatur, & sabbathũ dici septimum quemq; annum, quo terra quiescebat, & sabbathũ terræ dicebatur Leu. 25. Quod etiam dixit Rupertus, Significantiora sunt verba, vt nos expo suimus, & magis propria. Cur enim mensis pro intercalari capiatur? aut cur sabbathũ sine addito positum septimum annum significet? Deinde quoniam de crebra pauperum oppressione, & consumptione loquitur Prophera, melius ad initia mensium, & septimos dies, quam ad tertios, & septimos annos referemus.

Vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, id est, Minorem in vendendis mercibus mensuram faciamus, & maiora pondera in accipiendis, vt recte exponit Hieronymus. Pro mensura in Heb. est עיפה, pro quo Lxx etiam mensuram posuerunt hic, & Ezec. 45. Est autem œpha, siue œphi mẽsura aridorum, quæ est decima pars cori, sicut bathus est mensura liquidorum, decima etiam cori pars, vt videmus Ezec. 45. Corus autem triginta modios habet. Ex quo videmus quam male Pagninus & Vatablus modiũ hic posuerint pro œpha. Sed tamen hoc in loco generale mensuræ nomen est apud nos, & apud Lxx, vt iam diximus, sicut & Mich. 6. Et mensura minor iræ

13 Oephi. Bathus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plena, ita Hier. vertit, cum esset in Hebræo œpha. Diceret quis fortasse œphi duo significare, idest, generale nomen esse mensuræ, & speciale: ego quidem arbitror vnum significare, sed quia hæc mensura erat Hebræis vsitatissima, posita est ab his prophetis, vt quod de hac dicitur, idem de ceteris dictum intelligatur. Vt si Latinus diceret, Minuamus amphoram, aut modium, idem de ceteris mensuris liquidorum, & aridorũ dictum intelligeretur. Indicat hoc illud Ezec. 45. Statera iusta, & œphi iustum, & bathus iustus erit vobis. Cum iubet has mensuras esse iustas, quis dubitet eum omnes iustas esse velle? Sed vsitatiores nominasse satis est vt ceteræ similiter intelligantur: præsertim cum hæ multarum mensuræ sint: nam œphi est decima pars cori, & bathus itidem, non erit iustus corus, nisi iustum sit œphi in aridis, & bathus in liquidis.* At
14 quæritur quomodo hoc facere possint diuites, vt augeant siclum, & imminuant mensuram, cum id priuatorum non sit, sed regis, aut reipublicæ? De mensuris nulla debet esse dubitatio, quin eas minores æquo habere possint venditores, cuius rei causa sæpe à magistratibus puniuntur. Ex quo illud Mich. 6. Adhuc ignis in domo impij, thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. In siclis quomodo augeri possint maior dubitandi causa est. Sed intelligamus siclum nomen esse, & ponderis, & monetæ, nunc ponderis est, & qua ratione diximus per œpha vsitatam mensuram ceteras quoque intelligi, eadem existimandum est per siclum vsitatissimum pondus ceteras pondera indicari: præsertim cum à שָׁקַל quod est ponderare dicatur, vt quidem autores punctorum volunt שֶׁקֶל, vt autem Lxx & Ioseph. litera, I, primo loco ponenda est, non enim seclus verterunt, sed siclus. Quare augere siclum est pondera augere in mercibus accipiendis, vt plus accipiatur, vt iam ex Hieronymo exposuimus: ita vt alteram libram exempli causa haberent ad ea, quæ vendebant, nempe leuiorem, alteram vero grauiorem ad ea, quæ emebant. Propter quod dictum est Prouerb. 20. Pondus, & pondus, mensura, & mensura, vtrumque abominabile est apud Deum. Et Deuteronom. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior, & minor. Pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi, vt multo viuas tempore super terram, quã Dominus Deus tuus dederit tibi: abominatur enim Dominus tuus eum, qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam.
15 * Potest & aliter fieri quod aiunt: Augeamus siclum, si siclum pro moneta accipiamus, qualis autem sit paulo post dicemus. Olim apud Chananæos, & Hebræos, & Chaldæos pecunia in commercijs non numerabatur tantum, sed etiam ponderabatur, quod hodie etiam apud Italos, & apud alias nationes sæpe fieri videmus, ne minus forte auri, aut argenti in pondere habeant, quam deberent. Inde in scriptura cum pecunia soluitur, appendi, id est, ponderari dicitur. Genes. 23. Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Isai. 55. Quare appenditis argentum non in panibus? Ierem. 32. Appendique ei argentum, septem stateres. Cum igitur appendenda erat pecunia, siclus augeri poterat faciendo quod statim ait: Supponamus stateras dolosas, id est, faciendo, vt lanx, in qua pecunia ponebatur, esset altera leuior, vt emptor, aliquid siclis suis addere cogeretur, aut faciendo vt pondus, quod in altera lance ponebatur, vt appenderetur argentũ, esset grauius iusto. Siclus autem, siue pondus esset tantum, id est, materia rudis, siue pecunia signata, pondus habebat quatuor drachmarum Atticarum, siue semunciæ. Ioseph. 3. Antiq. c. 9. siclus nummi genus est apud Hebræos, quales sunt tetradrachmi Attici, &c. Idem etiam erat quod stater, id est, quatuor drachmæ, vt docet Hieron. Matth. 17. in fine, & Ezec. 4. in illud: Et tu sume tibi frumentum, & Ezec. 45. in illud: Statera iusta, &c. Inde Ierem. 32. Appendique ei septem stateres, pro quo in Hebr. est: septem siclos. Loquor autem de argenteo siclo, erat enim & æreus siclus, & aureus,
16 ciusdem quidem illi ponderis, sed pro materia maioris, aut minoris pretij. * De eodem legimus Ezec. 45. Exhod. 30. Leui. 27. & Numer. 3. & 18. siclus viginti obolos habet. Obolus autem Atticus est sexta drachmæ pars, atque ita siclus viginti quatuor obolos Atticos habet. Non hos intellexit noster interpretes, sed quæ Hebraice dicitur גֵּרָה non potuit melius interpretari, quam si obolus verteret, cum habeat obolum, & quintum præterea eius partẽ, id est,

Siclus sanctuarij.

septem fere quadrantes. Sed vt nullus esset locus deceptioni, cupiditatique, siclus erat in templo propositus, quasi omnium mensura siclorum, per quos reliqua erant dimetienda, qui dicitur in scriptura siclus sanctuarij. Quemadmodum & apud Romanos in publico loco erat pedis mensura in marmore, quæ hodie cernitur Romæ in hortis Angeli Calotij. Erat etiam amphoræ mensura in capitolio, de qua Prisciaus.

Amphora fit, cuius vim ne violare liceret,
Sacrauere Ioui Tarpeio in monte Quirites.

Qua in re toto, vt dicitur, cœlo mihi errare videntur autores multi, qui siclum sanctuarij aut maiorem communi putant, aut minorem. Lyranus in caput Leuitici vltimum, in illud: Siclus viginti obolos habet, Hoc, inquit, dicitur ad determinationem quãtitatis sicli sanctuarij. Siclus enim communis erat maior, vt dicit Rabbi Salomon, quia continebat viginti quatuor obolos. Alij autem dicunt, quod erat minor, dicentes quod pondus sanctuarij erat duplex respectu ponderis communis, &c. Hæc posterior sententia placuit Pagnino in Thesauro, qui siclum sanctuarij affirmat habere quadraginta obolos. Vatablus Exho. 30. siclo sanctuarij tribuit obolos viginti, communi, decem. Cuius verba sine nomine autoris in suam catenam transcripsit Lipomanus in eumdem locum, & noster Couarruuias in libro de monetis, cap. 2. nu. 9. vbi enim citat Georgium Vallam lib. 2. de ponderibus, & Carolum Molinæum, qui testantur siclum communem pẽdere duas drachmas, siclum vero sanctuarij quatuor.
17 * Sed hi autores & pugnantia inter se dicunt, neque ex scriptura, aut ex veteribus autoribus probant, quod volũt. Qui dicũt siclum sanctuarij habere quadraginta obolos, videre debuerant Leuit. vltimo, & Exhod. 30. vbi de hoc siclo sermo est, cõtinuo subijci: Siclus viginti obolos habet: Iosephum etiam dixisse siclum Hebræum nomismа æqualem esse tetradrachmo Attico, ita locutum fuisse Hieronymum, & veteres. Qui vero siclũ sanctuarij viginti obolos cõtinere tradunt, communem vero decem, cur non verentur scripturæ repugnare toties dicẽti: siclus viginti obolos habet? Quo vero autore repugnant? Qua ratione? Cui dubium esse potest, quin de communi siclo Dominus loquatur Ezec. 45. vbi diuites monet, vt ab iniquitate & rapinis abstineant, mensuraſque iustas habeant, & iusta põderа? Hæc dicit Dominus. Sufficiat vobis principes Israel, iniquitatem, & rapinas intermittite. Statera iusta, & œphi iustum, & bathus iustus erit vobis. Oephi, & bathus æqualia, & vnius mensuræ erunt, vt capiat decimam partem cori bathus, & decimam partem cori œphi. Siclus autem viginti obolos habet. De communibus sine dubio mensuris loquitur, quas diuites per iniquitatem augere, & minuere solebant, vt in hoc capit. videmus, quos monet, vt iustas mensuras habeant, quales ipse indicat, vt satis ex Hierony. intelligitur. Illud aduersum nos pugnare videtur, quod Lxx Leuit. 23. & Numer. 3. & alijs locis pro siclo vertunt didrachmum, cum ex Iose. dixerimus quatuor drachmas esse in siclo. Atque inde Epiphanius in libello de mensuris, & ponderibus affirmat siclum habere duas drachmas, aut dimidium stateris. * Res vi-
18 detur in primis explanatu difficilis, sed magna ex parte explicatur, si verba Lxx interpretum legas. Exhod. 30. aiunt. Dimidium didrachmi, quod est iuxta didrachmũ sanctum. Viginti oboli didrachmũ. Et Num. 3. Et accipies quinq; siclos per caput, secundũ didrachmum sanctũ accipies, viginti obolis, siclus. Et Leui. vltimo, viginti obolis erit didrachmum. Ex his videmus pro eodem accipere Lxx siclum, & didrachmum. Videmus etiam nihil minus habere apud eos didrachmum, quam siclum apud Hebr. & apud nostrum interpretem, nempe viginti obolos. Duæ autem drachmæ Atticę nõ habent nisi decẽ obolos, de quibus nunc quidem loquimur, nam Atticos obolos habẽt viginti. Quare mirum est Epiphanium dixisse siclum habere duas drachmas, aut dimidium stateris, nisi verborum Lxx oblitus sit. Nulla est ergo in re controuersia, sed in nomine, nam siue siclum appelles, siue didrachmum, viginti obolos habet, id est, drachmas Atticas quatuor. Sed cur Lxx didrachmũ appellant, quod erat re vera tetradrachmũ? Quoniã siclus habebat duas drachmas Hebræas, & ipsi de suis drachmis locuti sunt, non de Atticis, sicut & de suis obolis loquũtur, nõ de Atticis qui minoris pretij sunt. At Iosephus qui Heb. nomismata ad Græca redigere volebat, vt Græci intelligerẽt dixit esse tetradrachmũ. * Dixi eos 19 locutos esse de suis drachmis. i. de moneta

Lxx Cur pro Siclo verterint Didrachmum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

argẽtea,quã habebant similiorẽ drachmis Atticis, hoc est de argenteis, quamuis eorum argenteus duas drachmas pendebat Atticas, vt testatur Budæus libr. 5. de asse, vidisseque se ait vnum ex triginta argenteis,quibus venditus est Dominus,Parisijs, in æde S.Iohannis Lateranensis, ponderẽ duarum drachmarũ. Testantur hoc & Hebræi,nam in eorum libro, qui dicitur Misnaioth, tractatu de iuramentis,ca.6.proditum memoriæ est ש׳ קד habere duos siclos, siue quatuor denarios,denarios autem appellant veteres argenteos. At Matt.17. vbi Petrus quæritur: Magister vester nõ soluit didrachma? Et statẽrem soluit pro Domino,& prose: didrachmum accipitur more Græcorum, & in statere duo didrachma soluit,siue quatuor drachmas Atticas. Hęc fusius explicare volui, quoniam ad sacræ scripturæ intelligentiam vtilissima sunt,& magnas rei non admodum obscuræ tenebras offuderat varietas opinionum. Illud autem forte non satis explicatum, cur toties scriptura nominet siclum sanctuarij, si nihil ille à cõmuni differebat? satis enim erat siclum dicere. Mihi videtur, vt iam dixi,hoc enim initium disputationis fuit, in templo seruatum esse siclum iustissimi ponderis, vt esset quædam mensura reliquorum, nullisque auarorum hominum, & callidorum dolis locus relinqueretur. Videor mihi hoc plane intelligere ex verbis Exho.30. Hoc autem dabit omnis,qui trãsit ad nomen,dimidium sicli iuxta mensuram templi. Et Leui.vltimo, Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur.

Et supponamus statteras dolosas idest,clam, & dolose ponamus Est enim עׇרַם quo verbo hic vtitur,inique agere,peruertere, obliquum esse. 20

Vt possideamus in argento egenos,& pauperes pro calciamentis. Vt cum nos nummos omnes collegerimus,egenos nobis seruire cogamus, & pretio minimo,quale est duorũ calceorum,nobis vel inuiti ministrent. Significat,opinor,eos ita tyrannice egestate pauperum abusos fuisse, vt quotidiano victu, & calciamentis eos seruire coegerint.

Et quisquilias frumenti vendamus. Non frumenta,sed quisquilias, & pu[illegible] frumenti.puluerem, & paleas rectè commiscentes: quod propterea est vendentiũ ijs, qui præ egestate, velint, nolint, empturi sunt.

Iurauit Dominus in superbiam Iacob. Iurat, Dñs,vt ait Hier. vt si nõ credunt tõminãti credant iurãti. De quo iam diximus cap.6. num.28. In superbiam autem Iacob iurat, vt vertunt Lxx & Hiero.exponit,& Euseb. lib.10.de Demonstr.Euang.demonstratione.6.quoniam tot peccatorum causa vna superbia est:pecunias eũ congerere volũt, vt reliquis imperent, & principes populi sint. Quam autem emphasin habeat superbia Iacob,dixi cap.6.n.29. Vide autem Dominum ter in hoc propheta iurasse ca. 4. Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies venient,&c. Et cap,6 Iurauit Dominus Deus in anima sua,&c.&nisi tertio iurat, vt certissima illis sit prædictio captiuitatis,nec sinant se à pseudoprophetis decipi.

Si obliuiscar fuero,id est. Ne quaquam obliuiscar. Etenim,Si,cum verbis iurandi,aut affirmandi expressis, aut subauditis, vim habet negationis. Vt Psal.88. Semel iurauí in sancto meo si Dauid mentiar. Psal.94. Quibus iurauí in ira mea, si introibũt in requiẽ meam. Mar.8. Quid generatio ista signum quærit? Amen dico vobis,si dabitur generationi isti signum. At Adamo in cap.3.epist. ad Hebr. non placet hæc exponendi ratio, negarque,Si,accipi pro Non, sed quædam per Aposiopesin taceri dicit, vt, Non sim Deus,aut alia huiusmodi,post quę rectè ponitur, Si. Sed videat vir doctissimus hæc, quæ taceri dicit,nullo vnquam loco exprimi,de quo iam disputauimus cap.4 nu.18. Deinde videat scripturam ipsam sine hac Aposiopesi interpretari, vt pro verbis Marci,quæ retulimus,legimus Matt.12 Generatio prava, & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei. Immo sæpe hæc particula ponitur, vbi nulla videtur esse Aposiopesis,eum nullus sit vehemens affectus, vt.3 Reg.1. Iuret mihi rex Salomon hodie, quod non interficiat seruum suum gladio. Heb.si interficiet seruum suum gladio. Et capit.2. Sed quia descendit mihi in occursum cum transirem Iordanem, & iurauí ei per Dominum dicens,Non te interficiam gladio, vel, vt est in Hebr. si te interficiam gladio. Pro quo simplex Dauidis iuramentum legimus.2.Reg.19. Et ait rex Semei: Non moriẽris. Iurauitque ei. Sed illud est apertissimum.1.Reg.14. Viuit Dominus si ceciderit capillus de capite eius in terram. 21

In finem, id est, In omne tempus, siue in tempiternum, vt Psalm.12. Vsquequo Domine obliuiscẽris me in finem? Psal.48. Et viuet adhuc in finem, pro quo Hieron.vertit: In sempiternũ. Psal.15. Delectationes in dextera tua vsque in finem. 22 In finem.

Numquid super isto non commouebitur terra, id est, Turbabitur, vt aiunt Lxx, & vt Hier. exposuit, videlicet afflictione magna,& calamitate. Chaldæus: Nũquid propter istud non desolabitur terra?

Et ascendet quasi fluuius vniuersus, scilicet, Habitator eius. In Hebr. apertior est sentẽtia: Et ascendet sicut fluuius vniuersa, scilicet terra,& eijcietur & defluet,scilicet, terra,sed terrã posuit pro habitatoribus terræ. Sensus est: Abducetur innumerabilis multitudo captiuorum in terram Assyriorum, sed cum in terram illam latissimam, & hominum turbis plenissimam venerit, tã exigua erit cum illis collata, vt vix appareat,ac si non venisset. Quod dicit, vt magis eos terreat potentia aduersariorum. Hanc autem sententiam illustrat similitudine fluuij ascendentis. Ascendit vero fluuius (vt diximus Hos.1. num.134.) cum aquis auctus extra alueum se se effundit, & omnia inundat,vt Ierem.46. Quis est iste, qui quasi fluuius ascendit,& veluti fluuiorum intumescunt gurgites eius? Talis videbitur multitudo Israelitarum, cum è patria sua abducitur in captiuitatem. Sed postea ejcietur in varias illius regionis vrbes, & ita in illis absorbebitur, & quasi è conspectu hominum tolletur, sicut fluuius Ægypti absorbetur in mari, cuius ne vestigium quidem vllum relinquitur, quia paruus est, nam magni fluuij aliquamdiu etiam in mare ingressi sentiũtur, ac notãtur. * Pro Defluet in Hebræo est וְנִשְׁקְרָה, positum pro וְנִשְׁקְעָה, id est, absorbebitur, demergetur, vt Nume.11. Absorptus est ignis. Ierem.51. sic submergetur Babylon. Et Defluere dicit sæpe Hieronymus in translatione nostra pro Perire, & quasi in nihilum redigi. Deuter.28. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & non vngẽris oleo, quia defluent, & deperibunt. Iob.14. Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo. Isai.64. A facie tua montes defluerent, aquæ arderent igni. Et capit.24. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur, Dominus enim locutus est verbum hoc. Luxit, & defluxit terra, & infirmata est, defluxit orbis. Atque ita rectè hic Defluet ponitur, vt idem valeat quod, Absorbebitur. De fluuio autem Ægypti multa disputauimus cap.6.à nu.43. 23 Defluet.

ALLEGORIA.

Quemadmodum in vrbe Ierusalem duplex factio erat, diuitum, & pauperum oppressorum à diuitibus, ita in Ierusalem, quę est Ecclesia, duplex factio est hominum ad duas ciuitates pertinentium, id est, ad Ierusalem, & ad Babylonem. Et quamuis permixti sint, Babylonij tamen Ierosolymitanos oderunt, atque opprimunt, magna enim parte ipsi diuitijs, & honoribus abundant,multisq; alijs huiusmodi, quibus Ierosolymitani carent. * Quare vt olim Iacob filij, ne fame conficerentur, cogebantur in Ægyptum ire frumẽtatum, quia pleni ipsi melioribus bonis, hoc est cœlestibus, quæ ignorabant Ægyptij, minoribus carebant, quibus illi abundabãt: ita nunc filij Ierusalẽ spe,& arrhabone spiritus diuites,ad Babylonios eunt,vt multa,quasi ad huius vitæ subsidium comparent: Hic fit quod Paulus scripsit: Quomodo tunc is,qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundũ spiritum,ita & nunc: hi enim conterunt pauperes,& deficere faciunt egenos terræ. Atque eo quidem tempore, quo festi dies aguntur, & sacra Deo fiunt, hoc est Neomenijs, & sabbatis ipsi merces suas venundare non possunt, quoniam dum electi orationi, & pœnitentiæ, & contemplationi, atque amori Dei vacant, nullus est, qui emat Babyloniorum merces, id est, honores sæculi, diuitias,& ea, quæ ad voluptatem corporis pertinent. Conténuntur hæc omnia tunc, & pro nihilo habentur, quia qui amore cœlestium capitur, amare non potest, quæ cœlestia non sunt, aut non sunt ad cœlestia posidẽda vtilia. Sed transit mẽsis,& sabbatum,& merces venduntur,quia quo magis de amore Dei, & rerum cœlestium remittunt iusti,eo magis amant præsentia, & pluribus se indigere putant, cum vnum sit necessarium. Necesse est enim,vt qui vni adhæret, vnum in dies magis fiat, & quo magis ab vno recedit, in plura diuidatur. * Legimus sanctum Abraham peregrinatum esse in Ægyptum, sed inuitum, quoniam præualuerat fames in terra. Eadẽ famis necessitate Isaac abijt ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. Intrauit

Babylonij in Ecclesia persequuntur Ierosolymitanos.

24 Gen.42.

Gal.4.

Iusti dum Deo vacãt conténuntur bona sæculi.

Ab vno nõ recedendũ

25 Gen.12.

Gen.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gene 46. etiam Israel in Ægyptum,& Iacob accola fuit in terra Cham. At nunquam eos per agros errasse legimus,vt paleas ad lateres compararent, non enim seruiebant regi mortali,sed regi sæculorum immortali, & inuisibili,cui per fidem,& caritatem adhærebant,& ab eo vno omnia sperabant. Eorum tamen posteri,qui diu manere voluerunt in AEgypto, & AEgyptiorum more viuebant, numero magis quam religione crescebant,seruieruntque eis operibus duris luti,& lateris,omnique famulatu,quo in terræ operibus premebantur. Denique di

Exod.1. xit illis Pharao: Non do vobis paleas. Ite,

Exod.5. & colligite, sicubi inuenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere vestro. Dispersusque est populus per omnem terram AEgypti ad colligendas paleas. Ita illis vsu venit,qui recedunt ab illo vno,& ad multa huius sæculi conuertuntur,paulatim enim ea diligunt,& puritas animæ,quasi perspicui fontis,diligendo pturbatur,& nisi vehementer salutem curent suam, Pharaonis seruituti præter opinionem subijciuntur, & operibus luti exercẽtur,& à se ipsis peregrinantes,ac vagantes paleas quærunt,quibus lutum suum faciant solidius, vt in lateres cohæreat. Terrena sunt plane eorum opera,& lutea, & per ea quærunt aliquid firmum sibi facere,manentes videlicet voluptates,& diuitias,honores non fugiẽtes, de memoria sui nominis cogitant,de mansuris ædificijs,de nobilitandis pecunia posteris. At quantumuis laborent, quid nisi lateres faciunt, quos subiti imbres, aut etiam pecudum vestigia,dissoluant? *Sed

26 ad Prophetæ verba redeamus. Dum Deo adhærebant, gratis accipiebant res maximas,& dona pretiosissima,id est, aut nullo, aut perexiguo labore: verum vbi se ad res sæculi conuertunt,nihil gratis, magno pretio veneunt omnia. *Venumdabimus*,inquiũt, *merces,& aperiemus frumentum*. Conclauserant videlicet,& bene obseratis horreis seruabant. Sed quomodo vendunt? *Vt imminuamus mensuram,& augeamus siclum,& supponamus stateras dolosas*. Mensuras minuũt, quia post labores minus illis mundus dat quam promisit Siclum augent,quia pluris viles illæ merces emuntur,quam initio putabatur,id est, maiori labore, solicitudine. Stateras dolosas supponunt, quia cum nobiscum cogitamus quantum temporis, sudoris, industriæ, in bona sæculi contulerimus, & quantum tandem percepe-

Mundus mensuram fallacẽ, & deficientẽ habet.

rimus voluptatis, & tranquillitatis animi iniquitatem stateræ mundi videmus, & pudet temporis,& laboris, & nobis metipsis indignamur. Hoc pudore, & hac indignatione plenus erat Salomon, cum

Eccle. 1. aiebat: Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo,quo laborat sub sole? De

Prou. 11. hac statera scriptum est Satera dolosa abominatio est apud Deum. Sed de statera Dei

Mendax Dei pondus. cõtinuo addit: Et põdus æquũ volũtas eius, amat em̃ iustas stateras,& eius statera semp plenissima est. Quare recte de mensura sua dicit Date,& dabitur vobis. Mensuram bonam,& confertam & coagitatam,

Luc. 6. & superefluentem dabunt in sinum vestrum. *Et quoniam abiectarum rerum mercede totum hominem in seruitutem suam Mundus aufert,& possidet,merito dicunt: *Vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calciamentis*: Illud tamen 27 supererat vt melius omnia explicarẽtur: *Et quisquilias frumenti vendamus*. Frumentũ vẽditabant, sed quisquilias vendunt, puluerem, & paleas tritico admistas, quas proiecturi erant, nisi nimis cupidos, & egenos emptores inuenissent. Quid sunt voluptates,& honores huius sæculi, nisi quiquiliæ? Frumentum primum videbantur, quo aluntur homines, & quisquiliæ sunt, quæ magis auibus, & brutis animantibus proijciuntur, & nec satiant, nec alunt. Salomon opibus magnis, & ingenio omnia voluptatum genera studiosissime conquisiuit,nec quidquam postea, nisi quisquilias, Eccles. inuenit, vt ipse testis est: Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem,& afflictionem animi,& nihil permanere sub sole. Sed ne Babylonij putent se impune laturos has iniurias,quibus Ieroso lymitanos afficiunt, sequitur in Prophe-

Volumen quisquiliarum. ca.

Iurauit Dominus in superbiam Iacob, si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Commouebitur terra eorum, & bona peribunt, quæ valde stabilia, & firma putabantur, & ipsi, qui habitatores terræ sunt, lugebunt cum viderint breui transijsse quæ amabant, & instare iam quæ oderant, fluxisse bona, quæ thesaurizauerant in terra, & nihil

se thesaurizasse in cœlis. Magnus erit eorũ numerus in die iudicij,quasi fluuius omnia inundans, sed igne illo extremo inuoluti dehiscente Tartaro absorbebuntur,& nullum eorum vestigium remanebit.

HISTORIA.

28 *Et erit in die illa,dicit Dominus Deus, occidet sol meridie*. Multi patres,quos postea nominabo, hæc de solis defectu in passione Domini interpretantur, sed Allegorico sensu, nam Historico non posse ita explanari docent verba,quæ paulo post sequuntur: Qui iurant in delicto Samariæ,& dicunt: viuit Deus tuus Dan,&, Viuit via Bersabe: quis enim nescit penitus omnia idola abiecisse filios Israel, cum inter eos versatus est Dominus,& ne nomina quidem relicta fuisse Dan,& Bersabe? Itaque Hieronymus,& Ruffinus,& multi alij, de captiuitate priorum temporum interpretantur, quamuis Hieronymus, & Ruffinus Allegoricum etiam sensum postea persequantur, vt & nos faciemus. Difficilius est iudicare de captiuitate ne decem tribuum loquatur Propheta, an de captiuitate Iudæ, an vero de vtraque. Ceteri autores variant,Hieronymus de vtraque captiuitate intelligit, & video probabiliter ita posse intelligi, quoniam ait: Et dicunt: Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Bersabe: quoniam sicut Dan ad decem tribus, ita Bersabe ad duas videri potest pertinere. Sed libentius sane interpretor de decem tribubus, primum, quoniam ad eas potissimum prophetat Hamos, neque vnquam dicimus conuerti sermonem ad duas, nisi cum verba ipsa cogunt. Deinde quoniam Israel, & Iacob in his prophetis semper decem tribus significant, nisi forte aliquid adiungatur, quod manifestum sit ad duas referri. Tertio quoniam Bersabe non erat duarum tribuum, sed tribus Simeonis, quæ numeratur in de-

29 Iudic. cem, vt legimus Iosue 19. * Solet autem scriptura per lucem, & diem significare prosperitatem, & lætitiam, per tenebras vero tristitiam, & res aduersas, vt docet Greger. 5. Moral. capit. primo. Iob. 18. Nonne lux impij extinguetur, neque splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius,& lucerna, quæ super eum est, extinguetur. Hamos 5. Numquid non tenebræ dies Domini,& non lux? & caligo, & non splendor in eo?

Occidet igitur illis sol meridie,quia subito, & cum minime timebunt, eorum prosperitas magnis obsidionis,& captiuitatis calamitatibus obscurabitur. Chrysost.hom. 2. ad populum Antiochenum: aliter hæc interpretatur satis etiam apte, vbi de tristitia suæ ciuitatis loquens: Non tantum vero, inquit, terra, sed & ipsa aeris natura, & ipse solarium radiorum circulus nunc mihi quodammodo mœrere, & obtusior lucere videtur: non elementis naturam mutantibus, sed nostris oculis, qui tristitiæ nube turbati sunt, non valentibus pure, neque cum eadem virtute radiorum lumen susci pere. Hoc est quod olim Propheta lugebat dicens: Occidet ipsis sol meridie,& obtenebrabitur dies. Hoc autem dicebat non quod planeta absconderetur, neque quod dies euanesceret, sed quod mœrentes neque in meridie propter doloris caliginem lucem cernere possint,&c. Quod autem quidam autor ait, meridie captam esse Samariam, neque ex scriptura, neque ex vlla historia probari potest.

Et tenebrescere faciam terram in die luminis. Idem alijs verbis repetit. Diximus capit. 7. nu. 3. res Israelitarum multum florere cœpisse cum obsessi sunt, & capti ab Assyrijs, illud tempus dies nunc luminis dicitur, & eo terra illa obscurata est multis cladibus illatis ab exercitu Assyriorum.

Et inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium. Hæc facta sunt obsidentibus Assyrijs Samariam, & capientibus. In magnis enim calamitatibus cilicio, siue sacco lugentes vrebantur Ioc. 1. Plange quasi virgo accincta sacco. Saccus. 4. Regum. 6. viditque omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnem intrinsecus. Similiter comam rondebant, & faciebant caluitium. Iob. 1. Tunc surrexit Caluitium. Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram adorauit. Isaiæ. 3. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion,& Dominus crinem earum nudabit. Et mox: Et pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Et capite decimoquinto: In cunctis capitibus eius caluitium, & omnis barba radetur. Satis ex his intelligitur, cur dictum sit Psalmo. 29. Concidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia. Fiebant autem sacci è cilicio. Apocalipsis. 6. Et sol factus est niger tanquam saccus cilicinus. Ideo pro eodem

sumitur saccus,& cilicium, & pro vtroque semper est in Heb. פּ, ex quo Græci, & Latini,& aliæ multæ nationes sacci vocabulum acceperunt. Potest etiam calutio significari captiuitas, captorumque ludibrium: victores enim radebant victis capita in ignominiã. Deut. 32. Et gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorũ capitis.

Et ponam eam quasi luctum vnigeniti. Ponã vniuersam terram eorum, qualis solet esse mulier, quæ filij vnigeniti mortem luget. qua similitudine solet scriptura summum dolorem significare. Iere 6. Filia populi mei accingere cilicio,& conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi plãctum amarum.

31 *Et nouissima eius quasi diem amarum.* Non solum prima,& media, sed nouissima etiam illius erunt tristia. Nullam requiem terra habebit, sed semper magnis doloribus torquebitur, donec tertio anno obsessionis penitus deuastetur,& caplatur.

Et emittam famem super terram. Qui nunc Prophetas eijciunt,& contemnũt, cum viderint se ab hostibus obsideri, cruciabuntur magna fame audiendi verba Dei ex ore prophetarum, neque tamen inuenient vllum, à quo in tantis malis leuẽtur. Quod populo Dei solebat esse tristissimum Psal. 73. Signa nostra non vidimus, iam non est propheta, &nos non cognoscet amplius. Præt. cum ducti fuerint in terram Assyriorum, optabunt maxime prophetam aliquẽ ad se mitti,& interpretes habere diuinæ legis,& hoc desiderio, quasi fame, & siti cruciabuntur. Cum autem dicit: *Non famem panis, neque sitim aquæ*, non negat & hanc famem,& sitim se missurum, sed perinde est, ac si diceret: Non loquor modo de fame, & siti corporis, quas non est dubium tempore obsidionis fuisse missas, sed de fame, & siti verbi Dei.

Et commouebuntur à mari vsque ad mare. Quærent diligentissimè per totam terram suam prophetam aliquem, & non inuenient. Cum enim Samaria obsideretur, legati ex ea, & ex alijs vrbibus decem tribuũ mittebantur prophetam quæsituri, à quo audirẽt verbum Domini. * Commouebũtur, id est, magno desiderio,& magna fame audiendi verbum Dei commoti ibunt à mari vsq; ad mare, id est, à mari Galileæ vsq; ad mare Mediterraneum, quod est ad Occidentem. Et ab Aquilone, id est, à termino

32 terræ suæ Aquilonari, ibunt ad terminum Orientalem. Ita Lyra. exposuit,& mea sententia probabilissime omnium, nã alij, qui alia maria interpretantur, vnde id possunt cõprobare, præsertim cum extra terrã Israel propheta nec tũc inueniretur, nec ab ipsis esset quærendus? Ita etiã, vt nos, intellexit Chaldæus, qui ait: Et lassabũt se à mari ad Occidentem vsque, & ab Aquilone vsque ad Orientem pergent quæsitum doctrinã à facie Domini, neque inuenient tamen. Qui autem hæc de Israelitis in terra Medorum collocatis interpretantur, ab Occidente illis constituunt mare Caspiũ, siue Hyrcanum, cum sit omnino ab Aquilone, vt ex Ptolem. lib. 6. cap. 2. & ex Pomp. lib. 1 c. 2. perspicitur. Nec vident quod statim sequitur. In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti, de tempore ipsius captiuitatis intelligi, cum adhuc erãt in patria sua. Quare omnino videntur hęc, in quib' modo versamur, de eodẽ tempore interpretãda, neq; posse aliter accipi, quã vt à nobis exposita sunt. Sed cur Australis partis non meminit, cũ ceteras nominauerit? Opinor sanè, quòd ad Austrum erat ipsa Samaria, quę plena erat hostibus, & continuo adiũcta erat terra duarum tribuum, quarũ prophetas auersabantur.

33 *In die illa deficient virgines pulchræ.* Tanta etiam erit non ciborum solum, sed & aquæ penuria, vt vel siti miserabiliter pereuntes sint illæ etiã personæ, quæ sunt apud omnes gratiosæ, vt virgines pulchræ, & iuuenes electi, nam in illa terra maius sitis, quam fames periculum est.

Qui iurant in delicto Samariæ. Possunt hæc ad virgines pulchras, & ad adolescẽtes electos referri, vt doceat non immerito hos esse perituros, quoniam quamuis teneri essent, & innocentes viderentur, paternæ tamen impietatis imitatores erant, & per idola iurabant, quæ colebant, & pro veteri Israelis iureiurando: Viuit Dominus, ipsi dicebant: Viuit Deus tuus Dan, &c. Sed quoniam continuo ait: & cadent, & non resurgent vltra, quod de moriẽtibus adolescentibus non recte intelligi videtur, melius de Israelitis vniuersis hæc omnia, vt opinior, exponemus. Sed animaduertendum est participia, quæ apud Hebræos vim præsentis temporis habent, nonnunquam quasi absolute poni, vt cum nullo verbo cohęreãt, ad causam eius, quod

dictum

dictum est, reddendam. Vt Hamos 5. Qui conuertitis in absynthium iudicium, in Hebræo, Conuertentes in absynthium iudicium. Dixerat: Ne forte cõburatur vt ignis domus Ioseph,& deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel. Et cõtinuo: Qui cõuertitis in absynthiũ iudicium, ac si diceret: Conuertitis enim in absynthiũ iudiciũ. * Et postea: Vineas plantabitis amantissimas,& nõ bibetis vinum earum. Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra. Hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. Cum ait: Hostes iusti, pergit causam reddere calamitatum, quam cœperat,& est in Hebręo. Inimicitia prosequentes, siue angustia afficientes iustum, &c. Ac si diceret: Quia hostes estis iusti, & capitis munera. Ita nunc, *Iurantes in delicto Samariæ*, vt est in Hebr. siue, Qui iurant. Quasi dicat: Omnia hæc mala patientur Israelitæ, quia deditissimi sunt idololatriæ, non enim obscure, aut clam ea colunt, sed palam per ea iurant, atque impudenter dicunt, Viuit Deus tuus Dan, sicut ante dicebant, Viuit Dominus. Hoc autem iusiurãdum, Viuit Dominus, honorificum Deo erat, profitebantur enim, qui ita iurabant, eum solum esse Deum viuum, ceteros deos mortuos esse. Quare cum dicebant, Viuit Deus tuus Dan, summa iniuria Deum afficiebant affirmantes vitulum Dan esse Deũ viuum,& verum, quod erat summæ impietatis, ideoque de hoc nunc queritur Dominus. Delictum Samariæ vitulum intelligit, in cuius cultu Israel delinquebat, & Deum prouocabat. Iurabant ergo in delicto Samariæ, id est, per vitulum Dan, quem adorabat Samaria.

35 *Viuit via tua Berſabe.* Quia Berſabe erat in termino Australi terræ promissionis, illuc via erat Israelitis longior, & periculosior, quoniam per Iudæam transeundum erat, & sæpe hæc duo regna bellum inter se gerebant: & ideo per illam, quasi per rem sacratiorem,& maioris laboris iurabant. Præterea quo remotiora erant templa, & longiore peregrinatione petebantur, eo videbantur plus habere numinis, ideoque per ea frequentius iurabatur, sicut hodie per ædem beatissimæ virginis Mõtis serrati, aut Lauretanæ. Quare frequentius iurabant per vitulum Dan, qui erat in Aquilonari extremitate terræ promissionis, & per viam Berſabe, quæ erat in Australi, quam per vitulum Bethel, qui erat propinquior, id est, in medio fere terræ totius.

Et cadent, & non resurgent vltra. Ita nunc vastabuntur vt nunquam ad antiquam regni gloriam redituri sint: non enim redierunt in patriam suam, vt sæpe diximus.

ALLEGORIA.

34 Horum verborum Allegoria: *Et erit in die illa dicit Dominus Deus; occidet sol meridie, &c.* celeberrima est apud patres de defectu solis Domino IESV CHRISTO in cruce pendente. Ita enim exponunt Euseb. li. 10. de Demonst. Euang. demonstratione 6. Cyprian. lib. 2. aduersus Iudæos ca. 23. Ruffinus in expositione Symboli, & huius loci, & Hiero. & Rupert. & alij. Referam ad eius explanationem verba Eusebij: In die illa, dicit Dominus, occidet sol in meridie, & obtenebrabitur super terram lux: quæ sane euidentem exitum sortita sunt tunc, cum saluatore in altum sublato, vt est apud Euãgelistam, à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram vsq; ad horam nonam. Quæ cum in hũc modum finem suũ contigerint, deinceps adiungit: Et conuertam sollennia vestra in luctũ, &c. Quę quidem omnia propter superbiã ipsorum, qua aduersus CHRISTVM vsi sunt, diuinitus prędicta, euidentem oraculi exitum ostenderunt post ipsorum aduersus Saluatorem nostrum insidias. Non ergo ante illud tempus, sed ex illo tempore in hũc vsque diem sollennia illorum in luctum cõuertit Deus, & cantica in lamentum: quippe qui illos celebrima ciuitate priuauerit, & venerabile illud sanctuarium, quod in illa erat, Tito, ac Vespasiano apud Romanos imperantibus euerterit, vsque adeo vt non amplius venire, & celebrare in ea legitima sollẽnia, & legitimos conuentus possint. Ceterum quid opus est dicere quemadmodum fames audiendi verbum Domini omnes illos inuaserit, propterea quod procul à se ipsis Dei Verbum exegerint, cum illud vno animo negauerunt, & ab eodem negati sunt? * Hæc Euseb. Sed quæ ipse tacet, ita interpretatur Hieron. in illud Isai. 3. Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet ab Ierusalem, & ab Iuda validum, & fortẽ, omne robur panis, & omne robur aquæ. Habent, inquit, Iudæi panem, sed absque fortitudine, habent aquas, sed absque robore. Legunt enim scripturas, sed non intelligunt, tenent membranas, & CHRISTVM,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui in membranis scriptus est, perdiderũt. Lacte enim aluntur quasi paruuli, & non solido cibo. Et quia fortitudinem perdiderunt, & infirmi sunt, propterea holera comedunt. Athletarum autem solidus cibus est, qui & vitam sustentat humanam, & viuentibus præbet fortitudinem. De istiusmodi pane, & aqua, quod auferantur à Iudæis, etiam alius propheta testatur dicens: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & emittam famem, &c. In eumdem fere sensum eadem Isaiæ verba explanat Procopius. Idẽ Hieronymus in hunc locum: Fames in die resurrectionis Domini oppressit populum Iudæorum, & iuncta fami ardentissima sitis, non habentium panem, qui de cœlo descendit, & eas aquas, quæ de IESV ventre manarunt. Ablata est ab eis lex, & prophetæ æterno conticuere silentio. Mouentur à mari ad mare, & ab Oceano Britannico vsque ad Oceanum Atlanticum, id est, ab Occidente ad Meridiem, & ab Aquilone vsque ad Orientem, toto orbe peregrini verbum Dei non valent inuenire. Basilius in Psal. 33. Fortassis etiam diuitẽ dicit Israeliticum populum, quorum adoptio est in filios, ac Dei cultus. Hi itaq; propter peccatum in Dominum egerunt, qui vero illorum loco exquisierunt Dominum, non minuentur omni bono. Egerunt autem, & esurierunt. Quandoquidem enim occiderunt panem vitæ, venit super ipsos fames panis: & quãdoquidem insidias struxerunt fonti aquæ viuæ, venit super ipsos sitis, incubuit ipsis supplicium ex siti. Fames autem nõ panis sensibilis, neque sitis aquæ, sed fames audiendi verbum Dei: egerunt itaque, & esurierunt. At vero gẽtes edoctæ inquirere Dominum, nõ minuentur omni bono. * Retuli patrum verba, quæ satis mihi videntur docere non hunc esse Historicum sensum, sed quem paulo ante exposuimus. Quomodo enim nunc Iudæi famem, & sitim sentiunt verbi Dei, cum scripturas habeant, & studiose legant, & recte se intelligere arbitrentur? Tenent verba, inquit Hieronymus, sed carent vera intelligentia. Fateor sane, sed putant se habere eam, & ideo nullam famem sentiunt. Opinor famem & sitim ab Hieron. vocari indigentiam, indigent enim vero sensu, & virtute scripturarum, eodemque inclinat expositio Ruffini, & Basilij loco indicato, & apertius in hom. 2. de ieiunio. Sed non est in illo

38

fames, qui saturũ se esse credit, & nihil cibi appetit. Magnam autem cibi, & potus appetentiam hac fame, & siti significari apertissime Prophetæ verba indicant: *Et commouebuntur a mari vsque ad mare*, & ab Aquilone vsque ad Orientem circuibunt quærentes verbum Domini. Ego de responsis prophetarum hæc maxime dicta esse arbitror, quæ, cum à Romanis obsiderentur, vehementer optabant, & in omnem fortasse ditionem suam nuntios mittebant, sicubi inuenire prophetam possent, ex quo verbũ Domini audirent. Fortasse etiam post vrbis excidium, & dispersionem suam per omnes terras errabant, & prophetam quærebant, qui de soluenda captiuitate illa vaticinaretur, vt sensit Rupertus. Sed & nunc quærunt auidissime vbique, & magno pretio conducunt magistros, à quibus veram scripturæ expositionem audiant, neque vnquam inueniunt, atque ita Hieronymi expositionem tueri poterimus. In illo excidio Ierusalem perierunt siti, & fame virgines pulchræ, & adolescentes electi, & omnes Iudæi, vel occisi, vel capti sunt, quia maiorũ suorum impietatem imitati, vt illi vitulos, & idola colebant, & per ea iurabant, ita ipsi Deum à se repulerunt, vt idola honoris, & pecuniæ seruarent, & ceciderunt, neque resurgent omnino donec finis sæculi veniat.

TROPOLOGIA.

Solis occasus recte mortem significat, quæ cupidis hominibus, & censum augere festinantibus inexpectata sæpe aduenit, & opprimit imparatos, sicut de die iudicij ait Dominus: Tanquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terræ. Et hoc est solem occidere meridie. Hinc illud Psalm. 67. Iter facite ei, qui ascendit super occasum, Greg. 19. Mor. c. 3, ita exponit: Super occasum ascendere fuit ipsam mortem, quam pertulerat, resurgendo superasse. Et quoniam in morte etiam perfecti interdum terrentur timore districti iudicij Dei, scriptum est: Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Eleganter vero terrena quærẽtibus, & de diuitijs tantum cogitantibus sol meridie occidit, quia cum minime putabant, repẽtinus eis superuenit sæpe interitus, & subito ea amittunt, quibus se multos annos fruituros sperabant, vt in Euangelio videmus.

Mors peccatoribus incognita ita adueniet. Luc. 12.

Gen. 15.

Cum

Luc. 12. Cum enim diues ille pauperrimus dicebat: Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare: dixit illi Deus: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti cuius erunt? * Sed alia præterea causa sol illis occidit meridie, quia ante perfectã ad Deum conuersionem, quam in posteriorem vitæ partem reiecerant, sæpe morte rapiuntur. Iustorum enim vita, sicut perfecta dies, non meridiem tantum habet, sed etiam vesperam, sicut quidam ex eis ait: Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Redimet in pace animam meam ab ijs, qui appropinquant mihi. Et iterum: Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam. Hominem vocat, qui vt rationis particeps agit. Hinc Exhod. 30. Et adolebit incẽsum super eo Aharõ suaue fragrans mane. Quando componet lucernas, incendet illud, & quãdo collocabit eas ad vesperum, vt thymiama sempiternũ coram Domino in generationes vestras. Incensum adolere super altare iubetur Aharon mane, quãdo componit lucernas: quia duæ lucernæ sunt in nobis, altera rationis, altera fidei, quas tunc componimus, quando diligenter attendimus quid naturæ lumen, quid fidei cognitio à nobis postulet. Et mane hoc faciunt, qui primo intelligentiæ suæ tempore ad Deum conuertuntur, quem amandum super omnia, & colẽdum ratio, fidesque demonstrant. At non hoc omniũ electorum est, nõ enim omnes hora prima, aut tertia, sed multi sexta, & sequentibus magnum patrem familias ad vineam suam vocantem sequuntur, idcirco non est vocatum hoc thymiama sempiternum coram Domino * At incensum vespertinum sempiternum esse dicitur in generationes iustorum, quia omnes electi, etiam si antea non obtulerint, vespere offerũt se Deo per pœnitentiam, & caritatis igne corda succẽdunt, & tanto magis, quanto magis vident appropinquantem diem. Illi etiam, qui tota vita adoleuerunt hoc thymiama, cum defatigati cessaturi videbantur, id est, extremo ætatis tempore, suauius virtutibus redolent, quoniam virtutum aromata magis diuini amoris ardore concremantur. Et quia magis amant, magis dolent eum à se læsum fuisse, quẽ semper sine modo amandum esse cognoscunt: &, quod infectum

40

Vitæ mistum nõ habet vesperam. Psal. 54.

Psal. 103.

41

neri non potest, lacrymis, & pœnitentia delent quantum possunt, de quo dictum videtur: Ad vesperum demorabitur fletus & ad matutinum lætitia, cum post huius sæculi tenebras æternæ vitæ splendor eluce bit. Ac fortasse propterea Dauid dixit: Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo: quod licet prius mane sit, tamen iusti, quasi cygni Dei, multo suauius extremo vitæ tempore canere solent. Reprobi autem ad vesperam non veniunt, atq; ideo meridie illis occidit sol, & dimidiant dies suos, sicut de homine impio, qui nec posteritatis suæ cito extinguendæ, nec vitæ sine pœnitentia finiendæ terrore à peccãdo abstinet, scriptum est: Quid enim ad eũ pertinet de domo sua post se, aut si numerus mẽsium eius dimidietur? His tenebrescit terra in die luminis, quia alijs viuentibus, * exultantibus ipsi in tenebras mortis incidunt, cum viuere poterant. Eorum festiuitates vertuntur in luctum, & cantica in planctũ, sicut scriptum est: Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descẽdunt. * Sed est præterea alter occasus, cum luminare maius, quod præest diei, id est, CHRISTVS, qui illuminat iustos, occidit super peccatores, & animus tenebris inuoluitur. Quomodo Hiero. interpretatur illud Eph. 4. Sol non occidat super iracundiam vestram: Præcipit, inquit, nunc Apostolus, ne talia faciamus furore superati, per quæ nobis sol occidat, & principale cordis tenebris inuoluatur. Fit igitur non semel vt peccatoribus sæpe Dei misericordia excitatis ad pœnitẽtiam, & sæpe in peccata relabentibus aliquãdo occidat sol meridie, id est, ita gratiam Dei tãdem perdant, vt amplius non recuperent. Fit etiam vt iustis, qui parum animæ suæ consulentes ambitione, & cupiditate paulatim se implicãt, aut minora sibi peccata permittunt indulgentes animo suo, præter opinionem sol iustitiæ occidat, & in grauius aliquod peccatum labantur, & subitis tenebris occupentur, cum lucem se habere sperabant. Periculosa enim est omnino peccandi consuetudo, etiam si minima peccata sint, & magnopere illa timenda sunt, quæ paruitate sua securos nos reddunt, neque enim frustra dictum est à Sapiente: Qui spernit modica, paulatim decidet. Quoties dicit iustus à concupiscentia sua abstractus, & illectus,

Psal. 29.

Psal. 54.

Reprobi non habẽt vesperam.

Iob. 21.

Iob. 21.

42

Peccandi cõsuetudo periculosa.

Eccli. 19.

concedam

Universidad de Deusto
Biblioteca

concedam mihi hanc voluptatem, neque enim inimicus Dei ero si concessero, & cōsuetudine eo deducitur, vt quotidie paululum eidem addēs legem violet, & gratiam amittat? * Istis sol occidit meridie, quia cū minime putabatur, occidit: & terra, hoc est terrena eorum corda tenebrescūt in die luminis, id est, cum adhuc ipsi lucem gratiæ habere poterant, si sibi temperassent, & alij eorum socij habent, sed cautiores, & sibi minus obsequentes. Festiuitates conuertuntur in luctum, quoniam abijt illa prior tranquillitas animi, & impij, quasi mare feruēs, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Quomodo festiuitates Domini celebrabit qui immanissimi hostis seruitutem, & tyrannidem patitur? Quis melius illud Tobię dicat: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Cāntica omnia illis vertuntur in plāctum, quia quomodo cantabunt canticum Domini in terra aliena? Tunc super dorsum, quod Domini onera portabat cum lętitia, saccus ponitur, quia supra dorsum idē fabricauerunt peccatores, id est, dæmones, & onera grauissima imposuerunt, quorum comes est pœnitentia, & angor animi, sicut ait Dauid: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. * Caluitium ponitur super omne caput, quia capillos illos amittunt, de quibus ait Seruator: vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. De eisdem ita Orig. hom. 1. in Numer. Non illos dicebat capillos esse numeratos, qui vel ferro attonderi, & proijci solent, vel temporis ætate defluere, ac perire: sed illi capitis capilli apud Deum numerati sunt, qui in Nazaręis erāt, quibus inerat virtus Spiritus sancti ad prosternendos alienigenas. Virtutes ergo animi, & multitudinem sensuum, qui de principali mentis tāquam de capite apostolorum producebantur, capillos capitis appellauit, &c. Propterea de homine non ignauo, sed strenue pro populo Dei dimicante dictum est: Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Hoc nefas est, viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cum Deo operatus est hodie. Tunc anima plena doloribus est, nisi penitus sensum doloris amisit, sicut cum mulier luget mortem vnigeniti, cogitationibus enim accusantibus stimulatur, & sibi conscia est se vnigenitum Dei filium amisisse, quem patrem, & sponsum habebat, qui sibi melior erat quam decem filij. Cui propterea dici potest: Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. * Nouissima eius ponit Deus quasi diem amaram, quia nisi mature eam tantæ insaniæ pœniteat, & ad eum redeat, in peccato suo morietur, & æternam sentiet amaritudinem. Ideo Dauid ait: Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum vnum ex ijs non conteretur. Mors peccatorum pessima, id est, laboris, & afflictionis plenissima, incident enim in tribulationes, de quibus non liberabit eos Dominus. Nō custodiet eorū ossa, id est, virtutes, sed conterentur, & peribunt. Sæpe enim in illo extremo certamine tentata eorum fides succumbit, & langueſcit, aut etiam perit spes, excutitur animo prudentia, cedit periculis præsentibus fortitudo. Tunc fiet illud: Vijs suis replebitur stultus, Et dicet: Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. Verum ante mortem, si diu pœnitentiæ obliuiscantur, veniunt dies, & immittit Deus famem super terram, id est, super terrena corda eorum, nō famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini, quæ timenda magis est, illa enim fames corpus emaciat (vt Chrys. ait hom. 54. in Gen.) hæc autem animā attenuat. Hieronymus: Mittit autem Dominus famem in terram super eos, qui terrena sapiunt, quando propter peccata populi doctrina defecit in Ecclesijs. * Greg. hom. 10. in Ezec. in illud ca. 3. Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo: Scriptura enim sacra cibus, & potus est. Vnde etiam Dominus per prophetam alium minatur: Mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Qui ergo subtracto suo eloquio, fame, ac siti nos dicit atteri, quia eius verba, & cibus noster, & potus sint, demonstrat. Sed notandū est quod aliquando cibus, aliquando potus sunt. In rebus enim obscurioribus, quę intelligi nequeunt, nisi exponantur, scriptura sacra cibus est, quia quidquid exponitur, vt intelligatur, quasi manditur vt glutiatur. In rebus vero apertioribus potus est, potum enim non mandendo glutimus. Hæc Gregorius: Quoniam ergo isti solebant aliquando in verbis Dei miram inuenire dulcedinem, vt

de se

de se Dauid testatur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel ori meo; & solebant intus mirifice à Deo doceri, sentiebantque illud: Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum: & vehementer confirmabantur, quasi cibo, & potu, ita vt voluptates corporis, & terrena omnia sibi sordere sentirent, quibus se iam captos, & illaqueatos vident, fame, ac siti verbi Dei cruciantur priorem illam felicitatem requirentes. * Et commouentur à mari vsque ad mare, id est, à falsis, & amarissimis fluctibus peccatorū, in quibus versantur: vsq; ad mare, non occurrentes fluminibus, nō dulcissimis, & varijs fontibus, sed rursus ad amara currentes. Nam hac fame, & siti exciti à peccatis quibusdā abstinent, vt verbum Dei recuperent, sed iterum superbe quærentes, & non penitus peccata relinquentes alijs implicantur, & non inueniunt. Incipiunt deserere Aquilonem, qui frigidus, & noxius ventus est, à quo panditur omne malum, id est, seruitutem Sarane, & versus Oriētem proficiscuntur quasi lucē Dei quęrentes, lucerna enim pedibus nostris verbum Dei, & lumen semitis nostris: sed non inueniunt, quia non quærunt per humilitatem pœnitentiæ, neque vt Deo, quem offenderunt, satisfaciāt, sed vt præteritas illas voluptates, quæ melius animum explebant, recipiant. Deniq; circumeunt, quia in circuitu impij ambulant non inuenturi, donec pœnitentia, & lacrymis, & plena peccatorum abrenuntiatione, suique abnegatione Deum placent offensum. Hac siti deficient virgines pulchræ, id est, animæ, quæ virginitatem Deo seruare instituerant, & hanc virtutem amittent, quam inter multa pericula seruatam retinebant: Et adolescentes, qui sæculi illecebris relictis fortiter in castris CHRISTI dimicare cœperant, quibus Iohannes scribit: Scribo vobis adolescentes, quoniam vicistis malignū, Scribo vobis iuuenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum: siti pariter deficient, maiorum videlicet, & veteranorum præsidio, doctrina, exemploque destituti. * Ex quo intelligimus (inquit Hiero.) quando doctrina non fuerit in Ecclesijs, perire pudicitiam, castitatem mori, omnes abire virtutes, quia non comederunt verbū Domini. Quod qui comederit, saginatus eius cibo audiet per Salomonem: Iustus comedens saturat animam suam, animæ autem impiorum esurient. Et Dauid, qui ad senectutem peruenerat Abraham, libere decāntabat: Iuuenis fui, & senui, & non vidi iustum derelictum, neque semen eius quærēs panem, &c. Vnde omnia hæc mala? Quia Deo relicto abierunt post idola sua, id est, post voluptates carnis, post honores, post diuitias, adeoque eorum amore capti sunt, vt per ea frequenter iurent, per illa præsertim, quæ remotiora sunt, & ideo præstantiora iudicantur. Sæpenumero huiusmodi iuramēta audimus: Ita hunc episcopatum, aut hunc honorem obtineam, ita quo opto promouear, ita in lite vincam, ita eorum vita fruar, quos amo. Video posse sine culpa ita iurari, sed nimis magni hæc fieri reprehendo, per ea enim iurare homines solent, quorum memoria magis in animo versatur, & quæ cariora sunt.

CAP. IX.

VIdi Dominum stantē super altare: et dixit. Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis qui fugient: & non saluabitur ex eis qui fugerit. Si descenderint vsq; ad infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque ad cœlum, inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, et mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos super eos in malum, et non in bonum. Et Dominus Deus exercituum qui tangit terrā, & tabescet: et lugebunt omnes habitantes

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitantes in ea: et ascédet sicut riuus omnis, et defluet sicut fluuius Ægypti. Qui ædificat in cœlo ascensionẽ suam, et fasciculum suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris, et effundit eas super faciem terræ, Dominus nomẽ eius. Numquid non vt filij Æthiopum vos estis mihi filij Israel, ait Dominus? Numquid non Israel ascendere feci de terra Ægypti: & Palæstinos de Cappadocia, et Syrios de Cyrene? Ecce oculi Domini Dei super regnũ peccans, & conteram illud à facie terræ: veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus: Ecce enim mandabo ego, et cõcutiam in omnibus gẽtibus domum Israel, sicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt, Non appropinquabit, et non veniet super nos malum. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorũ eius, & ea, quæ corruerant instaurabo: & reædificabo eum sicut in diebus antiquis. Vt possideant reliquias Idumææ, et omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomẽ meum super eos: dicit Dominus faciens hæc. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: et cõprehendet arator messorem, et calcator vuæ mittentem semen: et stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel: et ædificabunt ciuitates desertas, et inhabitabunt: et plantabunt vineas, et bibent vinum earum: et facient hortos, et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suã: et non euellam eos vltra de terra sua quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

Supra. 5.

Amo. 15.

Ioel 3.

HISTORIA.

Vidi Dominum stantem super altare. Omnino hæc videntur de templo Ierosolymitano dici, sed Ruffinus, & quidam alij negãt, quoniam aperte contra decem tribus prophetauit ca. 8. vt in illis verbis vidimus. Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt: Viuit Deus tuus Dan, & viuit via Bersabe: & continuo sine vlla mentione Iudæ ait: vidi Dominum stantem super altare. Hæc Ruffini ratio est. Sed mihi diligenter omnia, quæ hoc capite continentur, consideranti videtur prophetia esse contra duas tribus, & contra templum Ierusalem, vt Hieronymo, & pluribus placet, non quidem cum euersa est vrbs à Nabuchodonosor, sed quãdo venerunt Romani, & tulerunt eorum locum, & gentem, & in templo non remãsit lapis super lapidem, vt prædictum à Domino fuerat Matth. 24. Primum, quoniam templum, cum nihil additur, quod aliter accipere cogat, celeberrimum omnium templum significare intelligimus. Deinde, quod nulla in hoc cap. de idololatria mentio est, vt in ceteris, eo enim tempore nulla erat. Tertio, quod ipse verborum cõtextus sine dubio exigit ita vt interpretemur, vt num. 13. & 24. & 32. demonstrabimus, Ruffini ratio non magno negotio diluitur, si meminerimus Hamos diuersis temporibus has prophetias fudisse, atque ita postea scripsisse, vt fuerat. Itaque nõ continuatę, sed desiunctæ tempore sunt. Nec quemquam moueat vocari duas tribus Israel, aut domũ Iacob, siue Israel, loquitur enim de eo tempore, quo decẽ tribubus in captiuitate relictis, iam Iudas, & Beniamin dicebãtur sine vllo discrimine domus Iacob, & Israel, vt in vltimo præludio diximus num. 4. A templi autem subuersione totius gentis excidium significatur. Et quia Dominus dicebat Prophetæ, vt ait Hieron. siue angelo alicui, vt eodem testante multi interpretantur, in quibus sunt Ruffinus, & Theodoret. (quod mihi est valde probabile) vt cardinem cem-

1

pli percuteret, recte videt illum Propheta stantem, quasi instantem operi, & exhortãtem ad subuersionem: nam stare instantis est, & adiuuantis, vt Acto. 7. Video cœlos apertos, & filium hominis stãtem à dextris virtutis Dei. Stare dicitur, quia illum de cœlo adiuuabat, & pro eo pugnabat, vt exponit Gregori. homilia vigesimanona in Euang.

Percute cardinem. Significat templum ab imo esse euertendum. Quamuis ex recentioribus quidam כַּפְתּוֹר non cardinem esse volunt, sed supernum limen, quod pomorum, & florum sculpturis distingui solebat, ea enim vox pomum significat. Sed notum est כַּפְתּוֹר speculam sæpe significare in scriptura, & inde cardinem significat, quia rotundus est Inde Soph. 2. Et onocrotalus, & ericius in liminibus eius morabuntur, vbi limina vocata sunt כַּפְתּוֹרִים, neq; enim ericius in superno limine habitare solet, sed in cauernis, & infimis locis. Chaldæus vertit, In ostio portæ,

2

Et commoueantur superliminaria, id est. Commoueantur superliminaria, & simul quidquid impositum eis erat, corruat cum superliminaribus. Negat R. Dauid סִפִּים esse superliminaria, postes ianuæ esse vult, quos Latini antas vocant. At vt ex vsu scripturæ, & ex veterum interpretatione obseruauimus, hoc vocabulum omnino significat quod Latinis limen, siue superum sit, quod superliminare vocatur, siue inferum, vtrumque enim limen dicitur, quia limũ est i. trãsuersum Videmus hoc Ezec. 40. Et venit ad portam, quæ respiciebat viã Orientalem, & ascendit per gradus eius, & mensus est limen portæ calamo vno latitudinẽ, & limen vnum calamo vno latitudinem, id est, limen alterum, quod erat æquale priori. Corruptè enim legitur in Latinis codicibus, Id est, pro Et, vitio describentium, vt bene aduertit Lyranus, non enim vnum limen, sed duo ponuntur, vt indicauit glossa interlin. quæ ita, vt nos dicimus, videtur legisse.* Pro Limen est in Heb. סַף, quod Symmachus θύρα, id est, limen, Aquila, & Theodotio πρόθυρον verterunt idem significantes. Cum igitur duplex סַף ponatur in porta, duplex limen significatur, superum, & inferum. At R. Dauid duos postes portæ esse dicit. Video, sed illi non solum Hieron. sed & antiquissimi interpretes aduersantur, qui limen esse volunt. Et merito aduer-

3

uersantur, constat enim סַף significare limen 3. Reg. 14 Cumque illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est. Heb. בְּסַף i. in limine, Lxx, ἐπὶ τῷ προθύρῳ, in limine. Quod autem ibi nostra translatio vocat thalamum, Symmachus trãstulit παραστάδας, id est, antas, siue postes ianuæ, quos R. Dauid putabat vocatos esse סִפִּים. Inde Zach. 12. vbi habemus: Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ, vbi idem vocabulum est, Lxx verterunt ὡς πρόθυρα σαλευόμενα, id est trãquam limina, quæ commouentur, vtrumque, vt arbitror, limen intelligentes. Quare cum dictum esset, Percute cardinem, in quo limen inferum, percuti videmus merito Hieronymus vertit: *Et commoueantur superliminaria*, vidit enim limen superum, & quæ illi adhærent, significari. Hæc prætereo nolui, vt videat lector R. Dauidem ignorasse in multis verborũ proprietatem, Hieronymum autem secutum esse antiquissimos, & doctissimos interpretes, & nouisse, quæ iuniores Iudæorum magistri minime nouerunt.

Auaritia enim in capite omnium. Causam tantorum malorum indicat esse auaritiã: nouimus enim ex Matth. 15. & 23. & ex Luc 16. auaros valde fuisse aduersarios Domini, & ideo eum odisse, quòd sibi auaritiã crebro obijceret. Auaritia etiam cum primis causa fuit, vt Dominum non admitterent, ac denique vt occiderent. Quæ in capite omnium esse dicitur, hoc est, in regibus, & principibus, vt exponunt Lyranus, & interlin. quæ etiam caput pro mente accipit, ac si diceret, Auaritia est in mente omnium. Ego hac phrasi significari arbitror dominatam fuisse omnibus auaritiam, omnesque vicisse, nam esse in capite dicitur qui superior, ac victor est, vt Thren. 1. Facti sunt hostes eius in capite. Propterea Hier. interpretatus est auaritiam omnia possidere. Verum quoniam in Heb. est: Et auaritia eorum in capite, siue in caput, omnium eorum, fortasse melius etiam exponemus: Percute cardinem, & commoueantur superliminaria, & auaritia eorum veniet in caput omnium, siue, erit in capite omniũ, id est, Veniet in eos supplicium, quod auaritia sua meruerunt. Pro quo Hierony. dixit: Auaritia enim in capite omnium, id est, Volo enim, vt dent pœnas auaritiæ suæ. Pro auaritia est בֶּצַע, quod significat auaritia eorum. בֶּצַע enim est auaritia, & בָּצַע lucrari,

4

Universidad de Deusto
Biblioteca

erari, siue auaritiam sequi, vt Iere. 6. omnes sectãtur auaritiam. Sed quia verbum idem significat succidere, & vulnerare, vt Isai. 38. Dum adhuc ordirer, succidit me, potest & ita verti, Vulnera eos, siue, succide eos, ita Lxx trãstulerunt, Disseca in capita omniũ, id est, percute capita omnium, vt interpretatur Theodoretus. Potest & hunc sensum habere: Et percutiam eos in capite omnes ipsos. Sed aptissima omnium est nostra translatio, in qua & pœna explicatur, & culpa.

Et nouissimum eorum. אַחֲרִיתָם, residuum eorum, vltimum eorum, id est, eos, qui relicti fuerint ex ipsis, vt verterunt Lxx. Loquitur de multitudine, quę in obsidione, & in direptione vrbis erat interficienda.

Non erit fuga eis. Ostendit Hyperbolico sermone neminem ex eis fore, qui arte vlla aut fuga posit potentiã & manus Dei irati euadere. Vtitur autem verbis illis similimis, quæ legimus Psal. 138. Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es. Si descendero in infernum, ades, &c.

Inde detraham eos. אוֹרִידֵם, id est, Descendere eos faciam, quod elegãter versum est, Detraham eos.

In vertice Carmeli. Diximus initio huius prophetæ duos esse Carmelos, alterum in Iudæa, alterum iuxta Phœnices terminos, & de vtroq; intelligi potest, quoniam vtrũque possidebant. Postquam dixerat, neque in cœlo neq; in inferno eos manum suam effugere posse, superuacaneum videri potest meminisse verticis Carmeli, vbi facilius inueniri poterant, sed voluit amplificationis causa omnia loca complecti, quę humanæ cogitationi occurrere poterant, id est, terram etiam, & mare. Sed ex locis terræ Carmeli verticem elegit ipsis notum, & proximum, plenum cauernis, & latere volentibus aptissimum. Et propter latibulorum multitudinem dixit: Inde scrutans auferam eos.

Et si celauerint se ab oculis meis. Si se celare tentauerint, sæpe enim fieri dicitur quod tentatur, & quæritur, vt Psal. 33. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum. Et Luc. 1. Magnificat anima mea Dominum. Nos enim re vera neque magnificare Deum possumus, neq; nomen eius exaltare. Ita Isai. 33. iuxta Lxx iustis dicitur: væ qui vos miseros faciunt, (id est, facere tentant) vos enim nemo facit miseros.

Regul. Fingi dicitur interdum quod fieri tentatur.

Ibi mandabo serpenti. Lxx. Ibi mandabo draconi. Draconem autem, siue serpẽtem, vocat piscem maximum, vt Psal. 73. contribulasti capita draconum in aquis. Psal. 103. Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. Ita Deus mandauit pisci in profundo maris, & deglutiuit Ionam. Quid sit autem huiusmodi rebus mandare, seu præcipere, diximus cap. 6. nu. 33.

Et si abierint in captiuitatem. Si eis hostis pepercerit, vt captiuos in patriã suam abducat, ne tunc quidem manum meam effugient; nam quos voluero ex eis interfici, in terra captiuitatis suæ gladio peribunt.

Et ponam oculos meos super eos in malum. Deus oculos suos ponit in nos in bonum, cum vbicunque latuerimus, respicit nos, & à periculis liberat; in malum vero, cũ quocunque fugiamus, nos pœna consequitur, & eius manum euadere nõ datur. Vtrumq; indicat Dauid Psalm. 33. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorũ. Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Vsque in hodiernum autem diem videmus oculos Domini super Iudęos in malum, vbique enim vexantur, & contemnuntur.

Et Dominus Deus exercituum, scilicet, est. Ne putetis hęc ab aliquo dici, qui facere ne queat quod dicit. Deus dicit, cui angelorũ exercitus obediunt, qui terram istam vestram manu iustitiæ suæ tanget, & continuo illa tabescet, id est, liquefiet, & defluet, & quasi in nihilum redigentur, id enim Hebræis significare solet verbum נמג, vt Psal. 74. Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea. Psal. 106. Anima eorum in malis tabescebat, quod Hyperbolice dicitur, vt significetur dissolutio, & quasi cõsumptio. Eleganter autem dicit, Tangit, quasi dicat nil necesse habet vires suas exercere, vel solo tactu faciet vt tabescat terra vestra.

Et ascendet sicut rimus omnis. Hæc iam exposuimus cap 8. n. 22. & 23. vbi sunt omnino eadem verba in Hebræo.

Qui ædificat in cœlo ascensionem suam. Lxx. ἀναβαθμὸν, id est ascensionem. Accipitur autem ascensio plerasq; sæpe à nobis obseruata pro re in quam ascenditur, id est, pro loco sublimi, quem adire, nisi ascendendo, nõ possumus: sensus ergo est, Qui domum suam sublimem constituit in cœlo. Inde

enim

enim eius maiestas intelligitur, & diuinitas, quod in cœlo habitet, quam sedem omnes nationes quãuis barbaræ semper Deo tribuerunt. Inde frequens est apud Homer. de dijs.

Matth. 6.

——τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.

Hoc est, Qui cœlum latum tenent. Inde etiam iubemur dicere: Pater noster, qui es in cœlis. Quare recte vertit Chaldęus: Qui collocauit in præsidio excelso, siue in alta arce maiestatem gloriæ suæ. Verum quoniã in Hebræo est, Ascensiones suas, domum significat excelsissimam, solet enim pluralis numerus vim superlatiui (vt vocant) nominis habere, vt diximus Hos. 1. nu. 26.

Religio vnit de ecta. 8

Et fasciculum suum super terram fundauit. Lyranus, & Vatablus fasciculum interpretantur regionem elementarem, quæ est, vt fasciculus comparatione ambitus cœlestis. At Hiero. fasciculum vocat vniuersitatem electorum, de qua Luc. 12. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Iste, inquit, fasciculus vna domini religione constrictus est: vnde & ipsa religio à religando, & in fascem Domini vinciendo nomen accepit. * Huius fasciculi meminit scriptura 1. Regum. 25. Si surrexerit homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima Domini mei custodita, quasi in fasciculo viuentium, id est, seruabitur, vt Deus seruat animas amicorum & electorum suorum. Vnde præclare Chaldæus: Et Ecclesiam suam in terra decorauit. Sed fasciculum eleganter dixit, vt sciamus numeratos esse omnes electos, & nullum ex eis periturum, non enim eadũt quæ colligata sunt: præsertim si consideremus hunc fasciculum viuentium esse. Atq; hoc merito dixit, ne putaret quis deletis Iudæis periturum esse populum Dei. Fundauit autem ait pro eo, quod est, Firmissime collocauit. Ac si dicat: Etiam si excæcetur, & pereat populus Iudæorum, manebit hæreditas, & fasciculus, & peculium Dei in electis suis. Sed verba Ruffini subscribam optime hæc omnia explanantis. Est autem sensus, inquit, Qui cum cœli solio pro sui maiestate considat, tamen dignatus est in terra quasi proprium habere fasciculum, videlicet Abraham, Isaac, & Iacob posteros, quorum vocari specialiter Deus, cum sit dominus vniuersitatis, elegit. Fasciculum ergo quasi possessionem vocauit, secundum illud Deuteronomij: Cum diuideret excelsus gentes, statuit terminos earum secundum numerum angelorum Dei, & facta est pars eius Iacob, & hæreditas ipsius Israel.

Qui vocat aquas maris. Eadem verba sunt in capite quinto, à nobis iam Historice, & Allegorice exposita numer. 25. Sed addo nunc, satis probabiliter hæc de concionatoribus Ecclesiæ intelligi Historico sensu, quoniam iam relicta rerum naturalium consideratione ad Ecclesiam transierat, & ad mysteria gratiæ. Filios itaque Ecclesiæ, & præsertim prædicatores verbi Dominus vocat de amaritudine vitæ sæcularis, & in altum eleuat, adimitque quod terrenum habebant, vt irrigent arua sitientia, & ceteros conuertant mutati in nubes, de quibus Isaiæ quinto scriptum est: Mandabo nubibus meis, ne pluant super eos imbrem. Quod Chaldæus optime explanauit: Qui dixit se congregaturum exercitus quam plurimos, quasi aquas maris, atque dispersurum eos super faciem terræ.

Dominus nomen eius. Hebr. Iehoua nomen eius, qui ipse per se est, & omnibus, vt essent, dedit.

TROPOLOGIA.

9 Anima nostra creata est vt templum. 1. Cor. 3.

Omnino anima nostra talis ab omnipotente Deo creata est, vt templum quoddam sit: templa autem proprie Deo fiunt, & ipsa facta est, vt templum Dei esset, sicut Apostolus ait: Nescitis, quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Videas autem templa, etiam cum ab alienæ religionis hominibus capiuntur, non in hominum domicilia conuerti, sed alteri Deo consecrari, ita enim facta sunt, vt non hominibus, sed Deo apta videantur. Ita anima nostra, si templum Dei esse desinat, templum idolorum fit, id est, aut Deum adoret necesse est, aut libidines, aut honores, aut pecuniam. Supra altare templi horum idolorum videt Propheta stantem Dominum, multorum annorum idolatria grauiter offensum, ac dicentem: *Percute cardinem, & commoueantur superliminaria*. Hæc iuxta eorum interpretationem, qui de templo idolorum Prophetam loqui volunt. Sed nobis, qui de Ierosolymitano potius credimus: Dominus stat super altare, & iubet cardinem percuti ira-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus quòd in templo, quod sibi ipse condidit, non purè, neque rite colatur, sed auaritia omnia teneat. Cardo percutitur, cum corpus lethali morbo vulneratur; aut certe cum inferior animæ pars vehementi dolore concutitur corpore periculosè ægrotante. Superliminaria commouentur cum superior pars grauissimis tentationibus pulsata perturbatur, infidelitate, desperatione, & id genus alijs. Tunc venit auaritia in caput omnium, & scelerum suorum pœnas impij luunt.* Nec necesse fuit alia peccata commemorare, quæ satis in auaritia intelliguntur, quæ est idolorum seruitus, non vnius videlicet idoli, sed multorum. Vbi auaritia est, superbia abesse non potest, nũmi enim propriæ excellentiæ causa quæruntur. Quare eleganter sapiens cum dixisset: Auaro autem nihil est scelestius, continuo subiecit: Quid superbit terra, & cinis? Deinde: Nihil est, inquit, iniquius quam amare pecuniam, hic enim & animam suam venalem habet, & in vita sua proiecit intima sua, id est, viscera sua, per quæ misericordia intelligi solet: Ac si diceret: Auarus ita viuit, vt homo non esse videatur, vsque adeò omni sensu humanitatis, & misericordiæ caret. Recte autem auarus Iudas, & qui animam suam ita venalem habuit, vt dominum suum triginta argenteis venderet, omnemque humanitatis affectum exuit, suspensus crepuit medius, & effusa sunt omnia viscera eius. Ad hæc quam coniunctæ sint diuitijs gulæ, & libidinis voluptates, quis non videt? Et quoniam huiusmodi homines raro bene ad Deum reuertuntur, cor enim durum habebit male in nouissimo, ad extremum addidit: *Et nouissimum eorum in gladio interficiam*. Quis acutior, aut penetrabilior gladius verbo illo: Ite maledicti in ignem æternum? Tentabunt morte vicina fugere imminentem damnationem, sicut illi, quibus Ioannes asebat; Quis demonstrauit vobis fugere ab ira ventura? Sed non fugient, quia verum peccatorum dolorem non habebunt.* *Si descenderint vsque ad infernum*, inde manus Dei deducet eos. Non nunquam conscientia peccatorum conuicti miserrimos se esse sentiunt, & omnibus sceleribus contaminatos, luce indignos, æternisque tenebris dignissimos. Tunc vsque ad infernum descendunt, & hac simulatione pœnitentiæ Dei oculos irati fugere videntur. Sed quia mẽs tenebris illis obscurata torpet, & quasi desperatione contrahitur, nec surgit vt de se per dolorem, & opera pœnitentiæ pœnas sumat; & iniurias Deo illatas, vt potest, compenset: detrahit eos inde manus Domini, vt puniat. Vsque ad infernum ille descenderat, qui dixit: Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear. Et Antiochus, de quo ita legimus: Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus, & cum neque ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait: Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Quis non putaret hunc iram Dei effugisse? At quid sequitur? Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. Peccaui, inquit Iudas, tradens sanguinem iustum. Sed qualis illa pœnitentia fuerit, exitus declarauit, abiens enim laqueo se suspendit. * Ad cœlum vsque ascendunt, qui mira quadam, & valde noxia insensibilitate peccata, quæ faciunt, non sentiunt, & quasi ad internam animi reprehensionem obsurduerunt, atque ita delicta non agnoscentes, ad eleemosynasque, & ad bona, quæ faciunt, qualiacunque illa sunt, oculos conuertentes, innocentes se esse credunt, & æterna retributione dignos, atque elatione tumentes Dei per pœnitentiam placandi obliuiscuntur. Huiusmodi sunt illi, de quibus Dominus ait: Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt quasi gens, quę iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Nam vere iusti aliter sentiunt, ac loquuntur. Eorum vox est: si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Et iterum: Verebar omnia opera mea sciens quod non parceres delinquẽti. * In vertice Carmeli se abscondunt quando mortem iam appropinquare cernentes sanctorum virorum se precibus commendant, quasi possint aliorum precibus salui fieri dum male partanõ restituunt, neque se pœnitẽtia sua iuuant. Carmelus enim mons sacer, in quo Elias orauit, & occidit prophetas Bahal, & in quo erat Eliæus, sanctos viros designat, qui alijs sanctitate vitæ præeminent & affectus carnis in Dei gloriam mactarunt. Adiuuat & nominis interpretatio; sonat enim coccinum, & spicam plenam, &, vt ait Hieronymus scientiam circumcisionis, hoc est, viros caritate flagrantes, & fructum bonorum operum plenum ferentes, & scientes circumcidere cor suum. Nolunt igitur se per gemitus pœnitentiæ Deo immolare, neque pro salute sua laborare, nolunt restituere, atque animum à peccatis auellere, & putant aliorum labore saluos se fieri posse, sicut virgines fatuæ, quæ non sumpserunt oleum secum, & morte iam proximã paupertatem suam agnoscentes dicunt prudentibus: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Sed auferet hos Dominus de latibulis Carmeli, quia scriptum est: Et dixit Dominus ad me: Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eijce illos à facie mea, & egrediantur. Quod si dixerint à te, Quo egrediemur? Dices ad eos: Hæc dicit Dominus. Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et apud Ezec. Terra si peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam, &c. Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt, sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. * In profundo maris se celant ab oculis Domini, qui ad abyssum diuinæ misericordiæ confugiunt, vt ea contecta peccata non appareant. De hoc enim profundo, quod nullis peccatis nostris exhauriri potest, recte intelligimus illud Michææ: Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras, & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Sine dubio abscondetur ab ira Dei, qui in hoc profundum maris recte confugerit. Sed reprobi, etiamsi confugiant, non effugiunt, quia misericordia Dei abutuntur ad peccandum, ad differendum pœnitentiam, ad nunquam recte de peccatis dolendum. Quos sapienter admonet Ecclesiasticus: Et ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo cito proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Ibi Deus mandat serpenti, vt mordeat eos, id est, permittit vehementius à Diabolo lędi, & morderi, venenoque peccatorum impleri, vt tandem in peccato suo moriantur. Quamuis etiam mortem intelligere possumus, quæ est serpens magnus, & omnes pisces deuorat. Vt enim ait Beda in capit. quarto Exhodi; serpens mortem significat, quia per serpentem homini mors perlata est. Denique serpentem, id est, piscem magnum, qui deglutiuit Ionam, notum est mortem esse, quæ CHRISTVM deuorauit. Dum igitur illi nutabundi hærent, & confidentes diuinæ misericordiæ, ac nihil præterea facientes, conuersionem differunt, mandat Deus morti, & mordet eos, & sine pœnitentia rapiuntur. * Sed & gladio mãdat Dominus, cum in captiuitatem abeũt coram inimicis suis, quia sæpe à Deo traduntur inimicis suis, id est, dæmonibus, affligendi, & cruciandi, vt illi, quos Paulus tradidit Satanæ, vt discant non blasphemare. Verum reprobi ne tunc quidem resipiscunt, sed verberibus fiunt peiores, donec iratus Dominus mandat gladio iustitiæ suę & percutit eos morte, atque extremo supplicio afficit. Sæpe enim malos aduersa feriunt, vt hic eorum pœna incipiat, vt quandoque complenda eos ad vltima gehennæ tormenta perducat, vt est apud Gregor. 5. Moral. cap 1. sicut Antiocho contigisse videmus. 2. Macha. 9. & Herodi interfectori Innocentium apud Ioseph. 17. Antiqu. capit. 8. & libr. 1. de bello Iudaic. capit. vltimo. Hęc facit Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, id est, terrena corpora nostra, & omnia, quæ ad hominum vsus in terra sunt, & tabescit, id est, peribunt morte consumente. Omnis siquidem caro fenum, & gloria eius quasi flos agri. Exsiccatum est fenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Tunc lugebunt omnes habitantes in ea, qui putabant se habere hic ciuitatẽ permanẽtem, de quibus multa diximus initio Ioelis: cogentur enim bona illa deserere, in quibus amorem

Ecclí. 10.
Act. 1.
Eccli. 5.
Matth. 25.
Matth. 5.
11
10
3. Reg. 18.
4. Reg. 1.
Genes.
2. Mach. 9.
Ioan. 16.
Matth.
cap. 13.
14
Mich. 7.
Eccli. 5.
15
1. Tim. 1.
Ezec. 14.
Isa. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nduciam luam collocauerat.* Magnus erit habitatorum terræ numerus in die iudicij, quasi fluuius omnia inundans. Sed cito ab inferno absorbebuntur, sicut fluuius Egypti absorbetur à mari. Idem ædificat in cœlo ascensionem suam, quia in sanctis habitat, qui vt cœli stellis, ita virtutibus collucent, & à solo Deo mouentur, id est, soli Deo parent, & ijs, qui locum Dei habent per legitimam potestatem. Cœli enim nulla vi humana moueri vel minimum possunt, at ab angelis, quos Deus motores constituit, facillime mouentur: ita sancti nullis viribus humanis cedunt sciẽtes illud Apostoli: Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum; sed ab ijs nullo negotio agitantur in omnes partes, qui secundum Deum mouent. Et super terram fundauit fasciculum suũ, quoniam virtutes omnes, quæ caritate, quasi vinculo quodam perfectionis colligantur, & fasciculus fiunt, firmiter in hominibus terrenis collocat, eosque cœlestes efficit, adeò vt regnum cœlorum rapiant. Quod autem sequitur: Qui vocat aquas maris, exposuimus capite. 5. n. 26.

fusti meritò cœli dicuntur.

1. Cor. 7.

HISTORIA.

Num quid non vt filij AEthiopum. Hieron. & Rupert. ita exponunt: Omnium gentium creator, & Dominus sum, Æthiopes, & Palæstinos, & ceteras nationes æqualiter creaui, & pro arbitrio meo huc, & illuc transfero. Ne erigamini in superbiam, quod vos de AEgypto eduxerim, & quasi peculiarem populum meum seruire Pharaoni non fuerim passus: hoc idem feci Palæstinis, & Syris. Quare qui æquali conditione sunt à me creati, æquali iudicij mei sententia punientur, si peccauerint, & æqualiter omnia regna subuertam. Eadem est Procopij sententia in Isai. 22. Sed mihi videntur & hoc modo optime posse explicari. Dixerat eos nullo modo euasuros esse mortem, & captiuitatem, sed quoniam filij Israel in peccatis multum patrum suorum iustitiæ confidebant, & illorum meritis veniam sperabant, vt Exhod. 32. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorum, quibus iurasti per temet ipsum dicens: Multiplicabo semen vestrum, &c. quasi tacitæ obiectioni nunc occurrens Dominus ait: Numquid non vt filij AEthiopum, &c. quasi dicat: Non videmini mihi filij Abraham, & Isaac, & Iacob, sed filij Aethiopum, tantaque sunt peccata vestra, vt meritorum patriarcharum me obliuisci cogant, & vos eorum filios ita tractare, ac si filij essetis AEthiopum. Eodem omnino spectabant verba Iohannis Baptistę cum dicebat: Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & nolite dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. *Nobiscũ sentit Chrys. hom. 11. in Matt. vbi de eadem re ait: Quia ergo maiores suos iactabant, idque ad ipsorum perniciem pertinebat, eosque ignauos, & desides faciebat, radicem huiusce amentiæ rescindit. Propterea illos Esaias Sodomorum principes, & Gomorręorum plebem vocat. Et alter propheta dicit: An non sicut filij AEthiopum vos eritis? &c. AEthiopes in malã partem sumũtur in scriptura. Inde gentiles sordidati, & denigrati peccatis AEthiopes dicuntur, vt Psal. 71. Coram illo procident AEthiopes, & inimici eius terram lingent. Psal. 86. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus AEthiopum hi fuerunt illic. Immo & ad illos peccatores refertur hoc nomen, qui consuetudinem peccandi quodammodo vertisse videntur in naturã lere. 13. Si mutare potest AEthiops pellem suam, aut pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum.

Matth. 3. 18

Isaiæ. 1.

AEthiopes.

Numquid non Israel ascendere feci. Quod si forte hac spe nitimini, quod vos ex AEgypto eduxerim, atque ita non sim vos deleturus: etiam eduxi Syros, & Palæstinos, & tamen quia peccatis suis beneficia priora perdiderunt, & me prouocauerunt, percutiam eos iterum, ac si nunquam eos liberassem. Oculi mei eũ spectant omne regnũ peccans, vt pœnas de illo sumam, quodcunque illud sit. Quare idem vos timere debetis. Ita hunc locum videtur intellexisse Chrysost. hom. 8. in Matth.

Et Palæstinos de Cappadocia. Non est putandum Palæstinos in Cappadociam venisse captiuos, atque inde in patrias sedes reuersos esse, sed eos, qui tunc Palæstini vocabantur, olim ex Cappadocia profectos terram Palæstinorum occupasse, vt docet sacra historia his verbis: Heuęos quoque, qui habitabant in Haserim vsque ad Gazam, Cappadoces expulerunt, qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. Inde Palæstini reliquiæ Cappadociæ appellantur. Iere. 47. Depopulatus enim est Dñs Palæstinos reliquias

Cappa-

Cappadociæ. In hoc ergo est similitudo, quod sicut filij Israel ex Ægypto egressi expulerunt Chananæos, & eorum regionem inhabitarunt, ita & Cappadoces occupauerunt olim terram Palæstinorũ expulsis Heuæis primis habitatoribus.

Et Syros de Cyrene. Cap. 1. prædixit populum Damasci, siue Syros transferendos esse in Cyrenen, quod factum fuisse ostẽdimus regnante in Iudæa Achaz patre Ezeciæ ex 4. Regum. 16. Quare cum hæc Hamos loqueretur nondum decem tribubus captis, quarum captiuitas incidit in sextum annũ Ezeciæ, 4. Regum. 18. non est credendum reuersos fuisse iam Syros è captiuitate. Nec rursus videtur probabile prædici nunc eorum reuersionem, quoniam omnino non de re futura, sed iam facta loqui videtur Propheta, immo & de re veteri, quales sunt duæ priores Israelis, & Cappadocum, quibus hanc annumerat. Quare contextus ipse, & rerum inter se similitudo exigit, vt quãuis nihil certi ex scriptura habeamus, credamus Syros, qui tunc Syriam Damasci incolebant, ex Cyrene venisse, pulsisque veteribus habitatoribus eam regionem tenuisse. De qua autem Cyrene sermo sit, diximus cap. 1.

Conterens nõ conteram domum Iacob. Quãuis mali estis, non tamen vos omnino delebo, sicut ceteros, de quibus locutus sum; quod quomodo facturus sit verbis sequentibus ostendit.

Ecce enim mandabo ego, & concutiam. Non mediocris est in his verbis difficultas, nam cum dicit: *Concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro*; si metaphora à frumento sumatur, vt vult Hieronymus, & vt necessario dicendum videtur, cur ait: Et non cadet lapillus super terram? Lapilli enim frumento permisti, si exigui sint, per foramina cibri excidunt, si maiusculi, manu cribrantis proijciuntur. Si autem sumatur à muris, vt his verbis explicuit Rupertus: Quomodo si puluerulenta collapsi muri cribro congesta concutiantur, vt puluere in terram cadente soli remaneant lapilli in opus restaurationis conferendi, &c. recte cõueniet similitudo. Sed quis vnquam cribro concuti vidit lapides collapsi muri, vt lapilli à terra secernantur? Quantum, & quale hoc cribrum esset? Terram potius à lapillis repurgari videmus cancellis quibusdam ligneis, ac densis, sed vt reijciantur lapilli, & terra ædificio prosit.

* Quare vt hoc intelligamus, animaduertamus verba fieri de domo Israel, & familiam, siue genus aliquod, domum dici, quoniam sicut domus multis ex lapidibus constat, ita familia ex multis hominibus, qui huius ędificij quasi lapides quidam sunt primo lapidi, id est, principio ipsius familiæ, quasi fundamento, impositi, & super ædificati. Quare בָּנִים dicuntur filij à בָּנָה, quod est ædificauit, & lapides ipsi vna litera addita dicuntur אַבָּנִים. Inde ædificare alicui domum Hebræi dicunt pro eo, quod est filijs illum augere, vt Exhod. 1. Et quia timuerunt obstetrices Dominum, ædificauit eis domos. Et de illo, qui non vult suscitare semen fratri suo dicitur Deuteron. 25. Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Et Ruth. 4. Faciat Dominus hanc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel. Sed ad metaphoram lapidum reuertamur. Isai. 51. filijs Israel, quasi lapidibus huius domus, dicitur: Attendite ad petram, vnde excisi estis, & ad cauernam laci, de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos. Hic parentes tanquam petra intelliguntur, vnde minores lapides exciduntur domui exædificandæ. Idem tamen lapides dicuntur, quibus vt fundamento ceteri imponuntur. Inde CHRISTVS toties lapis dicitur. Zach. 3. Ecce lapis, quem dedi coram IESV, super lapidem vnum septem oculi sunt. Isai. 28. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatũ. Quod cur dicatur, Petrus exposuit: Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi tanquam lapides viui superædificamini domus spiritualis, &c. * His adnotatis facile locus explanabitur. Ecce ego mandabo, siue mando, vt est in Hebræo, & in Græco, & in Chaldæo ego constitui, vt ita fiat: domum Israel concutiam in omnibus gentibus, id est, quasi vtraque manu tenebo margines terræ (vt Hierony. ait) & in omnibus nationibus, & regnis concutiam domum Israel, id est, laboribus exercebo, & calamitatibus, ita vt nullo loco consistere, & requiescere videatur, sicut frumẽtum

21 Domus.

Ædificare domum alicui.

1. Pet. 2.

22

Universidad de Deusto
Biblioteca

concutitur in cribro: itaque tota terra erit cribrum, in quo concutietur Israel. Dicturus autem erat, si in metaphora tritici permanere voluisset; Et huius frumenti nullum granum cadet in terram, id est, proijcietur, aut peribit: sed transit ad metaphoram domus, quæ multis lapidibus cõstat: & non cadet lapillus super terram, non solum maiores lapides, & reædificandæ domui Iacob aptiores non proijcientur, aut peribunt hac concussione, verum ne minimus quidem lapillus ex ijs, quos ego ad hoc ædificium elegi, nam alij proijcientur, de quibus statim ait: In gladio morientur

Reg. omnes peccatores populi mei. Transit enim scriptura sæpe à metaphora ad rem significatam, vt in Zach. si Deus dederit,

23 ostendemus capit. 3. numer. 39. & 40.* Videtur autem mihi scriptura manifeste loqui de vltimo excidio Ierusalem, quod à Romanis passa est, atque his verbis, & continuo sequentibus cogi nos ita vt exponamus. Nam cum decem tribus captæ sunt, non est concussa domus Israel in omnibus gentibus, sed ad Assyrios, & Medos translata est: cum Ierusalem capta est à Chaldæis, in Babyloniam Iudæi ducti sunt, & post LXX annos soluta captiuitate redierunt. Cum autem à Romanis euersa est vrbs, per omnes nationes dispersi sunt, & venditi, ac dominatu omnium pressi, multisque calamitatibus concussi sunt, sicut triticum concutitur in cribro, & vsque in hodiernum diem concutiuntur. Et tamen non cadit lapillus super terram, quia tunc secundum electionem gratiæ reliquiæ factæ sunt, vt ait Apost. nec repulit Dominus

Rom. 11. plebem suam, quam præscijt, & semper ex Iudæis illi conuertuntur, quos Deus elegit vt lapides essent spiritualis domus Iacob. i. Ecclesiæ, quam Deus ædificauit ex Iudæis, & ex gentibus. Propterea dixit Paulo ante: Verum tamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus.

24 *In gladio morientur omnes peccatores populi mei.* Peccatores vocat eos, qui Christum recipere noluerunt, sed immaniter occiderunt, qui maximè à Romanis interfecti sunt; nec poterant in animum inducere cum vastabatur Galilæa, aut postea cum vrbs obsidebatur, eam esse capiendam, neque enim magnum in se scelus se admisisse credebant Seruatore in crucem sublato. Hoc quam verum sit, videmus apud Ioseph. libro. 7. de bello Iud. cap. 12. vbi prodigia magna narrat, quæ excidiũ Ierusalẽ portendebant, & ad extremum infert: At vero hi signorum quædam pro sua libidine interpretati sunt, alia contempsere, donec patriæ excidio, suaque pernicie eorum iniquitas confutata est. Idem in calce præcedentis capitis. His causa interitus quidam pseudopropheta fuerat, qui eo die prædicauerat in ciuitate, quod eos in templum Deus ascendere signa salutis accepturos iuberet. Multi enim à tyrannis tunc subornati prophetæ populo denuntiabant, vt expectarent Dei auxilium, quo propterea minus profugerent, & eos, qui supra timorem, & cultodiam fierent, spes retineret. Deinde ita exorditur capit. 12. Denique miserabilis populus illis quidem fallacibus, Deumque calumniantibus credulus erat. Certis vero prodigijs, & futurarum solitudinem prænuntiantibus neque attẽdebant animo, neque credebant, sed velut attoniti nec aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei dissimulauere.

TROPOLOGIA.

Videant, qui sæculi nobilitate superbiunt, suam, nescio insciticm ne dicam, an insaniam, vmbram enim nobilitatis sectantur, & amant, veram nobilitatem, id est, virtutem, contemnunt. Turpissimum est homines Christianos Euangelij luce illustratos in eo errore versari quem vel ethnici agnouerint. Quis illud ignorat.

Stemmata quid faciunt, &c.

Si coram Lepidis male viuitur? Effigies quo
Cor bellatorum, si luditur alea, pernox
Ante Numantinos, si dormire incipis ortu
Luciferi, quo signa duces, & castra mouebant?

Et mox.

Cora licet Vereres exornent vndique ceræ
Atria, nobilitas sola est, atque vnica virtus.
Paulus, vel Cossus, vel Drusus moribus esto.

Quis Abraham, Isaac, & Iacob gloriosior? Quod genus, cum hæc Propheta dicebat, illustrius? An sunt aliqua ratione cum his conferendi plurimi, qui tyrãnide, & rapinis, aut adulatione, aut turpissimis obsequijs principes demerentes, nobilitatem, & diuitias adepti sunt, & magnarum familiarum capita, atque initia censentur? At tantorum patriarcharum filios, quia maiorum dissimiles erant, Deus

pro

pro filijs Æthiopum se se habere cõfirmat. Et quidem merito, vt enim ait Ambrosius in libr. de Noe, & arca, capit. 4. probati viri genus virtutis prosapia est: quia sicut hominum genus homines, ita animatum genus virtutes sunt. * Nos quoque videamus, qui ad religionem Dei gratia vocati sumus, nihil nobis profuturum patrum nostrorum splendorem, si corde reuertamur ad sæculum, & non virtutum, sed vestium, & nominis appareamus hæredes. Soleo mecum repetere, & timere præclarum beatissimi Francisci apophthegma, quosdam suis virtutibus magnos, & nobiles extitisse, alios autem nihil faciendo, sed horum res gestas narrando claros fieri vel-

16 Religiosi hæredes esse debẽt virtutis patrum suorum. le, Celebremus parentum nostrorum laudes, sed vt ad imitandum prouocemur, ne sanctorum filij supremo iudici filij Æthiopum simus, ne illos quos laudamus, nostri pudeat, ne illud deniq; experiamur, quod

Mat. 3. est apud Isaiam: Abraham nescit nos, & Israel ignorauit nos. Omnes quoque Christiani, qui apostolorum filij sumus, sciamus opus etiam Dei esse ceteras nationes, sicut & nos; & sicut illas dispersidit Deus, fieri posse, vt nos quoque perdat, quia oculi Domini sunt super omne regnum peccans. Non quod omnino cõtriturus sit domum Iacob, id est, Ecclesiam, manebit enim vsque ad finem sæculi, sed principes, & populos perdere potest Ecclesia manente; ac

27 multo magis singulos nostrum, ne vllius numeri, aut nominis simus apud se.* Sciamus etiam quotidie in singulis electorum Deum facere, quod nunc de omnibus ait: Ecce ego mandabo, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, frumentum enim Dei sunt, quod purum esse oportet absque paleis, & puluere, vt in horrea cœlestia recondatur. Hoc autem vt fiat, concutit eos afflictionibus, & molestijs in adolescentia, in virili ætate, in senectute, quocunque in loco sint, quacunque versentur in re, & iterum, atque iterum eos probat. Nunc electus tranquillitate animi fruitur, cœlesti imbre irrigatur, orat vt vult, amat, feruet, nihil illi sapit, nisi Deus. Probat eum Deus, vt videat an alienis donis efferatur vt suis, an autorem agnoscat, an suæ paruitatis obliuiscatur. Nunc rursus aret, & cœlum æneum experitur, impeditur crebris cogitationibus oratio, pedes ad virtutum opera plumbei sunt, manus remissæ, genua soluta, mortem perhorrescit, hæret, & languet. Concutitur in cribro, vt sibi diffidat, vt spem in Deo reponat, vt puluis inanis gloriæ decidat. Probatur, vt appareat, qui vir sit, vtrum mercede præsentis voluptatis Deo adhæreat, an spe futuræ, & gloriæ Dei cupiditate, atque ipsius amore excitetur. * Sinit & à Diabolo eum 28
concuti varijs tentationibus peccatorum, sicut apostolis ait: Simon, ecce Satanas ex- Luc. 22.
petiuit vos, vt cribraret, sicut triticum. Sed hæc est virtus Dei, hic amor erga electos, hoc Diabolus cribratione sua perficit, vt puluis decidat immodici amoris sui, vanæ fiduciæ, cupiditatis sæculi; vt cadat lapillus super terram, non perficiet, id est, ne minimæ quidem illorum virtutes, ne minima quidem opera, quæ pertinent ad ædificium domus interioris, & habitaculi, quod in anima sua Deo parant, peribit. Crescent potius virtutes, sicut videmus in sancto Iob, augebuntur, confirmabuntur. Tantummodo gladio cadent peccatores populi, id est, cogitationes illæ è peccatis ortæ, & ad peccatũ allicientes gladio spiritus, quod est verbum Dei, trucidabuntur, quæ animam seducunt dicentes: Non appropinquabit, & non veniet super nos malum, id est, vrendum est ætate, lætare iuuenis in adolescentia tua, & in bonis sit cor tuum, ignoscet Deus erroribus iuuentutis, & ardori ętatis. Omne tempus aptum pœnitentiæ est, longam vitam valetudo, & vires pollicentur, postea peccata deflebis, ne timeas Dei minas, misericors est, & miserator, & multa huiusmodi. Cum primum enim à Deo edocti discimus eius iustitiæ seueritatem, gladio pereunt, atque pelluntur fallaces istæ cogitationes. Ita Iob multis calamitatibus probatus, & cribratus aiebat: Vere- Iob. 9.
bar omnia opera mea sciens, quod non parceres delinquenti.* Et Paulus passus plurima, & quasi per totum orbem cribratus nõ 29
rollitur inani fiducia, sed salubri timore tactus ait: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. 1. Cor. 9.

In die illa suscitabo tabernaculum Dauid. Locus celebris est, sed varietate expositionum difficilior. Ruffinus: Historicum sensum esse affirmat de duabus tribubus post solutionem Babylonicæ captiuitatis in regnum restitutis, & reparatis. Eadem est sententia Chrysost. homil. 33. in Act. Apostol.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem Chrys.hom.10.in Ioh. tabernaculũ Dauid esse vult naturam nostram, quæ peccato primi parentis ceciderat, & à filio Dei assumpta, atque restituta est. Nec defuere ex veteribus Hebræis, qui dicerent tabernaculum Dauid corpus esse CHRISTI, quod per mortem cecidit, & per resurrectionẽ suscitatum est, vt refert Galatinus lib.8. contra Iudæos, siue de arcanis catholicæ veritatis, cap.22. Quod non Galatino solum, sed etiam Theodoreto, & Ruffino, & Cyrillo lib.4. in Ioh. ca.35. video probari. Mihi videtur verissimus Spiritus sancti sensus non aliunde melius quam ex ipsius Spiritus verbis cognosci posse. Iacobus enim apostolus apud Luc. Act.15. ita inquit: Viri fratres, audite me: * Simon narrauit quemadmodum primum Deus visitauit sumere ex gentibus populum nomini suo, & huic concordant verba prophetarum, sicut scriptum est: Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud vt requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes, super quos inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hęc. Notissimum est Iacobum his verbis Petri sententiam confirmare voluisse, nempe gentiles ad Euangelium fuisse vocandos, vt in vnum Ecclesiæ corpus cum electis Iudæis coalescerent. Sententia Petri hæc fuit: Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Rectissime ergo hic scripsit Hieronymus: Vbi apostolorum præcedit autoritas, maxime Petri, & Iacobi, quos columnas Ecclesiæ vas electionis vocat; ibi omnis variæ explanationis tollenda suspicio est, & quod à tantis viris exponitur, hoc sequendum, &c. * Primum itaq; verba explanemus, vt sunt in prophetia iuxta Heb. & translationẽ nostrã, deinde videbimꝰ, an quid ab Hebræo differat S. Luc. Docet eo ipso tẽpore quo Iudęi indurati ceciderãt, & à Romanis captiui, atque venditi cribrabantur in omnibus gentibus, magnam gentium multitudinem ad Ecclesiam fuisse venturam prædicantibus vbique per orbem apostolis, quarum ingressu ruina Iudæorum repararetur. Idcirco dixit, In die illa, scilicet, qua hæc, quæ dixi, fient, Dum enim Galilæa, & Iudæa vastabantur à Romanis, & exacerbati Iudæi per omnes gentes dispergebantur, apostoli prouincias fortiti lumẽ Euãgelij omnibus nationibus inferebant. Quare recte omnia connectuntur, & cernimus huius capitis prophetiam esse de postrema Iudæorum vastitate. * Atque hoc idem quod vaticinatur sanctus Hamos similitudine vtens tabernaculi, Paulus elegantissime explicauit Romano. vndecimo. alia cum primis apta similitudine ramorum ex oliua fractorum, qui Iudæi sunt, in quorum locum rami oleastri inserti sunt, id est, gentiles. Quod si delibatio, inquit, sancta est, & massa; & si radix sancta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autẽ cũ oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo: Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt, tu autẽ fide stas. Noli altũ sapere, sed time si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. * Iã ex his verbis intelligimus tabernaculum Dauid apud Hamos vocari, quam oliuam Paulus vocat, id est, populum Iudæorum: aperturæ vero murorum, & ea, quæ corruerant, sunt rami fracti ex oliua, instauratio, & reædificatio est ramorũ oleastri insitio in bonam oliuam, vt ita sit illa integra: cum rami alij pro fractis inseruntur. Quemadmodum autem, nisi Iudæi per incredulitatem cecidissent, non essent in eorum locum vocatæ gentes, sicut docet Paulus: Dicis ergo: Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene, propter incredulitatem fracti sunt. Et paulo ante: Numquid sic offenderunt, vt caderent? Absit. Sed illorum delicto salus est gentibus, vt illos æmulentur. Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorum? Et posteà sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum, &c. ita, nisi fracti essent rami oliuæ, non insererentur rami oleastri, & si non essent ruptæ muri tabernaculi, nullæ essent aperturæ, quæ reædificarentur. Planũ ergo est eumdem prorsus esse sensum Prophetę, &

Gala.2.

31

30

31

Apo-

14 Apostoli. * Sed cur populus Iudæorum dictus est tabernaculum Dauid? Tabernaculum quidem seu domus dicitur, quia vt tabernaculum ex multis lapidibus, ita populus ex multis hominibus cõstat. Intellexisse autem nostrum interpretem de tabernaculo, quod parietibus, & lapidibus continetur, nemo dubitare potest, cum dicat statim: Et reædificabo aperturas murorum eius. Nam Hebræi, סכה, id est, tabernacula vocant non solum tentoria, & temporaria domicilia, sed etiam magnificas, & amplas domos, vt Psalm.30. Proteges eos in tabernaculo tuo à cõtradictione linguarum. Eodem modo vtũtur Lxx nomine σκηνὴς, quod tabernaculũ significat, vt Psal.14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Et Psal.131. Si introiero in tabernaculum domus meæ. Et posteà: Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Tabernaculum vocat regiam suam cedetinam, & magnificentissimum templũ, quod Deo ædificare cogitabat. Video etiam satis apte tabernaculum pro tentorio accipi, vt nu.37. dicam. Potest autem populus Israel vocari tabernaculum, siue domus Dauid, quoniam ceteris ad Ieroboham deficientibus posteritatem Dauid secutus est. Sed mihi potius videtur, vt Lyrano, & Vatablo visum est, Dauidis nomine CHRISTVM significari, vt Hos.3. Et quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum, quod ibidem comprobauimus. * Itaque Iudæorum gens domus Dei, & CHRISTI dicitur, vt in scripturis solet. Ierem.12. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Isai.56. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum. Domus enim alicuius dicitur quod ab eo possidetur, & in quo inhabitat, vt Baruch.3. ô Israel, quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Et CHRISTVS venit in populum Iudæorum, quasi in domum, & hæreditatem suã, sicut ait Iohan. In propria venit, & sui eum non receperũt. Hoc tabernaculum Dauid cecidit in ijs, qui CHRISTVM recipere noluerunt, & malitia sua excæcati sunt. Suscitatum est apostolis, & alijs ex illo populo credentibus. At quamuis erectum esset ex parte, restabant tamẽ aperturæ murorum, quæ supplerę sunt gentilibus, quasi viuis lapidibus, in eorum loco positis, & ita instaurata sunt, quę corruerant, & integrum ma-

Tabernaculum.

35

Iohan.1.

sis, sicut in diebus antiquis, id est, sicut olim fuerat tempore patriarcharum, cum idola nulla habebat, aut certe tempore Mosis, & Iosue, priorumque iudicum, cum populus iustitiam colebat, & idola non erant, vt legimus Iosue vltimo. Et de his ait Isai.cap.1. Et restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos, sicut antiquitus, vt exponit ibi Hieron. Quo etiam pertinet illud Hos.2. Et canet ibi iuxta dies iuuẽtutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de terra Ægypti. * Dies antiqui, siue dies sæculi, ita enim est in Hebr. & apud Lxx dicuntur (vt in ca.5. Michææ dicemus) qui multo ante præcesserunt. Sæculum enim vocatur longissimum tẽpus, siue quod præcesserit, siue quod futurum est. Inde toties in scripturis, A sæculo vsque in sæculum, id est, per tempus longissimum. Ierem.7. In terra, quam dedi patribus vestris à sæculo vsque in sæculum. In his, quę hactenus exposuimus, Lxx. nihil fere differunt ab Hebræo, sensu certe nihil, ita enim habent: In die illa resuscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & resuscitabo, quæ corruerant ipsorum, & cuersa eorum resuscitabo, & reædificabo ipsum sicut dies sæculi, id est, sicut erat in diebus sæculi, vel antiquis, aut prioribus. Hebræũ autem ita habet ad verbum. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & sepiam aperturas eorum, & contritiones eorum suscitabo, & ædificabo ipsum, sicut dies sæculi, aut sicut diebus sæculi. Quod ait, Aperturas eorum, ita dictum est, ac si diceretur: Aperturas murorum eius, vt interpretatus est Hieronymus: vel aperturas eorum, scilicet, tabernaculorum, id est, multarum familiarum eius populi. Sed quoniã סכה, id est, tabernaculum feminei generis est, ideo dicit femineo genere aperturas earum. Eodẽ modo intelligitur apud Lxx αὐτῶν, quod ad muros referri potest, & ad tabernacula. * Sanctus autem Euangelista verbis neque omnino congruit cum Hebræo, neque cum Lxx, sensu nihil prorsus ab vtrisque discrepat. Quod illi dixerunt, In die illa, ipse dixit, Post hæc, quia paulo post excidium Ierusalem hoc tabernaculũ plene instauratum est intrante plenitudine gentium: & tamen per idem tempus fieri dicuntur, quæ simul, vel prope simul fiũt. Verbum Reuertar, sententiam magis explicat, significat enim Deum, qui prius iratus à populo illo recesserat, placatum reuersu-

36

Sæculum.

37

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum,vt eum reædificet. Ex his videmus,tabernaculum etiam accipi posse pro tentorio, nihil enim in Hebraicis verbis obstat, & in nostra translatione muros vocari dicemus latera tabernaculi. Dicemus etiam tabernaculum appellari propter paruitatẽ, exiguus enim erat numerus hominũ illius populi cum infidelium multitudine collatus. Deinde quia fideles nõ habent hic manentem ciuitatem,sed futuram inquirunt, ideoque non tam in domibus, quam in tabernaculo habitant. Et Ecclesia potius tabernaculi,quam domus similitudinem habet, quam significabat vetus tabernaculũ, quod cum per desertum portabatur,figura erat Ecclesiæ per desertum huius sæculi peregrinantis in cœlum.

38 *V. possideant reliquias Idumææ.* Relinquit metaphoram tabernaculi, & planius iam de re in tabernaculo significata loquitur, id est,de apostolis,& eorum discipulis ex Iudæis,& gentibus. Erigam, & suscitabo hoc tabernaculum,vt primi credentes Euangelium per orbem deferant,eique omnes nationes subijciant. Per reliquias Idumææ, omnes gentium populos designari plerique credunt, aut certe quoniam addidit: Et omnes nationes: proprie Idumæi accipi videntur, qui sunt ex genere Esau infestissimi Iudæis,vt cap.1. diximus, vbi ait: Super tribus sceleribus Edom: vt hæc sit magnalaus, & felicitas huius populi, quod etiam inimicissimas nationes sibi per Euãgelium subiecturus sit,vt in Habdia, & Michæa latius videbimus. At longe aliam fuisse mentem Prophetæ, mox nu.41. demonstrabimus. Verum cur non Idumæos dicit, sed,
Reliquiæ. Reliquias Idumææ? Quoniam non omnes credituri erant Euangelio. Reliquias ergo vocat more scripturæ eos, qui electi erant vt salui fierẽt ceteris per infidelitatem pereuntibus. Vt Isa.10. Reliquiæ cõuertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Deum fortem. Si enim fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo. Et cap.1. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus. Semen hoc relictum dicitur reliquiæ. Et Mich.2.In vnum cõducam reliquias Israel. Desumptum nomen est ex verbis Domini 3.Reg.19.Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Bahal. Nam cum ea retulisset Paulus Rom 11.continuo addit: Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ secũdum electionem gratiæ factæ sunt. Reliquias ergo Idumææ vocat, quos Deus ex illo populo sibi reliquit, & ex ceterorum numero elegit, vt crederent Euangelio. * Sed oritur hinc perdifficilis quæstio, quam prætererunt expositores, nec erat profecto prætereunda: quomodo pro his Lxx dixerint: Vt requirant me ceteri hominum,ita enim habent veriora exemplaria, & Hierony. & Theodor.non vt quædam,Vt requirant ceteri hominum. Et Iacobus dixit: vt requirant ceteri hominum Dominum. Etenim aliud est requirere, aliud possidere, quæ enim possides habes,quæ requiris, non habes. Deinde quid cõmune habent reliquiæ Idumææ cum, Ceteri hominum? Possent qui parum Lxx interpretibus fauent dicere ipsos ambiguitate nominum deceptos legisse אָדָם Adam,id est,hominis,aut hominum,pro אֱדוֹם Edõ, vnde Idumæa dicitur, demptis enim punctis recentiorum literæ manent fere eædẽ. Nihil videtur dici posse probabilius. At magnum patronum habẽt Lxx interpretes Iacobum Apostolum,siue Lucam Euãgelistam, qui ita locum citauit, vt ipsi verterunt. Ergo Propheta non scripsit אָדָם, vt putauit Hieron. sed אָדָם vt interpretatus est Lucas. Quomodo ergo tuebimur nostram vulgatam translationẽ, cui Lucæ autoritas repugnat? Immo & ipsa secum pugnat, nã verba Prophetę interpretans hic dixit, Reliquias Idumææ, in Actibus vero,Ceteri hominum. Dices vtrumq; Prophetam significasse. At hoc dici nõ potest,nam si Edom significet, habet literam ה,quæ non est in Adã.* Respondeti posset, Prophetam scripsisse אדם, quod pro punctorum varietate legi potest Adom, & Adã, אָדֹם adom significare rubicundũ, vt Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus; quare recte poni pro אֱדוֹם Edõ, quod itẽ significat rubicũdum, siue rufum, nam propter אָדֹם adom. i. rufum, hoc est, coctionẽ rufam,dictus est Edom.Cum ergo nomen illud ita vt à Propheta scriptum est,duas habere posset interpretationes, alteram Lxx acceperũt, quos Lucas secutus est, alteram Hieronymus,& Hebręi. Deinde forte Hebræi, vt ambiguitatem tollerent, scripserũt אדום, quod non poterat aliud significare quam Edom patrem Idumæorum,quomodo etiam Chaldæum legisse constat. Non deerunt quibus hæc responsio satis apta.

& acuta videatur, sed mihi non satisfacit. Primum,quoniam nihil causę erat cur Hebræi literam nomini adderent, quam Propheta non posuerat. Deinde,quoniam,& si scriptura esset ambigua; vox Prophetæ cũ hæc populo enuntiauit, ambigua non fuit, neque enim vtrumque sonuit, Adam, & Adom, sed alterum. Quod autem sonuit, idem & scripsit,constitit enim sibi Spiritus sanctus,& idem semper dici,atque intelligi voluit. * Dico ergo Prophetam scripsisse אדום Edom, quemadmodum & Hierony. & Chaldæus legerunt, & Hebræi codices habent. Lxx autem non sunt ambiguitatę nominis decepti. viderunt enim Edom, id est, Idumæam significari: sed, vt sæpissime faciunt,paraphrasi quadam non verba reddunt, sed sensum, idque apertius; sensum, inquam, quem nemo fortasse intelligeret, nisi ipsi explicassent: nempe per Idumæam Iudæam significari,quę,postquam terrenorum bonorum causa CHRISTI se cæde cruentauit, & à fide maiorum suorum recessit, recte Edom dicta est, id est, terrena, & sanguinaria, & Domino abnegato indignam se reddidit nomine Iudææ,id est, cõfitentis. Quod minus mirum videbitur, si animaduerterimus id quoq; Isaiam fecisse cap.63.Cum enim ait: Quis est iste,qui venit de Edom? tinctis vestibus de Bosra? Edõ Iudæam, Bosram Ierusalem vocat. Simile est illud,quod Iudæis dicitur Isai. 1. Audite verbum Domini principes Sodomorũ, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorræ. Et Ezec.16.Hęc dicit Dominus Deus Ierusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaã: pater tuus Amorręus, & mater tua Chethæa. Sensus itaque est: vt ij,qui conuersi sunt,vt apostoli,& eius discipuli ex vtroq; populo,cõuertant ad CHRISTVM ceteros omnes, quos ex populo Iudæorum Deus elegit. Quod Lxx, & Iacobus sine vlla figura dixerunt, vt quærãt me reliqui hominum: tunc enim prædicatores Euangelij possident reliquias Iudææ, cum reliqui Iudæi requirunt Dominum. Nam ceteros hominum, vt recte ait Hieron. eos debemus accipere, qui de Iudaico populo crediderunt. Etenim vt intelligeremus reliquias Idumææ, siue reliquos hominũ esse Iudæos credituros, additum est: Et omnes nationes, haud dubie quin gentiles, sicut enim nunc aiunt *οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων*. id est,reliqui hominum, ita initio huius capitis dixerũt, *καὶ τοὺς καταλοίπους αὐτῶν ἐν ῥομφαίᾳ ἀποκτενῶ*, id est, & reliquos eorum in gladio interficiam,id est, eos qui relicti fuerunt ex ipsis, vt ibi interpretati sumus.

Eo quod inuocatum sit nomen meum super eos. 42
Vatablus putauit hæc verba ad prædicatores Euangelij referri, ac si diceret Propheta: Ideo possidebunt nationes, quia nomẽ meum inuocatum est super eos, id est, populus meus sunt. Sed non posset ita interpretari,si meminisset Iacobum non ad prædicatores referre, sed ad populos eorũ prædicatione conuersos,ita enim ait: Vt requirant ceteri hominum Dominum,& omnes gentes, super quos inuocatum est nomen meum. Melius Hiero. Nomen,inquit,Domini, quod inuocatur super reliquos, & super omnes gentes,illud est,de quo Saluator dicit: Pater,reuelaui nomen tuum hominibus. Docet igitur Propheta Iudæos, & ethnicos ad Euangelium esse vẽturos,eo quod Deus eos elegit,vt sui essent, & dicerentur. Nomen Dei inuocatur super aliquem populum,cum ille nomẽ Dei habet,id est, populus,& peculium Dei appellatur. vt Isa.4. Et apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes: Panem nostrum comedemus,& vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuũ super nos, aufer opprobrium nostrum, id est, Nihil à rę nobis dari volumus, sed tantum vxores tuæ esse, & vocari, ne sine viro esse videamur Et c.63. Facti sumus sicut in principio, cũ non dominareris nostri, neq; inuocatum esset nomen tuum super nos. Genes.48. Et inuocetur super eos nomen meum,nomina quoque patrum męorum.
Iohan.17.
Inuocari nomen alicuius super alium.
* Ponitur autem præteritum pro futuro propter summam rei certitudinem, ac si diceret:Eo quod inuocabitur nomen meum super eos,id est,mei erunt,quia ego eos elegi. Quod autem est apud Lxx, & apud Lucam; Et omnes gentes, super quos inuocatum est nomen meum super ipsos, eũdem sensum habet, & Hebræa bene vtroq; modo redduntur. Denique in Luca legẽdum est, Super quos,& super ipsos, vt ex Lxx interpretatione,& ex Græco constat, vt non solum ad gentes referatur, sed etiam ad reliquos hominum. 43

Dicit Dominus faciens hæc. id est,Si cui hęc mira videntur,sciat non mea esse verba,sed eum ipsum dicere, qui facit, id est, qui cito facturus est. In nonnullis codicibus Lxx

Universidad de Deusto
Biblioteca

legitur: Faciens hæc omnia, quomodo legunt Hieron. & Theodor. atque hanc esse veram lectionem Lxx confirmat Iacobus, qui etiam dixit: Faciens hæc omnia, licet in Hebræo sit. Faciēs hoc, sed sensus idem est.

44 Regula sponsionū.

Ecce dies venient dicit Dominus, & comprehendet arator messorem. Ad huius loci, & multorum similium in prophetis intelligētiam summe adnotanda est regula sponsionum, ita enim Hiero. vocat, id est, regula promissionum scripturæ, quam his verbis tradit. Et in hoc propheta, & in ceteris quæcunq; de ædificatione Ierusalem, & templi, & rerum omnium beatitudine prædicantur, Iudæi in vltimo tempore, (id est, in aduentu Messiæ sui) vana sibi expectatione promittunt, & carnaliter implenda cōmemorant. Nos autem qui non occidentem literam, sed spiritum sequimur viuificantem, iam in Ecclesia conuincimus expleta, & quotidie impleri, &c. Hac regula sæpe vtitur Hiero. in expositione propherarum, & omnes patres; nam huiusmodi promissiones carnaliter interpretari, id est, de futura in terris Ierusalem, & regno CHRISTI terreno, Iudæorum est, & quorūdam Christianorum Iudaizantium, quorum meminimus Ioe. 3. nu. 24. Addendum est tamen hoc regulæ: Donec plene, & perfecte in beatitudine cœlesti impleantur: sunt enim quædam, quæ prorsus de illa beatitudine intelligūtur. Exempla habemus multa Isai. 60. & sequentibus, & Ioe. 3. Et erit Ierusalē sancta, & alieni non transibunt per eam amplius, & plura in propheris omnibus occurrent. Ad hunc canonem interpretati sumus quod de suscitatione tabernaculi promissum est; & ita erunt interpretanda, quæ in hoc propheta restant explicanda. * Describit ergo sub Allegoria temporalis fertilitatis maximam spiritualium bonorum vbertatem tempore legis gratiæ in Ecclesia futuram. Tanta, inquit, erit fertilitas, & tantus segetum prouentus, vt prius arandi tempus veniat, quā segetes omnes messuerint. Et postquam triticum in horrea condiderint, & seminare cœperint, priusquam sementem integram fecerint, erit iam tempus calcandi vuas, & sic sibi inuicem cuncta succedent, vt nulla dies sit absque frumento, vino, & gaudio. Hoc est: Tanta erit spiritualium bonorum copia in Ecclesia, vt vix illis numerandis, atque capiendis pares esse posimus.

Et stillabunt montes dulcedinem, id est, Riui lactis, & mellis per eos fluent, quod de terra promissionis dici solet in lege ad summam eius fecunditatem indicandam. Nullus locus erit desertus, ipsi etiam colles erunt frugiferi. His verbis significat copiam Euangelicæ doctrinę vbique futuram, gentes asperas, atque incultas esse conuertendas, & feruorem, deuotionē, ac lætitiam spiritualē fidelium, & abundantiam donorum Spiritus sancti indicat.

Et conuertam captiuitatem populi mei. Populum suum Israel iuxta cœptam prophetiam vocat Israel non secundum carnem, sed secundum spiritum, id est, eos, qui crediturierant tam ex Iudæis, quam ex gentibus, vt in fine primi ca. Hos. diximus. Exibit hic populus de captiuitate Diaboli cum ad Euangelium veniet, & ædificabunt per orbem Ecclesias, in tranquillissima pace degent, & in omnium bonorum abundantia, nec erit qui eis adimere possit hanc libertatem, & hanc spiritualium bonorum abūdantiam, & lætitiam. Hæc figurate significat, cum ait: *Ædificabunt ciuitates, plantabūt vineas, &c.* Nam qui sunt de captiuitate liberati, nec iam hostes timent, ædificant vrbes, & plantant vineas, & hortos, vt 4. Reg. 19. Porro in tertio anno seminate, & metite, plantate vineas, & comedite fructum earum. Hoc (ait Rupertus) expositione iam non indiget, cum videamus vbique terrarum per desertum gentilitatis, quæ prius à Deo deserta fuerat, surrexisse CHRISTI Ecclesias, quæ & ciuitates propter fidei firmitatem, & vineæ, propter spei, quæ non confundit, hilaritatem, & horti, propter caritatis delicias, recte dicuntur. In quibus habitant, qui verbo illas ædificauerunt, vnde bibunt vinum lætitiæ, qui præceptis illas informauerunt, vnde comedunt fructus, qui cōsilijs prouexerunt, &c. Sed quæritur cur ciuitates desertas dicat? Sane quoniam tam in Iudæis, quam in gentilibus ea loca fidelibus hominibus compleuerunt, in quibus olim Deus colebatur, antequam Iudęos incredulitas, & reliquas nationes idololatria inuasisset. Perpetuitatem libertatis indicat dicens: *Plantabo eos super humum suam,* id est, ponam eos in Ecclesia, quæ est terra, quam dedi eis, vt in ea germinent, & crescāt. * Et quoniam Ecclesia vsq; ad finem sęculi semper stabit, etiam si tyranni sæuiant, & impugnent, quia porta inferi non pręualebit aduersus eam, recte ait: *Et non euellam eos* [illegible] *de terra*

de terra sua, quam dedi eis, id est, nunquam deerit populus fidelium. Hæc omnia constat non posse Historice intelligi de temporali Iudæorum felicitate, nunquam enim hanc felicitatem nacti sunt postquam Babylone redierunt, quo tempore etiam tenuiores, quā ante, res habuere. Deinde postea euulsi sunt de terra sua, & per totum orbem dispersi capti à Romanis. Quare necessario de præsentis Ecclesiæ statu, & felicitate intelligenda sunt.

Dicit Dominus Deus tuus. Ita legēdum est, & ita est apud Hier. & in Heb. & in Chald. quare deest in quibusdam codicibus, Tuus, & est sensus, ô Israel Dei, ô Ecclesia catholica ex Iudæis, & gentibus colligenda, ne dubites de promissa felicitate, Deus enim tuus, qui te amat, & ab æterno elegit, iussit me hæc dicere tibi nomine suo.

48

TROPOLOGIA.

Ex his promissionibus quædam possent secundum anagogen de beatitudine cœlesti explanari, sed omnia nō possunt, neque id cōtextus patitur. Qui autem solet in alijs esse Allegoricus sensus, in his Historicus est; Moralem ergo attingamus. Tabernaculum Dauid anima est hominis Christiani, quam CHRISTVS suo sibi sanguine cōfecerauit. Hoc cecidit per peccatum mortale, cum de eo dicit CHRISTVS: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta; nulla enim maior pestis, nulla periculosior ruina, quam cum tabernaculum CHRISTI esse desinit, & fit habitaculum dæmoniorum. Et quoniam CHRISTVS per fidem, & caritatem, & ceteras virtutes, atque dona habitat in nobis, ipso exeunte aperturę in muris fiunt, nō enim funditus virtutes omnes pereunt, sed manent quędam, vt fides, spes, & virtutes morales, quāuis informes, quædam autem pereunt, vt caritas, & dona Spiritus sancti. At per pœnitentiam reædificatur, & suscitatur hoc tabernaculum, & instaurantur aperturæ murorum, & redeunt virtutes, & dona, quæ exciderant, sicut in diebus antiquis, cum in eo CHRISTVS habitabat. Immo vero tanta potest esse pœnitentiæ vis, tantus dolor, & luctus, vt omnino instauretur tabernaculum, taleque reddatur, quale fuit in diebus antiquis, cū per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti ædificatū est: recte enim dictum est à patribus, sacramentum pœnitētię esse laboriosum, quemdam baptismum.

Tunc virtutes, quas diximus, possident reliquias Idumææ, id est, sanguineæ, atque terrenæ, quia carnem cogunt seruire spiritui, quātum in hac mortalitate datur, eo quod Deus vult his quoque viribus vti, & eas timore suo frenari, ac suas dici. * Eos autem, qui ad Deum cōuersi voluptates sæculi reliquerunt, vehementer solet cruciare illarū ipsarum voluptatum desiderium, & angūtur maxime, cū vident se illas abiecisse, Dei autem voluptates non habere. Vrget eo tē pore tentator, & persuadere eis nititur semper se in hoc angore animi futuros, neque vnquam eo peruenturos, vt gaudia illa percipiant, quibus Dei cultores abūdare olim audiebant: & præsenti voluptatum fructui assueti non possunt sustinere differri, quod optant. Sed errant si simulatque è carceribus egrediuntur, metā se contingere posse putant, currendum prius, & multum puluerис colligendum est. Non simul Israel Ægyptum reliquit, & panem cœli accepit, laborauit prius in deserto, & accepit. Quod de voluptatibus viæ Dei audierunt, ita est vt audierunt, minor etiam vero fama est, sed latet hæc dulcedo, pergendum est, sperandum est, obdurandum aliquantulum est, non diu differetur, non est mēdax, qui promisit. Quam magna, inquit Dauid, multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te? Ideo non statim videtur, quia abscōdita est: sed time Dominum timore sancto, qui permanet in sæculum sæculi, abscondita enim est timentibus. Spera in eo, & ipse faciet. Sequitur enim: Perfecisti eis, qui sperant in te, in cōspectu filiorum hominum. Et: Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor, & protector noster est. Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius speraui mus. Idem elegāter: Expecta Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Et ibi Augustinus: Non sustinebis mēdacem, non eum, qui poterit falli, non eum, qui non est inuenturus, quod det. Omnipotens promisit, certus promisit, verax promisit. Sustine Dominum. Viriliter age, Noli dissolui, ne sis inter eos, quibus dicitur: Væ ijs, qui perdiderunt sustinētiam, &c. * Hæc omnia, quæ dixi in verbis prophetæ nostri inueniemus, *Ecce dies venient, dicit Dominus, & comprehendet arator messorē, &c.* Ne quæras statim istam dulcedinem, ecce dies veniunt, quibus tibi dabitur. Arator, & semi-

49 Qui abijciunt voluptates sęculi ne deficiant, citò enim fruētur voluptatibus Dei.

Pſal. 30.

Pſal. 32.

Pſal. 26.

Eccli. 2.

50

Universidad de Deusto
Biblioteca

nator præsentem fructum non habent, sed
spe excitati laborant, sicut ait Apostolus:
1.Cor.9. Quoniam debet in spe, qui arat, arare, & idē
est iudicium de seminante, tametsi longius
à perceptione absit arator. At messor, & cal
cator vuæ fructum iam in manibus vident:
sed messor fructum, qui cor hominis confir
mat, non tamen multum, aut sapit, aut læti
ficat: calcator vuæ fructum habet, qui læti
ficat cor hominis. Patiamur ergo aliquid la
boris in via Dei, & dies venire sinamus, sine
dubio enim comprehendet arator messo
rem, & calcator vuæ mittentem semen, &
simul erunt omnes, id est, anima, quæ initio
suæ conuersionis arabat remotior à fructu,
& postea bona opera seminabat, dum spe
rat fructum, percipiet, & abscondita illa dul
Duplex fru cedine fruetur. Sed duplex fructus est diui
ctus diuinæ consolatio næ consolationis, quia interdum panis da
nis. tur bene seruienti, qui confirmat cor homi
nis, id est, consolatio quædam animam in
bono confirmans, & ad omnia dura perfe
renda excitans, quæ intelligitur in messo
re: interdum vinum propinatur, (quod si
gnificat calcator vuæ) cor simul lætificans,
& confirmans, quo anima erigitur, & tor
rente voluptatis Dei inebriatur, tantaque
iucunditate impletur, vt omnia illi sordeāt,
quæ antea vel maxime delectabant, sicut
Psal.35. ait Dauid: Inebriabuntur ab vbertate do
mus tuæ, & torrente voluptatis tuę potabis
51 eos. * Verum, quoniam cum ad hāc affluē
tiam voluptatum peruenerimus introdu
cti à rege in cellam vinariam, nequaquam
à carnis, & voluntatis mortificatione, & de
nique à bonorum operū semination quie
scere debemus, præclare dictum est: *Et cal
cator vuæ mittentem semen*, id est, comprehen
det. *Et montes stillabunt dulcedinem*, quia quo
magis quis se ipsum abnegauerit, & vicerit,
& per humilitatem, atque obedientiam, &
rerum omnium contemptionem leuaue
rit se supra se, & montem perfectionis, atq;
excelsa virtutum conscenderit, abundan
tius diuinis consolationibus affluet. Colles
conflicti erunt, qui nonnihil inferiores mon
tibus sunt, quia si quis se supra communem
gradum, & quasi staturam virtutum extu
lerit, in ijs etiam, quæ infrugifera, & inamœ
na iudicantur, miræ oblectationis fructus
inuenier, vt in dedecore, in paupertate, in
Psal.64. mala valetudine. De his dictum est: Pingue
scent speciosa deserti, & exultatione colles
Isai.41. accingentur. Et in Isaia: Aperiam in supinis
collibus flumina, & in medio camporum
fontes: ponam desertum in stagna aquarū,
& terram inuiam in riuos aquarum. Dabo
in solitudine cedrum, & spinam, & myrtū,
& lignum oliuæ: ponam in deserto abietē,
vlmum, & buxū simul, vt videant, & sciant,
& recogitent, & intelligāt pariter, quia ma
nus Domini fecit hoc, & sanctus Israel crea
uit illud. * Cum huc tandem venimus, vt
montes stillantes dulcedinem conscende
rimus, & colles cultos, tunc fit, quod sequi
tur: *Et cōuertam captiuitatem populi mei Israel*
non enim protinus de captiuitate omnino
liberamur, cum iustificamur per gratiam,
quoniam sæpe prauæ cōsuetudines manēt,
& amor nostri, rerumque sæculi immodi
cus, quibus magnopere impedimur, & col
ligamur. At cum multum mortificationi
affectionum deprauatarum inuigilatū est,
tunc vere liberi sumus, quia nos filius libe
rauit, & animo nostro dominamur, & in pa
tientia nostra possidemus animas nostras.
Non quod in hac vita omnino ab his affe
ctionib⁹ liberi esse possimus, sed quod hoc
tempore, de quo nunc loquimur, tantum
in eorum victoria profecimus, vt ante cap
tiui, iam liberi esse videamur. De quo Da
uid. In conuertendo Dominus captiuitatē
Sion, facti sumus sicut consolati. Tunc re
pletum est gaudio os nostrum, & lingua no
stra exultatione. Tunc dicēt inter gentes:
Magnificauit Dominus facere cū eis. Ma
gnificauit Dominus facere nobiscum, facti
sumus lætantes. Hi ædificant ciuitates de
sertas, quia multas animas, quæ Dei fuerāt,
verbis suis ad Deum reuocant, vt iterum
vrbes eius sint, & ei pareant, vnique portas
aperiant, & claues porrigant. * Opportu
ne sane hoc loco hanc sanctorum laudem
Propheta commemorat, videmus enim in
ijs, qui diu, serioque Deo seruierunt, tātam
inesse virtutem verborum, tamque mirifi
cam, vt simplici, & incōposito sermone cor
da permoueant, & homines etiam à virtute
alienos ducant, quo velint. Quare merito
dicūtur ædificatores vrbium, sicut & Isaias
de viro iusto ait: Et ædificabuntur in te de
serta sæculorum, fundamēta generationis,
& generationis suscitabis. Ædificabūt ergo
vrbes desertas, & inhabitabūt ipsi, inter eos
versantes, quos ad Deum adduxerunt, &
magis semper cōfirmantes. Plantabunt vi
neas sicut Noe, verbo, exemplo, oratione,
efficient, vt corda hominum prius infecun

da fru-

da, fructus terant lætificantes cor Dei; vnde
ipsi etiam bibent, & lætabuntr. Vinum vi
1.Cor.1. neæ suæ Paulus bibebat cū ait: Gratias ago
Deo meo semper pro vobis in gratia Dei
quæ data est vobis in CHRISTO IESV,
Philip.4. quod in omnibus diuites facti estis in illo,
&c. Et: Itaque fratres mei carissimi, & desi
deratissimi, gaudium meū, & corona mea,
sic state in Domino carissimi. Ijdem virtu
tum, & bonorum operum fructus, qui pro
pter lætitiam magnam, quam efficiunt, di
cuntur vineæ, propter iucundissimam va
rietatem, & pulchritudinem, atque amœni
tatem horti appellantur: quorum fructus
1.Thess.1. comedūt, cum de suorum profectibus gau
dent. Sicut idem Apostolus ait: Gratias age
re debemus semper Deo pro vobis fratres,
ita vt dignum est, quoniam supercrescit fi
des vestra, & abundat caritas vniuscuiusq;
vestrum in inuicem, ita vt & nos ipsi in vo
54 bis gloriemur in Ecclesijs Dei pro patien
2.Cor.4. tia vestra, & fide in omnibus persecutioni
bus vestris. * Et de malis quidem scriptum
est: Adulterinæ plantationes non dabunt
radices altas, neque stabile firmamentum
collocabunt. Et si in ramis in tempore ger
minauerint, infirmiter positæ à vento com
mouebuntur, & à nimietate vētorum era
dicabuntur? Hi vero qui plantationes Dei
sunt, adeoque profecerunt, vt per eos mul
ti quotidie proficiant plantabuntur super
humum suam, id est, vnusquisque in gradu
suo, & in eo genere vitæ, quod elegit, radi
ces altas iaciet in vera pietate, & ita à Deo
Psal.91. seruabuntur, vt nulla vi tentationum euel
lantur, sed cum sancto Propheta quisq; eo
rum dicat: Ego autem, sicut oliua fructifera
in domo Dei, speraui in misericordia Dei
in æternum, & in sęculum sæculi. Nec dici
mus vllam arborem in humo militantis Ec
clesiæ ita esse firmam, vt non possit euelli,
sed plurimæ sunt, quæ non euelluntur ma
nu omnipotentis Dei protectæ. Qua mise
ricordia, & ope eos maxime Deus prosequi
solet, qui cum se fortiter abnegauerint, &
virtutum fastigia tenuerint, multos CHRI
STO & filios gignunt, & seruos comparant.
* Possumus etiam cum Hieronymo hæc 55
ad cælestem beatitudinem referre: Cū hęc
omnia, inquit, fecerint, plantantes vineas,
& facientes hortos, tunc ipsos plantatores
plantabit Dominus super terram suam, de
qua dicitur: Credo videre bona Domini in Psal.26.
terra viuentium. Et in Euangelio: Beati mi Matth.5.
tes, quoniam ipsi possidebunt terram, &c.
O terram illam beatam, vnde nulla arbor
euellitur, vbi à nullo verme lædituir, vbi nul
la ætate marcescit. Quot arbores magnas,
& fructiferas stirpitus euelli videmus in hac
terra calamitatis & miseriæ? Quis mihi det
vt ibi ego sim, vbi nullum ventorum impe
tum, nullum furorem pertimescam? Iucun
dus sane laboris nostri in Ioelem finis, vbi
in fine omnium laborum nostrorum, id est,
in cœlestis Ierusalem mētione quieuimus.
Iucundus & hic commentationum in san
ctum Hamos, qui nos ad eiusdem patriæ
commemorationem deduxit. Semper in
hac cogitatione quiescamus, & cōsolemur
animas nostras Domine IESV, donec per
tuam gratiam tecum in ipsa patria quiesca
mus, vbi cum Patre, & Spiritu sancto viuis,
& regnas in sæcula sæculorum. Amen.

FRAN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN HABdiam prophetam Commentarij.

PROOEMIVM, DE BREVITATE huius Prophetæ.

QVartus in ordine prophetarum, est beatus Habdias, id est, seruus Domini, quo nomine initio suarum epistolarum, apostolus Paulus vel maxime gloriatur: & merito, quid enim homini vel ad dignitatem illustrius, vel ad vtilitatem fructuosius, quam seruum esse Dei omnipotentis, quem nosse viuere, cui seruire regnare est? Atque hoc ex eo etiam cernitur, quod eos Deus hoc nomine appellat, quos maiori honore dignatur: Nō talis, inquit, seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei, palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt: quare ergo nō timuistis detrahere seruo meo Moysi? Et: Vade, & loquere ad seruum meum Dauid. Numquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra? Sed quid de alijs loquar, cum ipse, qui natura filius est, dicat: Et dixit mihi: Seruus meus es tu Israel, quia in te gloriabor? Et paulo post: Et nunc dicit Dominus formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eū. Nomine igitur magnus Habdias, magnus pondere mysteriorum, & sententiarū, magnus genere dicendi, magnus libertate prophetandi, solo versuum numerō paruus est. Sed adiunxit nescio quomodo diuina prouidentia rebus paruis, non tantum gratiam, sed miram etiam efficacitatem, & virtutem, & præstantiam quamdam singularem, in quibus sapientiæ, & potentiæ suæ magnitudinem illustrius quodammodo ostendit, quam in magnis. Quatuor, inquit Salomon, sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: formicæ; populus infirmus, quæ præparant in messe cibum sibi, Lepusculus, plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regē locusta nō habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Homines pusilli ita ingenio, & arte præstant, vt locus prouerbio datus sit, ἄνους ὁ μακρὸς, id est, amens quis longus. Ex quo recte Ecclesiasticus: Nō laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo: breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. Quid de bombicibus, quid de araneis, quid de multis vermiculis dicam? Quid paruum piscículum commemorem, quem adeo notum est nauis quamuis properātis cursum impedire, & remorari vt inde Latinis Remora dictus sit, Græcis ἐχενηὶς? Hoc idem in sacris libris vidimus, vt in epistola Pauli ad Philemonem, qua nulla magis humilitatis eius, & caritatis magnitudinem, prudentiæq; commendat: in secunda, & tertia Iohannis, & in catholica Iudæ, quę paucis verbis quid in vita Christiana sequendū, à quibus cauendum sit, docent. Deniq; Hieron. in prooemio cōmentariorum in epistolam ad Philemonem, in hunc modū scripsit: Sed mihi videntur, dum epistolam simplicitatis arguunt, suā imperitiam prodere, non intelligentes quid in singulis sermonibus virtutis, ac sapientiæ lateat: quæ orantibus vobis, & ipso nobis Sācto spiritu suggerente, quo scripta sunt, suis locis explanare conabimur. Si autem breuitas habetur contēptui, cōtemnatur Habdias, Nahum, Sophonias, & alij duodecim prophetæ, in quibus tā mira, & tam grandia sunt, quæ feruntur, vt nescias vtrum breuitatem sermonū in illis admirari debeas, an magnitudinem sensuum. Hactenus Hieronymus. Vt ergo Deus in vnionibus, & gēmis, & alijs pretiosis, & pariis lapillis fulgorem, pulchritudinem, virtutemq, ad multa mirabilē posuit, ita in breuitate verborum Habdiæ, sublimes sensus, & recōdita mysteria, magnumq; Ecclesiæ suę thesaurum reliquit, sed penitus absconditū & latētem. Quem ego, Spiritus sancti opē, & lucē mihi eiusdem sancti Habdiæ præcibus affuturam confidens, effodere, quantū potero, & in mediam lucē eruere tentabo.

Num.12.

2.Reg.7.
Iob.1.

Isa.49.

Prou.30.

Eccl.20.

ARGVMENTVM PROPHETÆ.

Vaticinatur in Idumæos perpetuos Iudæorum hostes, quod eos semper insectati sint acerbe, & milites Chaldæorum auxilia res futuri essent cū caperetur Ierusalē, prædicitque eis interitum suum, & Iudæorum, postquam Babylone redierint, felicitatem.

CAPVT VNICVM.

VIsio Habdiæ. Hæc dicit Dñs Deus ad Edom, Auditum audiuimus à Domino, & legatū ad gentes misit, surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium. Ecce parvulum dedi te in gentibus: contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te, habitantem in

fissuris petrarum exaltantem solium suum: qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem: quomodo conticuisses? nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te, nūquid saltem racemum reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau: inuestigauerunt abscōdita eius? Vsque ad terminum emiserunt te omnes viri fœderis tui: illuserunt tibi. Inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponēt insidias subter te: non est prudentia in eo. Nūquid non in die illa dicit Dominus, perdā sapientes de Idumæa, et prudentiam de monte Esau? & timebunt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Esau. Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuū Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. In die cum staret aduersus eū, quando capiebant alieni exercitum eius, et extranei ingrediebātur portas eius, et super Hierusalem mittebant sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis. Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: et non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustiæ. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicies et tu in malis eius in die vastitatis illius: & non emitteris aduersus

Hier.49.

Esa.19.
1.Cor.1.

uersus exercitum eius in die vastitatis illius. Neq; stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & non cõcludes reliquos eius in die tribulationis. Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes: sicut feciſti, fiet tibi, retributionem tuam cõuertet in caput tuum. Quomodo enim bibiſtis super montem sanctũ meum, bibent omnes gentes iugiter: et bibent, et absorbebunt, & erunt quasi non sint. Et in monte Sion erit saluatio, et erit sanctus: & possidebit domus Iacob eos, qui se possederãt. Et erit domus Iacob ignis, et domus Ioseph flamma, et domus Esau stipula: & succendentur in eis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Esau, quia Dñs locutus est. Et hæreditabunt hi, qui ad austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus, Philisthym: et possidebunt regionẽ Ephraim, et regionem Samariæ: et Beniamin possidebit Galaad. Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia loca Chananæorũ vsq; ad Sarephtã: & transmigratio Hierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. Et ascendent saluatores in montẽ Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum.

HISTORIA.

Visio Habdiæ. Quid visio sit, & cur non rem aliquam, quam viderit, sed verbum, qđ audierit subscribat Prophera, diximus in capite. 1. Hoseæ. n. 2. vsq; ad vndecimum. De Habdia autẽ, quis fuerit, & quo tẽpore prophetauerit, satis in præludio secundo disputauimus n. 9. & duobus sequentibus. Si autẽ quæras cur tristem, & minacem prophetiã, nõ Onus vocauerit, vt solent alij, sed visionem: Sciro visionẽ nomẽ esse generale prophetiæ omnis, siue læra sit, siue tristis vt Isai. 1. Visio Isaiæ filij Hamos, quam vidit super Iudam, & Ierusalem, id est, contra Iudam, & Ierusalem, vt indicat Lxx interpretum trãslatio. Adde quod habet hæc prophetia, & læra quędam, vt videbimus, vt melius visio dicatur, quam onus.

Hæc dicit Dominus Deus ad Edom. Docet contra quos vaticinetur, nempe cõtra Idumæos posteros Edom, siue Esau. De Edom, & Idumæis, deq; eorũ capitali odio in filios Israel, diximus in ca. 1. Hamos, quo loco ita in eosdem vaticinatur: Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor nõ conuertam eũ, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suũ, & violauerit misericordiã eius, & tenuerit vltra furorem suũ, & indignationẽ suam seruauerit vsq; in finem. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosrę. Cũ ergo eodem tẽpore prophetauerint Hamos, & Habdias, vt in secundo præludio demõstrauimus, ex ijsdẽ verbis intelligitur cur ad vesus eosdẽ, noster propheta vaticinet, quod scilicet hostili animo semper fuerint in filios Israel, & immortalibus eos odijs prosequentes, semper illis, quantũ poterãt, nocebant, & quo magis nocere possent, potẽtioribus eorum inimicis sese adiungebãt, vt in hoc ipso propheta explicabimus. Insaniunt ergo Hebræi, tam recentiores quã veteres, qui & in Habdia, & in ceteris prophetis, quoties verba contra Idumæos fiunt, cõtra Romanos fieri putãt, tradũtq; homines historiæ, & omnis eruditionis rudes ex Idumæorum genere profectos esse Iuliũ Cęsarem, & qui post eum Romæ imperiũ tenuerunt. Si quæras, vnde tidiculã fabulam, & cõmentum stultum, atq; impudens cõprobẽt, ignarus eorum cõsuetudinis videbere, qui mira, & inaudita temere passim effutiunt, & maiorum suorum somnia, atq; portenta non magis confirmare curant, quam, ũ prophetarũ responsa proferrent. Docent hoc Dauid Kimhi in hũc prophetam, & in c. 34. Isa. R. Salomon hic, & in ca. 4. Threnorũ, & multi alij, quoties aliquid de Idumæis occurrit. Idẽ in multis locis Thalmud videre licet, & multa Hebr. verba, de hac re Galatinus retulit li. 4. de arcanis catholicæ veritatis c. 28. Sed, quoniã sæpe hujus Iudæorũ erroris meminit Hier. referã ex eo nõnulla, vt quid vir tãtus de hac re senserit nõ ignoremus. * Li. 5. in Isa. in illa verba: On° Dumæ

Duma. post quam dixit Lxx vertisse onus Idumęę, ac Dumam non totam Idumæam esse, sed quamdam eius regionem, quę ad Austrum vergit, & ab vrbe Palæstinæ Eleutheropoli viginti distat millibus, iuxta quã sunt montes Sehir, atque hãc Idumæam esse contra quã Ieremias & Ezeciel, & Hamos, & Habdias vaticinati sunt. Ad extremum subijcit: Ceterum propter similitudinẽ literæ ex eo, quod ד & ר non multum inter se discrepẽt, quidam Hebræorũ דומה Roma, pro דומה Duma legunt, volentes prophetiam cõtra regnum Romanũ dirigi friuola persuasione, qua semper in Idumææ nomine Romanos existimant demonstrari. Et in c. 34. Isa. non longe à principio: Bosra, id est, munitã, atq; firmatam, & Edom, siue Duma, & Idumæam, Iudæorũ magistri Romam intelligi volunt, & omnia de ipsa dici, quæ sequẽti capitulo cõtinentur. Et in illo loc. 3. Ægyptus in desolatione erit, & Idumæa in desertum 4 pditionis: * Et in hoc loco Iudęi grauissimo somno dormiunt in vltimo tempore quando non Christũ, sed Antichristum suscepturi sunt, vindictã sui in Ægyptios, qui vicini sunt, & in Romanos, quos interpretantur Idumæos, spe vanissima cõfingentes: vt scilicet quomodo Pharao, & omnis eius exercitꝰ, qui per quadringẽtos, & triginta annos populũ Dei captiuũ tenuit, in mari Rubro submersus est; sic etiam Romani, qui eodẽ annorũ spatio Iudæos possessuri sunt, vltione Dñi deleantur. Hoc illi spe sibi cassa promittãt. Neq; enim possunt exponere quare cũ in orbe tãtæ sint nationes, duæ solum gentes Ægyptiorum, & Idumęorum expectantur ad pœnam, aut cur pro Idumæis intelligantur Romani, cum eadem licentia mentiendi è diuerso possimus asserere sub Idumæorum vocabulo vel Persas, vel Ælamitas, vel Francos, Alemannos, gentesque alias significari, &c. Vides veteres Iudęos erraſſe quidẽ, sed minus impudẽter, quam recentiores, nõ enim habebãt cur in Idumęis Romanos intelligerent, neq; ita stolidi fuerunt, vt Iulium Cæsarem dicerent natione fuisse Idumæũ. Idem initio fere. c. 1. Malac. Iudęi falso sibi blandiuntur Edõ Romanos, & Israel in consummatione mundi se propherari, quod destructo Romano imperio, hoc est Idumæo, regnũ orbis veniat ad Iudæos. Et in Habdiã: Iudæi frustra somniant cõtra vrbem Romam, regnumq; Romanũ hãc fieri propheriam. Et illud, quod in Isaia scriptum est: Onus Duma, paululum literæ apice cõmutato pro ד posse legi ר, & sonare Romam. ר quippe litera pro u, & pro o, eorum lingua accipitur, &c. * Hæc à nobis semel dicta sint, tã ad huius loci, quã ad aliorũ explanationẽ, quos & in propheris priorib⁹ vidimus, & in posterioribus videbimus. Sed recentiorum Heb. maior est, & amentia, & blasphemia, qui per Romanos, apud quos est sedes Apostolica, & summus Christi vicarius, omnem Christianorum gẽtem significari putant, eiusq; regnum deuastandum esse à Messia suo miseri somniãt, se autem, qui Israelis nomine indicãtur, eo tempore in summa libertate, & tranquillitate esse regnaturos. Quare cauẽdum nobis, & pijs omnibus est, ne vnquã in Idumęis Romanos designari affirmemus, ne nos cõtra Romanã Ecclesiam, & Christiani nominis dignitatẽ Hebræi patronos habere videantur. Aduersus eos disputat Paulus Burgẽsis in additione huius capitis, & in addit. c. 34. Isai. & ca. 7. Danielis, & Galatinus lib. 4. vt iã indicaui. c. 28. cuius duo argumenta in prõptu sunt, & Iudæos facile conuincent. Primum est: Si Romani Idumæi sunt, quia Iulius Cæsar Idumæus apud eos regnauit, & ipsos Iudæos Idumæos esse dicẽdos, qui regem habuerũt Herodẽ, quem cõstat fuisse Idumæũ. Alterum est: Edom, qui & Esau dictus est Gen. 25. cũ Isaac filius fuerit, genus suum necessario referre ad Sem filiũ Noe: Europam autem vniuersam habitatã fuisse à filijs Iaphet, vt ex Gen. 10. & ex Iosep. li. 1. Antiq. c. 7. intelligimus, Itaq; Romanos nulla ratione pertinere ad Idumæos. * At ex ijs, 6 quibus Iudæorum sententia displicet, quidam negant Habdiã prophetare contra posteros Esau, & Idumęorum nomine intelligendos putãt, aut Iudæos ipsos, aut persecutores Ecclesiæ, aut deniq; infideles quosuis, quoniã quædã in hoc propheta videas, quæ nullo modo in filios Esau cõuenire posse videantur. Sed falsa est omnino eorũ sententia, & quæ vim propheticis verbis manifestã afferat. Nam si Isai. c. 21. & 34. & Ierem. ca. 49. & Ezeciel. 35. & Ioel. ca. 3. & Hamos c. 1. & Malachias c. 1. cum aduersum Edom prophetant, aduersus posteritatem Esau fratris Iacob, & aduersus certam gentem sine dubio prophetant cur in Habdia Edom, & Idumęam aliter interpretemur? Nã si semel in sensu Historico, ab historia ipsa recedamus, & Idumæos esse dicamus Iudæos, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

persecutores Ecclesiæ, aut infideles, eadem licentia, (vt aduersus Iudæos disputabat Hie.) possum asserere sub Idumęorũ vocabulo vel Persas, vel Ælamitas, vel Frãcos, vel Alemannos, aut etiã Agarenos, & Turcas, aut quoslibet alias gentes significari. Ad hęc si cum prophetæ in Ægyptios, in Assyrios, in Tyrios, & Sidonios, in Chald. in Niniuitas vaticinantur, proprie illa nomina accipimus, & eas gẽtes designari non dubitamus, quas voces ipsæ sonãt, cur nõ idẽ in prophetia Idumæorum fieri fateamur? * Aliud eñ est quid proprie, aliud, quid Allegorice, aut Tropologice nomina significent, dicere. Nõ sunt permiscẽdi sensus, ne tota scriptura inexplicabilibus difficultatibus inuoluatur, sed eorsum quid Historiæ, quid Allegoriæ, aut morum ratio postulet, explicandũ. Maneat igitur cõtra genus Idumæorũ vere, ac proprie vaticinari Habdiã, nã ea, quæ quoslibet mouẽt, in eo suis locis explicabimus, vt nihil veram prophetę intelligentiã impediãt. Possunt hæc, quæ dixim⁹ ex locis in Hier. indicatis facillime intelligi, sed verbis eiusdẽ hãc disputationẽ claudamus, ex principio commentariorũ in hunc prophetã desumptis, quibus quicquid ad hunc locum pertinet, optime explicat, Quærimus, inquit, quis sit ille Edõ. vel Idumæa, ad quã nũc per Habdiã Dñs loquitur: in libro Geneseos Hesau filium Isaac appellatum fuisse Edõ, quia propter rufum lenticulæ cibũ primogenita vendiderit, manifestissime legimus: Edõ enim interpretatur πυῤῥὸς. i. rutus. In eodem volumine scribitur hũc eundem vocatum esse Sehir. i. pilosum, quia hispidus erat, & non habebat lęuitatẽ Iacob. Vnus ergo, atq; idem tribus nominibus appellatur, Hesau, Edõ, Sehir, possiditq; eã regionẽ, quæ nũc Gebalena dicitur, & in finibus est Eleutheropoleos, vbi ante habitauerũt Horræi, qui interpretantur liberi, vnde & ipsa vrbs postea sortita vocabulũ est, (loquit autẽ de Græco vocabulo Eleutheropolis, quod liberorũ vrbẽ significat.) Deinde multis verbis docet Hiero. hunc Edom esse contra quẽ vaticinantur Isai. Ieremi. Ezechiel, Hamos, Malachias locis paulo ante indicatis. Cyril. etiam autor est hos Idumęos esse filios Hesau, & contra eosdem Ioelem cap. 3. prophetasse.

8 *Auditum audiuimus à Domino.* Euseb. libr. 5. de Demonstratione Euang. ca. 14. vult hęc verba non prophetę esse, sed Dei, id est, filij, qui auditum audiuit à patre de vocatione gẽtium. Id facillime cõfirmatur ex verbis, quæ præcedũt: Hæc dicit Dñs ad Edõ. Dei igitur verba sunt, quæ sequũtur, sed cõmunis Hie. & expositorũ sententia est prophetã de se ipso loqui, de quę prophetis ceteris, qui, vt iã diximus, prophetarũt aduersus Edõ, tametsi mihi de sui temporis prophetis loqui solũ videtur, qui eodẽ tẽpore audierũt à Dño vastitatẽ Idumęorũ. Verũ, & si nemo diceret, satis intelligi posset ex Iere. ca. 49. verba esse Prophetæ, sunt eñ eadẽ apud eũ. Auditũ, inquit, audiui à Dño, & legatus ad gẽtes missus est. Cõgregamini, & venite cõtra eã, & cõsurgamus in prœliũ, & quę sequũtur. Magna eñ Habdiæ pars, vt Hiero. testatur, &, vt verba vtriusq; prophetæ indicãt. c. 49. Iere. cõtinetur, excepto ordine cõmutato, & alijs, quæ videntur discrepare. Quare vt Habdiã interpretemur, sæpe ad Iere. confugiendũ erit. Verba igitur Dñi illa sunt: *Ecce paruulum dedi te in gentibus*, cętera vsq; ad hæc, parenthesis quædam sunt, atq; ita sunt omnia copulanda: Dixi Dñm loqui velle Idumæis, multaq; de eorũ vastatione, loquẽte Dño subijciã, quæ vana nullo modo existimari debẽt, tã eñ ego quã alij huius ætatis prophetæ verba Domini nobis loquentis audiuimus, qui legatum se ad gentes missurum cõfirmauit, vt vno animo in Idumæorum gentem insurgerent, eamq; delerent. Simili parenthesi vsus est Petrus Acto. 1. Vt bene Rupertus animaduertit, Exurgens Petrus in medio fratrum dixit: (erat autem turba hominum simul fere cẽtum viginti:) viri fratres, &c. * Auditum autem more Hebræo, sæpius à nobis obseruato, pro re audita posuit, id est, pro verbis, fiue locutione, vt Haba. 3. Domine audiui auditionem tuam, & timui.

Et legatum ad gentes misit. Ne putemus angelum, aut hominem missum esse ad gentes, vt aduersus Idumæos pugnarent, sed metaphoricè legatum mittere dicitur, cum animos gentium concitat ad bellum, vt vindictam de impijs sumat, aut etiam efferari patitur, & in arma, atque in vltionẽ ruere: ita enim loqui solent prophętę, vt Iere. 1. Ecce ego conuocabo omnes cognationes Regnorũ Aquilonis, ait Dominus, & venient, & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem Isaię 5. Et eleuabit signũ in nationibus procul (& quasi signo sublato vocabit ad bellũ natio-

10 nes) & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festin⁹ velociter veniet. * Et de Cyro rege Persarum, cuius opera vsus est Dñs ad vindictam de multis regnis sumendã, ita loquitur Isa. 45. quasi non vocauerit tantum, sed etiã manu apprehensum in prælia eduxerit: Hæc dicit Dñs Christo meo Cyro, cuius apprehẽdi dexterã, vt subijciam ante faciem eius gẽtes, & dorsa regum vertam. Cyrillus: Misit, id est, iussit, non quidẽ aperte, sed veluti incitans gentes aduersus Idumæam, vt ipsam obsideret, &c. Gentes autẽ nunc intelligit Babylonios, quibus aliæ nationes, vt potentioribus, inhærebãt, de quibus dictum est: Ecce ego cõuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis, à Babylonijs enim vastãdi erãt Idumæi, vt postea docebimus. Lxx propter Hebr. nominis ambiguitatẽ verterunt περιοχὴν, id est, obsidionẽ misit Dominus ad gentes, nam נֵס, & legatum sæpe significat, & dolorem, atq; angustias; qui autem obsidentur, coartantur, & coangustantur; Exponit autẽ Cyrillus: Obsidionem misit ad gentes Idumææ. At ijdẽ Lxx, Iere. 49. vbi eadẽ omnino verba sunt in Heb. ita verterũt, καὶ ἀγγελὸν ἀπ' ἔθνη ἀπεσταλκεν, id est, Et nuntios in gentes misit. Atq; hæc interpretatio, quæ & Symmachi est, magis probata est Theodoreto, cui⁹ hæc sunt verba: Pro περιοχὴν Symmachus nũtium vertit. Per hæc autẽ ostendit, vt ipse Dominus cõtra Idumæã hostes incitabit, atq; inducet.

11 *Surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium.* Verba sunt gẽtium mutuo sese ad bellum cõtra Idumæos exhortãtium, vt etiam ait Cyrillus. Hoc etiam fuit mitti legatũ ad gentes, quod concitari ad prælium animos gentiũ: concitatis autẽ animis, statim huiusmodi verba audiuntur, Surgite, & cõsurgamus omnes vno animo aduersus eũ, id est, aduersus Edom, de quo, scilicet, iam inter se locuti fuerant. In Heb. & apud Lxx est: Adsuersus eam, sed intelligitur terra Edom, vt sæpe in Hebræo fit apud prophetas: vt Malach. 1. Quod si dixerit Idumæa: Destructi sumus: In Hebr. est. Si dixerit Edom, & verbum, Dixerit, femineum est תאמר.

Ecce paruulum dedi te in gentibus. Tanta in te irruet hostium multitudo, vt eorum cõparatione perexiguus, & contemptibilis sis, atq; ita ferociter, & audacter in te incurrẽt, cum nihil vires tuas timeãt. Hunc esse germanum huius loci sensum, indicat id, quod in cap. 11. Hos. n. 28. adnotauimus: Dare in

12 aliquid, idẽ esse apud Hebræos, quod apud nos, afficere aliqua re, vt Psalm. 56. Dedit in opprobrium conculcantes me, id est, affecit eos opprobrio. Dare in benedictionem, id est, benedictione afficere. * Ita ergo nũc dictum est: Paruulum dedi te, ac si diceret, Dedi te in paruitatem, sicut dare in benedictionem est dare aliquem benedictũ, id est, benedicere ei, aut benedictum eum facere. Dedi te paruulum, constituã te paruulum, faciam te paruulum, videlicet præ hostium multitudine, quamuis tibi nunc magnus videaris. Hoc magis explicat Chaldę⁹ qui ait; Ecce infirmũ dedi te inter populos. Verum, quoniam Edom nõ solum cum Babyloniorum multitudine comparatus, sed ipse etiam per se paruus erat, angustisq; finibus continebatur, possumus & ita rectè exponere: Ego te paruulum feci, nec militum numero, nec multitudine præstas, contemptibilis es, & ab hostibus tuis contemneris, qui intrepide in te cõsurgent, neque vllo timore tardabuntur.

Superbia cordis tui extulit te. Causam tantę vastitatis docet esse superbiam ipsius Edõ alteram postea docebit, id est, odium in fratrem suum Iacob. Superbia, inquit, tua te supra modum extulit, cũ enim habites in speluncis rupium, atq; in excelsis montibus, & in locis natura munitis, ad quæ sit difficilis accessus, putas te non esse capiendum, atq; superandum, dicisq;: Quis me detraher in terram? Quis me ex hac altitudine montiũ, & vrbiũ deijciet? * Quis me hinc expellet? 13 Itaq; cum dicit: *Superbia extulit te habitãtem in scissuris petrarum, exaltãtem solium tuum*, idẽ est, ac si apertius diceret: superbus es valde, quod scissuras petrarum habites, & solium tuum, siue sedem tuam in excelso loco posueris. Hebraice, שִׁבְתִּי, quod vocabulum, quietem, siue locum quietis, aut habitationis significat. Lxx κατοικίαν, id est, habitaculum. Non enim solium pro sede regia accepit Hieronymus, sed pro sede, quæ videtur esse prima & antiquissima huius nominis significatio. Nam solium Asper, quasi sedium dictum esse voluit à sedendo, sicut sella dicta est quasi seda, vt refert Seruius in illud 7. Æneidos.

——— *Et solio medius considit aurito.*

Inde & solium dicitur, in quo in balneis lauantes sedebant, & in quo defuncti condebantur. Hæc apertiora videntur esse in Hebręo, ita enim vertũtur ad verbũ: Superbia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cordis tui extulit te habitantē in scissuris petrarū (vel habitas. i. qui habitas in scissuris petrarū) altitudo quietis eius dicētis in corde suo: Quis detrahet me in terram? altitudo
11 etiā verbiū tuarū, siue montiū tuorū te extulit, siue extulit eū: subito enī à secūda pſona trāſiit ad tertiā, vt ſæpe faciūt pphetæ. Iere.
14 in hunc modum: * Arrogātia cordis tui decepit te, & ſuperbia cordis tui, qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis. Pro quo in Heb. eſt, Qui habitat in cauernis petræ, & apprehēdis altitudinem collis, ſiue, Habitātem in cauernis petræ, & apprehendentem altitudinem collis. Quod idē omnino eſt cum eo, quod dictum eſt ab Habdia, habet enim hūc ſenſum, ſuperbia, quæ te decepit, oritur in te ex eo, quod firmas, & excelſas vrbes habes, & loca montoſa, atq; ardua incolis, quę putas à nullo poſſe conſcendi. Itaque illud Apprehendere niteris altitudinem collis, perinde eſt, ac ſi dixiſſet, amas inhabitare loca excelſa, & montoſa. Quod autē Hiero. hic vertit, *Extulit te*, in Iere. vero Decepit te, præterquam quod ſenſus eſt idem, & ☿ ſi punctum habeat in ſiniſtro cornu literę ☿ ſignificat leuare, ſi in dextro ſignificat decipere. At quoniā veteres his punctis non vtebantur, ſcriptum hoc verbum vtrumq; æque ſignificat, tametſi aliter proferatur, cū ſignificat decipere, aliter cūm leuare. Eodē vſus eſt paulo poſt, vbi nos habemus, Omnes viri fœderis tui illuſerunt tibi, id eſt, deceperūt te. Verum hoc in loco Lxx ita verterunt. Vt Hieronymus.

15 *Si exaltatus fueris vt Aquila.* Quantumuis ſuperbia efferaris, & munitioni vibiū tuarum confidas, nō effugies ſupplicium. Quāuis montes ſublimes conſcēdas, & altiſſimas arces, ad quas vix ſe aquilæ volarus attollat: vel, ſi domus tuæ ita excelſæ ſint, vt nidi aquilarum, inde te deturbabo, & in poteſtatem hoſtium tradam. Quod ſi tibi parum dixiſſe videor, & præ ſuperbiæ magnitudine altius te aſcendere poſſe confidis: etiam ſi inter Sidera ipſa ſedē colloces tuā inde te in terram deijciā, Mihi videtur nidum potius dixiſſe, quam ſedem, quoniam aquilarum, & ſimilium auium eſt nidum in excelſiſſimis arboribus, aut rupibus extruere; deinde quoniam, quæ magna ſunt, procul etiam videntur, & tangūtur: at exigua, ſi ſublimia ſint, facile latent, & lædi non poſſunt, quia non videntur. Non igitur dixit: Si inter ſidera poſueris vrbes tuas, aut domum, aut ſedem tuam, magna enim erant hæc, & non videbantur poſſe latere, ſed, *Si inter Sidera poſueris nidum tuum*, nam nidus cum exiguus ſit, ſi paulo ſit ſublimior, non poteſt è terra videri, aut lædi.

ALLEGORIA.

Ad Allegoriam huius prophetiæ intelligendā iaciam quaſi fundamentum firmū, Hiero. verba, quæ rem optime explanant. Quia ergo, inquit, didicimus tertam Idumæorum aduerſariam eſſe terræ repromiſſionis, & Heſau inimicū legimus Iacob, & populū eſſe, cui iratus eſt Dñs in ſempiternū: Noſſe debemus ſecundū leges Tropologiæ, aut contra Iudæos factū eſſe ſermonē, qui ſunt æmuli Chriſtianis, & perſequūtur fratrem ſuum Iacob, populum ſupplantatorem, qui illis primogenita prępripuit, aut certe aduerſus omnes hęreſes, & contraria dogmata veritati, quę vidētur quidē nobis eſſe vicina, ſed magis aduerſaria ſunt, & de paterna veritate ſimplicē, & habitatorē domus Iacob nitūtur expellere. Quod de Idumæis ait, nos autoritate Iacobi apoſtoli cōfirmauimus in ca. 9. Hamos. n. 41. Nihil etiam vetat in Idumęis omnes Eccleſię, ſanctorūq; pſecutores, intelligere. Ad hos omnes ea, quæ hactenus expoſita ſunt, facile accōmodari à quouis poſſunt. * Legatū ad gentes miſſum Hier. & Ruper. volūt eſſe Dñm noſtrū IESVM CHRISTVM, qui in Iſaia iuxta Lxx dicitur magni cōſilij angelus, & in Hagg. Deſideratus cūctis gētibus. Ipſe venit ad gētes, nō per ſe, ſed per mēbra ſua ſanctiſſima, & per ſuos miniſtros. i. per apoſtolos. Quare recte Paulus & Barnabas, cū de CHRISTO dictū eſſe ſcirēt: Ecce dedi te in lucem gentiū, vt ſis ſalus mea vſque ad extremū terræ, nō dubitarūt ad ſe referre, qui pro CHRISTO legatione fungebātur. Vobis, inquiūt, oportebat primū loqui verbū Dei, ſed quoniā repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternę vitæ: Ecce conuertimur ad gētes: ſic enim præcepit nobis Dñs: Poſui te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſq; ad extremū terræ. Ipſe autē effecit vt multitudo gentiū Romano imperio ſubiecta cōſurgeret aduerſus Iudęos, & eos deleret, & quotidie effiecit, vt gētes, quæ venerūt ad Euangelium, quotidie cōtra Iudæos & cōtra Hęreticos dimicēt gladio ſpiritus, quod eſt verbum Dei, tela ſumentes ex armario ſcripturarum. Sed melius, vt iam oſtendi, dicemus, legatum eſſe miſſum ad gentes, quia ad hoc bellum contra hoſtes veritatis tacito cordis impulſu eos excitat. Vniuerſam autem Allegoriam de Iudæis explicatam inueniet, qui volet in Ruperto, de hæreticis in Hieronymo.

TROPOLOGIA.

18 In Edom, vt in ca. 1. Hamos. n. 18. admonuimus, homines intelliguntur voluptatū amatores, magis quam Dei, & ſemper terrena captantes, atque eorum cauſa primogenita vendentes, id eſt, iure ſe cœleſtis hęreditatis abdicātes, & qui ſanctorum quidem fratres eſſe videntur, ſunt autem impugnatores, & hoſtes acerrimi, contra hos omnes prophetæ, & omnes apoſtoli auditum audiunt à Domino, quia non hæc propheta ſolum, ſed vniuerſa ſcriptura æternum illis interitum, & nunquam finiendas calamitates comminatur. Legatum ad gentes miſit, quia vitiorum agmina, quaſi milites conuocatos, in illos Dominus inſurgere permittit iuſto iudicio ſuo, neque aduerſariarum poteſtatum conatus, atque incurſiones retardat. Nam ſi videat Diabolus hominē, quāuis à Deo non omnino alienum, voluptatum illecebris capi, earumque deſiderio nimis commoueri, vt earumdem cauſa nihil non facturus, nihil non amiſſurus videatur: omnes illius cordi ſuarum fraudum machinas admouet, eumque paulatim in omnia vitia præcipitat, cui merito dicit Dominus: *Ecce, paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es valde.* Paruuli ſunt quicunque huiuſmodi ſunt ex illis, de quibus Apoſtolus loquitur: fratres nolite pueri effici ſenſibus. Quid enim magis puerilis ſenſus, quam vili coctiuncula primogenita vendere, vt fecit eorum pater Edom, æternas, maximaſque voluptates paruis, ac momentaneis cōmutare, terram, cœlo, creatori, qui eſt ſuper omnia benedictus in ſæcula, tranſeuntes in imagine creaturas anteferre? Paruuli etiam ſunt, id eſt, infirmi, vt Chaldæus interpretatus eſt, atque imbecilli: abijciunt enim fortitudinem animi, id eſt, gratiam, ſacramenta, orationem, opera pœnitentiæ, & alia id genus, quibus anima confirmatur ad bene viuendum, & ad reſiſtendum impugnationibus Diaboli. * Quomodo igitur non infirmi erunt, qui ijs veræ fortitudinis præſidijs carent? Paruuli ſunt, quia ſicut Idumęi, qui ſibi multi videbantur, pauci erant, ita hi, quamuis numero multi, pauci tamen reuera ſunt, quia paucos habent comites, à quibus tegantur, paucos, à quibus defendantur. At iuſti multos habent, & ideo magni ſunt: de quodam enim ſancto ſcriptum eſt, Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mons plenus equorum, & currum igneorum in circuitu Eliſæi. Et Ezechias conuocatis militibus ait, Viriliter agite, & confortamini, nolite timere, nec paueatis regem Aſſyriorum, & vniuerſam multitudinem, quæ eſt cum eo: multo enim plures nobiſcum ſunt quam cum illo, Cum illo enim eſt brachium carneum, nobiſcum Dominus Deus noſter, qui auxiliator eſt noſter, pugnatque pro nobis. Infirmi ſunt, quoniā, vt magni labores corpus frangunt, ita otia, & voluptates animum eneruant: pauci ſunt, quoniam delicijs ſe ſe dedentes, & in eas ſubſtantiam conferentes non faciunt ſibi amicos de mammona iniquitatis, & extra ſe vagantes, nec cōſiderant, nec vident infirmitatem ſuam, nec illi ſubſidia quærunt amicorum. * Accedit ſuperbia, vt ſtatim dicemus, qua ſibi placent, & fortes ſibi, atque inuicti videntur. Quare merito additur: *Contemptibilis tu es valde*, ſine ſenſu, ſine viribus, ſine amicis, hoſtium prædæ, atque iniurijs expoſitus es. Sed nihil mirum ſi ſequentia attendimus: *Superbia cordis tui extulit te habitantem in ſciſſuris petrarum, exaltantem ſolium tuum.* Quam eleganter dictū: *Superbia cordis tui extulit te!* Nō te res magnæ geſtæ efferunt, non conditio, non natura, ſed ſuperbia cordis tui. Non ex rebus, quas habes, iſta ſuperbia oritur (quid enim habes, quod non accepiſti?) ſed è corde tuo. Nihil habes, vnde ſuperbias, quid enim ſuperbit terra & cinis? ſed cor tuum vaniſſimum, ſponte ſua ſe erigit, & magna de ſe concipit, & te ignarum, atque oblitum tui decipit. Vt autem ex corde, nō ex rebus magnis oriri ſuperbiam indicet, cauſam elationis aperit: Inde ſuperbis, quod habitas in ſciſſuris petrarum. Petra interdum principium generis dicitur, ex quo poſteri, vt è petra lapides exciduntur. Ita Iſaias Abraham petram vocat: Attendite ad petram, vnde exciſi eſtis, & ad cauernā laci, de qua præciſi eſtis. Attēdite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Sarā, quæ peperit vos. CHRISTVS petra eſt, qui pater futuri ſæculi dictus eſt à Propheta. * Quare qui Chriſtianos ſe eſſe iactant, atque eo nomine ſibi, & placent, & vitam æternam pollicentur, nec

1. Reg. 6. 2. Paral. 32.

1. Cor. 4.

Eccli. 10.

Petra.

Iſai. 51.

21 Iſai. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

putant Gehennam esse metuendam, quia Christiani sunt, & fidem tenent apostolorum, qui Petræ etiam dicuntur? Cum vita, moresque omnino à Christianis abhorreat Idumæi sunt superbientes, quod in scissuris petrarum habitent: non enim satis est credere, quod Christianus, & apostoli docuerunt, nisi facias quod præceperunt. Fides sine operibus mortua est in semetipsa, & in Dño Iesv neque circũcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. Nam qui fidem sine operibus iactant, non sunt Israel Dei, sed Synagoga Satanæ. His merito illud dicemus: Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & nolite dicere intra vos: patrẽ habemus Abraham. Verum huiusmodi Idumæi, & stulti sui amatores nõ tam in petris habitant, quam in scissuris, quæ tẽporis diuturnitate, aut ictibus lapidum, aut ferri factæ sunt, successu enim temporum, & duritie hominum inobedientium, Deique voluntati minime cedentium, quædam quasi foramina in his petris facta sunt, quibus diuinæ, & Ecclesiasticæ leges quasi fodiuntur, & semper aliquid de soliditate sua amittũt, & luxui, molli vitæ, & remissæ, auaritiæ, ambitioni locus relinquitur, & cum viuere videantur in petris, in terra potius, quæ post perfossas petras est, viuunt, si vita illa dicẽda est. Hæc ad eos, qui de generis nobilitate intumescunt, pertinere possunt, sed ad eos maxime, qui in religionibus vitam agimus, si à patrum nostrorum, in quibus gloriamur, sanctitate degeneramus. *Sed quoniam in scriptura bonorum, & Deo carorũ esse videtur habitare in scissuris petrarum, sicut Moysi dicitur: Ponã te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam, & desponsa scriptum est: Colũba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. aliter etiam hæc interpretemur. Solent isti spirituales Idumæi, vel amore quodam, vel timore interdum aliquo futurorum suppliciorũ excitati, dolore peccatorum commoueri, & pœnitentiæ, ieiunijs, eleemosynarumque largitioni vacare: quod nihil est aliud quam in petrarum foramina ingredi quia Christi, & sanctorum apostolorũ, qui petræ dicti sunt, opera imitãtur, illis similes, quibus ait Iohãnes: Progenies viperarum, quis demõstrauit vobis fugere à vẽtura ira? Atque hoc quidem sapientium est, sicut ait Salomon quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus &c. lepusculus plebs inualidã, qui collocat in petra cubile suũ. Vt enim lepus timidũ animal, & imbelle, neque arma præter pedes, & fugã habens, nisi ad petrã cõfugiat, tutus esse non potest: ita peccator, qui timore gehẽnę semper pauidus est, & spiritualibus armis caret, seruari nullo modo potest, nisi fuga saluti suæ consulat, & ad Christum, & sanctorum imitationem trãseat. *Cui simile est illud: Petra refugiũ herinaceis. Quem enim herinaceus spinosum animal, nisi peccatorem designat, qui crebris peccatorum sentibus cooperitur? Sed quoniã neque humilitatis fundamenta iecerũt isti, inde magis in superbiã efferuntur, & quo plura faciũt, eo se meliores censent, & plures sibi voluptates permittũt, atque indies vt superbiores, ita etiã nequiores euadũt. Decipit ergo eos superbia cordis sui, quod sibi multis in rebus sanctorũ opera videantur imitari, nulloq; hostes timẽt, quasi habitãtes in scissuris petrarum. Sciamus etiam quãuis Hieronymus & Lxx vertetint *Petrarum*, in Hebræo esse סלעי .i. petræ. Quare si Petræ mali legi, Christum intelligemus, si Petrarum, intelligemus & Apostolos, qui à fidei, & caritatis soliditate, & à similitudine cũ Christo, vere petræ vocantur. Hinc super eos quasi supra petras in fundamẽto positas, superædificãtur fideles, sicut ait Apostolus: Superædificati super fundamentum apostolorum, & prophetarum ipso summo angulari lapide Iesu Christo, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctũ in Domino. Grego. 31. Mor. c. 34. In sacro eloquio, cũ singulariter petra nominat, quis alius quam Christus accipitur, Paulo attestante, qui ait: Petra autẽ erat Christus: cum vero petræ pluraliter appellantur, mẽbra eius videlicet sancti viri, qui illius robore solidati sunt, exprimuntur. Quæ Gregorius nõ de eo, quod semper, sed de eo, quod plerũque in scriptura fit, intellexit: neq; enim ignorabat Petrum quoque dictum esse Petram. Matth. 16. Exaltant etiam solium suũ, quia illa sublimium operum similitudine, multos infra se relinquere videtur, & quãtũ potsunt, ascẽdũt, ac sese sibi collocãt, vbi nulla pericula putãt esse metuẽda. * Sed recte illis à Domino dicitur: *Si exaltatus fueris vt aquila & si inter sidera posueris nidum tuum, inde de-*

Iacob. 2.
Galat. 5.
Galat. 6.
Matth. 3.
Peccatores habitantes in scissuris petrarum.
22
Exhodi. 33. Cant. 2.
Matt. 3.
1. Ioan. 3.
Ephes. 2.
trahã te.

trahã te. Nam quantumuis exaltentur, & iusti, magniq; videantur, detrahũtur in terram, & à cauernis petrarum, in quibus se firmiter habitare credebant, decidunt, quia subito in turpia, & manifesta peccata labuntur, ex quibus facile omnes intelligunt quales etiam tunc fuerint, cum iusti putabantur. Pulchre vero dixit: *Si exaltatus fueris vt aquila*. Quamuis enim aquila in sublime volatu conscendat, terram tamen despicit, & cadauera, & bestiolas, quæ capiat, ad eaque se subito demittit ex alto, sicut de ea scriptum est in Iob: In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde cõcemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt, pulli eius lambent sanguinem, & vbicũque cadauer fuerit, statim adest. Ita isti, tametsi perfectionem simulent, nunquam oculos à terrenis bonis auertunt, semper eos, aut in honores, aut in pecunias, aut in voluptates deijciunt, sine quibus vitam nullam putãt. *Pulchre etiam nidum ponere dicuntur, inter sidera, quia vt maxime laborent firma sibi, & quieta vitę suę securitate quærenda, nidus tamen est, quem construunt e feno, & stipulis constat, magno labore factus est, sed minimo dissoluitur. Hanc securitatem, & quietem amittunt, cum in libidines, & ambitiones, & in fœdissima peccata, iusto Dei iudicio incidere sinuntur, & gloria spoliantur, quam iniuria occupauerant, & insipientia eorum manifesta omnibus fit. Inter apostolos versabatur proditor Iudas, sanctus & humilis, ac reliquis similis existimabatur, inter sidera posuerat nidum suũ: sed quoniam pristinæ humilitatis obliuisci cœpit, & cupiditatem admisit, ita ex illa altitudine detractus est, vt ipsum Dominum, atque magistrum suum triginta argenteis venderet. Quo scelere adeo securitatẽ animæ perdidit, vt vltricem tanti facinoris cõscientiam ferre non sustinẽs laqueo potius viram finiendam, quam tanto cum dolore viuendum putauerit. Ego vidi, inquit Iob, stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim, cuius messem famelicus comederet, & ipsum rapiet armatus, & bibẽt sidentes diuitias eius. * Sed & diuites, & potentes huius sæculi, & si firmissima esse putent, quæ possident, & quæ magnis laboribus comparauerunt, cum se super omnes euexerint, nudus est ille, quem inter sidera posuerit, ventus, & imbribus citò dissipãdus.

Iob. 39.
25
Psal. 103.
Iob. 5.
26
Num. 24.

Quid enim sunt sæculi bona, nisi fenum, & stipulæ? Vidit Balaam Cinęum, & assumpta parabola ait: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidũ tuum, & fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim capiet te. Cinęus Hebręis à possessione dicitur, & possessores diuitiarum, & voluptatum, & honorum designat: qui quamuis robustũ, & validum habitaculum habere videãtur, & in petra ponant nidum suum, id est, firmissimas, & ab omni iniuria turas fortunas suas, & delicias credant, non poterunt diu permanere. Assur enim capiet eos, quod, si interpreteris, sonat, Grassator, id est, mors, & tempus edax rerum, quę vbique grassatur, & omnia conficiunt.

HISTORIA.

Si fures introissent ad te. Prædicit vastitatis magnitudinem inusitatam. Si fures, aut latrones ad te introissent, auferrent sufficientia sibi, aut sufficientiam suam, vt est in Hebræo, id est, quantum vellent, aut quantũ sibi sufficere iudicarẽt: sed aliquid tamẽ tibi reliquissent: Si vindemiatores ad vineas tuas venissent, vel à te conducti, vel hostiliter eas depopulantes, quamuis cupidissimi essent, non possent non vel racemum aliquem relinquere aut neglectum, aut sub folijs latẽtem. Sed in te longe aliter fiet: irrumpent Chaldæi, & omnes diuitias tuas scrutabuntur, nihil erit tam occultum, tam absconditum, quod ipsorum oculos, & manus effugiat. Hæc totius loci sententia est, vt aperte videmus apud Ieremiam dicentem, si vindemiatores venissent super te, non reliquissent racemum? (quod per interrogationem legẽdum est) si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi. Ego vero discoopertui Esau, reuelaui abscondita eius. Sed illis verbis: *Quomodo conticuisse?* non parum obscuratur oratio, nam neque ea necessaria videbantur, neque satis apte cum reliquis cohærere. Eorum obscuritas diuersas, vt fieri solet, & interpretationes, & expositiones peperit; ego, quam maxime probo interpretationem, id est, nostram vulgatę editionis, explicabo. * *Quomodo cõticuisse?* admirationem habet, & in ea amplificationem, sicut paulo post, Quomodo locutati sunt Esau? Et Psal. 118. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. Et Thre. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, & ca. 2. Quomo-

27
28

Universidad de Deusto
Biblioteca

do obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion? Ex quibus videmus, nō negari silentium: sed affirmari, ac si vulgari loquētium consuetudine diceret. Quomodo facerent te tacere? Tacite autem illi exprobrat, quod minorem habeat fortitudinem, quam se habere iactat. Quasi dicat: sine dubio libentissime tacuisses, quamuis tibi magnus, & fortis videaris, si te hostes nec opinantem opprimerent, timore tacere cogereris, & vt vitam redimeres, libere illos auferre quicquid vellēt, sineres. Latet autem in his verbis comparatio fututæ vastitatis in hunc modum explananda: Cum tu timore exanimatus taceres, & illi possent pro libitore s omnes tuas rapere, tamen aliquid tibi reliquissent: at Chaldęos venientes senties, vociferaberis, & pugnabis, nec tamen quidquam eorum, quæ possides, seruare poteris: diripientur omnia. Lxx verterūt: vbi proiectus esses? hoc est, Non timerent te fures, sed cōtemnerent, ac proijcerent, vbi ne hiscere quidem auderes. Quod autem ait: *Si fures, si latrones per noctem*, non idem omnino est, vt Rabbi Dauid existimauit, quoniam גנבים, id est, fures, omni tempore furantur, sed שודדי לילה, noctu tantum significat enim vastatores, seu prædatores noctis, siue nocturnos, & quasi vnicum nomen accipiendum est. Ex quo constat illa verba: *Per noctem*, ad latrones solum esse referenda, non ad fures, quod ijs, qui Hebraicas literas degustarunt, dubiū esse non potest. Inde etiam intelligitur illud: *Quomodo conticuisses*. (Quæ translatio Rabbi quoque Salomoni probata est) melius exponi, vt dixi: Conticuisses præ timore magno, quam conticuisses, quia somno eras oppressus, vt Chaldæus, & idem Salomon interpretati sunt, quia fures non noctu solum, sed etiam in media luce furantur: scio גנב, & hoc in loco, & in alijs à Lxx κλέπτης, à nostro interprete fur verti, atque hæc vocabula omnia eum significare, qui occulte furatur, & dolose. Sed ita nunc loquitur, vt cum fur tacite per fenestras ascendit, (iuxta illud Ioel. 2. In muros current, domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur,) & patrem familias sopitum, aut etiam solu[m], & securū ferro, quasi interfecturus, aggr[ed]itur, ni taceat. At latrones noctis, id est, [κατὰ συντο]μὴν vt verterunt Lxx occidere etiā ve[lut]e, ideoq; magis terrent: Eisdem vocab[ulis] s, quibus nunc Lxx. Iohannes vsus est i[n E]uangelio capit. 10. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro κλέπτης, καὶ λῃστὴς, quæ ita, vt diximus, accipienda sunt. 49

Si vindemiatores. Possunt vindemiatores proprie accipi, vt iam exposuimus Hieronymum sequentes, sed nihil obstat vindemiatores appellare hostilem exercitum, qui solet omnia, quæ victorum sunt, more vindemiatorum auferre: sed ita tamen vt viliora relinquant, quasi dicat, Non erunt vindemiatoribus similes Chaldæi, nihil relinquent.

Numquid saltem racemum reliquissent tibi? In nostra trāslatione plerumque ita ponitur, Numquid vt per negationem respondendum sit, vt quod ait Pilatus: Numquid ego Iudæus sum? Quemadmodum cū dicimus, Numquid non, per affirmationem respondetur, vt in nostro Habdia: Numquid non in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa? sed interdum ita ponitur, Nūquid, vt sit per affirmationem respondendum, vt 1. Reg. 26. Cognouit autem Saul vocem Dauid, vt ait: Nūquid vox hæc tua fili mi Dauid? & eadem verba sunt in eodē libro cap. 24. 2. Reg. 13. Numquid Amnon frater tuus concubuit tecum. Sed nunc sororem tace, frater tuus est, & ca. 14. Numquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Ex quo intelligitur illud Psal. 86. * Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea? prædicitur Ecclesiæ fecūditas nomine Sīō. Num erit tempus aliquod ita felix, vt Sioni aliquis dicat, Multi homines in te nascuntur? Affirmandum autem esse quod quæritur Hebræa verba docent: quæ ita se habēt: Ad Sion dicetur, Homo, & homo natus est in ea, quomodo etiam vertit Hieronymus. Ita nunc respondendum est, vt sit sensus: certe quamuis auidi essent, racemum aliquem reliquissent. Atque id quidem in Hebræo est manifestissimū, vbi habetur שׁאר, quod solet fere semper interpres vertere: Numquid non, vt paulo post: Nūquid non in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa? Sed demonstrare volui vsitatum quoq; esse, vt Numquid ponatur prō Numquid non. Illud minutius (neq; enim omnia Latinitatis vitia in translatione nostra excusare volo,) sed obiter dicendum, Numquid, non esse Barbaram dictionem, vt multi putant, sed Latinam & optimis auctoribus probatam, vt Cicer. in oratione pro

domo

domo sua: Numquid igitur his bona Lentuli religioni obligauit? & 2. officiorum: Omnia ne officia perfecta sint? Numquid officium aliud alio maius sit? & Ouidius:

Liu. Trist. Elleg. 6. 31

Numquid Achillas inter fera prælia fidi,
Deseruit lentas Automedontis equos.

Quomodo scrutati sunt Esau. Diximus idem esse Esau, & Edom, à quo dicti sunt Idumęi. Itaque sicut Edom vocauerat Idumæos ita nunc eosdem appellat Esau; quomodo Israelitæ passim Israel dicuntur, Moabitæ, Moab, Hammonitæ, Hammon. Loquitur autem cum admiratione vt amplificet direptionem magnam rerum Idumæorum, ac si diceret: Omnes tuas diuitias, & quicquid reconditum habebas, inuestigabunt, & retegent, & in mediam lucem efferent, ac diripient. Eleganter autem scrutari & inuestigare dixit, vt domicilia Idumęorum, qualia sint, indicet: omnis enim Australis regio (vt verbis Hieronymi vtar) Idumæorum de Eleutheropoli, vsq; Petram, & Hailam (hęc est enim possessio Esau,) in specubus habitatiunculas habet, & propter nimios calores solis, quia Meridiana prouincia est, subterraneis tugurijs vtitur. Quasi dicat: Omnia secreta tua, & cauernas, & foramina, in quibus habitas, lustrabunt; Eadem elegantia dixit Ieremias: Ego vero discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari non poterit. * Quærat aliquis, quomodo hæc in Idumæos conueniant, quos cōstat non fuisse ita à Chaldæis excisos: vt penitus interierint, præsertim cū paulo post dicat: Operiet te confusio, & peribis in æternum. De hac re, quoniam iterum, in disputationem redibit, Malachię. 1. cuius verba magis etiā nos vrgebunt, quam Habdiæ, nunc hoc tātum dicamus, Prophetam nostrum nequaquam affirmare totum Idumæorū genus, cum à Chaldæis capietur, esse extinguendum, ita vt ne vnus quidem supersit: sed omnes esse partim extinguendos, partim in captiuitatem abducēdos, & omnes eorum diuitias esse diripiēdas. Eadem enim, & his grauiora de excidio Iudæorum dicta sæpe legimus in superioribus prophetis, quos tamen scimus nō omnino fuisse deletos. Nec vero dubitari debet de vastatione à Chaldęis inferenda, tam Ierem. c. 49. quam Prophetam nostrum loqui: quoniam per Ieremiam, qui circa tempora captiuitatis Ierusalem varicinatus est, postquam Nabuchodonosor rex Chaldæorum Ægyptum, & Idumæos, & plurimas gētes debellauit, has nationes Dominus more suo admonuit, & ipse de calamitate, quæ instabat, prophetauit, vt capit. 25. videmus. Idem iterum facit cap. 49. quo etiam ipsius Nabuchodonosor nomen non omisit. Hoc, etiam manifestissime ostendit Habdias, Quia iuxta est dies Domini super omnes gētes, sicut fecisti sic fiet tibi, id est, cito omnes gentes debellabuntur à Nabuchodonosor, & tunc patieris eadē, quæ paulo ante feceras, in Iudæos. Quod vero, ait: *Et peribis in æternum*, inox exponemus, cum ad id peruentum erit.

Vsque ad terminum emiserunt te omnes viri fœderis tui. More Hebræo dicuntur, viri fœderis tui, qui tecū fœdere iuncti erant, perinde atque si diceret, fœderati tui, sicut & viri pacis tuæ, pacifici tui, amici tui, vt Psal. 40. Etenim homo pacis meæ: in quo speraui: qui pacem tecum habent, sicut statim: Qui comedunt tecum: pro quo est in Hebræo, viri panis tui. Hoc ergo ait: Nationes, quæ tecum pacem inierāt, quę tecum amicitia copulatæ erant, quæ tecum sæpe comederant, id est, quas hospitio excipiebas, illudent tibi, teque decipient, cum enim viderint potentissimū exercitum Chaldæorum tecum pugnare, illi sese adiungent, & te simul cum illo vincent, ac te simul insequentur vsque ad terminos, & fines regionis tuæ cum captiuus abduceris, & inde in hostilem regionem mittent: Est autem adnotanda latens in singulis verbis amplificatio, singula enim augent. Graue est vel à fœdere iūcti decipi, & impugnari grauius, à pacificis, & familiaribus, grauius etiam, ab ijs, qui simul comedūt, id est, ab ijs, qui quasi domestici sunt. Chaldęus: A termino in exiliū deportarunt te omnes confœderati tui, seduxerunt te, inualuerunt aduersum te pacifici tui vescentes pane mensæ tuæ. 33

Ponent insidias subter te. Chaldæus: posuerunt offendiculum sub te, vt, scilicet, offendas, & cadas, & pereas.

Non est prudentia in eo. A secunda persona transit ad tertiam, quasi ad alios conuertat sermonem, vt paulo ante adnotauimus, id est, Tunc reipsa cognoscetur, quam stulti fuerint Idumæi, qui fallacibus amicis freti nullos hostes timebant.

Nunquid non in die illa dicit Dominus, perdam sapientes, &c. usque. Auferam vobis omnem sapientiam, & prudentiam, vt bonis, atque vtilibus, [a]lijs destituti superemini ab ho 34

stibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stibus. Ita Isai. 3. Ecce enim Dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & fortem, &c. Et consiliarium, & sapientem de architectis, & prudẽtem eloquij mystici. Montem Esau vocat montes Sehir, qui possessi sunt ab Esau, sed & vrbs Idumæa in monte sita est, & omnis illa regio, quę ad Austrum vergens confinis est eremo, præruptis montibus edita est, vt ait Hieronymus, rectęque appellari potest Mons Esau.

Et timebunt fortes tui à Meridie. Fortissimi quique ex tuis, illi etiam, qui sunt ad Meridiem, id est, ad regionem Idumææ Australem, idcoque remotiores esse videbantur ab impetu Chaldæorum, qui ab Aquilone venturi sunt, pauore magno corripientur. Quod si ij, qui & fortiores, & remotiores sunt, toto tunc corpore cõtremiscent, quid erit de ceteris sperandum? Magna hominũ multitudo cadet (siue vt est in Hebręo) excidetur, de mõte Esau, de tota regione Idumæorum. Hoc siquidem est, quod ait: *Vt pereat vir de monte suo*, id est, atque ita peribunt quam plurimi de Idumæa.* Quam scripturæ consuetudinem explicauimus, in cap. 2. Hamos nu. 9. & in cap. 6. n. 33. Pro eo quod Hieronymus vertit: *Pauebũt fortes tui a Meridie*, Chaldæus apertius; Et conterentur fortes tui habitantes ad Meridiem. Lxx Hebræam vocem reliquerunt, Et terrebũtur bellatores tui ex Theman, sed eodem sensu. Habet autem multum energiæ verbum חתו, non enim est quouis modo timere, sed frangi animo, & consternari, pro quo solet Hieronymus vertere, superari, vt 1. Reg. 2. Arcus fortium superatus est, id est, confractus. Ierem. 50. Confusus est Bel, victus est Merodach. Et ibidẽ: Superata sunt idola eorum, id est, fracta.

35

Propter interfectionem. Hebræi hæc connectunt cum præcedẽtibus, vt intereat vir de monte Esau propter interfectionem: Latini initium faciunt sequentis sentẽtiæ, sed parum nos mouere debet Hebræorum distinctio, vt putemus necesse esse sentẽtiam inde incipere, vnde ipsi volunt, aut ibi finiri, vbi ipsi finiunt, quoniam nec veteres Hebræi, neque Græci, neque vero Latini his punctis, aut notis vtebãtur, quibus nos medium, aut clausulam periodi notamus. Atq; ita Hebraica, & Græca, & Latina idem hic initium, atque eundem finem habent, si recte intelligantur. Ita ergo legemus.

Et timebunt fortes tui à Meridie, Vt intereat vir de monte Esau propter interfectionem & iniquitatem in fratrẽ tuum Iacob. Deinde noua sententia incipiet: *Operiet te confusio, & peribis in æternum.* * Ad hunc modum hæc esse legenda in nostra translatione Hieronymi commentarius satis docet. Idcirco, inquit, interibit vir de domo Esau, & peribit sapiẽtia de Idumæa, & prudentia de mõte Esau, quia interfeciisti germanum, & inique feciisti contra fratrem tuum Iacob, &c. Deinde Allegorice de hæreticis exponens, in qua expositione Lxx verba semper explanat eodem modo finiuit sententiam. Mox ad literam rediens, ait: Operiet ergo te confusio & dices: cõfusio vultus mei operuit me, ac peribis, nõ ad breue tempus, sed in æternum. Eodem modo distinguit, atque exponit Theodoretus verba Græcæ translationis. Fortissimi igitur quique trepidabunt, & interibunt omnes de mõte Esau propter interfectionem, quia vos ô Idumęi interfeciistis multos ex Iudæis, & inique cõtra illos egistis: quemadmodum enim Esau, siue Edom omnes posteros Esau iam appellauit: ita nunc Iacob appellat Iudæos, qui ex Iacob fratre Esau genus ducunt, loquitur autem de interfectione, & iniquitate in Iudæos, cum capta est Ierusalem à Nabuchodonosor rege Chaldæorum, vt latius statim explicabimus.

36

Operiet te confusio. Mirum in modum cõfunderis, plenus eris pudore, atque ignominia, cum à Chaldæis capieris, & diripieris, atque id quidem multis gentibus videntibus, atq; de tua calamitate lętantibus, quod te cõfusione magna afficiet. Ezec. 35. Hæc dicit Dominus Deus: lætante vniuersa terra in solitudinem te redigam. Hoc significat operiri confusione, qui enim operitur, totus tegitur. Sumpta est ab ijs metaphora, qui in profundum demerguntur, & nusquã extant, nec summo quidem capite, aut etiã ab ijs, qui toti veste conteguntur, Psal. 108. Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur, sicut diploide, confusione sua. Et superius: Et induit maledictionem, sicut vestimentum, &c. Fiat ei sicut vestimentũ, quo operitur, & sicut Zona, qua semper præcingitur. De aquis Exhod. 15. Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum, quasi lapis. Deut. 11. Quomodo cooperuerint eos aquæ maris rubri, cum vos persequerentur.

37

Et peribis

Et peribis in æternum. Hieronymus: Non ad breue tempus, sed in æternum: æterno enim, quantum in te fuit, fratrem vulnere percussisti, &c. Cum dicit: *In æternum*, in tempus lõgissimum intelligamus, ita enim capitur sæpe æternum in scriptura, vt diximus in illud Micheæ. 5. Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Nam Idumæos non omnino perijsse, cum vastati sunt à Chaldæis, notissimum est, & nos, si Dominus concesserit, in ca. 1. Malachiæ demonstrabimus.

38

In die cum staret aduersus eũ. Explicat cauſam illam secũdam vastitatis Idumæorum: Propter interfectionem & iniquitatem, in fratrem tuum Iacob. Loquor, inquit, de interfectione, & iniquitate illa tua in genus Iudæorum: cum obsessi sunt à Chaldæis, & capti: Tunc enim tu, qui fratribus tuis, auxiliari debueras, Chaldęis te, contra eos adiunxisti, & quantum potuisti, hostiliter Iudæos vexasti, perinde ac si vnus ex Chaldæis esses. Quod Idumæis nunc obijcitur, aperte videmus in Ezec. cap. 35. capta iam à Chaldęis Ierusalem: Ecce ego ad te mons Sehir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum, atq; desertum: vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris, & scies quia ego Dominus: eo quod fueris inimicus sempiternus, & concluseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremę, ideſt, cum tandem excisa est vrbs à Chaldæis, vt Hieronymus exposuit, & idem in hoc loco sensit. Hinc. 3. Hesdr. 4. scriptum est: Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quando exterminata est Iudæa à Chaldęis. Et quamuis non desint, qui aliter hæc velint explicare, tamen, si verba Prophetæ attendamus, videbimus necesse esse de eo tempore intelligi, quo vrbs capta est, & in prædam militibus data, penitusq; euersa, ait enim: Quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalem mittebant sortem, tu quoque eras quasi vnus ex eis. Quod vt iã vidimus, manifestius dixit Ezechiel: In tempore afflictionis eorum in tempore iniquitatis extremæ. Sed negabis fortasse de hoc tempore loqui Habdiam, cum aliquot annis præcesserit captiuitatem Ierusalem: nec videatur probabile reprehensurum in Idumæis, quod nondum fecerãt.

39

* Hac ratione videtur adductus Rupertus, vt putaret non posse intelligi, nisi de spiritualibus Idumæis, ideſt, de Iudęis, quoniam cum prophetabat Habdias, venerant quidem Idumæi cum Hammonitis, & Moabitis regnante Iosaphat, vt caperent Ierusalem, sed omnes re infecta mutuis concidere vulneribus, vt est in 2. libr. Paralipom. cap. 20. Sed facile res posset explicari, si meminisset prophetiam hanc esse, & ad futura tempora pertinere:

Nouit namque omnia vates:
(vt de Proteo à maximo poeta dictum est.)
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahãtur. 4. Geor.

Quare recte ait Theodoretus: Non vt facta, sed vt futura de more prophetarũ proprio prædicit. Itaque verba præteriti temporis, vt passim prophetæ faciunt, ad futurum sunt referenda. Desinet autem mirari qui meminerit idem ante multos annos à Dauide fuisse prædictum. Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalem, qui dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Ac ne dubites hæc à captiuis Iudæis dici, qui translati fuerant Babylonem, initium Psalmi audi: Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus, dũ recordaremur tui Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum.* Sed de hoc iterum nu. 58. & 59. nunc singula exponamus. Primum ordo verborum huiusmodi est. Eo die, quo tu stabas aduersus eum, & quo ab inimicis diripiebatur, tu eras quasi vnus ex eis: Quasi dicat, Hæc est interfectio, & iniquitas, quam paulo ante dixi tantorum tibi malorum causam futurã, quod cum ab inimicis vastabatur, tu erga eum perinde te gerebas, ac si Chaldæus esses. *Cum stares aduersus eum*, non significat, cum contra illum pugnabas, sed, cum stabas in conspectu eius, ac si diceret: Si procul abfuisses, nihil mirum erat te illi opem non tulisse, neque enim videbas, quantis malis vrgeretur, at cum adesses, cum in conspectu tuo esset, miserrima vrbs, quæ immaniter ab inimicis oppugnabatur, & diripiebatur, non solum nulla misericordia commotus es, sed quasi vnus ex hostibus aduersus eam dimicabas. Constat ex Hebræo quod diximus, nam pro, Contra, est נגדו, id est, à conspectu, vel in conspectu, vt:

40

Est in conspectu Tenedos, ——— 1. Æneid.

Lxx ἐξ ἐναντίας, ita dictum est Psal. 50. Et peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

catum meum contra me est semper, id est, è regione mei, ante oculos meos Heb. נֶגְדִּי: id est, In conspectu meo. Lxx ἐναντίόν μου, id est, coram me, in conspectu meo. Ita etiam dictum est.

1. Æneid. —— *Italiam contra, Tiberinaque longe*
Ostia. ——

41 *Quando capiebant alieni exercitum eius.* Quãdo exercitum Iudæorum iam victum in captiuitatem, atque in potestatem suam accipiebant Chaldæi: quando per portas iã nemine resistente irrumpebant, & sortem mittebant diuidentes prædam, vt fieri solet in vrbium excidio. Ioelis. 3. Et disceptabo cum eis super populo meo, & hæreditate mea Israel, quos dispersérunt in nationibus, & terram meam diuisérũt. Et super populum meum miserunt sortem. Nahum. 3. Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem, paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem.

Tu quoque eras quasi vnus ex eis. Tu quoque, cum indignatione, & cũ admiratione quadam dictum est. Ita loqui solemus cum iniuria afficimur, à quo maxime seruari, aut honorari debuimus. Quale est illud, quod Suetonius in eius vita cap. 81. Iulius Cæsar M. Bruto, in se cum pugione irruenti, qui eius filius habebatur, Græce quã Latine dicere maluit, vt pauciores intelligerent καὶ σὺ τέκνον. Tu etiam fili?

TROPOLOGIA.

42 *Si fures introissent ad te.* Tria aduersationũ genera commemorat, fures, siue latrones noctis, vindemiatores, Chaldæos, sed in hi omnibus dæmones salutis nostræ hostes indicantur, videmus enim apud Dauidem eumdem naturæ nostræ inimicum eodem versu quatuor animalium nominibus notari à variis artibus & modis nocẽdi: Super aspidem, & Basiliscum ambulabis, & cõculcabis Leonem, & Draconem. Aspis enim dicitur, cum latitãs mordet, basiliscus, cum antequam ad rem veniatur, metu ipso tentationis animam occidit, vt basiliscus visu leo, cum palam ferociam ostentat, & vi, atq contentione confidenter pugnat, atque dilacerat, quos capit: draco, cum partim calliditate, & blanda promissione, partim venenosa quadam crudelitate, & minis nos aggreditur. Ita nunc eodem fere modo fur dicitur, & latro noctis, vindemiator, & Chaldæus. Sed quoniã nu. 18. hostes in Idumæos venientes agmina vitiorum interpretati sumus, in eis potius hoc explicemus, modo id intelligatur, nihil referre de vitijs ne exponas, an de dæmonibus eorũdem vitiorum autoribus: eadem enim expositio est. * Diximus de furibus esse sermonem, qui clanculum domum ingressi minis dominum tacere cogunt: & quæ volũt, furantur. Ij sunt, quidam Diaboli impulsus, qui furtim animam inuadunt, vt aut non sentiantur, aut certe minime læsuri videantur: lædunt autem postea vel maxime. Tale est vitium gulæ, quod vtilitatis, aut etiã necessitatis prætextu honeste se insinuat amor immodicus mulieris, tametsi non continuo inhonestus videatur, aut etiam pecuniarum, & honorum; vel certe spiritus ipsi, qui nos ad hæc vitia tentando inducunt, & ab illis nomina habent, vt spiritus gulæ, spiritus fornicationis, spiritus auaritiæ fures dicentur. Sed, vt dixi, de ipsis impulsibus, siue operibus loquamur. Fures sunt, quia tecte, & dolose nos inuadunt, & per fenestras ingrediũtur, id est, per oculos, aut alios sensus sed vbi inualuerunt, & quasi arcem animi tenent, minis, atque terroribus ei silentium indicunt, donec furentur, quod volunt. Tristem, & insuauem vitam minitantur, si illis voluptatibus careas, nihil vnquam sine his iucundum, nihil tolerabile futurum; terretur his animus, & vincitur. Quid interea furãtur? Ventris ingluuies temperantiam primum ciborum, deinde castitatem aufert, silentium, grauitatem, cõstantiam animi, acies mentis obtũdit, & totum hominem lethali veneno implet. Ingreditur (inquit Salomõ) blande, & in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. * Amor ille primo non inhonestus, & casta quadam specie se contegens, vbi conuictus, aut mutua beneuolentia confirmatus tandem se prodidit, quot non profanos solum, sed etiam Dei templa fœdauit? Si quæris quid furetur? Audi sanctum Iob: Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina? Quid amor pecuniæ? Audi Apostolum: Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum Diaboli, & in desideria multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Latrones noctis sunt vitia eadem, aut similia iam violẽtiora, quæ recte noctis dicuntur, quia, nisi nocte, non inuadunt, id est, cum animus peccatis obscuratus est, & tenebris plenus. Nam vitia illa, quæ prius velo quodam honestatis sese tegebãt, & animũ sensim occupabãt, sæpe hominibus valde deprauatis ita imperant, vt detecta iam, & manifesta in apertissima flagitia impellant, sic libido interdum neq; amicitiæ, neque cõsanguinitati parcit; auaritia erga coniunctissimos etiam crudelis est; ambitio humana iura, & diuina violat: & tacere cogunt, quos spoliant, adeò, vt neque per confesionem ministris Dei aperiant, neque honestis amicis dicere audeãt, sed lucem omnino refugiant. De quibus Iob: * Perfodiunt in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem, si subito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis, & sic in tenebris, quasi in luce ambulant. In tenebris, id est, cum anima caligine peccatorum obscuratur, perfodiunt interiorem eius domum sicut in die condixerant sibi. Et enim cum dies erat in cordibus illorum, non audebant ita eos aggredi, sed noctem expectabant, & interse condixerãt noctu animas illas inuadi oportere. Quod si inter hæc Deo, vel per se, vel per prædicatores Ecclesiæ, vel per sanctam lectionem illustrãte aurora, id est, initium aliquod lucis in anima appareat, vmbram mortis, id est tristissimas tenebras sibi obortas existimant. Huiusmodi latrones Deus inducit in eos, qui diu pœnitentiam differre non verentur, sicut ait Iob: simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum. Simul veniunt latrones huiusmodi, id est, hæc vitia fortia, vel maligni spiritus in ea inducentes, quia infirma, & deprauata anima nihil resistit: & in gyro tabernaculum obsident, quia ex omni latere suis tentationibus mentem cingunt. Latrones Dei dicuntur, quia & si cupiditatem nocendi ex se habeant, potestatem tamen nisi ex Deo habere non possunt. Voluntas ergo in illis mala est, & sua est: potestas bona & Dei est. Cum autem non solum obsident, sed intrant, anima misera tacente, & deditionem faciente, tunc ait Dominus: Domus mea domus orationis vocabitur vos autem fecistis illam speluncam latronum.

Vindemiator, magis vineæ nocet quã fur, aut latro rei, siue supellectili: fur enim, aut latro aufert sufficientia sibi, & sæpe omnia, & si maxime cupiat, auferre nõ potest, at vindemiator nihil in vinea relinquit, nisi aut immaturos, aut putres racemos, quos contemnit, aut certe quos latentes non videt. Quare necesse est, vt vindemiatores nocentiores animæ pestes interpretemur, quæ dicunt: Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Euiusmodi sunt indu ratio, & mentis excæcatio, acedia, odium futuri sæculi, & spiritualium promissionũ, amor furiosus, & præceps præsentium voluptatum. De malis spiritibus horum autoribus eleganter scriptum est: Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantesque ad prædam præparant panẽ liberis. Agrum non suum demetunt, & vineam eius, quem vi oppressérant, vindemiant. Onagri sunt mali spiritus, quia obedientiæ vincula ruperunt, & Deo subijci noluere, sed quo eos rapit malitiæ vis præcipites ferũtur, & celeres. In deserto egrediũtur, aut etiam in desertum, quia non possunt nocere, qui spirituales magistros adeunt, tentationes aperiunt, consilium quærunt, & soli, atque deserti esse nolũt. * Eadem ratione dicuntur esse in deserto, si velimus exponere, Quasi onagri in deserto, id est, qui sunt in deserto. Opus suum vocat insidias, & fraudes: non enim ad opus Dei exeunt, sed ad suũ. Illud perpulchre, quod vigilare eos ad prædam dicit, vt panem præparent liberis: sunt enim multi filij Diaboli, quibus CHRISTVS ait: Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere: qui, nisi Diabolus alios seduceret, & in eamdem morum peruersitatem, & scelerũ communionem inferret, viuere vitam illã non possent. Riderentur ab omnibus, exagitarentur, exterminarentur, si omnes boni essent Itaque aliorum scelera, quasi panis quidam sunt, quo filios Diabolus alit, vt vitam illam miserrimam tueantur. Quid tum? Agrum non suum demetunt, quia virtutes, & fructus bonorum operum, quos nõ seminarunt, auferunt, vt vineam Domini exercituum spoliãt, de qua Dauid: Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam? Additur, Eius quem vi oppressérãt, quia vinea Domini est, quem vi quodammodo Diabolus opprimit, cum ei per iniquitatẽ adimit vineam, quam plantauit sanguine suo. Aut is, qui vi opprimitur, est homo ipse, quem studio, & amore virtutis incensum hostis callidus in sidijs, & fraudibus circumuenit

Universidad de Deusto
Biblioteca

48 uenit, & diuturnis tentationibus quasi cogit velle, quod noluerat. * Cum huiusmodi vindemiatores sic vineam diripiunt, sentit in se peccator, quod est apud Ieremiam. Ablata est lætitia, & exultatio de Carmelo, & de terra Moab, & vinum de torcularibus sustuli, nequaquam calcator vuæ solitum celeusma cantabit, id est, non lætabuntur calcatores vuarum fertilitate, non se se mutuo lętoque clamore ad calcandum exhortabuntur. Et Michæas propheta nomine sacerdotum, & ministrorum Dei eiulabit: Vę mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, non est botrus ad comedendum. Omnes hostes, quos hactenus recensuimus, vt immanissimi sint, tamen aliquid in anima relinquunt, sed tacite Propheta subindicat restare alios immaniores, qui omnia eius bona crudelissime depopulentur, quos significat in Chaldæis. At Chaldæi Hebraice כַּשְׂדִּים dicuntur, quod interpretãtur, sicut dęmones, aut sicut vastatores, idque nomẽ ab effectu habent peccata in Chaldæis significata, siue spiritus eorum effectores, quod homines efficiant, omnia bona detestantes, atque vastantes, & eo perueniant malitiæ, vt communem, atque vsitatum sceleratorum hominum modum excedentes, & cor impœnitens habentes, magis iam dæmones, quã homines videantur. * Quemadmodum enim Aristotele autore, virtus quædam est communem hominum virtutem superãs, quam heroicam, atque diuinam vocamus, qualem in Hectore Priamus prędicat apud Homerum, quem deum fuisse inter homines, neque hominis, sed dei alicuius filium visum fuisse dicit, quam qui habent σώστ, id est, diuinos, appellant Lacones: sic vitium est huic aduersum, quod supra hominis cõditionem videtur, & ἀνοήτους siue ἀνοησία, id est, feritas, atque immanitas vocatur. Tali apud eũdem Homerum rex Echetus fuit omnium, vt ait, mortalium sceleratissimus. qui hospitibus nares, & aures, & membra quædam alia abscindebat, canibusq; proijciebat. Tales etiam homines reddunt peccata, de quibus nunc loquimur. vt hæresis, desperatio, odium Dei, & alia, quæ hęc assectantur. Quare merito cum admiratione exclamat. *Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigauerunt abscondita eius:* necesse est enim his grassantibus, quidquid boni supererat absconditum, auferri, atque perdi. Sedditius est, quod sequitur.

Ier. 48.

Mich. 7.

49 7. Ethi. c. 1.

Iliad. 24.

Odyss. 18.

Vsque ad terminum emiserunt te omnes viri fœderis tui, &c. Qui opibus abundant, & trãquille in hoc mundo viuunt, vix credere possunt moriendũ sibi esse aliquando, nihil putant esse quod sibi nocere valeat, nullam calamitatem timent, quia cõtra omnia mala satis sibi præsidij esse censent in diuitijs, & potentia, & quasi fœdus se inijsse putant cũ morte, & cum ijs omnibus, quæ hominum vitam infestant, ac turbant. Vocem eorum audimus apud Isaiam: Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactũ, Flagellum inundans, cum transierit, nõ veniet super nos, Hi sunt viri fœderis eorum, viri pacis eorum sunt honores, & diuitiæ, in quibus maxime quiescebant, & pacem habebant, sicut scriptum est: O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis. Viri panis eorum quibus cũ comedebant, à quibus nullo, aut tẽpore, aut casu separari poterãt, sunt voluptates, quas etiam Augustinus ante conuersionem amicas suas vocabat. Retinebant me, inquit, nugæ nugarum, & vanitates vanitatum antiquæ amicæ meæ, & succutiebant vestem meam carneam, & submurmurabant: Dimittis ne nos? & à momento isto non erimus tecum vltra in æternum? * Omnes huiusmodi falsi amici illuserunt eis, quoniam, vt ait Ecclesiasticus, est amicus secundum tempus suum, & nõ permanebit in die tribulationis, venit mors, quæ illos à voluptatibus auulsit, venerunt morbi, dolores, lacrymæ, circundederũt eos dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt eos. Dolores inferni circundederunt eos, & prœoccupauerunt eos laquei mortis. Venit inexpectata Domini sententia: subuertet grando spem mẽdacij, & protectionem aquæ inundabũt. Illæ profecto, de quibus modo dicebamus: Torrentes iniquitatis conturbauerunt eos. Nihil ne præterea? Et delebitur fœdus vestrum cũ morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit, flagellum inundans, cum transierit, eritis ei in conculcationem. Illuserunt eis sine dubio omnes, & insidias sub eis posuerunt, quoniam mortis tempore diuitiæ, & voluptates, quæ semper oblectationem animi tranquillitatemque pollicebantur, magno cũ dolore relinquuntur, sicut ait Salomon. Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatæ in malum domini sui, pereunt enim in afflictione pessima.

50 Diuites nec mortis nec calamitatem timent.

Eccle. 40.

51

Eccle. 14.

52

Psal. 17.

Psal. 114.

Eccle. 9.

53

Lib. 8. Confess.

* Cum igitur Idumæi huiusmodi à Chaldæis hinc capti, in perpetuam gehennæ captiuitatem abducuntur, ab his, quos commemorauimus, amicis deducuntur vsque ad terminum terræ suæ, id est, vsque ad exitum ex hac vita, qua omnia eorum bona terminantur, & inde emittuntur in terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Adiunxerunt se Chaldæis, & contra Idumæos pugnarunt affligentes eos, & turbantes, & tunc re ipsa apparuit non fuisse sapiẽtiam in Idumæis, qui tam leuibus, & fallacibus amicis confidebant. In die illa perdidit Dominus sapientes ex Idumæa, & prudentiam de monte Esau, quia cum doloribus mortis circumdantur, & instare horam vident, qua sint omnia, quibus iucundissime perfruebantur, relinquenda, possentque pœnitentia præterita peccata delere, atque animarum suarum salutem comparare, dolore exanimati iacent, neque quicquam, nisi de salute corporis cogitant, de patrimonio in filios diuidendo, de pompa sepulturæ, neque quomodo male parta restituant, sed quomodo primogenitos suos locupletiores, & nobiliores relinquant. Dolent, quod tot opes, & voluptates deserant, non dolent, quod opum, & voluptatum veratum autorem, & largitorem deseruerint, atq; inter hæc subito linguæ, mentisq; vsu amisso sæpe moriuntur. Quid his stultius, qui tamen acuti, cordatiq; omnibus videbantur? *Perdidit Dominus sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau.* * Sunt autem in his quidam, qui sapientiores videntur, & contra pericula fortiores, qui habitant ad Meridiem, & remotiores; à periculis sunt, minus enim frigescunt quam ceteri, plusculum & lucis habent, & caloris, diuitijs minus confidunt, mortis sæpius recordantur. Sed quoniam nunquam penitus Deo adhæserunt, sed sæculum præsens amarunt, ipsi quoque eodem tẽpore contremiscunt, & vix sui compotes sunt, tandemque moriuntur in stultitia sua. Quos cũ reliqui tremendes, & consilij inopes videant, quomodo non intereant alij de monte Esau? Quærtis tãtorum malorum causam? *Propter interfectionem, inquit, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob.* Quos nam hi interfecerunt, qui viri pacifici sunt? Multos profecto exemplo, plures dictis, atq; factis. Quot paruulas virgines violauerunt? quot inopũ toros polluerunt, quot in aliorũ necẽ armauerunt? quot peierare coegerũt? quot auariția sua in furta impulerunt? Quãta fuit præterea eorum iniquitas in fratrem suum Iacob. i. in seruos Dei? Omitto oppressiones, & rapinas, & iniurias huiusmodi, semper virtutis amatores, tanquam vitæ suę condemnatores, odijs prosequũtur: pœnitẽtiæ opera rident, religionibus detrahunt, si quos ad eas, ac denique ad puriorem Dei cultum, & vitam meliorem vocari vident, quo studio auertunt? quæ ad id commenta excogitãt? seruasse sibi à magno periculo videntur, quos ad vitam suæ similem reducunt. * Filios, si auocare à religione non possint, perinde lugent, ac mortuos: vixque inter infideles inuenias acerbiores virtutis, & Christianę perfectionis hostes, modo animos, & cogitationes suas velint, aut audeant prodere. Operiet eos confusio ęterna, qui semper gloriam quærebant, & peribunt in æternum, quia æternis, quantum in se fuit, odijs in fratres suos fœuierunt. Quod autẽ sequitur: *In die, quo stabas aduersus eum, quando capiebant alieni exercitum eius, &c.* Allegorice, & Tropologice exponit Hieronymus, vtroq; sensu satis apte: Legimus, inquit, vidimus, quotidieque comprobamus, quãdo persecutio contra Ecclesiã oritur, multo peiores persecutores Iudæos, & hæreticos in Christianos fieri, quam Ethnicos. Possumus extraneos ingredientes portas Ierusalem λογισμοὺς .i. cogitationes pessimas, dicere, portasque Ierusalẽ, id est, animę quiescentis, & videtis Deum quinq; sensus interpretari, per quos introeant hostes, & spolia diuidant Ierusalem. Si viderimus mulierẽ ad concupiscendũ, mors ingressa est per fenestras nostras: si susceperimus per aures mẽdacium, ac iudiciũ sanguinis: per aliam portã hostis ingressus est: Odoratus quoq;, gustus, & tactus, si vel varijs odoribus, vel dulcibus cibis vel amplexibus delicatis captus fuerit, per alias portas ingressi sunt aduersarij, & spolia diuidũt miseræ Ierusalẽ, &c. * Eo igitur tẽpore, quo in animũ alicuius serui Dei, quæ erat vrbs electa, in qua erat templum Domini, mortiferæ cogitationes per Diaboli calliditatem, & humanã infirmitatem ingrediuntur, atq; eã capiunt, & diuitias, quas habebãt, diripere parant, exultant Idumæi, falsi fratres, & hostes adiuuãt, rumores vbique spargũt, facta, atque infecta narrant, & minima quæq; amplificãt, neq; quidquam

54

55

crebrioribus sermonibus vlut pant, vt perfectæ vitę amatores contemnantur, & infirmis occasio ruinæ præbeatur, Ipsique perdita sanctitatis existimatione liberius peccent. Quod si cognatos, aut familiares, aut etiam filios, quos à perfectione reuocare nõ potuerant, videant iniuria affici, aut cõtumelia, non solum stimulos, sed faces etiã illis admouent ad vltionem; si paupertatẽ CHRISTI sequi velint, degenerare eos queruntur, & maiorum suorum, atque cognatorum gloriam obscurare, errata liberalissime condonant, & virilis animi, bonæque indolis esse dicunt vt illi minus deinceps peccare formident. Atq; hæc faciunt Idumæi stantes in conspectu seruorũ Dei, & videntes eos ab alienis crudelissime vexari, patiturque Ecclesia acerrimam non solum alienorum, sed etiam suorum impugnationem, vt merito quidam ex eius principibus, & custodibus conqueratur, versatum se fuisse in periculis ex gentibus, & in periculis ex falsis fratribus. Et in eadẽ epi-
2. Cori. 11. stola: Nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnæ, intus timores: Etenim extra se habet Ecclesia, à quibus impugnetur, intra se, atque in ipsis suis visceribus, quos timeat tanquam domesticos hostes, & eò nocentiores, quò occultiores.

HISTORIA.

56 *Et non despicies in die fratris tui.* Locus est difficillimus nam si recte superiora enarrauimus, hæc ideo in Idumæos prophetari quod Chaldæorum in excindenda Ierusalem auxiliares milites fuerint, vt ex scriptura ipsa demonstrauimus: obscurissimum est ad quod tempus referenda sint hæc: *Et non despicies in die fratris tui*, & quæ sequuntur. Rerum quidem, & verborum cõtextus exigebat, vt de postremo excidio Ierusalem Prophetam loqui putaremus: Ille enim fuit dies peregrinationis Iudæ, & dies perditionis, angustiæ, ruinæ, vastitatis. Et sensus esset: Cum iterum capietur Ierusalem à Romanis, nequaquam poteris contra Iudæos facere, quod cum à Chaldæis est capta feci sti. Verum nullo modo potest ita explanari: horum enim omnium ratio redditur paulo post: Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes, sicut feci sti, fiet tibi, quod Hieronymus exponit: Ideo ista non facies, quia tu similia patieris, quomodo multi etiam interpretantur. At quando vrbs euersa est à Romanis, constat Idumæos liberos in patria sua vixisse, immo & Iudæis nocuisse, quod hic futurum negatur: Nam, vt est apud Iosephum, libro. 4. de bello Iudaico cap. 6. & 7. viginti mille Idumæi eum quatuor ducibus venerunt in Ierusalem magnamque stragem in vrbe ediderunt, mox & Tito adiuncti sunt, vt idem 57
ait libro. 7. ca. 15. *Dicat quispiam, non ad extremam captiuitatem hęc referri debere, sed ad aliquam earum, quæ hanc præcesserunt, quo tempore nondum restituti erãt in patriam Idumæi, maximeque ad eam, cuius autor Antiochus rex fuit. Sed neque probare nobis poterit, qui hoc diceret, Idumæos tunc in captiuitate mansisse apud Chaldæos, & nos illi probabimus eodem tempore vixisse eos in patria sua, & ne tunc quidem destitisse insectari gentem Iudæorum. Ita siquidem legimus. 1. Mach. 5. Et factum est, vt audierunt gentes in circuitu quia ædificatum est altare, & sanctuarium, sicut prius, tratæ sunt valde, & cogitabant tollere genus Iacob, qui erat inter eos, & cœperunt occidere de populo & persequi. Quis dubitet in his fuisse Idumæos? præsertim cum sequatur continuo: Et debellabat Iudas filios Hesau, qui erant in Idumæa, & eos, qui erant in Arabathane, quia circumsedebant Israelitas, & percussit eos plaga magna. Vbi corrupte legitur Arabathane pro Acrabathena, vt ex Græco constat, & ex Iosepho. 12. Antiquit. capite. 11 quita de eadem re scribit: Quo tempore etiam Acrabathenam inuadens multos Idumęos Hesau posterosinterfecit, & deprædatus est. Est autem Acrabathena vna ex Iudææ toparchijs, vt Iosephus docet libro. 3. de bello capite. 3. & Plinius libro. 5. cap. 14. Dicitur etiam Acrabathene confinii Amorrhæorum, autore Hieronymo in locis Hebraicis. * Ceterũ Glossa ita interpretatur. *Non despicies in die fratris tui*, quoniam cum Ioachim rex captus est à Nabuchodonosor, vel cum tandem vrbs vastata est regnãte Sedecia ab eodem, iam Idumęi capti fuerant. Id ne alicui probabile videatur, longe aliter se res habet: nam post vastatam à Chaldæis Ierusalem Idumæi ab ijsdem capti sunt, vt superius numero. 38. & 39. demonstrauimus ex 35. capite Ezechielis, vbi captiuitas Idumæorum prædicitur, post euersionem Ierusalem. Capite enim. 32. scribitur: Et factum est duodecimo anno

in mẽse duodecimo, &c. Annus autem ille est duodecimus transmigrationis regis Ioachin, vt ex initio primi capitis satis intelligitur. Cum autem vndecimo anno Sedeciæ, qui continuo regi Ioachin successerat, capta sit Ierusalem, vt ex fine 4. libri Regum intelligimus, relinquitur hæc Ezechielem post eius excidium scripsisse. Quare merito in eius capitis initio Hieronymus ait: Omnis autem istius capituli prophetia est contra montem Sehir, filiorum videlicet Esau, & Edom, qui Græca, & nostra lingua appellantur Idumæi: eo quod tempore necessitatis, & angustiæ, quando Iudas capiebatur à Babylonijs, insultauerint ei, & 59
eiecto populo Iudæorum, sibi putauerint Ezechiel. 25.
terram traditam ad possidendum. * Ieremias vero, qui quasi ordine videtur describere victorias Nabuchodonosor, docet vastatam esse ab eo Idumæam post Ierusalem: Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus, id est, Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius, & principibus eius, vt darem eos in solitudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionem, sicut est dies ista (qua, scilicet, à Chaldæis obsidebatur Ierusalem) Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & populo eius, & vniuersis generaliter, cunctis regibus terræ Ausitidis, & cunctis regibus terræ Philistiim, & Ascalonis, & Gazæ, & Hacaaron, & reliquijs Azoti, & Idumęę, & Moab, & filijs Hammon, &c. Lege ibidem Hieronymum sententiam nostrã confirmantem. Iosephus quidem lib. 10. Antiq. cap. 11. etsi nihil de Idumęa dicat, regna tamen cetera, inter quæ Idumæa ab Ieremia numerata est, post Ierusalem debellata esse narrat. Quinto, inquit, post excidium Ierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vigesimus tertius, cum magnis copijs inuasit Cœlensyriam, qua subacta bellum gessit cõtra Hammonitas, & Moabitas, & his quoque perdomitis Ægyptum hostiliter est ingressus, &c. Hæc iterum attigi, quoniam ad ea, quæ superius tradidimus, constabilienda necessaria videbantur. * Inuitus equidem aliorum sen- 60
tentijs refutandis immoror, sed habẽt multa, quæ falsa sunt, tantum probabilitatis, vt possint vel doctis, & exercitatis imponere. Quidam nostræ ætatis scriptor, vir sane eruditus stellã se inuenisse dicit, qua duce per procellosum Habdiæ pelagus nauigemus; indicat autem historiam. 2. Paralip. 28. vbi legimus tempore Achaz, qui pater Ezechiæ regis fuit, venisse Idumæos, & percussisse multos ex Iuda, & cepisse prædam magnã. De hac Idumæorum victoria inito cum Tyrijs, & Palæstinis fœdere loqui docet Habdiam, vbi ait: In die cum stares aduersus fratrem tuum, &c. Et omnia, quæ sequuntur, Et non despicies in die fratris tui, vsque ad illud: Quia iuxta est dies Domini super omnes gentes ad eamdem victoriam refert in hunc sensum: vastaberis ô Edom à Chaldæis, atque ita vastaberis vt non possis Iudæos subsannare, & affligere, sicut feci sti tempore regis Achaz. Tota eius in hunc prophetam expositio hac historia temporis Achaz nititur & probabilis, atque acuta videri posset. At, nisi frustra tam multa diximus, facile, quam falsa sit, ex dictis deprehenditur. * Cum enim abun- 61
de confirmauerimus Idumæam post Ierusalem fuisse vastatam à Chaldæis, quid obstabat quominus eadem facerent Idumæi in Iudæos, cum obsidebantur à Nabuchodonosor, & templum euersum est, quæ fecerant, regnante Achaz? Deinde venisse eiusdem Achaz tempore Idumæos faremur, & percussisse multos ex Iuda & cepisse prædam magnam, vt est in Paralipomenis. At in eas Iudææ partes, quæ sunt Idumææ confines, venisse intelligimus, quod facere latrunculi solent, non in Ierusalem, quæ in medio Iudææ sita est, vt ait Iosephus libr. 3. de bello Iudaico capit. 2. & in quam transire non poterant, nisi multis prius vrbibus expugnatis: Nam si in Ierusalem regiam, & sacram vrbem penetrassent, neque tacuisset sacra historia, neque tacere vnquam solet. Ij autem, de quibus Propheta nosterloquitur, & venerunt in Ierusalem, & ceperunt, & sortes miserunt super eam in diuisione prædarum. * Ego ita hæc 62
omnia explicanda arbitror: Ne despicias in die fratris tui, ne læteris super filios Iuda, ne magnifices os tuum, atque ita de reliquis: quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes, sicut feci sti sic, fiat tibi. Itaque tanta est diuinæ misericordiæ magnitudo vt infideles, & induratos Idumæos leniter admoneat, ne ea scelera in se admittant, quæ non nisi grauissimis supplicijs, & extrema calamitate soluturi sint. Et quamuis eadem

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis supplicia ita prædixisse videbatur, vt nulla iam ratione vitari posse multi crederent, modo cũ scelera prohibet, liberũ illis relinquit tot mala vitare, si vellint, & scit quidem eos non audituros, sed facit nihilominus quod optimi, & beneuolentissimi parentis est. Nec vno verbo, aut paucis monet, ne faciant, sed singula minutatim persequit, quæ facturi erant aduersus Iudæos, vt si ante huic vaticinio nõ crediderãt, tũc saltẽ crederẽt, cũ viderint se cæpisime facere, quę in eo scripta fuerãt, & à scelere deinde abstineant, intelligẽtes nõ minus vera futura esse, quæ de supplicijs prædicta erant, quã quæ de eorum futuris sceleribus Prophetæ prænuntiauerat. Atque ita optime conueniunt omnia præcedentia, & sequentia & locus difficillimus, non violenter, sed ad scripturę, & Hebræorum consuetudinem, & proprietatem, vt ostendemus, exponitur.

63 * Ac, nequis nouam putet, nostra expositio à Lxx interpretibus tradita est, illi enim vertunt, μὴ ἐπίβλεπε, id est, Et ne inspexeris, quod idem est cum, Ne inspicias, vt Act. vũ. 16. Nihil tibi malefeceris μηδὲν πρᾶξαι σεαυτῷ κακόν, & huiusmodi sunt multa alia verba, quæ sequuntur, & Hieronymus paulo post ad hæc verba rediens, futura pro imperatiuis accepit, ita enim ait: Inter cetera, quæ fecisti, ne hæc facias, quæ sequuntur. Non despicies, atque contemnes fratrem tuum Iacob, &c. Eodem modo accepit Cyrillus, cuius hæc verba sunt: Neque spectes synagogam eorum, id est, ne capias voluptatem ex interitu congregationis, neq; pressos malis tu grauius oneres. Sed pluribus fortasse ago, quam opus sit, cum sit scripturę receptissima cõsuetudo, vt post לא quod hic ponitur semper, & post אל, quæ significant, Non, imperatiuus non ponatur sed futurum, quod tamen apud nos vim imperatiui sine dubio habet, vt in præceptis Decalogi animaduertimus Exod. 20. Non occides, non mœchaberis, non furtum facies, non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium, ac denique in omnibus præceptis, quibus aliquid prohibetur, quorum pleni sunt libri legis, & prophetarum. Si quem autem mouet coniunctio, Et, quæ redundare iuxta hũc sensum videtur, sciat apud Hebræos in sententiæ initio persæpe redundare, vt ostendimus in Hos. 9. nu. 9. Nunc singula explicemus.

64 *Et non despicies in die fratris tui.* In Hebræo est: Et non videbis in die fratris tui: etenim Hebræi pro videre bonum dicunt videre in bono, vt Psal. 105. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, id est, ad videndum felicitatem electorum tuorum Eccle. 2. Vadam, & affluam delicijs, & fruar bonis Heb. Et videbo in bonis Mich. 4. Aspiciat in Sion oculus noster, id est, aspiciat Sion. Rursus videre, siue aspicere dicitur more eorumdem Hebræorum, cum voluptate aliquid spectare, quia euenit, quod nos optabamus, quidem. Et interdum quidem in bonam partem accipitur, vt Isai. 60. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Sed sæpe in malam, & de victoribus dicitur, qui hostem à se victum iucundè aspiciunt, qualis est ille aspectus.

Dum spatium victor victi considerat hostis.

Et Æneæ apud Virgilium.

——*Hæc sunt spolia, & de rege superbo*
Primitiæ, manibusque meis Mezentius hic est.

Quare non voluptatem solum habet hic aspectus, sed etiam irrisionem, propereaque nonnunquam à nostro interprete vertitur, Despicere, vt Psal. 53. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, & super inimicos meos despexit oculus meus Heb Et in inimicis meis vidit oculus meus. Nũc quoq; legimus in Habdia: Et nõ despicies in die fratris tui. * Quamuis mihi propriè dictum videtur. Despicies, quod victor, quasi ex alto, spectet hostem humi iacentem, atque ideo Lxx verterunt ἐπιβλέψῃς, quod verbum significat Inspicere, aut super videre. Huc quoque pertinet illud Psalm. 34. Dilatauerunt super me os suum dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi nostri: & illud Isai. 66. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Et Mich. 4. Aspiciat in Sion oculus noster, id est, talis sit Sion, & tantis miserijs plena, vt cum voluptate, & irrisione magna eam spectemus. Ita noster Habdias, ait: *Et non despicies in die fratris tui*: non videbis cum gaudio, & cum irrisione diem calamitatis videlicet, & direptionis Iudæorum. Ideo Lxx non ignari Hebraicæ locutionis verterunt; Et ne inspexeris diẽ fratris tui. Diem autem Iudæorum dixit eorum calamitatem, siue punitionis tempus,

pus, vt notauit Theodoretus, vt Psalm. 36. Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit, quod veniet dies eius. Isai. 9. Iugũ enim oneris eius, &c. superasti sicut in die Madian. i. quo Madian superatus, & cæsus est: idẽ enim dies dicitur Domini punientis, & eorum, qui puniuntur. Deniq; qualis dies sit sequentia declarant. In die peregrinationis eius, in die perditionis eorum, &c. Ita vt diximus, accepit Cyrillus verbum videre: interpretatur enim paulo post, Neq; spectes synagogam eorum, ne capias voluptatem ex interitu Synagogę, siue congregationis eorum. Ita etiam Theodoretus, cuius hæc sunt verba, nescio quo consilio ab interprete Latino nõ reddita: Illud autem, Ne inspexeris, ex communi sumpsit consuetudine, consueuerunt enim quidam dicere, Inspexi quempiã, hoc est lætatus sum, quod cum malis luctetur: hoc consequentia declarant. Et non lætaberis super filios Iuda, &c.

66 *In die peregrinationis eius.* Nec videas cũ voluptate, & irrisione diem peregrinationis eius, id est, quo captiui abducẽtur in alienam terram, quod nihil aliud est, quam ne irrideas eos, & ne læteris cum videris illos captiuos abduci.

Et non magnificabis os tuum in die angustiæ

Ne insultes illis verbis tumidis, & irrisione plenis, quando videris eos in angustias cõjici, & capi à Chaldæis. Magnificare os, aut linguam, & dilatare os, & magna loqui, significant in scriptura superbe, & arroganter loqui, verbisque vti inflatis, & tumidis; talibus enim superbi vtuntur, quæ videtur proferri nõ posse nisi ore dilatato, & ab Horatio vocantur ampullæ, & sesquipedalia verba, qualia sunt illa Mezentij.

Dextra mihi Deus, & telum, quod missile libro
Nunc adsint, voueo prædonis corpore raptis
Indutum spolijs, ipsum te Lause trophæum
Æneæ.

Talia etiam sunt illa Nabuchodonosor, nisi quod illa oris dilatatio, nisi in propria lingua non integre sentitur: Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Hoc rectè intelligitur ex Psal. 11. Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquã, qui dixerunt, Linguam nostram magnificabimus, labia nostra à nobis sunt, quis noster Dominus est? Et Daniel. 7. de Antichristo omnia sibi subijcere festinante: Et ecce oculi, quasi oculus hominis, erant in cornu illo, & os loquens ingẽtia. Et mox: Aspiciebam propter vocem sermonum grãdium, quos cornu illud loquebatur. * Idem significat illud. 1. Reg. 2. Nolite multiplicare loqui sublimia gloriantes. Cum autem quacunque ratione hæc verba dicantur, rectè id significetur per Dilatare, aut Magnificare os, tum maxime cum aliquis exprimitur, inquem dicantur, aut superbæ minæ indicantur. Vt Psalm. 54. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique: & si is, qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo: vbi Euthymius exposuit: Impudenter, & minaciter locutus fuisset. Aut cum verba intelliguntur, quæ victores victis insultantes dicere solent, vt:

——*Vbi nunc Mezentius acer, & illa?* 11. Æneid.

Effera vis animi? Et:

En agros, & quam bello Troiane petisti, 12. Æneid.
Hesperiam, metire iacens.

Aut quę alij gaudentes, & irridentes in eosdem iactant, vt Isai. 14. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient, numquid iste est vir, qui conturbauit regna, qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, &c. Et paulo ante: Vniuersi respondebunt, & dicent tibi. Et tu vulneratus es, sicut & nos, nostri similis effectus es, detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum, &c. Et in Euangelio: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas, salua temetipsum. Si filius Dei es, Descende de cruce. Ita dictum est Isai. 57. Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ, & fornicariæ, super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam. Et 1. Reg. 2. Dilatatum est os meũ super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo. Quare rectè exposuimus, Non magnificabis os, &c. Ne insultes victis verbis tumidis, & irrisione plenis. Matth. 27.

Neque ingredieris portas populi mei. Etiam si Chaldæi per portas captæ vrbis ingrediantur, vt eam diripiant, tu, qui consanguineus Iudæorum es, ne illos adiuues. 68

Neque despicies in malis eius. Eodem modo accipiẽdum est verbum, Despicies, quo n. 64. exposuimus, eodem etiam legitur in Hebræo, & apud Lxx.

Et non emitteris aduersus exercitum eius. Cum turbati, & trepidi fugerint Iudæi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne patiaris te mitti à Chaldæis vt fugientes persequaris, ac vulneres. In Heb. est tantum: Nō mittent, & est fœmineū verbum: ac si dicerer: Non mittent te manus Chaldæorum: solemus enim manu tenere, ac mittere, quos celeriter proficisci volumus.

Neque stabis in exitibus. Cùm cœperint fugere per notas sibi vias, & diuerticula, & calles ad solitudinem perferentes, ne stes in biuio, neque venientes expectes in compitis, vt interficias eos, qui fuerint liberati: Ita Hier. exitus enim vocat, vbi via in duas, aut tres se findit, vt Matt. 22. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscunq; inueneritis vocate ad nuptias. Atque hoc significat פֶּרֶק, vt
69 Lxx interpretātur, & Hebræi tradūt. * Hęc omnia fecerunt Idumæi, cū vrbs capta, & euersa est à Chaldæis, nam (vt est in. 4. Reg. c. 25) interrupta est ciuitas, & omnes viri bellatores nocte fugerūt per viā portę, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis: porro Chaldæi obsidebāt in circuitu ciuitatem. Fugit itaque Sedecias per viā, quę ducit ad campestria solitudinis. Et persecutus est exercitus Chaldæorum regem, cō prehenditque eum in planitie Iericho, & omnes bellatores, qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Hic ergo intelligimus Idumæos missos esse, vt persequerētur bellatores fugientes, dū exercitus Chaldæorum, vt ibi scriptum est, duceret Sedeciam regem ad Nabuchodonosor in Reblatha: & ante hāc fugam multos ex eis dispositos fuisse in exitibus viarum, vt fugientes impedirent, cur autem tam minuta persequatur, dixi n. 62.

Et non concludes reliquos eius. Reliquos, qui in ciuitate manserint, ne concludas neque exire prohibeas positis per portas custodibus, ne fugere possint.

70 *Quia iuxta est dies Domini super omnes gentes*. Caue quidquam horum facias, quoniā cito veniet Domini vindicta super omnes gentes per Chaldæos, & qualia in Iudæos feceris, talia patieris, sæuietque in te Nabuchonosor, vt in cęteras nationes, si tu in Iudæos sęuieris. De hoc loquitur Iere. c. 25 vt sæpe iam retulimus, & c. 51. ait: calix aureus Babylon in manu Domini inebrians omnem terram, de vino eius biberunt gētes, & ideo commotæ sunt. Hic vniuersas quippe nationes, vsq; ad Propontidē, Scythicūque mare, & Ionicum, vel Ægæum Assyrij, Babyloniique tenuerunt. Legamus Herodotū, & Græcas, barbarasque historias, & videbimus, quomodo sub Babylonijs, & Assyrijs impletum sit hoc, quod dicitur: *Iuxta est dies Domini super omnes gentes*.

Sicut fecisti, fiet tibi. Ex conditione loquitur, si me audire nolueris sed Iudæos lęseris, & tu à Chaldæis lædēris. Et hoc est quod statim ait: Retributionem tuam conuertet in caput tuum.

Quomodo enim bibisti super montem sanctū meū. Eadem subintelligitur conditio: si biberis super montem sanctum meum, id est, super montem Siō, in quo est Ierusalem: & super te bibent omnes gentes. In Hebræo manifeste legitur nunc שְׁתִיתֶם, bibistis, & in Chaldæo, & in quibusdam Latinis codicibus ad Heb. emendatis. Sed Lxx & Hier. manifeste legunt, Bibisti, singulari numero: quomodo etiam habent Latini codices fere omnes: & certe id aptius cum præcedentibus cohæret, vbi semper singulari numero vsus est. Ex quo perspicitur variasse olim Hebraica exemplaria, sed illa castigatiora iudicanda sunt, quæ magis Lxx Hieronymoque placuerūt. * Bibere autem vocat, festos dies agere, & conuiuia lauta instruere pro parta victoria, vt victores solent vt Hie. & Cyril. & alij exponunt. Itaq; *Super montē sanctū meum*, perinde est, ac si diceret, Eo quod montem sanctum meum cepisti. Chaldæus: Quem admodum lætitiam cepistis de subuersione montis sanctitatis meæ, &c.

Bibent omnes gentes iugiter, subaudiendū est, Super te. Quemadmodum tu lætatus es de subuersione Iudæorum, ita omnes gētes lætabuntur, & epulis, ac vino indulgebunt cùm tu subuersus fueris. Ita Hieronym. & Cyrillus. Nec mihi probatur sensus Chaldæi, & quorundam Hebræorum: Bibent omnes gentes calicem vltionis, id est, à Deo punientur. Nam neque recte conuenit similitudo Idumæorum hilarirer potātium cum potione calicis irę Dei, id est, cum supplicio aliorum, neq; Idumæis triste aliquid prædicitur, si dicatur plectendas esse cęteras nationes. Deinde quomodo verum esse potest omnes gentes iugiter esse bibituras calicem irę Dei? Nec rursus pure omnes gentes dici, quę cum Nabuchodonosor Idumæos erāt expugnaturę, nā quomodo hæ iugiter biberūt super eos? Neq; eā semper pro hac victoria cōuiuijs vacabāt, cū multas postea habuerint, & vtilio-

res, &

72 res, & gloriosiores: * Sed omnes gentes intelligit Chaldæorum milites, & auxiliares, & Iudæos, & reliquos omnes Idumæorum hostes, à quibus tēporibus diuersis victi, vastatique sunt, vt sint omnes gentes, multæ gētes, aut omnes, quæ aduersus eos pugnarunt. Etenim post Chaldæos grauissime vastati sunt à Iuda Machabæo 1. Mach. 5. & 2. Mach. 10. Deinde ab Hircano pontifice Simonis Iudæ Machabæi fratris filio ita domiti, vt circumcisionē, & reliquos Iudæorū ritus accipere coacti sint, vt est apud Ioseph. li. 13. Antiq. c. 17. & apud alterū Ioseph. li. 4. histor. Iudaic. c. 4. Atq; ita retinuerūt, & tributa soluerunt vsq; ad tēpus captiuitatis, vt posterior Iosephus autor est, idest, donec Iudęi capti sunt à Romanis. Postremo ab alijs, atq; alijs gentibus bello infestati fuisse vidētur (neq; enim huius rei historiæ, quod sciā, extāt) donec omnino deleti sunt, ita vt nullū Idumæorū iam nomē audiatur, nullæ, vt aliarū nationū, reliquiæ supersint. Hoc propheta noster vaticinatur nunc: *Omnes gētes bibent super te*, iugiter, vincēt te diuersis tem-
poribus, & lætabuntur de tua subuersione: Vinceris ab his, & cū florere incipies: iterū
73 ab alijs vastaberis, deinde ab alijs, donec funditus intereas. * Propterea addidit: *Et bibēt, super te, & absorbebunt*, deuorabunt te, atq; cōsument, *& erūt*, scilicet, Idumęi, vt Hier. etiā exponit, *quasi nō sint*, vel quasi non fuerint, vtrumq; enim significat וְיִֽהְיוּ, id est, nullū relinquetur huius gentis vestigiū, transit enim à secunda persona ad tertiā, vt fecisse supra adnotauimus. n. 13. & postea ait: Ponent insidias subter te, non est prudentia in eo: & à singulari numero ad pluralē, vt sæpe faciūt prophetæ rē significatā magis attendentes, quā voces. Vtriusq; exēpla plurima occurrent in prophetis, vt Hose. 2. Propter hoc ecce ego sepiā viam tuā spinis, & sepiā eam macerta, & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, &c. A secunda persona trāsiuit in tertiam: similiterq; à secunda ad tertiam, & à singulari numero ad pluralē transijt paulo post. Et hæc nesciuit quia ego dedi ei frumentū, & vinū, & oleū, & argentum multiplicaui ei, & aurū, quæ fecerunt Bahal. Et ibidem à numero trāsit ad numerū: Et auferā nomina Bahalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum. Et percutiā eis fœdus in die illa cū bestia agri, &c. Et c. 4. Et visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & nō saturabuntur, &c. Hæc retuli, ne cui aliena à prophetico sermone nostra videretur explanatio. Possumus & ita exponere cum eodem Hiero. Gentes, quæ deuorabunt te, erunt quasi non sint, quia ipsæ similiter ab alijs deuorabuntur, nam Chaldæi vastauerunt Idumæos, & vastati sunt à Medis, & Persis, Medi, & Persæ à Grę cis, Græci, à Romanis, atque ita alij ab alijs.

TROPOLOGIA.

Et non despicies in die fratris tui. Dies hic est, vt n. 54. & 55. dicebamus, cum mortiferis cogitationibus, anima occupata, & capta, in potestatem hostium cōcedit. Tunc exultant Idumęi, rident seruorum Dei ieiunia, orationes, confessiones, atq; illorum vitam similē suæ esse vbiq; vociferantur. Ne, inquit, insultes ô Idumæe iustis, quos Deus cadere permisit, vt cautiores, & humiliores exurgerent. Ne irrideas, cum iusti olim Babylonem captiui transferuntur, & in alienā regionem peregrinantur. Ne læteris super filios Iuda, quod illi victi sint, qui Deum corde, & operibus confitebantur. Ne magnifices os tuum, neque ingrediaris portam populi mei. Idumæi os suum magnificāt cum dicunt: Accedite huc ad nos, vnius generis sumus omnes, omnes filij Adā, omnes peccatores sumus, desinite simulare sanctitatē, deponite personam. Portam populi Dei ingrediūtur, cum Chaldæos, id est, dæmones adiuuant, vt bona animæ captæ diripiātur, cōuitijs, & irrisionibus, & omni iniuriarum genere prosequentes eos, qui capti sunt, & prouocantes, vt per impatientiam peccata peccatis addant: vel cum eos, quouis modo à pœnitentia se mouere, & in peiora deducere conantur. * Aduersus exercitū eorum emittuntur, cum illos, qui Diaboli manus, & crudelitatem euaserant, & ad solitudinem pœnitentiæ, in qua Deus animæ loquitur ad cor, confugiebant, fraudibus, & insidijs, quasi pedibus consequuntur, & pernicijs persuasionibus vulnerāt, atq; in peccatis prioribus detinent. Nec semel hoc vsu venit, vt quod per se Diabolus facere non posset, per istos Idumæos auxiliares suos perficiat. Negant generosi hominis esse veniam ab aliquo petere, inimicitias inultum deponere, reddere alicui quæ possideat, loco, atq; honore excidere, cōsanguineorū, & familiariū contubernia vitare. Ex his alij in exitibus stāt, vt interficiāt eos, qui fugerint, alij cōcludūt reliquos, ne fugiāt. Lapsus est

74

Quam multis modis iniusti iustos persequantur.

75

Universidad de Deusto
Biblioteca

est per infirmitatem in libidinem qui Deo seruiebat, sentit impetum hostium in alia, atq; alia peccata deturbare festinantium, recordaturque multo sibi melius fuisse, cũ morem Deo gerebat, nouit diuerticulum, quo ad eum redeat, luget, verberibus se, & ieiunijs conficit, vt misericordiã, veniamque obtineat. Prodit Idumæus, prodit falax amicus in illud diuerticulum, negat lugendum, negat ita pœnitẽtiæ indulgendũ, quæ corporis vires, salutẽq; perdit, stulto eũ labore consumi dicit, & à pœnitentia ad delicias reuocat, atque in æternum interitum trahit. *Idem faciunt, qui peccata, cõfiteri volentes impediunt, & in aliud tempus differunt, qui pericula sua cernentes, & dãnosa colloquia declinare volẽtes prætextu aliquo retinẽt, aut à religionis ingressu deterrent, ac priſtinis peccatis, & morti deniq; æternę reddunt: nam pœnitentia, ieiunia, confessio, fuga sæculi, diuerticula quædam erant, quibus illi mortem Gehennæ effugerẽt. Qui autẽ in peccato manẽtibus &, necdũ fugere incipiẽtibus, labores magnos, aut dolores, aut ignominias, aut paupertatẽ ob oculos ponũt, si peccatũ relinquẽt, ij cõcludũt reliquos, ne fugiãt, & quasi necessitate quadã manere cogũt. Sed veniet dies Domini magnus, & horribilis, & ab istis ipsis Chaldæis, id est dæmonibus, quibus seruiebant, in æternos cruciatus trahentur Idumæi, voluptatem hostibus suis præbebunt, & erunt quasi non sint. Viuent quidem sine fine, vt sine fine crucientur, sed quia vita illa mors est, erũt quasi nõ sint. *Illud in his omnibus minime prætereundum, quibus, qualibusq; nominibus dies ille appelletur, quo per consensum peccati homines à Diabolo capiuntur. Dies peregrinationis dicitur, quia captiui ducuntur, iuntq; ciues Babylonis, qui ciues erant Ierusalem ciuitatis dilectę. Dies perditionis, quia vita animæ, quæ Deus est, perditur. Dies angustiæ, צָרָה, id est pressurę, & coartationis, quoniam vbi ab anima Deus recedit, coangustatur illa, & coartatur, ac premitur curis, & angoribꝰ quod neq; præsentes voluptates proijcere veller & videt, si non proijciat, æternorũ suppliciorũ diritatem esse subeundam. Premitur etiam, quia multa cupit, quæ adipisci nõ potest, sæpe etiã cõtraria. At qui Deo obtemperãt nullis angustijs coartãtur, sed in latitudine sunt, sicut ait Dauid. Cũ inuocarẽ, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi. Et iterũ: Viã mandatorũ tuorũ cucurri, cũ dilatasti cor meũ. Dicitur & dies ruinæ, siue (quod idẽ est) interitus eorum אֵידָם: quæ eñ maior ruina, quam à morte in vitã, aut quæ verior mors, quam esse sine Deo? Idem vocabulũ vertitur continuo ab Hier. vastitas, quia cũ Deo priuatur anima, occiditur, & spoliatur: Postremo dicitur iterũ dies עָנָה, quod vertit Hier. tribulationis, quia magnis doloribus ex eo tempore anima affligitur, & torquetur, meritoq, tot vocabula congerũtur, vt hac amplificatione inexplicabilis illi' diei, captiuitatisq; miseria vtcumq; intelligat.

77 Dies, quo hemo peccato assentitur, quibus nominibus appelletur.

Psal. 4.

76

Psal. 118.

78

79

HISTORIA.

Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus. Omnia vsque ad huius prophetiæ finẽ, tot sunt difficultatibꝰ implicata, vt in hoc proplieta, nihil, in reliquis vix quidquã inueniatur obscurius. Nã quidã de CHRISTI tẽporibus hæc interpretãtur, & de prædicatione Euangelij, eiusq; victoria vt Lyra. Burgẽsis in additione Habdiæ, Vatab. Diony. Carthusia. Isidor. Elarius, nam Rupertum in his non numero, cuius semper Allegorica expositio est: Et plane confirmare videtur eorum sententiã Augu. 18. de ciuitate Dei, cap. 31. Sed neque ab ea Hiero. omnino abhorret, vt videbimus. Alij, ita vt verba sonant, interpretantur de felicitate Iudæorũ, postquã Babylone redierunt. Omitto Iudæos, qui, vt Hier. ait, cuncta, quæ diximus, & quæ dicturi sumus, futuro sibi tempore pollicentur, quãdo pro CHRISTO recipiẽt antichristũ. Et quidquid dicõtra Idumæa interpretati sumus, illi aduersus Romanũ regnum somniant. Quæ deliramenta etiam in recentioribus illorum videre licet. *His ergo omissis, vtrumcunque dixeris, in magnas difficultates incides. Nam si ad temporalem Iudæorum felicitatem referas, nunquam populus Israel post Babylonicã captiuitatem solutam ita latos terminos habuisse videtur, vt gentium, quæ hic memorantur, terras occupauerit. Neque ex scripturis comprobati id poterit, neque ex Iosepho diligentissimo Iudaicarum laudum, & victoriarũ scriptore. Immo vero videtur prorsus ex scriptura redargui hæc sententia: ait eñ Habdi. Et possidebũt regionẽ Ephraim, & regionem Samariæ. At constat eos, qui Samariam incolebãt, docẽte in terris Dño seruatore, alienigenas fuisse, & inimicos Iudæorũ, vt Samaritanæ mulieris verba docẽt Iohan. 4. & nos in ca. 1. Hoseæ. n. 97. abunde demonstrauimus. Deinde quomodo verum esse potest illud: Et non erunt reliquiæ domus Esau, cum nu. 56. ostenderimus in extremo Ierusalem, & Iudæorum excidio viginti mille Idumæos cum suis ducibus in eandem vrbem venisse? Contra, si literam omittas, & ad spiritum transeas, quis possit credere tot nomina hominum, & locorum figurate, & spiritualiter esse accipienda, ita vt cum dicitur: Et hæreditabunt ij, qui ad Austrum sunt, mõtem Esau, & qui in campestribus Philisthijm, & possidebunt regionem Ephraim, & regionẽ Samariæ, & Beniamin possidebit Galaad, &c. nullum de his gentibus verbum fieri credamus, nec Esau sit Esau, neque Ephraim, Ephraim, neq; Philisthijm Philisthijm, neque Beniamin Beniamin. * Hoc mihi persuaderi nullo modo potest, atque hoc vnum argumẽtum mihi satis esset, sed sunt etiam alia. Primũ, quod ita veteres patres interpretati sunt, vt Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, & Glossa vtraque, & Hugo sancti victoris in annotationibus huius prophetæ, & Hugo cardinalis, & alij è recentioribus. Deinde quod eum sensum, quem verba proprie accepta reddũt, nemo inficiari potest Historicum esse, nisi quid forte contineat, quod à recta fidei, morumque doctrina, aut denique à veritate quouis modo abhorreat: alioqui nihil haberemus certum in scriptura, sed omnia pro libito interpretaremur. Hunc autem sensum adeo nihil habere demonstrabo à veritate rerum gestarum alienum, vt ex scriptura potius maxime confirmetur. Adde quod qui alterum sequuntur, laborant in tot nominum propriorũ explicatione, nec satis dicere possunt quomodo illa ad id, quod volunt, accommodentur, & cur ita potius, quam aliter dictum sit. His argumentis, quæ ego inter explicandum verba singula, dilucidius in oculis, in conspectuq; omnium exponam, ita moueor, vt existimem sine dubio Prophetam loqui de rebus gestis Iudæorum post solutionem Babylonicæ captiuitatis, sensum autem alterum de tempore CHRISTI, & prædicatione Euangelij, non Historicum esse, sed Allegoricam, quamuis olim aliter senseram. Scio magni laboris esse quod nũc supereſt, sed vt solent poetę, cum arduum quippiam in medio operis occurrit, iterum Musarum opem inuocare: ita ego iterum sanctum

80

81

82

Habdiam inuoco, & precor, vt quam ipse horum sacramentorum intelligentiam ab Spiritu sancto, quo plenus erat, accepit, eã mihi ad eadem enarranda, atque in lucem efferenda impetret. Singula igitur exponamus, vt ea simul diluantus, quæ aduersus hanc explanationem obiecimus.

Et in monte Sion erit saluatio. Dixerat Idumæos æternum perituros, & futuros esse, ac si non sint: ne autem putarent eamdem calamitatem manere Iudæos, atq; ita suos casus consolarentur, ad Idumæorum pœnam, & ad Iudęorum consolationem subijcit: *In monte Sion erit saluatio*, id est, liberatio, atque euasio à morte, & à periculis, hoc enim significat פְּלֵיטָה, hoc est, Redibunt Iudæi de captiuitate, & vitatis omnibus periculis salui, atque incolumes manebunt in Ierusalem, inde cum hostibus pugnabunt, & vincent, ditionemque suam dilatabunt. Ne mihi quispiam obijciat miserabili clade eos perisse tãdem excisa vrbe à Romanis, & templo solo æquato, neque enim de eo tẽpore Propheta loquitur, sed de illo, quod reditum de Babylonia consecutum est vsq; ad extrema tẽpora Hasamonæorum, quos vulgo Machabæos vocamus; tunc enim multum res Iudæorũ floruisse constat. Dicam etiam, si quis de vniuerso tempore hęc dicta esse contendat, pollicerí Dominum per Prophetam non quæ forent accepturi omnia, sed quæ sine dubio accepissent, si Dei præceptis fideliter obtemperassent. * Semper itaque in Ierusalem esset saluatio, & esset sanctus, nisi ipsi sancto sanctorum, & salutis omnium autori pertinaciter restitissent, & tota die expandẽtem manus suas ad populum non credentem, & contradicentem, tandem impie in crucem sustulissent. Ita terminos terrę promissionis multo angustiores habuerũt, quam promissi erãt, quoniam peccatis suis indigni fuere latioribus, vt docet Hieronymus in epistola ad Dardanum. Ita ex innumerabili multitudine, quę ex Ægypto profecta est, pauciſsimi ingressi sunt in eamdem terram toties promissam, quia incredulitate sua Deum irritauerunt. Vexati etiam sunt vehementer ab Antiocho pro peccatis suis: sed cito per Dei misericordiam opera Iudæ Machabæi, & fratrum in pristinam libertatẽ restituti.

Et erit sanctus. In Hebræo, קֹדֶשׁ, id est, sanctitas, quod de Deo intelligere possumus, vt Hieronymus intellexit, & ideo ver-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tit, sanctus; aut etiam de templo, cuius pars interior vocatur in scriptura קדש, id est, sanctitas, aut (vt vertit Hier.) sanctum, siue sancta, sicut pars intima קדש הקדשים, id est sanctitas sanctitatum, aut sancta sanctorum, vt Exhod. 26. Intra quod pones aream testimonij, quo & sanctuarium, & sanctuarij sanctuaria diuidentur, ideſt, inter sancta, & sancta sanctorum. Et cap. 31. Oleum vnctionis, & thymiama aromatum, in sanctuario, ideſt, in sanctis. A parte ergo totum templum appellatum est קדש, Inde Lxx transtulerunt: Et erit sanctum, quasi dicat, Erit Deus in Ieruſalem, vt esse solebat, sine (quod idem est) erit in ea templum, in quo Deus habitabit, & coletur, vt ante captiuitatem.

83 *Et possidebit domus Iacob eos, qui se possederãt.* Palæstini superati, & in seruitutem Iudæorum redacti sunt, vt paulo post dicemus, quibus Iudæi aliquando seruierant, sicut legimus. 1. Reg. 4. Cõfortamini, & estote viri Philisthijm, ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis. Idumæi quoque tempore Achaz percusserunt multos ex Iuda, & cœperunt prædam magnam, 2. Paral. 28. & Tyrij, atq; Sydonij multos captiuos habuerunt ex Iudæis. Ioelis 3. verum quid mihi, & vobis Tyrus, & Sidon, & omnis terminus Palæstinorum? Argentum enim meum, & aurum tulistis, & pulcherrima intulistis in delubra vestra, & filias Iuda, & filios Ieruſalem vendidistis filijs Græcorum, vt longe faceritis eos à finibus suis. Et Hamos. 1. Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor nõ conuertam eum, eo quod concluserit captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrũ. Et paulo ante dicit idem de Palæstinis. Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam eum, eo quod transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eã in Idumæa. Omnes has nationes, à quibus, aliquãdo possessi sunt, possederunt Iudæi tempore Machabæorum, vt statim ostendemus.

84 *Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma & domus Esau stipula.* Domum Iacob vocat duas tribus reuersas ex Babylonia, vt Isai. 2. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Domum autem Ioseph in præludijs, & sæpe postea, vidimus appellari decem tribus. Domum igitur Ioseph nunc vocat eos, qui ex decem tribubus adhæserunt tribui Iudæ tempore Roboham, & Ezeciæ, & cum ea Babylone reuersa est in Iudæam, vt interpretatur Hieronymus. Quod autem ait: *Erit ignis, & flamma, &c.* Celeritatem, & efficacitatem victoriæ indicat, ac si dicat: Non magis eis resistere poterunt Idumæi, quam stipula igni, aut flammæ: sed sicut ignis quamuis paruus, aut flãmula, si stipulę admoueatur, statim in ea succenditur, & augetur, & late lucet: sita Iudæi, quamuis pauci sint, & bellis crebris attenuati facillime superabunt Idumæos, & in eis succendentur, vt ignis in leui, & arida materia. Videmus hoc. 1. Machab. 5. Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos, qui erant in Acrabathena, quia circumsedebant Israelitas; & percusit eos plaga magna. Ac vt intelligamus quam proprie dictum sit: *Erit domus Iacob ignis, &c.* cõtinuo sequitur, Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum insidiantes ei in via, & conclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incẽdit turres eorum igni cũ omnibus, qui in eis erãt. Hos autem Idumęos fuisse docet Iosephus 12. Antiq. c. 11. his verbis; Multos Idumæos Esau posteros interfecit, & deprædatus est, & principis eorum Batanis filiorum castella, vnde Iudæos infestabant, vi capta cæsis propugnatoribus incendit, sed vbi nunc legitur in Latino Iosepho, Batanis, legẽdum est Bæanis siue Bæan: cum enim in Græco sit in. 1. Machab. βαιὰν, facile librarius ex iota fecit τ. In Græco Iosepho est Baan, sed deest iota. * Et lib. 2. Machab. cap. 10. legimus. Hi vero, qui erãt cum Machabæo, per orationes Dominum rogantes, vt esset sibi adiutor, impetum fecerunt in munitiones Idumæorum, multaque vi insistentes loca obtinuerunt, occurrentes interemerunt, & omnes simul non minus viginti quinque millibus trucidauerunt: Et quoniam quidã in duas turres valde munitas confugerant, confestim (inquit) duas turres occupauit. Armis autem, ac manibus omnia prospere agendo in duabus munitionibus plusquam viginti millia peremit. Et 1. Machab. 5. Et exiuit Iudas, & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra, quæ ad Austrum est, & percusit Chebron, & filias eius, & muros eius, & turres succẽdit igni in circuitu. Pro quibus Iosephus libr. 12. cap. 12. ait: Iudas autem & fratres continuabant bellum cõtra Idumæos vrgentes eos vndique, &c. De

eodem Iuda scribit alter Iosephus lib. 3. historiarum Iudaicarum capit. 19. Iudas vero cõuersus percussit vniuersam terram Edõ, & subuertit cunctas ciuitates eorum, adegitque ad tributum. Et de Hyrcano filio Simonis fratris Machabæi hæc tradit lib. 4. cap. 4. Et proficiscens inde venit in terram Edom, & percussit Debiram, atq; Maresam ciuitates Idumæorum, humiliauitq; superbiam Edom, subijciens eos seruituti tributi vsque ad tempus captiuitatis: vinxit enim, & ligauit eos, compedibusque circumcisionis cõstrinxit eos circumcidens carnem præputij eorum, & ab illa die, & deinceps fuerunt circumcisi, & obseruabant legem Iudæorum vsque ad tempus captiuitatis. Idem scribit alter Iosephus lib. 13. Antiqu.
86 cap. 17. * Hæc omnia prædicta fuerant ab Ezeciele ca. 25. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo, quod fecit Idumæa vltionem, vt se vindicaret de filijs Iudę, peccauitque delinquens, & vindictam expetiuit de eis: idcirco hæc dicit Dominus Deus: Extendã manum meam super Idumęam, & auferam de ea hominem, & iumentum, & faciam eam desertam ab Austro, & qui sunt in Dedam gladio cadent. Et dabo vltionem meam super Idumeã per manum populi mei Israel, & faciam in Edom iuxta iram meam, & furorem meum, & scient vindictam meam, dicit Dominus Deus.

Et non erunt reliquiæ domus Esau. Hæc verba obijci nobis poterãt ab his, quibus altera expositio magis probatur, & nos iam obiecimus, quomodo enim comprobari, aut etiã dici potest, ita Idumæos vastatos fuisse à filijs Israel, vt nullę eorũ reliquiæ permanserint, cum ex ijs, quæ nos ex scriptura, & ex Iudaicis historijs deprompsimus, potius intelligatur multos remansisse? Sed nos non magno negotio explicabimus, si consuetudinis scripturæ, & communis locutionis recordari velimus: nullos enim relinqui dicimus, cũ pauci relinquuntur ex magna multitudine, aut certe cum ij, qui relinquũtur, minime apti sunt vel ad bellũ cõtra hostes
87 suscipiendum, vel ad genus suum, & nomẽ in posterum propagandum, vt 4. Reg. 10. * Percussit igitur Iehu omnes, qui reliqui erãt de domo Achab, in Iezrael, & vniuersos optimates eius, & notos, & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. Manebat tamen tunc Ochozias rex Iuda, qui erat de domo Achab, manebant fratres regis Ochoziæ regis Iuda, 4. Regum. 10. Et his quoque interfectis mansit Ioas filius Ochoziæ. 4. Reg. 11. Ita cum dicit scriptura nullũ fore relinquendum ex domo Iehu, aut Ieboham, nõ putandum est omnes ad vnum fuisse extinctos, sed paucos relictos esse, atque eos pauperes, & abiectos, qui neq; pro domo sua pugnare possent, nẽque illam domus dignitatem retinere: Similiter cum de vastitate Ieruſalem à Chaldæis ita prophetat Sophonias ca. 1. Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus, congregans hominem, & pecus, congregans volatilia cœli, & pisces maris, & ruinæ impiorum erunt, & disperdam homines à facie terræ. Et extendam manum meam super Iuda, & super omnes habitantes Ieruſalem: & postea. In igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationẽ cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram: Cum hæc, inquam, & multa huiusmodi de eadem re prophetę vaticinantur, non putamus neminem superstitem futurum, docet enim scriptura fuisse multos, sed paucos reliquos futuros cum priori multitudine collatos, imbelles tamen, & inopes, aut captiuos, ita vt asserere se in libertatem nõ possint. * Non ergo erunt reliquiæ domus 88
Esau, quia qui post Iudæ, Hyrcanique victorias relicti sunt, pauci erant; atque ita imbelles, & perterrefacti, vt non solum tributa reddere, sed circumcidi etiam coacti sint. Et hoc est quod Lxx obscurè transtulerũt: Et non erit πυρφορέσει, id est, ignifer domui Esau. Vt enim recte explicat Theodoretus, quia potẽtiam, & fortitudinem Iudæorum nomine ignis, & flammæ expresserat, cum dicit non habituram domum Esau igniferum, significat nullam vim, aut fortitudinẽ Idumæis relinqui. Quam explanationem si Theodoreti Latinus interpres animaduertisset, nequaquam cõtra autoris sui sensum pro πυρφορέσει vertisset, Frumentarius. Sed ad rem. Hãc nostram interpretationẽ, velint, nolint, admittent, qui Idumęos infideles, & Ecclesiæ hostes interpretantur. Dicant enim nobis, & tempus indicent, quo infideles ita deleti sunt, vt ne vnus quidem reliquus fuerit, siue prædicantibus apostolis, siue quouis alio tempore? Cum igitur necessario fateri debeant nõ esse reliquias domus Esau, quia maxima hominum pars credidit, & pauci in errore idololatriæ manserunt; ipsi aut nostram interpretationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

confirmabunt, aut euertent suam. Quid, quod cũ id, quod volumus, obtinere ab iniquis iudicibus, non liceret, facile esset profecto exponere, Non erũt reliquiæ domus Esau, quia etsi à Machabæis penitus extinctæ non fuerint, tandem extinguentur postea, vt nullum Idumæi generis nomen, aut vestigium relinquatur, vt diximus n. 72.

Quia Dominus locutus est. Ita mihi Dominus, & alijs prophetis futurum ostendit.

89 *Et hæreditabunt ij, qui ad Austrum sunt, montem Esau.* Hactenus inoffenso, vt arbitror, pede, per viam difficilem, & offensionibus plenam processimus, difficilior tamen est, quæ superest: non enim apparet, quomodo vel probabiliter dici possit, Iudæos post captiuitatem harum nationum terras occupasse. Quæ res adeo Hieronymum mouit, vt pene ad spiritualem illam intelligẽtiam deficere compulerit, nam paulo ante hæc verba ait: Quod nos dicimus, aut iuxta historiam sub Zorobabel esse iam factum, aut certe iuxta prophetiam, & mysticos intellectus quotidie in Ecclesia fieri. Cum autẽ ad verba, quæ nunc interpretamur, venit: Hoc, inquit, vtrum factum sit, Deus viderit: potest enim ex parte per annos quingentos, vsque ad aduẽtum CHRISTI esse completũ, quod, sicut certissime scio, quotidie completur in nobis, & in regno Ecclesię confirmatur, &c. Tentemus igitur ostẽdere completa fuisse illis quingentis annis ab exitu ex Babylonia vsque ad CHRISTI aduentum, id quod non admodum difficile futurũ est, si semel obtinuerimus omnes has nationes, quas nominat Propheta, & regiones earum, in potestatem Iudæorum redactas fuisse: deinde ab ijsdem fuisse habitatas, tertio ita eis diuisas fuisse, vt est apud nostrum prophetam. * De monte Esau, id est, de terra Idumæorum, satis superq; iam dictum est. De terra Palæstinorum dubitare non possumus, quin ditionis Iudæorum fuerit, cum habeamus manifestam prophetiam Ezechielis cap. 25. Hæc dicit Dominus Deus: Pro eo quod fecerunt Palæstini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes, & implẽtes inimicitias veteres: propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego extẽdam manum meam super Palæstinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimę regionis, faciamque in eis vltiones magnas arguens in furore, & sciẽt quia ego Dominus, cum dedero vindictam meam super eos. Quando autem hæc prophetia impleta fuerit, docemur. 1. Machab. 5. Et declinauit Iudas in Azotum terrã alienigenarum (ita enim vocabantur à Iudæis Palæstini) & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum succendit igne, & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda. Gazam etiam cepit, vt autor est Iosephus filius Gorionis lib. 3. capit. 13. quæ 2. Machab. 10. vbi eadem historia narratur dicta est Gazara. Nec dubium est Gazam Iudæorum fuisse: eã enim post aliquot annos rebellantem recepit Alexander Hyrcani filius, nepos Simonis fratris Machabæi, vt idem Iosephus scribit lib. 4. ca. 11. * Regio quoque Ephraim, & regio Samariæ Iudęorum dictionis fuit: Regio Ephraim, vel terra decem tribuum intelligi potest, quæ in Hosea, vt iam vidimus, sæpe appellatæ sunt Ephraim, à dignissima tribu regia, ex qua fuit Ierobohã primꝰ regũ Israel: vel propria ea pars, quæ sorte obtigit tribui Ephraim. Si terram decẽ tribuum intelligi velimus, notius est, quam vt probari debeat, eam fuisse Iudæorum: quãdoquidem in Galilæa, quæ decem tribuũ fuit, nata est sanctissima mater Dei Maria, & in eadem Dominus diu docuit per vrbes Iudæorum. Si autem de sorte tribus Ephraim sermo sit, vt reuera est ea, autore Iosepho lib. 5. Antiquit. cap. 1. in longum protenditur à Iordane vsq; ad Galaara, in latum à Bethele vsque ad magnum campum Galilææ; In hac testatur ibidem esse vrbem Sichima, quæ vt ait Hieronymus in Traditionibus Hebraicis in Genesin, ab Hebræis dicta est Sichem, vrbs Samaritanorum, & postea reædificata Neapolis appellata est, hodie à Sarracenis B. sonantibus pro P. Nablos vocatur, aut certe prope eius ruinas ædificata est Neapolis. Idẽ Hieronymus hic docet in regione Ephraim esse Neapolin, iuxta quam est mons Garizim. Quare non est dubium, quin regio Ephraim omnino ad Samariam pertineat, & idem sit, *Regionem Ephraim*, &, *Regionem Samariæ*, ac si diceret, Regionem Ephraim, & quidquid præterea restat Samariæ. * Samariam autem eisdem temporibus superatam, & captam à Iudæis fuisse facile demõstrabimus ex Iosepho Gorionis li. 4. c. 4. vbi de Hyrcano, quẽ iam sæpe nominauimus, hæc memoriæ prodidit: Hinc abiens venit cõtra Sichimam, & percussit eam, eo quod non aperuisset ei. Percussit quoq; montem

Garizim,

Garizim, & subuertit templum, quod fecerat Sanabalat socer Manasis sacerdotis fratris Iddo principis sacerdotum, & subuertit ipsum anno ducentesimo postquam conditum fuerat ex fundamẽtis, percussit præterea Chuthæos de monte Samariæ, &c. Chuthæi sunt, quos misit rex Assyriorum in Samariam, vt pro decẽ tribubus ad Medos translatis eam regionem tenerent. Et cap. 5. conuersus itaque rex venit in Samariam, obsedit que eam anno vno, & tradidit eam Deus in manum eius. Qua obtenta percussit in ea omnes masculos, & euertit cuncta habitacula eorum. Eadem narrat alter Iosephus 13. Antiqu. cap. 17. & 18. Hoc præterea addens: Non contentus vrbem capere, etiam solo illam æquauit inductis illo torrentibus, quorum eluuie ita cuncta fœdata sunt, vt ne vestigium quidẽ supereſſet eius vrbis, &c. * Terram etiam Galaad recuperauerunt filij Israel, vt ex. 1. Mach. 5. manifestum est: Et conuertit, inquit, Iudas, & exercitus eius viam in desertum Bosor repente, & occupauit ciuitatem, & occidit omnem masculum in ore gladij, & accepit omnia spolia eorum, & succendit eam igni &c. Est autem Bosor vrbs Galaaditarum, vt in eodem capite paulo ante dictum erat. Et postea: Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit, & cepit eam, & occidit omnem masculum eius, & assumpsit spolia eius, & succendit eam igni. Inde pertexit, & cepit Casbon & Mageth, & Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Et quoniam Hieronymus interpretatur, *Et possidebit Galaad*, id est, ounctam possidebit Arabiam, quę prius vocabatur Galaad, & nunc Gerasa nuncupatur: qui legerunt historias rerum Iudaicarum non ignorant totam hanc terram, aliasque ei proximas possessas à Iudæis fuisse. De Aristobulo enim Hyrcani filio scribit Iosephus filius Gorionis lib. 4. cap. 9. Fleuerunt autem eum omnis Iuda, quoniam dilexerunt eum Iudæi, eo quod dilataret terminos: nam deuicit gentem magnam, nempe Ituræos, & circumcidit præputium eorum, subiecitque eos potestati Iudæorũ. Et cap. 10. narrat Alexandrum, qui Aristobulo fratri successit, ingressum in planitiẽ Syriæ cepisse Geraram cum viculis suis, & Hemath, & vicos eus. * Idem affirmat de Aristobulo alter Iosephus 13. Antiq. ca. 19. magnamq; Iturææ partem attributam ab eo esse dicit ad Iudææ limites, & eius habitatores cõminatione exilij coactos esse circumcisionem, ceteroſq; Iudaicos ritus admittere, atq; hęc Strabonis autoritate confirmat. Idem de Alexãdro etiam narrat eodem libro cap. 21. nisi quod Gadaram dicit ab eo capram in Cœlesyria, non Geraram, sed in Iosepho Gorionis propter literarum Hebraicarum magnam similitudinem facile, R. pro D. positum est. De eodem Alexandro tradit Iosephus Gorionis lib. 4. cap. 12. & alter Iosephus 13. Antiqu. cap. 23. cepisse cum Dion, Essam, siue Hasmonam, Gaulanam (vnde Gaulanitis regio dicta est) non procul à Galaad, & Seleuciam, Gamalam, & vallem, siue collẽ Antiochi, quæ maxima vrbs fuit. Et Iosephus 13. Antiqu. capit. 21. de victis deinde Arabibus tributa Moabitis, & Galaditis imperauit, & Amathuntem diruit, non audente Theodoro manus conserere. Superest nunc, quod ait Propheta, Iudæos possessuros fuisse omnia, quæ Chananæorum erant, vsque ad Sareptam. Est Sarepta vrbs Sidoniorum maritima inter Tyrum, & Sidonem. Vt docet Iosephus 8. Antiq. cap. 7. vbi Elias pastus est à vidua, loquiturque maxime Habdias de maritimis vrbibus à terra Palæstinorũ vsq; ad Sidonem, quæ sunt Iamnia, Ioppe, Dor, Cæsarea Palæstinæ, quæ olim Turis Stratonis nuncupata fuit Ptolemais, siue Acon, Tyrus, Sarepta, quas vniuersas possedere Iudæi. Iamniam quidem, & Ioppen cepit Machabæus. 2. Machab. 12. Tyrum, & Sidonem Aristobulus filius Hyrcani, de quo Iosephus Gorionis lib. 4. cap. 7. Et ipse appellatus fuit rex magnus eo quod plurimum dilatauerit terminos, expugnauerit Tyrũ, & Sidonem, strauerit que animas innumeras, & circumciderit carnem præputij deuictorum, subieceritq; eos Iudæis, donec venit Pompeius princeps militię Romanorũ.

* Alter vero Ioseph. 13. Antiq. ca. 20. scribit Alexandrum expugnasse Ptolemaidem, soluſque è maritimis tunc ei oppugnandas superfuisse Turrim Stratonis, & Doram, & Gazam, & Ptolemaidem. Deinde capit. 21. refert cum in maritimo tractu expugnasse Raphiam, & Anthedonem, quam postea Herodes Agrippiadẽ vocari voluit, & Gazam. Sed vt omnia, quæ hactenꝰ dicta sunt, confirmentur, & manifeste videamus impleta esse tempore Hasamonæorum, quod noster Propheta vaticinatur, subscribam verba Iosephi ex. 13. Antiquit. capit. 23. Per

hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc tẽpora (inquit de Alexandro loquens) iam & Syrorum,& Idumçorũ, & Phœnicũ vrbes tenebant Iudæi: ad mare Stratonis Turrim, Apolloniam, Ioppen, Iamniam, Azotum, Gazam, Anthedonem, Raphiã, Rhinocoluram: in mediterraneis per Idumæam regionem, Adora, & Mariſſam, totamque Samariam, & mõtes Charmelum, ac Itabyrium: ad hæc Scytopolim, Gadara, Gaulamitidem, Seleuciam, Gabala, & Moabiticas vrbes Heſebonem, Medabam, Iembam, Oronas, Telithonem, Zaram, Aulonem: Cilicum, Pellam. Et Ioſephus Gorionis lib.4.cap.12. de eodem tempore ſcribit: In diebus illis fuerunt Iudæi potentes per omnem terram Syrię, dominiumq; habuerunt in regio palatio terræ Edom,& in vniuerſa terra Moab, atque Hammon, & in omni terra Arabiæ vſque ad petram deſerti. Deinde enumerat vrbes maritimas,& reliquas, vt & Ioſephus. Denique Herode regnante vniuerſa hæc in poteſtate Iudæorũ fuere: Auguſtus enim eius filijs totam patris ditionem diuiſit, dimidium Archelao dedit, hoc eſt Iudæam, Idumæam, Samariam, dimidium Herodi Antipæ, ac Philippo adiudicauit, Antipæ quidem Galilæam, & regionem trãs Iordanem, Philippo vero Batanæam, Trachonitidem,& Auranitidẽ, vt autor eſt Ioſephus lib 17. Antiq. cap. 13. & lib.2.de bello Iudaico.c.4. Vbi ergo ſunt, qui negabant Iudæorum ditionem poſt captiuitatem tam late patuiſſe, & ad ſpirituales ſenſus confugiebant? * Alterum ad Prophetæ intelligẽtiam videtur deſiderari, habitaſſe in his regionibus Iudæos: at hoc neceſſarium non eſt, tantum enim eos poſſediſſe, atque hęreditaſſe dicit, non habitaſſe. Sed hoc quoque, vt nihil deſideretur, oſtẽdemus. Sophoniæ cap.2. manifeſtiſſime vaticinatur terram Palæſtinorum inhabitandam eſſe à Iudæis reuerſis ex captiuitate Babylonica. Ita enim ait: Quia Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum, Azotum in meridie ejcient & Haccaron eradicabitur. Vę qui habitatis funiculum maris, gens peregrinorum, verbũ Domini ſuper vos Chanaam terram Palæſtinorum, & diſperdam te ita, vt non ſit inhabitator. Et erit funiculus maris requies paſtorum, & caulæ pecorum, & erit funiculus eius, qui remanſerit de domo Iuda, ibi paſcentur in domibus Aſcalonis, ad veſperam requieſcent; quia viſitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Funiculum dicit futuram eius, qui remanſerit de Iuda, quis eis ſorte diuidenda erat per funiculum, vt olim fiebat. Quare in tam manifeſta prophetia non erat, cur Hieronymus quodam modo dubitaret, vt & in hac noſtra fecit. Factum, inquit, nec ne ſit, Deus viderit. Nã ſi ille Prophetæ ſenſus eſt, quem ipſe nobiſcum expreſit, non poteſt dubitari impletam fuiſſe prophetiam: alterum vero neq; ipſe affert, neque ſi afferat, verba patientur. * Sed eſt animaduertendum Iudæos non penitus eieciſſe veteres habitatores, ſed inter eos habitaſſe, ſicut capta Ieruſalem mãſere Iebuſæi, & gentiles erant in Galilæa, & in alijs locis Iudæorum. Ex quo ſoluitur illa obiectio: Samaritanos hoſtes Iudæorum fuiſſe, vt ex Iohan.4. intelligitur: nihil enim obſtat, in ea regione, ſicut & in ceteris, & Iudæos vixiſſe, & Samaritanos hoſtes Iudæorũ, vt mox dicemus. Sed confirmemus id, quod propoſitum eſt. 2.Machab.12. Ioppitę vero tale quoddam flagitium perpetrarunt: rogauerunt Iudæos, cum quibus habitabant, aſcendere ſcaphas, &c. Et poſtea: ſed cum cognouiſſet & eos, qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus ſecum Iudæis, Iamnitis quoq; nocte ſuperuenit. Et 1.Machab.5. Et congregatæ ſunt gentes, quæ ſunt in Galaad aduerſus Iſraelitas, qui erant in finibus eorum. Et plenius poſtea: Et occurrerunt eis (Iudæ Machabæo, & fratri Ionathæ) Nabuthæi, & ſuſceperunt eos pacifice, & narrauerunt eis omnia, quæ acciderant fratribus eorum Iudęis in Galaaditide, & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa, & Boſor, & in Alimis, & in Caſphor, & Mageth, & Carnaim. Hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ. Sed & in ceteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehenſi, &c. * Ex quibus videmus etiam ante tempora Machabæorum cepiſſe hæc impleri. Ioſephus quoque Gorionis lib.3.cap.17. ſcribit Iudæos ſimul cum Macedonibus habitaſſe in vrbibus maritimis à Gaza vſque ad Aconem, quæ Ptolemais dicitur. Autor Antiquitatis Iudaicæ Ioſeph. lib.13. cap. 19. hæc tradit: Et Hyrcani quidem res geſtæ ſic ſe habent. Accidit autem hoc tempore, vt nõ Ieroſolymis ſolum, ſed & apud Alexandriam, reliquamque Ægyptum, & Cyprum fortuna aſpiraret Iudæorum ſucceſsibus. Quę ideo retuli, vt liqueat eo tempore per multas alias nationes fuſos

96

97

98

fuiſſe

fuiſſe Iudæos, præſertim cum poſt non multos annos ſcriptum ſit: Erant autem in Ieruſalem habitatores Iudæi viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt. De Samaria minus hoc fortaſſe credibile videbitur, cum non conterentur Iudæi Samaritanis, ſed eos execrarentur, at & in hanc colonias deduxere Iudęi creſcente in dies eorum multitudine. Ioſephus 13. Antiq. cap. 17. Mariſſam docet eſſe vrbem Idumæorũ, & cap. 18. Hyrcanum obſediſſe ait vrbem Samariam, quod Mariſſenos colonos Iudæorum, & ſocios iniuria affeciſſent. Præterea Iohan. 3. ſcriptum eſt: Erat autem & Iohannes baptizans in Ænon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur, Salim, ſiue Salem, (vtroq; enim modo dicitur) vrbs eſt Samariæ iuxta Sichem, de qua Geneſ.33. Tranſiuitque in Salem terram Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaam. Si autem Iohannes in Samaria baptizabat, nõ poteſt dubitari, quin multi Iudæi fuerint in Samaria, qui veniebant ad baptiſmum; neque enim Iohannes gentiles baptizabat, nam ſi id feciſſet, Iudæorũ animos vehementer à ſe abalienaret. Ea re neq; Dominus apud Samaritanos morabatur, & apoſtolis præcepit: In ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Deniq; cum Samaria de regno Herodis eſſet, & poſtea Archelai, atque inter Iudæam, & Galilęam, quæ à Iudæis incolebantur, intercideretur, quomodo in ea non habitarent Iudæi, qui per varias, externaſque prouincias diſperſi erant. * Cum igitur iã demonſtrauerimus regiones, quas Propheta nominat, & poſſeſſas, & habitatas fuiſſe à Iudæis; tertiũ, quod reſtabat explicandum, difficile non eſt, cur his potius, quam illis data eſſet hæc portio, aut illa. nam ſemper, quantum licet, in viciniora loca deducuntur coloniæ, & ratio habetur eorũ, quibus terra diuiditur, vt quiſq; eam potius accipiat, quæ proxima eſt, quã quæ remotior. Etenim Idumæa, quæ Auſtrali terræ promiſsionis parti, id eſt, Iudææ, adiuncta eſt, non erat Galilęis attribuenda, qui multum diſtant, ſed Iudæis, atque illis maxime, qui ipſius Iudææ Auſtralem partem incolunt. Idcirco ait: *Et hæreditabunt q. qui ad Auſtrum ſunt, montem Eſau.* Terra Palæſtinorum, quæ quinque nobiles vrbes habet, Gazam, Aſcalonem, Azotum, Haccaron, Geth, data eſt Iudæis, qui campeſtrẽ regionem tenebant, eam videlicet, quæ circa Elentheropolin eſt, vt quidam referente Hieronymo, interpretantur, quod mihi magis placet, quoniam hæc propior eſt Palæſtinis, quam illa, in qua erat Lidda, quæ poſtea dicta eſt Dioſpolis, & Emmaus, quæ Nicopolis nuncupata eſt. Sed & hæc non admodum diſtat à Palæſtinis, & forte de vtraque locutus eſt Propheta. Eiſdem data ſunt oppida quondam tribus Ephraim; & reliqua Samaria, quę illis ab Oriente vicina ſunt. Tribui Beniamin, quę protendebatur vſque ad Iordanem. Vt videmus Ioſue 18. data eſt terra Galaad vltra Iordanẽ. * Hanc regionum diuiſionem docet nos Habdias; quemadmodum & ex Sophoniæ cap.2. didicimus terram Palæſtinorum funiculo dimenſam fuiſſe Iudæis, quod ex alio ſcripturæ loco non diſcimus, ſolet enim ſcriptura hiſtoriæ alibi narratæ aliquid alijs in locis addere, vt adnotauimus Hoſeæ.10.cap.nu. 55. Multa etiam vaticinãtur prophetæ, quę non dubitamus impleri debuiſſe, etiam ſi quo tempore, aut quomodo impleta ſint, ſcriptura non narrat. Haggæus, Zacharias, Malachias multa ab exitu ex Babylone, vſq; ad CHRISTI aduentum futura prędicunt, quorum ſcriptura non meminit, quoniam libri Heſdræ, & Machabæorum, qui toto hoc tempore conſcripti ſunt, paucorum annorum hiſtoriam continent, cum quingenti, & eo amplius ab his prophetis ad CHRISTVM vſque numerentur.

99

100

Et tranſmigratio exercitus huius filiorũ Iſrael.

Cetera iam ſunt explanata, tantum explicari oportet quæ nam ſit hęc tranſmigratio exercitus filiorum Iſrael? Mihi Hieronymi, & Cyrilli probatur interpretatio, tranſmigrationem dici eos, qui iuxta Heſdræ, & Nehemiæ volumen, de Babylone reuerſi ſunt in Iudæam. Senſus ergo eſt, Tranſmigratio illa, ſiue illi captiui, quos videbitis ó Idumęi transferri Babylonem, & ipſe idem exercitus filiorum Iſrael, qui captus ducetur in exilium, non ſolum in patriam ſuam reuertetur, & quę dixi, capient, * ſed plura etiam poſsidebit quã ante poſſederat. Poſsidebit totam illam oram maritimam, quæ olim fuerat Chananæorum, vſque ad Sareptam, quod illi ante captiuitatem non contigerat, vt poſsideret Tyrum, & Sareptam, vt ex verbis Domini Luc.4. aperte cognoſcimus. Nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis, multæ viduę erant in diebus Eliæ in Iſrael, & ad nullam

101

illarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

illarum missus est Elias, nisi in Sareptā Sidonię ad mulierem viduā. Non ergo pertinebat ad Israel, ne Tyrus quidē, quæ propior erat filijs Israel? Scimus enim ex 3. Reg. 5. regem suum habuisse, eumque ethnicum, atque amicum Dauidis, & Salomonis, & sępe reges Tyri in scriptura memorantur, tā in historicis, quā in propheticis libris alieni à genere Iudęorum. Chananęos autem possedisse olim totam illam oram maritimam, quæ à Græcis postea Phœnice dicta est, in qua sunt Tyrus, & Sidon, speculatores à Mose missi docent. Nume. 13. Chananæus, inquiūt, moratur iuxta mare, & circa fluenta Iordanis, & Iosue. 5. scriptū est: Postquā ergo audierūt omnes reges Amorræorum, qui habitabant trans Iordanē ad Occidentalem plagam, & cuncti reges Chanaā, qui propinquā possidebant magni maris loca, &c. Vbi etiam Lxx pro reges Chanaan, vertērūt, reges Phœnices, vnde, & mulier, quæ Matthæi. 15. Chananæa vocatur, Marci. 7. dicitur Syrophœnissa. * Sed quæstio difficilis occurrit, cur Propheta dixerit: *Vsque ad Sareptam*, cum verba Iosephi. 13. Antiquit. capit. 23. retulerimus: Iam & Syrorum, & Idumęorum, & Phœnicum vrbes tenebant Iudæi, &c. non solum vsque ad Sareptam, sed vltra etiam? Responderi posset non omnes Phœnicum vrbes tenuisse: nam neq; Syrorum omnes tenebant: Itaque Sidō ex hoc numero deduci poterit. Sed protinus diligens, ac memor lector obijciet Aristobulum filium Hyrcani expugnasse Tyrū, & Sidonem, vt nu. 94. ostendimus. Respondendum igitur videtur Sareptam vrbem esse Sidoniorum, sicut Eliæ dictum est. 3. Reg. 17. Vade in Sarepta Sidoniorum, & manebis ibi, præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te, quare cum Sareptam nominat, latis indicat possessuros fuisse Iudęos terram Sidoniorum, vt Cyrillus ait: quod fieri non poterat, nisi ipsa Sidone expugnata. Sed Sarepę potius meminit, quia nobilis erat hospitio, & miraculo Eliæ, & in ea etiam vsque ad Hieronymi tempora mansit turricula Eliæ, vt idem scripsit in Epitaphio sanctę Paulę, ac si diceret: In qua vrbe vir sanctissimus exul peregrinatus est, & inops ante captiuitatem, cum res Iudęorum florebant, Iudæi omnes post captiuitatem, qua omnino interituri videbantur, libere vel sari poterunt, & domicilia, si velint, collocare. Fieri etiam potuit, vt Iudæi habitare Sidone, aut vltra Sareptam trāsire noluerint, siue odio gentis, siue quauis alia causa. Sed de hoc nihil certi habeo ex historia.

101

Et transmigratio Ierusalē, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri: Magna quęstio est, & à nemine satis explicata, quę sit hæc trāsmigratio, & vbi fuerit, quę sint vrbes Austri, quas possessura erat; Vbi nos habemus, In Bosphoro, in Hebræo est בִּסְפָרַד Bisparad, communisque consensio Hebræorum est, Sepharad esse Hispaniam, sicut & Sareptā esse Galliam, quos Lyranus, Vatablus, Clarius, & omnes fere recentiores intrepide sequuntur. Quærerem ex Hebręis vnde hoc confirmarent, nisi scirem eos noua, & miranda dicere solere, quæ neque ipsi confirment, neque cōfirmari possint. Quis igitur eis credat Sareptam esse Galliam, cum doceant libri Regum, & Euangelium, & postea Iosephus, vrbem esse Sidoniorum? Dicat quispiam ideo Sareptam Sidoniorum dici, vt intelligamus aliam esse Sareptam quæ Sidoniorum non sit. Certe Hieronymus in Locis Hebraicis vnius solum Sareptæ meminit, & Iosephus Gorionis filius lib. 5. c. 42. * Gallos, non Sareptanos appellat Hebraica sua lingua, sed Gallos, & Francos. Quod si Sidoniorum appellaretur, quo secerneretur ab altera, ea esset profecto in eadem prouincia, aut valde cōiuncta vrbs, in qua errandi esset occasio, ideo enim cognomina vrbibus adduntur. At vbi remotissimę sunt, nulla est erroris occasio, præsertim si altera prouincia sit, altera vero vrbs. Nisi forte Elias cum iubebatur ire in Sareptam Sidoniorum existimaturus erat, si nō addebatur, Sidoniorum, in Galliam mitti se: Nihil opinor addet Italus, cum Placentiam nominat, quamuis sciat alteram esse, in Hispania Placentiam, neque Gallus Valentiæ suæ quidquam addet, quod nos etiā habeamus Valentiā, & sunt tamen hæ prouinciæ coniunctæ. Quis eum ferret, qui diceret apud nos, Eo Ascalonem Castellæ, vt secerneret ab Ascalone terræ Palæstinorū. Nemo ita loquitur, nisi qui inepte loquax esse vellet. In Sepharad vnum habent argumentum, quod Chaldæus verterit, *In Hispania*, & omnes Hebræi nomen aliud nullum norint, quo eam nuncupent: Addam ego alterum, & quidem fortius, ne defugere nos velle putēt. Iosephus Gorionis filius, quem paulo ante contra eos testem citauit,

102

Sareptā ad Sidonios pertinere. 1. Reg. 17. Luc. 4.

semper Hispaniam vocat ספרד Sepharad, vt lib. 3. suarum historiarum, cap. 15. Transiens Annibal strictum mare, quod est inter Africam, & Hispaniam, & veniens in Hispaniam, &c. Et lib. 5. capit. 46. Transtulit auctor Tiberius Cæsar rex Romanorum Hesdonin in Hispaniam, vbi etiam mortuus est. Athunc Iosephum Genebrardus in sua Chronologia, & multi alij æqualem Iosephi esse voluit Mathathiæ filij, qui libros Antiquitatis Iudaicæ scripsit, & ipse lib. 5. cap. 23. affirmare plane videtur se templum vidisse, antequam euerteretur à Romanis. * Ego ita sentio, aut nunquam Hispaniam dictam esse Sepharad, sed nouorum Iudæorum errore hoc illi nomen inditum, aut certe, si comprobari recte possit, ita dici, nequaquam in Habdia eam hoc nomine indicari. Primum, quoniam ex veteribus nemo ita vertit, sed omnes nomen ipsū Sepharad ita vt erat in Hebręo, in sua translatione reliquerunt, vt Aquila, Symmachus Theodotion referente Hieronymo. Apud Lxx legerunt Hieronymus, & Cyrillus, & Theodoretus, Ephrata, sed alij codices habent Apharath, ex quo non videtur dubium eos quoque posuisse Sepharad, sed librariorum incuria mēdum irrepsisse. Quis enim, credat cum in Hebræo esset Sepharad, eos scripturos fuisse Ephrata, aut Apharath? Cum autem temporibus illis notissimæ esset Hispania, & vbique celebraretur, cur non vnus, aut alter, sed omnes Sepharad dicere mallent, quam Hispaniam? Si vulgatum erat hoc nomen apud Hebręos, cur illud doctissimi Hebræorum ignorabant? Quid? Hieronymus omnium Hebræorum arcanorum conscius, in Iudæa ætatem agens, & ad Hispanos aliquando scribens, Hispanosque in sanctam Bethlehem religionis causa venientes excipiens, & alloquens, nunquam scire potuit quomodo Hebraice appellaretur Hispania? Aut, si ipse ignorabat, Hebræus, à quo se eruditum esse dicit, etiam ignorabat, quod scriptum erat apud Hebræos? * Nos, inquit, ab Hebræo, qui nos in scripturis eruditi, didicimus Bosphorum sic vocari. Ista, inquit, est regio, ad quam Hadrianus captiuos transtulit. Non arbitror Hieronymum omnium Hebræorum indoctissimum præceptorem elegisse: certe ipse illi credidit, & pro *in Sepharad* posuit, *In Bosphoro*, quam translationem vellicant noui Hebraei, sed nunquam correxit, aut mutauit Ecclesia. Aut igitur Hispania non est dicta Sepharad, aut de Hispania locutus Habdias non est. Omitto Iohannem Forsterum, qui in lexico suo, cum interpretari quosdam dicat צרפת Sarephath Galliā, & Sepharad Hispaniam, falso id fieri docet, & sine vlla ratione, insignique inscitiæ, & oscitantiæ patefactione, ita enim loquitur, & se omnino assentiri dicit, præceptori Hieronymi Hebræo, & autori vulgatæ editionis, qui vt in textu est scriptum בספרד, Bosphorum trāstulerunt. Taceo Syriacam editionem in capit. 15. in epistola ad Rom pro Hispania nunquam dixisse Sepharad, sed אספניא Ispania. Vnum scire volo. Quando vnquam ex Ierusalem captiui ducti sunt in Hispaniam? Quando in Ierusalem reuersi sunt? Cum capti sunt, inquies à Nabuchodonosor, missi sunt in Hispaniam, idque ex Hebræorum commentarijs in 4. Regum. intelligitur. Egregios mihi narras historiæ autores: ego meliorem dabo lege vltimum caput 4. Regum, & videbis præter paucos, qui relicti sunt in Ierusalem, reliquos à Nabuzardan translatos esse Babylonem: Reliquam autem, inquit, populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas, qui trāsfugerant ad regem Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardan princeps militiæ. Et 2. Paralipo. vltimo: si quis euaserat gladium, ductus in Babylonē seruiuit regi, & filijs eius, donec imperaret rex Persarū. * Quod si Hebræos autores præterea quærūt, in eorū Chronologia quę dicitur Seder holam, cap. 27. scriptum est: Et excussit domum Domini, & ædes regias abducens in captiuitatem eos, qui euaserāt gladium, Babylonem. Aiunt credibile esse tunc veniisse Iudęos in Hispaniam missos à Nabuchodonosor. Quorsum Chaldæus in Hispaniam mitteret captiuos? cur hos à reliquis separaret, quos in Babyloniam ducebat? Quorsum attinet incerta, & improbabilia pro certis affirmare? Alij Hebræi aiunt excisa Ierusalem, Titum multos Iudæos in Hispaniam misisse cuiusdam præfecti Lusitaniæ prouinciæ precibus. Autor quoq; Chronologiæ paruæ Hebręorū ait: Venit Vespasianus, & solo æquauit templum, traduxit in captiuitatem Israelitas, familias multas domus Dauid, & Iuda in Hispanias, quas vocamus Sepharad. Quis nō videat nihil esse huic credendum, qui in re manifestissima

103

104

105

106

Sepharad an in Hispania.

107

Universidad de Deusto
Biblioteca

labatur, Quis nescit nō Vespasianum euertisse templū, sed Titū. Verū, & si hoc verū esset, nihil ad Habdiæ prophetiam: quando enim ij reuertuntur Ierusalem, vt possideant ciuitates Austri: id est, Iudææ, vt postea dicemus? Aut si ciuitates Austri sunt ciuitates Africæ, vt Burgensis vult, quas olim obtinuerunt Hispani, & nunc obtinent: nūquā à fœce Iudæorum à Tito missa expugnatæ sunt, an à veteribus eius regionis incolis? Si noui orbis ab Hispanis inuenti vrbes intelligas, illæ Occidentales potius sunt, quā Australes? Quod si Australes essent, cur earū possessio, & expugnatio Iudæis à Tito missis tribuatur? Multi eorū, qui expugnauerunt, filij supersunt, quos vt cōsulant, hortor, ac moneo, an velint ex Iudæorum gente oriundi videri, quos Titus mittit in Hispaniā. *Iosephus quidē restis oculatus lib. 7. de bello Iudaico, c. 16. hæc de captiuis scribit: Latrones quidem omnes, atq; seditiosos occidit iuuenes autē electos, qui procero, atq; formoso essent corpore, triūpho seruabat, ex reliqua multitudine septē, & decē maiores annis, vinctos mittit ad Agyptū operibus deputādos. Plurimos autē per prouincias Titus distribuit, in spectaculis ferro, & bestijs consumendos. Qui vero infra septimū decimū annū ætatis agerēt, vēditi sunt. Hæc Ioseph. Ex his, qui vēditi sunt, aliquis forte dicat multos in Hispaniā fuisse traductos. Sed nō præsto erāt, vt arbitror, Hispani mercatores, qui emerent; in viciniores prouincias trāslati sunt. Fieri potuit, vt venerint etiam in Hispaniā nonnulli: non inficior, sed multa fieri possunt, quæ non fiūt: Nō est prudentis facti affirmare quicquid fieri potuit. Itaq; vt venisse in Hispaniā Iudæos, sicut & in reliquas orbis terræ regiones, certū est, idq; vel vrbiū nomina nō pauca indicāt: ita venisse eos tēpore Nabuchodonosor, aut Titi, credendū non est. Multū meliores, & locupletiores testes non habemus, quā quosdā Hebræ. cōmentarios, quibus in antiquitatis historia nulla fides habēda est, sunt enim & fallaces, ac fabularū amatores, & veræ historiæ impertissimi. Atque istos, qui huc appulerunt, cur vocabimus transmigrationē Ierusalē, quę in Bosphoro est? aut quomodo probare possumus, eos in Iudæā rediisse, & possedisse vrbes Austri? Lōgiora hęc forte videbūtur, & ego ad alia properare mallem, sed euellēda fuit ex hominū animis inueterata Hebræorū, & recentiorū scriptorū opinio. Sepharad apud Habdiā Hispaniā intelligi. Video quid obijci possit: literas nominum propriorum cōseruari solere in varijs linguis, solas vocales mutari. Hispaniam à Græcis ἑσπερία vocatā esse, quo in nomine literas omnes cōsonantes nominis Sepharad intuemur. Ego Hispaniā à Græcis Hesperiam dictam esse existimo, quod Occidentis regio sit, aut etiam Hesperida, itaq; iam litera. H. deest in Sepharad. Quod si Sperida quoq; appellata esse ex veteri aliquo autore constet, videāt, qui hoc dicunt, deesse huic nomini literā D. quæ non est de eius substantia, sed declinationis causa additur, non enim Sperida dicitur, sed speris. In Sepharad autem D. litera de nominis substantia est; quare totū hoc de nomine Sepharad nouorum Hebræorum commentum videtur: latuit em, vt diximus, veteres. Sed obijcitur nobis Ionathan paraphrasis Chaldaicæ in prophetas autor antiquissimus, vt Galatinus, & quidam volunt, qui Domini seruatoris præcessit aduentum, & nos nobis obiecimus Iosephum Gorionis filium, qui Vespasiani, & Titi tempore dicitur floruisse. Me quidem horum authoritas parum mouet, quoniam vtrumq; vixisse arbitror post Domini aduentum, Immo & post Hieronymi ætatem. *Etenim neque Hieronymus, neque vllus illorū temporum, aut superiorū scriptor huius paraphrasis memīnit, quæ Hieronymum certe diligentissimum antiquitatis indagatorem, & semper fere inter Hebræos versatum, omniaque illorum scripta, & arcana scrutatum minime latere potuisset, sæpe illa vsus esset, sicut & ceterorum interpretum editionibus, sæpe eam contra Iudæos protulisset: non dignaretur eam consulere, & citare, qui apocryphum Nazaræorum Euangelium citat, & Hebræorum magistros consulebat, sed neque duo Iosephi tantiperis in suis libris obliti essent. Adde quod nihil certi de hoc paraphraste tradunt autores. Galatinus quadraginta annis præcessisse dicit Domini natalem. Sed sine autore dicit Thalmudici aiunt eum vertisse prophetas in Chaldæam linguam ex ore Haggæi, & Zachariæ, & Malachiæ, sine autore quoque, vt solent; alij aliter opinantur, quia illius veteres non meminerunt, vtcunq; tari à nonnullis veterum nomine Syn-

exem-

Iosephus Gorionis genitus patre ar-

exemplaris, quod talium esse ostendam in cap. 1. Ionæ. n. 6. Idem dico de Iosepho Gorionis filio. Cur toties alterius Iosephi meminit Hieron. & inter Ecclesiæ Scriptores numerat, istum autem ne nominat quidē vnquam cui ex veteribus notus fuit? Sed nihil coniecturis opus est, vbi certa argumēta præsto sunt. De Annibale scribit lib. 3. c. 15. Veniens in Hispaniam humiliauit superbiā gentis Gothorum & גותום Gothos, ita vt nos, vocat, & lib. 5. ca. 42. ait: Et post milites caterua Germanorum, & Gallorū, ipsi sunt Franci. Hebr. הם פרנקום hem Francus. At Gothi nō possederūt vnquam Hispaniam, neque Franci Galliam, nisi ætate Hieron. aut paulo post, vt notissimum est ex historijs.

111 * Idem lib. 3. capit. 15. Carthaginem vocat קרטגינה Carrtagena, quod nomen nouum, & Hispanicum est. Quare quod lib. 5. c. 25. de templo agens scribit: Inter istas duodecim portas vna fuit magna, per quā intrauimus cum vxoribus, & liberis nostris. Intrauimus autem cum sanctitate, & puritate in diebus illis, & ingressi deambulauimus in pauimento atrij; & nōnulla huiusmodi, quibus plane affirmare videtur vidisse se templum secundum, ita intelligendum est, nos Iudæi intrabamus, & deambulabamus, & lętabamur videntes: præteritum enim perfectū pro imperfecto, quo carent, vsurpāt Hebræi, sicut statim: Quin & Sacerdotes non ingrediebantur Sanctū Sanctorum, præter summū sacerdotem: pro quo in Hebr. est, Non ingressi sunt Sanctum Sāctorum: sed multo verisimilius est finxisse quod de se dicebat, & antiquitatē simulare voluisse. Nā hūc Iosephum nequaquam vidisse templū satis ex eo percipitur, quod ibi in exteriori eius ædificio in rebus apertis dissentit ab altero Iosepho, qui sacerdos erat, & quotidie in templum veniebat, & accurate illud describit li. 6. de bello Iud. ca. 6. Verū aurē esse quod dico, cito animaduertet, qui vtriusq; verba inter se contulerit. Nec moueat nos quod Ioseph. li. 2. c. 25. narrat Ioseph. Gorionis filiū, & Ananū pōtificem duces declaratos esse contra Cestiū, multi enim patres, & filij cognomines erāt inter Hebræos, sicut Zacharias filius Barachiæ quidā ætate Isaiæ fuit Isai. 8. Alter vero fuit vnus e duodecim

112 pphetis post aliquot annos: tertius, vt multi volūt ille (de quo seruator loquit' Matt. 23.) vltra ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ.

Superest iam vt locum exponamus, qui

nuc etiam obscurissimus est, quoniā præter eos, qui de Hispania Prophetam loqui arbitrabātur, nemo aut vbi Bosphorus esset, aut quæ nam esset hæc trāsmigratio, exposuit, ne Hiero. quidem, qui suum Hebræum secutus pro Sepharad vertit Bosphorus. Sepharad (vt autor est Hiero.) Assyriorum, id est, Chaldæorum vocabulū est, idem apud eos valens, quod apud Heb. גבול, id est, terminus, sensus ergo esset, si Hebræa tantum spectaremus, huiusmodi, quantum assequi possum: Transmigratio Ierusalem, id est, captiui illi, qui è Ierusalem migrarunt in Babyloniam, & sunt in Sepharad, id est, in extremis, & remotissimis Chaldæorum finibus, redibit in Iudæam, & tenebit vrbes suas, quas ante possederat. Neque enim Iudææ vrbes ab alienigenis occupabuntur, vt terra decem tribuum. Atque has vrbes vocari ciuitates Austri, quoniam Iudæa ad Australem plagam erat terrę promissionis, scriptura ipsa docet, Ierem. 13. ciuitates Austri clausæ sunt, & non est, qui aperiat: translata est omnis Iuda transmigratione perfecta. Terminum autem, id est, גבול. pro extremis finibus paulo ante posuit idem Propheta, vbi ait: Vsque ad terminum emiserunt te omnes viri fœderis tui. Hoc autem est ac si diceret, Quantumuis remoti sint ab Ierusalē, qui ex ea captiui ducti sunt à Chaldæis, & in extremis Babyloniæ finibus repositi, redibunt tamen ad vrbes suas cum Zorobabel, & Iesu filio Iosedec, & cū Nehemia.

* Vrbs autem Babylonię remotissima dicitur Sepharad, vel quod proprie ita appellaretur, quod esset in termino, & in extremitate eius regionis: sicut oppidum Callaicorum Finis terrę dicitur, quod ad orā Oceani positum vere finis terrę sit: vel communi nomine dicitur Sepharad, id est, terminus, vel extremitas, ac si diceret Propheta: Trāsmigratio Ierusalem, quæ est in extremis, ac remotissimis Babyloniæ partibus. Hæc valde quidem probabiliter dicuntur, si nomē Hebræum intueamur, & valde ad Hieronymi sensum accommodate: qui docet moris esse prophetis, quando contra alias nationes loquuntur, multis earum vocabulis vti. Quia ergo lingua, inquit, Assyriorum terminus dicitur Sepharad, hunc sensum esse conijcio: Trāsmigratio Ierusalem, quæ in cūctis terminis, regionibusque diuisa est, vrbes Austri, id est, tribus suæ, recipiet, &c. Sed habenda est ratio nostræ translationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare si probari poterit vrbem aliquam Babyloniæ remoram dictam fuisse Bosphorum nihil erit vltra, quod desideremus. Nec est id improbabile quandoquidem Stephanus in libro de vrbibus, vrbem Indiæ docet esse Bosphorum, & altera est eiusdem nominis vrbs prope Cimmeriũ sinum. Verum sensus planissimus, & germanissimus est, quem Hebr. indicauit Hieronymo, Sepharad esse Bosphorum. Est autem Bosphorus, seu Bosporus, angustum mare à bubus meabili transitu ita dictũ vt autor est Plinius lib. 6. cap. 1. Duoque ab autoribus nominantur, alter Thracius dicitur, qui hodie Fretum, siue vt ita loquar strictum, Constantinopolitanum vocatur: alter prope Mœotidem paludem, qui Cimmerius dicitur, nec longe alter distat ab altero. De priori, qui vicinior erat, nunc loquitur, in quem pars Iudæorum relegata fuerat, & inde dicit in vrbes suas esse restituendam. Hoc Iudæorum traditio docebat, qui non ignorabant, quibus in terris maiores sui exulassent. Quod intelligitur ex Hieron in Zach. cap. 10. in illa verba. Et transibit in maris freto, vbi hæc scripta reliquit: Narrant Iudæi captiuum populum Iudæorum non solum in Medos, & Persas, sed in Bosporum quoque, & septemtrionalem plagam ab Assyrijs, atque Chaldæis esse translatum, & postea eos ex parte reuocatos, Dei eos ad se conuertente clementia, & hoc esse, quod nunc dicitur: Transibunt in mari angusto Propontidis angustias, quę Chalcedonem, & quondam Byzantiũ breui freto diuidunt, &c. Indicat hoc etiã Bosphorus vrbs prope Cimmeriũ sinum. Bosphorum autem vocabant Sepharad quod esset remotissima regio. Atque ita omnia cõueniunt, & locus obscurissimus explicatur translatione nostra vulgata incolumi.

114 *Mihi enim pro magno argumẽto est (qđ exiguũ fortasse, atq; infirmũ ijs videbitur, qui Ecclesiã minime curare, aut curasse putãt, pura ne esset satis, qua vteret trãslatio) nunquam per tot sæcula ab Hier. temporibus ab ea hoc nomẽ mutatum esse, sed semper legisse, In Bosphoro, quod profecto nõ tulisset, si male interpretatum esse agnosceret. Et quãuis Hier. in interpretatione Sepharad varie senserit, nihilq; omnino affirmauerit, tamẽ translationem suam mutare noluit, & Ecclesia eã retinuit. Ex quo videmus (quod in Hosee. capit. 11. numero. 30. & in capite. 12. num. 4 dixi) maiori, ac plenioriluce illustratũ eũ esse cũ sactã scripturã trãstulit, quã cũ cõmentarijs explicauit.

115 *Et ascendent saluatores in montem Sion.* Quoniam dixerat: Et in mõte Sion erit saluatio. Nequis putaret breui tempore duraturam eiusmodi saluationem, nunc addit. Et ascẽdent saluatores in montem Sion, id est, semper Deus mittet duces, qui populum liberent, si quando peccatis suis ab hostibus fuerit afflictus, & reprimant, atq; infringãt Idumæorũ audaciam, & feritatẽ: hoc enim est quod ait: *Iudicare montem Esau.* Iudicare eũ est imperantis, ac coercentis subditorũ arrogantiã, & iniuriam; & illi iudicantur, qui subiecti seruiũt. More autẽ scripturæ dixit, saluatores: nã cũ populus olim grauiter ab hostibus præmebatur, & mittebat illi Deus iudicẽ, aut ducẽ, à quo liberaretur, dicebatur mittere saluatorẽ, Iud. 3. Et clamauerũt ad Dñm, qui suscitauit eis saluatorẽ, & liberauit eos Isai. 19. Clamabũt enim ad Dñm à facie tribulãtis, & mittet eis saluatorẽ, & propugnatorẽ, qui liberet eos. Nehemię. 9. Et secundũ miserationes tuas multas dedisti eis saluatores, qui saluarent eos de manu hostiũ suorũ. *Quod per Habdiã nũc Dñs pollicetur, præstitit, cũ dedit illis Zorobabel, & Iesum sacerdotẽ, & Nahęmiam, & plurimus cũ dedit Iudam Machabæũ & eius fratres, tum Hyrcanũ, Alexandrũ, Aristobulũ, qui Idumæos fregerũt, vt paulo ante dictũ à nobis est. Pro Saluatores Lxx, & Aquila, & Theodotion, verterũt. σωτηρίας, id est, reseruati, aut resaluati, vt legit Augustin. 18. de ciuitate. c. 31. siue, σωσομένους, i. seruati, sed plane vertendũ est, Saluatores, vt Symma. & Hier. & Chaldæus. Heb. מושיעים, id est faciẽtes saluos. Atq; hoc idẽ participiũ est in Heb. in locis citatis, in quorũ primo Lxx verterũt σωτῆρας i. seruatorẽ, in altero: Mittet eis hominẽ, qui seruabit eos: in tertio, σωτῆρας, i. seruatores. Dicit autẽ, *ascendent*, i. suscitabunt à Deo saluatores, aut, *ascẽdet*, i. suscitabunt à Deo saluatores.

Et erit Dño regnum. Regnabit Deus in hoc populo, & coletur vt in populo à se electo, & liberato.

ALLEGORIA.

Quæ hactenus exposuimus ab illis verbis: Et in monte Sion erit saluatio, plenius in Ecclesia per apostolorum prędicationẽ impleta sunt; quod obscurum erat, antequam fieret, sed factum, quis non fidelis, agnoscat? vt ait Augustinus. 18. de Ciuitat. capit. 31. *In monte Sion*, id est, in Ecclesia Catholica, *erit saluatio*, quia extra illam salus non est, sed vt omnes, qui non erant in arca Noe, (quæ figura fuit expressissima Ecclesiæ,) diluuio inundante perierunt, ita qui non sunt in Ecclesia, diluuio alterno, non aquæ, sed ignis, peribunt. In hac habitat sanctus, id est, IESVS CHRISTVS Dominus noster, Sanctus Sanctorum, & totius autor sanctitatis. In hac est verum templum, & Deo acceptissimum, in quo Deo, & patri salutaris hostia immolatur corporis, & sanguinis filij sui. Et domus Iacob, de qua dictum est ab angelo: Et regnabit in domo Iacob in æternum, domus populi supplantatoris, qui supplantauit maiorem fratrem, id est, populum Iudæorum, & præripuit ei benedictionem, possidebit eos, qui se possederant: quoniam de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem, & apostoli, atque eorum discipuli prædicabunt Euangelium, eique inimicos, & persecutores subijcient, & tyrannos. *Et erunt ignis, & flamma domus Iacob*, id est, primi credentes ex Iudæis, *& domus Ioseph*, id est, qui ex gentibus se illis adiungent, qui recte per filios Ioseph significantur in Ægypto natos, atque ex matre Ægyptia, Genes. 41. Sed postea à Iacob adoptatos, & inter eius filios, æque atque alios, connumeratos Gene. 48. Accedit quod in nomine Ioseph augmentum intelligitur, dixit enim in eius ortu mater: Addat mihi Dominus filium alterum, Genes. 30. quare recte in eo significatur populus additus, id est, populus gentilium. 118 * Flamma, & ignis dicuntur, quoniam tanta verborum, & signorum virtute docuerunt, vt nulla eis cordis durities, nulla infidelitas resistere valuerit. Idumæos enim dicimus nunc Iudæos, vt ex Hieronymo diximus, num. 16. & gentiles, vt ait Augustinus 18. de Ciuitate capit. 31. denique eos, qui maxime Euangelio aduersabantur, siue ex Iudæis, siue ex gentibus. *Et non erunt reliquiæ domus Hesau*, quoniam in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, & scissæ sunt in deserto aquæ doctrinarum, & torrentes in solitudine, & vidit omnis caro salutare Dei nostri, & consumpta est infidelitas, cessauitque Idololatria. *Et hæredita-*

bunt ij, qui ad Austrum sunt montem Esau, quia fideles, qui primo in Iudæa pauci erãt, & angustis finibus claudebantur, in omnes mundi partes se effuderunt, vrbes, & prouincias partiti, & vnusquisque à proximis sibi incipiens. Ita factum videmus initio prædicationis Euangelij Actor. 8. Et omnes dispersi sunt per regiones Iudææ, & Samariæ, præter apostolos. Et mox: Igitur qui dispersi erant, pertransibant Euangelizantes verbum Dei. Ibidem legimus apostolos venisse in Samariam, & Philippum translatum esse in Palæstinam, id est, in Azotum. Et capit. 10. Petrus erat in Ioppe, & venit Cæsaream ad Cornelium centurionem. Et capite vndecimo, qui dispersi erant, venerunt vsque ad Phœnicen, in qua erat Sarepta, & Cyprum & Antiochiam. * *Et Beniamin possidebit Galaad*, quia 119
præter id, quod exposuimus, apostolus Paulus initio prædicauit in Arabia, quæ est Galaad, vt ex Hieronymo diximus. Ipse enim ait Galat. 1. Cum autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum, in me, vt Euangelizarem illum in gentibus: continuo, non acquieui carni, & sanguini, neque veni Ierosolymam ad antecessores meos apostolos; sed abij in Abraham, & iterum reuersus sum Damascum. Denique primi prædicatores veri filij Israel, qui olim captiui fuerant in Babylonia, (sicut ait Dominus, Manifestaui nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo) omnes regiones Chananæorum, id est, gentilium, possederunt vsque ad Sareptam, siue Sidonem, quæ erat terminus Chananæorum, id est, vsque ad extremos fines gentium. Et sicut olim filij Israel expulerunt Chananęos, & in eorum regionem successerunt: ita filij Dei, & veri CHRISTI discipuli pulsa infidelitate, omnia quæ illa occupabat, tenuere. * *Et transmigratio Ierusalem, quæ* 120
in Bosphoro est, id est, Iudæi, qui per incredulitatem ex Ierusalem, hoc est ex Ecclesia, exierunt, & nunc captiui tenentur in Bosphoro, id est, in remotissimis finibus gentium, & in maxima cæcitate mentis, absque obstinatione, tandem redibunt aliquando in fine sæculi, *Et possidebunt ciuitates Austri*, id est, redibunt ad vrbes suas, ad hæreditatem, & locum patrum suorum, ad veram Dei cognitionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem, vocati per fidem CHRISTI sicut scriptum est: Dirige cor tuum in viam rectam, (in qua ambulasti, cum prophetis credebas, & patrum tuorum fidem imitabaris) reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas; vsque quo delicijs dissolueris filia vaga? Quia creauit Dominus nouum super terram: fœmina circundabit virum, *Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Hesau*, id est semper Deus vsque ad finem sæculi mittet in Ecclesiam suam Episcopos & doctores, & duces veræ fidei, & religionis, ne illa ab infidelibus lædatur, & aut terrore tyrannorum, aut fallacibus hæreticorum disputationibus à recta fidei, & morum regula recedat. Hi iudicabunt montem Hesau, id est, redarguent, atque subijciēt infideles, *& erit Dominio regnum*, iuxta illud: Et regnabit in domo Iacob in æternum: donec in fine mundi filius tradat regnum Deo, & patri, vt perpetuo in illis regnet, quos ipse pretioso suo sanguine redemit.

Ierem. 31.

Luc. 1.

TROPOLOGIA.

121 Iuxta Tropologiam, *in monte Sion erit saluatus & erua sanctus*, quia Idumæi nullo modo effugient Gehennæ supplicia, nisi reliquerint montem Hesau, & transierint ad montem Sion. Tam iusti, quam peccatores in monte habitant, sicut tam Iudæa, quam Idumæa montes habuit. Idumæi, & peccatores habitant in monte, quia semper excelsa appetunt, & magni videri volunt, & superbia in altum tendunt, quantum possunt, sed hic mons est mons Hesau, de quo in hoc propheta dictum est: si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum, inde extraham te, dicit Dominus. In hoc monte, non est saluatio, quia, qui cum conscenderunt, inde in magnas, & sempiternas calamitates deturbantur. Illi, qui primus, in hunc montem conscendit, & dicebat: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, scimus dictum esse: Verum tamen ad infernum detraheris in profundum laci. Immo & dum ascendunt, nihil minus cogitantes descendunt, sicut ait Dauid: Deiecisti eos, dum alleuarentur. Iusti habitant in monte, quia leuant se super se, tollunt sese supra terrena omnia, & diuitijs, voluptatibus, honoribus superiores sunt.

Et iusti, & peccatores in monte habitant.

Isa. 14.

Psal. 72.

In hoc monte est saluatio, & euallio ab infestatione dæmonum, & à contagio vitiosorū: non est enim mons Hesau, sed mons Sion, id est, speculæ, è quo cœlestia speculātur, & illorum amore capiuntur: & quo plus cœlestia cognoscunt, eo magis terrena fastidiunt. * In hoc mōte, atque in hac vita inuenitur sanctus sanctorum, & animæ vera eius templa efficiuntur. Tunc domus Iacob, id est, populus iustorum, supplantans, & benedictionem maiori, atque superbo fratri surripiēs, id est, Hesau, & eius imitatoribus, possidet eos, qui se possederant, id est, affectus suos, & vitia, quibus olim seruierat, vincit: quod iucundissimum est. Tanta vero vis est, & tanta virtus, quam ab Spiritu sancto accipiunt, qui docet manus eorum ad prœlium, & digitos eorum ad bellum, vt celerius quam credere, aut sperare potuissent, more flammæ, & ignis inimicos desperdant, & consumāt suos, ita vt non maneant *reliquiæ domus Hesau*. Non quo penitus concupiscentiæ motus euellantur, sed debilitantur, & infirmantur, & ita manent, vt si victores obtuisci Dei, atque sui nolint, nunquam iterū vires ad vincendum, & ad genus suum propagandum Idumæi huiusmodi habeant. Domum Iacob vocat iustos, & domum Ioseph eos, qui Ægyptij prius erant, & iusti associati sunt, & cum illis in vnum populum coaluerunt. Domus autē Hesau & ma ipsi dicuntur, vt hactenus exposuimus, & vitia, atque affectus, quibus qui erant filij Abraham, id est, fideles degenerant, & filij Hesau efficiūtur, quem Deus odio habuit. * *Erip. quæ ad captiuitatem* id est, iusti, qui non in tenebris, & in frigore Aquilonis versantur, sed in regione lucis, & calore Spiritus sancti, *hereditabunt montem Hesau*, id est, in bona Idumæorū, hoc est in carnalium hominum, & voluptatibus deditorum successerunt: auferetur enim illis regnum Dei, id est, dona Spiritus sancti, & ultima Dei cognitio, & reliqua, per quæ Deus regnat in anima, & dabitur genti facienti fructus eius, ad Austrum habitanti, & semper Aquilonis frigora fugiēti, sicut scriptum est: Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Nam quod Deus ipse quos abijcit, dare solebat, eis dat, quos locō illorū elegit, vt gētibus nūc donat, quę olim dabat Iudeis. *Et qui in cāpestribus habitat*, i. qui humilitatē, & infimū locū amāt hereditabunt

122

123

124

125

Mat.

Apoc.

Hieron.

bunt Philisthijm, habebunt bona, quę olim habebant superbi, & suis viribus confidentes, quales erāt Palæstini. Sed quia Deo gratissima est humilitas, non istorum tantum bona hæreditabūt humiles, sed bona etiam filiorum Ephraim, & Samariæ. Ephraim nomen habet à crescendo dictum, sicut legimus Genes. 41. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Et Iacob cum dexteram super eum posuit, dixit: Semen illius crescet in gentes. * Recte ergo in Ephraim illi significantur, qui Dei beneficio crescunt in terra paupertatis suę, id est, quos donis cœlestibus auget, & quorum animos ad cœlum leuat, dum in hac terra paupere, & à Deo maledicta viuunt. Nec solum ipsi crescūt, sed alijs etiam prosunt, & multos ad CHRISTVM adducunt, & ideo dictum est: Semen illius crescet in gentes. Samaria custodiam significat, ideo in Samaritanis significātur, qui magna cura à Deo custodiuntur, quique Deo maxime curæ sunt. Iure ergo habitantes in campestribus, id est, humilitatis amatores, hæreditabunt bona illorum, quos Dominus augere solebat, & vigilantissime custodiebat, & tanta bona peccādo amiserunt: Scriptum est enim: Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum, & liberauit me. Et: vox Domini confringentis cedros, (id est, elatos homines, & superbos) & confringet Dominus cedros Libani, Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus, (id est, humilis, quem Deus maxime diligit) quemadmodum filius vnicornium, sicut vnicornius filios suos custodit, & cornu illo forti, atque acuto animália abigit, quæ nocere eis poterant: ita Deus cornu potentiæ suæ humiles à vitiorum incursione, & à periculis fortiter tuetur. * Beniamin, quod sonat filius dexteræ, filius fortis; qui non cedit tentationibus, sed cum illis, & secum strenue pugnat, vt non sequatur voluntatem suam, sed Dei, possidebit Galaad. Galaad acerruum testimonij significat, & à monumento fœderis inter Iacob, & Iaban nomen habet, vt est in Genes. 31. Quare Galaaditæ illi sunt, qui testes sunt veritatis, & fœderis, quod Deus cum hominibus inijt, & scripturas interpretātes, populosque docentes veræ, sanæque doctrinæ confessioni, deseruiunt. Sed vbi ore, non etiam factis, veritatem testantur: (iuxta id quod ait Apostolus: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant) pelluntur è Galaad, id est, aufertur illis testificatio veritatis à Domino, sicut ait Propheta: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuū? Ipsos etiam conscientia redarguente pudet docere, & sæpe nemine silentium indicente conticescunt, ne malus sibi iudicium sumant, aut certe sine animarum fructu loquuntur. In hanc autem testificationem veritatis succedit Beniamin, id est, qui deprauatas animi affectiones, & cupiditates, vt filij dexteræ, & ad CHRISTI dexteram in iudicio collocandi, viriliter expugnant. * Nam si cum hac vita coniuncta sit eruditio scripturarum, mirifice homines iuuant, & veri Ecclesiæ doctores sunt, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus, & virtutis. Si autem desit eruditio, verba ipsa qualiacunque, vi quadam admirabili animos ad virtutem commouent, & vel tacentes loquūtur, mutique factis vociferantur. Sed quoniam illi etiam, qui à Diabolo superantur, & funibus peccatorum suorum constricti Babylonem abducuntur, id est, in confusionem scelerum, & turpitudinum: nequaquam reditum, & libertatem desperare debent, merito subijcit: *Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia, quæ Chananæorū sunt, vsque ad Sareptam*, scilicet, hæreditabit, aut possidebit. Etenim si pœnitentiam agere volent, & ad eum reuerti, qui nō vult mortem peccatoris, sed vt cōuertatur, & viuat, suscitabit super eos verbum suum bonum, & eos in pristinam libertatem vindicabit. Possidebunt omnia quæ Chananæorum erant, vsque ad Sareptam, id est, vsque ad fines eorum possessionis, id est, animas suas, & vires animæ, atque corpora, quę Chananæi hostes populi Dei, id est, dæmones possederant. Antea enim Diabolus in homine capto eius ingenium, & mentis aciem tenebat, ijsque ad facinora, & ad ambitionē, & ad bona caduca cōparanda abutebatur, & ad hæc eadē omnes animę, atq; corporis vires conuertebat. At vbi Deo se per verā pœnitentiam reddidit, hæc omnia, quasi postliminio recuperat, & eis libere ad vtilitatē suā vtitur. * Idē promittitur trāsmigrationi Ierusalē, quæ in Bosphoro est. Trāsmigratio Ierusalem dicuntur illi, qui non solū filij Israel. i. Christiani erant, sicut & ceteri, sed ex

Thes. 1.

Psal. 49.

Genes. 48.

126

1. Cor. 2.

127

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa vrbe captiſunt,in qua erat templum,& regia,& illuſtrior gentis nobilitas,& eruditio,hoc eſt,qui vita,& dignitate,& profeſſione propius ad Deũ accedebant,& inter alios eminebant, vt ſacerdotes, Theologi, religioſi, & qui arctiorem vitæ rationem amplexi ſunt. Mirandum vero eſt captiuos Ieruſalem longius à patria abeſſe, & in remotiſsimis Babyloniæ partibus teneri. Miremur, & timeamus, quoniam,& ſi difficilius cadimus,& facilius, ſi velimus ſurgimus, tamẽ,ſi obliuiſcamur Ieruſalem,& manus hoſtibus demus,ac æquo animo captiuitatẽ ferre incipiamus,in maiorem ſcelerũ confuſionem deducemur,& Epi.137v longius à patria,atque à ſalute exulabimus. Recte enim Auguſt.ſcribit ad ſuos Hipponẽſes: Simpliciter autem fateor caritati veſtræ coram Domino Deo noſtro, qui teſtis eſt ſuper animam meam:ex quo Deo ſeruire cœpi, quomodo difficile ſum expertus meliores,quam qui in monaſterijs profecerũt:ita nõ ſum expertus peiores,quã qui in monaſterijs ceciderunt,ita vt hinc arbitrer Pſal.136. in Apocaly. ſcriptum. Iuſtus iuſtior fiat,& ſordidus ſordeſcat adhuc: Quare captiui, qui erant Babylone,nõ immerito dicebãt:ſi oblitus fuero tui Ieruſalem,obliuioni detur 128 dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis:ſi non meminero tui.* Verum hi quoque per pœnitentiam poſsidebunt ciuitates Auſtri,id eſt,ad poſſeſsiones ſuas reuertentur, ad tranquillitatem animi, ad orationis quietem, ad contemptum ſæculi, ad deſiderium vitæ æternæ, vt fiat Iere.31. quod ſcriptum eſt in Ieremi. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Adhuc dicent verbum iſtud in terra Iuda,& in vrbibus eius,cũ cõuertero captiuitatẽ eorũ. Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ,mons ſanctus, & habitabunt in eo Iudas,& omnes ciuitates eius ſimul agricolæ, & minantes greges. Quia inebriaui animã laſſam,& omnem animam eſurientem ſaturaui. Hoc eſt,Plena erunt omnia benedictione Dei,& vnicuique dicetur, atque vt dicetur,fiet: Benedicat tibi Dominus, qui eſt pulchritudo iuſtitiæ,& mons ſanctus,in quo, qui habitauerit, nullas timebit inſidias. Cum autem nos ad montem Sion rediderimus per pœnitentiam,id eſt, ad illam altitudinem, in qua.n.121. habitare iuſtos diximus,qui terrena deſpiciunt,& cœleſtia ſpeculãtur,nequaquã nos inde deijci patiamur,quoniã etſi aduerſarię poteſtates varijs nos tẽtationũ,& inſidiarũ artibus aggrediãtur Deus mittet in hunc montem ſaluatores,qui nos eripiant,ac liberẽt.* Quid aliud 129 ſunt ſaluatores, quam motus quidam animi ſalutares,& Spiritus ſancti nos ad ſalutẽ hortantis,& auxilium ſemper ad permanendum in ſanctitate pollicentis impulſus: Cũ tædio quodam,& accidia relaxaris,audis intus: Viriliter age,& confortetur cor tuum, Pſal.26. & ſuſtine Dominum. Cum morbis, aut doloribus, aut perſecutionibus grauaris,& natura ſupra modum angitur, quaſi vox quę- Tomd. dam ſine ſtrepitu ſonat in corde tuo: Non ſunt condignę paſsiones huius temporis ad 1.Cor.7 futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Cum libido titillat,illud ſuggeritur: Neſcitis,quia templum Dei eſtis, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit,diſperdet illum Deus. Hi,& eiuſmodi alij ſunt ſaluatores, qui aſcendẽt, in montem Sion,vt habitantes in eo perpetuo tueantur. Si igitur filius nos liberauerit,& quæ liberis digna ſunt, fecerimus, & ſaluatores admiſerimus aſcendẽtes in mõtem Sion,erit Domino regnum,fugient tyrãni,& Dominus regnabit in nobis,& quo magis nos regnari patiemur, eo pleniori, veriori, iucundioriq; libertate perfruemur,quam filij huius ſæculi ne norunt quidem.* Quam beatum regnum? quam trã- 130 quillum? quam iucundum quam ei debitum, qui illud ſuo ſanguine comparauit? Adueniat regnum tuum ò Domine IESV, adueniat cito,fuga tyrannos, regna in anima mea,melius eſt vt tibi eam dem,quam Cantic. alteri,os meum es,& caro mea. Quid retribuam tibi pro omnibus,quæ retribuiſti mihi? Vnam petij à Domino:hanc requirã, vt adueniat regnum tuum. Hæc eſt meorum ſumma votorum, ne confundas faciem meam, adueniat regnum tuum. Neminẽ obſequar,nemini me tradam niſi tibi, nullum Dominum agnoſcam præter te. Eius ſim,qui dedit animam ſuam pro me,qui immaculato ſanguine redemit me. Hoc petã, hoc clamabo: Adueniat regnum tuum. Sicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba. Hoc meditãti ſomnus obrepat,hæc primũ vox expergiſcenti occurrat,hæc,dum viuo,mihi ſit in corde, hęc in ore,hanc cum ipſo ſpiritu effundam.

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN IONAM PROPHETAM COMMENTARIJ.

DE VERITATE, ET FIRMITATE mysticorum ſenſuum, Proœmium.

1 Merſimus Spiritus ſancti aura ex Habdiæ fluctibus, ex illiſque ſcrupuloſis cotib⁹ enauigauimus aliquã do, vt iam liberius per Ionę pelagus vela tẽdamus,profundum illud quidem, ſed minus fluctibus fæuiens, minus ſcopulis impeditum. Atque hoc alacrius ſoluere,& contentius remigare debemus, quod poſt nauigationis laborem dominum Ieſum inueniemus in littore à mortuis excitatum, quẽ piſcis magnus penitus abſorbuiſſe videbatur. Nec illud timendum eſt,quod duobus diſcipulis in villam euntibus cõtigit, vt eum, quicum ibãt, & colloquebantur, minime agnoſcerent. Ipſe videndum ſe ſe offeret, qui dixit: Generatio mala,& adultera ſignum quærit,& Matth.12. ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus,& tribus noctibus. Ex quo cernimus in plana, & ſimplici hiſtoria ſublimem latere intelligentiam, & myſteria ſalutis noſtræ maxima, id eſt, mortem & reſurrectionem Seruatoris, quaſi pulcherrimam picturam, velo literæ contegi, idque non homine doctore cognoſcimus, ſed ipſo, qui diuinitatẽ ſuam carne cõtexit, reuelata facie ſe in ſuo propheta demonſtrante. In quo etiam animaduertimus, multa veteribus patribus in figura contigiſſe, quæ ſunt ſcripta propter nos, vt eſt apud Apoſtolum, eaque ſpiritum 1.Cor.10. Dei non minus ſignificare voluiſſe, immo & multo magis, quam res ipſas geſtas, quæ verbis produntur: nec nobiſmetipſis ſatisfacere nos debere, cum nudam hiſtoriam tenuerimus, donec illa, quorum cauſa res ipſæ ſcriptæ, geſtæque ſunt, myſteria teneamus. * Quæ quoniam partim ad cognitionem, partim ad actionem pertinent, quæ cognitionis ſunt, cum de CHRISTO, aut de Eccleſia aliquid intelligitur, ſemper explicabimus, vt in hoc propheta: quæ vero ad actionem ſpectant, vbique, vt cœpimus, paulo accuratius perſequemur. Vtriſq; autem explicandis, præter multas, magnaſq; vtilitates, perſpicuum fiet, & manibus, vt aiunt, contrectabitur, quod ſæpe dicitur, & multi nec negare audent, nec ſatis ſibi perſuadere poſſunt, quia non experiuntur, ſub vno ſenſu Hiſtorico multis myſticis abundare ſcripturam,& (vt ait Greg.) vno, 10.Mor.c. eodemque ſermone, dum narrat geſtum, prodere myſterium. Et quoniam ſunt non pauci, qui non illi quidem fortaſſe malo animo, ſed ignoratione quadam, & imperitia

Veritas sensuum literarum sensuum.

mysticos patrum sensus paruipẽdunt quasi confictos,& pro arbitrio scribentium excogitatos, hinc iam illos equiores,& patribus, & nobis habebimus, si verbis ipsius autoris scripturarum animaduertere velint hanc exponendi, atque excogitandi rationem abunde comprobari. Nec enim verum est quod putant mysticas expositiones pro libito confingi, &, quod quendam dicẽtem audiui: quæ beatus pater Gregorius in librum Iob scripsisset, ea in quemuis aliũ ex sacris libris scribi potuisse, quod fortasse & alij sentiunt, tametsi minus audaces sint ad dicẽdum. Indigna profecto theologo vox, & ingrati animi index, qui non solum de opere detrahat clarissimo, & vtilissimo, & quo nullum vnquam melius in libris patrũ habuit Ecclesia, sed etiam de omnium sanctorum laboribus, qui cum magno, & sui, & Ecclesię fructu in hoc scriptionis genere detudarunt. Errant toto cœlo, nec possunt a Grammatica arte recedere, & ignorant virtutem scripturarum, & magnitudinem donorum Dei. Nam sicut in Historico sensu ipsa nos vocum notio coerceet,& concludit,ne libere in quamuis intelligẽtiam euagemur,& ex scripturę consuetudine,atque ex patrum sententijs, & peritia linguarum ambigua verba interpretamur: ita in mystico res, quæ illis vocibus significatæ sunt, & illarum cum hoc sensu similitudo non sinit, vt id, quod patres volunt, dicant, sed quod cum historia plene congruat, & cum præcedentibus ac sequentibus apte cohæreat. * Hanc autem explanationem excogitant cum consuetudinem scripturæ attendentes,& maiorum vestigijs insistentes tum maxime orantes, & Dei spiritum inuocantes. Et quoniam, vt Historicus sensus ex verbis, ita & mysticus ex rebus oritur, quas verba illa significant: sicut quæ scribũtur in explanationem historiæ libri Iob, non possunt in alterius explanationem eadem conuenire,ita quæ ex illa Historica explanatione pendent, fieri nullo modo potest, vt recte, & proprie transferantur in alteram. Iraque multæ enarrationes mysticæ patrum miræ videntur ijs, qui non sunt in eo studiorum genere exerciti, quæ si ab eruditis diligenter inspicerentur, neque miræ, neq; pro arbitrio confictę viderentur. Atq; vt exẽplum ex hoc ipso propheta petamus, si dicerent patres piscem magnum, qui deuorauit Ionam, mortem significare, siue infernum CHRISTVM deuorantem,& cum idem à pisce eiectus est in siccum, resurrectionẽ Dñi indicari, dicerẽt isti, vt arbitror, nisi Euangelium legissent, fingi ab otiosis hæc,& excogitari omnia. Idem indicarent, si serpentem æneum in ligno positũ Christum in cruce pendentem significare diceremus: si vero nubem, & mare in transitu filiorum Israel Baptismi, petram CHRISTI typum esse audirent, fortasse etiam cachinnos tollerent, cum tamen alterum à CHRISTO, alterum à diuino illo legis, & prophetarum interprete Paulo sit postea explicatum. Hæc,& alia huiusmodi patres obseruarunt, quæ in suis Allegorijs, & Tropologijs imitarentur, atque eadem ab scripturæ studiosis notari oportet, vt cum similia in Ecclesiasticorum hominum libris inuenerint neque mirentur, neque contemnant. Præclare ergo,& grauiter grauissimus Ecclesiæ doctor Gregorius, cum verba Domini exponeret de semine, quod secus viam, & supra petram, & inter spinas cecidit: Est, inquit, quod solicite in hac ipsa expositione Dominica pensare debeamus, quia si nos vobis semen verbum, agrum mundum vlucres dæmonia, spinas diuitias significare diceremus, ad credendum nobis mens forsitan vestra dubitaret. Vnde & idem Dominus per semetipsum dignatus est exponere quod dicebat, vt sciatis rerum significationes quærere in ijs etiã, quę per semetipsum noluit explanare. Exponendo ergo quod dixit, figurare se loqui innotuit, quatenus certos vos redderet, cum vobis nostra fragilitas verborum illius figuras aperiret. Sed iam sanctum Ionam audiamus, qui nomen habet columbæ, & per eum columbam illã aduenire nobis precamur, quæ supra Dominum seruatorem descendit, & mansit in baptismo, vt vere, & pie, & vtiliter latentia in eius prophetia mysteria reseremus.

Libri Moralis expositionis Gregorij.

Ioh. 1.

1. Cor. 10.

Leo. 8.

Hom. 11. in Euang.

3

ARGVMENTVM PROPHETÆ.

CAP. I.

Ionas ad prædicandum in vrbem Assyriorum maximam Niniuen missus Dominum fugit, & in nauim descendit euntem in Tharsis, exoritur ingens tempestas, sorte ipse deprehenditur causa esse tempestatis, tandemque volũtate sua in mare mittitur, tempestas subito sedatur.

CAP.

CAP. II.

Deuoratur Ionas à pisce magno,& in eo ipse salutis suæ excitatus orat,& gratias agit Deo, tandemque tertio die in littus euomitur.

CAP. III.

Iterum iubetur Ionas Niniuen ire ad prædicandum, ad eius prædicationem vniuersi Niniuitæ ieiunant, & sacciis induũtur, & vera, atque humili pœnitentia suæ vrbis subuersionem a Propheta prædictam deprecantur.

CAP. IIII.

Dolet Ionas, quod videt Deum pœnitẽtia Niniuitarum placari, & queritur se ad eos missum fuisse prænuntiatum, quod futurum non erat. Egreditur ex vrbe,& in remoto loco ad Orientem consistit, vt videat exitũ suæ prophetiæ. Exoritur hedera, qua à solis iniuria protegitur. Sed sequentis diei diluculo à verme corrosa exarescit; dolet Ionas vehementer,& sole, ventoque vrente afflictus mortem orat,& iracitur. Mox hederæ exemplo docetur non fuisse Niniuen subuertendam.

CAP. I.

FIT factum est verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens. Surge, et vade in Niniuen ciuitatem grandem,& prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini: & descendit in Ioppen, et inuenit nauem euntem in Tharsis: et dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini. Dominus autẽ misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari,& nauis periclitabatur conteri. Et timuerũt nautæ, et clamauerunt viri ad Deũ suum: & miserunt vasa, quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis: et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum gubernator, et dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si forte recogitet Deus de nobis, & non pereamus. Et dixit vir ad collegam suũ. Venite, et mittamus sortes, & sciamus, quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam. Et dixerunt ad eum. Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuum? et quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos. Hebræus ego sum, et Dñm Deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, et dixerunt ad eum. Quid hoc fecisti? Cognouerũt enim viri quod à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum. Quid faciemus tibi, & cessabit mare a nobis? quia mare ibat, & intumescebat super eos. Et dixit ad eos, Tollite me, et mittite in mare, et cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, et non valebant: quia mare ibat, et intumescebat super eos. Et clamauerunt ad Dominum, et dixerunt: Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, et ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam, et miserũt in mare: et stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno

Dominum,

Dominum,et immolauerũt hostias Domino,et vouerunt vota.

HISTORIA.

1 *Et factum est Verbum Domini.* Quæ ad prophetarum initia pertinebãt,de genere prophetarum, de tempore, de patria, ne sæpe essent repetenda semel in præludijs exposuimus. Quomodo autem Propheta dicat: *Et factum est*, cum nihil præcesserit, quod coniunctione illa, Et, copuletur, laborant Theophyl. & Rupertus, vt explicent & in prima homilia in Ezech. Laborauit Gregorius,sed nobis minime laborãdum est, cum iam semel, atque iterum docuerimus in Hos.9.nu.9. & in Habdiam. nu.63. ex Hebraicæ linguę consuetudine,Et,redundare sæpe initio sententiæ, tantumque ornatui deseruire: quod intelligẽs noster interpres, nunc eam ponit,nunc omittit. Hinc vulgatum apud Hebræos libros incipere ab, Et, vt videmus in Exhodo, in Leuitico, in Numeris, in Iosue, in Iudicibus, in Ruth, in omnibus libris Regum, in 2.Paralipomenõ, in Hesdra,in Esther,in Baruch, in Ezechiele,in 1.Machabæorum: quamuis aliquãdo, vt dixi, cõiunctionem interpres subticeat. Ioseph us quoque filius Gorionis quinque historiæ suæ libros,ita vt Ionas inchoat וַיְהִי, id est, Et fuit, siue: Et factum est. De verbo autem,& quid sit fieri verbum,initio primi capitis Hoseæ satis dictum est.

Et,coniunctio redundans.

2 *Ad Ionam filium Amathi.* In Hebræo est Amithai,idem nomen est,diuersitasque est solum in punctis additis à recẽtioribus Hebræis, apud Lxx est Ἀμαθεί in Biblijs complutensibus, & Regijs, sed in Aldinis, quæ sine dubio sunt castigatiora, omnino legitur vt apud nos, Ἀμαθί ex quo fit,quod non semel, vt arbitror, dixi, Hebræos suis punctis nomina virorum,& locorum sæpe corrupisse. De Amathi autem Hieronymus traditionem refert Hebręorum,quam nec probat, nec improbat, filium eum fuisse viduæ Sareptanæ,quem Elias propheta mortuum suscitarit. 3.Reg.17. nomẽque acceperit matre dicente: Nunc cognoui quia vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verũ est, siue veritas est, אֱמֶת enim veritatem significat, & Amathi dicitur, quasi veritas mea. Hoc & Epiphanius in libello de prophetarum vita, & interitu & multi alij affirmant. Mihi non fit admodum verisimile: nam si Sareptanæ viduæ filius fuit Amathi, gentilem eum fuisse constat, Sidoniorum enim erat Sarepta, vt in fine Habdiæ diximus,& gentilium,atque hanc mulierem gentilem fuisse satis ex Luc.4.perspicitur. At Amathi propheta etiam fuit iuxta eorumdem Hebræorum traditionem, cum patris nomen in propheta ponitur,cum quoque prophetam fuisse. Quare probabilius est Iudæum fuisse, quam ethnicum. * Non desunt qui respondeant matrem quidem fuisse gentilem, sed patrem Iudæum ex Geth, quæ est in Hopher: sed, si dicere satis est, quidquid volent, dicent, at non est cordati hominis temere quippiam dicere. Adde quod Ionã ex.4.Reg.14 scimus fuisse ex Geth,quæ est in Hopher, & pertinet ad tribum Zabulõ. Iosu. 19. & Hieronymus autor est inter Sephorim, & Tiberiadem esse hanc Geth, viculum haud grãdem, in quo ipsius prophetæ sepulcrum ostenditur: dici autem Hopher ad distinctionem aliarum vrbiũ eiusdem nominis, quæ, inquit, iuxta Eleutheropolin, siue Diospolin, hodie quoq; monstrantur. Ex quo probabiliter colligi videtur,eius parentes non Sareptanos, sed Gethæos fuisse. Eorum porro autoritas, qui hoc affirmant,non me magnopere mouet, nam multi testes, qui rem ab vno aliquo acceperunt, quasi vnus testis habentur iure ciuili, nec plus fidei habent, quamuis multi sint, quam ille, à quo audierunt: Nonnulli putant Ionam dici ab Hebræis filium Sareptanæ,& reprehendunt,quod male intelligunt,cum hoc nõ de Iona,sed de patre eius Amathi dictum sit.

3 *Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam.* Niniue vrbs est Assyriorum celeberrima, & primæ mundi monarchiæ caput ad Tigrim fluuium condita à Nino primo rege Assyriorum, qui Genes. 10. vocatur Assur. Cœpit enim regnare in Babylonia, & inde bello finitimos adoriẽs peruenit in terram Assyriorum,eaque expugnata vrbem condidit, quæ à cõditoris nomine Hebræis Niniue, profanis autoribus Ninus dicitur vt Plinio lib.6.cap.26.Straboni lib.16.in princip.Ptolomæo,lib.6. Geographiæ. cap. primo. Conditam autem fuisse à Nino docet Euseb.initio chronicorum,& nos idẽ ostendimus in Hos.2.cap.nu.61.& in cap.5.n.36. & 37.ex Hiero.& August. & hunc esse qui Gene.10.dicitur Assur ædificator Niniues. Quare ijdem autores nunc Assur conditorem Niniues vocant,nunc Ninum, nec dicunt eam à Nino fuisse amplificatam & exornatam,vt in catena in Genes.cap.10.sensit Lypomanus, sed conditam omnino,vt apertissimum est apud Diodorum Siculũ lib.3.rerum antiquarum.ca.1. De eius magnitudine dicemus initio cap. 3. Cetcrum hoc tempore,quo Niniuen mittebatur Ionas,florebat maxime imperium Assyriorũ, ita vt eorum rex vltor appellaretur, quod ad eum, quasi ad omnium potentissimum, & regem regum, omnes confugerent, qui à potentioribus opprimebantur. Hos.5. Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum,& abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem, quod ibidem latius explicauimus. * Mittitur autem Propheta,vt notum sit omnibus nationibus,& seculis Deum omnium creatorem,nõ Hebræorum modo, quos in peculium suũ elegerat, sed omnium etiam gentium quærere salutem, sicut Apostolus ait: An Iudæorum Deus tantũ, nonne & gentium: immo & gentium. Et Sap.6.Pusillum,& magnum ipse fecit, & æqualiter ei cura est de omnibus. Ita videmus Isaiam,Ieremiam, Ezechiel, Hamos, & alios prophetas, interdum etiam nationibus gentium prophetare: & Habdiam Idumæis,& alienis,& hostibus Iudæorum prophetauit.

4 *Et prædica in ea.* Hebr. Et clama super eã, siue contra eam. Chaldæus: Vaticinare in eam. Ex quibus intelligimus quomodo eũ prædicare iuberet, minitando videlicet,& prænũtiando illi ruinam,nisi conuerteretur, sicut.cap. 3. Adhuc quadraginta dies,& Niniue subuertetur. Propterea eodem.ca. 3. vbi nos habemus: Et prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te, Lxx verterunt. Prædica in ea secundum prædicationem priorem, quam ego locutus sum ad te.

5 *Quia ascendit malitia eius coram me.* Tot, tantaque sunt eius scelera, vt iam dissimulare nequeam me videre,sed punire cogar. Huiusmodi verbis vti solet scriptura, cum peccata magna sunt,& ingentẽ,celeremq; vindictam magnitudine sua exposcere videntur. Vt Genes.18.clamor Sodomorum, & Gomorręorum multiplicatus est:& cap. 4.Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Hinc magna peccata vocantur clamor, vt Isai.5. Et expectaui, vt faceret iudicium,& ecce iniquitas; & iustitiam,& ecce clamor: quia videntur clamare, & Deum cogere ad vindictam, ducta ab hominibus metaphora, qui dissimulant se iniurias videre, aut audire contumelias, ne cogantur irasci, & vindicare, sed cum multæ sunt, aut magno clamore dicuntur, non possunt iam dissimulare,sed puniunt. Ex quo etiam Hebr.12. Sanguis CHRISTI melius loqui dicitur, quam sanguis Habel: quoniam sicut sanguis Habel quodammodo Deum cogebat vindictam sumere de interfectore Cain, ita sanguis CHRISTI in cruce effusus vehementius Deum ad misericordiam prouocat, quam sanguis Habel ad vltionẽ. Eadem metaphora dicitur: *Ascendit malitia eius coram me*, id est, nota mihi est, etiam si dissimulare velim,non possum.

6 *Et surrexit Ionas,vt fugeret in Tharsis.* Cur Ionas fugerit expositores quærendo defatigantur,& varias causas excogitant, cum liceat ex ipso,qui fugit, causam fugæ cognoscere,qui cap.4.videns Dominum pepercisse ciuitati propter pœnitẽtiam,afflictus est, & dixit: Obsecro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui vt fugerẽ in Tharsis. Scio enim quia tu Deus clemens,& misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. Ergo Propheta humanum quippiã patiens mẽdax videri timebat,cum Deus placatus vrbem conseruaret, & ab omnibus rideri, quasi sine causa tam longum iter confecisset. Possumus huic alteram addere ex Hieronymo,& ex Gregor.6.Mor.cap.13. prænouisse eum prophetico spiritu tunc perituram esse domum Israel, cũ nationes credidissent, ideoque vitasse, ne populus suus reijceretur. Quid sit autem Tharsis magna doctissimorum hominum contentione certatur. Iosephus.9.Antiq.cap.11. Tarsum nobilem Ciliciæ vrbem esse dicit, in quam fugiebat Ionas. Idem lib.1.cap.7. affirmat Ciliciam olim dictam esse Tharsis, idque vel ex eo intelligitur, quod vrbium eius celeberrima Tarsus vocetur. T. Græca litera posita pro θ, debuit enim scribi,& proferri θάρσος non vt scribitur τάρσος. Quare obscurius vertit Sigismundus Gelenius: Prima nominis litera in Tau mutata, cum in Græco ita sit ad verbum: Tarsus enim apud ipsos, quę vrbium celeberrima est, vocatur, metropolis existens, Tau literam ad appellationem ipsis pro Theta litera mutãtibus.

Tharsis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Idem postea sentit Rheticius Augustudunensis episcopus in Commentarijs Cantici Canticorum, vt refert Hieron. in epistola ad Marcellam, cuius initium est: Nuper cum Rheticij, &c. Et Alfonsus episcopus Abulensis in Commentarijs in Chronica Eusebij in. 2. p. ca. 27. & Lyranus. Alij Carthaginem esse volũt nobilem Africæ vrbẽ, vt Vatablus: & recentiores nõnulli. Immo & Theophylactus, & Theodoretus consentiunt vrbem esse Africæ, quam Græci καρχηδόνα vocãt, eamque Latini Carthaginem nuncupant. Hoc ex eo confirmant Græci autores, quod Isai. 23. Legimus: Vlulate naues Tharsis. Lxx naues Carchedonis, id est, Carthaginis, & Ezec. 27. Carthaginenses negotiatores tui. Lxx Carchedonij. Hebr. Tharsis. Testantur autem in his locis, in Hebræo, & Syro exemplaribus esse Tharsis. Ex quo constat paraphrasin Chaldaicam non esse Syrum illud exemplar, quod citatur à nonnullis veterum, vt quidam falso opinati sunt, nam in his locis non est in paraphrasi Chaldaica Tharsis, sed ים, id est, mare, vt statim dicã. At Hieronymus hic, & in ca. 2. Isaiæ, Tharsis mare interpretatur, neque aliud intelligi, quam Ionam in marẽ fugisse: quæ sentẽtia multo mihi verior videtur. Etenim veteres Hebræi (vt Hiero. docet in cap. 2. Isaiæ) putant lingua propria, sua mare Tharsis appellari, * quando autem dicitur ים, non Hebraico sermone appellari, sed Syriaco. Hæc est igitur propria huius nominis apud Hebræos significatio, vt sæpe in sacris libris videmus. Isai. 2. Et super omnes naues Tharsis. Lxx: Et super omnẽ nauim maris, & ca. 23. bis ait: Vlulate naues maris. Vbi Aquila, Symmachus, Theodotion, nomen Tharsis reliquerunt, sed Chaldæus vertit ים, id est, maris Psal. 47. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Ezec. 1. Et aspectus rotarum, & opus earum quasi visio maris. Mihi videtur & in locis vbi nomen esse creditur vrbis, aut regionis, pro mari potius accipi debere.

Paraphrasis Chaldæa non est exemplar, quod Syrũ vocatur.

Tharsis.

7

Sed quo res, vt vetustissima, ita & obscurissima planior fiat, multique scripturæ loci explicentur, & multorum autorum variæ sententiæ componantur, rem à prima origine repetamus. A filijs trium Noe filiorum tres orbis terrarũ partes & inhabitatas fuisse, & nomina fere accepisse, quorũ quędam omnino mutata sunt, quædam autem adhuc manent parum immutata, facile intelliget qui legerit decimum caput Genes. sis, adiecto pro commentario capit. 7. lib. 1. Antiquitatis Iudaicæ Iosephi, quem & Hieron. in Traditionibus Hebr. in Genes. & omnes postea autores, magna ex parte secuti sunt. * Ex Iaphet igitur Noe filio natus est Iauan, filij autem Iauan (inquit sacra historia) Elisa, & Tharsis, Cethim, & Dodanim, ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suã, & familias in nationibus suis. A Dodanim, seu Rodanim (fortasse enim vitiose D. pro R. positum est propter magnã literarum apud Hebræos similitudinem) dicti sunt Rhodij, vt Hieron. & multi alij sentiunt. A Cethim, iuxta eundem Hieron. & Iosephum, Cyprij: à Iauan, Iones, vnde & Ionium mare: ab Elisa Æoles, vnde quinta Græcorum dialectus, Æolica dicitur. A Tharsis orti sunt Cilices, vt indicat eius regionis metropolis Tarsus. Nec vero mirandum est, ס, literam quæ erat in Tharsis, mutatam esse in, ר, in Tarso, sæpe enim Græci in huiusmodi nominib⁹ aspiratas literas vertunt in tenues. Sic dicunt Palæstini pro Philisthim, Carmelus, pro Charmel, Sarepta pro Sarephtha, & Cittiũ vrbẽ Cypri à Chethim, & Iapetus, pro Iapheth, & similia. Quod autem ex Iosepho diximus, à Tharsis ortos esse Cilices confirmat Hiero. loco indicato, & in locis Hebraicis, Glossa interlinearis Gen. 10. & ibidem Lyranus, Lypomanus, Antonius Honcala, & alij eiusdem loci expositores, & Iansenius, & Genebrardus in Psalmum 47. & Iohãnes Cathardus in cap. 1. Ionæ. * At posteros Tharsis non se cõtinuisse intra Ciliciæ fines, sed per oram maris nostri versus occasum, & per prouincias adiacentes Hellesponto, & Propõtidi, Euxinoque mari late se se fudisse, potest ex eo intelligi, quod locis citatis aiũt Iosephus, & Hieron. sedes filiorum Iapheth incipientes à Tauro, & Amano mõtibus pertinuisse in Asia ad Amnem vsque Tanain, in Europa, vsque Gades. Intelligitur etiam ex Iudith. 2. Verbis obscuris quidem, sed si illustrentur, multum nobis lucis allaturis. Ea sunt de Holopherne cum magnis copijs ex Assyria profecto: Cumque pertransisset finines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Cilicię, ascenditq; omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem. Effregit autẽ ciuitatem opinatissimam Melothi, prædauitque omnes

8

9

filios

filios Tharsis, & filios Ismahel, qui erant cõtra faciem deserti, & ad Austrum terræ Celon. Montes Ange nulli sunt apud Geographos, est tamen mons Argæus maximus in Cappadocia, cuius meminit Strabo lib. 12. & Plin. lib. 6. cap. 3. & Ptolem. lib. 5. capit. 6. Quare suspicor prius scriptũ fuisse ad montes magnos Argæos, paulatimq; scriptum fuisse Arge, deinde Ange. Nam hi montes ad sinistram Ciliciæ sunt, id est, ad Aquilonarem plagã, quæ in scriptura vocatur sinistra, sicut Australis, dextera. * Ex quo perspicimus filios, siue posteros Tharsis, de quibus cõtinuo loquitur, per illas Asiæ prouincias à Cilicia, & Cappadocia dispersos fuisse vsque ad Pontum, & Bythiniã. Nec enim nunc de cilicibus loquitur, qui vltro deditionis nuntios ad Holophernem miserunt antequã propius accederet, vt legimus. ca. 3. sed de alijs in Cilicia ex genere Tharsis ortis, & per illas prouincias, quæ ad Cilicũ ditionem pertinebant, diffusis. Autore siquidem Solino in Polyhistore, cap. 41. Cilicia antea vsque ad Pelusium Ægypti pertinebat. Lydijs, Medijs, Armenijs, Pamphylia, Cappadocia sub imperio Cilicum constitutis. Mox ab Assyrijs subacta (duce videlicet Holoperne) in breuiorem modum scripta est. Hæc ideo retuli, vt ex eis intelligamus totam hanc regionem, quæ supra mare nostrum à sinu Issico, siue à portis Amani tenditur in Occasum vsque ad extremos Ciliciæ Thracheæ siue Asperæ fines, atque vlterius etiam longe, & eam, quæ à Cappadocia, & Pamphylia ad Lydiam, & Põtum pertinet, olim dictam esse Tharsis, quia posterorum Tharsis erat. Eadem ratione mare Mediterraneũ à sinu Issico, quod in eius fine est, vsque ad Põtum Euxinum, dictum est mare Tharsis. Hoc mare vocatum est Tharsis, 3. Reg. 10. & 2. Paralipo. 9. * Classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis ad deferendum aurum, & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. Nam quod plutimi dicunt, & Hieronymus, vt ab alijs dictum, refert, Tharsis locum esse Indiæ, neque ex scripturis, neque ex Geographis, aut veteri aliquo autore (vt etiam ait Theophylactus) neque vero probabili aliqua ratione tueri possunt, cum nullus illuc ex posteris Tharsis penetrauerit, qui nomen, vt tunc, moris erat, loco daret: Est quidem in India Ophir, & terra Heuila: sed ab Ophir, & Heuila filijs lectan filij Heber Genes. 10. qui eam regionem incoluerunt. Atque hæc est omnino sententia Iosephi, cui huic in re plus fidei habendum arbitror, quam ceteris: qui hæc verba quasi vertens lib. 8. Antiq. cap. 2. ait: Multa enim nauigia rex in mari, quod vocatur Tarsicũ, habuit, quæ ad remotas gentes merces varias deferre iussit, pro quibus exportatis aurum, & argentum regi referebant, multumq; eboris, & mancipia Æthiopica, & Simias. Ea nauigatio in itu, ac reditu triennium integrum absumebat. Et lib. 9. cap. 1. quod scriptum est. 2. Paralip. 20. Et particeps fuit vt faceret naues, quæ irent in Tharsis: ita ipse dixit: Cum quo inita societate parandarum nauium, quæ in Pontum, atque in emporia Thraciæ nauigarẽt (ira enim est in Græco) iacturam fecit haud minimam. Nauigia enim absumpta sunt naufragijs, quod non bene regerentur pra magnitudine, &c. Thracia autẽ in aduerso Europæ latere est non longe à Ponto Euxino. * Quo autem naues illas Iosaphat rex mittere voluerit, mox videro, neque enim in emporia Thracię mittebat, sed in Ophir: nunc hoc ago, Iosepho Tharsis esse mare, quod dixi. Hinc etiam lib. 9. cap. 11. scripsit eum euomuisse Ionam in littus maris Euxini, intelligebat enim Pontum Euxinum ad mare Tarsicũ pertinere. Superuacuum hoc fortasse videatur, sed volo, quę dico, ab ijs etiam, qui omnino Geographiæ expertes sunt, cognosci. Mare nostrum, siue Mediterraneum, ab Occasu in terras ingreditur inter Herculis columnas, initiumque eius est fretum Gaditanum, deinde inter Europam, & Africam, quas diuidit, per Asię etiam partem porrigitur vsque ad Palæstinam, & Tyrum, & Sidonem, supra quas in eius fine est sinus Issicus, de quo diximus. Verum post Italiam, & Græciam pars eius in Septemtriones excurrit, & Europam separat ab Asia. In huius excursionis principio multum se se coartat, & Hellespontus vocatur, deinde vbi primum se expandit, Propontis, vbi iterum se premit Thracius Bosporus, vbi iterum se effundit, Pontus Euxinus nuncupatur. Mox paludi maximę committitur, & Cimmerius Bosphorus appellatur, palus ipsa Mæotis. Quidquid igitur à sinu Issico est vsque ad Euxinum Pontum, mare Tarsicum, aut mare Tharsis Iosepho dicitur. * Immo totum mare Mediterraneum nomen idem habet, siue à po-

10

11

12

13

steris

Universidad de Deusto
Biblioteca

steris Tharsis, uue appellatione ab vna eius
parte ad totum translata. Hinc classis Sa-
lomonis in Tharsis nauigans deferebat si-
mias, & pauos, & mancipia Æthiopica, vt
Iosephus scripsit, ex Africa, quę ab eiusdem
maris littoribus versus Meridiem protendi
tur, nec auro, & argento caret, simijs, pauis,
eboreque etiam abūdat. Quamuis aurum,
& argentum ex vrbibus omnibus, & regio-
nibus, ad quas appulerant, reportabant pro
mercibus (multis enim in locis præter In-
diam inueniebatur autore Plinio lib. 33. ca.
4.) sed maxime (vt probabile est) ex Hispa-
nia, quæ metallis erat omniū fecundissima.
Per mare siquidem nostrū nauigantes, nūc
in Africæ portus, nunc in Europæ defere-
bantur, quæ nauigatio longissima est, & re-
cte cum mora commutandarum mercium
in eundo, ac redeundo triēnium absumet.
Hæc dixerim, vt Iosephi sententia, quam sit
probabilis, appareat: & intelligamus cur
verterint Lxx vlulate naues Carthaginis,
& cum eisdem noster interpres Ezec. 27.
Carthaginenses negotiatores tui. Quod
aptissime, & verissime versū est, erat enim
Carthago Colonia Tyriorum, & ideo ma-
gnum erat cōmercium Carthaginiēsium,
& Tyriorum. Cōuenit igitur nobis & cum
veritate, & cum veteribus, qui Tharsis Car-
thaginem interpretantur, vt Theodoretus,
& Theophylactus hic, & Basilius, & idem
Theodoretus in Psal. 71. & ibidem Euthy-
mius ait: Per Tharsis expositores omnes
Carthaginem ciuitatem intelligunt, quæ
est Lybię caput. Neque ab hoc sensu abhor
ret Augustinus in illud Psal. 49. In spiritu ve
hementi conteres naues Tharsis. Immo &
Chaldęus, p eo, quod est in Hebręo. Naues
Tharsis, vertit, naues Africæ. 3. Reg. 10. &
vltimo. * At pugnabit studiosus scripturā-
rum nullo modo posse hæc ad Mediterra-
neum mare referri, quoniam classis Salo-
monis, & Hiram non soluebat ex Ioppe, sed
ex Hasiongaber, quæ est in ora maris Ru-
bri, vnde in Africam nauigari non poterat
sed in Indiam: Legimus enim 3. Regum. 9.
classem quoque fecit rex Salomon in Ha-
siongaber, quæ est iuxta Ailath in littore
maris Rubri, in terra Idumææ. Misitque Hi
ram in classe illa seruos suos viros nauticos,
& gnaros maris cum seruis Salomonis. Qui
cum venissent in Ophir, sumptum inde au-
rum quadringentorum viginti talētorum
detuleruntad regem Salomonem. Eadem
fere verba sunt. 2. Paral. 9. Respondeo alias
naues à Salomone missas fuisse in Tharsis
trium annorum itinere, quæ è Ioppe profi-
ciscebātur, vt iam diximus, alias ex Hasion
gaber in Ophir. Ophir autem insula est no-
bilissima, & maxima, quam veteres falsō ex i
stimarūt esse peninsulā, vel Chersonesum,
supra quam insulam in continente est vrbs
Malaca ad Septētrionem, & regnum eius-
dem nominis. Hodie autem Zamatra dici-
tur. * Itaque non hoc Iosepho aduersatur, 15
qui recte vtrumque vidit. Ita enim ait libr.
8. cap. 2. Quin & classem rex in Ægyptio
sinu ædificauit, in quodam loco ad mare
Rubrū, qui nominatur Hasiongaber. Hæc Berenice
nunc Berenice vocatur non procul ab Ela-
na vrbe, quæ regio tunc in Hebræorum di-
tione censebatur, & in hac quoque classe
munificentia Hiromi regis amici fuit vsui.
Viros enim gubernatores, & nauticæ rei pe
ritos ei misit, quotquot voluit, qui nauigan
tes cum regijs procuratoribus in regionem
Indiæ olim Sophiram, nunc Auream terrā
nominatam, aurum illi afferrent. Recte au-
tem dicit olim Sophiram fuisse nominatā,
ita enim à Lxx interpretibus appellata est.
2. Paralip. 8. nam vbi in Heb. est Ophir, ipsi
vertunt εἰς Σοφηρᾶ. Et paulo post meminit al-
terius nauigationis in Thatsis, quam neq;
scriptura, neque ipse dicūt ab Hasiongaber
cœpisse. Idem dicendum est de classe Iosa-
phat regis. 3. Reg. vltim. Rex vero Iosaphat
fecerat classes in mari, quæ nauigarent in
Ophir propter aurum, & ire non poterant,
quia confractæ sunt in Hasiongaber. Qua-
in re insigniter lapsus est Iosephus lib. 9. ca. 1
1. (vt iam nu. 13. retulimus) qui putauit has
in Pontum, atque in Thracię emporia pro-
fectas fuisse, quo per Hasiongaber perueni
re nō poterant. * Sed restat locus difficillimus. 2. Paralip. 20. qui & Iosepho plane im-
posuit, & rei iam pene illustratæ nouas te-
nebras offundit. Nam de eodem Iosaphat,
& de eadem classis instructione scriptū est:
Et particeps fuit, vt faceret naues, quę irent
in Tharsis. Fecerunt que classem in Hasion
gaber: ergo idem est Tharsis quod Ophir,
& in Tharsis nō per mare Mediterraneum
nauigabatur, sed per mare Rubrum, & per
Indicum Oceanum, ita necesse erit Tharsis
in India esse confiteri. Nos dicamus vete-
rem esse Hebræorum consuetudinem, vt
nomina propria propter aliquam simili-
dinem vertant in communia. Ita Antichri-
stus dici-

stus dicitur quicūq; Christo aduersatur,
vt. 1. Iohā. 2. Et sicut audistis, quia Antichri
stus venit, nūc Antichristi multi facti sunt.
Et Ham. 9. Iudęi vocantur Idumęi, vt possi-
deāt reliquias Idumææ, & omnes nationes,
vt ibidem exposuimus. Ita etiam Chethim
Cyprus est, atq; inde Iudæi tum insulas oēs,
tum pleraq; loca maritima Chethim appel
lant, vt docet Ioseph. li. 1. Antiq. c. 7. Quare
cum mare illud, quod Tarsicum vocat Iose-
phus, vastum, & altū sit, inde Hebręi Ocea-
num, & mare quoduis magnum, ac profun
dum Tharsis vocant. Nā ים, quod mare si-
gnificat, nō solū mari magno tribuitur, sed
lacubus etiam, & minoribus aquarū cogre-
gationibus. Itaque mare mortuum, & mare
Galileæ, & similia recte dicuntur ים, Thar-
sis autem dici non potest nisi magnū, & va-
stum mare. Inde naues Tharsis dicūtur na-
ues magnæ, quibus per profundum mare
nauigari solet, quas Heb. vocant אֳנִיּוֹת. * 3.
Reg. vlti. vbi habemus: Rex vero Iosaphat
fecerat classes in mari, quæ nauigarent in
Ophir, in Hebræo est: Iosaphat fecit naues
Tharsis ad eundum in Ophir. Et 3. Reg. 10.
Quia classis regis per mare cum classe Hirā
semel per tres annos ibat in Tharsis deferēs
inde aurum, in Hebr. est: Quia nauis Thar-
sis regi in mari cum naue Hiram semel per
tres annos veniebat nauis Tharsis ferēs au-
rum, &c. Vtrobique Chaldæus pro Nauis
Tharsis סְפִינַת אֲפַרְקָא, id est, nauis Africę.
Sed in posteriori loco nauis Tharsis dicitur
& quę in Tharsis ibat vt indicat nostra trās-
latio, & manifestum est ex 2. Paral. 9. Vbi de
eadem re scriptum est: siquidē naues regis
ibant in Tharsis cum seruis Hiram, &c. Et
nauis magna quæuis. Hinc iam melius in-
telligimus illud Psal. 47. In spiritu vehemēti
conteres naues Tharsis, id est, quantumuis
magnæ, validæq; sint, nō possunt irę tuę re-
sistere. Et illud Isai. 2. Quia dies Dñi exerci-
tuum super omnē superbum, & excelsum,
&c. Et super omnē turrim excelsam, & su-
per omnem murum munitum, & super o-
mnes naues Tharsis, & super omne, quod
visu pulchrum est. Maximis quibusq; rebus
& pulcherrimis minatur, itaq; & de nauib⁹
optimis, & validissimis, ac nō simpliciter de
nauibus maris, accipiendum est quod dici-
tur. Idem est de verbis illis iudicium: Vlula-
te naues maris Isai. 23. pro quo est in Hebr.
Naues Tharsis. * Quoniam igitur eūtes in
Ophir profecti è mari Rubro, quod erat an-
guitius, mare omniū maximū nauigabant,
id est, Indicum Oceanum, dicebātur ire in
Tharsis, & aurū afferri de Tharsis, vt Ier. 10.
Argentum inuolutū de Tharsis affertur, &
aurū de Ophaz. Quare naues Salomonis, 1. Reg. 10.
quæ per tres annos semel ibāt in Tharsis, &
deferebant aurū, & argentum, & ebur, & si-
mias, & pauos, & si proprie per Mediterra-
neum iuisse intelligere possum⁹, vt ex Iose-
pho diximus, non minus probabiliter affir-
mare possumus per Indicum Oceanū iter
fecisse non quo Tharsis regio sit Indiæ, sed
quo Oceanus recte Tharsis appellatur. Nā
si Tharsis Indiæ locus est, quomodo Ionas
Ioppē petit iturus in Tharsis? quomodo ibi
nauem inuenit euntem in Tharsis? Immo
quod Tyro dicitur iuxta Hebręū. Ezec. 27.
Tharsis negotiator tuus, quomodo poterit
intelligi? Quando vnquam venit ex India
negotiator Tyrū, quo peruenire non pote
rat nisi multo plus quam medium Oceani
vniuersum orbem ambientis emetiretur?
* Habemus ergo ex lōga, & laboriosa dispu 19
tatione, à Tharsis nepote Iapheth, & Cili-
ciam, & quasdā vicinas prouincias, & Medi
terraneum mare dicta esse Tharsis, indeq;
ad Oceanū, & ad mare quoduis profundū,
& magnarū nauium patiēs deductam esse
appellationem. Hinc & lapis pretiosus, qui
colore mari similis est, & inter lapides ratio-
nalis Aharō numeratur Exhod. 28. Tharsis
dicitur, Lxx interpretibus. Aquilæ, & Hier.
Chrysolithus, Symmacho hyacinthus. Im-
mo & Hiero. qui Exhod. 28. & Ezec. 28. &
Dan. 10. Chrysolithus vertit: Cant. 5. vertit
Hyacinthus, vbi legimus: Manus illius tor-
natiles auroæ, plenæ hyacinthis: & Ezec. 1.
vbi Hieronymus: Quasi visio maris, Aquila
transtulit: Quasi visio hyacinthi. Vterque
itaque lapis Tharsis dicitur: Chrysolithus
enim, vt nomē ipsum indicat, & Plinius scri
bit lib. 37. c. 9. aureo nitore trāslucet, quem
colorem referre solet mare solis radijs per-
cussum, vt ad Marcellam scripsit Hierony-
mus. Hyacinthus autem colore refert florē
hyacinthi, & vt ait Hiero. in c. 1. Ezec. Cœli
similitudinem habet, id est, cęruleum colo-
rem, qui in tranquillo mari cernitur. Cum
autem mare prius notum fuerit quam hi la-
pides, non videtur dubium eos à mari no-
men habuisse, non ab eis mare. * Atq; vt ad 20
Ionam nostrum aliquando reuertamur, ve
rior multo est Hier. sentētia hic, & in epist.
ad Marcellam cuius initium est: Nuper cū

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rhetici, quæ Chaldæi etiam, & multorum est Ionam voluisse fugere in Tharsis, id est, in mare, & ad quascumque insulas pergere. Non enim (vt hic ait Hieron.) Propheta ad certum fugere cupiebat locũ, sed mare ingrediens quocumq; pergere festinabat: & magis hoc conuenit fugitiuo, & timido, nõ locum fugæ otiose eligere, sed primã occasionẽ arripere nauigãdi. Cur ergo hanc interpretationẽ ceteris præferã, hęc causa est. Tharsis hoc in loco minime ad Indiã pertinet, neq; enim (vt Hier. scribit ad Marcellã) Ionas de Ioppe nauigãs ad Indiam poterat peruenire, ad quam illo mari non potest nauigari. Carthago autem nõ magis hoc vocabulo indicatur, quam insula quæuis, aut vrbs vicina maris nostri littoribus. Nec nũc quę pri⁹ dixi ex patrũ quorundã autoritate, infirmo; aliud enim est in illis duob⁹ Isaię, & Ezechielis locis Tharsis de Carthagine exponere, quod fecimus, aliud vocabulo Tharsis Carthaginẽ significari, qđ nunc negamus.

1 21 * Nã cũ mare Mediterraneũ proprie dicatur Tharsis, & in illo naues Carthaginis fuerint plurimæ, & maximę, (ait enim August. in illud Psalm. 47. in spiritu vehementi, &c. Manifestum est autem quod primordia regni Carthaginis nauibus floruerunt, & ita floruerunt, vt inter ceteras gentes excellerent negotiationibus, & nauigationibus) recte, plecto, ꝑ Vlulate naues Tharsis, Lxx Verterunt. Vlulate naues carthaginis, præcipue cum de Tyro sit prophetia, ad quam crebro Carthaginẽses nauigabant tanquã ad veterem cognationem, & patriam. Eadem ratio Hieronymum mouit, vt verteret: Carthaginẽses negotiatores tui, quod eidem Tyro dictum est Itaque hic non ex vocabuli significatione, sed ex connexione rerum ipsarum, quæ dicuntur, intelligimus Carthaginem indicari. At in Iona nihil tale occurrit, quod cogat ita interpretari, propterea quę ipsi Lxx, qui in illis duobus locis pro Tharsis, Carthago verterant, in alijs, aliter interpretantur, quoniam vident nihil in eis esse, cur ad Carthaginem referant Quare hic nomen ipsum Tharsis reliquerunt, & Isai. 2. transtulerunt: Et super omnes naues maris, & in Psalm. 47. Contere naues Tharsis, & in Psalm. 71. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent. 22 * Ridiculum ergo est Ionam, ne Niniuen mitteretur, Carthaginem ire voluisse, vt mercaturam exerceret, nisi forte eum cum pleno marsupio in nauim euntem viderunt, qui hoc dicunt, quod in ventre ceti reliquerit. Dicemus ergo eum voluisse per mare Mediterraneum longissime à patria fugere, quocunque casus ferret, ne vaticinari Niniuitis cogeretur. Quod autem nauem inuenit euntem in Tharsis, nihil aliud est quam nauem paratam inuenisse, vt per Mediterraneum mare nauigaret, in quam se protinus coniecit. Et quoniam nec nautæ rogati quo eant, solent vrbem aliquam indicare, nisi iterum, atque iterum rogentur, sed generatim respondent, imus in Occasum, aut in Orientem, aut certe Hispaniam, aut Italiam petimus: nec timido, atque fugitiuo, qui nihil habebat, cur in has oras potius, quam in illas deferri cuperet, modo procul à Iudæa fugeret, sępius nautas rogare aut vacabat, aut libebat, verosimillimum est tantum Prophetam quæsijsse an starim solue re vellent, & an sibi eadem naui vehi liceret. Hoc ipsum, & Tharsis non esse certam aliquam vrbem cognoscimus ex eo, quod postea nautę rogant Ionã: Quæ terra tua, & quo vadis? si enim nauis iret in vrbẽ aliquam, quæ Tharsis vocaretur, nautæ cũtes in Tharsis quorsum eum interrogarẽt, quo vadis? constabat enim ire in Tharsis.

A facie Domini. Iosephus libr. 9. Antiqu. capit. 11. affirmat Ionam fugere voluisse in Tharsis putantem se posse Deum effugere, sed non videtur credibile prudentem virum, & præterea prophetam ignorasse Deum esse vbiq;, nec legisse, quod est apud Dauidem: Quo ibo à spiritu tuo? & quo à facie tua fugiam? si ascendero in cœlum, tu illic es, si descendero in infernum, ades, &c. Hic noui Hebræi arcana, aut potius monstra confingunt, nostri multa dicunt, sed facile hoc, quid sit, intelligitur; si consuetudinem scripturæ obseruemus. Illi ante faciem Dei esse dicuntur, quos Deus intuetur, & alloquitur, vt Iob primo. Quadam autem die cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino (quod idem est, ac si dixisset, ante faciem Domini) affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus: vnde venis? &c. Deinde ait: Egressus est Satan à facie Domini, id est, desijt ei loqui Dominus, nec enim ire poterat quo Domini acies non peruenirent. Eadem fere capite secundo, iterantur. Quoniam enim eis, qui à nobis recesserunt, vel coram nobis non sunt, loqui non solemus,

neque

neq; quidquam cum illis agere, inde ducta similitudine à facie Dei discedũt, qui nolũt Deum secum loqui, aut quidquã agere, opparentq;, si fieri posset, ab eo minime videri. 24 *Hinc proijcere Deus dicitur à facie sua, quos relinquere, & de quibus curare nõ videtur. Vt Psal. 50. Ne proijcias me à facie tua. Psal. 30. Ego autẽ dixi in excessu mẽtis meę: Proiectus sum à facie oculorũ tuorũ. Quoniam ergo Ionas cupiebat in lõginquas regiones fugere, vnde propter locorũ distantiam mitti Niniuen nõ posset, nec Deũ sibi id præcipientem audiret, metaphoricę dicitur fugere à facie Domini. Quare, non est probabile, quod quidam dicunt, putasse eũ nõ loqui Dominum prophetis extra terrã illam Israelitarum: sciebat enim locutum olim fuisse Abrahæ, Isaac, & Iacob in Ægypto, & in Mesopotamia, sicut & postea locutus est Ezechieli, & Danieli in Babylonia. Sed locorũ, vt dixi, longinquitatẽ quærebat vnde non esset probabile aliquẽ ad Niniuitas fore mittendum. Ideoque cum Niniuen versus Orientem in Septẽtriones vergeret, in mare Mediterraneũ versus Occasum festinabat, vt longissime ab Assyrijs abesset.

25 Ioppe. *Et descendit in Ioppen.* Ioppe portus Iudææ est, quo peregrinantes in terram sanctam primum perueniunt:

& sale (vt poeta ait) *tabẽtes artꝰ in littore ponũt,*
indeque terrestri vnius diei, aut duarum, triũve pręterea horarum itinere venitur in Ierusalem. Hodie dicitur el Iafo, quomodo etiam in Hebr. vocatur יפו. Descendit autem quoniam de montanis, & arduis ad cãpestria veniebat, vt ait Hieronymus.

Et dedit naulum eius. τὸ ναῦλον vocant Græci mercedem, quæ nautis datur pro vectura. Eius autẽ intelligit nauis, vt ex Hebræo constat; id est, prerium persoluit, quod pro vectura illius nauis debebatur.

Et descendit in eam. Ita semper loquitur scriptura cum quis in nauim, aut in mare ingreditur, quoniam mare media, seu interna sui parte altius, ad littora humilius terra est. Psal. 106. Qui descendunt mare in nauibus. Isa. 42. Qui descẽditis in mare, & plenitudo eius: Ita etiam loquitur Homerus sæpe, vt de Agamemnone è naui exeunte.

εἰς ὃ μὲν χαλκὸν ἐπεβήσετο πατρίδος ἄπτης,

id est, Certe hic gaudẽs cõscendit patriã terrã. Et

ἐς νῆα θοὴν βὰς ἠδὲ θαλάσσιον ὑγρὸν ὕδωρ,

id est, Tunc è mari ascendens cœrulco in continentem ibat, & alibi sæpe.

Et nauis periclitabatur conteri. Ingenti ventorum, & fluctuũ impulsu. In Heb. Et nauis cogitabat conteri, per Prosopopeiam, id est, erat in magno periculo conterendi.

Et clamauerũt viri ad Deum suũ. Vnusquisq; ad Deum suum clamabat, vt fieri solet, erãt enim ex varijs nationibus, & diuersos deos habebant, vnde & Ionam postea monẽt, vt clamet ad Deũ suum. Hoc autẽ loco legendum esse, vir, non viri, & pro vnoquoq; accipi, diximus iam in c. 2. Ioe. n. 6. 26

Et miserunt vasa, quæ erant in nauí, in mare Vasa generali nomine dicit more Hebr. qui כלים vocant instrumenta, vasa, vestes, arma vtensilia. Itaq; quidquid graue erat, & minus necessariũ videbatur, iactabant in mare, ne nauis põdere nimio mergeretur. Act. 27. Valide autem nobis tempestate iactatis sequenti die iactum fecerunt, & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerũt. Et postea: Et satiati cibo alleuiabãt nauem iactantes triticum in marę. Vasa.

ALLEGORIA.

In Ionę historia, vt in procemio diximus, non est dubiũ, quin Dñi seruatoris mors, & resurrectio prænarrata fuerit, sicut ipse ait: Generatio mala, & adultera signum quęrit, & signũ non dabitur ei, nisi signũ Ionę prophetæ: sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filiꝰ hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibꝰ. Quare ex quo missus est in mare donec est in littus eiectꝰ, sine dubio figura Christi fuit, ita vt omnia, quæ ei hoc tẽpore acciderũt, recte de Christo exponantur, idq; omnibus sanctis cõsentiẽtibus. De illis tantũ dubitatio est, quę ante, & posthęc gesta sunt, an ad eandẽ pertineãt figuram. Quæ eiectionẽ Prophetę in littus cõsecuta sunt, suo loco explicabunt, nũc de ijs loquamur, quæ hactenus Historice exposuimꝰ: & mihi videtur nequaquã figurã Christi habere. Etenim Hier. cœpit primũ hęc de Christo exponere (qđ & nõnulli postea frustra tẽtarunt, vt Ruper. Glossa vtraq; Charard⁹, & alij) sed vidit mox perfici nõ posse, ideoq; in illa verba: Et descendit in Ioppen, hęc tãdem scripsit: Prudens rogãdus est lector, ne eũdem velit ordinẽ Tropologiæ, quẽ & Historiæ, quærere. 27 * Nam & Apostolus Agar, & Sarã ad duo testamẽta refert, & tamẽ nõ omnia, quę in historia illa narrant, Tropologice interpretari possumus. Et ad Ephesios de Adã & Eua disputans ait: Propter hoc re- 28 Gala. 4. Ephes. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

linquet homo patrẽ & matrẽ suã, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in CHRISTO, & in ecclesia. Numquid totum principium Geneseos, & fabricam mundi, & hominum conditionẽ ad CHRISTVM, & ad Ecclesiam referre possumus, quia hoc testimonio sic vsus est Apostolus? Illud etiam quod ab eodem Apostolo scribitur: Bibebãt autẽ de spirituali cõsequẽte eos petra, petra autem erat CHRISTVS: nequaquam nos artat, vt omnẽ Exhodi librum referamus ad CHRISTVM. Igitur sicut hæc testimonia suas interpretationes habent, & nec præcedentia, nec consequẽtia eandem desiderant Allegoriam: sic & Ionas propheta non absque periculo interpretantis, totus referri ad Dominum potest. Nec ex eo, quod in Euangelio dicitur: Generatio pessima, & adultera signũ quærit, &c. Reliqua etiam, quæ in propheta digesta sunt, eodem ordine referuntur ad CHRISTVM. Certe vbicunque absq; discrimine hoc fieri potest, nos quoq; facere nitemur. Hactenus Hieron. Ex cuius verbis nõ nulla succidi breuitatis causa, ita tamen vt filum non interciderem orationis: quæ ita prolixe retuli, quoniam valde ad horum sensuum intelligentiam referre existimaui, ne inepto sæpe labore consumamur, & repugnantem scripturam in nostra commenta pertrahamus. * Atq; hoc, quod docet Hieronymus in omnibus obseruandum est, tum maxime in CHRISTO, cuius omnes sancti aliquando typum portarũt, sed nemo vsque portauit, aliquid enim illi fecerunt, qđ Deo non placeret, CHRISTVS peccatum non fecit, neq; inuẽtus est dolus in ore eius. Quæ omnia copiose, & eleganter tradita sunt à Theophylacto in huius prophetæ proœmio. Attamen non per omnia, inquit, necessum est quærere similitudinem: neq. enim à nobis postulandum est, vt omnino quæ sunt historiæ ad spiritualem contẽplationem vertamus. Nam, vt generatim exẽpli vice dicam, cum aliquem priscorum sanctorum figurã CHRISTI dixerimus fuisse, non opus est per omnia quærere similitudinem. Quod non nullis exemplis probat erudite. Si ergo filiũ diceremus à patre missum, vt prædicaret in mũdo, quoniã ascendit eius malitia coram eo, quomodo possemus statim dicere eũ fugisse in Tharsis detrectantem patris imperiũ, cũ descenderit de cœlo, non vt faceret voluntatẽ suã, sed voluntatem patris sui? Quæ vt ad Christũ, quãuis repugnantia accõmodaret Ruper. coactus est aliquid dicere, & à veritate valde abhorrens, patrumq; sentẽtijs, & tali vitio indignũ fugientẽ Ionã, quia amore suæ gentis faciebat, nõ multum Deo displicuisse, immo ppter pietatis magnitudinẽ valde placuisse. Sed hæc vberius in Allegoria. c. 4. explicabim⁹ nũc ad moralẽ sensũ veniam⁹.

1.Cor.10.

29

TROPOLOGIA.

Niniue cuius interpretatio est, speciosa, sed quæ plena tñ erat peccatis, & quã Nahũ ciuitatem sanguinum vocat, animam significat multis varijsq; naturæ dotibus ornatã, vt acie intelligentiæ, eruditione, prudentia, eloquentia, nobilitate, sed superbã, & omnibus Dei donis ad vitia abutentẽ, totamque se voluptatibus dedentem, atque ita impudenter peccantem, vt eius malitia corã Deo ascendat, & magnã, celeręque vindictã exposcat. Sed neque hãc quamlibet cũque illa sit, deserit qui venit in hunc mũdũ peccatores saluos facere, nec mortẽ peccatoris vult, sed magis vt conuertatur, & viuat. Quare nemo vel de salute sua, vel de misericordia Dei desperet: & Niniues speciosæ meretricis, & sanguinibus, hoc est peccatis plenę, bonus Dominus recordatur, & ad eam prędicaturum mittit Ionam. Sed mysterium attẽdamus prædicationis. Ionas mittit̃ filius Amathi. i. veritatis meę; veritatẽ eñ Dei prædicare debet, quam à Deo accepit, nõ sui ingenij cõmenta. Ionas columbã significat, mansuetã auẽ, & innoxiã: sed verba eius, vt n. 5 exposuimus minacia sunt, iubetur dicere: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: quoniã versi Dei prędicatores, & mãsueti misericordesq; esse, & imminentẽ peccatoribus iram Dei denunciare debẽt, & acerbitati verbo rũ in peccatores, cum res exegerit minime parcere. Doleãt itaq; de hominũ miseria, & de peccatis gemant vt colũbæ veniã illis à Deo gemitibus petãt, & meditent vt colũbę, ac sæpe eãdẽ vocẽ repetãt, sed eũ. Deus iusserit scelera palã detestari, palã reprehẽdere, & mortẽ æternã cõminari, nec Niniues pulchritudinẽ metuãt, nec potentiam, neq; impudentiã, neque arma. Huiusmodi magister, qui salubriter, & misericorditer terret, recte dicitur filius Amathi, i. veritatis meæ, quia vere illa doctrina Dei est, de aliis dicit: Populę meus, qui te beatũ dicunt, ipsi te di-

3o Nahũ

31 Sanctæ cogitationes prædicatorum Dei sunt.

Quomodo discernũtur Dei & Diaboli cogitationes.

te decipiunt. Sed est aliud præterea obseruatione dignissimum. * Dei prædicatores interni sunt cogitationes sanctæ, & spiritus boni impulsus, quæ Deus nemine vidente ad animã mittit, & per quæ illi sine verborum strepitu loquitur. Sed quoniã habet & Diabolus suos tacitos prędicatores, qui etiã intus loquantur, docemur hic quomodo alteros ab alteris secernamus. Nam Diabolus per cogitationes, quas immittit, interdum peccãtibus blãditur, ne peccatum abijciãt, multas eos dicit habere virtutes, quæ bonis viris valde probentur, si quid peccatur, condonandum esse ætati, occasioni, tẽpori, satisfacturos tempus ad pœnitentiam. Deũ patientem, & misericordẽ esse, libenter expectare. Interdum autem, idq; in fine vitę maxime, vel cum mortem sibi vt aliquis cõsciscat, molitur, aut certe vt desperata salute totũ se concupiscentijs suis dedat, Iesum rot peccatis patiẽtiam Dei ante oculos ponit, iustum eum iudicem esse, iustitiam supplicia vltima exposcere, difficilẽ esse pœnitentiam, vitæq; mutationem in tã annosa peccandi consuetudine, non posse hasc, aut illas voluptates relinqui. Itaq; aut temerariam, & inanem fiduciam, aut cæcam quandam, & præcipitem desperationẽ efficere in peccatore nititur, eodẽ contrarijs tendens vijs, id est, vt nullus sit finis peccãdi. At Deus sic allicit, vt terreat, sic terret, vt alliciat. * Allicit ipe misericordiæ, terret iustitia. Cum sibi placet peccator, reuocat ei in memoriã æquissimum diuini iudicij examen, & vitæ Euangelicæ perfectionem, vt quanta in miseria versetur, agnoscat, & ad rectam virtutis viam reducatur. Contra, cum conscientia peccatorum, quasi fluctibus quibusdam obruitur, vt desperandam pene salutem iudicet suam, salutiferę memoria passionis, & crebris bonitatis, ac misericordiæ exemplis iacentem excitat, sed ita vt nunquam à misericordia seueritatem seiungat, nunquam à seueritate misericordiam. Si velis, inquit, ad me redire, non tibi deero, non tibi nocebunt præterita peccata, quia cũ iratus fuero, misericordiæ recordabor. Si manseris in ista vitæ turpitudine, opem misericordiæ meæ senties nullam. Si volueritis, & audieritis me, bona terrę comedetis. Quod si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos. Lege capit. 18. & 33. Ezechielis. Quod quid aliud est, quam columbam mittere, ferentẽ tamen ore diuini iudicis districtam tentẽtiam, ac dicentem: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur? * Cum surgit Ionas, vt fugiat in Tharsis à facie Dñi, quia ab officio recedit, nec sanctorum prędicatorum, nec sanctarũ cogitationum, quas Deus in animam mittit, typus esse potest, sed peccatoris, qui vertit ad Deum terga, & non faciẽ, & ait: Recede à nobis, sciẽtiam viarum tuarum nolumus. Quomodo autem in eadem historia mutẽtur typi. ca. 4. exponemus. Surgit peccator, quia velit, nolit, laborandum ei est. Si viam Dei refugit, quia difficilis est, non protinus otiari licebit, terenda erit via ambitionis, auaritiæ, voluptatum, quæ certe sunt difficiliores. Habemus, quibus credere debeamus, testes: Lassati sumus, inquiunt, in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autẽ Domini ignorauimus. Noluit surgere, Ionas vt iret Niniuen Deo iubente, surgere tamen cogitur, vt fugiat in Tharsis à facie Domini. Quid ei boni esse potest, qui fugit bonum? quæ lux vltro lucem ipsam deserẽti? Sed quem fugiat videmus, nunc quo fugiat videamus. In Tharsis fugit, in mare, quo nihil est instabilius, nihil periculosius. Nauem cõscendit, & exiguo, tragiliq; ligno credit animam suam vt est apud Sapientem, tabulaq; à morte diuiditur. Et cum liceret in tuto consistere, & per terram solidam, immobilemq; secure iter facere, fluctus, & procellas, & tempestates experiri libet. Quid potest fingi peccatore dementius, qui tranquilla, ac suaui vita relicta in tantas se perturbationes sponte sua inijcit? * Sed vide & singula verba. Descendit Ioppen, quocunque eas, quoquo te verteris, si à Dei volũtate discedis, descẽdis, sicut de homine dictum est, qui descendit ab Ierusalem in Iericho. Quãtumuis gloriã tibi magnam cõciliare videare, diuitias potentiã, honores, nihil ascẽdis, quo progrederis vlterius à Deo auersus, eo magis, magisq; descẽdis. Iapho, id est, Ioppe, pulchritudinẽ eius significat. Descendit peccator in id, qđ pulchrũ sibi putat, & vera pulchritudine relicta turpior semper, & fœdior euadit. Tharsis in lingua nostra sonat exploratio gaudij, secundum Hier. in ca. 23. Isa. & in 27. Ezec. Putat se voluptatem, & trãquillitatem magnam in rebus sæculi inuenturum, & fugit, vt exploret gaudium, nec quiescere potest, donec omnia expertus, ludum sibi factum agnoscit. Multos hoc laqueo cœpit

33

Iob. 21.

Peccatori semper laborandum quoquo se vertat.

Sap. 5.

Vitæ, & progressus peccatoris.

Sap. 14.

34

Luc. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diabolus cupiditatem loquor experiendi ignotas voluptates, quid enim aliud inciuilitati suæ prætexunt illi, qui ad cœnam magnam ire vocati noluerunt? Primus dixit: Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam, rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinq;, & eo probare illa, rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Hoc etiam est, quod adolescentiorem filium impulit, vt abiret in regionē longinquam, & dissiparet substantiam suā viuēdo luxuriose. Quale autē gaudium inuenerint in Tharsis, mox videbimus. * Atq; hæc quidem omnia non sine naulo dato habere potuit, pretio enim, & labore suo obtinet, quod cupit, nihil gratis accipit, sed magna mercede tempestates, & luctus, & pericula tandem emit. Et abit cum eis in Tharsis, qui solebat ire in terram viuentium, cum deducebatur à Domino per vias rectas, relicta via sanctorum cum turba malorum tendit in Tharsis oblitus illius beatitudinis: Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. Sed Dominus mittit ventum magnum in mare, vt norit peccator lōgas esse iuxta prouerbium, regum manus, nec posse quo quam venire se, vbi non posit à Deo plecti, & cum fugit à facie Domini nihil aliud facere, quam fugere à Deo propitio ad iratum Deum. Æquum etiam est, vt videat quid tanto labore quæsierit, quas fuga illa præceps vtilitates attulerit. Tempestas magna fit in mari, cum variæ, aduersæque sibi mutuo perturbationes in anima peccatoris exurgunt, & omnem illi tranquilitatem lætitiamque adimunt. * Tempestas fit in mari cum validum, ac periculosum morbum Deus immittit, quo corpus periclitatur conteri. Tempestas fit in mari, cum rualium, & earumdem voluptatum competitorum opera, aut eorum, quilęduntur, aut denique magistratuum mores hominum emendare cupientium, scelera illius detegūtur infamia, & inuidia laborat, male multatus dimittitur, ab vsu suarum deliciarum longius arcetur. Ira qui in hoc mare sæculi descendunt, facientes (vt ait Propheta) operationem in aquis multis, vident quod cōtinuo sequitur, stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius. Ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos anima eorum in malis tabescebat. Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Nauis periclitatur conteri, quia, vt aliquid boni (quod ait vetus prouerbium) propter vicinum bonū, ita aliquid, immo, & multum, mali propter vicinum malum, sæpeque magnis incommodis afficiuntur propter malorum hominum propinquitatem, quibus, si separati essent, minime afficerentur. Iohannes Apostolus, & Euangelista (vt ex ijs, qui à Polycarpo martyre audierunt, refert Irenæus lib. 3. aduersus hæreses ca. 3.) cū Ephesi in balneū introisset, vbi Cerinthus hæreticus lauaretur, exilijt, vt cum vidit dicens, timere se ne balneum concideret, in quo esset Cerinthus inimicus veritatis. Vnus Achan, quod aliquid ex eis abstulisset, quæ Dominus cōtrectari prohibuerat, multorū cædis causa fuit, & Iosue atque vniuersum grauiter perturbauit exercitum. Merito ergo timent nautæ, qui in eadem naui desunt Prophetam diuini mādati transgressorē. * Sed hoc ipsi ignorant, ac propterea mittunt vasa in mare vt alleuiaretur ab eis. Arbitrantur (inquit Hiero.) nauem solito onere prægrauari, & non intelligunt totum pondus esse fugitiui prophetæ. Nihil enim est peccato grauius, quod solum homines cœlo creatos in profunda demergit inferni. Solidissimū est cœlum, & quasi ære fusum, sed ita peccato angelorum grauatum est cœlū, vt ferre nequiuerit. Et cū nihil sit angelis subtilius, nihil ad ascendendum aptius, simul atque peccauerunt, quasi magno pondere addito in Tartarum detracti sunt. Animas, quæ purgatorij ignis loco continentur, quid prohibet in cœlum euolare, nisi hoc pondus, id est, aut leues culpæ, aut peccatorum pœnæ non dum persolutæ? Quia hoc onere grauabātur Ægyptij, abyssi (sicut scriptū est) operuerūt eos, descēderunt in profundū quasi lapis Christus ipse, qui nullo peccato pollui potuit, quia peccata nostra ad pœnę solutionē dūtaxat assumpsit, vsq; adeo illorū grauitate depressus est, vt dicat: Veni in altitudinē maris, & tēpestas demersit me. Præclare ergo sanctus Propheta: Quoniā iniquitates meę supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Quare cum nos rerum cœlestiū tædium ceperit, cum erit animus ad sæculi bona procliuior, cum orantes nos leuare in cœlum nitimur, & continuo in terram deuolui-
mur, mittamus onera animarū nostrarū, id

Luc. 14.

Luc. 15.

35

Pſal. 1.

Quid laboro ſuo cōparet ſibi peccator.

36

Pſal. 106.

Ioſue 7.

37 Peccata nostra pondus.

Pſal. 68.

Pſal. 87.

Ionæ 1.

est, peccata proijciamus in mare, & nauis leuabitur.

38

HISTORIA.

Et Ionas descendit ad interiora nauis. Quam nauis partem significet, satis exprimit verbum, Descendit, ad infimam videlicet omnium, vbi secretior esset à tumultu nautarum, & vbi minus iactatio sentitur. Lxx εἰς τὴν κοίλην τοῦ πλοίου in concauum nauis, ac si dicerent, In ventrem nauis, nam κοιλία, id est, venter, quasi κοῖλον dicitur à concauitate Latini carinam vocant, eandemque Græci vocant κοίλην & multi ad eam similitudinem, alueum. Quod autem Hebræi interpretantur, Ad latera nauis, infima latera intelligunt, quæ iam diximus. Mæstus quærit receſſus, ne Dei vindices fluctus contra se videat intumescere. Quod autem dormit, non securitatis est, sed mœroris, vt aiunt Hieronymus, & Theodoretus. Theophylactus: Atqui ante subortam tempestatem, & periculum sopore correptus est, fortasse ex nimia fugę tristitia, & defatigatione, &c. Simile aliquid legimus Luc. 22. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuenit eos dormientes præ tristitia.

Si quomodo recogitet. Si forte mutet sententiam, & seruet nos, metaphora ab ijs ducta, qui iterum melius de re aliqua cogitantes mutant, quod per iram, aut quouis alio modo facere statuerant. Lxx: Si quomodo saluos faciat nos Deus. Chaldæus: Si forte misericordia concedatur à Domino nobis.

39 *Et dixit Vir ad collegam suum.* Vnusquisque socio suo, aut (vt est in Hebræo) proximo suo, dixit.

Venite, & mittamus sortes. Sciebant (vt recte ait Hieronymus) naturam maris, & tēpestatum, ventorumque rationes: & vtiq; si solitos fluctus viderent & tempestatem, quales antea experti erant, nō venirent ad sortes. At viderunt subito sine causa exoriri tempestatem, multoque sæuiorem esse solito, & propterea more gentilium, per sortes exquirere tentant, quis sit tantę tempestatis causa. Expositores Hebræi, more etiā suo affirmant ceteras naues pacato mari tranquillissime nauigasse, cum hęc in nauē Ionæ tempestas sæuiebat, eamq; fuisse sortium quærendarum causam. Cur hoc dicant, aut vnde, ne quęramus, non enim aut solent, aut possunt dicere. Miremur potius idem placuisse Theodoreto. Nobis certe placere non debet, nam neq; scriptura rem tantam, & tam inusitatam tacuisset, & refellere potius videtur cum ait: Dominus autem misit ventum magnum in mare, & facta est tempestas magna in mari. Quis ita à communi sensu recedat, vt ex his verbis non intelligat totum illum maris tractū ventis fuisse concitatum, vt eandem iactationem subirent naues aliæ, si quæ tunc forte nauigabant etiam in Tharsis? Quod autem attinet ad sortes, triplex sors est, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 8. * Prima diuisoria dicitur, qualis est illa Iohan. 19. Mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. Altera consultoria, cum quęritur quid sit agendū. Tertia diuinatoria, cum quæritur quid futurū sit, aut quis sit autor occulti criminis. Primi, & secundi generis sortes improbādę non sunt, inquit enim August. lib. 1. de doctrin. christ. ca. 28. sicut enim si tibi abundaret aliquid, quod dari oporteret ei, qui non haberet, nec duobus dari posset, si tibi occurrerent duo, quorum neuter, alium vel indigentia, vel erga te aliqua necessitudine superaret nihil iustius faceres, quam vt sorte eligeres, cui dandum esset quod dari vtique non posset. Et epist. 180. ad Honoratū Quæ disceptatio, si aliter non potuerit terminari, quantū mihi videtur, qui manent, & qui fugiāt, sorte legendi sunt, &c. At diuinatoria sors superstitione plena est, & multiplex, ac valde vsitata erat apud Ethnicos, vt Ezech. 21. Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarum, diuinationem quærens, cōmiscens sagittas, &c. * Sępe tamē Deo, vel iubēte palā, vel intus instigante, huiusmodi sortes pie, sancteque mittuntur, vt de eius constet voluntate. Vt Numer. 17. cum posita est virga Aaron cum virgis reliquorum. Et Iosue. 7. cum missa est sors, vt deprehēderetur qui tulerat aliquid de anathemate. Et 1. Regum. 10. cum Saul sorte rex declaratus est. Et Act. 1. cum cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est vndecim apostolis: sed rectē ait Hieronymus: Nec statim debemus sub hoc exēplo sortibus credere, vel illud de Actibus Apostolorū huic testimonio copulare, vbi sorte in apostolatum Matthias eligitur, cū priuilegia singulorum nō possint legem facere communem, &c. Illud non est omittendum nonnunquā per huiusmodi sortes veritatem cognosci absconditam, non sortium vi, sed (vt ait Hier.) voluntate Dei, qui

40 Sors triplex.

41

Universidad de Deusto
Biblioteca

sortes regit incertas, iuxta illud Prou. 16. sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperãtur. *Id autem fit, cum Deus volũtatem suam notam fieri oportere iudicat hominibus, qui fidem magnam habere solent id genus signis, & superstitionibus: licet eũ in bonum finẽ alterius vti malitia. Vt. 1. Reg. 6. Facite plaustrum nouũ, &c. Et aspicietis, & si quidẽ per viam finium suorũ ascenderit cõtra Bethsames ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minime, sciemus, quia nequaquã manus eius retrigit nos, sed casu accidit. Ita Dei voluntate vaccæ venerunt contra Bethsames, quia voluit Dns ostendere à se profectũ fuisse malum illud grande. Quod eleganter docet Chrysosto. hom 3. in ep. ad Titum. Ita etiã. 1. Reg. 28. Samuel prophetа suscitatus est à Pythonissa, non magicarum cãtationum potestate, quæ nihil aduersus animã sancti prophetæ valere poterant, sed vt rex impius certo autore exitium suũ inminẽs cognosceret. Hoc ergo modo & nunc cecidit sors super Ionam.

42

1. Reg 6.

Indica nobis cuius causa malum istud sit. Cum tanto in periculo essent, possentq; cõtinuo Ionam sorte iam signatum nocentẽ in mare deturbare, nihil tamen per iram faciunt, sed tranquille eum interrogãt, quod iam forte didicerant.

Quod opus tuum? Adhuc volunt certius explorare, an recte sors ceciderit, & de opere rogant, id est, de arte, quã exercet, de patria, de genere, de loco, in quem profectus est. Sunt enim quædã artes, & officia, quæ exerceri sine peccato non possunt, & scire volunt, an arte sua, vel opera in Deum peccauerit. Quod si id arte cognosci non posset, patria sæpe indicat qualisquisque sit, vel genus, vel locus, qui petitur.

43

Hebræus ego sum. Lxx: Seruus Domini ego sum, ita legunt Theoph. & Theodoretus, & Clemens Alexandrinus in fine fere quinti Stromatis, id factum est propter nominũ, & literarum R. & D. apud Hebr. similitudinẽ. Arbitror enim pro עִבְרִי, id est, Hebræus, Lxx legisse עַבְדִּי, id est, seruus eius, id est, Domini, more Hebræorum, qui ita loquũtur. Sed ita esse legendum vt legit Hieron. docet Chaldæus, qui ambiguitatis vitandæ causa vertit: Iudæus ego. Res etiam docet, nam de genere, & de patria rogatus, id primum respondere debuit: *Hebræus ego sum.* Hebræum se esse dixit, quod id nomen & cõmunius esset, & antiquius: omnes enim filij Israel dicuntur Hebræi, Iudæi autem non sunt dicti, nisi posteaquam decem tribus diuisæ sunt à duabus, vt ait Hieron. Solent autem homines apud externas nationes nomine vti communiori, vt cum quis se Hispanum esse dicit, aut Italum. Vnde autem Hebræi dicti sint, non interomnes conuenit Augustl. lib. 1 de consensu Euangelist. ca. 14. affirmat ab Abrahã cœpisse regnus Hebræorum: quibus verbis significat dictos esse Hebræos ab Abrahã, quasi Abrahæos, vt ipse se ipsum exposuit lib. 2. Retract. ca. 16. Quam sententiam in hoc Retractationum loco, & lib 16. de ciuit. c. 16. non reputat improbabilem, sed reuera & falsa, & improbabilis est, quoniã & ipse Abraham Hebræus dictus est: Gene. 14. Et vnus, qui euaserat, nunciauit Abram Hebræo. Præterea Abraham scribitur cum ס, Hebræus autem cum ע עִבְרִי. Alterã tamen in his duobus locis huic præfer August. dictos videlicet esse Hebræos ab Heber filio Sale, de quo Genes. 10. & 11. quasi Heberæos, & postea vna detracta litera Hebræos. Idem sentit Hieronym. in Trad. Hebr. in Gene. & Iosephus lib. 1. Antiq. ca. 7. & recentiores Hebræi, & Lyranus in. c. 10. Gene. Confirmat hoc Aug. illis verbis Gene. 10. De Sem quoque nati sunt patre omnium filiorum Heber, quibus verbis significatur maximam, & amplissimam fuisse posteritatem Heber. Quamuis hoc probabile sit verius tamen est עִבְרִי, id est, Hebræum, dici ab עָבַר, quod est, Trãsiuit. Cum enim prius Abraham, & patres eius habitassent in Chaldæa, primus Abraham transiuit Euphratem, Iosue vltimo. Transfluuium habitauerunt patres vestri ab initio, Thare pater Abraham, & Nachor seruieruntq; dijs alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus, & adduxi eum in terram Chanaã. Quoniam autem Abraham, qui prius cum Thare patre egressus ex Vr Chaldæorum habitauerat in Haran vrbe Mesopotamiæ Geneſis. 11. quam Græci, & Latini Charras vocant. Vnde Lucanus:

Assyrias latio maculauit sanguine Charras,

ab eo, qđ fluuiũ magnũ Euphratẽ trãsijsset à Chananæis, inter quos iam habitabat, quasi alienigena, & ignotus cœpit vocari Hebrẽus quasi diceret, trãsfluuialis, qđ è regione trãsfluuium venisset, sicut modo dicimus Trãspadanos, Transmarinos, & Transmõtanos.

Ideo

Ideo ipse primus omnium dictus est Hebræus. Gen. 14. Nuntiauit Abram Hebræo, vbi Lxx verterunt τῷ ἀβραὲμ, τῷ περάτῃ, id est, Abram transitori, id est, Abram illi, qui fluuium transiuit. Hanc sententiam tuetur Iohannes Reuchlin. lib. 3. de verbo mirifico. cap. 13. copiose autem, & eleganter Paulus Burgensis, in additione, 2. cap. 21. Matthæi. Sed & Hieron. & Greg. hom 3. in Ezec. docent Hebræum significare trãsitorem. Denique non leue argumentum est ad confirmandum, nec Abraham, nec vllum ex posteris Heber dictum esse Hebræum, donec Abraham fluuium transiuit.

45

Et Dominum Deum cœli ego timeo. Quia Hebræus sum, intelligere potestis me non esse idolorum cultorem, sed illius veri Dei, qui creauit omnia. Addit ipsum Dei nomen Iehoua, quo à ceteris, qui dij habebantur, secernebatur. Eundem vocat Deum cæli, quod, vt ante dixi, ille verus Deus ab omnibus gentibus creditur, qui in cœlo habitat.

Et timuerunt viri timore magno. Ex tempestate agnouerũt omnipotẽtem esse Deum illum, qui eam excitauerat, timent autem quia intelligunt eum esse Deum Hebræorum, quem ipsi non coluerant, & eius vltionem metuebant.

Quid hoc fecisti? Quomodo tantum, & tam potentem Deum offendere non es veritus?

Quid faciemus tibi? Omni ratione cupiunt eum seruare, & ideo ex ipso quærunt tanquam solertius pro vita sua aliquid excogitaturo. Porro Hebraico more dictum est: *Siccescet mare à nobis*, pro, Vt cesset mare à nobis. Genes. 25. Intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi spelũcam duplicem. Hebr. Et dabit mihi speluncam duplicem. Et cap. 2. huius prophetę: Dominũ recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea. Hebr. Domini recordatus sum, & veniet ad te oratio mea. 1. Paralip. 21. Vnum, quod volueris elige, & faciam tibi. Pro quo 2. Reg. 14. Elige vnum, quod volueris ex his vt faciam tibi.

46

Quia mare ibat, & intumescebat super eos. Ibat, id est, crescebat, vt diximus in Hos. 14. cap. n. 16. Intumescebat in fluctus maiores, & altiores tollebatur.

Tollite me & mittite in mare. Hieronymus: Et animaduertenda pariter fugitiui nostri magnanimitas, non tergiuersatur, non dissimulat, non negat, sed qui confessus fuerat de fuga, pœnam libenter assumit, & cupiens perire, ne propter se & ceteri pereant, & ad peccatum fugæ, alienæ quoque delictum addatur necis. Præterea, vt ait Lyranus, morte sua vult Deum placare iratum, eique satisfacere.

Vt reuerterentur ad aridam. Quo Prophetam in littus exponerent, & eo saluo periculum effugerent.

In anima viri istius. id est, Quia vita hunc hominẽ priuamus, & in mare dimittimus, ac si diceretur. Propter animã, siue propter vitã viri istius. Lxx: Causa animę viri istius. Chaldæus apertius: suscipe deprecationem nostram Domine, ne nunc pereamus propter peccatum animæ viri istius.

Et ne des super nos sanguinem innocentem. Ne punias nos quod hominem in mare proijcimus innocentem, hoc est, qui nulla in re nos læsit. Chaldæus: Neque imputes nobis peccatum sanguinis innocentis.

Quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti. Nos quidem inuiti facimus, sed hoc venia digni sumus, quod id facimus, quod tu te indicas voluisse. Tu enim ventum emisisti, tempestatem concitasti, remigantes non finis in littus reuerti, atque ita facile declaras velle te, vt in mare mittatur.

47

Et stetit mare à feruore suo. Hieronymus: Stetit mare, quia inuenit, quem quærebat, veluti si quis persequatur fugitiuum, & cõcito pergat gradu, postquam fuerit consecutus, desistit currere, & stat, ac tenet, quẽ apprehenderit, &c. ita mare ibat, vt fugitiuum teneret, & nunc quiescit à feruore, & à tempestate. Lxx: A commotione sua, Chaldæus: A tempestate sua.

Et timuerunt viri timore magno Dominum. Timuerunt Iehoua, vt est in Hebr. id est, illum ipsum Deum, quem à se coli dixerat Ionas, & cuius potestatem sedatione illa tempestatis apertius cognouerant.

Et immolauerunt hostias Domino. Prius hostias immolauerunt, deinde vota vouerũt. Vota autem facile quis diceret eos vouisse simul atq; sedata est tempestas. Quare probabile videtur in naui etiam hostias immolasse, quas tunc habere potuerunt. Verum quoniam crescente tempestate miserũt in mare omnia, quę nauim grauabant, probabilius est tunc etiam animalia, si quæ ferebant, misisse, vt postea nullas hostias habere potuerint. Ex quo fit eos vbi ad portum appulerunt, hostias immolasse (vt ait Theo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

phylactus) & vouisse se postea in patria sua maiora daturos.

ALLEGORIA.

48 Quæ in huius capit. Allegoriam Rupertus, & quidã alij scribunt, vt Prophetæ transgressoris fugam, & cetera omnia de CHRISTO Domino interpretentur, nec referam, nec probo, nec, vt verum fatear, sine stomacho legere possum. In his ergo, quæ hactenus exposuimus, Ionas tunc solum figura Domini est, cum pro salute eorum, qui erãt in naui, voluntate sua in mare missus est, ita enim CHRISTVS pro salute eorum ipsorũ, à quibus occisus est, id est, populi Iudæorũ, & cæterorum populorum, qui quasi naues quædam in mari huius sæculi iactabantur fluctibus, voluit mori, & crucifigi. *Et stetit mare à feruore suo*, id est, ira Dei desijt sæuire in genus humanum, quæ tempestate illa significabatur. Hieronymus: Si consideremus ante passionem CHRISTI errores mundi, & diuersorum dogmatum flatus contrarios, & nauiculam, totumque humanum genus, id est, creaturam Domini periclitantem, & post passionem eius tranquillitatem fidei, & orbis pacẽ, & secura omnia, & conuersionẽ ad Deum, videbimus quomodo post præcipitationem Ionæ steterit mare à feruore suo, &c. Quod vt videre cœperunt Iudæi, & signa, quæ CHRISTI nomine ab apostolis fiebant, timuerunt Deũ, & dolore infidelitatis suæ vehementi commoti, dixerunt: Quid faciemus viri fratres? Et baptizati sunt, & immolauerũt Deo hostias cordis contriti, & humiliati, & vota voluerunt in posterum se legi, & eius ritibus renuntiaturos, id est, nullam in eis salutis spem reposituros, sed in vero Dei filio IESV CHRISTO. Vota etiam vouerunt eo tempore multi apostolos imitati, paupertatis, castitatis, & obedientiæ.

Act. 2.

TROPOLOGIA.

49 *Et Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui.* Debuerat Ionas inobedientiæ, & transgressionis suæ sibi conscius timere, & saltẽ periculo excitari ad veniã à Deo suppliciter petẽdam, & quærit locum somno aptiorem, & tranquilliorem, & dormit sopore graui. Ita peccator suorum scelerum oblitus etiam periculis admonitus nihil de pœnitentia cogitat, sed quietem, & tranquillitatem, qualemcumq; licet, quærit; & pericula, atque incommoda vitæ fugit, quantum potest, & altissimo sopore corripitur, non magis vitæ futuræ, & [illegible] norum suppliciorum, quę se manent, [illegible] datus, quam si crapula magna grauatus obdormiret, surdus ad Dei voces, & ad clamores prædicatorum. Hieronymus: Somnus Prophetæ, & grauissimus sopor hominem significat erroris sopore torpentem, cui nõ sufficerat fugisse à facie Dei, nisi quadam vecordia mens illius obruta ignoraret iracundiam Dei, & quasi securus dormiret, & profundissimum somnum rauca nare sonaret, &c. Sane Eliam sub vmbra iuniperi dormire non miror, neque Petrum in carcere, quamuis hunc Herodes, illum Iezabel interficere molirentur, iusti enim erant, & vita sola corporis periclitabãtur: at peccator, quem nunquam terminanda supplicia manent, & cui rex magnus, & omnipotens vehemẽter iratus est, quomodo dormire, aut quiescere potest? Vide autem, vbi dormiat, in infimo loco, & graui odore pleno peccator enim in rebus terrestribus, & immundis quiescit. * Merito ergo Ionam excitat gubernator, siue proreta, vt est apud Lxx, aut proræ rector, quoniam gubernatorum Ecclesiæ est, dormientes in peccatis excitare, vt surgant, & inuocẽt Deum suum, alioqui & ipsi gubernatores peribunt. Docemur etiam in periculis nullius orationem esse contemnendam, quamuis contemnendus ipse videatur: sæpe enim sub sordido (vt aiunt) palliolo latet sapientia, & multorum coniunctę preces multum apud Deum valent. Quod vero ait: *Si forte recogitet Deus de nobis, & non peramus*, digna gubernatore, & sapiente nomine vox est, quæ docet nũquam esse in laboribus, & in ira Dei desperandum, sed cogitandum eum nolle mortem peccatoris, mederi velle non perdere, miserari, non damnare, pœnitentia, & precibus supplicibus aduersus eius iram, minasq; pugnandum. Mox cum ad sortes venitur, & Ionas coram omnibus deprehenditur, qui latere se posse sperabat, intelligimus occulta etiam peccata in lucem esse efferenda, & quamuis latebras quærat peccator, & aspectum hominum fugiat, tandem esse eũ ab omnibus videndũ. * Sed in electis, quorum typum nunc gerit Ionas, hoc maxime apparet, vt eorum turpitudines, & facinora, quæ diligentissime contegebant, & semper occulta fore sperabãt, cum minime putabant, in mediam lucem, atq; in omnium oculos veniant, quo illa pœna, & illo dedecore admoniti, & exerciti salubriter, cautius deinde viuant, & ardentius Deo inseruiant. Sic Dauidi dictum est: Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis Solis huius. Tu enim fecisti abscondite, ego autẽ faciam verbum istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu Solis. Cum autem pœna Dauidis publica est, culpa quoque omnibus ostenditur. Quis vnquã putaret, quod Ionas cogitauerat, posse ipso tacente prodi, & sortes esse quærendas, vt res occultissima cognosceretur? Quomodo latebit Deum peccator, si nec homines latere potest? Sæpe eo res deducitur, vt ipse etiam, quod celabat, cogatur confiteri, & confessione sua se omni pœna dignissimum ostendat. *Hebræus*, inquit *sum, & Dominum Deum cæli ego timeo*. Docet se esse ex populo à Deo in peculium electo, ex populo sancto, edocto per patriarchas, & prophetas, vbi Deus notus est, & magnum nomen eius. * Quo plura dicuntur ex his, eo grauius peccatum sit, eo ingratior, & peior cõuincitur, qui peccat, præsertim cum addat: Et Dominum Deum cœli ego timeo. Obsequuntur gentes dijs suis, qui non dij sunt, sed dæmonia, tu fateris te agnoscere verũ Deum, qui est in cælis, & colere, & tamen fugis, ne ei obedias. Merito ei dicunt. *Quid hoc fecisti?* Ipse vero obmutescit, non enim habere potest, vel impudentissimus homo quid respondeat. Trãsferamus hæc ad nos, qui Christianorum nomine gloriamur, & idola colimus vitiorum: Transite (inquit Ieremias) ad insulas Chethim, & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte, si factum est huiusce modi, si mutauit gens Deos suos, & certe ipsi non sunt Dij: populus vero meus mutauit gloriam suam in idolum. Sed habẽt hoc electi, vt peccatum, quod confitentur, agnoscant ingenue, nec se supplicio indignos abnuãt, sed ad satisfaciendum Deo parati sint. Itaq; pœnas æquo animo ferunt, & maioribus se se dignos esse sentiunt. Heli sacerdos ministri Dei à Samuele commemoratis respondit: * Dominus est, quod bonũ videtur in oculis suis faciat. Dauid suppliciter fatetur peccatum suum, Peccaui Domino, & pœnam, quam Prophera prænuntiat, fert. Idem etiã clamat: Ego sum qui peccaui, & ego iniquo egi, isti, qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me, & cõtra domum patris mei. Ezechias, audita ex Isaiæ sentẽtia Domini, Bonus, inquit, sermo Domini, quem locutus est, sit pax, & veritas in diebus meis. At reprobi, si tergiuersari possint, quoquo modo tegunt, & negant, si fateri necesse sit, vel male fecisse se non agnoscunt, vel certe de satisfactione, & compensatione iniuriæ, id est, de pœnitentia non cogitant. Saul ait: Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Sed nũc porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum, vt adorem Dominum. Et postea: Peccaui, sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominũ Deum tuum. Dum putabat transgressionẽ suam ignotam esse Samueli, tantum à confitendo abest, vt dicat: Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini. Sed vbi Samuel quærit: Et quæ est hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorũ, quam ego audio? adhuc impudẽter tergiuersatur. De Amalec adduxerunt ea: (non ego adduxi) pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur Domino Deo tuo. * Tandem coactus peccatum confiteri timorem prætexit, & voluntatem populi, nec Deo satisfacere quærit, sed secum ducere Samuelem, ne relictus à Domino videatur, honorari petit coram senioribus populi sui, de honore Deo reddendo, quem per inobedientiam inhonorauit, verbum nullum. Adorare Deum vult publico ritu, veniã ab eo petere inobedientiæ non vult, idcirco non videt Deum post adorationem illam Samuel, sed luget cum cunctis diebus vitæ suæ. Cain etiam dissimulat primo homicidium, deinde compulsus agnoscere non dolet quod Deum læserit, sed, quod profugus erit, & ab omnibus occidetur. Infelix Iudas peccasse se dicit, quod sanguinem iustum tradiderit, at inde non ad pœnitentiam, sed ad suspendium ruit. Verum Ionas, quoniam electus erat, indicat nautis, quod fecerat, & ne peccato addat peccatum, vltro eos hortatur, vt in mare mittatur, ne illi perirent, qui causam tempestatis non dederant, & ipse suo, vel exitio, vel periculo Deum placet iratum. Quam ille pœnam, quod satisfactionis genus recusaret, qui se ipsum offert in mare deijciendum, & quasi Deo immolandum?

1. Reg. 15. Adduxit.

Nullius momenti censuit.

Peccata Christum sequentia sunt Dei.

3. Reg. 22.

4. Reg. 20.

Reprobi peccata sua abscondunt.

1. Reg. 15.

54

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod sequitur: *Et remigabant illi, vt reuerterentur ad aridam*, * & reliqua, docet eorum, qui præsunt in Ecclesia, quanta debet esse solicitudo amandandi longe illos, qui alios perturbant, & in periculũ conijciunt, sed ita tamen, vt, quantum fieri poterit, salutis etiam eorum ratio habeatur. Vident nautæ nequaquam sibi expedire, vt Ionam fœdæ tempestatis causam secum deferant, nituntur expellere, at nõ continuo in mare proijciunt, sed posteaquam tentatis omnibus nulla est reliqua euadẽdi ratio, aut spes. Remigant, & laborãt vt ad portum redeãt, vt eum sine periculo abijciant. Si quis periculi causa est alijs, expellatur sane iuxta id, quod scribit Apostolus: Auferte malum ex vobis ipsis, Et Dauid: Non habitabit in medio domus meę, qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, non direxit in cõspectu oculorum meorum. Immo vero, si id præpositi Ecclesiarum, aut religionum negligerent, ceteri omnes magno concursu, & clamore communi efficere deberent, vt illi pellerentur; quomodo, ad commune incendium, aut ad pestem repellendam concurrere omnes solent. * Tentent tamen id præpositi, primum suauiter, clament ad Dominum consulant illorum saluti, & famæ quantum licebit. Deinde, vbi id satis non erit, necessaria seueritas adhibeatur. Recte enim ab ethnico poeta dictum est.

Cuncta prius tentanda, sed immedicabile vulnus Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.

Sed tunc etiam clamandum est ad Dominum, vt cum caritate, & tranquillitate animi fiat, Zeloque gloriæ Dei, & communis salutis, ne & ipsi pereant in animabus eorũ, quos ab aliorum commercio, & cõmunione seiungunt. Hoc vbi fecerint, stabit mare à feruore suo, desinet Deus irasci illi Ecclesiæ, aut domui, tolletur occasio peccãdi, & infirmorum offendicula, communisque perturbatio amouebuntur. Nec tamen tũc sibi placeant, aut prudentiæ, & vigilantiæ suæ tribuant, sed Deum bonorum consiliorum autorem venerentur, & timeant, ac diligentius deinde colant, & pro se, suisq; naufragio liberatis hostias laudis immolẽt Domino, & vota voueant, vt eadem tranquillitate semper fruantur.

CAP. II.

ET *præparauit Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de vẽtre piscis. Et dixit, Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, et exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, et exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, et fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi, Abiectus sum a conspectu oculorum tuorum: veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum. Circũdederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium descendi, terra vectes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. Qui custodiunt vanitates frustra misericordiam suam derelinquent. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque voui reddam pro salute Domino. Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.*

HISTORIA.

Et præparauit Dominus piscem grandem. Fecit, vt subito adesset, vt præcipitem Ionam, in suos reciperet sinus, vt ait Hieronymus. Lxx: Et præcepit Dominus ceto magno, id est, voluit, vt veniret, & Ionam exciperet, ita enim sæpe accipitur verbum, Præcipio, vt diximus cap. 6. Hamos nu. 33. & ita Hieronymus vertit idem verbum Hebræum, cap. 4. Præcepit Dominus vento calido, &c. id est, Præparauit ventum calidum. Duo hic vi-

hic videntur quærenda: primum verum, cum è naui missus est, continuo cadentem exceperit piscis, an per mare natantem, aut fluctibus huc, illuc iactatum. Alterum fuerit, ne piscis hic balæna, vt vulgus nõ solum plebeiorum, sed etiam concionatorum recepit. Primum illud ne quærẽdum quidem videbatur, nisi recens autor quidam lectorẽ admonuisset, ne putaret continuo fuisse Prophetam à ceto deuoratum, prius in mari ad extrema montium descendisse, & ita totum illud interpretatur, Circundederũt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum: Ad extrema montiũ descendi, &c. Sed est eius interpretatio contra veteres, Hieronymũ, Theodoretum, Theophylactum, Rupertũ, qui hæc omnia ad ventrem piscis referunt, vt postea exponemus. * Præterea Hieronymus aperte dixit: *Præparauit* id est, iuxta nauim fecit venire, vt præcipitem Ionam in suos reciperet sinus. Idem sensit Augustinus epi. 49. in postrema quæstione, cuius hæc verba sunt: sicut ergo Ionas ex naui in alium ceti, ita CHRISTVS ex ligno in sepulcrum, vel in mortis profundum. Idem sensit Sulpitius Seuerus lib. 1. sacræ historiæ prope finem. Et verbum ipsum præparauit &c. sæpe ad ea pertinet, quæ subito in aliquem vsum parantur, vt ca. 4. Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius. Non erat ibi antea Hedera, sed tunc in illũ vsum parata est. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum, & percussit hederam, & exaruit. Et: Cum ortus fuisset Sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti, & percussit Sol super caput Ionæ. Hebraice: Parauit Dominus ventum, &c. Idẽ enim verbum est in Hebræo in his tribus locis. Ita igitur cum Ionas missus est in mare (hoc enim hactenus solum de illo dixerat,) præparauit Dominus piscem grandem, vt cadentem exciperet. Neque enim tacuisset scriptura, si prius esset in aquam mersus, aut natasset. Altera quæstio non potest certo definiri, quoniam in Hebræo, sicut & in nostra trãslatione piscis magnus dicitur, sunt autem multi pisces magni præter balænam, immo & ipsa grandiores. * Sed & Dominus in Euãgelio nihilo certius indicat, sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, &c. Similiter verterunt Lxx: καὶ ἐπέταξεν κύριος κήτει μεγάλῳ, id est, Et præcepit Dominus ceto magno. Et Iosephus. 9. Antiq. cap. 11. à ceto scribit fuisse deuoratum. Qui autem cetum balænam esse dicunt, errant, cũ κῆτος, vnde Latini cetum dicunt, non certę speciei, sed generis nomen sit, hoc est, piscem quemuis magnum significet, siue sit balæna, siue pristis, orca, phoca, & similia monstra. Etenim Homerus lib. 4. Odyss. de phocis Prothei loquens ter cete vocat intra paucos versus:

Τίς γὰρ ἂν ἀνδρὶ θεῶν ἅμα κήτεϊ κοιμηθείη, id est,
Quis enim marinũ prope cetũ cubaret. Et:
Ὄλεσσε δὲ κῆτος ἐδωδήν, id est,
Perdidit Ceti odorem.
Ἐν δ' ἡμῖν πρώτοις λέγε κῆτος ἐδωδήν, hoc est:
Nos autem primos recensuit inter cete.

Et Virgilius maximos quosque pisces comites Neptuni currui addens, ait:

Cum Phorcique acies, omnisque natantia cete. 1. Æneid.

Quare quod apud Sextum Pompeiũ, legimus balęnam belluam marinã ipsam dicũt esse pistricẽ, ipsam esse cetũ, locus adeo corruptus est, vt nec à Iosepho Scaligero satis emendari potuerit, ita ipse legendum suspicatur: Balænam belluam matinam ipsam dicunt esse, id est, cetum, hoc est ex genere cetorũ. * Et Nonius Marcellus in libro de proprietate formonum: cetarij genus est piscatorum, quod maiores pisces capit, dictum ab eo, quod cete in mari maiora sunt piscium genera. Ex verbis itaque tam Propheræ nostri, quam Euangelistæ Matthæi nihil habemus vnde certo statuamus fuisse balænam, cum sint cetorum monstrosę magnitudinis variæ species, vt ex Plinio lib. 9. & ex li. 10. historiæ animaliũ, quam ex Ælia no, & alijs autorib' collegit Petrus Gyllius, & ex multis præterea autoribus cognoscimus. Si autẽ verum sit quod multi tradunt, animaduersũ esse balænas ita angusta esse gula, vt non nisi paruos pisces deglutire possint, constat balænam non fuisse, quæ deglutiuit Prophetam. Verum hoc, quoniam, neque in Aristotele, neque in Plinio, neque in alio inuenire potui, vt affirmare non ausim, ita neque negare possum quod homines minime vani adhibito oculorum testimonio confirmant. Denique nullus veterum patrum, quod sciam, balænam vnquã vocauit, sed piscem magnum cetum, belluam marinam. Concionatores vero, quoniam ex piscibus, quos nouimus, & quorũ nomina tenemus, nullus est balæna immanior, vt aliquem signarent, balænam dixe-

re. Quare

re. Quare miror, quid in mentem venerit Theophylacti interpreti, vt etiam in verbis Propheticis verterit, Et imperauit Deus balænæ magnæ.

Tribus diebus, & tribus noctibus. Existimo non fuisse integrum hoc tempus, sed per synecdochen partem poni pro toto, quemadmodum & triduum mortis CHRISTI numeratur, vt figura similior sit veritati. Disputatio tamen hæc de triduo mortis CHRISTI non est huius loci, sed ad Euangelium pertinet.

Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. Hieronymus: Intelligamus eũ, postquam in vtero ceti sospitem esse senserit, non desperasse de Domini misericordia, & totum ad obsecrationem se esse conuersum, &c. Hic ego, vt lector plene cognoscat recentum Hebræorum ingenium, & rideat imperitiam, ac videat quam bellum scriptorum genus nobis obtrudere nitantur, qui hos cæcos duces relictis sanctis patribus semper sequuntur, & ex ipsis veram scripturarum intelligentiam magno cum Ecclesiæ detrimento peti volunt, referam Rab. Salomonis stultam, atque insanam explanationem. Vox, inquit, Hebræa terminationis masculinę, (id est, דָּג, quod piscem significat) indicat illum piscem fuisse marem. Atque ita cum Ionas esset in latitudine & spatiose ageret, animum non adijciebat ad orandum. Innuit itaque sanctus ille Deus benedictus pisci, vt euomeret eum in mediũ oris piscis fœminæ, quæ grauida erat fetibus, fuitq; ibi Ionas in angustijs, ac tum demum orauit, quoniam dictum est postea eum orasse de ventre הַדָּגָה, in terminatione fœminina, id est, piscis fœminæ. * O egregios scripturarum enarratores? ô miseram & infelicem Ecclesiam, si ex istorum sensu, & explanatione penderet? Et tamen sunt nonnulli, qui scripturam exponẽtes omnia ex istis accipiant, veteres Ecclesię doctores ne nominent quidem, nihil in eis inueniũt quod sibi placeat. Ita nobis Iudæorũ nouos magistros tradunt, sanctos patres auferunt. Quid enim minus faciunt, quam si diserte dicerẽt; Discite ex Hebræis verum sensum scripturæ, sanctorum libros contẽnite? Cui malo, nisi Ecclesiæ principes mature obsistãt, cito fortasse pro Hieronymo, Augustino, & Ambrosio, & reliquis Ecclesię doctoribus legentur ab studiosis scripturarum R. Abraham, R. Salomon, R. Dauid, & alij id genus Ecclesiæ & Christiani nominis hostes pertinacissimi. Atque hac tempestate multo maiori studio erat omnib⁹ bonis curandum, vt sancti patres maxime ad sacros libros explicandos adhiberentur, cum hæretici illos nobis adimere conantur, vt liberius in populum Christianũ grassentur, dicentes minime ab eis fuisse traditum Historicum sensum. * Quare, qui recentiores Hebræos laudant, & vbique imitantur, quid aliud faciunt, quam fauere hæreticorum furori, & Ecclesiam suis magistris spoliare, vt simul illa vera scripturæ intelligentia spolietur? Nec hoc sane à me dictum est cuiquam vt incommodẽ, molestus ve sim, sed vt idem sapiamus omnes, & Ecclesiam matrem nostram iuuemus, nec eamus ad Palæstinos ad arma facienda, sicut olim faciebat inermis Israel, sed ex Ecclesiæ armarijs, id est, ex probatissimorum, & eruditissimorum patrum libris promamus, non ex & inimicissimorum, & indoctissimorum hominum commentis, & fabulis: non enim desunt, neque defuerunt à tempore apostolorũ fabri ferrarij in terra Israel, sed ad rem redeamus. Non vidit homo imperitus, & inconsideratus sine discrimine dici דָּג & דָּגָה de omnibus piscibus. Vt Genes. 1. Et præsit piscibus maris. Exhod. 7. Et pisces, qui erant in flumine, mortui sunt. Num piscibus tantum feminis dominaturus erat homo, aut solæ feminæ mortuæ sunt in flumine? Quod si horum locorum, & similium, in quibus est דָּגָה oblitus erat, quomodo postea non aduertit in fine capitis huius: Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam, vbi non דָּגָה ponitur, sed דָּג? Nisi forte putauit iterum Dominum iussisse pisci fœminæ, vt in medium os piscis maris eum euomeret, ne illis vteri plenitudo angustijs premeretur.

Clamaui de tribulatione mea ad Dominum. Cum è naui demitterer in mare, clamaui ad Dominum, vt mihi in tanto periculo adesset, & exaudiuit me cetũ mittendo, cuius vterus mihi esset pro naui. Itaque gratias Deo agit Propheta, quod per cetum à fluctibus sit liberatus, & in ipso secur⁹, ac quietus sit, perinde ac si esset in naui; acceperat enim per Dei reuelationem se fore in littus saluum deferendum, vt paulo post indicat his verbis: Et subleuabis de corruptione vitam meam Domine Deus meus: idcirco verba illius non sunt orantis, aut salutem petentis, sed gratias agentis pro incolumitate.

De Ventre inferi clamaui. Ventrem piscis vocat inferũ metaphora hyperbolica propter magnitudinem, & profunditatem, & obscuritatem. Non solum clamauit, cum in mare mitteretur, sed etiam postea, cum se intra belluæ ventrem esse sensit, donec acceperit liberationis suæ responsum, clamabat autem, non tam voce; quã intimo cordis affectu; de quo dixit Dominus ad Moysem: Quid clamas ad me? cum nulla eius vox cõmemoretur. Sed merito huiusmodi affectus clamor dicitur, quia maxime à Deo auditur, vt clamor ab hominibus, & multum apud Deum valet: sicut scriptum est: Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua.

Et proiecisti me in profundum in corde maris. Piscis aluo inclusus descendit in mare profundissimũ, ceti enim semper fere in alto mari versantur. Eandem profunditatem vocat cor maris: cor enim in medio animalis est. Psal. 45. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & tranferentur montes in cor̃ maris, id est, in profundissimum mare. Ita etiam filius hominis fuit in corde terræ, id est, in limbo, qui est locus profundissimus. Quod autem ait: *in corde maris*, idẽ est, ac si diceret, In cor maris. LXX, Proiecisti me in profundum cordis maris.

Flumen circumdedit me. Flumen prò fluminibus dixit. Ita LXX: Et flumina me circumdederunt, vocat autem flumina fluctuum insultus, vt ait Theophy. qui videlicet concitabantur ceto se demergente, aut emergente.

Omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Gurgites vocat aquarum congeriem, & multitudinem, quam tempestas excitabat illis diebus, & quæ per fluxum, ac refluxũ qualis in hoc mari est, quotidie cernitur. Septuaginta verterunt διαφοραὶ σου, id est, eleuationes. Chaldæus: Omnes maris tempestates, & fluctus eius super me trãsierũt. Heb. dicũtur מִשְׁבָּרִים, à verbo שָׁבַר, qđ est, fregit, eo quod illi tumentes fluctus, qui in mari surgẽtes terrã operturi videtur: paulatim ad littus subsidunt, & confringuntur, sicut Iob. 38. scriptũ est: * Vsq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Præterea quia ipsi fluctus inter se confringuntur, modo enim

tolluntur instar mõtis, modo hiatus in imo apparet, & diducuntur; quod egregie descripsit his verbis Ouidius.

Me miserum, quanti montes volvuntur aquarum, Li. 1. Trist. Eleg. 2.
Iam iam tacturos sidera summa putes.
Quantæ diductо subsidunt æquore valles,
Iam iam tacturas Tartara nigra putes.

Breuius Virgilius.

Hi summum in fluctu pendent, his vnda dehiscens 1. Æneid.
Terram inter fluctus aperit.

Pro Fluctus, in Hebr. est גַּלִּים, quod reuolutiones, aut rotationes propriè significat. Atque ideo hoc nomine illi fluctus indicari videntur, qui naues circum circa torquent, vt apud Virgil.

—— *Ast illam ter fluctus ibidem* 1. Æne.
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

Septuaginta vertunt κῦμα quod dicitur à κυκᾶν, quod est miscere, confundere, turbare, de quo Homerus.

τὴν δ' ἐφόρει μέγα κῦμα κατὰ ῥόον ἔνθα καὶ ἔνθα. hoc est 5. Odyss.
Hanc ferebat ingens fluctus per vndarum impetum, huc, atque illuc.

Sunt autẽ hæc verba Ionæ desumpta ex Psal. 41. vbi sunt omnino eadem tam in Hebræ. quam apud Septuaginta. Latine autẽ ita habent. Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt. Vbi excelsa vocãtur, quæ hic & ibidem ab Hieron. gurgites dicuntur.

Dicit autem omnes gurgites eos, qui in mari illo, quacunque à ceto deferebatur, suscitati sunt, & quia à Dei voluntate suscitabantur, vocat eos gurgites Dei, sicut nuntius eius dicitur, à quo mittitur.

Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum. Cum primum me in tantis periculis vidi, putaui me abiectum esse à te & pro mea transgressione mortem mihi imminere à te irato. At nunc bono animo sum, & spero me saluũ, & liberum hostias tibi in templo Ierusalem esse immolaturum. Abiectus à conspectu oculorum dicitur ille, quem odimus, nec videre sustinemus.

Circumdederunt me aquæ vsque ad animam. 11
vsque ad effusionem animæ. Chaldæus: Vsque ad mortem, id est, parum abfuit, quin morerer vndique aquis coopertus, & aere ad respirandum priuatus. Psalm. 68. Quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animam meam.

Pelagus operuit caput meum. Multis verbis rem explicat, vt magnitudinem pericu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

li sui ostendat, magisque ad gratiarum actionem excitetur. Pro Pelagus, in Hebræo est ים, quod algam, & caricem, iuncumque significat, & papyrum, ac inde etiam mare, quod algis abundet, & in eius littoribus carices, & iunci oriantur. Sed mare Rubrum potissimum hoc nomine nuncupare solet scriptura, à copia caricis, & iunci in eius littore crescentium, ideoque R. Salomon longe sapientia inferior Salomone, non dubitauit exponere: Mare carectosum, siue Rubrum, pendet supra caput meum. Dominus enim, inquit, ostendit illi mare carectosum, quoque modo traiecissent Israelitæ per medium eius, nam gemini oculi piscis erant velut duæ fenestræ, per quas ipse prospiciebat, & intuebatur omnia, quæ erant in mari. Ac ne quis miretur Prophetam versari in mari Rubro, qui paulo ante in Mediterraneum deiectus fuerat prope Ioppen. R. Abraham addit. Iaphet autem tradit mare carectosum, seu Rubrũ
12 commisceri cum mari Ioppes. * Eandem sententiam retulit R. Dauid, nec refellit tamen; Quæ ego retuli, vt nemini non constet, quam sint ineptissimarum fabularum amatores Hebræi, & quam omnium rerũ imperiti, & omnis eruditionis expertes. Quis est enim tam hebes, tam ignarus Geographiæ, vt vel ex ipsis tabulis, nõ cognoscat nihil mare Rubrum ad Mediterraneũ pertinere. Hi docti censentur? Cum his Ecclesiæ doctores comparantur? ò sæculum insipiens, & infacetum.

Ad extrema montium descendi. Montes vocat, (vt ait Theophylactus, & Theodoretus) magnas rupes, quæ sub aqua sunt, in quibus magnorum piscium sunt cauernæ. Et ideo recte subdit. *Terræ vectes concluserũ me*, id est, magnæ rupes, fortesque impositæ erant mihi, quas confringere, aut rumpere non poteram; vt iterum supra aquas erigerer. Sumitur à validissimis vectibus metaphora, quibus fores ita occluduntur,
13 vt excundi potestas nulla sit. * Quod vero ait: *Concluserunt me in æternum*, significat eiusmodi fuisse illa antra, vt qui semel in ea ingreditur, æternum ibi maneat, nec possit exire, nisi miraculo, & virtute Dei extrahatur. Hoc apertius explicant Lxx: Intrauit caput meum in scissuras montium, descẽdi in terras, cuius vectes retinacula sempiterna, id est, semper tenent, quem semel ceperunt.

Et sublenabis de corruptione vitam meam. Quamuis in his, & similibus periculis nunc versier, spero tamẽ Dei misericordia vitam meam esse à morte liberandam.

Cum angustiaretur in me anima mea. Hieronymus: Ego, cum desperarem salutem, & carnis fragilitas in medio ventris ceti nihil me de vita sperare permitteret, quid quid impossibile videbatur, Domini recordatione superatum est, &c. Domini recordatio mihi saluti fuit, iuxta illud: Memor fui Psal. 76
Domini, & delectat⁹ sum. Recordatus sum Domini, & oraui ad templum sanctum tuũ 14
id est, ad te ô Deus, qui habitas in templo sancto, quod est in Ierusalem. * Non ignorabat Propheta vbiq; Deum exaudire preces supplicum, sed quia templum illud sibi consecrari voluit, vt esset domus orationis, & propitius erat in illo orantibus, cum ibi orare non posset, mente saltem ad illud cõuersus orat, quemadmodum & sanctus Daniel oraturus faciem vertebat contra Ierusalem. Daniel. 6. scriptum enim erat 3. Reg. 8. Quod si peccauerint tibi, & captiui ducti fuerint in terram inimicorum, & egerint pœnitentiam in corde suo, & orauerint te contra viam terræ suæ, quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis, quam elegisti, & templi, quod ædificaui nomini tuo, exaudies in cœlo, in firmamento solij tui orationes eorum, & preces eorum, & facies iudicium eorum, & propitiaberis populo tuo, qui peccauit tibi. Cæterum in Hebræo est: Domini recordatus sum, & veniet ad te oratio mea, id est, vt veniret ad te oratio mea, quam phrasin adnotauimus cap. 1. n. 45.

Qui custodiunt vanitates frustra. Vanitates vocat idola, & peccata, quæ cum bona foris videantur, nihil habent boni, nihil solidi, neque animum satiare possunt, ita Psal. 4. Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium. In Hebræo est, Qui custodiũt 15
vanitates nihili. Septuaginta: Qui custodiunt vana, & mendacia. * Hieronymus: Vanitates frustra, id est, quæ nihil sunt, in quibus frustra spem reponas, in quibus, si voluptatem solidam, aut fructum aliquem quæras, frustra quæras. De quo eleganter dictum est Psal. 74. Confundantur omnes iniqua agẽtes superuacue, & Rom. 6. Quem ergo fructũ habuistis in illis, in quibus nunc erubescitis? Vt autem recte notat Hieronymus, non dixit: Facientes vanitates, nec omnes homines dãnare videretur, sed: Qui custo-

diunt vanitates, id est, qui transierunt in affectum cordis, qui non solum faciunt, sed quasi rẽ caram, & pretiosam custodiũt.

Misericordiam suam derelinquent. Ita legendum est, non Derelinquunt præsentis temporis, vt est ex Hebræo manifestum, id est, mortem sibi vltro quærunt: ipsi se priuant misericordia obstinatione sua, Deus enim paratus est, vt omniũ misereatur, si pœnitẽtiam agere velint, sicut & mei misertus est.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi. Ego pro hoc beneficio, cui⁹ semper recordabor, immolabo tibi hostias in templo tuo, in voce laudis, id est, simul cum voce laudis canã misericordiam tuam magnam, qua me ad pœnitentiam, & ad incolumitatem eduxisti. Et reddã tibi omnia, quæ pro salute mea voui. Recte etiam interpretabimur, canam tibi laudes, reddam tibi sacrificium laudis.
16 Et dixit Dominus pisci. Dicere sæpe ponitur, pro imperare, vt Genes. 1. Dixit Deus: Fiat lux. Psalm. 148. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Ita dictum est Matt. 4. Dic vt lapides isti panes fiant, id est, impera, sicut initio imperabas, cum res omnes creasti. Ideo Lxx verterunt: καὶ προσέταξε τῷ κήτει, id est, Et præceptum est ceto. Quam phrasin explicauimus nu. 1. huius capitis.

Et euomuit Ionam in aridam. In quod littus Ionas eiectus sit, non satis constat. Iosephus lib. 9. Antiq. c. 11. littus Ponti Euxini esse affirmat, sunt qui dicant ad Seleuciam prope fines maris Syriaci. Nos non possumus affirmare, quod nescimus: hoc tamen pro certo affirmam⁹, quod nemo potest ignorare, qui saltem oculos habeat ad mundi descriptionẽ intuendam, littus hoc, quodcũque illud fuerit, maris Mediterranei fuisse, quoniam per illud Ionas nauigabat, neq; cũ eo alterũ mare cõiungitur. Deinde, etsi non omnino certum, probabilissimum tamen est littus fuisse, quod omnium proximum esset Niniue, ita vt triduum illud cetus, quasi nauis fuerit, Ionæ, vt ad littus perueniret, vndevia esset ad Niniuitas breuior, & expeditior. * Tertium non probabile solũ, sed certum omnino est, quodcũq; littus illud fuerit, non paucorum dierum iter distare à Niniue. Nã si in littus Euxini maris eiectus est, vt vult Iosephus, quem Iohannes Chartardus, & Isidorus Clarius, & Carolus Sigonius in commentarijs sacræ historiæ Sulpitij sequuntur, per transeundæ erant nonnullæ regiones inter Euxinum, & Niniuẽ positæ, vt Cholchis, Iberia, Albania, Armenia, aut aliæ his adiunctę à Meridie: si autẽ ad Seleuciam aut, ad sinum Issicũ, quod est fortasse probabilius, quoniã minus hæc à Niniue distant, Syria, & Mesopotamia erant peragrãdæ. Deniq; quodcumq; maris nostri littus signare velis, longissime distum est à Niniue, data enim opera Ionas ad mare Mediterraneum fugit, vt quantum posset, longissime recederet ab Assyria. Quare quod Ictipsit R. Eliezer, nautas, qui Ionã deferebãt, venisse Niniuen, & proselytos factos esse, satis præ se fert ex Hebræorum officina depromi, qui, & Geographiæ, & omnis eruditionis expertes sunt. Etenim per mare Mediterraneum nautæ nullo modo Niniuen deferri potuerũt. * Sed & Seuerus Sulpitius 18
lib. 1. sacræ historiæ, vbi de Iona ait: In profundum proiect⁹ est, exceptusq; à ceto marino monstro, ac deuoratus; post triduum fere Niniuitarũ littoribus eiectus iussa prędicat, &c. Vehemẽter lapsus est, nulla enim littora habet Niniue, sed longissime abest à mari. Qua in re admonendi etiam nonnulli concionatores sunt, ne iam eloquentiam ostentent Iona multis verbis describendo, cum Niniuen ingreditur, squamis, & saliuis atq; humore ceti horrido, & squalido, quasi simul, atque ex ore illius prodijt, in vrbem fuerit ingressus. Opinor iam multorum dierum itinere squamæ deciderant, humor ille ceti aruerat, & Propheta, qui sordes minime amabat, abluerat sese. * Si au- 19
tem quærat aliquis, qui fieri potuerit, vt intra calidissimum ceti vterum triduo seruatus fuerit: hic si fidelis sit (vt ait Hieronymus) multo credere maiora cogetur, tres pueros missos in caminum ęstuantis incendij, in tantum illæsos exijsse, vt ne vestimenta quidem eorum odor ignis attigerit, mare recessisse, & ad instar murorum, hinc inde rigidum stetisse, vt præberet viam populo transeunti: Leones fame confectos Danieli peperciisse, & multa huiusmodi. Qui enim vim ignis inhibuit, ne pueros lęderet, & in media fornace dedit ventũ roris flantem, idem effecit, ne calor magnus ceti Prophetam extingueret, & concoqueret, & intra belluæ vterum illæsus oraret, sicut tres pueri cantabunt in fornace. Si autem infidelis sit, multo mirabiliora credit à vanissimis hominibus conficta. Quare æquius est, vt credat, quæ vir bonus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem Propheta scripsit adeo veritatis studiosus,& gloriæ non cupidus,vt neque crimen tacuerit suũ. Nam etiã si nihil vero affingere voluisset, potuisset recte dicere se missum ad prædicandum Niniuen obortа tempestate deiectum fuisse à nautis alienigenis in mare,sed à cete exceptũ,& tertio die euomitum in littus,sed nihil dissimulat,nec nauigationis causam tacet,neq; tẽpestatis, neque deiectionis. Deinde apud ipsos etiam ethnicos,non nihil tale de Hercule narratur(vt ait Theophy.)deuoratum cum àceto incolumem mansisse,tantũmodo depilatum redijsse ab interno belluæ calore, Eandem responsionem late,& elegan ter explicatam vide apud August epist.49. quæst.vltima.

ALLEGORIA.

20 *Et præparauit Dominus piscem grandem.* Piscis magnus non est sepulcrum, sed limbus,vt dixi.n.9.in quem anima Domini seruatoris descendit, & ibi mansit triduum illud vsque ad resurrectionem, vt docet S. Thomas.3.p.q.52.art.4.& Ecclesia in benedictione cerei Paschalis. Quare cum Dominus ait,sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus,& tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & trib⁹ noctibus; & si scio nõnullos veterũ interpretari sepulcrũ,sine dubio multo melius limbus esse intelligitur,vt Hieron. intellexit hic,& Math.12. Etenim Dominus opponit cor terræ ventri piscis, venter autem intimus, & infimus est in animali, multoque melius huic figuræ respondet limbus, quam sepulcrum, quod non erat terreum, sed lapideum, & in summa terra collocatum. Deinde cor terræ proprie centrum dicitur terræ,in quo est infernus, quia cor in medio animalis est, sicut cor maris non eius superficies,sed profunditas intelligitur,vt nu.9.docuimus. Præterea,(quod non est fortasse animaduersum ab ijs,qui sepulcrum esse dicunt)Ionas clamat ad Deum,& orat de ventre piscis,corpus autem non orat de sepulcro,sed anima de limbo. * Auide igitur excepit animam 21
CHRISTI, quemadmodum & alias moriẽtiũ excipere solitus erat magnus ille piscis Isai 5. vastissimi oris,de quo Isaias: Dilatauit infernus animam suam,& aperuit os suum absq; Psal.87. vllo termino. Propterea Dominus ait: Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. Sed quemadmodum cetus percussus solet multum desæuire,& in omnẽ partẽ lese vertere,& omnia deuorare,etiã quæ edẽda nõ sunt:ita cum Dominus,tum alios, tum Lazarũ ad vitam reuocauit,percussus est infernus, & accepto vulnere sæuiebat, ita vt CHRISTVM etiam,quem tenere non poterat,auide deuoraret. In huius piscis ventre mãsuetus Ionas,ideſt,CHRISTVS orat Dominum Deum suum gratias agens patri,quod eius voluntate cito sit ad corpus, & ad vitam rediturus. *Clamaui de tribulatione mea ad Dominum,& exaudiuit me* Cum enim esset in cruce,clamauit ad patrem: Tu autẽ Psal.21. Domine,ne elongaueris auxilium tuum à me,ad defensionem meam conspice. Erue à framea Deus animam meam,& de manu canis vnicã meã,&c. Et exaudiuit eũ pater, Psal.30. sicut ait Dauid: Vitam petijt à te, & tribuisti ei,longitudinem dierum in sæculum, & Psal.20 in sæculum sæculi. Et de limbo clamauit eã dem resurrectionem petens: Quoniam nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem;& exauditus est. 22

Et proiecisti me in profundum in corde maris. Omnia,quæ de Iona exposuimus, vel cum caderet,& à pisce deuoraretur,vel cũ intra piscẽ adhuc dolore æstuaret suæ salutis ignarus, in seruatore ad illud pertinet tempus, quo in cruce pendebat, non quidẽ suæ resurrectionis ignarus,sed maximis tũ doloribus oppressus. In illud ergo profundũ,& in illud mare se proiectum nunc dicit, de quo Psal 68.ait: Infixus sum in limo profundi, & nõ est substãtia,veni in altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. Ita Hieronymus. Tunc etiam flumina, circundederũt eum,id est,varię persecutionum omnis generis incursiones.

Omnes gurgites tui,& omnes fluctus tui super me trãsierũt. Hic.vniuersæ persecutiones,& turbines, quibus genus vexabatur humanum,& cunctæ nauiculæ frangebantur,super meum detonuere caput; ego sustinui tempestates,& fregi turbines sequentes, vt ceteri securius nauigent, &c. Et cũ his me gurgitibus,& fluctibus coopertum videre, dixi: Abiectus sum à cõspectu oculorũ tuorũ,qd alijs vrbis,sed idẽ significãtibus clamauit in cruce: Deus, Deus me⁹ quare me dereliquisti? Sed neq; ita putabo me prorsus à morte superãdũ,resurgã,& videbo templum sanctum tuũ,id est, ascendã in cælũ, 23
Circumdederunt me aquæ vsque ad animam.

Agno-

Psal.68. Agnoscimus eandem vocem in Psalm. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerũt aquæ vsque ad animam meam. Et ibidem, quod nũc ait *Abyssus vallauit me*, satis quam verum sit, ostendit: Libera me ab ijs, qui oderunt me, & de profundis aquarum: non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

Pelagus operuit caput meum. Ad idem pertinet, Ceterum quoniam, vt iam admonuimus pro Pelagus,est in Heb. ים, quod sine dubio caricem etiam,& iuncum significat,nonnulli hæc ad iunceam CHRISTI coronam referunt,ac si diceret,Iuncus operuit caput meum, id est, corona è marinis iuncis contexta. Horum ego animum laudo,sententiam, si quidem digna erit, cum expendero, laudabo. Mitto nunc Hieronymum,& Chaldæum noluisse iuncus vertere,sed mare, atque hanc translationem multo melius cũ precedentibus,& sequentibus congruere,quæ sine dubio,de abysso, & aquarum multitudine,& de CHRISTO in eas demerso plane intelliguntur. * Hoc tantum dicam,in quo plurimi sæpe vel maxime errant, qui quidquid velint, cõtinuo ab scriptura significari dicunt, si nõ Historico sensu,certe Allegorico,aut Morali,quasi possit vllus spiritualis sensus,aut probari cui quam, aut sensus dici, nisi Historico, quasi fundamento,firmiter innitatur: Tota hæc de CHRISTO expositio Allegorica est,quod nemo, quamuis rudis ignorat: si igitur, in Allegorico sensu suph, iuncum significat, quæro quid in Historico significet? Si Pelagus, vt Hieronymus, & Chaldæus interpretati sunt,quid habet commune pelagus cum iunco,vt illud significet? Præterea qui hoc dicunt, vocem ipsam Hebræam pro iunco accipi dicunt, quare hæc significatio Allegorica non est, sed Historica. Necesse est ergo vt prius sensum aliquem Historicũ constituamus,in quo suph capiatur pro iunco,vt illo mysticus is, quem volunt,innitatur. Dico apertius,oportet prius de Iona vere dici: Iuncus operuit caput meum,vt possit postea ad CHRISTVM referri. Sed veteres patres id non explicant, nec video,quomodo id fieri possit,nisi velimus R. Dauidis expositionem imitari, dicamusque iuncos obuolutos fuisse capiti ceti,& ideo obuolutos dici capiti Ionæ,qui erat in cete,sed mihi hæc dura admodum videtur. Qui igitur, aut hanc tueri probabiliter, aut excogitare meliorem poterit, vt recte dicatur iuncus operuisse caput Ionę:licet illi per me ad coronam spineam Domini referre.

Ad extrema montium descendi. Ad limbũ, & ad centrum terræ, vbi vectes concluserunt animam eius in æternum,id est, tenebatur eius anima illis retinaculis æternis,& vectibus, è quibus nemo exire potest, sed quia ipse,sicut ait in Psal.87. factus est,sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber, non potuit illis vectibus cõtineri diu,& propterea subijcit, *Et subleuabit de corruptione vitam meam*. Nam neq; anima teneri potuit in inferno, nec corpus in sepulcro in terram dissolui, vt cetera. Quare de eo in persona Cyri scripsit Isaias, Portas æreas conteram,& vectes ferreos confringam. Isai.45.

Cum angustiaretur in me anima mea. Pro hoc Lxx verterunt. Cũ deficeret ex me anima mea. Quod factum à Dño videmus,paulo enim antequam expiraret, orauit: Pater ignosce illis,quia nesciunt quid faciunt: Et, In manus tuas commẽdo spiritum meum. Luc.23.

Qui custodiunt vanitates frustra. Hoc de Iudæis dicit,à quibus crucifixus est,qui custodiẽtes semper obstinationem illam animi, & superbiam,& auaritiam,& neque tot signis visis credentes, cum sol insuetis tenebris impios terruit,& terra mota est,& petræ scissę sunt;misericordiam suam ipsi perdiderunt, cum Dominus paratus esset, vt eorum etiam misereretur.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi. Hoc 26
& in se,& in mẽbris suis ita Seruator præstitit,vt promisit,nam post resurrectionẽ multa discipulos docuit de regno Dei,& de claritate patris,& ei laudes decãtauit, reddidit etiam,quod vouerat pro salute. Dixit enim resurrectionẽ suam à Patre petẽs: Pater clarifica filium tuum,& vouet. Vt,& filius tuus Iohan.17. clarificet te. Clarificauit Patrẽ post resurrectionẽ, cum eius diuinitatẽ discipulis commẽdauit,& vt omnibus gentibus eã prædicarẽt, iussit. In membris suis immolat Chri Malach.1. stus quotidie oblationem corporis, & sanguinis sui, de qua Pater ait: Ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomen meũ in gentibus,& in omni loco sacrificat, & offertur nomini meo oblatio munda, in quãta autẽ voce laudis immoletur,in omnib⁹ Ecclesijs quotidie videm⁹, præsertim in solennioribus diebus. Laudes Deo immolat, iuxta illud: Confitebor tibi in populis Dñe,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& psalmum dicam tibi in gentibus. Atque ita impletur quod de patris exaltatione, & clarificatione pro salute sua, id est, pro resurrectione, vouit, Statim enim ait: Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

17 *Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.* Hieronymus: Præcipitur, huic magno ceto, & abyssis, & inferno vt terris restituant Saluatorem: & qui mortuus fuerat, vt liberaret eos, qui mortis vinculis tenebantur, secum plurimos educat ad vitam. Quod autem scribitur: Euomuit ἐμεταφορικῶς debemus accipere, quod ex imis vitalibus mortis victrix vita processerit, Hæc Hieronymus, sed magis hanc emphasin aperiamus. Quemadmodum qui cibum accipiunt, quem tenere non possunt, etiam quem ante comederant, propter illum euomunt, ita infernus accepit animam CHRISTI, quam tenere non poterat, & angebatur, donec illam euomuit, & cũ ea omnes animas sanctorum. Propterea dictum est. *Et euomuit Ionam in aridam*, dolebat enim, & nauseabat, quousque euomuit. Ex quo intelligimus verba illa Act. 2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illũ ab eo. Dolores ẽm inferni per prosopopœiam vocat, quales sunt in homine nausea laborante, & vomere cupiente. Quos ὠδῖνας appellat, id est, dolores parturi ẽtis, vt interpretatur Oecumenius. Eleganter autem, non in mare euomuit, quasi iterum passurum, & cum fluctibus, & tempestatibus pugnaturum, sed in aridam vltra fluctus mortalitatis, & passionum, quia CHRISTVS resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.

Locus. Act. 2.

Rom. 6.

TROPOLOGIA.

28 Idẽ homo varijs ratiõibus Christi figura, & peccatoris.

Ionas in Tropologia adhuc peccatoris typus est. Quod si cui difficile videatur, vt idem homo Domini typum porter, & peccatoris: intelligat alia, atque alia id ratione fieri. Nam quatenus Deo placẽdi, & homines liberandi causa in mare missus est sponte, Dominum significat, qui oblatus est, quia ipse voluit, & Dominus posuit in eo iniquitates omnium nostrum, sed quatenus Dei vocem non audiuit, & nauigare voluit in Tharsis, & causa fuit tempestatis, quæ sedari non potuit, donec ipse in mare missus est, & quatenus deuoratus est à pisce magno, quẽ ad id Dominus præparauit; sine dubio figuram gerit peccatoris, qui culpa sua à Deo punitur, &, vt resipiscat, in magnum aliquod periculum, siue corporis, siue animi, & in difficultates inexplicabiles conijcitur, quæ in ceto deuorante designantur. Etenim, vt Ionæ Deus piscem deuoraturum præparauit, vt periculo admonitus culpam suam plenius agnosceret, & ad perfectam obedientiam rediret: ita quos resurgere vult, & plene in posterum conuerti, sæpe grauibus periculis, & pœnis, vt morbis, indigentia, carceribus, captiuitate insigni aliquo dedecore, angore animi ita premit, vt nulla iam salutis spes reliqua videatur: * An non erat Dauid quasi à ceto deuoratus, cum regno pulsus ab Absalom fugiebat, & pedes, mœstusque flentibus omnibus transibat torrentem Cedron? Vel cum trium malorum optione data respondit; Coarctor nimis, elegitque potius in manus Domini incidere, & pestem experiri? Quid? Sanctus Ezecias nonne ob elationem in magnum, & periculosum morbum, ceu in os piscis magni, conjectus dicebat, Vadam ad portas inferi. Non videbo Dominum in terra viuentium, non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis. Et quia tamdiu eos Deus huiusmodi molestijs implicatos tenet, quamdiu ad eorum salutem teneri oportet: *Erat Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus.* Ternarius enim primus ex numeris perfectus est, & plenitudinem perfectionemque significat, quare tres dies, & tres noctes tempus plenum, & integrum indicant. Ita Dominus tertia die resurrexit, quia mortuus iacere voluit, quantum satis esset vel maxime incredulis hominibus, vt vere, & sine vlla dubitatione mortuus fuisse censeretur. Et turbæ, quæ triduo sustinent CHRISTVM in eremo, & posteaquam satiantur, sunt animæ, quæ permanent cum eo in omnibus tentationibus, & laboribus, quibus deesse cœlestis victus non potest. * Huiusmodi peccator, cum iam Deum placare per pœnitentiam cœpit, & libertatem sibi de Dei benignitate promittit, clamat de ventre piscis, & iam in ipsis laboribus requiescẽs, in tribulationibus patiẽs, & spe gaudẽs gratias medico suo agit & præterita cõmemorat, à quibus se cito putat esse liberandũ. *Clamauimus*, inquit, *de tribulatione*

Ternarius.

Matth. 12. Matth. 16.

29 2. Reg. 15.

2. Reg. 19.

Iſai. 38.

30

mea ad Dominum, de tribulatione mea, qua iure optimo affligebar, de tribulatione mea, quam nemo mihi immittebat, sed ego, dum mihi morem gero, vltro mihi accersiui. Vere illa tribulatio mea fuit, quia perditio tua Israel, vt ait Hoseas. Et sicut scriptum est: Deus mortem non fecit nec lætatur in perditione viuorum, impij autem manibus, & verbis accersierunt illam, & æstimantes illam amicam defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam. Et tamen tanta est eius bonitas, & misericordia, vt exaudierit me. Me, inquam, transgressorem, sceleratum, ingratum, indignum exauditu. Eundem sensum habent, quæ sequuntur. *De ventre inferi clamaui*, &c. vsque ad finem: Ostendunt enim eleganter periculorum magnitudinem, & animi anxietatem incredibilem, & spem tantæ tempestatis, quasi sedatricem, qua electi etiam in suis peccatis, mirifice eriguntur.

Hoseæ. 13. cap. 1.

31 * Sed quoniam sæpe optimus pater, & benignissimus, ita cum electis se gerit, vt ex vno peccato in alterum maius deuolui patiatur, quo magis infirmitatem agnoscant suam, & magis eos sui ipsorum pudeat, ac tædeat, & alacriores inde, cautiores, humiliores que ad se redeant, sicut Dauidem ab adulterio in homicidium, Petrum, ab inani sui fiducia, in tertio repetitam negationem decidere sinit; recte piscis magnus figura erit magni peccati, vnde postea diuina ope extrahuntur. Præclare itaque huiusmodi peccatum ventrem inferi appellamus, à similitudine, quam habet cum inferno, vt de ceti ventre diximus. Obscurum est enim peccatum, & omni luce carens, & profundum, quasi puteus. Quod si hoc pateretur Historicus sensus, vt inferum proprie acciperemus, elegãtius etiam peccatum ventrem inferi esse diceremus, nam venter cibos concoquendos, & in corpore mansuros continet, & concoquit; ita peccatum, dum manet, dum pœnitentia non tollitur, quid continet nisi eos, qui cibus inferni, & ignis illius inextinguibilis futuri sunt, nisi prius Deo præcipiente eos euomat in aridam? Nam sicut Ionas, si diutius mansisset in ceto, nec esset euomitus, calore belluæ concoqueretur, ita qui diu manent in peccato, magis, magisque in dies deformantur, & ornamenta virtutum amittunt, ac denique, nisi per pœnitentiam euomantur, ignis æterni esca fu-

Piscis magnus typus magni peccati.

turi sunt. * Sed quoniam peccatoris conditio miserrima est, & abiectissima, atque extremæ infelicitati, id est, inferno, proxima, merito ait: *Et proiecisti me in profundum*, non in quoduis profundum, vnde facile extrahi queam, *sed in corde maris*, siue in cor maris. Eleganter, hoc etiam, qui enim in cor maris proiectus est, nihil habet firmum, in quo quiescat, magnis, assiduisque fluctibus pulsatur, & in omnes partes iactatur, & aquas amarissimas, velit, nolit, ebibit. Ita peccator nusquam consistit, nusquam quieuit, & cum quieturus maxime videbatur, in eorum possessione, & vsu, quæ multo sudore quæsierat, tum perturbatæ conscientiæ fluctibus, & pœnarum imminentium terrore, & quasi fremitu quodam concitati maris, miserrime quatitur, & terretur, & in partes varias, atque in varia consilia distrahitur, & aquis amaris tot⁹ impletur, aquis salsissimis, quas bibit, plenus etiam, & tumens semper sitit; Semper fluminibus circumdatur ijs, de quibus statim ait: * *Omnes gurgites tui, & fluctus tui, super me transierunt*, quoniam fluctibus amaris, & montibus aquarum, id est, variarum tentationum incursibus, modo in altum eleuatur, modo ad ima deijcitur, ascendunt, vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos, turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius. Nunc eos superbiæ ventus in tumorem eleuat, nunc ijdem pusillanimitate pulsati, & quadam desperatione in imum merguntur. Nunc spiritualium rerum studiosissimi videri volunt, & quasi in cœlum ascendunt, nunc carnis libidine superati amplexantur stercora. Denique omnes fluctus tentationum, qui Deo iuste permittente excitantur, super ipsos transeunt, & miseros obruunt. Verum in his malis plurimum electi commouentur, cum considerant se inuisos esse Deo omnipotenti, cui tantum debent, & cuius iram effugere non possunt. Et cum simul eius bonitatis recordantur, confirmati etiam spe surgunt, vt eum sibi reconcilient, atque ideo ait; *Et ego dixi: Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, verumtamen rursum videbo templum sanctum tuum*, vt offeram tibi sacrificium cordis contriti, & humiliati. * Sed quoniam præteritorum periculorum, recordatio dulciorem efficit salutem, & magis ad actionem gratiarum excitat: iterum,

32 Miserrima conditio peccatoris.

33

34

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque iterum verbis vim patr præteritę conditionis miseriam, atque pericula. *Circumdederunt me aquæ vsque ad animam meam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum.* Quibus verbis latens in peccatis periculum, & notum quam paucissimis præterea aperit. Nemo enim fere cum tentationi manus dat, putat se magnum periculum suscipere, sed concupiscentia ardens refrigerationem quærit, & quasi in torrentem quemdam, qui talos non transcendat, ingreditur. At paulatim fluuij accedunt, id est, noua peccata, & animus obscuratus ita illis capitur, vt progredi semper velit, & qui prius torrens videbatur, mox auctus aquis, & semper altior, summum verticem contingit, & circumdant eum aquæ vsque ad animam, pelagus operit caput. Quid est autem aquas circumdare vsque ad animam, nisi in tantum illecebris vitiorum occupari, & ita in altum fluuium demergi, vt nunquam postea de salute velit cogitare, sed contemnat, sicut scriptum est: Impius, cum in profundum venerit peccatorum contemnit. * Atque hoc est fortasse illud: Torrentem pertransiuit anima nostra, forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Hoc est, Liberati sumus ab inundatione tentationum, cum adhuc esset peccatum vt torrens; quod, nisi nos Deus tunc liberasset, forsitan aqua immensa, & intollerabilis esset nobis pertranseunda, vt liberaremur, mersi enim in profundissimum gurgitem infinita pene aquarum vis esset pertranseunda, vt emergeremus. Quod autem sequitur. *Ad extrema montium descendi*, &c. idem apertius explicat, quod in verbis expositis latere dicebamus, id est, antra quæ dã fortissima in profundo peccatorum inueniri, vnde nisi cum magna Dei ope, difficilimus, aut prope nullus sit exitus: quæ quibusdam, quasi vectibus inueterat æ consuetudinis concludunt, quos capiunt. De quibus alijs verbis dicitur a Sapiente: Vię inferi domus eius, penetrantes interiora mortis. Et postea: Et ignorauit, quod ibi sint Gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. Gigantes, qui ceteris hominibus fortiores sunt, potentissimæ illecebræ peccatorum elegãter vocantur, quæ homines tenacissime colligant, & tenent, ne exeant. Atque hi Gigantes in domo esse dicuntur mulieris stultæ, & clamosæ, plenęque illecebris, in qua peccatum intelligitur. Idcirco ait continuo: Et in profundis inferni conuiuæ eius, quos, scilicet, his verbis inuitat: Aquę furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Sunt autem in profundis inferni, quia ab his Gigantibus constricti non exierunt. * Propterea, etiam nunc additur, *Et subleuabis de corruptione vitam meam*, quia peccator in profundo est, ideo subleuatur, siue vt est in Heb. תַּעַל ascendere facies. Et subleuatur de corruptione, quia nisi Dei gratia subleuetur, magis in dies accedit ad æternam corruptionem. Illud autem magnopere curandum est, vt quamuis in cœno peccatorum iaceamus, & deplorata salus nostra videatur, nunquam orationis obliuiscamur, quæ catena quædam aurea est illi Homericæ similis, qua Deus ad se homines, quantumuis peccatis graues sensim alleuat, ideo ait. *Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea.* Multi enim tunc recordantur Domini tantum vt timeant Gehennam, & nihil præterea sciant, alij vt fere in desperationem decidant, alij vt illi irascantur, quod tam dura (vt quidem ipsi iudicant) præceperit; at electi recordentur, vt orent, & veniam petant. Intelligant eum esse patientem, & multæ misericordiæ, & præstabilem super malitia, orent, & clament per orationem, & culpam agnoscant suam. Quod si quis peccata nondũ sibi præ infirmitate sua, vt relinquat, persuadet, & is clamet, detegat miseriam suam, petat mentem bonam, & cor carneum. * Verum quoniam multi ita peccatorum vinculis implicantur, vt neque ad Deum conuerti velint, neque petant saltem ab eo misericordiam, vt aliquando conuertantur, docet nos eorum interitum ipsorũ obstinationi esse tribuendum non Deo: *Qui custodiunt vanitates frustra*, qui peccata custodiunt, & gratiam, atque virtutes perdunt, qui tenaciter vanitatibus adhærent, ipsi misericordiam suam derelinquent, ipsi sibi mortis æternæ causa sunt, qui Dei misericordiæ paratæ omnibus, participes fieri recusant. Consideremus quid perdant, & quid custodiant; vanitates nihili custodiunt in quibus nihil fructus, nihil vtilitatis inuenturi sint, & derelinquunt misericordiam, in qua sunt omnes thesauri, misericordiam, inquam, suam, quam illis

Periculum magnum latens in peccatis.

35 Psal. 123.

Prouer. 18

Prouer. 7.

Prouer. 9.

36

Oratio nunquã obliuiscenda.

37

illis Deus parauerat, si vti vellent, & quam forte, non ita promptam, & facilem postea reperient. Sunt tamen non pauci, qui vel periculis, vel peccatis magnis liberati diuinitus cito liberatoris sui obliuiscuntur, & cum magna facere instituerint, nihil iam minus cogitant, hos Prophęta tacite reprehendit, cum ait: *Ego autem in voce laudis immolabo tibi, quæcunque voui reddam pro salute Domino.* * Nequaquam enim nos securos esse oportet post acceptam iustitiam, ac si amitti non posset: sed semper gratias agamus, & diuinæ bonitatis diuitias decantemus, ne simus in eum ingrati, à quo tantis beneficijs cumulati sumus. Semper Domino immolemus sacrificium Deo spiritus contribulatus. Immolemus quod ait Paulus: Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Immolemus concupiscentias cordis nostri, & in ara crucis fortiter mactemus, vt non regnet peccatum in nostro mortali corpore. Et quoniam multa vel promisimus, vel apud nos statuimus feruore illo primæ deuotionis incitati, quæ ad Dei cultum, & ad profectum nostrum, pertinerent, ne moremur reddere: displicet enim Deo infidelis promissio: nec simus nonnullis ex nauigantibus similes, qui sæuiente tempestate, multa Deo promittunt, quorum defuncti periculo continuo obliuiscuntur. Meminerimus nos pro salute nostra vouisse, qua nihil nobis antiquius, aut carius esse debet.

38

Rom. 12.

39

Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam. Nemo desperet de conuersione sua, quamuis cor habeat ad pœnitentiam obduratum. Quod enim cor est adeo durum, vt Dei voce non possit emolliri? Dixit Dominus inferno, & reddidit Lazarum quatriduanum; dixit pisci, & reddidit Ionam, si velit dicere Diabolo, qui te tenet, aut peccato, soluet te, & euomet in aridam. Excitat angelus Petrum, & iubet surgere velociter, & ceciderunt catenæ de manibus eius, ita verbo Dei catenæ tuæ cadent, & surges velociter per pœnitentiam. In vomitu autem piscis illud ipsum adnotemus, quod numer. 26. attigimus, cum de Seruatoris resurrectione loquebamur. Vt stomachus, si ea ingerantur, quæ concoqui nequeant, nauseat, & tenere non potest; ita cum peccator intus Dei gratia excitatus recogitat opera sua, & annos suos, in amaritudine animæ suæ, iam à peccato teneri non potest, & piscis magnus illum euomit in aridam, vbi liber ab illis fluctibus, & procellis totum se in posterum Deo tradat, vt Ionas.

Act. 12.

Peccatum quid proprie & quotuplex sit.

CAP. III.

ET factum est verbum Domini ad Ionam secundo, dicens. Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, et abyt in Niniuẽ iuxta verbum Domini: et Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierũ. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, et dixit. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderũt viri Niniuitæ in Dominum: & prædicauerunt ieiuniũ, & vestiti sunt saccis à maiore vsq; ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: et surrexit de solio suo, et abiecit vestimẽtum suum à se, et indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, et dixit in Niniue ex ore regis et principum eius, dicens. Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam: nec pascantur, et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et iumenta, et clament ad Deum in fortitudine: et conuertatur vir à via sua mala, et ab iniquitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit, si conuertatur, et ignoscat Deus: et reuertatur à fu-

Matt. 12. Luc. 11.

Hier. in Ioel. 2.

rore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

HISTORIA.

1 *Et factum est verbum Domini.* Castigatus naufragio, atque eruditus Propheta talis per penitentiam redditus est, vt iterũ Deus per illum loqui velit, & prophetico eum lumine illustret. Mittit ergo eum, quo prius mittebat, vt mature conuertatur Niniue, ne acerrimam Dei sentiat vltionem. Quę sit autem hæc prædicatio, quam Dominus loquitur ad eum, diximus cap. 1. n. 5.

Erat autem Niniue ciuitas magna. In Hebr. est: Ciuitas magna Deo, quod ita exponũt Theophylactus, & Theodoretus: Grandis erat apud Deũ, ac propterea plurimi faciebat eius salutem. Multi ex recentioribus aliter exponunt, putant enim ea phrasi dici ciuitatem magnam Deo, qua omnia, quæ magna sunt, dicuntur esse Dei, vt Psal. 36. Iustitia tua sicut montes Dei, id est, sicut altissimi montes. Et Psalm. 79. Operuit montes vmbra eius, & arbusta eius cedros Dei, 2. Paralipo. 2. Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grandis numerus, vt exercitus Dei, id est, maximus. * Sed mihi non placet eorum interpretatio, primum quoniam genitiuus Dei cum ita accipitur vt ipsi dicunt, non additur adiectiuis nominibus, sed substantiuis vice adiectiui, vt exemplа indicant, quæ adduximus, montes Dei cedri Dei, exercitus Dei. Hic autem adiectiuo additur, ciuitas magna Deo. Deinde quoniam Lxx non verterunt, ciuitas magna Dei, sed ciuitas magna Deo, & Chaldæus: Ciuitas magna coram Domino Alia igitur phrasis est, qua Deo dicitur, pro eo quod est, coram Deo, vt indicat hic paraphrasis Chaldæi, & eodem modo vertit Interpres Genes. 10. Et erat robustus venator coram Domino. Et quod sequitur: Ab hoc exiuit prouerbium: Quasi Nemroth robustus venator coram Domino. Pro eodem igitur accepit, Domino, & coram Domino, quandoquidem in hoc loco Ionæ vbi erat Ciuitas magna Deo, vertit coram Deo, sicut in verbis Gene. in quibus est in Hebræo, coram Domino. Denique Genes. 13. vbi nos legimus. Homines autem Sodomitæ pessimi erãt, & peccatores corã Dño, in Hebræo est, Et Homines Sodomę mali, & peccatores Domino nimis. Lxx & Chaldæus: * Coram Domino, sicut & noster interpres. Deo autem, siue in conspectu Dei, nihil est aliud, quam quod in eadem scriptura legere solemus: In conspectu Dei, in oculis Dei. Ex quo intelliguntur verba Dauidis, quæ obscura sunt, adeo vt vix vnquam satis in eorum expositione lecto ti fiat, Tibi soli peccaui, id est in conspectu tui solius peccaui, celaui homines consiliũ, & peccatum meum (sicut illi Dominus ait 2. Reg. 12. Tu absconditè fecisti,) sed te celare non potui, te vidente peccaui, ideo enim addidit expositionis causa; Et malum corã te feci, vbi obiter idem esse vide, Peccaui tibi, & Peccaui coram te, vt nũc dicebamus. Te adulterij mei spectatorem habui, neque veritus sum oculos tuos, quamuis enim homines id lateret, tamen mihi satis esse debebat, vt à peccato abstinerem, quod à te videbar, nõ dubitaui tuos oculos tanto scelere offendere. Id autem dicitur magnum, vel paruum Deo, quod est simpliciter, & re vera magnum, vel paruum siue hominibus ita videatur, siue secus. * Etenim quoniam oculi Dei falli non possunt, quod Deo, siue coram Deo, siue in oculis Dei tale est, id vere, & simpliciter tale est, etiam si dissentiret hominum iudicia vt Luc. 1. Erit enim magnus coram Domino. Et quod ex Genesi retulimus; Erat robustus venator corã Domino, id est, vere erat robustus. Sodomitæ erant peccatores coram Domino, reuera erant peccatores, etiam si aliter forte non nulli opinarentur. Quare, quod Vatablus Gen. 10. exposuit Hebraismum esse coram Dño pro, Sub cælo, ac si diceret, fortissimus erat omnium hominum, qui sub cælo erant, neque ipse confirmauit, neque in sententia perstare diu potuit, nam cap. 13. dixit, coram Domino, id est, Dei iudicio, nõ hominum, ita nunc: Erat autem Niniue ciuitas magna Deo, id est, coram Deo, quasi dicat, re vera maxima ciuitas erat. Hinc fit, vt noster interpres interdum taceat illum datiuum, Deo, vbi nihil obesse videtur sensui, id est, vbi id, quod coram Deo dicitur esse tale, sine cõtrouersia tale quoq; est coram hominibus, vt: Erat Niniue ciuitas magna: nihil enim magis significatur, si dicatur, * Erat ciuitas magna Deo. At vbi aliud iudicare poterãt homines quã Deus, non omittit, vt Gen. 14. Benedictus Abraham Deo excelso. Chaldæus coram Deo excelso. Nam homines, cum viderẽt Abraham sine prole, & peregrinum, iudicare fortasse possent non esse eũ benedictum, neq; carum Deo. Et Leuit. 20. Eritis sancti mihi, & cap. 21. Sancti erunt Deo suo. Chaldęus: eritisque coram me sancti. Sancti erunt coram Deo suo. Recte enim dixit, coram Deo suo, siue Deo suo, quoniam sæpe, etsi maxime velint, non poterunt sancti esse, in oculis hominum male, & cum perturbatione iudicantium, quo tẽpore satis erit si in conspectu Dei sancti sint. Et Psal. 142. Quia nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs. Ex quibus tamen multi apud homines iustificantur. Forte hinc etiam intelligemus quod multos male habet apud Hieron. in Tradit. Hebr. in Genes. Superflue, inquit, in Lxx interpretibus additum est: In conspectu Dei, siquidem Sodomorum coloni apud homines mali, & peccatores erãt. Ille autem dicitur in conspectu Dei peccator, qui potest apud homines iustus videri. * At hoc quod in Lxx reprehẽdit Hieronymus, quasi superfluum, in Hebræo positum est, & ipse postea in trãslatione sua posuit. Quo modo ergo superfluum est in Græco, quod non est in Hebręo, aut in Latino superfluũ? Certe in Hebræo non est superfluum propter linguæ illius consuetudinem, ita enim dici consueuit. Sed in Græco redundare potest, quia non ita Græce dici consueuit. Si enim dicas. Ecce concipies in vtero, nihil Hebræis redundat, qui ita loquuntur, Græcus autem, aut Latinus tantũ diceret, Ecce concipies. Aharon, quem elegit ipsum, nihil habet, apud Hebræos redundans, Græco autem, aut Latino redundaret, Ipsum. Benedixit Dauid filio suo Dauidis, nihil habet superfluum apud Chaldæos, apud Hebræos autem redundaret, Dauidis, Iudicauit ergo Hieronymus redũdare apud Lxx: In conspectu Domini, cum dicunt Sodomitas malos, & peccatores fuisse in conspectu Domini, quoniam in conspectu etiam hominum mali erant, & non solet apud Græcos, aut Latinos dici in conspectu Dei, nisi vbi aliter iudicare homines possunt. * At in trãslatione sua, quia vidit fieri potuisse, vt a vicinis ciuitatibus, quarum iudicia erãt depraua ta, quia eodem morbo laborabant, Sodomitæ aut boni censerentur, aut non nimis mali, non putauit illud subtrahendum. Quamuis & alia ratio esse posset: solet enim Hieronymus, quod est in Hebræo, & apud nos redundat, interdum subticere, interdum trãsferre, vt non omnino ignoremus Hebraicę linguæ proprietates, vt cap. 1. n. 1. adnotauimus in cõiunctione. Et, cum initio sententiæ ponitur, & sæpe alias. Scio in translatione, quæ est apud Hieronymum legi, Ciuitas magna Dei, & in eiusdem Hieronymi commentarijs, nec nego posse, & ita verti. Immo codicem manu scriptum vidi, in quo erat, Ciuitas magna Dei. Verum in emẽdatissimis quibusq; codicibus nostrę translationis tantum legitur. Erat autem Niniue ciuitas magna, & ex consuetudine scripturę demõstrauimus melius verti, Ciuitas magna Deo, quam Dei & posse recte detrahi Dei.

De magnitudine autem Ninives Diodorus Siculus lib. 3. rerum antiquarum. ca. 1. hæc scripsit de Nino loquens. Verum cũ superiores omnes gloria, & rebus gestis superasset, vrbem quoque ingentem condere statuit, cui par magnitudine, neque fuisset antea, neque esset futura. Ipse coactis vndique viribus, & ijs, quę ad tantum opus spectarent paratis supra Euphratem vrbem condidit, non æqua laterum dimensione, nam duæ muri partes longiores erant reliquis. Horum latus quodlibet longitudine est stadiorum centũ quinquaginta, breuiores vero stadijs nonaginta. Qua muri dimẽsione ambitus stadia complectitur quadringẽta octoginta. Et sane spe sua nequaquam frustratus est, nulla enim, postmodũ vrbs tanto ambitu, tanta ve mœnium magnificentia constructa est. * Altitudo murorum pedum est cẽtum, latitudo, qua tres currus simul perambularent. Turres mille, & quingentæ, quarum altitudo pedum est ducentorum. Hactenus Diodorus. Itaque ambitus murorum habebat sexaginta millia passuum. Tot enim efficiunt stadia quadringenta octoginta, id est, viginti leucas nostrates, quarum singulæ habeant terna millia passuum. Atque hæc de eius initijs scripsisse videtur Diodorus, nam postea creuisse numerum ciuium, & murorum magnitudinem satis probabile est. Hieronymus certe tanti ambitus eam fuisse ait, vt

Genitiuus Dei loco adiectiui.

Deo, pro coram Deo.

Psal. 50. Tibi soli peccaui.

Magnitudo Niniues

Universidad de Deusto
Biblioteca

vix trium dierum posset itinere circumiri. At quamuis maior non esset, quã est à Diodoro descripta, recte intelligimus magnitudinem eius fuisse itineris, siue, vt est in Hebræo, perambulationis trium dierum, vt est in nostro Propheta. Nam si vrbem tantam intra muros vicatim perambules, triũ dierum itinere opus erit sine dubio, propter flexus viarum, & impedimenta. Diodorus autem, de ambitu, qui est extra muros locutus est.

10 *Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius.* Hieronymus: Præcepti, & superioris naufragij memor, viam trium dierũ vnius diei festinatione compleuit. Quanquam sint, qui ita simpliciter intelligant, quod in tertia tantum parte vrbis prædicauerit, & ad reliquos confestim prædicationis sermo peruenerit, &c. Hæc posterior explicatio multo pbabilior, & certior est, vt ex verbis ipsis liquet: *Et cœpit Ionas introire, &c.* Si eñ totam eo die perambulauit, non cœpit introire itinere vnius diei. Præterea, cum non multum festinaret, sed oporteret eũ sæpius morari eõcionãdo, quomodo poterat dierum trium iter vno conficere? Aptior præterea est ad sensum Domini Matth. 12. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam, quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, videlicet cum in tertia tantum vrbis parte prædicasset: Cum CHRISTVS toties ad eos venisset, & totics cum omnes audissent.

11 Adhuc. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* Adhuc, Græce ἔτι, Hebraice עוֹד solet ita poni apud Hebræos, vt idem fere valeat quod Post, vt adnotauimus in cap. 1. Hosęę n. 64. Adhuc modicum, & visitabo sanguinem Iezrahel, id est, post modicum. Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, id est, post quadraginta dies, vel sinite finiri quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Chaldæus: Post finẽ quadraginta dierum Niniue subuertenda est. In Hebræo est: Et Niniue subuertitur, ponitur enim præsens pro futuro, vt rem certo futuram, quasi iam fiat, intelligamus. Sed est hoc in loco apud Lxx interpretes insignis, & pene indissolubilis difficultas, quod soli ex omnibus interpretibus trãstulerunt: Adhuc tres dies, &c. cum tamen in Hebræo tam perspicue scriptum sit: Quadraginta, vt nulla videatur esse potuisse erroris occasio. Atque hoc est maximum argumentum ijs, qui impugnãt translationem Lxx. Nam cum Propheta vtrumque dicere nõ potuerit, vtrum dixit, idne, quod est in Hebręo, an quod est apud Lxx? * Hoc argumentum mirifice torsit Augustinum, sed veritate ipsa coactus tandem respondit lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 44. & qu. 169. super Genesin, id dixisse Prophetam quod est in Hebræo, Sed vt excusaret Lxx, quibus vbiq; propheticum tribuit spiritum, ad sensum mysticum confugit: eundem, scilicet CHRISTVM, per quem conuersa est Ecclesia gentium, in quadraginta significari, & in tribus. In quadraginta, quia totidẽ diebus fuit post resurrectionem cum discipulis, in tribus vero, quia tertio die resurrexit. At Iustinus martyr in dialogo cum Triphone aliquanto post mediũ, affirmat Ionã dixisse Niniuitis, fore vt tertio, & quadragesimo die post fundicus delerentur. Cuius sententiam Carus noster acutissimus homo, & eruditissimus secutus est lib. 11. de locis Theologicis. cap. 5. ad. 12. Affirmat Lxx scripsisse: Adhuc quadraginta tres dies, sed in Hebræo, & in nostra trãslatione minorem summam in maiori inesse video. Quod nõ videns, inquit, Hieronymus, admiratus est. * In eandem ego sane libentissime irem, nisi omnes, & veteres, & noui codices omnesque, qui Iustinum præcesserunt, & qui subsecuti sunt, quod equidem sciamus, eidem Iustino refragarentur. Itaque nullum pro se aut codicem, aut autorem habet Iustinus, contra se, omnes. In huiusmodi autem controuersijs, hęcne, an illa lectio probanda sit, vetustissimorum codicũ consensu, aut multorum, qui codices veteres se vidisse dicant, autoritate nitendũ est. Quod si varietas in codicibus inueniatur, illa lectio sine dubio præferenda est, quæ in pluribus inuenitur, & quam plures autores referunt. Quare etsi alicubi id forte legisset Iustinus, quod ipse non docet, deprauatum fuisse eum codicem diceremus, cui omnes aduersantur, Quid? si forte ipse Iustini liber deprauatus est, vt pro, Tertio die, hoc est: Adhuc tres dies aliquis sciolus scripserit, Quadragesimo, & tertio die. Nec procul forte à vero est, quod sanctus martyr non ignarus varietatis, in Lxx translatione, & ceterorum interpretum, scripserit: Tertio, vel quadragesimo die, vt tecit Origenes Homil. 16. in Nume. sicut paulo post dicam: pro quo librarius imperitus scri-

bendum

14 bendum putauerit: Tertio & quadragesimo die. * Vir multæ lectionis, & eruditionis Leo Castrensis in disputatione de translationibus ante commentarios Isai. cap. 24. aliter defendere conatus est Lxx interpretes, nõ enim assentitur Augustino alterum dictum esse à Propheta alterum à Lxx interpretibus, sed vtrumq; dictum vult à Propheta: factũ enim esse Spiritus sancti prouidentia, vt propheтę nõnunquam data opera verbis, & notis vterentur, quæ similitudine vnius literæ variari possent, & duplicem sensum habere, vt duplex referaretur mysteriũ. At hoc in his verbis nullo modo fieri potuisse docet Hieronymus: Trinus, (inquit,) numerus, qui ponitur à Lxx, non cõuenit pœnitẽtiæ, & satis miror cur, ita trãslatum sit, cum in Hebræo, nec literarum, nec syllabarum, nec accentuum, nec verbi sit vlla communitas, Tres enim dicitur, שלש, & quadraginta ארבעים, sed respondet Leo numeros apud Hebræos, & Græcos literis notari, ita mutatione vnius literæ in alteram, aut tres effici, aut quadraginta. At ego hoc, qui fieri possit, nõ intelligo, si enim dicat posse vnam literam pro altera poni, id vel librariorum errore fiet, quod ipse negat, vel literarum ipsarum similitudine. * Sed nunc non erat his locus, nam etsi probari posset Propheam non scripsisse, Quadraginta, vt in libris Hebraicis scriptũ videmus, sed vna litera numerum signasse, Hebræi ternarium numerum signãt litera ג, & Græci γ, quadragenarium autem litera מ, Græci μ. Quæ est inter has literas similitudo, vt altera poni possit pro altera? Sed vt maxima esset similitudo literarum, quid ad me, cum Propheta non vtramque posuerit, sed alteram? Necesse est ergo Propheram aut Tres scripsisse, aut Quadraginta, vtrumque scribere non potuit, quia nulla est litera, quæ significet vtrumq;. Quod si pro ea, quam Propheta posuit, altera ponatur, error erit scribentis, non sensus Propheтæ. Præterea Propheta hoc ipsum scripsit, quod dixit, historiam enim rei gestæ narrat; Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius, & clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Cum autem clamabat, alterum tantum dixit, non erat enim in eius voce aliquid, quod tres significaret, & Quadraginta: alterum ergo tantum necesse erat, vt scriberet, si fidelis historicus erat futurus.

15

16 Quod in hoc tantum Spiritus sanctus dictauit, & hoc Propheta scripsit: Adhuc quadraginta dies, &c. Quomodo voluit ab alijs intelligi quod ipse nõ scripsit, & quod falsum est? * Aliter ergo tuendi sunt Lxx interpretes, si tuendi sunt: dicendum enim est, non potuisse viros doctos in re tam perspicua errare, neque aliter vertisse, quam in Hebræo erat, sed ex incuria primo describentium eorum translationem ex exemplari, quod erat in Bibliotheca Ptolomæi Philadelphi, Tres positum esse, pro Quadraginta, vnde in omnes codices error emanarit. Ita aiunt Theodoretus, & Theophylactus; Idem affirmat Augustinus. 15. de ciuit. cap. 13. contigisse in numeratione annorum primorum hominum, vsque ad diluuium. Hinc etiam factum est, vt Græci, qui Lxx semper sequuntur, in hoc loco sæpe minime sequantur, sed Hebræo inhærentes cum Aquila, Symmacho, Theodotione legunt: Adhuc quadraginta dies, & Origenes homil. 1. in Ierem. Idem homil 16. in Num. inquit. Adhuc tres dies, siue, vt Hebræi dicunt se habere: Adhuc quadraginta dies. Et Chrysost. Licet interdum legat: Adhuc tres dies, vt homil. 10. in epistolam ad Ephesios, tamen sępius legit: Adhuc quadraginta dies. Vt homil. 24. in Genesin, & hom. 15. in. 1. Corint. & homil. 80. ad populum Antioch. & in epi. 5. ad Theodorum lapsum. Porro numerus quadragenarius aptissime vsurpatus est à Propheta, est enim numerus pœnitentiæ, vt ait Hieronymus, & ieiunio cõuenit, & orationi, & lacrymis. Moyses enim ieiunauit quadraginta diebus Exhod. 34. Elias totidem. 3. Regum. 19. & Dominus Matth. 4. & quadragesima ad ieiunium, & pœnitentiam ab apostolis institutа est. Cur vero hic numerus aptus pœnitentiæ sit, docet acute Augustin. lib. 2. de doctrina Christiana cap. 16.

Numerus quadragenarius.

Quæritur autem quomodo hoc dixerit qui non mentitur Deus, cum sciret nõ esse vrbem subuertendam? Eandem quæstiõnem proponit Origenes, hom. 16. in Num. vbi explicat illud, c. 23. Non est Deus quasi homo vt mentiatur, neque vt filius hominis, vt mutetur. Dixit ergo & non faciet? Locutus est & nõ implebit? Et duobus modis dissoluit. Prior est, non proposuisse Dominum definitam, & irreuocabilem sentẽtiam, sed ita loqui, vt medium aliquid videatur ostendere, hoc est, posse reuocari, si

17 Quo sensu habeat prophetiæ cum non implentur.

res

Universidad de Deusto
Biblioteca

An prophetæ vnquã in reipõlis suis decipiantur.

res mutentur. Altera solutio est, hæc verba, & multa similia, quæ legimus in scriptura, non dicta esse à Domino, sed à prophetis ipsis, vt 2. Reg. 24. ait Gad ad Dauid: Aut septem annis veniet tibi fames in terra, aut tribus mẽsibus fugies aduersarios tuos, aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Et tamen Dominus hæc tãtum dixerat Gad prophetæ: Loquere ad Dauid: Trium tibi datur optio: elige vnum, quod volueris ex his, & ita minus durauit pestis, quã Propheta prędixit. Ita ergo Dominus, ait Ionę: Vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea iuxta prædicationem priorẽ, quam locutus sum ad te: prius autem hoc solum dixerat; Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica ibi, quia ascendit malitia eius coram me. * Hæc Origenes audacter satis, vt solet sæpe, si enim semel dumtaxat, aut iterum id factum fieri affirmaret, diceret aliquid, quod à sana doctrina non dissideret. Gregorius siquidem hom. 1. in Ezechielem ait: Sciendum quoq; quod aliquando prophetæ sancti, dum cõsuluntur, ex magno vsu prophetandi, quædam ex suo spiritu proferunt, & se hæc ex prophetiæ spiritu dicere suspicantur. Sed, quia sancti sunt, per sanctum Spiritum citius correcti ab eo, quæ vera sunt, audiunt, & semetipsos, quia falsa dixerint, reprehendunt. Confirmat exemplo Nathan. 2. Reg. 7. qui Dauidi respondit, vt templum ædificaret, cum minime id Dominus iussisset, sed statim per prophetam eundem prohibuerit. Sed Origenes multis alijs in locis hoc fieri arbitratur, quod à veritate maxime abhorret. Nec enim facile in scriptura inueniemus alterum exẽplum simile huic, quod Gregorio retulit de Nathã. * Et quoniã cetera Origenis exẽpla refutare nõn est huius loci, neque temporis; in his duobus, ac præsertim in exemplo Ionæ, vt nihil dicam grauius, magnę temeritatis est dicere eos è suo dixisse, quod à Deo non audierãt: nam si Dominus ait Gad videnti; Loquere ad Dauid, Trium tibi datur optio: elige vnum quod volueris ex his, nonne perspicue indicat scriptura esse illa tria, quæ dicta sunt à Propheta? Sed non dixit Deus (ait Origenes) pestem futuram trium dierum, quæ multo ante sedata est. Cur ergo plures, aut pauciores non signauit Natan, nisi quia Deus tres signauerat? Fateor sedatam esse pestem multo ante, sed Dei misericordia, quæ precibus, & pœnitentia flectitur, & iustitiæ terminos ante vertit. An tam ecum putamus fuisse Gad videntem, vt terminum aliquem præstituere auderet, quẽ non præstituisset Deus, nec metueret cito se fallacem esse iudicandum? * In Iona vel apertior res est. Quis credat prophetam naufragio iam admonitum ausurum fuisse prædicare post quadraginta dies vrbẽ esse euertendam, nisi id à Deo accepisset? Quid autem coniecturis opus est, cum liceat ex ipsius prophetæ verbis rem plane cognoscere? In hoc ipso capite scriptum est; Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala, & misertus est super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret eis, & non fecit. Quæ est hæc malitia, nisi, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: Dixerat ergo hoc Dominus, & nõ illud tantum: Prædica in ea, quia ascendit malitia eius coram me, vt leuissime credidit Origenes. Alioqui cur postea irascebatur Ionas & dicebat, Obsecro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? hoc est, iubebas me dicere post quadraginta dies Niniuen esse subuertendam, ego autem respondebam te esse misericordem, & cito pœnitentia flectendum, atque ita fallacem futuram meã prophetiam. Et subijcit: Propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharsis. * Scio enim, quia tu clemens, & misericors es, &c. Quæ te doctrina Origenis, aut nusquã vera est, aut certe nõ in his exemplis. Mihi quidem nusquam vera videtur, neque facile adducor, vt credam prophetas, dum cõsuluntur, nonnunquam quædam è suo spiritu respõdere, quæ putent ex prophetiæ spiritu à se dici, nam prophetiæ spiritus certos, & sine suspicione reddit prophetas Deum esse illum, qui loquitur sibi. Etenim si res dubia esset, quomodo tanti viri, & tam graues intrepide prædicerent res magnas, quæ si secus euenirent, & sibi fidem detraherent, & veris, certisque prophetijs, & pseudoprophetæ iudicarentur, magnamq; sibi inuidiam cõflarent? Quomodo auderẽt dicere coram omni populo. Hæc dicit Dominus? Nunc autem adeo certi sunt Dei esse, quod dicũt, vt si quando aliter id euenire, ipsique decepti fuisse videantur, non dubitent dicere se à Domino fuisse deceptos, quod videt fieri non posse vt Ierem. 4. Heu, heu, heu, Domine Deus, ergo ne decepisti populum istum,

& Ierusalem, dicens: Pax erit vobis, & ecce peruenit gladius vsq; ad animam. Hoc autem dicit (vt ibi exponit Hieronymus,) quoniam cap. 3. prophetauerat; * In tempore illo vocabunt Ierusalem solium Domini, & congregabuntur ad eam omnes gentes, &c. Hic autem dicebat; Et erit in die illa dicit Dominus: Peribit cor regis, & cor principum, & obstupescent sacerdotes, &c. Auditores autẽ putabant mentiri Prophetam, & sibi ipsi aduersari, cum illud post multum tempus promitteretur, hoc autẽ cito esset implendum, Chaldæis vrbem capiẽtibus. At Propheta certus se à Domino audijsse, quod vaticinatus fuerat non ait: Seduxi populum, sed; Heu Domine Deus, seduxisti populum istum, & capit. 20. Seduxisti me Domine, & seductus sum, fortior me fuisti, & inualuisti, factus sum in derisium tota die, omnes subsannant me, cur autem subsannaretur, exponit: Quia iã olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatem clamo, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium. Clamat Ieremias vrbem esse vastandam à Chaldæis, cumque id differretur, & pseudoprophetę libertatẽ pollicerentur, ridebatur quasi vanus, & è suo spiritu prophetans. Ipse autem ad Deum conuersus, qui verum melius, quam homines nosset: Seduxisti me, inquit, Domine, & seductus sum. Hoc est: Si seductus sum, vt isti opinantur, à te profecto seductus sum, scis enim me non alia dixisse, quam quæ ex te audierim. * Hęc omnia exponit eleganter S. Thom. 2. 2. qu. 171. artic. 5. dupliciter, inquit, prophetæ mens à Deo instruitur, vno modo per expressam reuelationẽ, alio modo per quendam instinctum, quem interdum etiam nescientes humanæ mentes patiuntur, vt ait August. 2. super Genes. capit. 27. De his ergo, quæ expresse per spiritum prophetiæ propheta cognoscit, maximã habet certitudinem, & pro certo habet, quod hæc sunt diuinitus sibi reuelata. Sed ad ea, quæ cognoscit per diuinum instinctum, ali quando sic se habet, vt non plene discernere possit, vtrum hęc cogitauerit aliquo diuino instinctu, vel per spiritum propriũ. Atq; hoc posteriori modo accipienda esse dicit verba Gregorij, quæ iam retulimus, ex hom. 1. in Ezeciel. Addo huic verisimæ. S. Thomæ doctrinę, ea quę nobis in scriptura tradita sunt à sanctis prophetis, id est, quæ ipsi, quasi prophetias accipi volunt primi generis esse, id est, accepta esse à Deo, per expressam reuelationem, & ideo semper fere addunt: Hæc dicit Dominus, aut quippiam simile. At non omnia, quæ prophetæ dicunt, cõtinuo prophetica sunt, nec enim semper, spiritum propheticum habebant, sicut non omnia, quæ apostoli scripsere, ab Spiritu sancto reuelante acceperunt. Atq; idcirco Paulus plures epistolas se scripsisse ostendit, ex quibus quatuordecim accepit Ecclesia traditas ab Apostolo, vt spiritu Dei scriptas. * Certum tamen est, quidquid illi scripserunt in libris, quos vt canonicos, & diuinos veneratur Ecclesia, spiritu Dei scripsisse. Ita etiam quidquid prophetæ sancti in libris canonicis scripserunt, ex diuina reuelatione plane profectum est. Quidquid in eisdem libris ab eis dictum refertur, cum aut ipsi Dominum id dicere docent, aut ex ipsa scriptura intelligimus esse illos à Deo missos ad aliquem, sine dubio credendum est ex expressa Dei reuelatione dictum. Nã neq; tales viri auditores suos fallerent, neq; scriptura ipsa nos in tãto errore reliquisset. Quod ergo Gregorius scripsit, nequaquã de his intelligamus, sed de illis, quę more ceterorum hominum interdum loquebãtur, quæ neque ipsi à Deo se accepisse docent, neque scriptura à Deo ad id missos fuisse tradit: Videmus hoc in ipso Gregorij exemplo. Dixit Dauid Nathan prophetæ. Videsne quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Nihil Dauid de voluntate Dei rogat Prophetam, non quærit, quid à Domino acceperit. Sed vt virum sanctum, & prudentem consulit, an expediat templum ædificare. Dixitque Nathan ad regem: * Omne quod est in corde tuo, vade, & fac, quia Dominus tecum est. Non legimus tunc missum fuisse Nathan ad Dauid, neque ipse dicit quidquam se ex Domino audijsse. At statim cum prohibetur Dauid ædificare, videmus Nathan mitti à Domino & verba accipere, quæ illi dicturus sit. Et cap. 12. vbi ab eodem corripitur, statim scriptura ait; Misit ergo Dominus Nathan ad Dauid. Et postea: Tu es ille vir: Hæc dicit Dominus Deus Israel, &c. Cum autem propheta bonus venit ad Ieroboham, & exijt ad eum propheta senex de Bethel, & ait; Et ego propheta sum similis tui, & angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens: Reduc eum tecum in domum tuã, &c. Etsi videre poteramus

Universidad de Deusto
Biblioteca

non esse verum prophetam, quia exiuit de Bethel, vbi feruebat idololatria, tamen ne quomodo erraremus, curæ fuit scripturæ, vt doceret nos, Fefellit, inquit, eum, & reduxit secum. Sed continuo vbi vere per illum locutus est Deus, subijcit. Cumque federēt ad mēsam, factus est sermo Domini ad prophetam, qui reduxerat eum, & exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens:
26 Hæc dicit Dominus, &c. * Postremo, quoniam ea, quæ propheta cognoscit per illum instinctum, non potest plene discernere, an ex Deo sint, vt dixit S. Thomas, nihil horum alijs tradebant quasi à Deo acceptum, ne fortasse eos fallerent. Immo cum expressam reuelationem non accipiebant, neque id, quod sentiebant, prorsus exploratum habebant, magis putabant ex Deo non esse, quia deerat ille certus, & indubitatus assensus, quem spiritus Dei efficere in illis solebat. Huius rei optimum exemplum habemus apud August. lib. 6. confess. cap. 13. vbi de matre sua ait: Et videbat quædam vana, & phātastica, quo cogebat impetus de hac re satagentis humani spiritus, & narrabat mihi, non cum fiducia, qua solebat, cum tu demonstrares ei, sed contemnens ea. Dicebat enim discernere se, nescio quo sapore, quem verbis explicare non poterat, quid interesset inter reuelantem te, & animam suam somniantem. Ex his omnibus melius intelligitur falsam esse posteriorem illam Origenis solutionem, cum ex scriptura cōster missos esse à Domino Gad, & Ionam cum mandatis, neque esse dubitandum, quin Dei verba fuerint, quæ locuti sunt. Quare priorem potius amplectamur, quā ipse quoque fatetur magis consentaneum esse scripturis, non protulisse Deum definitam, & irreuocabilem sentētiam, sed quę mutatis rebus pǫsit reuocari. * Hanc ipse confirmat verbis Ieremiæ 18. valde ad rem accommodatis: Repente loquar aduersus gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdam illud: si pœnitentiam egerit gēs illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Quod nihil est aliud quam si diceret, Dei minas habere latentem in se conditionem, nisi illi pœnitētiam egerint. Vnde præclare Chrysost. homi. 5. ad populum, Si homines, (inquit) mutati nō essent, cecidisset prophetia, sed quia illi mutati sunt, ideo prophetia, licet impleta non fuerit, minime cecidit, seruauit enim Deus legem communem à se positam: Si pœnitētiam egerit gēs illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Atque ita huiusmodi verba solent semper explicari à sanctis patribus, vt videmus ab Hieronymo explicari in fine huius capitis, & à Cōcilio Toletano octauo cap. 2. Vnde sumptum est caput, Incommutabili. 22. qu. 4. * Ex quo illud Gregorij. 16. Moral. cap. 18. Cum exterius mutari videtur sententia, interius consilium non mutatur, quia de vnaquaque re immutabiliter intus constituitur, quidquid foris mutabiliter agitur. Vide de his S. Thom. 1. part. qu. 19. ar. 7. Hoc autem quod Gregorius ait, ita omnino factum est in hac prophetia Ionæ. Quoniam enim in illa latebat subintellecta conditio, nisi pœnitentiam egerint, tūc non est impleta quantum ad tempus attinet, quia temporalis pœnitentiæ impedimentum obiectum est conuersis ad Deum Niniuitis; mansit tamen quantum ad substantiam: idcirco cessante in eis pœnitentia, & studio Deo placendi continuo, quia remotum est prohibens, exitum sortita est eadem prophetia, & Niniue subuersa est, vt videbimus, in expositione Nahum. Hoc nos docuit sanctus Tobias ca. 14. Prope erit interitus Niniue, nō enim excidit verbum Domini. Vbi Lxx ita verterunt, vt & Hieronymus citat in prologo comment. Ionæ. Vade in Mediam o fili, quoniā credidi, quęcunque locutus est Ionas propheta de Niniue, quod subuertetur.

Et crediderunt Viri Niniuitæ in Deo. Crediderunt verbo Dei, quod locutus fuerat Ionas: Hebraice autem dictum est credere in Deo, pro credere Deo, sicut Ioann. 1. ijs qui credunt in nomine eius, id est, nomini eius, vel ei. Lxx: Et crediderūt viri Niniuitę Deo. Chaldæus; Et crediderunt viri Niniuitæ verbo Domini. Sciamus autem in scriptura eadem significatione dici, Credo Petro, & in Petro, & in Petrum. Exhod. 4. Non credent mihi. Et postea: Si non crediderint (inquit) tibi. Ibi, Tibi, etiam est in Hebræo, & in Lxx. Credo in Petro dicunt, vt in Hebræo videmus in locis citatis, & in multis alijs Exhod. 14. Et crediderunt Domino, & Moysi seruo eius, ita etiam Lxx: sed in Hebræo est, Crediderunt in Deo, & in Moyse seruo eius, & cap. 19. Vt audiat me populus loquētem ad te, & credat tibi in perpetuū. 29 Credere Deo, & in Deum.

Hebrai-

Hebraice, In te. Psal. 77. Quia non crediderunt in Deo, neque sperauerunt in salutari eius. Ibidem: Et non crediderunt in mirabilibus eius. Hæc dicuntur cum præpositione ב, sed cum præpositione ל sequentia Exhod. 4. Crēdent verbo signi sequentis, Hebraice In verbum. Psal. 105. Non crediderunt verbo eius, Hebraice, In verbum eius. Prouerb. 14. Innocens credit in omni verbo, Hebraice, In omne verbum. Isa. 53. Quis credet auditui nostro? Hebr. In auditum nostrum.

30 *Et prædicauerunt ieiunium.* Publice per vrbem proclamatum est, vt omnes ieiunarēt, Hebraice, Clamauerunt, Lxx κηρυξαι voce præconis clamauerunt.

Et vestiti sunt saccis. De saccis diximus ca. 8. Hamos. nu. 30. Hieronymus: Saccus, & ieiunium arma sunt pœnitentiæ, auxilia peccatorum. Ante ieiunium, & sic saccus. Ante quod occultum est, & postea quod palam. Hoc semper Deo, illud interdum exhibetur, & hominibus; etsi è duobus necessarijs vnum est subtrahendum, magis ieiunium absque sacco, quam saccum eligam absque ieiunio.

Et peruenit verbum ad regem Niniue. Præoccupatione, siue anticipatione vsus videtur Propheta in eo, quod dixit: Prædicaue-
31 runt ieiunium, & vestiti sunt saccis: nam probabile est prius peruenisse verbum ad regem, & eius autoritate, atq; optimatum indictum esse ieiunium, & saccum, vt nunc aiunt. Huiusmodi autem anticipationes, & recapitulationes familiares esse sacræ historię docēt August. in lib. 3. de doctrina Christiana cap. 36. & Gregor. in præfatione Moralium cap. 1.

Et surrexit de solio suo, & abiecit vestimētum suum. Vera, & fructuosa pœnitentia describitur. Continuo credidit, & surrexit, & vestimentum regale abiecit, quod festinantis est. * Multi volunt pœnitentiam agere, sed ita, vt delicias suas, & vanitatem vestium minime deserant, similes Neoptolemo Enniano, qui Philosophari se velle dicebat, sed paucis, nam omnino haud placere. Quibus hoc dicere possumus: Non esse aptos pœnitentiæ delicatos cibos, neque pretiosas vestes, & nequaquam esse magnum dolorem, qui totus latet, & nusquam foras erumpit.

Et sedit in cinere. Sicut cinis dolentium est, & pœnitentiam agentium, vt Matt. 11. Olim in cilicio, & cinere pœnitētiam egissent, & Iob. 42. Idcirco ipse me reprehendo & pœnitentiam ago in fauilla, & cinere: ita etiam sedere, est mœrentium, atque lugentium, vt diximus cap. 3. Hos. n. 18.

Et clamauit, & dixit ex ore regis. Clamari, & dici iussit per præconem, ita enim loqui interdum scripturam diximus in ca. 8. Hos. nu. 10. Lxx, Et prædicatum est in Niniue à rege, & ab omnibus maioribus, &c. Chaldæus: Atque per præconem proclamare iussit, ac dicere per Niniuē ex regis, ac principum eius decreto. Principes autem vocat Hebraice magnos eius, sicut, & Hispani vocamus. Et ex ore regis, pro ex ore suo, more Hebræorum.

Homines, & iumenta, & boues. Quod pueri etiam sacco induuntur, & iumenta, & omnes ieiunant, magnitudinem doloris indicat, qui nullum relinquit locum voluptati, quod fit, vt Deus placetur, & homines huiusmodi rebus insuetis magis in dolorem excitentur. 32

Et clament ad Deum in fortitudine. Hebręi, quoniam pauca aduerbia habent, nominibus pro eis vtuntur, vt In fortitudine, id est, fortiter, In lenitate, leniter, In amaritudine, amarè. Hebræi nominibus vtūtur pro aduerbijs.

Conuertatur Vir. Vnusquisque, vt etiam adnotauimus cap. 1. n. 26.

Quæ est in manibus eorum. Quam nunc operantur, à peccato, in quo sunt.

Quis scit si conuertatur. Late hæc explicauimus Ioel. 2. nu. 21. & sequentibus.

Super malitiam. Malitiam vocat afflictionem, vt exposuimus Ioel. 2. n. 21. Non sumpsit de eis pœnas, quas per Prophetam prædixerat, non subuertit Niniuen, sed paulo post regnante apud Hebræos Iosia, vt ait Hieronymus, & apud Medos Astyage subuersa est, vt videbimus in Nahum.

ALLEGORIA.

Non solum typus Domini fuit Ionas, cum deuoratus est à ceto, & proiectus in aridam, vt hactenus ex Euangelio demonstratum est, sed etiam cum Niniuitas adijt, & eis prædicauit pœnitentiam. Sicut enim tunc prædixit illis vrbem esse subuertendam, nisi pœnitentiam agerent, & signum fuit eis, quoniam ex eius naufragio, & mirabili liberatione persuasi sunt verba Dei esse, quæ prædicabat: Ita CHRISTVS post resurrectionem è ventre inferi egressus, signum fuit Iudæis, vt crederent ex Deo esse 33

omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia, quæ docuerat, & subuertẽdam esse suam ciuitatem, & gentem, nisi mature cõuerterentur. Sæpe enim hoc prædixerat, vt Luc. 19. cum fleuit super Ierusalem, & dixit: Et circumdabunt te inimici tui vallo & circumdabunt te, & ad terram prosternent te, &c. Et Matth. 24. Cum videritis abominationem desolationis, &c. Et capit. 23. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. CHRISTI autem resurrectio nullo modo latuit Iudæos, cum sæpe apparuerit, & visus fuerit plusquam quingentis fratribus simul. 1. Corin. 15. * Denique sanctus Matthæus ait; Ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus cõsilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes: Dicite, quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditũ fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. At illi, accepta pecunia fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diẽ. Ac ne putes, hoc ceteros Iudæos postea latuisse, Ioseph. 18. Antiq. cap. 4. de IESV à Pilato crucifixo ait: Apparuit enim eis tertia die viuus, ita vt diuinitus de eo vates hoc, & alia multa miranda prædixerunt. Hoc quod diximus, intelligitur ex verbis Domini Luc. 11. Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Nã sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit filius hominis generationi isti. Et ambrosius, quãuis subobscure, hoc ipsum indicat ibi his verbis: Simul aduertere licet, & maiestatis oraculũ, & pietatis indicium: namq; Niniuitarum exemplo, & denuntiatur supplicium, & remedium demonstratur. Vnde etiam Iudæi debent non desperare indulgentiam, si velint agere pœnitentiam. * Quare quod Hieronymus, & Rupertus, & Augustinus epist. 49. qu. vltima, & lib. 18. de ciuitat. Dei cap. 44. docent, Niniuen in hac prophetia portare typum gentilitatis, non satis intelligo quomodo fieri possit, quoniam Lucas perspicue ait: Sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit filius hominis generationi isti. Sicut ergo Ionas figura fuit Domini, ita Niniuitæ figura fuere Iudæorum, quod recte explicat Beatus martyr Iustinus in dialogo cum Tryphone, post medium. Cumque CHRISTVS, inquit, apud vos clamet, vobis daturum se esse Ionæ signũ, horteturq; vos, vt vel postquam ab inferis excitatus esset, eorum malorum, ac scelerum, quæ commisistis, vos pœniteat, eodemque modo, quo Niniuitæ, ad Deũ clametis, ne gens, vrbsque vestra capiatur, deleaturque vt deleta est: non modo non vos pœnituit cum eum à mortuis excitatum esse didiceritis, sed, quemadmodum ante dixi, viros delectos in totum orbem misistis, qui prædicarent, & denuntiarent sectam quandã, impiam, & legibus contrariam excitatam esse à Iesu quodam Galilæo impostore, &c. In hoc igitur est typus, quod sicut Ionas fuit signum Niniuitis, & ex eius euentu crediderunt vrbem fore subuertendam post quadraginta dies, nisi pœnitentiam egerẽt, sed quia illi pœnitentiam egerunt, subuersa non est; ita Dominus resurrectione sua signum fuit Iudæis, vt crederẽt vera esse, quæ docuerat. * Sed quia credere noluerunt, nec pœnitentiam egerunt, vt Niniue post quadraginta dies erat subuertenda, Ita Ierusalem, & gens Iudæorum post annos quadraginta à resurrectione Domini vastata, & deleta est à Romanis, vt autor est Eusebius in Chronicis: Vastata est enim secundo anno Vespasiani, vt Iosephus scribit libr. 2. de bello Iudaico capit. 10. & inter omnes constat; Dominus autem passus est anno decimo octauo Tiberij cæsaris, Quod item perspicuum est. A decimo autem octauo Tiberij cæsaris, ad secundũ Vespasiani quadraginta anni sunt. Imperauit siquidem Tiberius annos 23. (vt ait Suetonius in eius vita capit. 73.) Caius Caligula, annos tres, & mẽses decem, vt ait Eusebius, & Suetonius ca. 59. Claudius, tredecim annos, & menses nouem, aut 14. annos iuxta Suetonium, ca. 45. Nero, quatuordecim annis additis mensibus septem, qua in re conuenit Eusebio cum Suetonio, vt intelligi potest ex cap. 8. vbi 17. anno eum cœpisse imperare dicit, & ex ca. 57. vbi obijsse scribit anno 32. ætatis suæ. Imperio autem Galbæ, Othonis, Vitellij annum cum nouem mensibus tribuit Eusebius, satis conuenienter etiam Tranquillo. His successit Vespasianus, si ergo ex imperio Tiberij quinque annos, ex Vespasiani vnum numeremus, quadraginta anni fiunt integri. Hic figura terminatur. In eo autem, quod Niniue tunc credidit, & seruata est iam figura potest esse gentium, ac quas Dominus post resurrectionem suam per

34 Matth. 28.

35

36 Fructus pœnitentiæ Niniuitarum.

per apostolos venit, & crediderunt, & pœnitentiam egerunt, atque ab æterna morte seruatæ sunt. Quo tempore non solum plebeij homines, sed optimates etiam, & reges crediderunt, vt apud Niniuen. Quod si vniuersa gentilitas Niniue est, recte vt ait Rupertus, regem Niniues Romanum imperium intelligemus, quod toti orbi præerat, & ad illud peruenit verbum per duo apostolorum lumina Petrum, & Paulum, & eorum successores. Atque ita patrum illorum sententiam tuebimur quodammodo, qui Niniuen Ecclesiam gentium interpretantur.

TROPOLOGIA.

37 Hic illud primum adnotandũ est, quod optime animaduertit Gregorius lib. 6. Moral. cap. 13. vbi verba illa capit. 5. Iob interpretatur, Qui comprehendit sapientes in astutia eorum, & tandem peruenit ad Ionam his verbis: Sed quia nõnunquam astute se aliquid sapere etiam electi moliuntur, liber ad medium alium sapientem deducere, & quomodo internis consilijs sapientia mortalium comprehendatur, demonstrare. Prudenter quippe Ionas sapere voluit cum ad prædicandam Niniuitarum sapientiam missus, quia electis gentibus Iudæam deseri timuit, prædicationis officium implere recusauit. Nauim petijt, fugere Tharsis elegit: sed protinus tempestas exoritur, sors mittitur, vt videlicet cognoscatur cuius culpa mare turbetur. Ionas in culpa deprehenditur, in profundum mergitur, ceto sorbente repente deuoratur, atque illuc gestante bellua peruenit, quo ire iponte contempsit. Ecce fugitiuum Dei tempestas inuenit, sors ligat, mare suscipit, bellua includit, & qui autori suo obedire renititur, ad locum, quo missus fuerat, suo reus carcere portatur. Iubente Deo ministrare homo prophetiam noluit, adspirante Deo bellua Prophetam vomuit. Comprehendit ergo Dominus sapientes in astutia eorum, quando & hoc in vsum suæ voluntatis redigit, per quod sibi voluntas humana contradicit. Hactenus Gregorius. * In eo vero, quod Ionam figuram esse diximus electorum, qui humana infirmitate labuntur, & diuina virtute excitantur, videmus vim, efficientiamque perfectæ pœnitentiæ, per quam, in pristinam dignitatem restituitur Ionas, & perinde eo Deus vtitur ad salutem multarum animarum, ac prius, cum nihil contra Dei mandata fecerat. At in eo, quod Niniuen mittitur, & longo itinere confecto clamat: Adhuc quadraginta dies, &c. Figuram gerit sanctorum prædicatorum, quam, vt potuimus, expressimus capit. 1. numer. 30. 31. 32. Sed hoc præterea adnotandum est, quam copiosus fructus prędicatores à Deo missos, & ad eius præscriptum docentes cõsequatur. Homo ignotus, & aduena in vrbem ingreditur, idolis, & superstitione plenam, omnibusque vitijs contaminatam, & primo prædicationis die vniuersam ad Deum conuertit. In qua, vt ex vltimis ca. 4. verbis perspicimus, pueri rationis nondum participes plusquam centum viginti millia erant, vt hinc coniectura, vtcumque intelligamus, quanta, & quam innumerabilis esset maiorum natu multitudo, quos vno die Deo lucratus est. * Quod quid aliud est, quam quod de discipulis legimus: Misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem, & locum, quo erat ipse venturus? Prædicatores namque suos, vt est apud Gregorium, Dominus sequitur, quia prædicatio præuenit, & tunc ad mentis nostræ habitaculum Dominus venit. Et de sanctis apostolis Marcus scripsit: Illi autem profecti prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. In quibus verbis quid considerandum est, (inquit Gregorius) quid memoriæ commendandum, nisi quod præcepta obedientia, obedientiam vero signa secuta sunt? Quod vero signum, vel mirabilius, vel glorioſius cogitari potest, quam vno die ad vnius hominis prędicationem ciuitatem omnium, quę tunc erant, maximam, & potentissimam, & tot regnorum dominam, tot vitiorum seruam repente mutata vitæ consuetudine ieiunare, lugere, saccis indui, pijs, & humilibus lacrymis paratam perniciem deprecari? In quo etiam videmus quot quantaque nobis ipsis bona adimamus, cum inobedientia nostra Dei prouidentiam, & largitatem retardamus. Si nulla fuisset oborta tempestas, & Ionas iuisset quo volebat, animoque suo satisfecisset, quid tandem laude dignum fuisset assecutus? Nonne se hac insigni gloria, & vtilitate priuasset, & autor innumerabilium animarum salutis nunquam fuisset?

Fructus ꝺ̃ piosus eorum, qui à Deo mittuntur.

39 Luc. 10.

Homil. 17. in Euang.

Homil. 19. in Euang.

38

Universidad de Deusto
Biblioteca

40 * Cetera, quia valde moralia sunt, Morali expositione nō indigent, at animaduersione indigent vel maxime. Curemus diligēter ne nobis id dicatur, quod Iudæis olim dictum est: Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabūt eam, quia pœnitētiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plusquā Ionas hic. Cū verbum Dei in scripturis legimus, vel in Ecclesijs audimus, quid nisi CHRISTVM audimus? Et ecce plus quam Ionas hic. Si illi ad vnius serui, eiusque ignoti clamorem pœnitentiam egerunt, quibus supplicijs non digni erimus nos, si Domino prædicante, quem plurimis in nos collatis beneficijs, satis nouimus, non resipiscamus? Si vnus illis dies satis fuit, nobis tot menses, & anni cur satis non sunt? Illis vrbis subuersio prædicabatur, & quadraginta dies ad pœnitentiā cōcedebantur, nobis æterna supplicia intentantur, & ne semihoram quidem certā ad vitam habemus? * Credamus ergo, & præterita peccata lugentes ieiunemus. Expositę sunt animæ nostræ omnibus crudelis tētatoris telis, expositæ sunt diuinæ iustitiæ vltioni, operiamus eas vestibus, immo, & armis impenetrabilib⁹ operiamus. Quibus nam armis? Operui (inquit) in ieiunio animam meam. Ambrosius in libro de Elia, & ieiunio. c. 4. Gula ergo nudos facit, ieiunia operiunt & exutos. Vnde Dominus ait: Operui in ieiunio animam meam. Bonum operimentum, quod animam regit ne à tentatore deprehendatur, ne à tentatore nudetur. Et episcopi Africani in epistola ad Sititiū pontificem Romanum quæ est in. 1. Tomo Conciliorum, ita scribunt. Audiant Prophetam dicentem: Cooperui in ieiunio animam meam. Ergo qui non ieiunat, intectus, & nudus est, patet vulneri. Denique si Adam se texisset in ieiunio, nō fuisset nudus effectus. Ninive se à morte ieiunio liberauit, &c. * At oportet, vt & saccis etiā nos operiam⁹: Quid est saccis operiri, nisi vilitatem vitæ nostræ exterius prodere, quod tunc recte fit, cum per humilē confessionem peccata, quæ male in corde latebant, bene, & vtiliter homini Dei vicario detegimus. Nouus morbus ex veteri, qui nostra maxime ætate grassatur, corpus maculis quibusdam sanguineis respergit, quæ cum in summa cute apparent, morbus nec longus, nec difficilis curationis est, si vero intus latent, letalis iudicatur. Eius-

Matth. 12.

41

Psal. 68.

42

dem naturæ peccatum est, tollitur, si foras per confessionē prodeat; occidit si lateat. Male, & in magnū animæ suæ periculum tegebat Dauid peccatum suum, sed cum primum detexit dicens: Peccaui Domino, audijt à Propheta; Dominus quoque transtulit peccatum tuum: Non morieris. Achab rex sceleratissimus, & diuinæ vltionis telis nudus expositus operuit cilicio carnem suam, ieiunauit, & dormiuit in sacro, & factus est sermo Domini ad Eliam Tesbitem dicens: Nonne vidisti humiliatum Achab coram me? * Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Sermo peruenit ad regem Niniue, & ad optimates eius, cum principes populi, id est episcopi, sapientes, & magistri, qui eum regunt, peccata intuentes quibus Deum, ad amaritudinem prouocant, primi mollem vitam abijciunt, & se ad pœnitentiam accingunt, vt sicut ante exemplo ceteris nocebant, iam pœnitentiæ duces sint, & magistri. Quod cum fit, tunc validum, firmumque decretum est, quod ex ore eorum indicitur, vt omnes ieiunent, & saccos induant. Alioqui frustra clamabunt, & leges ferent, si à clamore, & à legibus vita eorum dissonet? Tunc autem homines & pueri, & iumenta saccis operiuntur (vt ait Hieronymus) cum rationabiles, & irrationabiles, & prudentes, ac simplices agunt pœnitentiam; iuxta illud: Homines, & iumenta saluabis Domine. Tunc videbit Deus opera nostra, & miserebitur super malitiam, quam locutus fuerat, vt faceret nobis, & non faciet.

CAP. IIII.

ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est: & orauit ad Dominum, & dixit: Obsecro Domine, numquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? Propter hoc præoccupaui, vt fugerem in Tharsis. Scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens &

1. Reg. 21.

3. Reg. 21.

43

Hoc. 11. Ioel. 2.

multæ

mult æ miserationis, et ignoscens super malitia. Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me: quia melior est mihi mors quam vita. Et dixit Dominus. Putasne bene iasceris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret, quid accideret ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, et ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, et protegeret eum, laborauerat enim: et lætatus est Ionas super hedera, lætitia magna. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: et percussit hederam et exaruit. Et cum ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido et vrenti: et percussit sol super caput Ionæ, et æstuabat: et petiuit animæ suæ, vt moreretur, & dixit. Melius est mihi mori, quam viuere. Et dixit Deus ad Ionam. Putasne bene iratus es tu super hedera? Et dixit. Bene iratus sum ego vsque ad mortem. Et dixit Dominus. Tu doles super hederam, in qua non laborasti neque fecisti, vt creseeret, quæ sub vna nocte nata est, et sub vna nocte periit: & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plus quam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram, et sinistram suam, et iumenta multa.

HISTORIA.

Et afflictus est Ionas. Eisdem causis affligitur, quibus ante & fugerat, sed cur afflictus est, cum nondum essent impleti quadraginta dies, paulo enim post ait: Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis, & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret, quid accideret ciuitati, videlicet postquam quadraginta dies implerentur? Causa afflictionis eius fuit, quod cum propheta esset, & sæpe Dominum audisset loquentem, melius eius ingenium cognoscebat clemens, & ad veniam, & misericordiam valde propensum. Quare cum Niniuitarum subitam, atque perfectam pœnitentiam vidit, continuo intellexit Deum esse flectendum, nulloque modo subuertendam esse vrbem. Et tamen expectabat extra vrbem, quoniam purabat fieri posse, vt vel illi relicta pœnitentia ad priores mores redirent, vel Deus incolumi vrbe, minores saltem de eis pœnas sumeret.

Et iratus est. Lxx quasi volētes ostendere, iræ causam verterunt, καὶ συνεχύθη, & confusus est, timuit enim se vanum, atque mendacem esse iudicandum, sed verbum Hebraicum חָרָה vere iram sonat. Perinde ergo est, ac si diceret: Magna quædam impatientia eum inuasit. Idem verbum est, & eadem sonat Genes. 4. Ad Cain autem, & ad munera illius, non respexit, iratusque est Cain vehementer.

Obsecro Domine. Hieronymus: Hoc quod nos interpretati sumus, Obsecro, & Lxx transtulerunt ὦ δή, in Hebraico legitur נָא, quæ mihi videtur, interiectio deprecantis significare blandientis affectū. Quia igitur oratio eius, dum se dicit iuste fugere voluisse, quodammodo iniustitiæ arguit Dominum, querelas suas obsecrationis exordio temperat. 2

Numquid non hoc est verbum meum. Num fefellit me mea diuinatio? Tu, cum in Iudæa essem, iubebas me illis interitum, & excidium prænuntiare, ego recusabam, & dicebam: Nequaquam ita facies Domine, vt dicis, scio te esse misericordem, cito precibus flecteris, & pœnitentia, cur me prophetare vis, quod futurum non est?

Scio enim, quia tu Deus clemens, & misericors es, & patiens, & multæ miserationis, & ignoscens super malitiam. Vim & proprietatem horum verborum expresimus Ioelis 2. numer. 19. & duobus sequentibus, sunt enim in Hebræo eadem apud illum

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophetam, vbi ait: Quoniam benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis, super malitia. Itaque quod hic vertit; Clemens, ibi Benignus, quod hic: Ignoscēs super malitiam, ibi Præstabilis super malitia.

3 *Tolle quæso animam meam.* Prę dolore summo mortem optat, vt Elias. 3. Reg. 19. Sufficit mihi Domine, tolle animam meā, neq; enim melior sum quam patres mei. Et Tobias. c. 3. Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum, expedit enim mihi mori, magis quam viuere. Theophylactus: Forsan cuipiam pusillanimis Prophetа videri queat, qui Deo sua iudicia non permittat. Neq; hoc fors mirandū foret, homo eñ erat, idque veteris testamenti, vbi & qui perfecti videbantur, imperfecti erāt. Attamen non sic fortasse pusillanimis est, vt animum despondeat, non enim hoc pro sua gloria, sed pro gloria Dei facit. Siquidem illius gratia, & donum prophetia est, qua intercidente Deus Israelis à gentibus vituperaretur. Hieronymus etiam supra Prophetam excusat. Non, inquit, contristatur, vt quidam putant, quod gentium multitudo saluetur; sed quod pereat Israel. Theophylactus etiam dixit paulo ante, nō dolere Ionam, quod seruatis inuideret, aut ex eorum interitu voluptatem caperet, abhorrerer, enim hoc à bono & māluerto spiritu, cuius ille domicilium erat, sed quia periculum erat, nē ipse etiam mendax reputaretur, quique, ceu præstigiator aliquis frustratus bauerit ciuitatem. * Mihi hæc poſtrema ratio magis placet, nec displicent tamen ceteræ, vt ea. 1. dixi. Idem sentit Theodoretus, qui ait: Vita defungi malo, quam cum ignominia viuere, vereor autem ne mendax habear, &c. Non ergo dolebat de aliorum salute, quasi eos extinctos vellet, sed de sua ignominia, quam tamen postponere debuisset tot millium incolumitati. Quod autē dixi: Theophylactus imperfectos fuisse homines veteris testamenti, eos etiam qui perfecti videbantur, non de quibusdam patribus, qui magna sanctitate prę stiterunt, dictum putandum est, sed de cōmuni illorum temporum perfectione cum ea comparata, quæ in nouo testamento postea fuit.

4 *Putas ne bene iraſceris tu?* Leniter hominē afflictum, & iratum increpat, vt ipse de se iudicet, & se ipsum reprehendat. De hac locutione apud Hebræos diximus Hos. 5. n 7. Vbi etiam diximus recte posse verti: Vehementer ne iraſceris tu? vt vertunt Lxx, & Chaldæus.

Et egreſſus est Ionas de ciuitate. Perfecta legatione manere amplius in ciuitate non vult, ne vt mendax rideatur, post quadraginta dies, & tamen expectat, vt videat, quem exitum prophetia sua habitura sit, vt diximus n. 1.

Et sedit contra Orientem ciuitatis, id est, è regione partis Orientalis vrbis. Hebraice, Et sedit ab Oriente ipsi vrbi. Quod mihi videtur fecisse Ionas, quod ab ea parte mons esset aliquis altior, & remotior, vnde melius, & tutius posset spectare, si quid vrbi accideret.

ALLEGORIA.

Diximus iam c. 3. n. 36. in ingressu Ionæ in Niniuen, & in prædicatione finitam esse figuram, id est in ijs, quæ postea sequuntur, figuram CHRISTI nō esse eum. Quid autem modo Ionas Allegorice significet, recte docet August. epist. 49. Iam vero inquit, quod tabernaculum sibi constituit, & consedit ex aduerso ciuitatis Niniue, quid ei futurum esset expectans, alterius significationis personam Prophetа gestabat. Præfigurabat enim carnalē populū Israel, nam huic erat tristitia de salute Niniuitarum, hoc est de redemptione, & liberatione gentium, &c. Ex his verbis August. & ex ijs quę cap. 1. n. 28. & 29. retulimus ex Hieronymo, & ex Theophylacto, constat plane eumdem hominem non portare semper eiusdem rei figuram, sed in eadem etiā historia, nunc huius rei, nunc illius typum esse. Quod quoniam iam sæpe in hoc prophetа vidimus, non morabimur in re aperta confirmanda: Expositionis tamen causa, exemplum vnum, aut alterum proferamus. * Arca Noe figura baptismi fuit, quia omnes qui per baptismum, non ingrediuntur in Ecclesiam, pereunt. At vero in eo quod omnes, qui ingressi sunt, seruati sunt, non est figura Ecclesiæ; Stultissime ergo hinc hæretici huius temporis colligunt seruari omnes, qui sunt in Ecclesia, id est, Ecclesiam solum constare ex prædestinatis. Immo vero eandem rem diuersis rationibus figuram esse rerum etiam

etiam contrariarum docet Augustinus in epistol. 99. ad Euodium. Diluuium (inquit) significat, & iudicij vltimi supplicium malis, & baptismum fidelibus. Et petræ nomine, qua CHRISTVS significatus est, duo prænuntiata sunt, & offendiculum infidelibus, & ædificium spirituale fidelibus. Sed in hac Allegoria regulam teneamus ab eodem Augustino traditam libr. 16. de ciuitate cap. 2. his verbis: Non omnia, quæ gesta narrātur, aliquid significare putanda sunt: sed propter illa, quæ aliquid significant, etiam ea, quæ nihil significant, attexuntur. Solo enim vomere terra proscinditur, sed vt hoc fieri posit, etiam cetera aratri membra sunt necessaria.

TROPOLOGIA.

In Iona post muneris sui functionem lugente iam nunc illos intelligimus, qui in eo, quod Dei causa facere videntur, aut gloriam Dei non quærunt, sed sua emolumenta, aut certe in eo sitam putant, vbi minime sita est. Nam, qui gloriam Dei expetit, nec quærit quæ sua sunt, sed quæ IESV CHRISTI, postquam officio suo defunctus est, id maxime probare, id velle debet, quod Deus voluerit, ac fecerit: quod si aliud vult, plane declarat seipsum quæsisse, non Deum, aut se magis, quam Deum. Si gloriam Dei quærit Ionas, num ignorat, eam parcendo maxime, & miserando manifestam fieri? Vtrum Deo gloriosius, & magnificentius est, vrbem maximam perdere, an corda hominum obdurata emollire, & ad se conuertere, & multitudinem, quæ peritura erat, conseruare? Cur putat fallacem esse iudicandam prophetiam omnibus ciuibus ad veram pœnitentiā conuersis, & ieiunantibus, & lugentibus? Quæ tunc profecto esset fallax, cum illi in eadem vitæ turpitudine hærerent, & vrbs non rueret. At cum tanta cerneretur vitæ, morumque mutatio, crudelis potius in gentibus Deus haberetur, si supplicis, & mœrore confectæ ciuitatis non esset misertus. * Itaque Ionas, si non tam gloriam suam, quam Dei quæsiuit, in eo certe quæsiuit, in quo non erat, id est, in adimpletione minacis prophetiæ. Et quia iudicio suo, quam Dei duci maluit, cum maxime exultare gaudio debebat, quod tot hominum millia mortua fuerant, & reuixerunt, pericrant, & inuenta sunt, & cum gaudium erat in cœlo angelis Dei, super tot peccatoribus pœnitentiam agentibus, ipse afflictus est afflictione magna, & iratus est. Quod semper ijs euenit, qui non quod optimum, & Deo gratissimum est, fieri volunt, sed quod sibi vtilissimum iudicant. Ex quo errorem nostrum, & maximum, & vsitatissimum agnoscimus, qui pacem, & tranquillitatem in eo positam putamus, vt id fiat, quod volumus, cum sit omnium dolorum origo hæc nostra, quæ dicitur, propria voluntas, propriumque iudicium. At orat etiam, & tacite Deum reprehendit, & priorem suam fugam non tam excusare, quam probare ipsi vult, cuius mundi sunt oculi ne videant malum, & qui respicere ad iniquitatem non poterit: cum scriptum sit: Iustus prior est accusator sui. Et apud Isaiā iuxta Lxx interpretum translationem: Dic tu iniquitates tuas primus, vt iustificeris. Prou. 18. Isa. 43.

9 * Et quia pœna sibi est, omnis inordinatus animus, & instabilis est qui à Dei ordine recedit, ita angitur, & tanto dolore occupatur, quia futurum non putat quod vult, vt etiam mori cupiat, & precetur: *Et nunc Domine, tolle quæso animam meam à me.* Illud vere: *Melior est mihi mors quam vita.* Vita enim eius, qui omnia suo sensu, & voluntate sua metitur, nec ducem Deum sequitur, sed ipse dux esse vult diuinæ voluntatis, nō potest non magnis doloribus subinde perturbari. Sed quia bonus, ac suauis Dominus infirmitatis nostræ misereatur, & leniter nos intus admoneat, cum à se dissentientes videt, non deserit Ionam in illo æstu doloris, sed amanter reprehendit. *Putas ne bene iraſceris tu?* Atque vt videamus, quo homines etiam bonos, & cordatos deducat huiusmodi affectus, recte continuo subijcitur. *Et egreſſus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis; & fecit sibimet vmbraculum, & sedebat ibi.* * Nam cum quis iudicio suo in tantum fidit, vt quemadmodum ait insignis Comicus: nisi quod ipse facit, nihil rectum putet, Et quod vult faciendum esse existimet, minime possit in aliorum cætu commorari, ciuitatem deserat necesse est, in qua, si vellet optime viuere poterat, Et cui licebat in bona domo sua habitare, & solis, atque æstus incommoda vitare, facit sibimet vmbraculum, vt Ionas, parum firmum, & caloris iniurijs expositum, vt postea videbimus, & inanibus curis, ac superuacuo dolore cruciatur: Hoc

10 Terentius in Adelphis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, nunquam stabilem requiem habet, nunquam satis quiescit, quia multa videat necesse est, quæ nolit, multa patiatur, quæ oderit, & solus doloribus conficiatur vt apud Homerum, Bellerophon.

Iliad. 6. Ἤτοι ὁ καπετδίον τὸ ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο
ἐν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλείτην.

Quæ ita vertit Erasmus.

Solus at ille, quidem vacuis errabat in agris
Cor edendens curis, hominum vestigia vitans.

Maneat ergo non posse lætam, neque tranquillam vitam agere, nisi qui Dei consilio, & voluntate duci velit, idque demum in omnibus optimum putet, quod illi maxime placebit, qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ.

HISTORIA.

* 11 *Et præparauit Dominus Deus hederã.* Fecit vt subito exoriretur hedera, vt diximus c. 2. n. 2. Pro Hedera in Hebr. est. קִיקָיוֹן de quo magna est inter doctissimos homines cõtentio. Lxx cucurbitam esse censuerunt, Aquila, Symmachus, & Theodotion, hederam. quos Hierony. in translatione nostra secutus est. Quidam vero è recentioribus fruticem esse volunt, quem κίκι Græci vocant, Latini ricinum. Sed hi cum tam nostram, quam veterum omnium interpretũ translationem contemnant, neque id probare possint, quod volunt, iure mihi ab hac disputatione segregandi videntur. Ad veteres ergo redeamus. Hæc Hieronymi trãslatio magnas olim turbas excitauit, de quo Augustinus epistola. 10. ita scribit ad Hieronymum: Nam quidam frater noster episcopus cum lectitare instituisset in Ecclesia, cui præest, interpretationem tuam, mouit quiddam longe aliter abs te positũ apud Ionam prophetam, quã erat omnium sensibus, memoriæque inueteratum, & tot ætatum successionibus decantatum, factus est tantus tumultus in plebe maxime Græcis arguẽtibus, & inflammãtibus calumniam falsitatis, vt cogeretur episcopus (ea quippe ciuitas erat) Iudæorum testimonium flagitare, &c. * Quæ omnino de hoc Ionæ loco dicta videntur, vt Hierony. intellexit in fine eius epistolæ ad Augusti. cuius initium est, Domino vere sancto, & est in volumine epistolarum Augusti. vndecima. In qua etiam epistola translationis suæ rationem ita reddidit. In eo loco, vbi Lxx interpretes cucurbitam, & Aquila cum reliquis hederam transtulerunt, ideſt, κισσόν, in Hebræo volumine ciceion scriptum habetur, quam vulgo Syri cicetam vocant: Est autem genus virgulti lata habens folia in modum pãpini, cumque plantatum fuerit, cito consurgit in arbusculam, absq; vllis calamorum, & hastilium adminiculis, quibus & cucurbitæ, & hederæ indigent, suo trunco se sustinens. Hoc ergo verbum de verbo edisserẽs si ciceiõ transferre voluissem, nullus intelligeret, si cucurbitam, id dicerem, quod in Hebræo non habetur; hederam posui, vt ceteris interpretibus consentirem, &c. His in verbis consulto scripsi ciceion, ita vt in epistola ipsa habetur, quoniam fortasse propeo, quod nunc Hebræi legũt, Cicaion olim legebatur Ciceion, ait enim ciceiam vulgo Syris dici, quamuis in commentarijs elceroa dicat appellari lingua Syra, & Punica, sed in commentarijs videmus ciceion. Hanc epistolam Hieronymus admodum senex dictauit multis annis post Ionæ commentarios, in quibus idem dixerat, cum le Romæ sacrilegij accusatum esse à quodam scribat, quod pro cucurbita hederã transtu- 15
lisset. * Mox ait, Pro cucurbita, siue hedera, in Hebr. legimus קִיקָיוֹן, quæ etiam lingua Syra, & Punica elceroa dicitur. Est autẽ genus virgulti, vel arbusculæ lata habens folia in modum pampini, & vmbram densissimam, suo trunco se sustinens, quæ in Palestina creberrime nascitur, & maxime in arenosis locis, mirumque in modum, si sementem in terram ieceris, cito confota cõsurgit in arborem, & intra paucos dies, quã herbam videras, arbusculam suspicis. Vnde & nos eodem tempore, quo interpretabamur prophetas, voluimus id ipsum Heb. linguæ nomen exprimere, quia sermo Latinus hanc speciem arboris non habebat. Sed timuimus Grammaticos, ne inueniret licentiam commentandi, & vel bestias Indiæ, vel montes Bæotiæ, aut Istius modi quædam portenta confingerent: secutiq; sumus veteres translatores, qui & ipsi hederam interpretati sunt, quæ Græce appellatur κισσὸς, aliud enim quid dicerent, non habebant. Hæc Hieronymus: cuius ratione Canus adductus libro. 2. de locis Theologicis capite. 14. quibusdam exemplis probat licere interpreti sacræ scripturæ, cum arbor, aut herba, aut res quæpiam similis in scriptura nominatur, quæ Græcis, & Latinis ignota sit, nec nomen vllum habeat, ex re agnata, & vi-

& vicina nomen petere, vt id intelligatur, quod dicitur: atque ita recte interpretes 14
vertisse hederam, aut cucurbitam. * Recte sane, sed possumus fortasse hoc quidem loco probabilius dicere cicaion, nomẽ commune esse cucurbitæ, & hederæ, forte & similibus virgultis, illique, quod nobis ab Hieronymo descriptum est. Hebræorum siquidem, hæc in pluribus consuetudo est, vt quoniam verborum copia destituũtur, vno quasi generali, plures res inter se cognatas comprehendant, vt Hamos capit. 5. numer. 23. ostendimus cum de Arcturo, & Orione loquebamur, & in secundũ caput huius prophetæ numer. 11. diximus קִיקָיוֹן caricem, & iuncum significare, & algam, & papyrum. * Primum cicaion cucurbitam significare præter Lxx interpretes docent nonnulli Hebræorum. Abraham filius Hezræ testatur sapientes Hispanię docere esse cucurbitam, aut cucumerẽ. Illi etiam Iudæi, quos August. epistola decima, consultos fuisse dicit, ab illo Africæ episcopo, vtrum malitia, an imperitia (inquit Augustinus, ne Hieronymo contradicat) hoc esse in Hebræis codicibus responderunt, quod Græci, & Latini habebant, atque dicebant: Quid plura? inquit, coactus est homo velut mendositatem corrigere, volens post magnum periculum non remanere sine plebe. Scio quid in epistola Hieronymus respondeat, Iudæos illos, aut Hebræas ignorasse literas, aut ad irridendos cucurbitarios voluisse mentiri. Crederem id fortasse, si soli dixissent, sed dicunt multi, & ante illos, & post. De hedera qui possumus dubitare, cum habeamus omnium veterum interpretum consentiẽtem autoritatem, quæ certe hoc loco pluzimum valere debet apud nos, cum maiorem nullam habeamus, neque enim hoc nomen reperitur in scriptura. Recte ergo, & valde probabiliter dicemus Hebraicum nomen, & hederæ, & cucurbitæ esse commune. Vt autem detur arbusculæ etiam, quam Syri Ciceiam vocant, Hieronymi suadet autoritas. Constant itaque omnia, 16
nec mutare translationes necesse est.

et protegeret eum laborauerat enim. Hebraicè: Et ad liberandum eum à malitia sua, id est, vt illum protegeret ab æstu, quo laborabat. Ita enim Lxx: Et protegeret eum a malis suis. Itaque Hieronymus sensus potius rationem habuit, quam verborum.

Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum. Vt subito hederam exoriri fecerat, ita subito vermem eam corrosurum excitauit diluculo sequentis diei, id enim significat: *Ascensu diluculi in crastinum*, id est, cum aurora ascendebat super terram, vt initium diei sequentis faceret. Chaldęus. Sub auroræ ascensu sequentis diei.

Præcepit Deus Vento calido, & vrenti. Volebat Deus hoc hederæ exemplo docere Ionam, quam immerito irasceretur: & quoniam argumento vsus erat à minori ad maius: Tu doles hederam corrodi, & arrescere, & ego non dolebo deleri, & subuerti vrbem maximam? quo magis Ionas doleret sublatã sibi fuisse hederam, induxit Dominus ventum vrentẽ, vt maior esset calotis vis, & vehementius Prophetæ æstuaret.

Et æstuabat. וַיִּתְעַלָּף, id est, Deficiebat, 17
vix poterat vim æstus tolerare, pene moriebatur. Hæc enim est verbi Hebraici significatio, vt Hamos 8. In die illa deficient virgines pulchrę, & adolescẽtes in siti: Chaldæus vertit hic: Animi deliquium patiens. Lxx eleganter ἀλιγοψύχει, id est, minuebatur illi anima. Vis autem Hebraici verbi nõ potuit aut commodius, aut elegantius exprimi, quam si diceretur æstuabat, quod de eo proprie dicitur, qui loci angustijs inclusus, aut magna caloris vi afflictus quasi spiritu destituitur. Vt:

Vnus Pellæo iuuenit non sufficit orbis, Iuuenal. Saty. 10.
Æstuat infelix angusto limite mundi,
Vt Gyaræ clausus scopulis, paruaque Seripho.

Et petiuit animæ suæ vt moreretur. Ita etiam 3. Regum 19. Cumque venisset, & sedisset subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur, id est, mortem sibi precabatur: nam animæ suæ, dixit pro sibi. Lxx iuxta Complutensem codicem, & Regium ἀπελύπησε τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. Et destituebatur anima sua; sed multo melius habet codex Aldi Manutij: καὶ ἀπελέγετο τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, quomodo legunt Hieronymus, Theodoretus, & Theophylactus, Vertitq; Hieronymus; Et tæduit eum animæ suæ.

Bene irascor, vsque ad mortem. Iuxta Lxx & 18
Chaldæi interpretationẽ, qui superiora verba ita verterũt; Si vehementer irascaris tu? id est, vehementer ne irascaris tu? satis apta est responsio, Vehementer irascor & quidẽ vsq; ad mortẽ, id est, vt pene præ ira moriar, hoc enim significat vsq; ad mortẽ, vt Isa. 38. Vsque ad mortem. Et ęgrotauit rex Ezechias vsque ad mortem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

id est,letali morbo, erat morti proximus. Philip.2. Nã & infirmatus est vsque ad mortẽ,sed Deus misertus est eius Matt.26. Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ,ideſt,mortifero dolore afficior,hæc Lxx translatio satis probabilis est,vt Bene ponatur pro Multum,vt apud Latinos,Bene nummatus, Bene barbatus,& male sanus,ideſt,partũ sanus. Iuxta nostram translationem sensus est: Merito irascor. Et quia, qui putant se iure irasci, multum irascuntur,addit. *Vsq; ad mortem*,id est,ira magna,vt pene moriar prę ira quod Latinus diceret:Findor ira.

Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ? Quasi diceret;Et ego nõ dolebo tot homines perire quos creaui, & quos vt creaturas meas amo. Vtitur eñ eodẽ verbo quo vsus est,cũ dixit: Tu doles super hederã,vel tu volebas parci hederę, & ego no parcam tantæ ciuitati?nam vtroq; modo vertitur. Est autem,vt dixi, argumentum à minori.

19 *Qui non sciunt,quid sit inter dexteram, & sinistram suam.* Chaldæus: Qui nesciunt inter dexteram,& sinistram suã discernere. Prouerbium esse arbitror Hebræorum,quo significabant pueros,qui nondũ nacti erant vsum rationis. Hoc autẽ dupliciter,exponitur,vel nesciũt vtra manus sit dextera, vtra sinistra, quẽadmodum Theodo.& Theophy. & alij nõnulli intellexerunt,vel vt metaphorice capiatur dextera pro bono, & sinistra pro malo,iuxta illud Prouerb.4. Vias eñ,quæ à dextris sunt,nouit Dñs,peruersæ vero sunt,quę à sinistris sunt. Quẽ sensum cum priori subindicãt Hier.& glossę. Sed cur reddenda ratione non est recordatus pœnitẽtiæ Niniuitarũ:cur nõ dixit. Et ego non parcam Niniue, in qua tot millia hominum pœnitẽtiã egerũt, cum causa vera ignoscendi fuerit illa pœnitẽtia? Potest hoc ita accipi, ac si diceret: Etiam si nihil esset aliud,non me mouere deberet tanta multitudo innocentiũ, quos necesse erat similiter cũ ceteris petire? Ita fere Theodore. & Theophy. De pœnitẽtia eñ nihil dicit, qđ eã iam viderat Ionas,& ipse Deo dixit: scio enim quod tu Deus clemens,& misericors,patiens,& multæ miserationis, & ignoscẽs super malitiã. Sed mihi hoc, quod nũc dicam, magis probatur. 20 * Plurimi erant in hac vrbe morte digni, & erant plusquam centum viginti millia innocentium,qui nihil fecerant,cur perirent: & multa præterea iumenta, quæ tamẽ omnia simul cum ceteris peritura erant. Ergo ego,qui creaturas meas feci, vt essent, ne perirent innocentes,dedi spiritum pœnitentiæ nocentibus,vt omnes salui fierent.

Et iumenta multa. Videmus infinitam Dei bonitatem,qui non solum innocentiũ hominum,sed etiam iumentorum miseretur,vt facile intelligere possimus quam ei curæ simus, præsertim si boni æmulatores fuerimus. Nec miremur eum iumentorum misereri,quandoquidẽ scriptum est Sapic. 11. Diligis Domine omnia,quæ sunt, & nihil odisti, eorum quæ fecisti. Præterea illa culpa vacabant,& quodammodo iam pœnitentiam egerant saccis cooperta, & ieiunando.

ALLEGORIA.

Cœpimus ex August.in epistola.49.q. 6.exponere huius capitis Allegoriam, diximusque Ionam de salute Niniuitarum dolentem typum esse carnalis Israel, cui tristitia erat de salute gentium. Addamus ergo ex eodem, quę desunt, verba eius in breuitatem contrahentes. Vmbraculum hederæ super caput Ionæ,promissiones erant veteris testamenti,vel etiam bona ipsa,quę in illo testamento hominibus data sunt, quæ erant vmbra quædam futurorum,rãquam ab æstu temporalium malorum in terra promissionis defensaculum præbens. His enim bonis, & his promissionibus, quasi vmbra quadam,se se ab illius temporis aduersitatibus protegebant. Vermis autẽ matutinus, vt est apud Lxx, siue vt est in Hebræo,& in nostra translatione, quem Dominus parauit ascẽsu diluculi Christvs est,qui in illo ipso Psal.qui inscribitur; Pro susceptione matutina,dixit. Ego autẽ sum vermis,& non homo. Vermis est propter humilitatem carnis,fortasis etiam propter virginis partum,nam hoc animal plerumque de carne,vel de quacunque re terrena, sine vllo cõcubitu nascitur. Matutinus est, quia diluculo resurrexit,& ideo matutinus dictus est,vel paratus in ascensu diluculi,vt vermis ille intelligeretur, qui cantat pro susceptione matutina. Vermis percussit hederam, quia per Christvm, & eius Euangelium post eius resurrectionem,cuncta illa, quæ temporaliter apud Israelitas velut vmbratili prius significatione viguerunt, euacuata marcescunt. Et cunctus nunc ille populus amisso Ierosolymitano regno & sacerdotio, & sacrificio, (quod totum vmbra erat futuri,) in captiua dispersione magno æstu tribulationis aduritur,sicut Ionas a Solis ardore, & dolet grauiter,& tamẽ dolori eius,atque vmbræ, quam diligebat, salus gentium, pœnitentiumque præponitur. Hęc Augustinus acutissime,in quibus ego (præter pauca admodum, quæ expositionis causa addidi) nihil muraui, nisi quod ille ibi cucurbitam legit cum Lxx,ego cum nostro interprete hederam posui. Atque eadem est fere Hieronymi sententia. Quod autem supereſt,vt nihil sine expositione relinquatur, facile est addere: Hunc populum cœpit Dominus per apostolos suos reprehendere, quod saluti gẽtium inuideret,& præcipue per Paulum, vt late in epistola ad Romanos videre licet, & per Petrum, aduersus quem, cum ascendisset Ierosolymam disceptabant,qui erant ex circumcisione dicentes: * Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis? Quibus ipse multa respondit,& hæc ad extremũ adiecit: Si ergo eãdem gratiam dedit illis Deus,sicut & nobis,qui credidimus in Dominum Iesvm Christvm: ego quis eram, qui possem prohibere Deum? Sed quia id satis non fuit vt resipiscerent, ait illis: si vos doleris quod illa bona amiseritis, quæ temporalia erant, & vmbra tolum, cur ego non dolerem potius de innumerabilium hominũ, qui sunt in gentilitate, iactura, in quibus licet sint multi inexcusabiles prorsus,quia cum Deũ cognoscerent,non sicut Deum glorificauerunt,aut gratias egerunt, sunt tamẽ etiam plurimi,qui nesciunt quid sit inter dexterã, & sinistram suam,& à vanis magistris seducti nihil vident; & alij, qui sicut iumenta viuunt, & à nemine vnquam edocti sunt, quos necesse est simul cum illis perire, ni vocentur etiam gentes ad Euãgelium? Pusillum siquidem, & magnum ipse feci, & æqualiter mihi cura est de omnibus.

TROPOLOGIA.

In Tropologia figuram eius diximus gerere Ionam,qui sui,id est,voluntatis suæ,iudicijque sui amator est, quo nihil est mutabilius. Quare vt agricolę vites,quia infirmę sunt,& multum crescere solẽt,vlmis adiungunt,ne per terram fundantur, & pereant: ita homines Deo adiungi oportet, vt firmi, & stabiles fiant, alioqui ruant necesse est, & quo magis creuerint, eo per terram latius protenti cõculcentur. Atque ita Dominus infirmitatem discipulorum suorum,quamuis crescebãt in dies, nõ ignorans, ad se illos adiungere nitebatur per fidem, spem,& caritatem,cum aiebat: Non turbetur cor vestrum, creditis in Deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multę sunt, &c. Quam igitur instabiles,& inquieti sint eiusmodi homines, docet hoc exemplum Ionæ. Ascendit hedera super caput Ionę vt protegeret eum ab iniuria solis, *& lætatus est super hedera lætitia magna*. Quidquid est laboris, atque insuauitatis iniquissimo animo perferunt,& assueti nihil tolerare,& voluntati suæ obsequi, siquid aduersum contingat, cruciantur, & ferre non possunt, vt solem Ionas. * Si quid eueniat, quo dolorem illum leuent, etiamsi modicum sit,immodice lætantur, *Lætatus est Ionas super hedera lætitia magna*. Quanta res hedera fuit, & lætatus est lętitia magna: sed paulo post vermis eam corrodit,& petit Ionas animæ suæ vt moreretur. Vt cito gaudent, ita cito dolent, & sicut pueris quælibet res, quamuis parua lætitiam magnam affert,quælibet, si aduersa sit, intolerabilem efficit dolorem Nil moderate ferre didicerunt. Sed quis miretur eorum lætitiam cito in tristitiam cõuerti? Lætantur super hedera infirma,& instabili, modo virer, paulo post aret, facile decidit in terram,& conculcatur. De his in Hamos dictum est. Qui lætantur in nihili. Virorem habet hedera, fructum nõ habet, tales sunt sæculi voluptates, & honores, & diuitiæ, de quibus etiam recte illud dici potest; Quem ergo fructum habuistis in his, in quibus nunc erubescitis? Cogũtur enim homines erubescere cum secum cogitant, quomodo sibi huiusmodi bona comparauerint,quorum nullum postea fructum sentiunt. * Hedera coronabantur,qui Bacchi sacra celebrabant, sicut legimus in 2. Machabæorum. Et cum liberi sacra celebrarẽtur,cogebantur hedera coronati circuire; vt intelligamus,nõ esse satis sobrios, neque sanos, qui rebus huiusmodi caducis magnopere oblectantur. De his Propheta ait: Væ coronę superbiæ, ebrijs Ephraim,& flori decidenti gloriæ exultationis eius, qui erant in vertice vallis pinguissimæ, (id est, optima quæque sæculi,& iucundissima occupabant) errantes à vino. Merito autem eos deflet, quoniam stare diu non possunt quæ amant,& magno cum dolore eorum dem cadere necesse est. Pedibus (inquit)

Ham 6. Hebræa. Voluptates sæculi vt hedera sunt. Rom.6. 26 2.Mach. 6. Isai.28.

Iohan.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim,& erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticē vallis pinguium, quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cum aspexerit vidēs, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud: At iustis gaudium verum, firmumque indicitur, quia non de transeuntibus rebus, sed
Psal.31. de Deo gaudent, lætamini in Domino, & exultate iusti,& gloriamini omnes recti corde: Et Isaias: In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ,& sertum exultatio-
Isa.28. nis residuo populi sui. * Verum quia res sæculi, quæ dū possidebantur, magnę,& quasi
27 perpetuæ videbantur, tunc demum homines discunt, quam sint vanæ,& fluxæ, cum subito amittuntur, neque in illis spem esse collocandam, sed in earum creatore, qui mutari nullo modo potest: magna nobiscū diuinæ prouidentiæ dispēsatione agitur, vt cum maxime nobis gratæ erant, auferātur. *Ideo parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum,& percussit hederam, & exaruit.* Nihil habere homo potest ita gratum, ita virens, & quod ita permansurum videatur, vt vermem suum nō habeat à Deo paratum, quo ascendēte diluculo percutiatur, & arescat. Si regi carus, & intimus es, quid hominis voluntate mutabilius? aut si hæc maneat inuidia eorum, qui locum tuum appetunt te inde deturbabit. Diuitias multi casus opprimunt, honores mutata vulgi, aut maiorum, siue voluntas, siue opinio, secum mutat: voluptates morbi auferunt, pericula paupertas, infamia. * Ita Ionæ quidem hedera vnum vermem habuit, nostræ plurimos: atque, vt alij deessent, certe metus,& perturbatæ mentis cogitationes deesse nō possunt, quæ merito vermes dicūtur, vt eleganter exponit Gregorius lib. 16. Moral. c.
28 vltimo. Quia autem (inquit) naturæ est vermiū momentis singulis inceſſanter mouēri, non immerito signatur nomine vermii inquietudo cogitationum. Quo loco ita exponit illud Iob. 24. Dulcedo illius vermes: quia peruersæ mentis dulcedo vermis est, etenim inde delectabiliter pascitur, vnde per inquietudinē inceſſanter agitatur, &c. Sed cur vermis paratur ascensu diluculi, nisi quia cito concidit huius sæculi, quæ putatur, felicitas,& sæpe eo tempore, quo maxime florere videbatur, & possessores suos in spem diuturnitatis erigebat? Die præcedēti creuit hedera, sequentis diluculo accedit vermis,& subito arescit. Quis autem putaret fore, vt quæ illius diei æstum virens tollerauerat, diluculo arescceret, cuius & frigore,& rore viridior,& vegetior etiam futura videbatur? Quis crederet tunc funditus fuisse perituras omnes fortunas Aman, ipsumque in altam crucem tollendum, cum vnus ex tot regnorum optimatibus ad potentissimi regis conuiuium à regina vocatus est? Iob, cum prole, opibus, firmitate corporis, gratia, autoritate vigebat maxime, repente omnia amisit,& percussus vlcere, sedebat in sterquilinio. * Sed ea est hominū durities, aut potius insensibilitas, vt ne ijs, quidem amissis, quæ habebant, satis resipiscant,& de sententia deducantur sua, id est, de obstinato illo proprij iudicij, & propriæ voluntatis amore, aut res sęculi magni facere desinant. Quos ea causa solet Deus affligere vehementius, & aliquid addere iactu-
Nihil est in hoc sęculo, quod vermē suū corrodentem non habeat.
ræ bonorum, vt grauem morbum, aut molestum persecutorem, aut vehemens periculum, aut deniq; aliquid, quod magnam afferat molestiam. Ita cum vermę hederā consumpturo ortus est Sol grauis, quo molestior esset hederæ arefactio, accesit etiā ventus calidus,& vrens, quo solis vis,& ardor iuuaretur. Sol, qui alio tēpore luce sua gratus, calore vtilis, nunc ardore ingratissimus,& infestissimus est, quid aliud significat, quam potentem olim amicum, nunc ex amico persecutorem,& inimicum, aut aliam quamcumque persecutionem? De quo Propheta. Per diem sol non vret te. Et Apocal. 7. Non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos sol, neq; vllus æstus. Gregorius quoque lib. 34. Moral. ca. 7. ait. Rursum sole persecutio designatur, sicut in Euangelio veritas dicit, quod nata sine radicibus semina orto sole aruerūt: quia videlicet verba vitæ in corde terrenorum hominum temporali momento virentia superueniente persecutionis ardore siccātur, &c. * Et quia sæpe fit, vt impij huiusmodi persecutionibus, quæ, vt medicinæ adhibitæ erant, peiores per impatientiam reddantur, scriptum est: Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines,& igni,& æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habētis potestatem super has plagas: neque egerunt pœnitentiā, vt darent illi gloriam. Sed vt ventus vrens solis ardorem adiuuabat, & multo molestiorem efficiebat, ita persecutiones adiuuat, & grauiores reddit praua suggerendo, & ad impatientiam prouocando malignus spiritus, qui venti vrentis nomine in scriptura solet intelligi, autore Gregorio li. 18. Moral. capit. 11. Nam quia ventus (inquit) vrens immundus spiritus solet intelligi, qui malæ suggestionis flatu ad terrena desideria iniquorum corda succendit, Ieremias propheta testatur dicens: Ollam succēsam ego video, & facies eius à facie Aquilonis: Olla namque succensa est cor humanum sæcularium curarum ardoribus, desideriorumque anxietatibus feruens, quæ à facie Aquilonis succenditur, id est, Diaboli suggestionibus inflammatur,&c. * Quemadmodum autem Ionam Deus hac molestia eruditiuit, vt disceret consilijs suis cedere,& immerito dolere se: ita eos, quibus mederi cupit, prius persecutionibus, & tentationibus emollit,& docet, deinde etiam interrogat: *Putasne bene iratus eris tu*, dum quędam illorum mentibus obijcit, vnde erroris sui admoneantur, vt deinceps non à se, sed à Deo duci se sinant, & in eo lætentur, cetera contemnant. At enim, quia nonnūquam nec ita continuo eruditur, sed male sibi constantes respondent: *Bene iratus ego vsque ad mortem*, paulatim eos ita instituit,& conuincit, vt iā nihil habeant, quod obijciant, sicuti Ionas tandem conuictus siluit. *Tu*, inquit, *doles super hederam, in qua nō laborasti, neque fecisti vt cresceret, &c.* Hoc est, Tu doles auferri tibi bona huius vitæ, quæ, velut hedera, fragilia sunt, & caduca, & sponte sua, etiam si nemo lædat, marcescunt cito,& arescunt, cum neque tu ea feceris, neque auxeris. At ego non dolebo horum causa perire animam tuam, quam ego creaui mihi similem,& meo sanguine redemi? Patere igitur illa perire, ne illorum causa hæc pereat, dum nimis illis adhæret,& confidit,& nimium sui iuris effecta sibi subdi melius putat, quam mihi. * Sunt tamen nonnulli, quos Deus ad multorum vtilitatem magistros,& duces elegit, in quorum

vnius cuiusque salute multorum salus agitur, qui nesciunt quod sit inter dexteram, & sinistram suam,& sunt quasi iumēta quędam Dei. Et quoniam scriptum est: Homines,& iumenta saluabis Domine, maxime Deus de horū salute laborat, per quos aliorum salutē operatur, hos præcipue instruit & errantes, siue per internas inspirationes, siue per verbera,& afflictiones,& ignominias in viam reuocat, quoniam si hi perēat, multos perire necesse erit, qui illorum monitis, consilijs, exemplo, instituendi sunt. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,& humilia respicit in cœlo,& in terra? qui ita homines,& iumenta seruat, vt non solum illorum misereatur, qui rationis,& intelligentiæ inopia iumenta dicuntur,& magistros illis præbeat, aperiensque manum suam impleat omne animal benedictione, sed eorum quoque, qui cum acumine mentis,& eruditione præstent, concupiscentiæ suę seruientes pecudum more viuunt,& iumenta etiam non iniuria vocantur. Vere misericors,& miserator Dominus, patiens,& multum misericors,& miserationes eius super omnia opera eius: Benedic anima mea Dño,& omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius; Benedic anima mea Domino,& noli obliuiscī omnes retributiones eius: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitā tuā, qui coronat te, in misericordia,& miserationibus. Domine IESV iterum precor,& semper precabor; Adueniat regnū tuum, fiat voluntas tua: Nostras etiam rebelles ad te compelle propitius voluntates. Castiga in hoc sęculo, erudi, flagella, seca, vre etiā, si necesse est, vt tibi obsequamur, vt nō quod nos volumus fiat, sed quod tu vis. Adsit tantum gratia tua, quæ iuuet, sufficit nobis gratia tua; tantum te ne careamus, tantum te in ęternum fruamur. Tibi cum patre,& sancto Spiritu gloria,& laus,& gratiarum actio in sæcula sæculorum. Amen.

Deus maxime de eorum salute erat, qui aliorū magistri futuri sunt.
Psal.35.
Psal.102.

FRAN-

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN MIchæam prophetam Commentarij.

PROOEMIVM: DE SANCTARVM ORAtionum vi ad veram, sanamque intelligentiam Scripturarum.

1 SExtus in libro duodecim prophetarum est sanctus Michæas, qui, (vt recte ait Hieronymus) in medio, quasi in corde voluminis, positus profunda debet cõtinere mysteria. Atque ita re ipsa experiemur hanc prophetiam tot tamque illustria Domini Seruatoris mysteria seruare, vt iure illi medius locus datus sit inter duodecim, non solum ratione temporum, sed etiã magnitudine, & multiplicitate sacramentorum, & esse quasi cor libri prophetarum. Sed ad hæc quis tam idoneus? præsertim cum nos, quibus hoc munus demandatum est, exiguam habeamus scripturarum cognitionem, & multa peccata nos indignos reddant, vt cum sponsa introducamur à rege in cellam vinariam. Verum hæc me consolata est in humilitate mea, quod bonum habeo Dominum, & misericordem, qui precibus flectatur, & orari velit, ac dixerit: Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur vobis. Matth. 7. Certe si dare nollet sermonem in os meũ, sciebat qualis sim; minime ad hæc scribenda me per suos ministros impelleret. Nec ingenio igitur meo in re tãta cõfido, quod sentio quam sit exiguum, neque exercitationi exponendi scripturas, in qua me non inficior aliquot iam annos studiose fuisse versatum, neque vigilijs, & labori in hoc genere studiorum, à quibus, postquam adolescentulus Theologicas litteras attigi, nullũ fere ætatis meæ tempus abhorruit: Sed sanctis orationibus, quę magnam, & veram, & vtilem impetrare solent diuinorum intelligentiam mysteriorum. * Hoc primum intelligentes inquit Petrus, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Non sunt ergo humano ingenio, & humana eruditione interpretandi libri illi, quos non humana eruditio, sed diuina peperit reuelatio. Prodest quidem ingenium, vtilis est sæculi eruditio, sed cum omnia, quæ in nobis sunt, adhibuerimus, sciamus veram scripturarum intelligentiam illius esse, & ab illo dari, cuius sunt scripturæ, & à quo rãtus hominibus thesaurus est datus. Super senes, & super omnes docentes se Dauid intelligebat, & supplex tamen orabat: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Si propheta cœlestium mysteriorum

tum cognitione egregie illustratus, quan velum impositum oculis suis agnoscit, & amoueri cupit non aliter mirabilia de lege Domini consideraturus, quid nos petere par est, qui non velatos modo, sed obcæcatos pene oculos habemus? In Isaia liber signatus datur scienti literas, & iussus ille legere, respondet: Non possum, signatus est enim. Apostolis sensum aperuit Dominus vt intelligerent scripturas. * Merito ergo Hieronymus in prooemio commentariorum in Hosee dixit: In explanatione omnium prophetarum sancti Spiritus indigemus aduẽtu, vt cuius instinctu scripti sunt, illius reuelatione pandantur. Sed quid Hieronymum refero, cum spiritus ipse manifeste dicat: Cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potabit illum, & firmabitur in illo, & non flectetur, & continebit illum, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos. Et in medio Ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illum spiritu sapientiæ, & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. Quomodo autẽ hoc Dei donum sit impetrandum, idem spiritus pulcherrime explicauit. Primum docet euoluendos esse sanctorum patrum libros, quos Deus Ecclesiæ suæ doctores, & magistros dedit, ne (quod hæretici huius temporis faciunt) per nos ipsos scripturas legere, & interpretari audeamus: est enim id & insignis cuiusdam temeritatis, & omnium hæresum origo. Sapientiam, inquit, omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorũ nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit. Non solus audebit introire in obscura scripturæ sacramenta, sed simul cum viris nominatis, & celeberrimis in Ecclesia doctoribus, quorum narrationem, id est, enarrationem, & explanationem (id enim significat διήγησις) conseruare præcipitur. * Sed ne hoc satis putemus, & nihil prætorea curæ in eo studio ponamus, laborare nos iubet, & orare, vt per orationem tandem perfectam, & integram ex illorum libris cognitionem hauriamus. Subijcit enim: Cor suum tradet ad vigilãdum diluculo ad Deum, qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione, & pro delictis suis deprecabitur: Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligẽtiæ replebit illum, & ipse, tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino. Ipse palam faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsq; in sæculum non delebitur. Hoc ergo nunc quidem nobis satis sit, tribus maxime rebus veram, ac solidam scripturarũ intelligentiam contineri, labore, & studio nostro, sanctorum patrum lectione, oratione. Imitemurque, cum patres cæteros, tũ beatissimum Thomam, qui lectionem semper, & scriptionem ab oratione auspicãbatur, in locis vero difficilioribus scripturæ etiam nonnullorum dierum orationes, & ieiunia adhibebat. Quo ita scripturas didicerit, is demum & intelliget optime, & Ecclesiæ exponendo proderit maxime: aliter enim mentem nostram instruit, & commouet quod humana ratio excogitat, aliter, quod Dei spiritus suggerit. Quare nos, qui magnum opus aggressi sumus, Dei bonitate freti, & quamuis multum operæ in hoc literarum genere posuimus, parum & tarditate ingenij, & vitæ impuritate consecuti sumus, ac per nosipsos ad Deum accedere veremur, ipsum beatum Michæam, per quem tot, & tam præclara sacramenta Ecclesiæ prodita sunt, inuocamus, vt per eundem germanam eorũ explanationem habeamus à patre luminum, qui dat omnibus affluenter, & non improperat.

Tribus rebus vera scripturæ intelligentia continetur.

ARGVMENTVM

CAP. I.

Vaticinatur aduersus Samariam & Ierusalem. Samariæ vastitatem maximam, quæ paulo post inferenda erat ab Assyrijs: quæ Ierusalem autem euertendas esse etiam ab Assyrijs multas vrbes munitas Iudææ, ita vt fere ad portas ipsas Ierusalem perueniat plaga.

CAP. II.

Commemorat Israelis auaritiam, & rapinas, & captiuitatem, quæ eũ illarum causa manebat. Et quoniam Dei misericordiæ spes manebat. Et quoniam Dei misericordiæ confidentes Israelitæ vana fore iperabant, quæ de captiuitate prædicebant prophetę: respondet Dominus, eos suis sceleribus, & rapinis non reliquisse locum misericordiæ. Itaque non dubitent vẽturã esse, quæ prophetæ prænuntiant. Deinde læta prophetia eos consolatur, conuersionem illius populi futuram tempore Euangelij, & maxi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

me in sæculi fine prędicēs,& de CHRISTI, sanctorumque in cœlum ascensione breuiter vaticinans.

CAP. III.

Inuehitur in crudelitatem, & rapacitatem principum duarum tribuū, & in pseudoprophetas ad quæstum prophetantes, in iudices, sacerdotes, quorum peccatis prędicit Ierusalem solo esse æquandam, & arandam, vt agrum.

CAP. IIII.

Vaticinatur gentium cōuersionem magna cum alacritate ad Ecclesiam venientium, deinde, & conuersionem Iudæorum. Consolatur etiam Ierusalem, quod ad eam venturus sit CHRISTVS, & de captiuitate Babylonica reducenda, hostesque suos ditioni suæ subiectura sit.

CAP. V.

Prædicit Ierusalem imminentem captiuitatem Babylonicam, nec tamē ideo abijciendum esse genus Iudæorum, donec populi gentilium conuerti incipiant. Deinde multa vaticinatur de successu Euangelicæ prædicationis, & de eius per orbem victoria, de protectione Dei erga eos, qui crediderint, de supplicijs non credentium.

CAP. VI.

Increpat principes duarum tribuū, & populo ingrato vetera beneficia exprobrat, ac deinde docet quibus officijs demereri Deum possit; & rursus peccata reprehendit, & captiuitatem Babylonicam prædicit.

CAP. VII.

Paucitatem bonorum deplorat, & morum deprauationem. Deinde captiuitatē Babylonicam, & futuram liberationem, populique iam liberi felicitatem prædicit.

CAP. I.

VErbum Domini quod factum est ad Michæam Morasthitem, in diebus Ioatham. Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit super Samariam, et Ierusalem. Audite populi omnes: & attendat terra, & plenitudo eius: & sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo. Quia ecce DOMINVS egredietur de loco suo: & descendet, & calcabit super excelsa terræ. Et consumentur montes subtus eum: & valles scindētur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ, quæ decurrūt in præceps. In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. Quod scelus Iacob? nonne Samaria? Et quæ excelsa Iudæ? nonne Ierusalem? Et ponam Samariam, quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea: et detrahamin vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur, et omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idola eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur. Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, et luctum quasi struthionū: quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsq; ad Ierusalem. In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis: in domo pulueris pulueremvos conspergite. Et transite vobis habitatio pulchra, confusa ignominia: non est egressa, quæ habitat in exitu: planctum domus vicina accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet. Quia infirmata est in bonum quæ habitat in amaritudinibus: quia descendit malum à Domino in portam Ierusalem. Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis: principium peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel. Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth: domos mendacij in deceptionem regibus Israel. Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa: vsque ad Odollam veniet gloria Israel. Decaluare, & tōdere super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

HISTORIA.

Ad Michæam Morasthiten. Morasthi, vt hic ait Hieronymus in procœmio, & in Locis Hebraicis, ipsius etiam Hieronymi tempore viculus erat haud grandis iuxta Eleutheropolin vrbem Palæstinæ. Multi, in quibus sunt, Vatablus, & Andreas Masius in ca. 15. Iosuæ, affirmāt Morasthi esse Maresam vrbem Iudææ nobilem, cuius meminit Iosue cap. 15. Quod non videtur prorsus improbabile, nam & Chaldæus vertit: Ad Michæam de Maresa, & Eusebius prodidit Maresam abfuisse ab Eleutheropoli bis mille passibus. Ita citat Masius, locus est autem in libello de Locis Hebraicis, qui ex Eusebio desumptus est, addit q;, in Hieronymo Maresa scribendum esse, vbi legitur Masera. Sed verius tamen arbitror diuersas esse vrbes, quamuis Eleutheropoli proximas, quoniam Iosue. 15. scribitur מָרֵאשָׁה Maresa, hic autē scribitur מוֹרַשְׁתִּי Morasthi. Deinde quoniam in eodem libello vtriusque recordatus est Hieronymus. Primum ait: Maresa (ita enim & ego legendum arbitror) in tribu Iuda cuius nunc tantummodo sunt ruinæ, in secundo lapide Eleutheropoleos. Et postea: Morasthi, vnde fuit Michæas propheta, est autem vicus contra Oriētem Eleutheropoleos. Et in procœmio commentariorum ait: Ad Michæam de Morasthi, qui vsque hodie iuxta Eleutheropolin Palæstinæ haud grandis est viculus.

Super Samariam & Ierusalem. De Samaria diximus in cap. 3. Hamos nu. 6. Subindicat autem argumentum prophetię, cum enim post prophetias Isaiæ, Hoseæ, Ioelis, & Hamos nec decē tribus resipuissent, nec duæ; & magis in dies imminueret vtrique populo captiuitas, præsertim Israeli, qui captus est sexto anno Ezechiæ, sub quo etiam prophetauit Michæas; alios atque alios prophetas mittebat misericors Deus, vt calamitatem illam magnā, quæ instabat, euaderent. Sed super Samariam prius dicit, quoniam illa prius capta est, vt ait Hieronymus, & quoniam scelere, & impietate prior erat, potissimumq; contra illam vaticinatus erat. Dixit autē, Super pro Contra, vt sæpe fit apud Hebræos in præpositione עַל, vt Psal. 2. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus CHRISTVM eius. Ierem. 46. Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra gentes ad Ægyptum, aduersus exercitum Pharaonis. 2. Reg. 12. Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, id est, contra te, quod etiam adnotauimus in Hamos 7. cap. n. 21. Super.

Audite populi omnes. Hoc est tam decem, quā duæ tribus, audite, vt exponunt Theodoretus, & alij: Omnes enim compellat, quoniam omnium erat calamitas, quam prædicit. Atque, vt rem magis exaggeret, attentioresque eos reddat, iterum alijs verbis idē dicit. *Attendat terra, & plenitudo eius.* Plenitudinem eius vocat omnia, quæ in ea sunt, vt Psal. 23. Domini est terra, & plenitudo eius. Sed quia nunc homines appellat, sensus est: Audiant vniuersi, qui habitant in terra promissionis. Lxx: Terra, & omnes, qui in ea. Et terram quoque alloquitur, vt significet illam esse vastandam, & depopulandam. Ex hoc loco videmus falsum esse quod adnotauit Galatinus libro 5. de arcanis catholicæ veritatis, capit. 4. עַמִּים, id est, populos semper in scriptura intelligi de gentilibus. 3

Et sit Dominus Deus vobis in testem. Omnino legendum est, Et sit Dominus Deus in vobis in testem, vt constat ex Hebræo, & ex Lxx, & ex Chaldæo, ceteriſque fere interpretibus. Et est sensus: Deus mihi testis contra vos sit me officio meo fideliter defungi, ac nihil reticere eorum, quæ ex ipso audiui ad vos. Quasi dicat: Deo audiente, ac vidente loquar, quæcumque ipse præcepit, vt vobis nuntiarem, & inexcusabiles eritis, omnique pœna digni, si eum per me loquentem non audieritis: Si quid vobis acciderit non poteritis conqueri, neminem fuisse, qui admoneret. * Ceterum בְּנֵי, id In pro. contra. 4

est, In

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, In vobis, sæpe ita ponitur, vt significet contra vos. Vt Genes. 16. Manus eius cõtra omnes, & manus omnium contra eum. Exhod. 14. Fugiamus Israelẽ, Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et quod vulgo solet legi in Psal. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo sperne mus insurgentes in nobis, si legatur; In nobis positum est pro contra nos. Nec abhorret ab hac locutione illud Homeri, (in quo, vt ante dixi, multas scripturæ phrases inuenimus.)

Lib. 2. Iliados. Τρῶσι μὲν ἐν πρώτοισι καρηκομόωντες Ἀχαιοὶ
Ἐν τεύχεσσι ἴσαντο. id est,
Tot in Troianis, (id est, contra Troianos)
Criniti Achiui
In campo stabant.
Et lib. 17.
Ἀλλ' ὅτι δὴ ῥ' ἐν τοῖσιν ἰλίξιτα᾽ ἀλκὶ πεποίθει,
Sed quando in his conuertitur viribus constitus, pro In hos.
Et libr. 5.
Τλιπόλεμον δ' ἠρακλείδην ἠΰτε, μεγάνητε
Ὄρσεν ἐπ' ἀντιθέῳ Σαρπήδονι μάρνασθαι.
Hoc est: Tlepolemum autem Hercules filium, bonumque, magnumque,
Excitauit in diuino Sarpedone fatum violentum. Pro In diuinum Sarpedonem.
Video posse eundem sensum reddi si legamus: Et sit Dominus Deus vobis in testem, vt Matthæi. 8. Offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis, id est, Vt testimonium sit cõtra illos, cum me calumniari volent quasi legis transgressorem. Et ca. 10. Et ad reges, & præsides ducemini propter me in testimonium illis, & gentibus, id est, vt hoc cõtra illos testificetur in die iudicij. Quod apertius dictum est Luc. 9. Etiã pulverem pedum vestrorum excutite in testimoniũ supra illos, id est, contra illos, vt paulo ante adnotauimus. Sed quoniam obscurius redditur sensus hic, & in Hebræo, & in Lxx est, In vobis: ita potius putamus legendum: Quod autem ait, *Erit in testem*, significare more Hebræorum. Erit testis, adnotauimus iam in cap. 8. Hosæ. 16.

Dominus de templo sancto suo. Hæc verba pertinent ad præcedentia, Dominus Deus erit contra vos in testem, ille, inquam, Dominus, qui in cœlo habitat, vt verus Deus, vnde omnia despectat, quæ in terris fiunt, & quem effugere nihil potest. Crebro diximus pro signo veri Dei poni, habitare eum in cœlis. Inde Homerus.

Ζεῦ κύδιστε, μέγιστε, κελαινεφὲς αἰθέρι ναίων, id est, Iuppiter glorioſissime, maxime, nigras nebulas faciens, in æthere habitans.

Quia ecce Dominus egredietur de loco sancto suo. Egredi Dominus dicitur, cum supplicium magnũ de aliquo sumere parat, siue (vt quidem ait Moses Ægyptius lib. 1. Directoris dubiorum ca. 23.) cum aliquo opere exerit potentiam suam, quæ prius abscõdita videbatur, sed arbitror potius dicendum: cum exerere vult potentiam suam: sumpta metaphora ab eo, qui domi quiescebat, & iniuria aliqua lacessitus foras ruit, vt capiat vltionem. Quamuis Hieronymus hic, & in Isai. 26. videtur ita accepisse: Egredietur ex seipso, & quasi naturam suam relinquet, hoc est, Puniet, quod alienum est ab eius ingenio: Ita enim ait: Dominus, qui natura benignus est, vestris peccatis egetur personam, quam non habet, crudelitatis assumere, vt Isa. 26. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum Psal. 43. Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris, id est, cũ exercitus nostri pugnauerint, non exibis simul cum eis, vt ostendas potẽtiam tuam contra inimicos nostros. Eodem modo intelligi videtur illud Psal. 67. Deus cum egredereris in conspectu populi tui, vt, scilicet, perderes eius aduersarios. Simili locutione dicitur exurgere, vt Psal. 7. Et exurge Domine Deus meus in præcepto, quod mãdasti. Psal. 43. Exurge, quare obdormis Domine, exurge, & ne repellas in finem.

Et descendet, & calcabit super excelsa terræ. Moses Ægyptius li. 1. Directoris dubiorum cap. 10. & lib. 2. cap. 30. descensum Domini interpretatur pœnas, quas de peccatoribus sumpturus est. Quamuis si vis, & proprietas vocabuli spectetur, descensus nõ ipsam punitionem significat, sed appropinquationem, quasi ad propius intuendum peccata, quæ puniturus est, vt Gen. 11. Descendit, Deus, vt videret turrem, & ibidem: Venite igitur, & descendamus, & cõfundamus linguam ipsorum. Et cap. 18. Descendam igitur, vt videam an clamorẽ, qui venit ad me, opere compleuerint. Itaque sicut quatio iniuriæ, aut iniuria aliqua prouocatus domo exit, & propius accedit quasi iniuriã inspecturus, ac tum demum se vlciscitur: ita Dominus dicitur egredi, & descendere, *& calcabit super excelsa terræ*, id est, potentissimos quoque conculcabit, & conteret. Ita etiam Hamos 4. Faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ.

Et consumentur montes subtus eum. Montes, appellat principes, valles populos, vt interpretatur Hieron. Montes consumentur, id est, tabescent, & liquescent Domino calcãte Heb. ימסו, id est, & dissoluentur, vel liquescent vt Exho. 16. de manna: Cumq; incaluisset sol, liquefiebat. Psal. 21. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. *& valles scindentur*, id est, liquescent, & quasi in nihilum redigentur eo veniente, & defluẽt more ceræ liquefactæ, aut aquæ in præceps currentis. Huiusmodi metaphoris frequenter vtitur scriptura, cũ magnam Dei potentiam vult ostẽdere, cui nullo modo homines, etiã potentissimi possint resistere, sed metu potius cõtabescant, & cõsumantur, & arescant, vt Isai. 64. Vtinã dirumperes cœlos, & descenderes. A facie tua montes defluerent, sicut exustio ignis tabescerent. Hamos 9. Et Dominus Deus exercituum qui tangit terram, & tabescet, & lugebunt omnes habitantes in ea.

In scelere Iacob omne istud. Omnia hæc mala, quæ vaticinor, venient propter iniquitatem Iacob, id est, decem tribuum, & domus Israel, id est, duarũ. Lxx: Propter impietatẽ Iacob omnia hęc, & propter peccata domꝰ Israel. Chald. Propter scelera familię Iacob istud, &c. Cogimur autẽ exponere domũ Israel duas tribus, quoniã de vtroq; populo loquitur, vt videmꝰ in verbis sequẽtibus, in quibus per Iacob docemur significatas esse decẽ tribus: Quod scelus Iacob? nonne Samaria? Quare domus Israel erũt duæ tribus. Nec immerito, cũ enim decẽ tribus, & duæ dicẽtur, duæ domus Israel, vt Isa. 18. In lapidẽ autẽ offensionis, & in petrã scandali duabus domibꝰ Israel; recte ea pars filiorũ Israel quę tẽplum, ritusq; seruabat sacrorũ, & Deo magis adhęrebat, vocatur domꝰ Israel. Atq; hoc ca. 3. perspicue videbimus, cũ enim manifeste loquatur de duabꝰ tribubꝰ, vt ex fine ca. cõstat, ait: Audite principes Iacob, & duces domꝰ Israel. Et postea, Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel.

Quod scelus Iacob? nonne Samaria? Notissimum est quod nam sit scelus Iacob, nempe Samaria, id est, idololatria Samariæ. Chaldæus, vel mala scelus istud commiserunt domus Iacob? An non in Samaria?

Et quæ excelsa Iudæ? nonne Ierusalem? Montes, & excelsa loca, vbi duę tribus colũt idola sua, quæ nam sunt? Nonne Ierusalem est plena huiusmodi excelsis, & altaribus idolorum? Chaldæus: Et quo loco peccauerunt domus Iuda? nonne in Ierusalem? Tam Samaria, quam Ierusalem emphasin habent indignationę plenam, sed præcipue Ierusalem. Quasi dicat, Samaria, quã ego alijs vtribus imperare volui, & caput esse regui decẽ tribuum, maxime omniũ feruet idololatria, in ea enim sunt rex, & principes, qui duces pietatis esse debuerant, & ipsi idola erigũt, ac tuẽtur, reliquosq; ad eorũ cultũ prouocant. Ierusalẽ autẽ vrbs sancta, quam ex omnibus vnam elegi, & tẽplo, ac sacerdotio cõsecraui, quæ tueri debebat pietatem sola, cum reliquæ idola colerẽt, maxime omniũ dedita est idololatriæ, & plura in ea excelsa inueniuntur, quã in vlla alia. De excelsis diximus multa in ca. 4. Hoseæ nu. 24. Solet autem poni sępe in scriptura Nonne, vt significetur notissimum esse id, quod quæritur, & quod nemo vel neget, vel ignoret vt Deuter. 32. Nonne hæc condita sunt apud me & signata in thesauris meis? & in Habdia: Nonne furati essent sufficientia sibi? Hinc tories dicitur in libris Regum: Nonne ecce hæc scripta sunt in libro dierum regum Iuda? Ita igitur nunc ait: Quod scelus Iacob? nonne Samaria? Et quæ excelsa Iudæ? nonne Ierusalem.

Nonne.

Et ponam Samariam, quasi acervum lapidum in agro. Quia prior fuit in impietate Samaria, prior etiam erit in pœna. Duplex autem esse potest horum verborum sensus: Prior est, efficiam vt per Assyrios subuertatur Samaria, ita vt ex tanta vrbe non mancat nisi acervus lapidũ, quemadmodum cũ plantatur vinea, lapides ex ea in acervum aliquẽ extra conijciuntur, quem sensum reddidit nostra translatio, & secutus est in cõmentarijs Hier. Alter autem non solum recẽtioribus placuit, qui libẽter solent a translatione nostra recedere, sed etiã Lxx interpretibus, & Chaldæo. Est autem huiusmodi: Ponam Samariam omnino euersam, ita vt vbi nũc sunt domus, vineę plãtentur. Quẽ etiã verba Hebræa recte admittunt. Nã pro eo, qđ Hier. vertit: Cũ plantatur vinea, in Heb. est כנטיעי כרם, quod verti potest: Et in plãtationes vineæ. i. vinearũ, quomodo verterũt Lxx, & Chald. & alij. Et sine coniunctione, sit, vt est in Heb. vt sit sensus: Ponã Samariã in acervum lapidũ in agro, in plãrationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

vineę, id est, qui aceruus fieri solet vt vinea, plantetur, siue cum vinea plātatur.* Sed posteriorem sensum putabit quispiam esse probabiliorē (quod illis autoribus contigit) quoniā sequitur continuo: Et detraham in vallē lapides eius. Erat enim in excelso mōte cōdita Samaria, & ideo lapides ruinarū eius in subiectā vallē demitti vidētur, vt vineæ plantētur in eodē loco. At non minus, immo etiā magis priori fauent hæc verba, hoc enim ait Propheta: Eius ampla, & magnifica ędificia solo ęquabo, & in aceruū lapidū redigā, qualis fieri solet cū vinea plātatur. Et quia cū vites serūtur, & noua vinea plātatur, lapides ex ea educuntur, & seorsum in locū aliquē cōgeruntur, ita ego lapides ruinarū eius proijciā in vallē proximā. Atq; hic sensus nostræ translationis probabilior est, quoniā non possumus ostendere quod alter vult, in loco vrbis Samariæ vineas fuisse plātatas. Quid? quod & hūc sensum trāslatio nostra nō respuet, si verus esse cōprobetur? Nam ita exponi potest. Ponā Samariā, quasi cū lapides coaceruantur cū plantatur vinea, qui ideo coaceruantur, vt in eodē loco vinea plātetur. Quare hoc etiā nomine præterēda est trāslatio nostra, quod vtrumq; sensum reddit Hebręorum verborū, cū alię alterū reddere videantur.

12 Pomorum custodia. *Vbi nos habem⁹: In aceruū lapidū, in Heb. est לגל Lxx verterunt. ὡς ἀπορφυλάκιον, id est, In pomorū custodiā. Quod etiam fecerūt psal. 78. Posuerūt Ierusalē in pomorū custodiā, qđ ita ab Euthymio in eūdē locū expositū est: Per pomorū custodiā. i. per ἀπορφυλάκιον, tugurioū quodpiā intelligit, in quo pomarij custos soler matureſcētes fructꝰ à furibꝰ obseruare. Posuerunt enim ipsam Ierusalē veluti ruinā quandā, & rudem, ciuitatis tantum habentē figuram, exteriori quadam specie, & nō re ipsa, quemadmodū & tugurium illud, quod Greci vocant ἀπορφυλάκιον. domus quidē speciem præsefert, tametsi vere domus nō est, sed casula, & tuguriolū ex paucis quibusdam lapidibus tumultuario opere constructū. Hæc Euthymius, cuius mihi parū ratio probatur, nā vrbs ita euersa, vt in aceruū lapidum redierit, nequaquā figurā vrbis habet. Sed hinc ducta est similitudo in viueis, aut in hortis tugurium cōstruitur informe, quod magis aceruus quidam lapidum, aut terræ, videtur quam domicilium, ita cum vrbs funditus subuertitur, in illa magna area, quam magnificæ domus occupabant, aceruus lapidum tantum relinquitur, & quæ olim erat vrbs, similis redditur vineæ, siue pomario, in cuius area est vnicum tugutiolum, quod aceruus videtur. Quod rectius intelligimus ex Isai. 1. Et derelinquetur filia Sion, vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, sicut ciuitas, quæ vastatur, vbi pro Tugurium, L x x similiter verterunt. ὑπωροφυλάκιον.

Et fundamenta eius reuelabo. Ruent omnia ædificia, ita vt sola fundamenta extrema relinquantur, & oculis omnium pateant.

Et omnia sculptilia eius concidentur. Non enim solum in Bethel, & in Dan idola habebant, quæ adorarēt, sed etiā Samariæ in suis domibus more gentium. Confringentur igitur hæc cum vrbs subuertetur.

Et omnes mercedes eius cōburentur igne. Mercedes vocat dona, siue diuitias, quas collegit Samaria ex cōmercio, & amicitia gētiū, quarū idola colebat: quas mercedes vocat, quoniā propterea ipsi dabantur q; idola earundē gētiū adoraret sicut ait statim; Quia de mercedibus meretricis cōgregata sunt, id est, Lucrata est ea quæstu meretricio cū aliarū nationū hominibus fornicando, hoc est, corū Deos adorādo. Fieri etiā potest, vt iuxta ipsius Samariæ mentē loquatur, quæ omnia bona, & omnes diuitias idolis suis accepta referebat, vt Hos. 2. num. 45. expositum est, ibi enim ait. Vadā post amatores meos qui dāt panes mihi, & aquas meas, lanā meā, & linū meū, oleum meū, & potum meum. Et postea: Et corrumpā vineā eius, & ficum eius, de quib⁹ dixit: Mercedes hæ meæ sunt, quas dederūt mihi amatores mei. * Quod autem Vatablus putat, mercedes dici donaria appēsa in tēplis idolorū, idolaq; meretrices vocātur in scriptura, sed idolorū cultores. Quod, quoniā notissimum est, non videtur cōprobandum, passim enim videmus in scriptura, vt Ierę. 2. Ezecie. 16. Hoseæ. 2. & alibi sæpe. Sensus ergo est. Omnes diuitias eius igni tradā, & omnia idola, quę ab alienigenis dono accipiebat, aurea, argētea, omnino cōterā & dispergā, quoniā hęc omnia meretricio quęstu cōparauit.

Et vsque ad mercedem meretricis reuertentur. Quoniā meretricis Samariæ erāt hæ diuitiæ, à meretrice transibunt ad meretricē, à Samaria ad Niniuem caput regni Assyriorum, à quibus Samaria diripienda erat, & meretrix speciosa vocatur a Nahū. c. 3. Tradentur omnia in manus Niniues, vt eis pro arbitrio vtatur, & ipsa Niniue credet illas opes datas sibi esse ab idolis suis, tāquā mercedē quandam adorationis, & cultus, atque eorū opera putabit se victoriā illam, & triūphum de Samaria retulisse.* Sed si igne cōburenda erāt omnia, & perdēda, quomodo ad Niniuē reuertētur? Solet scriptura quasi omnia tollere, & sequentibus tamen verbis ostendit se non omnia sustulisse, vt Hos. 9. Ephraim, quasi auis auolauit gloria eorum, à partu, & ab vtero, & à cōceptu. Cumq; omnes filios tollēdos esse dicat vix dū natos, addit postea: Quod & si genuerint filios suos, absq; liberis eos faciā in hominibus. Et postea: Percussus est Ephraim, radix eorum exiccata est, fructū nequaquā faciēt. Quod etsi genuerint, interficiā amantissima vteri eorū. Ita Iohan. 1. In propria venit, & sui eū nō receperunt. Et tamen postea ait: Quotquot autē receperūt eū, dedit eis potestatē filios Dei fieri. Ita igitur vsq; ad mercedem meretricis reuertentur omnes illæ diuitiæ Samariæ, quæ ignem, & vastitatē euaserint.

15 Hyp. Quoniam Samaria videtur ex omnibus tollendis non omnia tollit.

ALLEGORIA.

Hæc fere omnia ab initio capitis, qui volet explicata videre de Iudęorum excidio post Christi aduentū, legat Eusebiū li. 6. Demōstrationis Euang. c. 13. Mihi enim (vt in ca. 3. Hamos admonui) nihil iam cum Iudæis esse volo, tantum ad CHRISTI, & Ecclesię mysteria descendam in Allegorijs.

TROPOLOGIA.

Michæas, autore in procemio huius operis Hier. humilitatē, Morasthi autē hæredē format, quia ille re vera hęres est, & postea regni cœlestis, & nūc cognitionis mysteriorū Christi, & donorū Spiritus sancti, qui est humilis corde, sicut ait Dñs: Cōfitebor tibi pater Dñe cœli, & terræ, quia abscōdisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. His Dñs loquitur aduersus Samariā, & Ierusalē quia humiles eligit, per quos corripiat, & terreat, cōuertatq; peccatores. Nā superbi prædicatores, & à Dei lege recedentes, etiā si verbū eius sonent, & dissertissime loquātur, facti sunt velut æs sonās, aut cymbalū tinniēs, vixq; vllū neo lucri faciūt. In Samaria, & in decē tribub⁹ hæreticos indicari eōrmat Hier. quē sensum, & in hoc propheta, & in ceteris ipse abūde persequitur, eo lectorē mittimus. Nos, quoniā hoc nonnullis vtilius putabimus, cū tenebimus, quē in 2. c. Ham. n. 12. & 23. explicauimus: in Israele, siue Samaria eos significari, qui quondā legē Dei obseruabāt, sed postea palā à Deo recedētes perfricta frōte colūt idola vitiorū. In Iuda autē, siue Ierusalē illi intelligūtur, qui loci, & cōditionis suę ratione peculiariter Deo dicati in peccata labūtur, & turpiter viuūt. * Audite, inquit, populi omnes: videt mihi in scriptura interdū populos in malā partē accipi, præsertim cū nō de gētilibus sermo est, sed de filijs Israel: qui in bonā partē solent appellari populus: vt, Attēdite populę meus legē meā, inclinate aurem vestrā in verba oris mei. Audi populus meus, & loquar. Ita vocantur, cum vocātur populus Dei, & sancti moriētes apponūtur ad populū suum. Sed quia, & in scripturis, & in profanis libris male audit multitudo, & multi vocantur stulti, & peccatores, & vulgus imperitū, inde populi nōnunquā significationem mali quādam habent, maxime cum ad filios Israel hoc nomē refertur, propterea qđ qui populus singularis, & electus, & egregius esse debebant, in viam multitudinis populorum abeant, & ita viuant, vt ceteri. Quod aperte videmus Actuum 4. Qui Spiritu sancto p os patris nostri Dauid pueri tui dixisti: Quare fremuerūt gētes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnū aduersus Dñm, & aduersus Christū eius. Conuenerūt enim vere in ciuitate ista aduersus sanctū puerum tuū Iesum, quē vnxisti, Herodes, & Pōtius Pilatus cū gētibus, & populis Israel. * Ex quib⁹ intelligimus cū Dauid ait: Quare fremuerunt gētes, id de populo gentiliū intelligi, in eo vero, quod sequitur, Et populi meditati sunt inania, populum Iudæorū indicari, qui similes gentibus effecti populi dicunt. Inde etiā illud: In ira populos cōfringes. Et Dñs dissipat cōsilia gentiū, reprobat autē cogitationes populorū, & respbat cōsilia principū. Quo loco Euthymius populos de Iudęis etiā interpretat. Et: Sagittę tuę acutę, populi sub te cadēt, populi gentiū & populi Iudæorū. Ita nūc iubētur audire populi oēs, q nō more populi Dei viuūt, sed more populorū, qui ambulāt in vanitate sensus sui. Quod magis sequētia indicāt.

Israel. Iudæi. 17 Populus & populi. Psal. 77. 18 Psal. 2. Psal. 55. Psal. 32. Psal. 44.

Et attēdat terra, & plenitudo eius. Nisi plenitudo eius adderetur, putaremus terrā, p habitatoribus terræ poni: at cū plenitudo eius homines, qui sunt in terra, significet, terra proprie accipi videtur. Quę iubetur atten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dere per Prosopopœiã,cũ attẽdere nõ possit,vt sentiat periculũ sibi imminẽs,& vastitatẽ,atq; inde corda eorũ percutiantur, qui
19 terræ adhærent,& terrena mirãtur.* Rarũ est,& insolens terrã inuocari,cũ sanctis loquitur scriptura,nihil enim ad illos de terra,
Deut. 32. Isai. 1. qui quærunt cælestia. At cũ peccatores appellat,& Dei,cæliq; oblitos,terræ meminit, vt: Audite cœli,quę loquor,audiat terra verba oris mei. Et Audite cæli,& auribus percipe terra,quoniam Dominus locutus est: Filios enutriui,& exaltaui,ipsi autẽ spreuerunt me. Neque vero obstat cœlum quoque hic nominari,cœlũ enim inuocatur in
20 testimoniũ contra improbos,quẽadmodũ & in nostro propheta legimus, Et sit Dñs Deꝰ in vobis in testẽ.* Terra etiã vocatur in testẽ,quia mali sunt, & terrena amant,
Ierem 6. cũ deberent amare cælestia. Cœlum quasi contẽptum,& iniuria affectũ,terra quasi toto corde amata. Et Ieremias: Audi terra,Ecce ego adducam mala super populum istũ.
Ierem. 22. Et iterum: Terra,terra,terra audi sermonẽ Dñi: Hęc dicit Dominus: Scribe virũ istum sterilem,virum,qui in diebus suis non prosperabitur. Plenitudo autem terræ,& si poni simpliciter solet,vt nihil mali indicet,vt:
Psalm 23. Psalm. 84. Dñi est terra,& plenitudo eius,Et: Orbem terrarũ,& plenitudinẽ eius tu fundasti: tamem videtur mihi interdum ita dici, vt hominum mores notentur,quòd mali sint, & inutiles, & quasi ad implendum terram tantum nati. Quomodo dictum est:

Horatius li. 1. epist. epist. 2. *Nos numerus sumus,*——

& quomodo prouerbio quidam dicuntur, terræ pondus,vt apud Homerum Achilles, cum Græcos nihil iuuaret.

Iliad. 18. ἀλλ᾽ ἄμυ παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν ἀχθος ἀρούρης, ideſt: Sed sedeo apud naues inutile pondus terræ. Tale videtur esse illud apud Isaiã: Accedite gentes,& audite,audiat terra,& plenitudo eius: quo ea,quæ hactenus dicta sunt,
Isai. 34. confirmari videtur. Et in Ieremia de Chaldæis suppliciũ sumpturis de impijs, Et deuorauerunt terrã,& plenitudinẽ eius,& habitatores eius. Nam & habitator in malã partem accipi solet, quia boni nõ habitatores
Ierc. 2. sunt,sed peregrini,& hospites. Et in Ezec. Et dissipabo terrã,& plenitudinem eius in manus alienorũ.* Nihil autẽ terrere homines magis debet quã quod sequitur.
Ezec 30. 21 *Et sit in vobis Dominus Deus in testem.* Ille Dñs, cuius oculis cuncta nuda, & aperta sunt, qui Dominus omnium,& iudex omnia ex alto despectat. Nam testis videt quidem,quod fit, sed punire non potest,interdum ne probare quidẽ iudici,quod testatur. Iudex punire potest, sed testiũ dictis indiget, vt puniat, adeò vt absoluere etiam debeat quẽ sontẽ ipse cognouit,si testes ad probandũ desint. At cũ idem est testis omnia sciens,ac vidẽs, & iudex omnia potẽs,cuius nec oculos quis quã effugere possit nec manus: nihil potest fingi terribilius. Inde in Malachia dictum est: Et accedã ad vos in iudicio,& ero testis velox maleficis,& adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij.
Malach. 3. 22 *Quidigitur faciet. *Egredietur de loco suo & calcabit super excelsa terræ*, quæ Deo excelsa nõ sunt,sed in terra vidẽtur excella. Subijciet sibi omnẽ potestatem, omnes diuitias, omnẽ tumorẽ animi. Hæc omnia conculcabit cũ extremo sæculi die de summo cœlo egressus veniet ad iudicandũ orbẽ terrarũ in æquitate. Calcabit etiã in morte cuiusque nostrũ,nihil enim proderunt thesauri in die vindictæ,& furoris,nihil potẽtia. Idẽ terror tunc habitatores terræ capiet, siue montes sint.i. potentes, siue valles, hoc est minores, vtriq; metu liquescent, & inuiti
23 iudex iudicari cogẽtur,quidquid seuerus iudex iudicabit. Sed & quotidie egreditur, vt puniat superbos,& eos,qui magni videri volũt, sinaꝝ à tẽtationibus,& à vitijs conculcari,& eorũ fortitudinẽ tabescere,atq; cõsumi: valles quoq;,quæ olim abũdabãt frumento. I. fertiles erant virtutibus, scindũtur amissa fortitudine,nec magis inimici incursioni bus resistunt,quã ceraigni,& sicut aquæ decurrunt in præceps,ita ferũtur pręcipites in vitia & post adinuentiones suas currunt
24 *Omnia hęc Dño permittẽte patiũtur,& de peccatis in peccata decidũt propter scelꝰ Iacob,& peccata domus Israel. Nam peccare eos,qui Deũ nõ norunt,& turpiter viuere,bonaq; sæculi sectari,qui meliora,neque sperant,neque norũt,tolerabile est: at idola inueniri Samarię,ideſt,in anima,quã Deus in amplissimam dignitatem euexit, & in Ierusalem,ideſt, in illis, quos Deus elegit,& sibi peculiariter consecrauit, & tot excelsa in eis videri idolorum,nequaquam ferendum est. Sed pœnas Samariæ prius videamus,ideſt,illius animæ,quæ posito pudore,& fronte meretricis assumpta palam à Deo recedit,& vitulos aureos colit.i. diuitias,potestates,honores, voluptates. Pœna Samariã quasi aceruũ lapidũ in agro, cũ plãtatur vinea. Sicut ex lapidibꝰ ædificiũ vrbis constat,ita animæ ædificium ex virtutibus.
Ædificium animæ. Earum calx, qua inter se lapides colligãtur, & ornantur, caritas est, sicut ait Apostolus:
Coloss. 3. Super omnia autẽ hæc caritatẽ habete, qđ est vinculũ perfectionis.i. vinculũ perficiẽs: colligat enim virtutes, & perficit mirabili
24 ter.* Sed vt magno impetu muro pulsato calx dirũpitur,& excutitur,& lapides soluti ferũtur deorsum: ita peccati mortalis ariete pulsata anima,& superata, Caritas tollitur, & virtutes dissolutæ concidunt,ac pulchrũ ædificiũ terræ æquatum in lapidũ vertitur
Deut. 32. aceruũ,in quo nullꝰ cũ altero cohęret. Mox ita eodẽ loco vinea plãtatur, de qua scriptũ est: De vinea Sodomorũ vinea eorum,& de suburbanis Gomorrę,vua eorũ vua fellis,& botrus amaritudinꝫ. In qua vites sunt multæ vitiorũ,& peruersarum cupiditatũ propagines. Et ne locus desit vacuus vineæ plãtandę,lapides veteris ędificij demittũtur in vallẽ,vbi terra,& herbis operiãtur,nulliusq; vtilitatis in posterũ sint. Virtutes enim illæ solutæ,& emortuæ loco suo deturbatæ,pulueре terrenarũ curarũ, & nouarũ cupiditatũ
25 germinatione, ita operiũtur,ac si nullæ vnquã fuissent. * Tunc reuelãtur fundamẽta ædificij fides,& spes,forma,& vita carentes, id est, animadiuertitur ex operibus ceteras deesse virtutes,& relicta esse sola fundamẽta,neq; ea quidem satis firma. Et quia Deus ijs,quos ad se reuerti vult,sæpe etiam aufert ea,quæ maxime amabant,& quorũ causa à Deo recesserãt,addit: *Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburẽtur igne*: quæ,scilicet,peccatis suis sibi cõparauerat. Itecumq; ad maiorem veritatis confirmationem,ait: *Et omnia idola eius ponã in perditionem*. Sæpe enim fit vt honores,& opes,& alia huiusmodi,quæ Deus peccatoribus adimit,iustis nõ tribuat, quos talibꝰ curis implicari minime vult: Sed in pœnã priorũ possessorũ alijs etiã peioribus obuenire permittat,qui malis artibus ea cõsequantur,& mercedẽ putent esse suarũ fraudũ,& fucę potentię,atq; dignitatis, sicuti & ij,qui prius habebant,mercedẽ ea esse censebant suæ idololatriæ,id est,ambitionis, & solicitudinis suæ
in quærẽdis opibus. Et tũc fit quod dicitur:
26 *Cuncta de mercedibus meretricis cõgregata sunt, & usque ad mercedem meretricis reuertentur.*

HISTORIA.

Super hoc plangam. Propheta, cũ gratuisiã calamitatẽ Samariæ prænũtiasset,ne ri-

diculã putarent prophetiã decem tribus,vt sæpe facere solebãt,dicit se dolorẽ suũ factis testaturũ. *Vadam*, inquit, *spoliatus, & nudus*, præ dolore maximo, quẽadmodum insani facere solent,edã miserabiles gemitus, quoniã nulla mihi iã relicta est spes salutis decẽ tribuũ. Neq; hoc satis est, maior est causa lugẽdi,ad duas quoq; perueniet eadẽ calamitas, (quã plagã vocat, intelligit autẽ, bellũ, famem, pestẽ, & ceteros belli comites) vsq; ad portas Ierusalem hæc plaga veniet, quia multis Iudęæ vrbibus vastatis à Senacherib rege Assyriorum vsq; ad Ierusalem eius perueniet exercitus. 4. Reg. 18. Hoc autẽ facit Propheta nõ solum, vt suum declaret dolorem,sed vt significet ipsos etiã nudos,& spoliatos, cum miserabili gemitu captiuos esse ducendos. Ita Isa. 20. Vade,& solue saccum de lumbis tuis, & calceamẽtum tuum tolle de pedibus tuis. Et fecit sic, vadẽs nudus,& discalceatus. Et dixit Dñs: Sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum,& portentum erit super Ægyptum,& super Æthiopes: sic minabit rex Assyriorum captiuitatẽ Ægypti, & transmigrationem Æthiopiæ iuuenum, & senum,nudam,& discalceatam,&c. Propterea Lxx hic verterunt. * Propter hoc plãget, & lugebit ibi discalceata & nuda,& Chaldęus: Ob id plangẽt,& vlulabunt,ibũt nudi in captiuitatem,intelligẽtes videlicet in luctu, & nuditate Prophetæ Iudæ, & Israelis luctum,& nuditatem significari.
27

Faciam planctum velut draconum,& luctum quasi structhionum. Cetera vsque ad illud: In Geth nolite annũtiare,iã exposuimus,hæc tantum supersunt: Faciam planctum, &c. Dracones tradit Hier. iuxta historias eorũ, qui de physicis scripserunt,cum ab elephantis vincuntur, terribili sibilo personare. De luctu structhionũ difficilior quæstio est. Sed, vt res melius intelligatur,in Hebræo ita legimus: Et luctum, quasi filiarum struthionis בְּבָנוֹת יַעֲנָה, vel, quasi filiæ struthionis. Putat autem Rabbi Dauid filias struthionis esse pullos, qui matris præsidio destituti, & fame confecti flent, atque vlulant. Hunc secutus est recens Michææ expositor vir admodum eruditus, & diligens, sed qui in hoc mihi valde displicet, quod Hebræorũ, & Vatabli supra modũ studiosius libẽter illos vt sequatur,à nostra trãslatione,& à sanctorum expositione recedere soleat. * Mihi non placet hæc sententia,nam si de pul-
28

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis Struthionis sermo est, cur filiæ potius dixit, quam filij? Deinde cũ Struthio dicatur, יַעֲנָה, interdumq; hoc nomẽ per se ponatur, tñ fere semper dicit scriptura בַּת יַעֲנָה id est, filia Struthionis, vbi de pullis recte interpretari nequeas, aut certe nihil habeas, cur id magis in pullos cõuenire dicas, quã in parẽtes vt Iob. 30. Frater fui draconũ, & socius Struthionũ Heb Filiarũ Struthionũ Et Iere. 50. Propterea habitabũt dracones cũ fatuis sicarijs, & habitabũt in ea struthiones. Heb Filiæ Struthionũ. Quare existimo feminas in hoc genere gregatim gradi solere, ac frequẽtius videri, actiorẽq;, ac lugubriorem habere vlulatum cum queruntur. Struthiones ergo feminæ dicuntur filiæ Struthionis more Hebræorum, sicut filij Adam, homines, filiæ Adam, mulieres, filiæ Ierusalẽ, mulieres Ierusalem, filiæ Philistijm, Palęstinæ mulieres. 2. Reg. 11. Ne forte lætentur filiæ Philistijm, vbi non de solis virginibus, sed de omnibus mulieribus loquitur. Et Gen. 34. Egressa est autem Dina filia Liæ, vt videret mulieres regionis illius. Hebr. vt videret filias terræ, siue regionis illius. Recte etiã Vatab. interpretatus est: solẽt enim, inquit, dracones terrestres, & struthio camelꝰ feminæ edere vocẽ maxime lugubrẽ. * Scribit autẽ Petrus Gyllius in historia animaliũ, quã ex Æliano, alijsque autoribus concinnauit, lib. 14. ca. 21. Struthionẽ non omnia oua fouere, sed quædam, venatores autem nidum cũ pullis obsidere per acutis ferro cuspidibus, per quas tamen mater omnia prius speculata, vbi alia ingredi non datur, in nidum se inijcit, & cuspidato ferro transfixa enecatur. Probabile itaq; est prophetam de hoc luctu loqui Struthionum, cum mater saucia lamentatur, quem maximum, & tristissimum esse necesse est. Ceterum Struthio, siue struthio camelus, vtroq; enim nomine à Græcis appellatur, partim quadrupes animal, partim auis est, & in desertis locis, atque in ruinis vrbiũ, quo nemo iam accedit, libenter habitat, quod sæpe videmus apud prophetas, vt apud Isai. ca. 13. & 34. & 43. apud Ieremiam capite. 50. & apud Iob. capite. 30. Inter aues immundas numeratur Leuit. 11. & Deut. 14. & licet aliquando sirenes vertant Lxx, vt in locis fere citatis prophetarum, tamen sæpe etiam vertunt Struthio, siue στρουθος, quod idem est, & Leuit. 11. & Deut. 14. & Iob, 30. quare falsum est quod R. Dauid putauit esse auem, quæ vlula dicitur Latinis.

Filiæ.

29

In Geth nolite annunciare. Quę vsque ad finem capitis sequuntur, ror sunt difficultatibus inuoluta, vt Hier. hæc fuerit præfatus: Multum Hebraicum à Lxx discordat, & tantis tam mea, quam illorum translatio, difficultatibus inuoluta est, vt si quãdo indignimus spiritu Dei (semper autem in exponendis scripturis sanctis illius indigemus aduentu) nunc vel maxime eum adesse cupiamus, & quæ in prophetis locutus est, pãdere. Deinde in fine ait: Huc vsque secundum Hebraicum, vt potuimus, & vt nobis visum est, certe, vt ab Hebræis audiuimus, quasi inter saxa, & acutissimos scopulos, nauiculam nostram reximus: quæ vtrũ intrauerit portũ, an adhuc in salo fluctuet, lectoris erit prudentiæ iudicare, &c. Recentiores scriptores adhuc in salo fluctuare cẽsent, nec defuit ex illis, qui diceret, vix perci pi posse quid sibi Hier. voluerit, & magnis eum coqui angustijs, nec satis sibi placere quæ afferebat, quoniam lectoris prudentię reliquit. * At iudicauerũt eum recte exposuisse Rup. & vtriusque Glossæ autores qui eius expositionem sequuntur, & Lyra. qui parum ab ea discrepat, speramus etiam nos magni Hiero precibus probaturos lectori hanc eandem explanationem ceteris omnib' esse anteponendã, quas recẽtiores autores ex Hebræorũ schola depromũt, quas ego non referam, ne refutare cogar, & longior sim, quã velim, tantũ Hier. sententiam confirmabo, & additis quibusdam explicabo, atque inde falsas esse reliquas ex parte constabit. Quod eo faciam libentius, quod eius expositio si impugnetur, & nostra translationẽ impugnari necesse est, quã defendi mauult Ecclesia, quam impugnari. * Putãt ergo recẽtiores scriptores nõ esse tolerabilẽ explanationem Hier. quoniã nõnulla nomina vrbium immutat, & cum propria sint, communia facit, ex quo sensui Prophetæ magnæ tenebræ offunduntur. In quo si Hieronymus errauit, & nostra errat translatio, à qua ille ne latum quidem vnguem discedit Nam vbi legimus: In domo pulueris, legi volunt, In domo Hophra, & pro Habitatio pulchra, Habitatio Saphir, Pro, Quæ habitat in exitu, Quę habitat in Saanan, pro, Domus vicina, Bethaesel, pro, Quę habitat in amaritudinib', Quę habitat in Maroth, p, Sup hereditatẽ Geth, habitat in Moreseth Geth, siue Gath, pro, Domos

30

31

32

mendacij, Domos Achzib: sunt enim hæc nomina in Hebr. & vbium quarũdam Iudææ esse volunt. Immo vero sanctes Pagninus in epistola ad Clementem, 7. quam suæ Bibliorũ translationi præfixit: Eam, inquit, quæ passim legitur, D. Hiero. germanã editionẽ haud quaquã esse arbitramur. Deinde inter alia hoc etiã pro argumento affert, in hoc Michææ loco nomina adiectiua, vel substantiua, pro vrbiũ nominibus poni. In quo sane miror eius diligentiã, qui in commentarijs nõ viderit Hier. ipsum affirmantem suã esse translationem, & omnia, vt in illa sunt, explicãrem. * At enim oportebat, vt ipsi demonstrarẽt hęc nomina esse vrbiũ Iudææ, vt recte Hiero. reprehendere viderentur, quod minime faciunt, quasi dixisse tantũ satis sit. Nos enim Ios. 15. vbi vrbes Iudææ recensentur, nullã earum inuenimus, quas cõmunibus nominibus vertit Hiero. præter Achzib, & præter Hophra, siue Hophera, cuius meminit Ios. c. 18. Deinde non Hiero. solum, sed etiã Lxx, quibus illę vrbes ignotæ esse non potuerunt, & Chald. communia nomina fecerũt ea, quæ ipsi propria esse vrbiũ volunt, præterquã vbi habemus, quæ habitat in exitu, ibi enim nomen Hebraicũ reliquerũt Senan, siue Saanan. Intellexerũt ergo omnes hi veteres interpretes, nomina propria non esse, quæ vt cõmunia trãstulere: &, Vt nemo de eorum sensu possit dubitare, nõnulla vrbium nomina, ita vt erant in Hebr. & vt ponenda erant, posuerunt, Maresa, Geth, Hodollã, Lachis, & idẽ in ceteris fecissent, si propria esse intellexissent. Nec refert quædã Hebraica nomina relicta esse in translatione cõmentariorum Hiero. quandoquidem in ipsis commentarijs ita omnino explicãtur, vt sunt in nostra translatione. Ex quo apparet Hiero. ipsum correxisse postea quod prius trãstulerat, id est, Hebraica illa vocabula vertisse in Latina, vt res tota esset apertior: nisi quis fortasse dicat à viris Ecclesiasticis id factũ esse ex eiusdem Hiero. cõmentarijs. Illud etiã erat his autoribus explicãdum, si nomina vrbiũ sunt, cur in generali Iudaicarum vrbium calamitate, earum potius Propheta meminerit, quam aliarum? Sed nimis multa fortasse cum his autoribus, cum & Caietanus Thomas in ca. 28. Exhodi, & omnes Hebræorũ studiosi ingenue fatentur iã diu apud Hebræos periisse cognitionem nominũ propriorum lapidum, & animalium & locorum. Nunc singula exponamus.

33

In Geth nolite annunciare, lacrymis ne plorete. Geth, vna est de quinque vrbibus Palęstinæ vicina Iudęę confinio, & de Eleutheropoli euntibus Gazam nunc vsque vicus vel maximus, vnde fuit Goliath, vt ait Hieronymus. Hoc ergo ait: Nolite hęc mala, quæ vobis prædico, annuntiare in Geth, ne audiant, & lætentur inimici: dolor vester internus ne erumpat in lacrymas, ne exultent aduersarij. Tale est illud, 2. Reg. 1. Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis; ne forte lætentur filiæ Philistijm, ne exultent filiæ incircumcisorum.

34

Geth.

In domo pulueris pulueri vos conspergite. Lugete, & puluere vos cõspergite in vrbe ruẽte, atque ideo ex ruinis plena puluere, ne externi atque inimici audiant. Mihi videtur singularis numerus poni pro plurali, & domum pulueris dici vrbes ab hostibus euertẽdas. Chaldæus: Qui habitatis in domibus pulueulentis, cinere operite capita vestra. Solent autẽ Hebręi domos vocare receptacula, aut repositoria rei cuiusuis, vt Bethlehem domus panis, quia fertilis erat. Psal. 44. Myrrha, & gutta, & casia à vestimẽtis tuis à domibus eburneis. i. suauissimus, & varius odor à vestimentis tuis spirat ex eburneis thecis, in quibus asseruantur. Atq; ita nunc domum pulueris vocat vrbes captas, & ruinis ædificiorum plenas puluere. Quanto hoc melius intelligitur, quam si dicamus, In domo Hophra puluere vos conspergite? Aut cur Hophram alloquatur maioribus vrbibus, & nobilioribus relictis?

Domus.

35

Et transite vobis habitatio pulchra. O Samaria, quæ pulcherrima, & vberrimo in loco sita es, transi in captiuitatem, abi ad Assyrios. De vbertate Samariæ legimus Isai. 28. Qui erant in vertice vallis pinguissimæ. Et Amos 6. Qui confiditis in monte Samariæ. Itaque cum dicit: *Habitatio pulchra*, non locum, sed homines compellat, id est, non vrbem, sed ciuitatem, quod est in Hebræo apertius יוֹשֶׁבֶת שָׂפִיר, id est, habitatrix pulchra, aut pulchri, scilicet, loci. Quod autem ait: *Transite vobis* (ita enim legit Hiero. vt manifestum est ex commentarijs, non vt male habetur in translatione adiũcta commentarijs, & vt quidã legunt, Transit à vobis) notũ est cur dicat, *Transite*, quoniã licet nomẽ singularis numeri sequatur, est tamen nomen quod multos signifi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cat, vt sæpe adnotauimus, quomodo à quodam eorum, quibus maxime cura fuit elegãtia sermonis dictum est.

1. Æneï. 36

Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt. Sed, *Vobis* addit more Hebræorũ ornatus tãcum causa, vt apud Latinos Mihi, aut Tibi, vt Cicero in Pisonem, Is mihi etiam gloriabitur se omnes magistratus sine repulsa assecutum. Quod in verbis motum significãtibus, & similibus, sæpe faciunt Hebræi vt Cant. 2. Surge, propera amica mea, formosa mea, & veni. Hebraice, Et veni tibi, Ibidẽ: Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ, Hebraice: Reuertere, assimilare tibi dilecte mi capreę. Et ca. 4. Vadam ad montem myrrhæ, Heb. Vadam mihi, & alibi sæpissime Est ergo sensus, Quamuis diues sis & superba, atque gloriosa, exibis tamen in captiuitatem confusa, & plena ignominia.

Non est egressa quæ habitat in exitu. Symma. referente Hier. vertit: Non est egressa habitatio abundãs, quamuis in Heb. sit, Habitatrix Saanam, habemus ergo, & Symmachi testimoniũ contra recentiores, qui volebãt Saanan esse vrbẽ. Quod Hiero. exponit de vrbe Samaria, quã pulchram, & diuitem esse iam diximus. Hæc habitat in exitu, id est, in ipsis Assyriæ captiuitatis foribus, & statim vt mota fuerit, in hostilem terram ingreditur. Non est autẽ egressa, sed vi ducta est in Assyrios. Mihi ita etiam videtur locus exponendus. * Pars decẽ tribuũ capta fuerat Michææ tempore, ipse enim prophetauit in diebus Ioatham, Achaz, Ezeciæ regũ Iuda, Ioatham autem regnare cæpit anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel. 4. Regũ. 15 & ibidem scriptum est: In diebus Phacee regis Israel venit Theglath Phalãsar rex Assur, & cepit Aion, & Abel domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephthali, & transtulit eos in Assyrios, &c. Loquitur igitur Propheta de decem tribubus, vt perspicitur ex eo, quod sequitur: Planctũ domus vicina accipiet ex vobis: duas em̃ tribus vocat domum vicinã, alteri, scilicet, domui decem tribuũ, quę Isai. 8. dictæ sunt duæ domus Israel. Erant autem decem tribus multo propinquiores Assyrijs quã duę, & ideo dicuntur in exitu habitare. i. in ipsa via Assyriorũ. Ne autẽ putarẽt decẽ tribus se iã captiuitatis miserijs fuisse perfunctas, cum bona earũ pars ducta est in Assyrios regnante Phacee, ideoq; iam nullã esse timendã captiuitatem, ait Propheta: Nõ est egressa quæ habitat in exitu, id est, nõ est illa prior vocanda captiuitas, aut trãsmigratio, si cum ea, quę restat, cõferatur. Nondũ sunt egressæ decem tribus, sed cito egredientur vniuersæ. Hæc captiuitas, quam nunc prænuntio, exitus vocari debet, nã illa prior nõ fuit exitus, multi etiam tunc in suis vrbibus & domibus manserũt, nũc manebit nemo. Puto autẽ Lxx, & Chaldæum reliquisse nomen Saanan, quod esset fortasse nomẽ loci, at non locũ illum significat, sed regionẽ decem tribuum, quia in exitu erat iuxta Hier. & propter abundantiam, & fertilitatem, iuxta Symmachum, sicut Hose. 4. Bethauen ponitur pro Bethel propter etymologiam. Atque idẽ respondere possemus de ceteris nominibꝰ, cũ nomina vrbiũ fuisse cõstaret.

38

Planctum domus vicina accipiet ex vobis. Nõ est legendum: Domus vicinæ, vt nonnulli codices habẽt, sed domus vicina vt ex commentarijs Hie. & ex ipsa sententia manifestũ est. Domũ autẽ vicinã, siue domum lateris, vt est in Heb. vocat domũ duarum tribuũ, siue regnũ Iuda, vt ait Hie. & nos paulo ante exposuimus. Quasi dicat: vosò Israel nũc lugetis, quia venit vestra captiuitas, sed nõ multo post lugebũt vicini vestri, cũ illis venerit sua captiuitas. Itaq; *Ex vobis* positũ est pro Post vos, quod in vsu etiã esse apud Græcos docuit Aristote. lib. 5. Metaphy. c. 14. & Isai. vlti. idem videmus. Et erit mensis ex mẽse, & sabbatum ex sabbato, id est, post vnam festiuitatem sequetur altera.

Quæ flerent sibimet. Alia, atque alia addit, vt melius intelligatur hanc domũ vicinã esse domum, siue regnũ duarũ tribuum, ac si diceret, Illa, inquã, domus vicina, quæ stetit, siue steterat, cum domus vestra diriperetur ab Assyrijs, nec tunc euersa, aut capta est. *Sibi* additur ornatus causa ab interprete phrasin Heb. imitante, de qua diximus. n. 36. Heb. עָמְדָהּ, id est, statio eius, quod est ipsa stetit, siue quæ stetit.

Quia infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus. Quæ habitat in amaritudinibus est eadem domus duarũ tribuum, quę plena est amaritudinibus. i. peccatis Deum adirã, & amaritudinẽ prouocãtibus, ab esse ctu em̃ peccata vocãtur amaritudines, vt diximus. c. 12. Hos. n. 20. & in. c. 5. Hamos n. 18. Quod Symma. magis exposuit, vertens Habitatio ad amaritudinẽ prouocãs, vertit Hier. Lxx: Quæ habitat in doloribus.

etenim

etenim peccata etiam ab effectu dicuntur dolores, vt Psal. 7. Vides, quoniam tu laborem, & dolorẽ consideras. Vide lector Lxx: & Symmachum, atque etiam Chaldæum, qui vertit; Quæ habitat in amœnitate terræ, nostram translationem tueri aduersus recentiores, qui volebãt Maroth, quod est in Hebræo, esse vrbem, cum minime huius nominis vrbem in Iudęa legerint apud scripturas. Disce nihil eorum translationibus, & expositionibus dimoueri ab autoritate antiquissimæ, probatissimæ, verissimęque translationis, nisi vis etiam à veritate dimoueri. Hęc igitur domus ad bonum infirmata est, quia peccatis succumbens paulatim infirmior redditur ad bona opera, cito defatigata est in bono, cito benẽfacere desijt, cito reliquit pietatem, quam tempore Ezeciæ colebat. Potest etiam intelligi infirmata in bonum, amisit vires ad protegendum se ab hostibus, & ad tuendum se à malo.

40

Quia descendit malum à Domino in portam Ierusalem. Quoniam Senacherib rex Assyriorum post vastatam Samariam cepit ciuitates Iuda munitas, & obsedit Ierusalem, Isai. 36. 4. Reg. 18.

Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis. In Lachis vrbem Iudææ vẽniet tumultus quadrigarum Assyriorum, & ipsam in maximam admirationem, atque in stuporem excitabunt. Hoc autem dicit, quoniã prius Assyrius venit in Lachis, & inde mísit Rabsacem in Ierusalem, Isai. 36. & 4. Reg. 18. Quod autem Lyranus, & Brocardus in Descriptione terræ sanctæ, & alij nonnulli putant Lachis esse vrbem ad radices Libani, quæ Dan dicta est, in qua posuit vitulum aureum Ieroboam, & ideo dici: Principiũ peccati est filiæ Sion, &c. vehementer errant, cum Lachis vrbem Iudęę esse constet nõ solum ex Hieronymo in Locis Hebraicis, sed etiam ex Iosue. 10. & ex. 4. Reg. 14. & 18. & ex Isai. 36. facile posset intelligi. Dã autem decem tribuum erat, & extra Iudęã, imo in fine terræ promissionis versus Septentrionem, nec Lachis vnquã dicta est, sed Lais, vt videmus Iud. 18.

41

Principium peccati est filiæ Sion. Ex hoc loco discimus (neque enim constat ex alio) hanc vrbem primam in vrbibus Iudææ imitatam esse Idololatriam Israelis, vt merito in eam primum quadrigæ Assyriorum venerint, prima ceteras Iudęę vrbes corrupit, illique autor fuit impietatis.

Lachis.

Propterea dabit emissarios. Pro Emissarios, in Hebræo est שִׁלּוּחִים, quod recentes Hebræi munera interpretãtur quæ alicui mittuntur, quoniam שִׁלּוּחַ idem est, quod misit. Sed sciẽdum est hoc nomine missiones significari, id est, omnes res, quę mittuntur, vt 3. Reg. 9. Et dedit eam (vrbem Gazer) in dotem filiæ suæ vxori Salomonis. Hebraic. Et dedit eam שִׁלּוּחִים, id est, missiones filiæ suæ. Lxx: καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Φαραὼ ἀποστολὰς τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ, id est, Et dedit eam Pharao missiones filiæ suæ. Quod nihil est aliud, quam, Dedit eam munus, siue dotem filiæ suæ. Et Exhod. 18. Tulit Sephoram vxorem Moysi, quam remiserat. Hebraice אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ, id est, post missiones eius, id est, postquam illam miserat ex Ægypto. Ita etiam Lxx, & Chaldæus. Ex quibus locis intelligitur, non magis dona significare, quã quoduis aliud, quod mittatur, ideoque ex ijs, quæ dicũtur, accipiendum esse quid eo in loco potissimum significet. * Hoc autẽ in loco munera significare nõ potest, quorsum enim Lachis vrbs Iudææ munera mittat ad Geth vrbem infestissimam Palæstinorum, cui erat, vehementer inuisa, & à qua non auxilium sperare poterat, sed pestem? Quomodo etiã mitteret obsessa magno exercitu Assyriorum? Multo melius vidit Hieronymus, nõ munera indicari, sed emissarios, quod etiã viderunt Lxx, qui verterunt δώσει ἐξαποστελλομένους, id est, dabit emissarios, siue eos, qui emittuntur. Emissarij autem dicuntur milites expediti, qui exercitum præcurrunt, & emittuntur, vel ad explorãdum, vel ad deprædandum hostiles agros, vel ad prœlium lacessendum, vel ducem, & regem circunstant, vt ei obtemperent, & quolibet emitti possint, qui solent in nostra translatione vocari Latrunculi, vt interpretatur Hieronymus. Dicuntur etiam Hebraice רָצִים, id est, currentes, aut cursores, vt 1. Reg. 22. Et ait rex emissarijs, qui circumstabant eum: Cõuertimini, & interficite sacerdotes Domini. Lxx: Et ait rex παρατρέχουσι, id est, currentibus. 2. Reg. 15. Fecit sibi Absalom currus, & equites, & quinquaginta viros, qui præcederent eum. Hebraice: Quinquaginta רָצִים, Lxx quinquaginta viros præcurrentes ante faciem suam. * Notandum etiam cum ait: *Propterea dabit emissarios*, non esse intelligendum, Assyrius dabit emissarios, vt glossa existimauit, & Lyranus, sed vrbs ipsa Lachis, est enim נְקֵבָה, quod femineigeneris

Emissarij.

42

43

Universidad de Deusto
Biblioteca

generis verbum est, ideoque necessario ad Lachis refertur, est etiam secundę personę, ideoque legendum videtur propterea dabis, &c. Vrbi enim ipsi loquebatur: Quia in te inuenta sunt scelera Israel. Propterea dabis emissarios. Verum parum refert, Dabis ne legamus, an Dabit, nam & Lxx verterũt Dabit, dũmodo de vrbe Lachis id dici intelligatur. Propterea igitur ô Lachis, quod idololatriæ Israelis autor fuisti vrbibus Iudææ, ita ab Assyrio expugnaberis, vt præter eos, qui in bello cadent, multos ex te captiuos extracturus sit rex Assyriorum, quos emissarios faciat, & cum suis mittat super hæreditatem Geth, id est cõtra agros, quos possidet Geth, metropolis Palæstinorum, vt depopulentur agros & deprædentur pecora, & omnia quæ possident Gethæi. Nobiscum sentire videtur Theodoretus, qui emissarios captiuos esse dicit.

44 *Domos mendacij in deceptionem regibus Israel.* Hoc ad Geth refertur, iuxta Hieronymũ, cuius domus sunt domus mendacij, id est, idola colentes, quæ nihil sunt, & deceperũt reges Israel. Dicant qui Achzib non hic mẽdacium, sed vrbem significare volunt quomodo Achzib vrbs Iudææ potuerit esse in deceptionem regibus Israel? Sed neq; quomodo Geth deceperit reges Israel, in scriptura, vt opinor, legitur. Probabile est autẽ reges Israel, qui bellum sępe gerebant cum regibus Iuda, fœdus iniisse cum Gethæis, qui propinquiores erant ab Occasu Iudęis & infestissimi, vt communibus odijs, & cõmunibus armis vexarent duas tribus. Gethæos autem, vt qui vniuersum genus Iacob vehementer oderant, nequaquam postea impleuisse, quod promiserant, ne potẽtior fieret Israel. Itaque domus mendacij, & deceptrices regum Israel dici possunt, vel quia eos fallebant, ita vt dixi, vel quia reges Israel, vt morem gererent Gethæis, eorum etiam idolis sacrificabant. * Lyrano coniectura nostra non displicet, qui ita hæc verba exposuit. Dicit R. Salomon quod Gethæi confœderati fuerunt cum Phacee rege Israel ad veniendum contra regnum Iuda cum rege Syriæ, de quo habetur Isa. 7. & tamen postea fuerunt in conspiratione occisionis Phacee cum Hosee filio Ela, 4. Reg. 15. & fuerunt mẽdaces, & deceptores, propter quod meruerunt, quod terra eorum deuastaretur ab Assyrijs, &c. Sed de hoc nihil inuenio neque in 4 Reg. cap. 16. neque Isaiæ 7. neque vero apud Iosephum libr. 9. Antiq. c. 12. & 13. vbi de his agit.

Adhuc hæredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa. Quoniam Maresa hæreditatem significat, alludit per amaram irrisionem ad nominis Etymologiam, & ait: Non Lachis sola vastabitur, tibi etiam hæredes adducã ô Maresa, id est, hostes, qui te possideant, & in te ingrediantur, quasi in hæreditatem suam. Loquitur autem ciuitati, id est, multitudini hominum, ac si mulier esset, vt in præcedentibus etiam, & ideo ait: Quæ habitas in Maresa: de quo diximus plura cap. 5. Hamos num. 4.

Vsque ad Hodollam veniet gloria Israel. Hodollam, siue Adullam Iosue. 15. numeratur inter vrbes tribus Iudæ, quæ sunt in campestribus. Hieronymus in Locis Hebraicis: Adullam in tribu Iuda, & vsque hodie vicus non paruus ad Orientem Eleutheropoleos in decimo milliario hoc nomine vocatur. 46
* Sed gloria Israel per antiphrasin dicitur iuxta Hieronymũ, siue per Ironiam, vt significetur captiuitas, & vastitas. Hoc ergo ait: Gloria, quam suis egregijs factis commeritus est Israel, hoc est vastitas, quam sua idololatria comparauit, perueniet vsque ad Hodellam remotissimam vrbem, quę eandem idololatriam imitata est, atque ita per vrbes intermedias transibit. Eleganter autem in Hebræo dictũ est עבד pro quo Lxx, & Symmachus, sicut & Hieronymus, gloria verterunt, ita enim gloriam significat, vt significet etiam grauitatem, in qua intelligitur onus, & supplicium graue, quod has vrbes manebat.

Decaluare, & tondere. O terra Israel, quam tanta manet calamitas, luge, caluitium fac, & crines tuos tonde. De caluitio, & tonsione, quæ magnę tristitię, & calamitatis signa sunt, diximus in cap. 8. Hamos nu. 30. Israelem alloquitur, de quo erat proximus sermo: Sed Israelem vocat terram Israelis, & ideo femineis verbis vsus est in Hebræo, vt Malach. 1. Quod si dixerit Idumæa in Hebræo est Edom, & verbum Dixerit, femineum est.

Super filios deliciarum tuarum. id est, Quos in magnis delicijs nutrieras, & nunc in durissimam captiuitatem ducentur.

Dilata caluitium tuum, sicut aquila. Ne quoquis caluitio contenta sis, maximũ fac, quoniã maxima est causa doloris, decalua totũ caput, sicut aquila quæ certo tẽpore amittit plumas, & tota manet implumis, donec postea nouas habeat, de qua renouatione dictum est Psal. 102. Renouabitur, vt aquilæ, iuuentus tua, vt hic adnotat Hieronymus, & Euthymius in eundem Psalm. Hoc etiam est illud Isai. 40. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, & assumẽt pennas sicut aquilę, vbi Hieronymus: Crebro diximus aquilarum senectutem reuirescere mutatione pennarum. Et Ambrosius sermone 54. cum eadem verba Psalmi 102. retulisset, & de aquila, inquit: Quę assidua commutatione habitus sui longam ducere fertur ætatem, & vetustis iam fatiscentibus plumis noua pẽnarum mutatione iuuenescere, ita vt depositis antiquitatis exuuijs rediuiua indumentorum natiuitate se vestiat. Vnde intelligimus quod senectutem aquilæ non sentiunt membra, sed plumæ. De nouo ergo se vestit, & pullulantibus pennis vetusta mater iterum renouatur in pullum.

TROPOLOGIA.

Super hoc plangam & vlulabo. Michæas humilis Euangelici prædicatoris typum portat, qui siue amici sint, siue inimici, domesticis, aut alieni, id illis sincere dicat, quod à Domino accepit etiam si triste sit, sicut Paulus se feciſſe dicit: Quomodo nihil subtraxerim vtilium, quo minus annuntiarem vobis, & docerem vos publice, & per domos, testificans Iudæis, atque gentibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesvm Christvm. Sed hoc cum fecerit, tantæ debet esse caritatis, vt de supplicijs peccatorum doleat, doloremque factis testetur, vt & Deum populo placet iratum, & eundem populum commiseratione sua ædificet, & ad amorem sui alliciat, vt tanto magis credens, quanto magis prædicatorem suum amat, inde ad Dei amorem magis excitetur. Vaticinatus est Michæas super Samariam, & Ierusalem, nihil impendentium malorum tacuit, sed eorum commiseratione, aduersus quos prophetauerat, ita afficitur, vt plangat, & vluler, vadat spoliatus, & nudus, faciat planctum, velut draconum, & luctũ quasi struthionum. * Meritо autem plangit, & vlulat, & cetera facit, quæ diximus, vt nobis similitudine quadã, vtcumque declaret, qualia post hãc vitam securos peccatores, & nihil tale metuentes maneãt supplicia. Quis enim putaret eum Michæam videbat plangentem, & nudum

fore, vt in magna trãquillitate viuentes ciues paulo post acerbissime plangerent, & vlularent, & spoliati, ac nudi, plenique ignominia abducerentur in captiuitatem? Et nunc qui videt peccatores ducentes in bonis dies suos, quorum filij sicut nouellę plantationes in iuuentute sua, & filiæ circumornatæ, vt similitudo rempli, & promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud; vix poterit sibi persuadere fore, vt paulo post in gehennam deturbati, & tot bonis spoliati cõculcentur à dęmonibus, qui beati vocabãtur ab hominibus. Plangat igitur verus verbi Dei prędicator, & vluler, vt peccatores conuertantur ad Deum, quoniam nisi conuertantur, in æternum plangent & horribiliter vlulabunt, sicut ait Dominus: Væ vobis: qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Et: Exibunt angeli, & separabũt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: Ibi erit fletus, & stridor dẽtium. Et quoniam non pauci sunt, qui hoc sępe audiunt, sed non satis intelligunt, citoque obliuiscuntur, recte interrogat: Intellexistis hæc omnia? Respondent illi pro omnibus electis, Etiam Domine. * Spoliabuntur omnibus diuitijs suis, & honoribus, & potentia, quia diues, cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius Nudabuntur, quia eorum ignominia, & damnatio nota, & grata omnibus erit, & fiet illud: Videbunt iusti, & timebũt, & super eum ridebũt. Quare recte dictum est: Suadeo tibi emere à me aurum ignitũ, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ: nisi enim hoc aurum ignitum, quod caritas est, habuerimus: necesse est pauperes esse, & nudos, plenosque ignominia. Nec tamen erit eorum qualiscunque planctus, & luctus, sed quasi draconum, & struthionum. Dracones victi ab Elephantis horribili Sibilo personant. Quid aptius nomine draconis ferocis animalis, & venenosi significari intelligemus, quam Diabolum, qui nescit mitescere, & semper malarum, & noxiarum cogitationum venena diffundit? Ita legimus in Apocalypsi; Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorũ amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui seducit vniuer-

Pſal. 144.

Luc. 6.
Matth. 13.

Draco.

Apoc. 12.

Pſal. 48.

Pſal. 51.

Apoc. 3.

sum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum orbem : Ille qui princeps malitiæ est, draco magnus dicitur, ceteri eiusdem malitiæ imitatores, & eiusdem veneni participes eadē ratione dracones vocantur. * Elephanti autem iustos significant, & antequā manuescant, & multo magis post manuefactionem. Ante quidem, quoniam vt ex Plinio lib. 8. ca. 1. discimus, ex omnibus animalibus proximi sunt humanis sensibus, ineitque in illis probitas quædam, & prudentia, & æquitas, & religio. Post manuefactionem vero, quia cum sint natura feri, tamen magistrorum imperio obtemperāt, & ita erudiuntur, vt vti ratione videantur. Sic iusti deposita feritate magistris Ecclesię obediunt, & ira ratione vti docentur, vt omnia, quæ vident, contemnentes, & quæ alijs gratissima sunt, fastidientes cœlestia quantur, & ita cupiditates à ratione abhorrentes coercēt, vt soli inter homines vere sapiant, sicut de Tiresiæ Thebani vatis anima est apud Homerum, hanc solam sapere ceteras vmbras volitare. Præterea Elephanti sanguine vuæ excitantur ad prælium, & mirabiliter pugnant, vt est in primo Machabæo: Et Elephantis ostenderunt sanguinem vuæ ad acuendos eos in prælium. Et statim ait singulos portasse singulas turres ligneas, & super eis machinas, in turribus autem fuisse viros bellatores, & magistrum bestię. Similiter enim iusti sanguine CHRISTI excitati, in gladios, & in hastas, & in ignes ruunt. * Turris non lapidea, aut ferrea, sed lignea est, lex Euangelica, cuius iugum suaue est, & onus eius leue. Machinæ sunt præcepta, & consilia, quibus aduersariorum doli, & artes, quasi arces, euertuntur. Viri bellatores sunt virtutes, præsertim Theologicæ. Magister bestiæ est ipsa Spiritus sancti per se, & per suos eruditio, & manuductio. Cum igitur ab huiusmodi Elephantis victi dracones omnes in die iudicij in ignem detrudentur æternum, horribili sibilo personabunt, & sine fine lugebunt. Et quia impij, eodem igne, quo dæmones, cruciandi sunt, & cum illis æternum lugebunt, dicitur eorum planctus futurus, sicut planctus draconum. Filię struthionis, id est, struthiones fœminæ eosdem dæmones significant propter crudelitatem, quæ huic bestiæ tribuitur, vt Filia populi mei crudelis, quasi struthio in deserto, habent etiam struthiones pennas, quibus leuari in altum possent, sed grauitate corporis manent in terra. Ita dęmones naturam habebant, qua possent super omnia vitia leuari, sed grauitate malitiæ hæserunt in superbia, & inuidia. Qui cuspidibus æternorum supplicio-
rum transfixi semper cruciabuntur, & sine spe libertatis aut salutis lamentabūtur. Recte ergo luctus damnatorum hominum, quia similis erit luctui dæmonum, vocatur luctus struthionum, & quidem si illi spem aliquam de se præberent, aut soli in peccatis iacerent, soliq; præda Diaboli essent, qui iam diu perierant, & peccatum suum, sicut Sodoma, prædicabāt, tolerabilior esset sanctorum prædicatorum luctus, & dolor. At cum illi etiam cadunt, & magnis vitijs implicantur, qui Deo adhærebant, & ad eius hæreditatem maxime pertinere videbantur, intolerabilis dolor est. Propter quod ait Propheta. * *Quia desperata est plaga eius, quia venit vsque ad Iudam, tetigit portam populi mei vsque ad Ierusalem.* Tunc vsque ad Ierusalem plaga peruenit, cum multi boni cadūt, pauciſsimique relinquuntur probatissimæ virtutis, & fit aliquid simile ei, quod scriptum est: Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro, sed propter electos breuiabuntur dies illi. Quanta autem sit hæc vastitas animarum, optime ostendit verbis sequentibus. *In Getis nolite annuntiare.* Minora enim essent hæc mala, si vel intra Ecclesiam manerent, neq; illi qui sunt à Christi fide alieni cognoscerent morum nostrorum turpitudinem, qua & nomē, quod est super omne nomen, polluitur in gentibus, & ipsi ab eiusdem fidei susceptione vehementius abalienantur, neque enim perinde sibi possunt, probabilem, ac suscipiendam esse religionem eam, quæ tam depravatos habeat cultores. Ideo ait Propheta: *In Getis nolite annuntiare.* Nesciant Gethæi, nesciant infideles stragem Christianarum animarum, quam Diabolus edit, ne lætētur filiæ Philistijm, ne insultent filiæ incircumcisorum. Gratulantur sibi hæretici, & gentiles, cum eosdem mores vident in Ecclesia, quos in se agnoscunt. *In domo pulueris pulvere Vos conspergite.* Domos pulueris vocat peculiares Ecclesias, quæ propter hominū impietatem magis in dies ruunt, ibi lugete calamitatem vestram, ne sentiant quæ parati mini, inimici. * Religiosi etiam, si quando per infirmitatem labantur humanam, lugeant in suis domibus, & si ruentis religionis fortasse puluerem viderint, agant pœnitentiam in domo pulueris, & reflaurent, quod possunt: caueant, ne seculares ea peccata cognoscant, qui de religionibus libenter detrahunt, ne inde Euangelica vitæ ratio in cōtemptum imperitorum, & improborū veniat, & sibi in peccatis suis placeāt, vitamq; communem religiosæ anteponāt. *Transite Vobis habitatio pulchra.* O pulcherrimi, atque vberrimi loci habitatrix. O anima, quæ in Ecclesia habitas, quæ terra promissionis est, & de cœlo expectat pluuiam, & lacte, atq; melle fluit, de qua dictum est: Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, id est, in terra feracissima. O, inquam, anima ingrata, & ignaua, quæ diuitijs spiritus abundare poteras, & dulcissima pertrui libertate: trāsi in captiuitatem Diaboli, quę Deum reliquisti, nuda, & spoliata, ac plena ignominia, quæ poteras vestimentis albis indui, & talis esse, vt de te diceretur: Omni gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circūamicta varietatibus. * *Nondum est egressa quæ habitat in exitu.* Aliquando à Deo recesseras, & in captiuitatē exieras; at hæc, quæ nunc imminet, captiuitas, tanto erit maior ceteris captiuitatibus, tā grauis erit, tam diuturna, tam plena miserijs, vt nunc demum egredi in captiuitatē videare. Sed quia ad meliores, & Deo cariores animas terpit nonnunquam mali cōtagium, & malarum exemplo viciniaq; læduntur, quamuis prius steterint, & similiter à Deo puniūtur; merito subijcit: *Planctum domus Vestra accipite ex Vobis, quæ sterit sibimet.* Vt enim dominus Iuda timere debuit, & quiescere à peccatis, cum vidit domum Israel ab Assyrijs duci in captiuitatem, & quia id facere neglexit, & se meliorem, ac Deo gratiorē existimauit, simili supplicio affecta est: Sic animæ iustæ, quæ reliquarum ruinis eruditi, & humiliari debuerant, & peccata sua corrigere, cum id facere omittunt, & sibi firmitatem suam arrogant, in eadem mala cum illis incidunt. * Malorum autem causa est, vel maxima: *Quia infirmata est in bonum, quæ habitat in tenuitudinibus*, id est, Instabilitas leuium, & mutabilium animarum, quæ cito deficiunt ab eo, quod eis traditum est, sancto mandato, atque ita breui defatigantur, ac si longissimum iter confecissent. De quibus ait Dauid: Et crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudem eius: cito fecerunt, obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius. Cum cœpissent verbis Deo credere, cum cum ex animo laudarent, cito fecerunt, (non est enim legendum, Defecerunt, vt nonnulli putant,) id est, cito perfecerunt illam fidem, & illas laudes Dei, cito opus suum absoluerunt, & obliti sunt beneficiorum Dei, nec sustinuerūt expectare eius consilium, id est, quid Deus de eis ageret, quo eos perduci, quomodo ali vellet. Sed cupierunt concupiscentiam in deserto, & tentauerunt Deum in inaquoso, infirmati sunt in bonum. De qua re satis erit subscribere quod beatus pater Gregorius dixit in illud Iob: Sic faciebat Iob cunctis diebus. * In cassum quippe, inquit, bonum agitur, si ante terminum vitæ deseratur: quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit. Hinc est enim quod de reprobis dicitur: Væ his, qui perdiderunt sustinentiam. Hinc electis suis veritas dicit: Vos estis, qui permansistis mecum in tētationibus meis. Hinc Ioseph, qui inter fratres vsque in finem iustus perseuerasse describitur, solus talarem tunicā habuisse perhibetur. Nam quid est talaris tunica, nisi actio consummata? Quasi enim protensa tunica talum corporis operit cum bona actio ante Dei oculos vsque ad vitæ nostræ terminū regit. Hinc est quod per Moysem caudam hostiæ in altari offerre præcipimur, vt & videlicet omne bonum, quod incipimus, etiam perseueranti fine cōpleamus. Bene igitur cœpta cunctis diebus agē da sunt, vt cum malum pugnando repellitur, ipsa bona victoria constantiæ manu teneatur. Hæc Gregorius: Atque hæc infirmatio in bonum, & inconstantia efficit, vt anima habitet in amaritudinibus, & plena sit peccatis; Vnde enim in tot peccata incidimus, quibus irā Dei in nos prouocamus, nisi quia molles sumus, & bonorum operū laborē ferre recusamus? * *Inde descendit malum à Domino in portam Ierusalem.* Vastantur vrbes munitæ Iudææ, id est, multæ animæ, quæ caritate, & ceteris virtutibus quasi muro fortissimo muniebantur. Et ipsa Ierusalem, in qua erat Sanctum Sāctorum, hostes videt ad portam, vixque lacrymis, & oratione liberatur: quod profecto fit cum iustissimi, & lectissimi quique etiam in cadendi periculo sunt. Verum quia sunt nonnulli in Ecclesia, quos ita spiritus superbiæ occupauit, vt cum turpiter viuant, nullo modo ferre possint turpiter viuere videri, sed suas turpitudines excusare, & commēdare etiā

velint,

51

Lib. 10. Odyss.

1. Mach. 6.

52 Matth. 11.

Thren. 4.

53

Matth. 10.

54

Gregor. 1. Mor. vlt. Iob. 1.

57

Eccli. 2. Luc. 22.

Exhod. 29. Leui. 3.

58

Universidad de Deusto
Biblioteca

velint, ac mirum in modum laborẽt, vt alijs tradãt imitãdas, & hi dignissimi sunt omni acerbitate pœnarum, solentque & prius, & grauius puniri, pulchre Propheta ait: *Iumentis quadrigæ stuporis habitanti Lachis. Principium peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel.* Quadrigis nobilissimi, & potentissimi bellatores vehũtur, ideoque maximas, & potentissimas Diaboli tentationes designant, quæ animarum bona diripiunt, & in tot scelera inducunt, vt in stuporem magnum excitentur qui earum vim, & efficacitatem animaduertunt. * Et quia sæpe huiusmodi homines in tantum impietatis barathrum incidunt, vt verbis, aut etiam scriptis Diabolum adiuuent ad perditionem hominum, qui iam Ecclesiam per infidelitatem reliquerunt, vel carnaliter viuentes, & bonam conscientiam repellentes in periculo sunt circa fidem naufragandi, vt ait Apostolus: eleganter additum est: *Propterea dabit emissarios super hæreditatem Geth.* Nã eorum cõciones, disputationes, colloquia, libri quid aliud sunt, quã milites, quos dant regi Assyriorum, id est, Diabolo, vt cũ eius militibus, id est, cum eius fraudibus, & tentationibus simul pugnent aduersus hæreditatem Geth? Geth autem vrbs erat inimicorum populi Dei, & significat torcular, vt merito hæreditas Geth sint infideles, & illi qui vino, & cibis indulgent, ac pecudum more viuunt: Hi enim maxime capi solent, & erroribus peruersorum dogmatum, & omni turpitudine vitiorum. Si de hæreticis loquamur, suppeditant nobis nostra tempora exempla non pauca perditissimorum hominum, qui, vt impune sese carnis libidinibus traderent turpissimas hæreses excogitarunt, & voce, atque scriptis in vulgus ediderunt. * An non illi etiam emissarios dant regi Assyriorum, qui prodigi ingenij, atque otij, ac nequitiæ suæ poenę peccatum suum, vel vt Sodoma, prædicantes, amatoria, & lasciua carmina scribunt, perinde, ac si ethnici essent, à quibus, cum sensu, & voluntate non admodum discrepent, lætantur etiam verbis non discrepare. At quot sunt ex hoc genere, & apud nos, & apud Italos, & Gallos? Eiusdem factionis sunt, qui Arcadias, & Dianas, & id genus vanissimos libros conscribunt, quos adolescẽtuli tenera ætate imbibant, & virgines, atq; honestæ feminæ in sinu gestent, vt fiant inhonestæ. Quid dicam de vanis, ac perditis

60 Milites Diabolo mittunt scriptores rerum impudicarum.

hominibus errantibus, & in errorem mittentibus, qui fictorum heroum quasi res gestas literis mandant, & ardentes amores eorum, amatoria colloquia, & facta turpissima confingunt, quibus in animis iuuenum atque etiam virorum ignem incẽdunt Gehennæ? Huius generis libros quam plurimos aut soli Hispani habemus, aut plures quam alij: neque prohibentur vnquam, sed impune à quauis ætate, à quauis conditione leguntur, in magnam honestorum morum deprauationẽ. * Vidi pudicitiæ, & virtutis amatorem iuuenem, qui cum nunquam huiusmodi libros legisset, casuq; incidisset in quatuor Amadisi volumina, quæ ingenij, & eloquentiæ nomine laudari audierat, quibus ipse rebus multum delectabatur, cœpit legere, vt experiretur an par esset opus laudibus, sed cum primum nondũ euoluisset, tot in se excitari carnis incendia sensit, tam turpes cogitationes, vt librum iratus proiecerit, neque vnquam postea videre sustinuerit. Nec pudet homines, non dico doctos, aut ingenioſos, sed homines, ea legere studiosissime, quæ sciunt à nugacissimis hominibus, & tempore, ac mente abutentibus inanissime fuisse cõficta. Noui adolescens Sartorem Salmanticæ, qui dicebus profestis tacitus artem exercebat suã, semperque fere quasi in stuporem raptus videbatur, festis autem ea scribebat, quæ per hebdomadam de fictorum heroum factis, amoribusque confingere libuerat. Hęc meditabatur, his sacrorum dierum otia tribuebat. Is mihi libro iam vno conscripto cupide dicebat, si duodecim heroum Gallias, quos vulgo Pares, aut Patres vocant, primordia memoriæ mandarentur, quæ cererit prætermissent, librum illum fore maximę venalem, addebatq; se id optare. Cum ego quærerem, num aliquid ipse de his rebus haberet, quod scriberet? nihil, inquit, habeo, sed fingam. * Quot putabimus ab istis emissarios dari regi Assyriorum, vt expugnent pudicitiam, & Christianæ vitæ partem? Sed leuia sunt hæc, olim, hæc olim, cum legenda flagitia præbebantur, nunc spectanda præbentur. Nouit versutissimus artifex malorum ingenius irritare animum demissa per aures.

Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator: ——

Ideirco, quæ turpiter legebantur, nouissimo

luit in

Hier. lib. 1. in Ioelem in fine lib. 2. in fine.

luit in theatro. Deplorauit hoc olim Cyprianus his verbis: Admonetur ætas omnis auditu fieri posse quod factum est, nunquã æui senio delicta moriuntur, nũquam temporibus crimen obruitur, nunquam scelus oblitione sepelitur, exempla fiunt quæ esse iam facinora destiterunt, tunc delectat in mimis turpitudinum magisterio, vel quid domi gesserit recognoscere, vel quid gerere posset, audire. Adulterium discitur dum videtur, & lenocinante ad vitia publicę autoritatis malo quę pudica fortasse ad spectaculum matrona processerat, de spectaculo reuertitur impudica. Adhuc deinde morum quanta labes? quæ probrorum fomenta? quæ alimenta vitiorum histrionicis gestibus inquinari, videre contra fœdus, iusq; nascendi patientiam incestæ turpitudinis elaboratam? * Euirantur mares, honor omnis, & vigor sexus eneruati corporis dedecore mollitur, pluſque illi placet quisquis virum in feminam magis fregerit, in laudẽ crescit ex crimine, & peritior, quo turpior, iudicatur. Spectatur hic pro nefas, & libenter. Quid non possit suadere, qui talis est: Mouet sensus, mulcet affectus, expugnat boni pectoris conscientiam fortiorem: nec deest probri blandientis autoritas, vt audiatur molliore pernicies hominibus obrepat. Hæc, & plura Cyprianus, sed de suorum tẽporum malis. Quid faceret si nunc in Christianorũ theatris sederet, si comœdias, quæ aguntur, spectaret? Non iam curantur mares, sed feminæ ipsę virilis fiunt, non frangitur in feminam vir, sed femina in virum roboratur. Non satis fuit humani generis hostis fictas turpitudines agi, verbis profert, femina prodit in scenam, & feminam agit, quę à viro agi solebat, & minus mouebat. Nunc compta, atque ornata procedit in medium pulchra mimarum corpore, sed moribus turpissima, vt incendia maiora excitentur. Agit etiam eadem virum, aut amore captũ adolescentulum, luget, deperit, perdit, exhibet oculis quæ celari in feminis debuerant, & quæ honeste dici non possunt, inhoneste cogitantur, saltant, corpora lasciue inflectunt, dumque ea, & peiora fortasse auariti, patresque patiuntur, nõ maioribus Ætna incendijs æstuat, quam eorum pectora, qui spectant, & audiunt. * Nec hæc imponũtur, sed sacris etiam interdum, ac Deo dicatis. Adde, quod eo maxime tempore hæc agi videntur, quo multo concionatorum, & cæterorum Dei ministrorum studore Diabolus ex hominibus fuerat fugatus, id est, continuo post Dominici natalis, & sancti Paschæ festias, vt videlicet assumat septem alios spiritus nequiores se, & inueniat veteres domos scopis mundatas, & fiant nouissima relapsorum peiora prioribus. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finium terræ, Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationũ: quoniam data est à Dño potestas vobis, & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Et quoniam ministri estis illius, vt ait Spiritus sanctus, cohibete hos emissarios ministrorum Diaboli, quos iam cõmemoraui, idque vos obtestor, qui potestis, per aduentum Domini nostri IESV CHRISTI, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. * Omnes etiam qui hæc legent, (si quis tamen legere volet) per eundem Dñm obtestor, vt vel in concionibus, vel in sacris confessionibus, vel in priuatis colloquijs, quocumq; tẽpore se dabit occasio, reges admoneant, & principes, ac regios senatores, prætoresque ciuitatum, nec tantum admoneant, sed etiam per IESVM CHRISTVM obtestentur, vt in istos morum Christianorũ corruptores seuere animaduertant, libros illos de medio tollãt, infames huiusmodi comœdiarum autores, & actores, actricesque procul relegent, & hãc tetram reipublicæ sentinam, quocumque exonerent. Mihi quidem, & fidei catholicę iudices, ac patroni, rem officio suo, zeloque officij sui dignam facere videbuntur, si vt suspectæ doctrinę libros, ita etiam eos, quos dixi, legi publico edicto prohibeant. Nam sicut illi fidem, ita & isti bonos mores, pudicitiamq; corrumpunt, vnde facilis ad hęreses transitus est, & vnde omnes hæretici cœpere. Nec enim transitur ad hæreses à caritate, & humilitate, ab oratione, à ieiunijs, à pœnitentia, à sui abnegatione, sed ab immoderato amore sęculi, à tumore animi, ab obliuione Dei, à comessationibus, & ebrietatibus, ab otio, & libidine, à cæco amore sui. Reuertamus ad verba Prophetæ. Quos nam tandem agros, quas domos diripiunt emissarij, qui exeunt, vt latrocinentur cum

militibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

militibus Assyrij regis? * *Hæreditatem Geth.* Epulones, bibaces, & voluptatum amatores, magis quam Dei. Horum domos vocat domos mendacij, quoniam confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Ijdem sunt in deceptionem regibus, non Iuda, sed Israel. Nam reges, qui Deum non timent, neque ambulant in via Dauid regis Iuda, sed in vijs Ieroboham filij Nabat, qui peccare fecit Israel, id est, qui non Dei gloriam, & laudem, sed sua emolumenta per fas, perque nefas quærunt: amicos inueniunt, qui nunquam fidem seruent, neque vere diligant, aut recta suadeant, sed ad sua idola trahant, id est, vitijs, quibus ipsi abundant, implicant miseros principes. Et quoniam non probauerunt Deum habere in notitia, neq; regem regum colunt, iusto eiusdem iudicio fit, vt apud eos autoritate maxime valeant, effeminati homines, & turpes cupiditatum serui, adulatores sponsi Penelopes, nebulones, Alcinoique, qui sint in deceptionem regibus Israel. * Et quia sunt in Ecclesia multi, qui boni videntur, sed immodico diuitiarum, & possessionum amore à via iustorum abducuntur, neque animarum suarum salutem quærũt, sed in suis opibus, & in patrum suorum hæreditate cœlestium promissionum obliti conquiescunt, & recte in habitatoribus Maresæ intelliguntur, quod hæreditatem sonat: ne nulla sibi supplicia impendere existiment recte additur. *Adhuc hæredem adducam tibi habitatorem Maresa.* Enim vero in huiusmodi hominum animas sæculi amatorum, & possessiones suas tantum dilatare cupientium, quasi in hæreditatem suã, ingreduntur auaritia, crudelitas, libido, obliuio Dei, fœtorum bonorum contemptio. Annõ videmus, quas cogitationes in animo suo deuoluat dives ille, cuius vberes fructus ager extulit? Cogitabat intra se dicens, Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Quasi pauperes nullos haberet, in quorum sinus opes congregatæ in æternum sibi mansuras: quæ tunc vere fructus sui essent, nam in apothecis seruatę, non sui fructus sunt, sed hæredum. Et dixit: Hoc faciam, destruam horrea mea, & maiora faciam, illuc congregabo omnia, quæ nata sunt mihi, & bona mea. Erras nebulo, erras, non tibi nata sunt, sed alijs, non bona tua sunt sed eorum, qui post te possidebunt. Dixit animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos. Recte lane, si & vitam habeas in annos plurimos. * Requiesce, comede, bibe, epulare. Sed & in eorum opes adducit Deus hæredes, vt non ipsi, qui nimis illas amabant, sed alij, eis fruantur, quemadmodum, eidem diuiti dictum est, nocte eadem, qua de horreorum dilatatione solicitus erat: Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Et Dauid ait: Verumtamen in imagine pertrãsit homo, sed & frustra conturbatur: Thesaurizat, & ignorat cui cõgregabit ea. Præterea, cum is, qui per iniquitatem diuitias collegerat, & viuens eas amittit, ac male parta male, vt est in prouerbio, dilabuntur, hæredem adducit Deus in habitatores Maresæ, iuxta illud: Vę qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Sed quamuis alij ab spiritualibus Assyrijs diripiantur, sunt tamen quidam, qui omnibus vsque adeo diuites, & fortes videntur, ac vt deri ipsi volunt, palamque omnibus significent, vt qui rerum spiritualium imperiti, atque inexperti fuerint, facile iudicent eos turos ab illa hostiũ iniuria futuros. Hi sunt, qui magnis donis aucti à Deo, quæ & ipsi agnoscunt, non dicunt: Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi, sed sine causa & sine veritate effutiũt, & bona, quæ faciunt minime abscõdunt. * Qui bene significãtur in Hodollã, quod sonat, vt ait Hiero. Testimonium hausus, vel hauritionis eorũ, semper enim tentantur, ac produnt, quæ hauriunt à Deo. Verum quoniam non solum animæ aliæ, quæ magis patebant incursioni, & direptioni expugnantur ab aduersarijs generis nostri, sed hæ ipsæ etiã sæpe amissis donis, quæ prædicabant, turpiter labuntur, & capiuntur, quamuis remotiores erant ab impetu hostium, Propheta ait: *Vsque ad Hodollam veniet gloria Israel.* Eadem igitur omnia afficietur Hodollam, & si remotior erat, similiter vincetur atque vrbes aliæ, capientur intermedias, & tãdem capietur Hodollam. Hoc mihi dicere visus est Ecclesiasticus: cum ait: Operarius ebriosus nõ locupletabitur, qui quæ operando colligit per ebriositatem dissipat. Quis est autẽ ebriosus operarius, nisi qui in stadio mandatorum Dei diligenter currit, & desudat, sed ipso suo vertiu, id est, factis suis, delectatur, & placet sibi, & aliis placere quærit, &, quasi vino quodam inebriatur. Ita Noe vir agricola plantauit vineam, sed vino eiusdem inebriatus est.

* Propterea de Ioanne Baptista, qui magna quidem factus est, sed prudenter, & humiliter eelaturus, ac sibi placiturus non erat, dictum est ab angelo: Vinum, & siceram non bibet. Et de Nazaræis scriptum est: Vir, siue mulier, cum fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint Domino cõsecrare, à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebunt: Eleganter etiã Salomon scripsit: Noli regibus ò Lamuel, noli regibus dare vinum quia nullũ est secretũ, vbi regnat ebrietas. Regibus autem, qui sibi, atq; affectibus suis dominantur, sobrietas valde necessaria est, ne donis Dei superbiant, & inebrientur, nõ enim potest secretum Dei celari, vbi regnat hæc ebrietas. Quid iã post hæc mala superest, nisi vt Ecclesię, de qua tot animę pereũt luctus, & caluitium induatur, sicut ait: *De[illegible], & tondere super filios deliciarum tuarũ,* vt pœnitentiam agat, & lacrymis impetret vt quę perierant, reuiuiscant? Verum & animæ ipsi dicamus, ex qua tot filij captiui ducti sunt, id est, tot sanctas meditationes, tot ieiunia, eleemosynas, tot humilitatis, & caritatis actiones Diabolus abstulit, & abduxit. * Quid enim erant hæc nisi *filij* deliciarum eius, filij dilecti, gratissimi, in delicijs amoris Dei, & vbertate donorũ sancti Spiritus nutriti? De his dictum est in Hosea. Quod & si genuerint, interficiã amantissima vteri eorum. Quid igitur faciet anima tam miserabiliter vulnerata? *Decaluare*, inquit, *& tondere.* In lege mulier captiua, si vxor futura erat domini sui, cæsariẽ radere iubebatur. Agnoscat ergo anima se esse captiuam, & vt sit sponsa Dei, radat cæsariem. At non ita erit deformis, & ingratior illi, cuius vxor esse vult? Quid habet mulier cæsarie pulchrius? Non abijcitur prorsus cæsaries, sed illa, in qua mulier capta est: nam & vestem deponere iubetur, in qua capta est: Crescet alia sub nouo viro, quam non rader, sed in ornatum, & decorem retinebit. Deponat animæ cogitationes illas, in quibus erat, cum capta est, & quæ per capillos significãtur, vt ait Isychius in illud Leuit. 13. Et pilum eius, si in album mutatus fuerit, quoniam sicut caput capillos generat, & ornatur ex eis, ita mens cogitationes parit, & eisdem contegitur: caput enim ipsa, quia principale est animæ dicitur. * Sed cum pili omnes corporis, eodem Isychio teste, cogitationes significent, mihi videntur in cæsarie cogitationes subtiliores potissimum indicari, quoniam altissima hominis pars caput est. Placebat sibi igitur homo, cum captus à Diabolo est, tumebat virtutibus, eruditione, nobilitate, eloquentia, gloria sibi dignus videbatur, & honore magno, dignum se censebat qui præponeretur ceteris, qui fortunatiore esset, lautiori mensa, pretiosioribus vestibus vteretur. Radat omnino hanc cæsariem, altera in nouo coniugio crescet melior, & pulchrior, cum de Deo cogitabit, de cœlesti hæreditate, de orationum altitudine, de perfectione caritatis. Hæc autem cæsaries nequaquam iubebitur radi, sed nutriri semper, & ornari, quia nihil habet superflui, sed tota speciosa, & necessaria est. Propterea, (vt ab eodem Isychio erudite adnotatum est) in caput Nazaræi ferrum ascendere prohibetur in lege cunctis diebus, quibus ex voto Domino consecratur, quod in capita aliorum sine culpa ascendit, quia, quibus sunt superflui capilli, non solum nihil nocet, sed, & lucrum est tonderi, quibus autem non sunt superflui, damnosa est, & indecora capillorum depositio propter naturalis decoris spoliationem. * Sic, quibuscumque superfluæ cogitationes importunæ sunt, bene istis capillis pertonsionem carent, Nazaræus autem sanctus est, & nihil debet habere, quod tondeat. Hæc Isychius. Præterea inde calutatione, & tonsione, amouetur id, quod nos extrinsecus ornabat, & apparet quod interius fœdum est. Quare decaluari animam, quid est aliud, quam amota externa virtutis specie, & abiectis ijs, quibus ornari videbatur, fœditatem suorum peccatorum intueri, & sacerdotibus detegere per humilem, & veracem confessionem? Quod, cum per Dei misericordiam accipimus, fit illud, quod irati videtur, & minantis, sed est ad animam translatum propitij, & miserentis: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. Sed quale futurum est caluitium? Dilatã, (inquit) caluitium tuum, sicut aquila. Aquila, vt iam diximus, senio confecta veteres plumas abijcit, & nouis sumptis iuuenescit, sicut ait Dauid: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Dilatat ergo caluitium, sicut aquila, qui veterem hominem exuit cum actibus suis, & per pœnitentiã renouatur, & veterum morum, atque operum plumas abijciens, nouas, melioresque assumit, quibus in cœlum tolli possit, & longe supra

omnia terrestria leuari. Caluitium dilatat, qui omnia externa ornamẽta, quibus apud Deum non commendatur, fortiter cõtemnit, & quidquid habebat fœditatis, omnino Dei ministris detegit, Vt rasis prioribus capillis noui crescant meliores, & pulchriores, quibus ita Deus capiatur, vt quolibet illorum vulneretur sicut ait: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Cant. 4.

CAP. II.

VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam cõtra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: et calumniabantur virum & domum eius, virũ & hereditatem eius. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde non auseretis colla vestra, & nõ ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, et cantabitur canticum cum suauitate, dicentium, Depopulatione vastati sumus: pars populi mei cõmutata est: quomodo recedet à me, cum reuertatur qui regiones nostras diuidat? Propter hoc, non erit tibi mittens funiculũ sortis in cœtu Domini. Ne loquamini loquẽtes, Non stillabit super istos, non comprehendet confusio. Dicit domus Iacob: Numquid abbreuiatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur? Et econtrario populus meus in aduersariũ consurrexit. De super tunicam pallium sustulistis: & eos qui transibãt simpliciter, conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste. Congregatione cõgregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponã illum quasi gregẽ in ouili, quasi pecus in medio caularum: tumultuabũtur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos. Diuidet, et transibunt portam, & egredientur per eam: et transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

HISTORIA.

1 *Væ qui cogitatis inutile.* Sermo est ad Israel, cui & in fine cap. 1. loquebatur, id est, ad decem tribus, vt manifeste perspicitur ex eo, quod paulo post ait: Depopulatione vastati sumus, pars populi mei commutata est, quomodo recedet à me, cum reuertatur, vt regiones nostras diuidat? Pro; Inutile in Hebræo est וָאֶן, quod inutile significat, & peccatum, quia nemini prodest, sed nocet maxime; & idolũ, quia nullius vtilitatis est, cũ nihil sit, vt latius exposuimus. ca. 4. Hol. num. 31. Hoc ergo nunc ait vę vobis, qui omnes vestras cogitationes confertis, non in Deum, neque in salutem vestram, sed in res nullius momenti, id est, in pecuniæ coaceruationem per fas, & per nefas. Ideo Chaldæus vertit: Væ cogitantibus ad rapinam. Et Lxx: Facti sunt cogitantes labores, id est,

id est, peccata, ita enim peccatum dicitur ab effectu, vt Psal. 9. Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. Psalm. 54. Iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia. Itaque cap. 1. reprehendit peccata, quæ in Deum fiebant, id est, idololatriam: nunc ea, quæ fiunt in fratres. * Est autem in his verbis adnotanda consuetudo scripturę, quę sæpe vtitur figura, quę vt placet quibusdam liptote dicitur, id est, diminutio seu potius λιτότης, id est, tenuitas, solet enim res magnas verbis exponere, quæ humilia, & parum significantia videntur, sed si recte considerentur, neque humilia sunt, neque parum significantia. Hoc & Homerum, & Virgilium fecisse docet A. Gellius li. 2. noctium Atticarũ. c. 6. vt:

——— *Quis aut Eurystea durum*
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Videtur enim Illaudati, parum idoneum esse verbum ad faciendam scelerati hominis detestationem, qui hospites immolare solitos fuit: verum optime dictum est, nam, qui omni in re, atque omni tempore laude omni vacat, is illaudatus est, isque omnium pessimus, deterrimusque est. Quare Illaudatus, finis est extremæ malitiæ, inquit Gellius, qui nihil vnquam fecit, aut dixit, quod laudari posset. Ita idem dixit.

——— *Tristique palus inamabilis vnda*, id est, Odiosissima, quæ nihil vnquam habuit, quod amari posset. Homerus etiam magnos viros, & insignibus virtutibus ornatos crebro appellat ἀϋτέμονας, id est, inculpatos, in quibus, cũ nihil culpari possit, omnia laudanda sunt. Et de Menealo, ait Helena. ὃ τὸν ἀνώμονον ἠδ' ἄφρονα, ὅστις τι ἕοικε, id est, nullius egentem, neque quod ad mentem attinet, neque quod ad formam. Et de Pallante Virgilius.

——— *Quem non virtutis egentem*
Abstulit atra dies.

In scriptura vt. 1. Reg. 12. Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, id est, maxime nocebunt. 1. Machab. 2. Non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei. Ita nunc inutile vocat Michæas, quod valde noxium est.

Et operamini malum in cubilibus vestris. Noctu, cum quiescendum erat, vobiscum diligenter cogitatis scelera, quæ facturi estis, & quasi differre non liceat, in luce matutina, id est, statim vt dies claruerit, festinatis exequi. Est autem nox meditationi apta, & homines cogitabundi, cum omnibus silentibus in lecto quiescunt, magis solent de rebus agendis cogitare, sic cum:

Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat 8 Æneid.
Aeneas tristi turbatus pectora bello
Procubuit, seramque dedit per membra quietem.

Tacite autem in eis accusat Propheta, quod eo tempore de furtis, & sceleribus cogitent, quo de rebus diuinis cogitare debebant: sicut scriptum est: In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum. Aut certe de peccatis illius diei recensendis, & luctu, atque pœnitentia expurgandis, sicut est apud eundem prophetam: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Et: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Sed & apud Poetam maximum. Vir bonus & sapiens. Psal. 133. Psal. 4. Psal. 6.

Non prius in dulcem declinat lumina somnum, Virgil. in Epig. de viro bono.
Omnia quam longi reputauerit acta diei:
Quo præterierit sus? quid gestũ in tempore? quid nõ?
Cur isti facto decus abfuit? aut ratio illi? &c.

Matutina etiam lux, quæ optari debuerat vt iuxta Prophetam exiret homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperam, id est, ad compensanda præcedentia peccata nouis virtutum actionibus, ad noua facinora optatur. Iuxta Tropologiam in luce matutina faciunt mala, qui non ex ignorantia peccant, sed ex malitia. Psal. 103.

Quoniam contra Deum est manus eorum. Recentiores interpretes affirmant ita esse vertendum: Quoniam facultas in manu eorum est, scilicet, ad opprimendum, id est, cum sint diuites, & potentiores, facile opprimere possunt minores, & egenos. Eodem modo vertit Chaldæus. In Hebræo est כִּי יֵשׁ לְאֵל יָדָם, quod ad verbum sonat. Quoniam est ad Deum manus eorũ. Quibus verbis, si negare velimus eũ sensum reddi posse, quem recentiores volunt, facile ex ipsa nostra translatione cõuincemur. Nam Gen. 31. vbi nos, & Lxx habemus: Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum. In Hebræo eadẽ verba sunt, & ad verbum legitur, Est in Deum manus mea reddere tibi malum. Eodem modo est in Heb. illud Prouerb. 3. Si vales, & ipse benefac. Et Nehemiæ. 5. illud: Nec habemus vnde possint redimi: pro quo Lxx verbũ è verbo dixerũt: Nec est potẽtia manuũ nostrarum, & Deut. 28. Et nõ sit fortitudo in manu tua. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebraice: Et non ad Deum manus tua. Lxx: Et non poterit manus tua Quamuis in his locis nolunt לְאֵל significare ad Deũ, sed fortitudinẽ, vt in loco Deuteronomij nunc indicato, vt sit אֵיל, id est, fortitudo, vnde addita litera ל fiat לְאֵל * Fatemur ergo & ita posse hæc verti, vt recentiores volunt, neque id aut Lxx. interpretes, aut Hieronymum latuit, qui sæpe ita verterant, vt iam demonstrauimus: Sed è duabus interpretationibus eam elegerunt, quæ ad sensum Prophetæ videbatur commodior, Lxx transtulerunt, Quia non leuauerunt ad Deum manus suas, id est, noluerunt Deo subijci, supplicum enim est manus leuare ad eum, cui se supplices tradunt, vnde orantes manus ad Deum tollimus, vt supplices nos eius esse ostendamus, vt: In noctibus extollite manus vestras in sancta, Et: Exaudi Domine vocem deprecationis meæ, dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum cuum Hieronymus autem eundem sensum reddidit: Quoniam contra Deum est manus eorum: Manũ autem, non tam opera intelligo, quam consilium, & industriam, vt 2. Reg. 14. Numquid manus Ioab recum est in omnibus istis? De veritate interpretationis dubitare nemo potest, cum notum sit אֵל Deum significare à fortitudine, quam habet, atque ita לְאֵל esse ad Deum, siue in Deum, hoc est contra Deum vt 2. Reg. 13. Fecerunt ergo pueri Absalom aduersus Amnon, sicut præceperat eis. Hebraice לְאַמְנוֹן. i. in Amnon, ad Amnon. * Videmus etiam eandem interpretationem esse hocquidem loco magis consentaneam; maiorem enim vim, & acrimoniam habet oratio, si dicas: Operamini malum in cubilibus vestris, in luce matutina faciunt illud; quoniam contra Deum est manus eorum, quam; In luce matutina faciunt illud, quoniam fortitudo in manu eorum est, quod satis ex se intelligitur, quomodo enim facerent, nisi fortitudo esset in manu eorum ad faciendum? In translatione Lxx diligenter adnotemus, & cupiditates in nobis oriri; & scelera magna, quoniam orationis obliuiscimur. Si enim assiduè, humiliterque in orationem incumberemus, neque locum in nobis haberent cupiditates sæculi, neque si aliquando irreperent, in opera exirent, quoniam prope est Dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Facti sunt (inquiunt Lxx) cogitantes labores, & operantes mala in cubilibus suis, & simul cum die consumabant ea, quia non leuauerunt ad Dominum manus suas. * Si queras cur dixerint, Facti sunt, cum Hieronymus verterit: væ, in promptu causa est, Hieronymus legit הוֹי vt est in libris Hebraicis, & vt legit Chaldæus: Lxx autem הָיוּ fuerunt, siue facti sunt, quod tunc facile fieri potuit, cum puncta nulla erant, & cum literæ & ו sola longitudine differant. Et quamuis in Hebræo nulla sit negatio, ideoque vertendum potius esset; Quoniam ad Deum est manus eorum, Lxx, vt apertius conuerterent, sensum potius, quam verba attendentes dixerunt: Quoniam manus suas ad Deum non leuauerunt, id est, noluerunt illi supplices fieri, noluerunt ei subijci, & eum orare.

Et concupierunt agros. Hoc erat, quod in cubilibus suis cogitabant, quomodo fratribus suis auferre possent agros & domos.

Calumniabantur virum, & domum eius. Calumnijs opprimebant homines, & simul eorum domos, atque hæreditatem diripiebant persequentes, & personas, & bona.

Vnde non auferetis colla vestra. Imponam vobis onus grauissimum, quod nullo modo positis excutere, nec poteritis cerui ces vestras auferre, ne illud feratis intelligit autem grauissimam afflictionem capti uitatis,

Quoniam tempus pessimum est id est, Afflictione plenissimum vt exposuimus in capit. 2. Ioelis. num. 21. tunc superbia vestra humiliabitur.

In die illa sumetur super vos parabola. Cum hæc mala in vos venerint, inimici vestri assument parabolam, id est, lugubre carmen de vastitate vestra canent magna cum voluptate. Hoc carmen מָשָׁל, id est, parabola vocatur, quoniam huiusmodi lamentationes plenæ sunt, similitudinibus. Metaphoris, & Allegorijs ad commouendam miserationem, vt Tren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium? &c. quod perpetuo in illis lamentationibus obseruatur. Isaias decimo quarto. Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à cõcussione tua, & à seruitute dura, qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos in indignatione, &c. Tota oratio est figurata, & Allegorica.

* Ex quo intelligimus illud Psalmi 68. Et factus sum illis in parabolam, id est, factus sum illis parabola, cum me afflictum viderent inimici mei, assumebant super me parabolam, & lamentationem, quasi lugentes, cum tamen irrisionis causa id facerent. Et illud eiusdem Psalmi: Et in me psallebant, qui bibebant vinum, id est, in conuiuijs suis, cum mero incalucrant, ridentes psallebant in me parabolam. Atque vt semel explicemus vocabulum, quod sæpe occurrit in scriptura, & obscuritate sua studiosum solet exercere lectorem: מָשָׁל, proprie significat Hebræis obscuram orationem, aliudque significantem, quam primo aspectu videatur, quæ plerumque similitudinibus, Metaphoris, Allegorijs solet obscurari siue læta sit, siue tristis, siue vtilem aliquam sententiam contineat, siue non contineat. Pro Masal Lxx & apostoli modo vertunt Parabola; modo Parœmia, id est, prouerbium. Vt Ezeci. 16. Ecce omnis, qui dicit vulgo prouerbium, in te assumet illud dicens sicut mater, ita & filia eius. Et capite decimo octauo. Quid est, quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel: Idem vocat parabolam, & prouerbium, In Hebræo apertius hoc est, sonat enim, si ita loqui liceret: Quid est, quod vos parabolatis parabolam istam super terram Israel, dicendo, id est, crebro vtimini hac parabola, parabola autem est: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. * Allegorica oratio est significans filios luere peccata parentum. Et Iohan. 10. cum dixisset Dominus: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro, &c. Quod totum Allegoricum est, subijcit: Hoc prouerbium dixit eis IESVS. Illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis. Et capite decimo sexto: Hæc in prouerbijs locutus sum vobis, venit autem hora, cum non iam in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre annuntiabo vobis. Loquitur ergo in prouerbijs est obscure loqui, ideo paulo post aiunt apostoli: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis. Hinc optime intelligimus illud Eccli. 39. Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit, id est, adiutus expositionibus sanctorum doctorum, siue maiorum, ingredietur in reconditos sensus prophetarum, qui obscuritate sua facile incuriosis occasio esse possunt errandi. Idem est quod sequitur. Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. * Si locos scripturæ obseruemus, vbi ponitur מָשָׁל, & apud Græcos & Latinos Parabola, semper inueniemus obscuram, & figuratam orationem, aliudque vt dixi, significantem, quam primo aspectu videatur. Vt Numer. 23. & 24. videmus in verbis Balaham, & Iob. 27. & 29. apud quem verba capit. vigesimi septimi, non videntur figurata, & Allegorica, sed protinus capite vigesimo octauo, plenius apparet obscuritas. Inde apud Ezechiel parabola dicitur ænigma, capit. 17. Fili hominis, propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel: Hæc est autem parabola, & hoc ænigma. Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, &c. Hinc Salomonis diuinæ sententiæ parabolæ dictæ sunt, quod aliud seruant in recondito sensu, quam exterius sonare videantur. Hinc parabolæ Euangelicæ; quæ de rebus quotidianis, & communibus videntur esse, sunt autem de cœlestibus, & absconditis mysterijs, quæ rerum humilium similitudinibus conteguntur, ideoque parabolis vtebatur Dominus cum loqui volebat obscurius. Luc. 8. Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, ceteris autem, in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. * Et Matth. 13. Hæc omnia locutus est IESVS in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis, vt impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum. Ac vt sciremus, quid esset aperire os in parabolis, addit: Eructabo abscondita à constitutione mundi. Lxx: Loquar propositiones ab initio. Græce: Loquar problemata, quæ sunt obscuræ propositiones, (vt ait Euthymius.) Hieronymus: Loquar ænigmata antiqua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Merito ergo Propheta noster lugubre car
mẽ propter obscuritatem vocat Masal, id
est, parabolam, vt intelligitur ex Haba-
cuc. 2. Numquid non omnes isti super
eum parabolam sument, & loquelam æni-
gmatum eius, &c. quo in loco ænigma-
ta vocantur חִידוֹת quod est in verbis illis
ptalm. 77. Loquar propositiones ab initio,
siue iuxta Matthæi Græcum interpretem
Eructabo abscondita. At, cum aperta ora-
tione lugetur Tyri vastitas Ezec. 27. non
meminit masal, neque parabolæ: Et assu-
ment, inquit, super te carmen lugubre, &
plangent te. Quæ est vt Tyrus, quæ obmu-
tuit in medio maris? &c.

13 *Depopulatione vastati sumus.* Vehementer
vastati sumus. Assyrij cum suauitate ca-
nentes hoc carmen imitantur verba Israe-
litarum, vt solet fieri, in huiusmodi lamen-
tationibus.

Pars populi mei commutata est. Hæreditas
populi mei ablata est ei, & data est alienis.
Lxx: Pars populi mei dimensa est in funi-
culo, id est, sorte distributa est hostibus
meis. Loquitur de bona parte decem tri-
buum, quæ in captiuitatem ducta est à
Theglath Phalasar rege Assyriorum. 4. Re-
gum. 15. Deinde paulo post ascendit Sal
manasar rex Assyriorum contra Hosee. re-
gem Israel, & factus est ei Hosee seruus, red
debatque illi tributa. 4. Reg. 17. Eo tem
pore recesserunt Assyrii ab Israelitis, quasi
nũquam in posterum lęsuri, sed, vt ibidem
legimus, iterum redijt Salmanasar regnã
te eodem Hosee, & transtulit Israel in Assy
rios extrema captiuitate. Cum ergo Israel
videret graui obsidione premi Samariam
à Salmanasar, cum fletu dicebat: Iam pars
regionis meæ tradita est hostibus abductis
priscis habitatoribus. Nec post tantam ca
lamitatem securus esse possum, quomo-
do enim putabo Assyrium à me vnquam
recessurum, donec me omnino disperdat,
cum videam, etiam postquam ei tributa
soluo, redijsse, vt regiones meas suis di-
stribuat? * Hæc autẽ verba Israelis Assy
14 rij cum irrisione imitabantur. Quod au
tem in codice Complutensi, & Regio legi-
tur: Quomodo recedis à me, mendo
se legitur, cum legendum sit, Quomo
do recedet à me, vt ex Hebræo, & ex
Hieronymo, ceteriſque interpretibus,
& ex codice antiquo manu scripto con-
stat.

Propter hoc non erit tibi mittens. O Israel
iam non habitabis in terra Domini, in
terra patribus tuis promissa, neque vt hac-
tenus, funiculo agros diuides, procul
dubio enim te nunc superabunt, ac in ca-
ptiuitatem ducent Assyrij. Verba extre-
ma sunt lamentationis. Nunc in eorum
gratiam, qui exactissime volunt sacras li-
teras cognoscere, quędam adnotemus,
quæ ad translationem attinent, vnde alij
sensus videntur posse reddi, in tota hac
parabola, siue lamentatione. Principio,
vbi Hieronymus vertit: Et cantabitur can-
ticum cum suauitate dicentium in He-
bræo est, וְנָהָה נְהִי נְגֹנְיָהּ אֹמֵר pro quo sanc-
tes Pagninus vertit, Et fumet lamenta-
tor super vos lamentum, lamentum di-
xit: Vatablus vero; Et lamentabitur la
mentum lamentationis. * Et certe, cum
negari non possit, quin verbum, נָהָה sig-
nificet lamentari, & נְהִי lamentum, siu
θρῆνον vt vertere solent Lxx, Vt Iere-
mias 31. Vox in Rama audita est lamen
tationis נְהִי Lxx & Græcus Matthæi in
terpres θρῆνος, noster, Ploratus; & capit.
9. eiusdem Ieremiæ in paucis lineis ter re-
petitur: Festinent, & assumant super nos
lamentum, & quia vox lamentationis au-
dita est de Sion. Et: Docete filias vestras
lamentum: atque in hoc ipso loco Lxx
verterunt: καὶ θρηνήσεται θρῆνος, id est, Et
plangetur planctus. Mirum est vnũ Hiero-
nymum transtulisse, Et cantabitur canti-
cum, quod sensum videtur habere con-
trarium. At respondendum est Hieronymum, non de læto, sed de lugubri carmi-
ne locutum fuisse, quod lamentatio dici-
tur, siue Threnus, quales sunt lamenta-
tiones Ieremiæ. Quod ex Ezecie. 32. in-
telligitur, vbi verbum נָהָה interpretatus
est canere carmen lugubre. Fili hominis,
cane carmen lugubre super multitudi
nem Ægypti. Itaque sensus est idem, sed
aptius vertit: * Cantabitur canticum,
quam si diceret, Et lamentabitur lamen-
tum; quoniam ex verbis ipsis sequenti-
bus, Depopulatione vastati sumus, satis
constat carmen esse lugubre, ad id vero,
quod sequitur: cum suauitate, accommo-
datius erat nomen cantici, quam lamen
tationis. Præsertim cum non conducticius
lamentator cantaturus esset (vt putarunt
Pagninus, & Vatablus, & alij,) neque pro-
pheta falsus (vt Vatablus idem postea ad-

didit)

didit) sed inimicus, id est, Assyrius, vt ex
locis similibus prophetarum, quos retuli-
mus, cognoscitur. Sed noui interpretes in
eo mihi decipi videntur, quod נְהִיָּה no-
men esse putauerunt, significans lamen-
tum, cum neque nomen hoc alicubi in-
uenerint, & satis literæ indicent passiuam
vocem esse verbi נָהָה quæ interdum signi-
17 ficat frangi, vt omnes fatentur. * Est er-
go sensus: Cantabitur canticum istud, fran
getur, id est, voce, quasi fracta mollibus,
& delicatis flexionibus canetur, quod re-
cte intelligens eruditissimus, & in scriptu-
ris exercitatissimus senex, quem isti noui
imitari nolunt, vertit, Cum suauitate.
Quòd si hoc parum videtur, Lxx etiam se-
nes verterunt ἐν ᾠδῇ quod nomen cãtum
suauem, siue suauitatem cantus significat,
vt quod Cicero 2. de natura deorum refert
ex Actij Tragœdijs.

Siluani melo
Consimilem ad aures cantum, & auditum re-
ferri.

Demum quoniam in Hebræo est. In die
illo leuabit, siue sumet super vos parabo-
lam, & cantabit canticum, ipsi ita intelle-
xerunt: Leuabit cantum, scilicet, lamen-
tator, aut Propheta, sed non debuerant vi-
ri docti ignorare, quod passim occurrit in
scriptura, futurum actiuum, siue præteri-
tum sine suppositio passiuam habere signi-
ficationem, vt melius Lxx intellexerunt
vertentes: Sumetur super vos parabola, &
plangetur planctus, vt in eo, quod sequi-
tur: Pars populi mei commutata est. He-
bręus. Partem populi mei cõmutauit, quod
18 etiam Lxx passiue verterunt. * Porro vbi
nos habemus: Quomodo recedet à me,
cum reuertatur, qui regiones nostras diui-
dat, in Hebræo est ad verbum: Quomo-
do recedet mihi ad reuertendum, agros
nostros diuider. Quod & ita possumus in-
terpretari. Recedet Deus à me, & non re-
uertetur, sed potius terram nostram hosti-
bus dabit. Nec displicet translatio Leonis
Hebræi: Quomodo, quod ablatum est
mihi vendicabo? Agros nostros distribuit,
Et idem est fere sensus, nisi quod futura
pro præteritis sine causa accipere videtur.
Sed maiorem energiam habet ad fletum
nostra translatio, & proprietatem tempo-
rum melius obseruat in verbis. Itaque
לְשׁוֹבֵב, quod ponitur, vbi Hieronymus
transtulit, Cum reuertatur, erit Reuer-

tens, vt Isai. 32. לְשָׂרִים principes: Et princi
pes in iudicio præerunt, vt sit sensus: Quo
modo recedet à me reuertens, regiones
nostras diuidet, pro, Qui regiones nostras
diuidet. Nemo enim ignorat relatiuum
(Qui) sæpe subaudiri apud Hebręos, vt no-
cauimus Hoseæ 10. numer. 17. id est, cum
reuertatur, qui regiones nostras diuidet.

TROPOLOGIA.

Malum in cubilibus suis operantur. Vt ait 19
Rupertus, qui eiusmodi sunt, vt non ab
aliquo inducantur, sed proprio de corde
malum confingant, & adinueniant de se-
metipsis, vt: Dixitque Ieroboham in cor-
de suo: Nunc reuertetur regnum ad do- 3. Reg. 12.
mum Dauid, si ascenderit populus iste, vt
faciat sacrificia in domo Domini in Ieruſa-
lem, &c. Et excogitato consilio fecit duos
vitulos aureos, & dixit eis: Nolite vltra
ascendere in Ieruſalem: Ecce dij tui Israel,
qui te eduxerunt de terra Ægypti. *Horum*
autem manus est contra Dominum, qui pecca
tum suum, dum redarguuntur, fortiter de-
fendunt; vt idem ait: Illi etiam, qui diui-
nis inspirationibus resistunt, & rebelles
sunt lumini. Quid enim sunt diuinæ in- Inspiratio-
spirationes, & verba Dei, siue dum in scri- nes sanctæ
ptura leguntur, siue dum ex ore ministro- sunt ma-
rum eiusdem audiuntur, quam manus quę nus Dei.
dam Dei ad peccatores extensæ, vt è luto
peccatorum, & curarum sæculi ad se alle-
uet? Sicut ait Dauid: Emitte manum tuam Psal. 143.
de alto, eripe me, & libera me de aquis mul-
tis. Quam Dei manum, dum manu no-
stra, id est, obstinata voluntate, amoue-
mus, ne nos apprehendat, vere contra
Deum est manus nostra. * Ita de Ismahel, 20
qui huiusmodi hominum typum gerit, præ Genes. 16.
dictum est: Hic erit ferus homo, manus
eius contra omnes, & manus omnium con
tra eum. Hebraice pro Ferus est פֶּרֶא, id
est, Onager. Hic erit onager homo, id
est, agrestis, & nemini obtemperans, sed
huc, illuc discurrens, quo eum rapuerit
concupiscentiæ vis, instar onagri, de quo
in libro Iob: Quis dimisit onagrum libe- Iob. 39.
rum, & vincula eius quis soluit? Et Iere-
mias: Onager assuetus in solitudine in de- Ierem. 2.
siderio animæ suæ attraxit ventum amoris
sui. Cuius manus est contra omnes, quia &
Dei, & benemonentium hominũ consilijs
resistit; & manus omnium cõtra eum, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

nemini placere potest, qui sibi soli placere contendit. Sed qui nemo Dei inspirationibus resistit, nisi qui amore sui, & rerum huius sæculi tenetur, præclare de illis ipsis, quorum manus cõtra Deum sunt, dicitur.

Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos, & calumniabantur virum, & domum eius, virum, & hæreditatẽ eius. Quod de illis dicitur, qui nullum cupiditati suæ modum imponere didicerunt, sed quasi soli ipsi terram acceperint habitandam, omnia occupãt.* His Isaias ait. Væ qui coniũgitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, Numquid habitabitis vos soli in medio terræ? Hieronymus ibi: Quæ est enim rabies, cum tecta, & agri, ad depellendos imbres, & ad ferendas fruges haberi debeant, ea habere cupere, in quibus cunctis habitare non possis, & quæ colere non sufficias, alteriusque necessitatem tuam facere voluptatem? Et in hęc nostri Prophetæ verba: Videas alios agros agris, & terminos iungere terminis, & paruo hominis corpusculo rura vrbium non sufficere &c. Tantus est ignis concupiscentiæ, quo intus æstuãt, vt quasi ardentibus febribus correpti nullo in loco quiescere valeant, & vt illis nullus lectus, ita his nullæ domus, nulli agri satis sint. Quibus tamen haud multo post satis futura est terra non pluribus quam septẽ pedibus lõgior.* Alexander, dum vnum mũdum esse putabat, æquo animo ferebat, capi enim posse quãuis magnus esset, non desperabat. Verum vbi innumerabiles esse credidit delirante Epicuro, lacrymas tenere non potuit, quod capi à se videbat non posse. Sed quem mũdus propter inexplebilem sitim dominandi non capiebat, postea Babylone modica vrna cepit. De quo præclare est apud Satyricum.

Vnus Pellæo iuueni non sufficit orbis
Æstuat infelix angusto limite mundi.
Vt Giaræ clausus scopulis, paruaque Seripho.
Cum tamen à figulis munitam intrauerit vrbẽ
Sarcophago contentus erit. Mors sola fatetur
Quantula sint hominum corpuscula.

Huius immensæ cupiditatis fontem docet Propheta esse superbiam, dum Deum, qui cogitare solet cogitationes pacis, & nõ afflictionis, inducit mala cogitãtẽ super familiam istam, vnde non auferant colla, neque ambulent superbi, quoniã ante ambulabant erecto collo. Minatur ergo eis extremũ malorũ, id est, æternam damnationẽ, per quam eorum humilietur superbia, & in qua non tempus pessimum erit, sed æternitas pessima, id est, inexplicabilibus doloribus, & cruciatibus plena. Sed recte reprobis dicitur.* *Ecce ego cogito super familiam istam malum, vnde non auferetis colla vestra, quibus etiam in hac vita malum contingit, vnde colla sua non auferunt, traduntur enim aliquando in reprobum sensum, ac denique in peccatum aliquod incidere sinuntur, vnde nunquam exurgunt. At electis nulla tãta calamitas, nullum tantum supplicii superuenit, vt non euadant, & colla sua auferant, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Siue ergo inopia, morbis, infamia premantur, siue etiam humanum quippiam patientes in peccata grauiora labantur, meliores Lapsu, & afflictione fiunt, & cautiores, atque humiliores resurgunt. Icaque non tam ægrita vulnerati fuisse videntur, quam somnum arcus audijsse, vt sagittas fugiant paratas in corda inimicorum regis, vt ait Propheta: Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.* * Sed iam miseriam impiorum omni calamitate tristiorem, cum summaque ignominia coniunctam audiamus, aut videamus potius quomodo videri hinc potest. *In die illa sanetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate.* Nulla re terreri homines magis solent, quam ignominiæ timore, eiusque vitandæ causa nullum non facinus suscipiunt, nulla non pericula subeunt. Intelligant ergo summam sibi ignominiam, eandemque æternam, & in oculis omnium Angelorum, & hominum paratam. In die illa (inquit) quam nunquam afuturam homines putant, in die mortis in die iudicij, erunt omnibus, in opprobrium, & in parabolam, ridebuntur à sanctis, sicut scriptum est, Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, ridebuntur ab inimicis, canent hi in eorum dedecus, canticum, quorum voces imitabuntur dicentes: * *Depopulatione vastati sumus*, at hæc parabola est, obscurior lamentatio est: audiamus eius explicationẽ. Errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen nõ luxit nobis, & sol intelligentię nõ est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, &

& perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autẽ Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, &c. Hoc est omnino, quod his verbis significatur: *De populatione vastati sumus. Pars populi mei commutata est.* Quoniam pars, & hæreditas malorum fuerant diuitiæ, honores, deliciæ. At tunc ignis, & sulphur, & spiritus procellarũ pars calicis eorum, quoniam iustus Dominus, & iustitias dilexit, æquitatem vidit vultus eius. Scimus, quid Abraham diuiti Epuloni responderit: Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciaris. * Vt igitur ijs, qui in his regionibus habitant, & polum Arcticum vident in Indiam profectis, post longam nauigationem subiecta circulo æquinoctiali transeuntibus polus noster absconditur, & alter apparere incipit, quem nunquam viderãt: ita peccatoribus in summa voluptatum affluentia viuentibus per mortem, & transitum huius sæculi, in quo æquales omnes sumus, prior illa qualiscumque tandem fuit, felicitas absconditur, & sempiternus cruciatus, quasi aduersus polus, videri incipit. Deliciæ veræ bonis distribuuntur, & sortes vtrorumque commutantur. Et quia, cum vultum supremi iudicis viderint iratum, & minacem, terroreque plenum in iudicio, aut etiam animæ è corporibus egredientes peccata sua agnoscentes, eum sibi vehementer iratum intelligent, ac penitus de salute sua desperabunt, merito dicent: *Quomodo recedet ira me, cum reuertatur, vt regiones nostras diuidat?* Hoc est, Quomodo salutem sperare possum, cum videam iudicem reuerti, vt nos extrema captiuitate puniat, atque omnibus bonis, quæ possidebamus, exuat? * In morte singulorum reuertitur quodammodo Dominus, vt morientes iudicet, & bona, quæ possidebant, alijs, pro vt vult, distribuat. In iudicio autẽ vere reuertetur, & in corpore, quod assumpsit, iudicabit, quia pater potestatem dedit ei iudiciũ facere, quia filius hominis est; Tunc agros, siue regiones malorum diuidet, quia terra gratior, quam ante fuerat, & ornatior, sanctorũ oculis relinquetur, & mali quicquid habebant gaudij, amittent, omnisque felicitas transibit ad bonos. Et quoniam mali cum seductore Diabolo in profundum sine spe vllæ libertatis demittẽtur, & hoc ipsum plane etiam tunc intelligent, vere addunt. *Propter hoc non erit tibi mittens funiculam sortis in cœtu Domini*, id est, Nulla tibi pars in æternum relinquitur in hæreditate Domini, & in cœtu sanctorum, quoniam non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

HISTORIA.

Ne loquamini loquentes: Non stillabit super istos. Verba sunt per se admodum difficilia, sed si cum Hebręis conferantur, multo difficiliora, ideo noui interpretes variant, nec solum ab autoritate veterum, sed etiam à veritate longe aberrant. Mihi ita videntur exponenda, vt non in persona Prophetæ dicantur, sed in persona Dei, in qua & sequentia dicuntur, & præcedentia ab illis verbis: Idcirco hæc dicit Dominus, &c. Et sensus est. Domus Iacob, id est, principes Israel, qui potissimum dicũtur domus Iacob, prophetas meos increpant, & dicunt eis; Ne loquamini loquentes, semper nobis prædicitis mortem, & captiuitatem, ne toties nobis id inculcetis, id enim indicat eiusdẽ verbi geminatio. Et verba Hebræa magis declarãt, quod dicimus: Ne stilletis stillantes; nam stillare non de quibusuis verbis dicitur, sed de comminatorijs, & grauibus vt in cap. 7. Hamos num. 20. demonstrauimus. Ne igitur nobis toties cõminemini extrema supplicia, non stillabit super istos, id est, nihil tale patietur iste populus, non venient hæc mala, quæ vaticinamini. Ostendimus enim in idem caput Hamos num. 21. stillare dici de verbis, & de factis, & significare etiam idem, quod punire. Cõfusio, & ignominia, quam prædicitis, non comprehendet populum istum. In Hebræo est: Non stillabitis stillabunt, vbi verbum: * Stillabunt, (quod recentiores præterijt) ponitur pro participio, Stillantes, vt sæpe fieri apud Hebræos adnotauimus in cap. 32. Hoseæ nu. 16. Hoc quam verum sit, intelligitur abunde ex veterum interpretatione. Symmachus enim (vt refert Hieronymus) vertit: Ne stilletis stillantes, quod idem est ac si diceret: Ne stilletis stillatione. Et Chaldæus; Ne prophetetis prophetiam. Sed & Lxx quamuis stillare pro flere acceperunt, tamẽ Hebraicam phrasin nõ ignorarunt, transtulerunt enim: Ne lacrymemini lacrymis. Pro eo vero, quod ait: *Non stillabit super istos*, in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræo est: Non stillabunt ad istos, siue super istos, sed nihil refert. Si enim legas, Non stillabunt, subauditur, supplicia Domini, aut pœnæ prædictæ à vobis ô prophetæ, si autem, Non stillabit, subauditur furor siue ira Domini, vt 2. Paralipo. 34. Idcirco stillabit furor meus super locum istum; aut, Nõ stillabit captiuitas. Hieronymus enim exposuit, Non veniet captiuitas, quam timemus: * Deinde vbi legimus: *Non comprehendet confusio*, in Hebræo est: Non comprehendet confusiones. Sed notum est, & vsitatissimum apud Hebræos cum verbo singulari poni nomen plurale, quod Attici etiam faciunt, cum neutrius generis nomẽ est, vt verbum illud singulare doceatur cõuenire cuilibet è singularibus, quę latent in nomine pluralis numeri. Vt Isa. 3. Populum meum exactores sui spoliauerunt, Hebraice: Exactores sui spoliauit, id est, hic exactor spoliauit, & ille, & ille. Ita nunc, *Non comprehendet confusiones*, id est, neque illa confusio comprehendet, neque illa, neque vlla alia. Illud obstare videtur huic interpretationi, quod verbum: Comprehendet apud Hebræos masculini generis est יִסְפֹּ֫ cum deberet esse feminei. Verum hæc permutatio generum non est in ea lingua infrequens. vt obseruauerunt qui Hebraicas institutiones tradunt. * In eo vero est magna difficultas, quod vbi Hieronymus vertit: Dicit domus Iacob, noui interpretes vertunt: O dicta domus Iacob. Vt Pagninus, & Vatablus. Est enim הֶאָמוּר quod passiuum participium est. At fortasse legendum est הָאֹמֵר, id est, dicere fecit, siue dixit, nam vtroque modo huiusmodi verba solent exponi. Quod si quis contendat esse participium הֶחָגוּר, sicut Iudicum. 18. id est, accinctus, non magnopere repugnabo modo ipse intelligat hęc participia actiuã etiam interdum habere significationem, vt Hos. 3. Vade, dilige mulierem dilectam amico in Hebræo אֲהֻבַת רֵעַ pro quo tamen Lxx interpretes hanc Hebræorum consuetudinem intelligentes non dubitarunt vertere, Diligentem mala. Certe hoc in loco, actiue accipiendum esse docent Lxx, qui transtulerunt: ὁ λέγων εἰπὸν Ιακωβ. Dicens domus Iacob, & Chaldæus manifeste vertit: Dicit domus Iacob, sed & Leo Hebræus vertit: Dictum est à domo Iacob. Scio hæc multis ingrata fore, nec mihi grata valde sunt, sed nihil præterire debui, quod vel ad

30

Regu.

31

noltræ trallationis defensionem, vel ad integram Prophetæ intelligentiam necessarium iudicarem.

Numquid abbreuiatus est spiritus Domini? Possumus spiritũ Domini intelligere, quo prophetas mouet ad prophetandũ, de quo ait paulo post: Vtinam essem vir non habẽs spiritum, vt sit sensus: Numquid non poterit Dominus prophetis suis lęta prænuntiare, vt ante faciebat? Abbreuiatus est eius spiritus, vt iam non nuntiet læta? Sed mihi magis placet duci Metaphoram ab ijs, qui aut aquis, aut stupore, aut vi aliqua deficiente spiritu aguntur, & quasi suffocantur, in his enim proprie minuitur, deficit, abbreuiatur spiritus, Vt Ionę. 4. Et percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat. Lxx ἐκλιποψύχει, id est, angustabatur, siue minuebatur anima eius. Tale est illud Iud. 16. Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhęreret, spatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. Et 3. Reg. 10. Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum, quam ędificauerat, &c. non habebat vltra spiritũ. * Reddunt ergo causam principes Israel, cur putent sibi non esse timendam captiuitatẽ: *Numquid abbreuiatus est spiritus Domini?* id est, Ita ne opprimetur Deus peccatis nostris, & coangustabitur, & quasi suffocabitur, vt misericordiæ suæ obliuiscatur, & prorsus delere velit tãtum populum: Aut tales sunt cogitationes eius, quales vos ô prophetæ malorum prænuntij fingitis: Non cogitat perdere nos, meliora nobis cogitat.

32

Nonne verba mea bona sunt. Retulit hactenus Dominus verba Israelitarum, nũc ipse respondet, quoniam si captiuitatem inducere velit, videtur eius misericordia ab illis reprehendi. Non est abbreuiatus spiritus meus, neque sponte mea punio, misericordiam potius promitto, sed ijs, qui recte ambulant, & præcepta mea seruant, non vobis, qui semper peccata peccatis additis, neque vnquam ad me reuertimini.

33

Et è contrario populus meus in aduersarium cõsurrexit. At vos nullum misericordiæ meæ locum relinquitis, nam cum populus meus vos esse gloriemini, nõ vos geritis erga me vt populus meus, sed vt aduersarius: omnibus enim in rebus meæ legi repugnatis. Itaque, Populus meus, tacitam habet irri-

tio, in Hebræo est מִתְמוֹל, de quo Hieronymus ita scribit: Hoc autem, quod nos vertimus, Et è contrario, &c. quia verbum מול & contrarium, & diem hesternum sonat, Symmachus apertius transtulit, vt diceret: Ante vnam diẽ populus meus quasi inimicus restitit, vt solueret quæstionem, quod Deus non præterita vitia imputaret populo, sed recẽtia. Hæc Hieronymus. Sed possumus iuxta Symmachi translationem ita etiam interpretari. Heri populus meus contra me insurrexit: non sunt noua huius populi in me peccata, ante etiam in me insurgebant, nam Heri tempus præteritum significat, sicut hodie tempus præsens, vt Hebræor. 13. Iesvs Christvs heri, & hodie, ipse & in sæculà. Ita etiam Lxx: Et prius populus meus restitit, &c. Potest & ita verti: Et cõtrà, siue coram, populus meus insurrexit in aduersarium, id est, in oculis meis, me vidente, quod insignis impudentiæ est.

34

Desuper tunicam pallium sustulistis. Notat mirabilem rapacitatem, spoliastis inopes, & per vim rapitis, nõ solum alia minus necessaria, sed pallium etiam ipsum, quo operiebantur. Pallium vestem exteriorem vocat, tunicam vero interiorem, quasi diceret, tantùm non tunicam ipsam eripitis eis.

35

Et eos, qui transibant simpliciter. Eos, qui securi sunt, ac simpliciter per viã transeunt, id est, innocenter, & sine vllo mali timore, ita vexatis, & spoliatis, ac si belli tẽpus esset, quo impune permittuntur rapinæ. Chaldæus: Transeuntes per terram eorum confidenter, conuertuntur in eos velut bello confractos, id est, perinde ac si nocentes essent, eosque iusto bello vicissent. Simpliciter, exposui innocenter, & absque mali timore, iuxta nostri interpretis consuetudinem, qui, quem Hebræi vocant תָּם, vocare solet simplicem, intelligit autem simplicem, qui neminem iniuria afficit, aut lædit, vt Genes. vigesimo quinto, Iacob autem vir simplex habitans in tabernaculis Iob. 1. Vir rectus, & simplex. Hinc illud Genes. 20. In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc, id est, Nõ fuit mihi animus illum lædere. * Ex his intelligitur optimus locus Matthæi 10. Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices, sicut columbæ. Quod Chrysosto. & Theophyl. & Euthym. ita interpretãtur. Columbæ simplicitatem poscit, ne iniuria affectus vlciscaris, aut ad punitionem insidiantes adducas. Et in illud Hoseæ. 7. Factus est Ephraim quasi columba seducta. Hieronymus ait hunc ipsum Matthæi locum exponẽs: Simplicitas est, vt nulli noceamus. Sed in Propheta nostro est: Transeuntes confidenter, quod idem est, qui enim neminem lædit, confidit, nec timet se ab vllo fore lædendũ. Noui interpretes puncta, quæ nunc sunt, sequentes vertunt: De transeuntibus, coniunguntque cum præcedentibus: Tunicam, & pallium abstulistis à trãseuntibus confidenter, ac si de bello reuerterentur, legunt enim מֵעֹבְרִים sed seruatis eisdem literis Hieronymus legisse videtur מֵעַבְרִים, id est, Transeuntes, atque ita esse legendum Chaldæus translatione sua docuit.

Mulieres populi mei eiecistis. Domos deliciarum vocat, in quibus cum voluptate habitabant. Illis, quia neminem habebant, à quo defenderentur, domos suas carissimas abstulistis.

37

A paruulis earum tulistis laudem meam. Docebatis enim eos à prima ætate idola colere, vel certe abstulistis illis maternam hereditatem, in qua iucunde viuerent, meque propter id beneficij laudarent, qui nunc afflicti, & inopes queruntur, & gemunt.

Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem. Quare surgite, & ite ex hac terra in captiuitatem, non patiar vos amplius in illa esse. Itaque requiem dicit terram, in qua quiescatis, & maneatis, vt Psal. 131. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo, quoniam elegi eam.

Propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Hæc vestra requies, id est, hæc terra vestra, in qua nunc habitatis propter suam immunditiam, id est, quia fœdata est, & contaminata peccatis vestris, corrumpetur putredine pessima, id est, vehementer vastabitur tota, & omni sua pulchritudine spoliabitur.

38

Vtinam non essem vir habens spiritum. Cum sciret Propheta multos esse in populo, qui negarent ventura esse, quæ ipse, & alij prophetæ de captiuitate vaticinabantur, contraque Dominum audiret eadem confirmantem, atque dicentem: Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem, & se diuina autoritate cogi, vt hæc, & alia similia populo prophetaret: dolens eorum vicem, & calamitatem: vtinam, inquit, non haberem

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritum propheticum,& quæ loquar, non ex Dei reuelatione,sed de meo dicerem,ne vos tanta mala pateremini; sed scio nihil me dicere,nisi quod ex Deo accepi,& futura esse,quæ vaticinatus sum. De hoc spiritu diximus Hos.9.num.10.adhoc enim pertinet,quod ibi scriptũ est: Scirote Israel stultum prophetam: insanum virum spirituale m. * Non optat autem Propheta mentiri,id est,cõsulto fallere auditores, quod semper malum est,sed vulgi more mendacium vocat,quidquid aliter euenit,quam prædictum est,etiam si non sit dictum animo fallendi: quomodo nos, cum tamen ita fore putemus, vt diuinamus, solemus dicere: Vtinam ego mentiar,quia nolemus id euenire, quod euenturum putamus. Hebræa verba difficilima sunt, ideoque noui interpretes vertunt: Si vir essem ambulans post ventum,& falsitatem mendacij, prophetaremque tibi,de vino, & sicera, propheta essem pro hoc populo. Alij paulo aliter,sed ad eundem sensum, id est. Si ego prophetarẽ huic populo, quæ ipse vult,pro vino,& sicera,gratus ei essem, & prophetam me suum diceret. At non satis videntur animaduertisse,quid sit stillare,quod de graui tristique prophetia dicitur. Deinde לו quod est in huius sententię initio, cum Grammaticam disceremus,nouimus notam esse Optatiui, & idem valere,quod vtinam, denique Hieronymus palam docet hanc suam translationem esse veterum Hebræorum. * Hebræa certe multum habent ambiguitatis, & breuitatis לו־אִישׁ הוֹלֵךְ רוּחַ וְשֶׁקֶר כִּזֵּב quod sonat: Vtinam vir vadens Spiritum, & mendacium mentirer. Sed הוֹלֵךְ, id est, Vadens, idem est quod Recedens, vt Gen. 15. Ego vadam absque liberis,id est,Ego recedo ex hac vita sine liberis. Et Ecclesiast. 1. Generatio præterit,(הוֹלֵךְ, abit,recedit)generatio aduenit. Sensus ergo est: Vtinam essem vir recedens ab spiritu,id est,qui non haberem spiritum.

39

40

41 Vinũ, calix.

Stillabo tibi in Vinum, & in ebrietatem. Quasi dicat; At non possum Dei præcepto resistere, qui me prophetare tibi iubet tristia: id circo ,pphetabo tibi magna supplicia, quæ te inebrient, *Et eris super quem stillatur, populus iste*, id est, omnes propheriæ tristes, & acerbæ,quas stillationes voco,cadent super te populeinsipiẽs, qui pseudoprophetis credis, & incolumem te fore speras. * Sed locutio scripturę obseruanda est: Vinum,aut calicem vocare solet iram,siue punitionem Dei vnicuique,quasi ex calice,tantum pœnæ diuidentis, quantum ille meretur, aut quantum ipse satis iudicat. Psalm.74. Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc in hoc: verumtamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ Ierem.25.Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis de illo cunctis gentibus,ad quas ego mittam te.Apocalip.14.Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius,& cruciabitur igne, & sulphure: Ita illud intelligendum est Matthęi.20. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Et Iohan.18. Calicem, quem dedit mihi pater,nõ vis,vt bibam illum? Neq; enim, vt quidam putant, Metaphora ibi à veneno sumitur, quod calicibus porrigi solebat, vt Socrati capitis damnato porrectũ est; Sed vnde diximus,vt tot Loci scripturę docent: neque enim veneni calix dicitur, sed vini. * Talis ergo est locutio in Euangelistis, qualis in locis indicatis, & qualis apud Ieremiam Thren.4. Gaude, & lætare filia Edom,quæ habitas in terra Hus, ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis. Atque ita calix non semper significat mortem, semper tamen significat afflictionem, & pœnam à Deo immissam, cum in malam partem accipitur,nam in bonam etiam capitur interdum. Crescit autem oratio,& pœna augetur, si vinum merum, siue meracum dicatur, fortius enim est, vt in eo, quod ex Psalm. 74. attulimus; Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto. In quo multi quærũt, quomodo sit calix vini meri,si plenus est misto. Et Euthymius duos commemorati calices putat, sed vnus est, sumiturque à vino Metaphora,quod aqua videbatur dilui, sed pro aqua alterum ei vinum infunditur, & citius, ac vehementius inebriat illa mistione. Quod satis intelligitur ex illo Apocalip. 14. Et bibet de vino iræ Dei,quod mistum est mero in calice iræ ipsius: Ideoque Hieronymus vertit ex Hebræo,Quia calix in manu Domini est vino meraco, vsque ad plenum mistus. * Verum,& amplius crescit,si inebriari dicantur qui bibunt, vt: Ad te quoque perueniet calix inebriaberis, atque nudaberis. Etenim nomine ebrietatis copia magna solet significari. Vt Psal.35.Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. Deuteron.32.

41 Vinum mistum.

42 Inebria-

Inebriabo sagittas meas sanguine. Gen.43. Biberuntque, & inebriati sunt cum eo, id est,abunde biberunt. Quoniam igitur magna erat vastitas,quam prædicebat Prophera,non solum dixit: Stillabo tibi in vinum, sed etiam addidit,Et in ebrietatem. Quod autem ait: *In vinum, & in ebrietatem*, Hebraico more dictum est pro,Vinũ,& ebrietatem nam ו, pro quo,In, vertunt interpretes,sæpe ornatus causa additur personæ patienti,vt 2.Reg.3.legitur.Ioab,& Abisai frater eius interfecerunt Abner. Psal.115. Dirupisti vincula mea. Gene.1.Appellauit lucem diem,& tenebras noctem. In Hebræo Abner,vincula,lucem,tenebras habent additam literam ו, eademque litera additur, cum dicitur. Ego ero illi in patrem,In Deũ, in protectorem,&c. In eisdem verbis ebrietas videtur pugnare cum stillatione, nam ebrietas copiam, stillatio inopiam indicat. At stillatio dicitur collata cum pœna Gehennæ,quę ad extremum manet peccatores, vt diximus Hamos 7. nu. 20. Atque ita exigua est omnis præsentis vitæ pœna, sed tamen per se nunc magna est, & ita inebriat.

43

44

TROPOLOGIA.

Quemadmodum Deus prophetas suos mittebat ad populum peccatorem, qui eũ supplicíorum prædictione terrerent Diabolus contra mittebat suos, qui verorum prophetarum verba eleuarent, falsamque populo securitatem inducerent: ita nunc videmus in nobis eadem duo genera spiritis, & iudicij, iustitiæque Dei: quidam hos reprehendunt, ac dicunt: *Ne loquamini loquentes non stillabit super istos, non comprehẽdet confusio.* Dicunt, Pax, pax, & non est pax. Quare, quemadmodum Iehu à Deo electus, vt extingueret vniuersum genus impij Achab,vno, atque altero nuntio Ioram regis Israel quærente: Numquid pax est?ne pacis quidem nomen audire voluit, sed respondit: Quid tibi,& paci? Transi,& sequere me: ita spiritus bonus, quem nobis Deus perdat, vbi regis impij Ioram,id est, Diaboli, nuntij venerint pacem offerentes, & pollicentes, nequaquam credat, aut opus suum differat à Deo iniunctum. * Etenim si peccator,cui fallaces illæ cogitationes blãdiuntur, secum ipse cogitet qualis sua vita sit, facile videbit nullam sibi pacem esse spe randam, nisi reconcilietur CHRISTO, qui est princeps pacis. Videbit quam falsaciter sibi dicatur: *Non stillabit super istos, non comprehender confusio*, cum non stillæ tantum, sed tota ira Dei sit super eum effundenda, & confusio eum comprehensura sit, qua maior excogitari nulla potest, cum omnibus angelis, & hominibus patebunt turpitudines, & flagitia, quæ ipse studiosissime contegebat. Hi sunt, de quibus legimus in Isaia, Qui dicunt videntibus: Nolite videre, & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea,quæ recta sunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Nam spiritus huiusmodi, qui nobis indicant peccata, & iustitiam Dei, vere prophetæ, vere videntes sunt, ceteri cæci sunt,& duces cæcorum, nihil aspiciunt, nisi errores. Qui manifestior error, quam. *Non stillabit super istos.* * Super quos ergo stillabit? Si verum est Deum esse iustum, & diligere iustitiam, & odio habere peccatores,& Deum vltionum esse Dominum,quos puniet,nisi istos? Quos apprehender confusio nisi istos,qui pleni confusione peccatorum patientia Dei abutuntur? Hæc dicit Dominus: State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus vestris,& dixerunt: Non ambulabimus: Iubet eos ex alijs discere viam rectam, quos Deus dedit pastores,& doctores ad consummationem sanctorum,sed quia id facere neglexerunt, addit cõtinuo quod magni beneficij est: Et cõstitui super vos speculatores,audite vocẽ tubę,& dixerunt: Nõ audiemus. Quid sunt speculatores, nisi spiritus, siue motiones Dei, futura supplicia malorum prospicientes,nobisque nuntiãtes diem mortis incertum,vitæ breuitatem, æternitatem pœnarum? Cum hæc nobis nuntiant, quasi tuba canunt,quia magno clamore nos ad audiẽdum prouocant. Hæc si audire nolimus,ira Dei experienda est. * Ideo audite gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra: Ecce ego adduco mala super populum istum, fructum cogitationum eius, quia verba mea non audierunt & legem meam proiecerunt. Gentes audire iubet, vt quoniam ipsi more gentium viuunt,sciant saltem gentes,apud quas nomen Dei polluerunt,nõ placere sibi eorum mores,quos punit. Vocatur etiam congregatio iustorum, vt recte norint quam vtile

Isai.5.

Isai.30.

46

Ierem.6.

47

sit ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit adhęrere Deo,& terra,in qua illi summã suæ felicitatis collocauerant, vt adnotauimus cap. 1. num. 19. Eorum argumentum maximum ad depellendum timorem stillantium prophetarum est: *Numquid abbreuiatus est spiritus Domini? aut tales sunt cogitationes eius?* Non solum Dei beneficijs abutuntur mali, sed etiam ipsa Dei misericordia,quæ fons est beneficiorum.Si dicerent, Peccauimus, impie gessimus, iniquitatem fecimus,sed reuertamur ad Dominum, nõ enim est abbreuiatus spiritus Domini; recte,& laudabiliter dicerent, misericordiaq; Dei vterentur. * At misericordiæ Dei recordari,vt in peccatis maneant,& sine metu peccent, abuti misericordia est. Quare sicut sancte cautum est, vt Ecclesiæ immunitate non fruatur, qui crimen in Ecclesia patrauit, peccat enim contra ipsam Ecclesiam,cuius priuilegijs erat iuuandus:ita,qui misericordia Dei,qua excitari ad pœnitentiam debuerant, ad peccandum confirmãtur, indignissimi sunt misericordia. In hoc etiam vehementer in caput suum errant, quod Dei partem quandam (vt ita de eo loquar,qui simplicissimus est) considerant, id est, misericordiam, alteram (hoc est) iustitiam, minime vident, quæ tamen, non magis separari à Deo potest, quam misericordia. Dicant ergo: Numquid abbreuiatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Sed dicant etiam: Numquid abbreuiata est iustitia Domini, si enim Deus angelis peccantibus, non pepercit, sed rudẽtibus inferni detractos in Tartarum tradidit cruciandos in iudicium reseruari, & originali mundo,non pepercit, sed octauũ Noe iustitiæ pręconem custodiuit diluuiũ mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum, & Gomorræorum in puluerem redigens euersione damnauit, exemplum eorum,qui impie acturi sunt ponens: num verebitur magis, aut minus poterit dispergere nos? Num tales sunt cogitationes eius, quales nostræ, vt nostræ vitæ turpitudine delectetur? *Quod si nobis nõ credũt credant Deo ipsi pro se respondenti. *Nonne verba mea bona sunt cum eo, qui recte graditur?* Nouit Dominus loqui verba bona, verba consolatoria,sed ei,qui recte graditur: non adulatur,non decipit, non promittit, quod facturus non est. Cum sancto sanctus eris, (inquit quidam ex sanctis) & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris,& cum peruerso peruerteris. Illi recte gradiuntur,qui audiunt Paulum dicentem: Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris,vt nõ claudicans quis erret, magis autem sanetur. Si quæramus quid sit claudicare,sanctus Elias docet: Vsquequo, (inquit) claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus,sequimini eum, si autẽ Baal, sequimini illum; Et non respondit ei populus verbum.Merito sane,quid enim respondere posset,non habebat. Hi sunt, qui contra Domini sententiam volunt duobus dominis seruire, Deo, & mundo, CHRISTO, & Mammonæ. * Qui per camelos designantur,qui partim mundi sunt,quia rumi nant, partim immundi, quia non findunt vngulam,nec habent dorsum rectum sicut cetera animalia, sed tortuosum. Ita isti partim legem seruant, partim contemnunt. id'eoque de Iob in figura CHRISTI dictum est: Et fuit possessio eius septem millia ouium,& tria millia camelorum,quoniã præter oues,id est,præter electos, sunt multi in Ecclesia, qui Deo, & mundo seruire simul volunt,& ita Deo non seruiunt,neque cum ouibus eius pascentur in vberrimis pascuis cœlestis Ierusalem. Hos omnes inimicos suos esse docet Dominus,cum ait: *Et contrario populus meus in aduersarium consurrexit.* Verum quia, vt Deo nihil gratius fieri potest,quam animas, pro quibus ipse mortuus est, ad suum reducere creatorem; ita nullos magis odit, quam eos, qui eisdem auertunt,& ad peccata pertrahũt. Quod se auertunt,& ad peccata pertrahũt. Quod ex eo intelligi potest, quod ea maxime vel ex eo intelligi potest, quod ea maxime retinemus memoria, quibus læsi sumus vehementius, de ijsque crebrius cum detestatione loquimur, Vnde illud:

—— Manet alte mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ.

In Dei autem memoria nihil videtur insidere tenacius, quam quod contra salutem sit animarum.* Inde toties dicitur,in libris Regum: Ambulauit in vijs Ieroboham filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Dolebat, Deo maxime (vt ita more nostro loquamur) quod peccare fecerat Israel, neq; obliuisci poterat, &,vt solent homines insigni iniuria affecti,quoties de illo homine mentio incidebat, doloris sui signa promebat. De his igitur peccatis locuturus ait: *Et contrario populus meus in aduersarium consurrexit.* Erant enim in illo populo multi, præsertim

Peccatores ipsa Dei misericordia abutuntur.

48

Cap. vlt. de immunitate Ecclesiarum.

49

Psal. 17.

princi-

principes,& magistri, qui verbo, & exemplo mores aliorum corrumpebant, ideoq; de populo loquitur, quorũ isti duces erant, & capita, & quos stulta multitudo tolerabat: aut etiam amabat,& ait; In aduersariũ consurrexit.Nam, qui sunt potius aduersarij Dei dicendi, qui vult omnes homines saluos fieri,& ad agnitionem veritatis venire:qui potius aduersarij Christi, qui semet ipsum dedit,vt mundaret sibi populum acceptabilem,sectatorem bonorum operũ, quam ij, qui opus illius maximum, id est salutem hominum, impediunt? * Quãtus erat Petrus, cui promissæ iam erant claues regni cœlorum, qui & beatus, & petra Ecclesiæ fuerat vocatus paulo ante, sed cum salutem generis humani humano etiam errore, sed ex magno amore profecto nescius impediret, cum acerba increpatione repulsus est? Vade (inquit) post me satana (id est,aduersarie) scandalum es mihi, quia non sapis ea,quæ Dei sunt, sed ea,quæ hominum. Quo ergo nomine appellandos putabimus a Christo eos,qui scientes, prudentesque æternum hominibus exitium afferunt:Sed iam mala audiamus aduersatiorum Dei.

De super tunicam pallium sustulistis. Infelicem populũ,(inquit Hieronymus,) auxilio Dei spoliastis,quo, videlicet, vt pallio optimo, aduersus omnes tẽtationũ iniurias protegebatur. Verum aliter etiã exponamus. Vestimentum, atque amictum Christi esse omnes fideles docemur in Apocalypsi: Et conuersus vidi septem candelabra aurea,& in medio septem candelabrorum similem filio hominis vestitum podere, & præcinctum,ad mãmillas zona aurea. * Podéris, id est, vestis ad pedes vsque demissa, fideles Christi sunt, qui sunt omnes cum eo per fidem coniũcti. Sed superior vestis pars, quæ propius ei hæret, quia zona aurea constringitur, illi mihi videntur intelligi,qui caritate cum Christo coniunguntur, & sunt illi carissimi, & cordi eius admoti,neque enim frustra zona præcingere mãmillas dicitur,inter quas situm est cor. Nec nouum est in vestimento regnum indicari, id est,eos,qui regi alicui parent,quandoquidem Ahias Silonites propheta inuenit Ieroboham in via pallio nouo opertus, apprehẽdensque. Ahias pallium suum nouũ, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes,& ait ad Ieroboham. Tolle tibi decẽ scissuras, hæc enim dicit Dominus Deus: Ecce ego scindam regnum Israel, de manu Salomonis,& dabo tibi decem tribus. Quid erat pallium nouum, nisi regnum nouum, ante paucos annos institutum, & Sauli traditum? Igitur in tunica illi significantur, qui Christo sunt coniunctissimi, & magna fortitudine tentationum machinis resistunt; Ceteri autem, qui minus cõiuncti sunt, tametsi caritate multi eorum non careant,in pallio intelliguntur. Palliũ igitur desuper tunicam ablatum esse dicit, quoniam multos à Christo illi auerterunt, eosque solos auertere non potuerunt, qui, quasi tunica ei fortius, ac propius adhæserunt.* Possumus hoc de Ecclesiæ filijs interpretari, qui sunt eiusdem Ecclesiæ vestimentum,sicut ait Isaias: Omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, viuo ego dicit Dominus;quia omnibus his velut ornamẽto vestieris,& circũdabis tibi eos,quasi sponsa.Quare cum hæretici libris, & fallacibus disputationibus fideles peruertunt, quid aliud faciunt,quam illam suis vestibus spoliare:Sed pallium auferunt,tunicam, quæ interior est,id est,humiles, & iustos, semperque fidem bonis operibus nutrientes, & confirmãtes, velint, nolint, relinquunt: seruat enim eos sub tegumento manus suę Christus, qui longe tentatore fortior est. Dequo Apostolus.Profana autẽ, & inaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum, vt Cancer, serpit:ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt dicentes,resurrectionem esse iam factam,& subuerterunt quorumdam fidem.Sed firmũ fundamentum Dei stat habens signaculum hoc: Cognouit Dominus, qui sunt eius. Hoc est eorum fidem subuertere non poterũt, quos Deus elegit,& seruat. * Ex fidelibus autem quidam,in hoc sæculo ita viuunt, vt non recordentur futuri, qui proprie habitatores terræ dicuntur in scriptura, alij trãseunt,qui non habent hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirunt confitentes se esse peregrinos,& hospites super terram; & quia vel nihil amant eorum,quæ in terra sunt, vel non ita amant, vt sibi cum alijs magnopere de his putent esse certandum, neminem lædunt,nemini male volunt,sed simpliciter,& cõfidenter transeunt. In hos impij bellum cõuertunt,quia dissimiles eis sunt, hos, quantum possunt, infectantur,

54

Isai 49.

55

2. Tim. 2.

vt simi-

vt similes sibi reddant, & à via virtutis abducant, propter quod ait: *Et eos qui transibant simpliciter conuertistis in bellum.* Deinde ait: *Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum.* Mulieres dicuntur infirmi, & parum in virtute constantes. Domus deliciarum profecto sancta religio est, in qua, qui mundo, & omnibus, quæ possidebant, bene renuntiarũt, secreti iam à rerũ mortalium tumultu, & à curis, quæ animos merore cõficiunt, securi habitant, solumque Deum quærunt, & soli placere cupientes, cui se totos deuouerunt, vere in domo deliciarum sunt. * Si qua enim est in terris vita, quæ cœlesti illi, quam speramus, similis esse videatur, hæc sine dubio religiosorum vita est, quorum ab instituto mores non degenerant. Cum igitur parentes, & cognati omni fera sæuiores, omni peste nocentiores, & quidem erga eos, quos à se maxime diligi prohtentur, iuuenes blanditijs, & promissis à religiosa vita abstrahunt, parum adhuc fortes, & instructos, quid aliud faciunt, quã mulieres populi Dei de domo deliciarum eijcere? Et quia nouos cõceptus nuper edere cœperãt, id est, opera virtutum, quæ semper Deum laudarent, alioſque ad laudandum prouocarent, ijque quasi tẽneri infantes defertione susceptæ religionis extingũtur, recte addidit. *A paruulis eorum tulistis latidem meam in perpetuum.* Hoc idem etiam ad eos referre possumus, qui à via iniquitatis, quæ difficilis, & laboriosa est, ad meliorem vitam, extra religiones transeunt, in qua conscientiæ perturbatione fedata, & à Deo indulgenter accepti, consolationibusque aucti, quasi in domo deliciarum quiescunt.

Qui homines abducunt à religionibus.

Religio domus deliciarum.

56

57 * Verum, quoniam qui ita animas fratrum lædunt, & Dei operi aduersantur, nullam bonorum spiritualium iacturam reformidant, solumque præsentis vitæ terminum metuunt, cum qua omnes eorum voluptates terminantur: hunc illis post tot mala cõminatur, in quo æternus quoque cruciatus latet, cum ait: *Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem.* Non diu hic manebitis, nõ diu in his, quę tantopere amabatis, conquiescetis. Sæpe etiam fit, vt malis morientibus, requies eorum, id est, domicilia, agri, horti, diuitiæ, simul propter eorũ peccata intereat, & vastetur: ideo subijcit. *Propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima.* Quod in die iudicij terræ, vniuersæque eius pulchritudini cõtinget propter scelera impiorum, quibus cõcaminata est. At Propheta huiusmodi hominum miserctus, pœnarumq; æternarum magnitudine, quas illis paratas videbat, exterritus dolet vanũ esse non posse quod prædicit, vt vel ita ipsi terreantur, & redeant ad Deum. * Et hoc est, quod ait: *Vtinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer.* Sed quia vt iam diximus sancti prædicatores ita peccatorum misererentur, vt fideles Dei ministri esse non desinant, illud etiam ait: *Stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem, & erit super quem stillatur populus iste.* Quod vinum dicat, nouimus ex Propheta: Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc, in hoc: veruntamen fæx eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ. Calix vini meri plenus misto in hac vita illis propinatur, qui in grauissima peccata decidere sinuntur, & dantur in reprobum sensum. Hæc est enim maxima omnium, & vehementissima Dei indignatio, sed fæx in tuturam vitam reseruatur bibenda peccatoribus, fæx amara, & tristissima; nec tamen vnquã ebibenda, semper enim bibent, nec poterunt illam exhaurire. Quãta tunc erit eorum ebrietas, cum Deum ipsum incredibili odio prosequentur, parentibus, cognatis, amicis, qui adiutores ad scelera fuerunt, sibi denique ipsis cum maxima execratione maledicent, & infixa erit in peccatis miserrima voluntas?

HISTORIA.

Congregatione congregabo Iacob totum te. Non desunt, qui hæc omnia vsque ad finem capitis, de excidio Ierusalem à Chaldæis illato interpretentur, vt Theodoretus, R. Dauid, Vatablus; sed eorum interpretatio, & male cum verbis cohæret, non enim poterunt quædam nisi duriter ita exponi, vt postea demonstrabo, & communi sententię aduersatur non Christianorum modo doctorum, sed etiam Chaldæi, & veterum Hebræorum, quorum verba refert Petrus Galatinus lib. 8. de arcanis catholicæ fidei ca. 23. omnesque de Christo exponunt. Quoniam igitur Israelem Propheta terruerat, facit, quod prophetæ solent, vt post minaces prophetias consoletur eos sæpe futuræ redemptionis per CHRISTVM, vt fecit Hoseas cap. 3. & 6. & 13 Ioel. cap. 2. Hamos cap. 4. & 9. & Habdias. Quam prophetarũ consuetudinem adnotauimus in capit. 2. Ioelis num. 34. Sed de tempore huius prophetiæ non

non leuis dissensio est. Lyranus impletam eam tunc putat, cum Dominus descẽdit in limbum. Quam expositionem tetigerunt ex Hebræis nonnulli, vt apud Galatinum videmus. * Hieronymus vero intelligit de tempore primi aduentus, quo multi ex Iudæis crediderunt, siue potius de fine sæculi, in quo omnes conuertentur Iudæi. Mihi videtur de vtroque tempore esse prophetia. Sed in primo aduentu CHRISTI, & in prima prædicatione Euangelij per apostolos cœpit impleri, & perfecte implebitur in cõsummatione mũdi. Mos etenim prophetarum est multa prædicere, quæ non simul, sed per longum spatium tẽporis implentur, vt quod Psal. 2. scriptum est: Astiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. In Christi passione cœpit impleri, & quotidie paulatim impletur regib⁹, & principibus infidelium in eiusdem Christi mẽbra sæuiẽtibus. Ita exposuimus, quod est in c. 1. Hos. Et cõgregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnũ. Et in cap. 3. Post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & multa alia sæpe in propheris. * Ita igitur videtur locus exponendus: O Iacob, quem nũc propter peccata tua acerbe punio, ne desperes, cum iratus fuero, misericordię recordabor, veniet filius meus in carne, & congregare incipiam te per eum, pleniusq; in mundi fine congregabo. Nunc tu captiuus duceris in Assyrios, & longe disiungeris à fratribus tuis, id est, à duabus tribubus: sed eo quod dixi, tempore congregabo totum te, tam decem tribus, quam duas, in vnam, eandemque fidem reducam, vt sit vnum ouile, & vnus pastor, quod etiam prædictum est Hoseæ primo & 11. & Ieremiæ. 31. & Ezeciel. 34. 36. 37. & alibi sæpe: Sed, quomodo dictum est: *Congregatione congregabo totum te*, cum pauci crediderint in primo aduentu, nec constet satis omnes nemine dempto saluos futuros in consummatione mundi? Respondendũ est totum Iacob vocari omnes electos ex semine Abrahæ, vt præclare docet Apost. Rom. 9. Non enim omnes, qui ex Israel, ij sunt Israelitæ: neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filij; sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, nõ qui filij carnis, ij filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. * Ita dictum est Iohan. 12. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Omnia dixit omnes electos, vt exposuit Augustin. tractatu 52. in Iohann. & Gregorius epistolarum libr. 6. epistola 179. Idcirco ait: In vnum conducam reliquias Israel, electos enim vocat reliquias, quos ceteris pereuntibus sibi seruauit, vt adnotauimus capit. 9. Hamos num. 38. Quod vero ait: *Congregatione congregabo*, significat, plene congregabo, nihil relinquam quod non congregem, vt capit. 1. Sophoniæ latius explicabimus. Chaldæus: In fine plane congregabo vos, qui de domo Israel vniuersos, captiuitatem vestram, reliquias Israelis, vna applicando copulabo.

60

61

61

63

Pariter ponam illum, quasi gregem in ouili. Omnes erũt intra Ecclesiam, & erit vnum ouile, & vnus pastor. Quam alienum est, & improprium, quod ad Iudaicæ expositionis patrocinium commentus est Vatablus, pastores intelligi hostes? Vt enim recte diceretur Israelitas oues dici, propterea quod imbelles essent, caulas vero vrbes, intra quas ab hostibus obsidentibus cogebantur. Quomodo pastores erunt hostes, cum pastoris sit oues curare, errantes reducere ad caulas, non vt occidat, sed vt earum salutem tueatur? * Si lupos diceret, aut fures, qui veniunt, vt furentur, & mactent, & perdant aut latrunculos, recte exponeret Vatablus, at pastores, nihil habent, cur hostes significent. Vbi nos habemus: *In Ouili*, in Hebræo est בְּצָרָה, ideo noui interpretes vertunt: Quasi oues Bosræ, quam vrbem esse dicunt Idumææ ouibus abundantem. At eorum interpretatio non Hieronymi solum, sed etiam veterum interpretum, (vt solet sæpe) translationi repugnat, quorum nemo vrbem significari sensit. Chaldæus vertit: Ponam eos ouium instar in medio ouilis. Lxx: Sicut oues in tribulatione: duas enim partes esse intellexerunt בְּצָרָה, hoc est nomen cum præpositione. Et sane duas esse partes probalissimum est, vt צָרָה significet septum, quo oues clauduntur, quandoquidem צור significat obsidere, & coartare: inde enim צָרָה afflictionem significat, quia affligi solent qui obsidentur, & coartantur. Hieronymus autem, vnam dictionem fecisse videtur, vt בְּצָרָה dicatur ouile, quia munitũ est, & muro firmo septum: significat enim hoc nomen munitam, vt idem dixit Isai. 34. & Hamos. 1. & בָּצַר significat munire.

*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et ideo in cõmentarijs dixit; In ouili meo
tecum gentium populo copulabo, tunc te
muro firmissimo sepiam.

64 *Quasi pecus in medio caularum, tumultuabun*
tur &c. Caulas vocat ciuitatum omnium
Ecclesias. Deinde vt magnam fore multi-
tudinem ostendat, eorum, qui conuertentur ait: *Tumultuabuntur à multitudine hominum.*
Tumultus enim, vt ait Hieronym. vox plurimorum est, & nimiæ multitudinis clamor pariter emissus. Non igitur indicat
tumultus commotionem, & confusionem, sed tantummodo maximam multitudinem. A multitudine, autem, dicit Hebraica locutione, id est, præ multitudine,
aut propter multitudinem, vt passim faciunt Hebræi, vt Hoseę. 9. Ecce enim profecti sunt à vastitate, Quod adnotauimus
A, pro, præ in Hoseæ. 7. num. 31. Chaldæus, Qui instar
gregis in media caula tumultum edent,
præ hominum frequentia.

Ascendet enim pandens iter ante eos. Præterit
um עָלָה more prophetico pro futuro positum est. Non videtur, autem declarari,
qui sit, qui ascendet pandẽs iter ante eos,
sed in Hebræo, articulus, quo latini carent,
apertiorem reddit orationem: עֹלֶה הַפֶּרֶץ
id est, ascendit, siue ascendet, ille, qui diuidit ante eos, nam Diuidere, dictum est
pro Pãdere iter (vt eleganter vertit Hie-
65 ronym.) * Sed nequis dubitare posset, sta
tim fere, ait, Et transibit rex eorum coram
eis. Sensus ergo est: Rex eorum Christus
ascẽdet in cœlum, & secũ eos vehet, viamque illis aperiet, vt etiam interpretatus est
S. Thom. 3. part. q. 57. art. 6. Hoc, quẽadmodum initio dixi, in primo aduentu impleri
cæpit, quo Dominus cum sanctis omnibus,
qui ad illud vsque tempus obierant, ascendit in cœlum. Sed plenius implebitur in die
iudicij, cum omnes electos secum feret in
cœlestia domicilia. Ipse igitur ascendet in
cœlum cum sanctis pandens iter seu diuidens ante eos. Diuidi dicitur quod obstructum, & compactum erat, id est, præbebit
illis domicilium vsque ad id temporis hominibus negatum, aperiet portam fortissimis vectibus ante obseratam. Ipsi etiam
diuident, vt habẽt castigatissimi codices, &
vt est in Hebræo, non *Diuadet*, vt Regius, &
complutensis habẽt. Diuident murum oppositũ, qui exitũ eis, ad superos prohibebat
Quod magis explicat cũ ait, *Et trãsibunt portam, & egredientur per eã*, portam videlicet
inferorũ, quæ descendentibus, ex hoc mundo patebat, sed ascensuris inde ad nos semper fuerat clausa. * Ipse igitur sanguine suo 66
viã aperuit, in cœlũ, & sanctæ animæ cũ eo
ascendẽtes diuiserũt, quasi dicat, irruperũt,
qua nullæ ante animæ irruperant, & trãsie
runt portã illã, & egressę inde in summum
cœlũ ascenderũt. De his Dauid Psal. 23. Attollite portas principes vestras, & eleuami
ni portę æternales, & introibit rex gloriæ.
At in fine sæculi sancti portam inferorũ diuident, sicut Christus ante fecerat, & transibunt, nec teneri poterunt ab eo. Sed cur
dicit. Ascendet enim, cum ea, quæ sequuntur, minime causam superiorum reddere
videantur? In Hebræo, non est Enim, neque apud cæteros interpretes, itaque non
erraret fortasse, qui diceret ornatui tãtum
deseruire. Sed melius dicemus ab Hieronymo fuisse additam hanc particulam, quoniam intellexit causam reddi eorum, quæ
dicta fuerant. Dixerat magnam multitudinem fidelium esse congregandam in Ecclesiam: causa vero huius congregationis
est, quod Christus ascendit in cœlum pandens iter suis, vt morte superata eo ascendant, vbi ipse est, & ascensione sua locum
eis parauit: sicut ipse testatus est antequam
ascenderet Ioan. 14. Vado parare vobis
locum. Et si abiero, & præparauero vobis
locum, iterum venio, & accipiam vos ad 67
me ipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. * Hoc
tanto testimonio diuinitatis Christi, & hac
tanta promissione immortalitatis, & cæ-
lestis habitationis excitati homines per
apostolos, & prædicatores Ecclesiæ con
fluere cæperunt ad Ecclesiam, & multo
magis postea cõfluent Iudæi. Ita videmus
in Actibus Apostolorum Iudæos audientes Christum ascendisse in cœlũ (quod facile intelligebatur ex Spiritu sancto misso de
cœlo in eos tantum, qui cum eo fuerant,
aut qui tunc in eum credebant) fidem recepisse vt cap. 2. Dextera igitur Dei exaltatus & promissione Spiritus sancti accepta,
à patre effudit hunc, quem vos videtis &
auditis, &c. His autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & 1. Reg. 12.
ad reliquos apostolos: Quid faciemus
viri fratres? Quomodo hæc poterunt re
ferri ad Sedeciam? Quomodo ille ascendit pandens iter ante eos, quando noctu
exijt de Ierusalem? certe qui venit in Ierusalem, semper dicitur ascendere, vt: Ecce

ascen-

Iudic. 10. ascendimus Ierosolymam, erat enim in excelsis montibus condita. Et quicunque exibat, descendebat, vt: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho. Si muros ruperunt, quomodo transierunt portam, & exierunt per eam?

68 *Et transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.* Rex eorum transibit deferens secum eos in cœlum, prius quidem animas multorum sanctorum, postea vero omnium animas, & corpora in resurrectione: Si autem quæras quis sit hic rex, audi eum esse Iehoua, *Et Dominus in capite eorum*, id est, ipse rex, qui Dominus, & creator omnium est, ante eos ibit, ipse primus omnium ascendet, sicut dictum est Hamos 6. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium, id est, primi erunt in transmigrantibus. Iudicet lector, quam frigida, & quam aliena sit Vatabli interpretatio. Et Dominus in capite eorum, id est, Dominus illis ante fauebat, sed nunc non fauet. Nec melior est illa Theodoreti: Dominus autem princeps erit, (ita enim habẽt Lxx.) Sed ait ipse: Non ad ferendam opem, sed ad eos perdendos.

TROPOLOGIA.

69 Collocat Deus eos qui diligunt. *Congregatione congregabo Iacob totum te.* Primum his verbis recte vti possumus ad commendandum communis fœdus caritatis. Si enim vel totus populus Christianus, vel tota ciuitas, vel quæuis alia Christiana congregatio mutua caritate inter se copuletur, vt sit totus Iacob congregatus, & in vnum reductus, nec sint vllæ dissensiones, augetur mirabiliter, & crescit. Et Dominus præcedet pandens iter, omniaque viæ impedimenta amouebit, nihil ei obstare poterit, omnes hostes vincet, semperque Dominum amatorem, & autorem caritatis habebit adiutorem. Sed aliter, atque ad mores etiam vtilius explicemus. Iacob, qui iuxta nomen suum carnalem fratrem supplantauit, & ei primogenita abstulit, spiritualis hominis typus est, qui carnis affectus supplantat, & vincit, & omnibus virtutibus ornatur, omnibusque, cum res postulat, vtitur. * Sed 70
interdum accidit, vt dispergatur Iacob, & amissa caritate, vel etiam non amissa, desinat multos bonorum operum fructus ferre, quos ante ferebat, siue ignania, siue defatigatione quadam, siue tentatione aduersari), siue inusitato onere curarum sæculi. Quo tempore, quia remissior est, magis patet tentationibus, & quia infirmior est, facilius superatur. Huic dicitur à Domino: Sed habeo aduersum te pauca, quod caritatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam & prima opera fac. Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum, de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. At cum Dei beneficio ad seipsum redit, & seruoris sui pristini recordatus dolet se non esse quod fuit, & alacrior inde, atque ardentior ad omnia virtutum opera prodit, totus Iacob congregatur, & carnis multo plenius supplantatur affectus. * Tunc 71
etiam in vnum conducuntur reliquiæ Israel. Siquidem Israel à fortitudine nomen habet, quod angelo luctando præualuerit, cui etiam dictum est: Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis? Quid ergo sunt reliquiæ Israel, nisi pœnitentia, oratio, mortificatio, contemptus sui, & ceteræ id genus virtutes, quas Deus in spirituali homine seruauit, quibus contra omnes luctando superior euadebat? Quæ cum timore Dei, quasi muro forti, septæ, congregantur sicut oues, vt pastori suo pareant, id est, caritati, vel etiam Deo, nec, nisi eo iubente moueantur: vehementer augentur, & multiplicem prolem edunt, ita vt præmultruentur præ multitudine. Ante hunc virtutum pulcherrimum exercitum, & ante has generosas reliquias Israel ascẽdet CHRISTVS pandens iter, & diuidens omnia, quæ obstant, vt nullo modo queri possit Iacob, & dicere: Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & non egredieris in virtutibus nostris, id est, cum exercitu nostro. Sed diuini auxilij præsidijs fretus, & spe victoriæ excitatus confidenter clamabit: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic percant peccatores à facie Dei. * Itaque 72
diuident omnia cœlestis itineris impedimenta. *Et transibunt portam.* De qua Dominus: Intrate per angustam portam, quia Matt. 7.
lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem, & multi sunt, qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eã? Hanc transibũt delicijs huius vitę & voluptatibus spretis. *Et egredientur per eã,*

vt per viam illam angustam veniant ad vitam, neque enim in porta hærere volunt, sed ad ea quæ priora sunt, extédunt seipsos.

Et transibit rex coram eis, & Dominus in capite eorum: Iuxta illud: Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, portas æreas conterã, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum, vt scias, quia ego Dominus, qui voco nomen tuum. Huic nullæ poterunt resistere vires inimici, quia Dei præeuntis potentiam formidabunt, & ipse nouo semper rore cœlitus refrigerabitur, sicut ait Dauid: Deus, cum egrederetis in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto terra mota est, (id est, fortissima quæque aduersariorum trepidabunt.) Etenim cœli distillauerunt, à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.

Isa.45.

Psal.67.

CAP. III.

ET dixi. Audite principes Iacob, & duces domus Israel: Numquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorũ desuper ossibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt: et ossa eorum confregerunt, et conciderunt sicut in lebete, et quasi carnem in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: et abscondet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducũt populum meum: qui mordent dentibus suis, et prædicant pacem: et si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium. Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas: et obtenebrabitur super eos dies. Et confundentur, qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia non est responsum Dei. Veruntamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini, iudicio et virtute: vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Audite hoc principes domus Iacob, et iudices domus Israel: qui abominamini iudicium, et omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, et Hierusalẽ in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabãt: & super Dominum requiescebant, dicentes: Numquid non Dominus in medio nostrum? non venient super nos mala. Propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Hierusalem quasi aceruus lapidum erit, et mons templi in excelsa syluarum.

Ezech.22. Soph.3.

Mich.3.

HISTORIA.

Audite principes Iacob. Inuehitur in crudelitatem principum Iuda, vt ex fine capit, apparet. Sion, quasi ager, arabitur, &c. Qui cum potentiores essent, pauperes opprimebant, & spoliabant, & affligebant, quantum poterant, perinde atque illi, qui pecus excoriant, & carnes deuorant, atque ossa etiam ipsa confringunt, quod est extremæ crudelitatis. Cur autem duas tribus vocet Iacob, & Israel diximus cap. 1. nu. 8.

Numquid non vestrum est scire iudicium? Multi putant hæc iudicibus dici, quoniam iudicij meminit, vt Lyranus, & Vatablus: sed melius dicemus, ad nobiles, & ad potentes referri, quorum est maxime scire iudicium

id est, cognoscere quid iuxta Dei legem faciendum sit vnicuiq;. Quod à Ierem. explicatum est. c. 5. Ego autem dixi: Forsitã pauperes sunt, & stulti, ignorantes viam Domini, iudiciũ Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui. Et ecce magis hi simul cõfregerunt iugum. Loquitur autem de cognitione, quæ cum operibus coniuncta est, vt solet scriptura.

Qui violenter tollitis pelles eorum. Summam rapacitatem, & summam simul crudelitatẽ describit sub Metaphora pastorum, qui ouium lacte, & lana nõ contenti, pelles etiã detrahunt eis, & carnes secant, & quasi id non satis sit, ossa confringunt, atq; in ollam, seu lebetem cum carnibus conijciunt. Ita notat reges, & principes, ac duces, & potentissimos quosque, qui subditos, & pauperes penitus spoliabant, & quasi ad nihilum redigebãt. Eadem Metaphora, seu potius Allegoria respondit Tiberius Cæsar, boni pastoris esse pecus tondere, non deglubere: Est autem hæc Allegoria frequens in scriptura, vt Ezecielis 34. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Ierem. 23. Væ pastoribus, qui dispersdunt, & lacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. Et Zachariæ 11. & sæpe alibi. Quod bene Chaldæus sine figura dixit: Violenter populi facultates ab eo rapientes, pecuniamque eorum pretiosam ab eis tollentes, & qui diripuerunt substãtiam populi mei, & pecuniam eorum pretiosam tollunt, reliquiasque eorum cõsumunt, cõuersi diuidunt eos, quẽadmodum qui concidunt membra in frusta in medio libetis, & particulas in ollæ medio. Hac autem locutione, *Qui violenter tollitis pelles eorum*, pro quo est in Hebræo, Violenter tollentes pelles eorum, causam reddi dictorum adnotauimus Ham. 8. nu. 33.

Tunc clamabunt ad Dominũ, & non exaudiet eos. Tunc, cum venerint hęc mala, quę prænuntio, clamabunt laborantes, & maxima afflictione oppressi, Dominus autem non liberabit eos, sed sinet occidi, & capi ab hostibus; quia qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis, Prouerb. 28. Et illis præ magna afflictione clamantibus auertit Dominus faciẽ suam more eorum, qui nec videre laborãtes volunt, neque audire clamantes.

Adinuentionibus suis, id est, In suis cõsilijs, & operibus, vt exposuimus Hos. 9. c. n. 30.

Qui mordent dentibus suis. Nunc ad pseudoprophetas cõuertit orationem, qui quæstus causa securitatem populo, & principibus promittentes, & quæ illis grata erant prophetãtes, tot tantorumq; populi peccatorum causa fuerunt. Quod copiosius, & expressius videmus Ezec. 13. & Ierem. 23. Hæc ergo dicit Dominus super prophetas, id est, ad prophetas, vt explicauimus Hoseę 12. nu. 13. vel contra propheras, vt Ham. 7. nu. 21. & ca. 1. huius prophetæ nu. 2. Quod ait; *Qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem*, hoc significat. Cum illis munera dantur, & comedunt, ventremque implent, prænuntiant pacem dantibus, & prosperitatem, metumque captiuitatis adimunt.

Sanctificant super eum prælium. Si qui autem eis munera nõ mittant, statim terrent eos dicentes imminere hostes, & direptionem, hoc enim est sanctificare bellũ, id est, parant, & adornant in eos bellũ, vt exposuimus Ioel. 1. nu. 25. Est autem ea phrasis, qua nos frequẽter vtimur, vt cum dicimus: Hic concionator omnes in infernum mittit, id est, omnibus infernũ minatur, Chaldæus sic dicit: Dominus contra pseudoprophetas, qui seducũt populum meum, quod qui offert eis conuiuium carnis, pacem ei vaticinantur, aduersus autem eum, qui non offert eis, bellum instruunt.

Propterea nox vobis pro visione erit. In Hebr. est, A visione, & statim, A diuinatione, id est, propter visionẽ vestram, & prophetiã, quia populo prophetabatis, quod ego nõ dixeram, nã ita capi A, more Hebræorũ, diximus Hos. 7. n. 31. & Mich. 2. n. 64. Noctem autẽ, & tenebras vocat futuram captiuitatem, & vastitatẽ, vt diximus Ham. 8. nu. 29.

Et occumbet sol super prophetas. De eadem re loquitur, simile est illud Ham. 8. Et erit in die illa, dicit Dominus: Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Quod ibi iam interpretati sumus.

Et confundentur, qui vident visionem. Cum viderint acerbitatem prælij, longeque abesse pacem, quam ipsi promiserant, erubescent, quia mendaces videbuntur, & dicentur. Per irrisionem vocat eos prophetas, & videntes visionem, quasi dicat: Ipsi dicebant se vidisse visiones Dei, exitus ostendet

Universidad de Deusto
Biblioteca

det mentitos fuisse, nec esse prophetas, sed diuinos. Ideo subijcit, Et *confundentur diuini.*

Et operient vultus suos, quia non est responsum Dei. Præ pudore vultus suos operient, quia non est responsum Dei, id est, quia nullum à Deo habebunt respõsum, & iam sua responsa proferre non audebunt, ne iterum mendacij arguantur. Ita intellexisse videtur Chaldæus, qui vertit: Quandoquidem non sit in eis spiritus propheticus, à facie Domini. Aliter etiam, Non audebunt tunc prophetare, & dicere, vt solebant, se habere responsum Domini, quod reddant, quia nemo illis credet, etiam si se habere dicant: ideo Lxx verterunt: Quia non est, qui exaudiat eos. Operire autem vultum erubescentis pariter & dolẽtis est. Vt Ezec. c. 13. In caligine effereris, faciem tuam velabis, & non videbis terrã. Daniel. 13. At inquit illi dixerunt, vt discooperiretur Susanna, erat enim cooperta, vt vel sic satiarentur decore eius.

Operite vultum.

6 *Verũtamen ego repletus sum fortitudine.* Ego lõge aliter eis prophetabo, non enim dicam quæ illi audire volent, sed quæ Deus dicere iusserit. Repletus sum fortitudine spiritus Dni i. spiritu Dñi forti, & dicitur spiritus fortis in prophetis, qui dura, & aduersa minatur, Iudicio etiam repletus sum à supplicijs quæ Deus cõminatur malis. Repletus sum virtute i. potẽtia, hoc est operibus magnis quæ Deus potenter facturus est in populũ hunc. Et quia multa de his à Domino accepit prophetanda, dicit se repletũ esse. Quasi dicat. Hæc illis loquar, hæc vaticinabor, nõ illis assentabor, vt intelligant, quãgraviter in Deũ peccauerint. Videtur ita intellexisse Hieronymus cũ ait: Ego quæ loquor ab Spiritu sancto institutus loquor, & loquor iudiciũ domini, & virtutem. Sed apertius hęc intelligũtur ex loco simili Ierem. 6. Ecce verbũ Domini factũ est eis in opprobriũ, & non suscipient illud. Idcirco furore Dñi plenus sum, laboraui sustinens. i. plenã minis prophetiam accepi, nec possum sustinere tantũ onus comminationum. Itaque spiritus fortis Dñi vocatur furor, siue ira eius, vt ex Ieremia intelligimus & Hoseæ. 4. nu. 23. ostendimus spiritũ significare impulsum magnum, & voluntatẽ, quæ quasi præceps fertur ad aliquid faciendum.

TROPOLOGIA.

Reg. 7 Documentum est vsitatũ à patribus, quod lectori notũ, & obseruatũ esse debet, & quo nos sæpe vsi sumus, vt quemadmodum quę Historice dicũtur in prophetis de Christo, & Ecclesia, non sunt Allegorice exponenda, quoniã in ipsa Historia est quod, quęrere in Allegoria solemus: ita cũ Historia ipsa moralis est. i. mores instruit aut virtutibus commendandis, aut vitijs reprehendẽdis, sensum alterum spiritualem, qui ad mores pertineat, nequaquam requiramus, ne ille prior altera expositione quasi euanescat, & eludatur. Quod ita docet Gregorius in calce, lib. 20. Moral. Huc vsque beatus Iob descripsit mala, quæ pertulit, hoc vero ex loco incipit narrare subtilius bona, quæ fecit, sed doloris verba Historica atque Allegoria expositione transcurrimus, virtutũ vero opera ex magna parte iuxta solius Historiæ textum tenemus, ne si hæc ad indaganda mysteria traxerimus, veritatẽ fortasse operis vacuare videamur. Hæc Gregorius. * Itaque lector Moralẽ expositionem ne expectet, vbi Historia ipsa moralis est, vt in his: Numquid non vestrum est scire iudicium. Qui odio habetis bonum, & diligitis malum. Potest tamen fieri nonnunquam, vt opus malum, quod memoratur, alterum significet Tropologice, & idem est de bono opere iudiciũ: quomodo nos quædam ante exposuimus, & nunc exponere tentabimus quod dicitur. *Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriauerunt, &c.* Pellis, quæ summa est in animalibus, & suis coloribus distinguitur in vno quoque genere, per quos ipsa animalia cognoscuntur, bona significat, quæ externa sunt, & quasi tegumentum quoddam internorum, ex quibus sæpe, qualis vnusquisque sit, intelligitur, vt locutio, genuflexio, leuatio manuum, modestia exterior, composito vultus, & totius corporis, Ceremoniæ denique Ecclesiæ, & sanctarum religionum. Hæc enim tegunt virtutes internas, atque conseruant, & si absint, cito virtutes, & maiora illa, quæ latebãt, peribunt. * Itaq; id sunt internis virtutibus, quod frondes pomis, quod cortex arbori: vt iam diximus Ioel. 1. num. 21. Sicut ibi scriptum est: Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit, nudans spoliauit eam, & proiecit, albi facti sunt rami eius. Riident hæc hæretici, & vani homines, qui quid vera virtus sit ignorant. At serui Dei obser-

Cum historia moralis est, quæ vt iterum dicam, aliter se habet.

Pellis.

Virtutes tegũtur carnis, quæ dã similes sũt.

Ceremoniæ tegunt virtutes.

Psal. 19. obseruant diligenter, & magni faciũt, quoniam, vt est apud Ecclesiasticum: Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Propterea de beato viro scriptum est: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tẽpore suo, & foliũ eius non defluet. Cui ergo folia hæc defluunt, satis declarat se neq; fructus ferre bonorum operum, neque plantatum esse secus decursus aquarum. Non enim possunt hæc dissociari, sed arbor, quæ secus decursus aquarum est, fructum suum dabit in tempore suo, & folia retinebit. Quæ autem folia non retinet, nec fructum feret: quod si fructum non fert, in sicca, & sterili humo plantata est, non secus decursus aquarum. * Quare, qui dicunt satis sibi esse cor mundum coram Deo, & externa negligunt in vestibus, & verbis, in cõuictu quotidiano, & in ceteris huiusmodi, quæ ædificationi fratrum, & decoro vitę humanę insertuiũt: aut illam cordis munditiem, quã iactant, iam amiserunt, aut cito amittẽt. Vt igitur desertor religionis suæ censetur qui vestibus illius vti nõ vult, vt desertor Ecclesiæ putatur, & est, qui ceremonias Ecclesiæ tollit, & vtiles esse negat: ita profectò desertor virtutis est, qui extermum virtutis ornatum, & decorem abijcit. Sed quemadmodum sub pelle caro est, & ossa: ita sub hoc externo virtutis tegumento virtutes sunt, quarum quædã carni similes sunt, quæ magis, scilicet, videntur, & quasi tanguntur, & molliores videntur, vt liberalitas, misericordia, iustitia, temperantia. Quædam vero similes sunt ossibus, quia magis latent, & fortiores sunt, ac duriores, vt pœnitentia, vera abnegatio sui, cõtemptus sæculi, fortitudo, siue contemptio omniũ periculorum. * Et enim sine ossibus carnis fluida, molliq; natura non consisteret, neque sine his virtutibus, quas ossibus similes diximus, reliquæ carni similes sese tuerentur. Quare eleganter de interiori homine dictum est: Pelle, & carnibus vestisti me: ossibus, & neruis compegisti me: Carniũ enim, & pellis consistentia, & compactio ossibus debetur, ac neruis. Quia ergo ministri Diaboli, tam qui extra Ecclesiam, quam qui in Ecclesia sunt, crudelissimi animarum interfectores, non solum externa, quæ diximus tegumenta, atq; indicia virtutum è medio tollunt, sed etiam omnes virtutes, quantum possunt, comedunt, siue cõsumunt, iure ait Propheta: Qui comedunt carnem populi mei, & pellẽ eorum desuper excoriauerunt, & ossa eorum confregerunt. Eleganter (inquit) confregerunt, virtutes enim illę duriores, & quasi osseæ, nisi magno ictu, & valido malleo tentationum non conteruntur. At cum conteruntur, secum frusta deferunt reliquarum, quasi ossa carnium. Si enim tollas pœnitentiam, & abnegationẽ sui, & cõtemptionem bonorum sæculi, secum ferẽt temperantiã, castitatem, misericordiam. Disiunctæ autẽ virtutes atque discisse consumuntur, & pereunt, sicuti frusta carnium, & ossium missa in lebetem, siue in ollam; & ideo ait: *Ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut in lebetem, & quasi carnem in medio ollæ.* * De prophetis autem promittentibus pacẽ, & alios prophetare vetantibus diximus cap. 2. numer. 44. & sequentibus. Et Hoseæ. 9. num. 12. & Hamos. 7. num. 24. sunt siquidem in nobis nonnunquam malignorum spirituũ impulsus, siue etiam sapientiæ carnis, quibus si alimenta præbeas, id est, si eos nutrias, & foueas, *prædicant pacem*, & vitam quietam, iucundamque pollicentur. At si non dederis in ore eorum quippiam, sed relictis operibus carnis secundum spiritum te viuere velle profitearis, sanctificant super te prælium, minantur labores, ægritudines, inopiam, vitam denique insuauem, & acerbam. Sed quid his ait Dominus. *Nox vobis pro visione erit, & tenebræ pro diuinatione.* Dabit enim Dominus suis spiritum pœnitentiæ, & resipiscent à Diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem, & exterminabuntur, atque occidentur huiusmodi pseudoprophetæ ac noua vita, & pœnitentia laboribus exercita illis nox erit & tenebræ. * *Et occumbet sol super prophetas,* quos dicimus, quoniam, cum illi arbitratu suo homines regebant, & luce prosperitatis fruebantur, subita pœnitentiæ, & melioris vitæ caligine, tanquam nube quadam obscura contegentur. *Et confundentur qui vident visionem*, quoniam iam non audiet homo interior illorum responsum, sed aliud certius, atque vtilius audietur. Ergo fratres debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viueris. Et illud: Qui autem sunt CHRISTI, carnem suam crucifixerunt cum vitijs,

10

11

12

13

Rom. 8.

Galat. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& concupiscentijs. Verus igitur propheta, & veri Spiritus sancti impulsus bellum carni, & concupiscentijs indicunt, & venturis supplicijs terrent, vt latius in locis prophetarum indicatis aperuimus, & hominem in veram sui, peccatorumque suorum cognitionem reuocant; propter quod ait. *Verumtamen ego repletus sum fortitudine spiritus Domini &c.*

HISTORIA.

14 *Audite hoc principes domus Iacob.* Vbi habemus, *Et iudices domus Israel.* in Hebræo est, וְקָצִינֵי quod initio huius capitis Hieronymus vertit Duces, quare fortasse hic etiã legendum erat Duces, non Iudices: nam & Chaldæus similiter hic vertit, atque in principio capitis שִׁלְשֵׁנֵי, id est, dominatores, aut præfecti. Sed recte possumus legere Iudices, quoniam ipsi sunt etiam principes, & duces: sicut ait statim: Principes eius in muneribus iudicabant.

Qui ædificatis Sion in sanguinibus, id est, Magnas domos ædificatis in Ierusalem, sed sanguine pauperum, id est, spoliantes pauperes, & adimentes illis alimenta, quibus vitam tueri debuerant, quod perinde est, ac si occidereris. Quod optime intelligitur ex Eccles. 34. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Sion mons est, in quo est condita Ierusalem. In huius montis excelsiori parte, quæ proprie dicebatur Sion, id est, specula, ab altitudine, fuit rex Iebusæorum, quæ dicebatur arx Sion, siue Sion, quam cepit Dauid, eamque vrbis partem ædificijs, & regia sua ornauit, ideoque dicebatur ciuitas Dauid. 2. Reg. 5. cepit autem Dauid arcem Sion. Hæc est ciuitas Dauid. Dicebatur & ea pars ciuitas, superior, lege libr. 2. Reg. cap. 5. & Iosephum lib. 6. de bello capit. 6. Inde tota vrbs dici solet Sion, vt Psalm. 89. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Et Psalm. 125. in conuertendo Dominus captiuitatem Sion, &c.

Sion.

15 *Principes eius in muneribus iudicabant.* Cũ gratis iudicare deberent, muneribus corrupti iudicabant, & illis magis fauebant, qui plura dedissent, contra id, quod scriptum est Deuter. 16. Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientium, & mutant verba iustorum. Sacerdotes etiam nolebant docere populum, nisi prius mercedem accepissent, & prophetæ responsa sua vendebant, & ad voluntatem interrogantium accõmodabant. Itaque ב, id est, In, idem valet in his omnibus, quod Propter aut Pro; Quod frequens est, vt Genes. 29. Seruiam tibi pro Rachel filia tua. Et ibidem: Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis, & Hoseæ. 12: Et seruiuit Israel in vxore, & in vxore seruauit, loquitur autem de Pseudoprophetis, vt ostendit verbum Diuinabant, id est, יְקַסְּמוּ cuius participio paulo ante vsus est de eisdem loquens; Et confundentur diuini. Nunquam enim (vt Hieronymus ait) in scripturis in bonam partem accipitur. Non est (inquit) augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Ad Sanctos prophetas legimus delata fuisse munera, vt Samuelem, 1. Regum. 9. ad Ahiam 3. Reg. 14. Sed, vt idem Hieronymus inquit, non legimus illos accepisse. Deferebantur autem, quoniam harioli multi erant, quos cum muneribus consulebant, & putabant idem facturos prophetas. Quamuis, & accepisse eos nihil obstat, aut in sustentationem vitæ, aut beneuolentiæ causa, non tamen vendebant responsa, vt diuini, neque falsa respondebant.

In id est, Propter, aut Pro.

Num 22.

16 *Et super Dominum requiescebant.* Cum tot peccatis Dei iram in se prouocassent, tamen ita impudentes erant, vt requiescerent super Dominum, id est, super Dominum inniterentur, & quia templum eius habebant, putarent non esse euertendam vrbem. Inniti super Dominũ, siue requiescere, dicit pro sperare in Domino vt 1. Paralipom. 13. Et vehementissime confortati sunt filij Iuda, eo quod sperassent in Domino Deo patrũ suorum. Et ca. 16. Quia habuisti fiduciã in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo, & cãdem enim verbum Hebraicum est in his locis duobus, & in propheta nostro. Est ergo locus egregius contra præsumptionem, reprehendit enim eos, quod tot sceleribus contaminati fiduciam & spẽ libertatis haberent in Domino, cũ illa, non spes dicẽda sit, sed præsumptio. Hoc autem adnotaui, nequis cum alijs in locis legerit idem verbũ Requiescere, eundẽ putet esse sensum; vt Isai. 7. Et nuntiauerunt domui Dauid dicentes: Requieuit Syria super Ephraim. i. vt verterunt Lxx, cõsensit Syria cũ Ephraim. Et. i. Reg. 7. Et requieuit omnis

Inniti, aut requiescere super Dominum.

Israel post Dominum, Nam in his duobus locis est in Hebræo verbum נוּחַ, quod est quiescere, in nostro autem propheta & in locis citatis Paralipomenon נִשְׁעָן, quod est inniti, aut sustineri, vt super baculũ, aut aliquid simile, vnde & baculus dicitur מִשְׁעָן.

17 *Numquid non Dominus in medio nostrum.* Deus habitat inter nos: templum eius habemus: quomodo suam vrbem, & suum templum patietur euerti. Quam stultam fiduciam eleganter reprehendit Dominus Ierem. 7. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est, &c. Sunt qui putent his verbis indicari firmã, & diuturnam mãsionem, idque intelligi quoties aliquis dicitur habitare in medio aliorum, siue in medio populi: quoniam 4. Reg. 4. dicente Eliseo, Numquid habes negotiũ, & vis, vt loquar regi, siue principi militiæ? mulier respondit; In medio populi mei ego habito, id est, quieta sum, & tranquilla. Sed insolens est hæc loquendi, & explicandi ratio in scripturis, & repudianda est, cum res ipsa sit aperta, nec egeat noua commẽtatione. In medio rei alicuius esse dicitur, quod intra illam est, vt in hoc ipso capite. Et conciderunt sicut in lebete, & sicut carnem in medio ollæ. Apocalyp. 1. Et conuersus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum similem filio hominis, id est, inter septem candelabra. Luc. 24. Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesvs in medio eorum, & dicit eis: Pax vobis, id est, stetit inter illos. * Nisi forte, cum dixit Isai. cap. 6. Quia vir polluti labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, existimamus eum significare, quiete, & tranquille habitare, cũ sit planus, & manifestus sensus. Habito inter homines polluta labia habentes. Ait ergo mulier se habitare in medio populi sui, id est, habitare inter suos, à quibus, scilicet, iuuari posset, si quid negotij haberet apud regem, vt exposuerunt Pagninus, Vatablus, & Isidorus Clarius.

Habitare in medio aliorum.

18 *Propter hoc causa vestri Sion, quasi ager arabitur.* Nunc eam partem indicat vrbis, quæ propriè appellabatur Sion, siue ciuitas Dauid, quæ nobilissima erat, & in qua habitabant reges Iuda. Duo sunt in hoc loco quærenda. Prius est, quo tempore fuerit hæc prophetia impleta, Babylonicæ ne captiuitatis tempore, an cum vrbs euersa est à Romanis? Nam impletam fuisse non possumus dubitare, cum dicat Hieronymus: videmus completa ea, quæ dicta sunt, oris eloquium oculi probant, propheriæ testis aspectus est. * Eusebius lib. 8. Demonstrationis Euangelicæ, Demonstratione 3. contendit nunquam vere impletam esse hanc prophetiam, donec CHRISTVS à Iudæis crucifixus est. At sine dubio impleta est cum capta, & subuersa est vrbs à Chaldæis, & de hoc tempore loquitur Prophetа. Nam modo vrbem dicit esse euertendã propter crudelitatem, & rapinam potentiorum, & oppressionem pauperum, propter fallacia responsa, & auaritiam pseudoprophetarum, sacerdotum, & ducũ. Quando autem vastata est à Romanis, propter incredulitatem Iudæorum, & propter necem Domini constat esse vastatam. Huic argumento tacite videtur occurrere Eusebius, quasi Propheta affirmet vastandam esse propter necem CHRISTI, cum ait: *Qui ædificatis Sion in sanguinibus*, quorũ vnus, inquit, est sanguis CHRISTI effusus. Sed refellitur facile eius responsio ex vera loci interpretatione, quam indicauimus. Nam quomodo Iudæi sanguine CHRISTI ædificauerunt Sion, cum diruerint potius, & sanguinis illius effusio causa fuerit vastitatis? * Præterea vnde probare potest nobis Eusebius, aut quisquam alius post passionem Domini fuisse in Ierusalẽ pseudoprophetas, qui pretiõ populum docerent, & propter templum iactarent vrbem nõ esse capiendam? Deinde omnia præcedentia non ad captiuitatem vltimam spectant, sed ad eam, quam à Chaldæis passi sunt. Atque eo tẽpore, quo dicimus impleta fuisse hæc omnia, facile intelliget, qui legerit finem Regum, & Paralipomenon. Ita intellexit Theodoretus. De hac eadem vastitate scriptus est Psal. 78. Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiã, vt docet Arnobius. Multo enim melius huic tempori hæc conueniũt, quam tempori Antiochi, de quo quidam dicta arbitrantur, vt bene probat in eũdem locum Lyranus. Neque enim est difficile eorum refellere sententiam, si quæ initio lib. 1. Machab. de Antiocho scripta sunt, cum his nostri prophetæ conferamus. Fateor hæc eadem plenius impleta esse, cum capta est vrbs à Romanis, non tamen inde

19

20

Universidad de Deusto
Biblioteca

fit sensum Historicum esse de Romanis, sed Allegoricum, in quo sæpe melius implentur, quæ prædicta erant, vt vidimus Hos. 10. cum ait: Et dicent montibus: Operite nos, & ca. 11. Ex Ægypto vocaui filium meum. Quod in horum locorum explanatione copiosius exposuimus. Itaque vastitas illata à Chaldæis figura eius fuit, quæ postea erat à
21 Romanis inferenda. * Altera dubitatio ex verbis Ierem. cap. 26. exoritur, quibus plane tota huius loci explicatio refelli videtur: Surrexerunt (inquit) viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem cœtum populi loquentes. Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populum Iudæ dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sion, quasi ager arabitur, & Ierusalem in aceruum lapidũ erit. Et mons domus in excelsa siluarum. Numquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? Numquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini, & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersus eos: Ex quibus duo discimus: primum est: hanc prophetiam de Sion aranda editam fuisse tempore Ezechiæ, alterum est Iudæos conuersos fuisse ad Dominum, eumq; mutasse, quod minatus fuerat. Siue ergo de victoria Romanorum, siue de Chaldæorum sermo sit; cum vtrique vrbem ceperint, & deuastauerint, quomodo Dominum pœnituit mali, quod locutus
22 fuerat aduersus eos? * Hæc quæstio ab huius loci explanatoribus omissa est, sed videtur ita soluenda: Hæc verba non esse Ieremiæ, sed seniorum populi, qui putabãt iam non esse implendum, quod Michæas dixerat, quia vsque ad illud tempus impletum non fuerat propter populi pœnitentiam, vt ait ibi Hieronymus, & Rupertus hic. Sed possumus sine errore eorum interpretari, ita vt dicunt ipsi. Prophetia Micheę impleta non est propter sanctitatem Ezechiæ, & populi pœnitentiam, sed huc vsque dilata est: agamus ergo nos pœnitentiam vt illi, atque ita prophetiam similem Ieremiæ propulsabimus à nobis, & in aliud saltem tempus differri faciemus. Ex quo videmus Deũ differre supplicia, quæ minatur, cum populus ad pœnitentiam conuertitur, quæ tamẽ inferret, si non conuerteretur, & postea infert cum ad priora peccata reuertuntur, vt diximus in fine Ionæ de Niniue, & iterum dicemus in Nahum, si Dominus dederit.

* Et 3. Reg. 21. Nonne vidisti humiliatum
23 Achab coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

Et Ierusalem quasi aceruus lapidum erit. Pulcherrima illa ædificia corruent, & in magnos aceruos lapidum conuertentur. Lxx: Et Ierusalem quasi pomorum custodia erit. Vtramq; horum verborum translationem exposuimus cap. 1. nu. 12.

Et mons templi in excelsa siluarum. Ierem. 26. Et mõs domus, & ita est hic in Hebræo. Sed domum vocat templum. Sensus est: Mons Moria ante nobilissimo templi ædificio illustris, & longe, lateque conspicuus, templo euerso & complanato redibit in siluam quandam excelsam, vt olim fuerat. Nihil in illo erit nisi iuga, & cliui excelsi.

TROPOLOGIA.

Quoniam aduersus principes, & iudices domus Israel prophetia est, in qua Ecclesia solet intelligi: Hieronymus copiose, & erudite de principibus Ecclesiæ interpretatur, & in eorum mores libere inuehitur. Quæ, quoniam sunt ab eo fusius dicta, non sunt à me repetẽda, inde petat, cui vtile erit. Nos autem nunc quidem principes, & iudices appellare possumus viros spirituales, quoniam, vt est apud Apostolum, Spiritualis iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. *Qui domos ædificant in Sion.* Cum eleemosynis, & reliquis pietatis officijs hoc agunt, vt cum defecerint, recipiantur in æterna tabernacula, & domum habeant in cœlo paratam. De quibus Isaias ait: Et ædificabunt domos, & habitabunt, vt optime ibi exposuit Hier. De quibus etiã illud intelligi vult. Quoniam Deus saluam faciet Sion, & ædificabuntur ciuitates Iudæ, & habitabit ibi, & hæreditate acquirent eã: Et illud Domini: Omnis enim qui audit verba mea, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domũ suam super petram, & descẽdit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super petram.
25 * Nam, qui verba Domini audiunt, & faciunt, talem sibi domum ædificant, vt nulla vi tempestatum possit euerti. Est enim firmata super petrã, id est, super CHRISTVM, cuius meritis nitũtur merita nostra, & ideo cœlesti mercede fraudari non possunt. Sed qui ita virtutibus ædificari sibi domum vo-

lunt,

lunt, vt domos aliorum per imprudentiam euertant, id est, vt alijs scandalo sint, illi *ædificant Sion in sanguinibus*: Vt si quis, quasi spiritualis lucri causa, in suspectas domos ingrederetur, aut liberius cum impudicis loqueretur. Si quis religionis causa parentes extrema inopia laborantes desereret, quibus vsui esse poterat: aut filijs suaderet, vt eleemosynæ, quibus egeni parentes iuuandi erant, in templum potius, & in sacerdotes conuerterentur, vt illi faciebant, quos Dominus in Euangelio reprehendit tanquam transgressores mandatorum Dei. Etenim, dum infirmioribus ruinæ causa sunt, quasi sanguinem effundunt animarum, sicut ait Apostolus: Noli cibo tuo illum perdere, pro quo CHRISTVS mortuus est. Et
26 postea: Noli propter escam destruere opus Dei. * Quare, vt illi, qui rapinis pauperum ædificabãt Sion, destruebant potius, quam ædificabant, quia eorum causa vastata est Ierusalem: ita qui dispendio salutis alienæ domos in cœlo ædificare cupiunt, magis euertunt quod ædificauerant. *Principes in muneribus iudicant*, cum viri spirituales non secundum spiritum iudicant de officijs, & de via Dei, sed affectibus superati ad hominum voluntatem se se accommodant, quibus ait Dominus. Vę qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. *Sacerdotes in mercede docent*, cum recta quidem docent, at non gloriam Dei quærunt, & animarum vtilitatem, sed fauorem principum, & auram popularem, & honores Ecclesiasticos, de quibus Dominus ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. *Prophetæ in pecunia diuinant*, cum lucri causa, aut gratiæ, aut honoris pacem peccatoribus pollicentur, & metum mortis, iudicijque adimunt, atque animos eorum inani fiducia explent vt libentius, & securius in vitæ suæ turpitudine conquiescant. * Id autem faciunt, *requiescentes super Dominum*, dicentes clementem esse Dominum, & misericordem, nec velle mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, præsto esse sacramenta, neminem è Christianorũ numero damnari, nisi qui forte subita morte in peccatis opprimatur, sed eos esse quam paucissimos. Sed vt sciant hi, quam grauiter animas hominum lædant, & quantorum eis malorum causa sint, subijcit Propheta: *Propter hoc causa vestri Sion, quasi ager, arabitur: & Ierusalem in aceruum lapidum erit.* Causa vestri, inquit; vos enim poteratis omnia animarum incommoda auertere, si in officio maneretis. Tot animarum ruinæ, & mortis causa vos estis. Vniuersarum sanguinem de manu vestra seuerus iudex requiret. Si tot animæ causa vestri in omni æternitate pereunt, quid de vestris fiet, quæ mortis, atque exitij omnium reæ sunt apud Deum? * In Sion, 28
& in Ierusalem singulæ fidelium animæ significantur, quæ Deo dicatæ sunt, quarum pulcherrimum ædificium à Deo fabricatũ vertitur, *in aceruum lapidum*, quomodo exposuimus cap. 1. num. 23. & 24. *& solum arat*ur à Diabolo, vt ferat zizania, & iam in illo ædificium illud spirituale surgere non possit. Denique *mons templi vertitur in excelsa siluarum*, quia cum anima templum Dei esse desinit, nec iam in ea sacrificium Deo virtutum offertur in odorem suauitatis, paulatim in siluam vertitur, vbi noxiæ arbores crescunt, & lucus fit, in quo idola coluntur, & nocentes bestiæ discurrunt, id est, fædæ, & belluinæ cogitationes, quæ homines lacerant, hoc est, homine digna opera consumunt, vt iam nõ hominum, sed belluarum more viuatur. Has bestias non est Deus passus crescere in terra promissionis, sicut ait: Non ejciam eos à facie tua anno vno, ne Exhod. 23.
terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestię, quia in electis non sinit crescere belluinas cogitationes, quæ dum rationis & spiritus actiones tollunt, quasi homines dilacerant, vt diximus.

CAP. IIII.

ET erit in nouissimo dierum mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent. Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem. Et iudicabit inter populos multos, &

corripiet

Universidad de Deusto
Biblioteca

corripiet gentes fortes vsque in longinquum, & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare. Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit, qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est. Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Dei nostri in æternum, & vltra. In die illa dicit Dominus, congregabo claudicantem: et eam, quam eieceram, colligam, & quam afflixeram. Et ponam claudicantem in reliquias: & eam, quæ laborauerat, in gentem robustam: & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion vsque ad te veniet: & veniet potestas prima regnum filiæ Ierusalem. Nunc quare mœrore contraheris? Numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Dole, & satage filia Sion quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem: ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ: quæ dicunt, Lapidetur, & aspiciat in Sion oculus noster. Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos quasi fenum areæ. Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: et comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ.

Soph. 3.

Luc. 1. Dan. 7.

HISTORIA.

Et erit in nouissimo dierum. Postquam eos minis perterruit, & tristi prophetia, iterum more suo, & ceterorum prophetarum, vt diximus cap. 2. num. 59. redit ad læta, & consolantia, & de felicitate temporis aduentus CHRISTI prædicit eadem, eisdemque verbis pene cum Isai. cap. 2. qui eiusdem Ezechiæ tempore prophetauit, vt in ore duorũ testium staret hoc verbũ. Hic locus à Christianis, & ab Hebræis de Messia intelligitur. Sed vt referunt Lyranus hic, & Isa. 2. & Galatinus lib. 5. contra Iudæos ca. 1. & Hadrianus Finus lib. 7. Flagelli contra Iudæos. c. 5. Iudæi negãt posse hanc prophetiã intelligi de IESV Nazareno, quẽ Christiani Messiã promissum esse confitemur, de Messia suo interpretantur, quem ipsi sibi in fine mundi venturum cassa spe pollicentur. Confirmant hoc verbis Prophetę. Et erit in nouissimo dierum. Tempus autem, quo floruit IESVS Nazarenus, negãt nouissimum dici posse, post quod plurimi iã anni fluxerint. Alterum argumentum est: Propheta docet montem Sion eleuandum esse super omnes montes: Erit mons domus Domini præparatus in virtute montium, qui tamen tempore IESV non fuit altior, quam ante fuerat. * Tertium: Nunquam hactenus factum est, quod prophetæ dicunt. Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones, &c. Immo post mortem IESV consecuta sunt grauissima bella, vt Ierosolymitanum, & alia. Quartum: Nondum est impletum illud: Et fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, &c. Multæ enim sunt gentes, quæ non fluxerunt ad IESVM, vt Sarraceni, Tartari, & alij, qui autẽ fluxerunt, non dicunt: Eamus ad domum Dei Iacob, sed eamus ad domum sancti Petri, aut Pauli, aut alterius eiusmodi. Hæc, & id genus alia sunt argumenta Iudæorũ, velamen enim positum est super cor eorum vsque in hodiernum diem, cum leguntur Mosis, & prophetarũ vaticinia. Quæ nos sigillatim diluemus, cum ad verba ipsa, quibus errorem suum confirmare contendũt ventum erit. Nunc primũ soluamus, quod verbis, quæ modo exponimus, nititur. *Et erit in nouissimo dierum, &c.* cuius causa explicandum nobis est, quid sit nouissimum tẽpus, quod sæpe occurrit in prophetis, nec satis vt mihi videtur, explicatur. * Inter tractatores scripturarum constat, & quasi communi consensu traditur, nouissimos dies, siue nouissimum tempus appellari tẽpus noui testamenti, & legis gratiæ. Ita Hieronymus Isai. 2. & hic, & Lyranus locis citatis, & alij multi, idque satis comprobari videtur ex locis scripturæ, quos mox indicabimus. At cur tempus aduentus Christi dicatur, nouissimum, non ita inter omnes constat Galatinus lib. 5. cap. 2. huic ipsi iuniorum Hebræorum argumento occurrens negat tempus nouissimum dici finem sæculi, sed illud tempus intelligi, quod fuit à tempore Cyri regis Persarum, qui Iudæos liberos Babylone dimisit, vsque ad excidium secundi templi, cum scilicet, exisum est à Romanis. Probat ex Ierem. 49. Et erit in fine dierum reducam captiuitatem AElam, dicit Dominus. Pro quo in Hebræo est, quemadmodum hic in nostro propheta: In nouissimo dierum: in nostra autem translatione: in nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuitatem AElam. i. captiuitatem Cyri, vt quidẽ Galatinus interpretatur, quoniã Cyrus erat AElamita, id est, Persa, & intra hoc tempus cecidit aduentus Domini. * Cõfirmat etiam ex hoc, quod nomini יְהוִה, id est dierũ additur articulus ה, quem Gramatici Hebræi vocãt vulgo notificatiuum, quia instar articulorum Græcorum apponitur, vt significet nomen, cui præponitur, de re nota, & certa dici. Quemadmodum Deut. 31. Et occurrent vobis mala in extremo tempore, quãdo feceritis malum in conspectu Domini, &c. Certum his verbis tempus indicatur, quo scilicet Christũ non receperunt, quod extremum dicitur cum eodem articulo ה. Alij dicunt dies nouissimos appellari tẽpus Christi, quoniam tunc defecit regnum Iudæorum, & sacerdotium. Ita Iulianus archiepiscopus Toletanus lib. 1. contra Iudæos. Sed ratio, quam Lyranus locis citatis, & Hadrianus Finus, & plerique reddũt, hæc est, hos dies appellari nouissimos, quoniam post legem gratiæ non erat futura altera lex, sicut fuit post legem Mosis.

1

2 Nouissimi temporis 3

4

5

Mihi videtur hoc paulo aliter esse explicandum, si recte omnes scripturæ loci, qui dierum nouissimorum meminerunt, interpretandi sunt. Fateor equidem in his locis Michęæ, & Isaiæ, & in alijs nonnullis tẽpus Euangelij significari, cum tempus nouissimum, aut nouissimos dies legimus; at alijs locis alia etiam tempora intelliguntur. Si igitur consuetudinem scripturæ obseruemus (quæ diligentissime vbique obseruanda est, vt recte quod dicitur, intelligamus) videbimus Tempus extremum, Finem dierum, Dies nouissimos, siue Tempus nouissimum dici tempus illud, quod id, de quo tunc agitur, consecuturum est, siue sit ante tempus Messiæ, siue post, siue sit ipsum tempus Messiæ, siue finis sæculi. Quando vero tempus Messiæ, quãdo alterum significet, ex rebus ipsis, tum ex præcedentibus, & sequentibus cognoscendum est. Itaque nouissimum non tam (vt ita loquar) superlatiui nominis vim habet in nostra translatione, quam comparatiui, vt postea demonstrabimus apertius. Hoc videre licet in verbis, quę autores, quos nominaui, pro se afferũt ex Gen. 49. Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini vt annuntiẽ quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. * Etenim, quoniam hic celeberrimã illam de Christi aduentu prophetiam viderunt: Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, &c. docuerũt dies nouissimos appellari tempus Euangelij, cũ sanctus patriarcha dies nouissimos simpliciter eos dixerit, qui post se futuri erant. Quare mirum est non vidisse eos multa in hoc capite prædici, quæ multo ante Christi ortum gesta sunt, quædam etiam multo post: vt vel hoc vno loco satis, ac super sententia nostra confirmetur. Quod ait de Simeon, & Leui: Diuidam eos in Iacob, & dispergã in Israel, in ingressu terræ promissionis factũ est, vbi Leui nõ accepit sortẽ, sed diuisus est per omnes tribus: & tribus Simeon recepta est in sortem tribus Iudæ. De Simeon (inquit Hieron. in Trad. Heb. in Gen.) in libro Iesu scriptum est, quod & ipse proprium funiculum non fuerit consecutus,

Tẽpus nouissimum.

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

secutus,sed de tribu Iuda quiddam acceperit. * Deinde illud: Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum; notum est Historice dici de rebus gestis,& victorijs Dauid. De quo Hieronymus in trad. Hebr. in Genes. Licet de CHRISTO, inquit, grande mysterium sit, tamen iuxta literam prophetatur,quod reges ex Iuda per Dauid stirpem generentur, & quod adorent eum omnes tribus. Non enim ait: Filij matris tuæ,sed,Filij patris tui. Quod dicit de Zabulon: Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium, pertingens vsque ad Sidonem: quis non videt in diuisione terræ facta à Iosue fuisse impletum? Eodem tempore impletum est, quod dicitur de Isachar. De Dan ait: Dan iudicabit populum suum,sicut & alia tribus in Israel; quod,vt testatur in eisdem Traditionibus Hieronymus,in Samson iudice de tribu Dan impletum est. Secundum locum pro se asserunt,& pro nobis omnino est, ex Daniel.ca.2. Est Deus in cœlo revelans mysteria, qui revelauit tibi, quæ ventura sunt
8 in novissimis temporibus. * Fatcor quædã esse ibi de regno CHRISTI, vt quod de lapide sine manibus excisso prædicitur: Sed sunt multa de imperio Medorum,& Persarum, & Græcorum,quæ gesta sunt ante ortum CHRISTI. Quare sicut prius dixit: Qui indicauit tibi,quæ futura sunt in novissimis temporibus: ita paulo post ait: Deus magnus ostendit regi, quę ventura sunt postea; vt disceremus nihil aliud esse,in novissimis temporibus, quam, Postea. Idem dicendum est de tertio loco eorum ex Ioe. 2. Et erit post hæc, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Quem referens Petrus Act.2. dixit: Et erit in novissimis diebus,ex quo plane intelligimus idem esse,In novissimis diebus,& Post hæc. Vt omittam in eodem contextu simul cum eo, quod in die Pentecostes impletum est, poni aliud quod in sęculi consummatione sit implendum: Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem,&c. Apostoli quoque,qui iuxta hos autores, iam erant in diebus novissimis, dies novissimos vocant ventura post tempora. 1.Timot.4. Spiritus autem manifeste dicit,quia in novissimis temporibus
9 discedent quidam à fide. * Et. 2.Timot. 3. Hoc autem scito, quia in novissimis diebus instabunt tempora periculosa,& erunt homines seipsos amantes. Quod paulo post ipsis apostolis viuentibus impleri cœpit. Ita ipsa apostolorum tempora dicta sunt dies novissimi, vt ait August. epist. 80. ad Hesichium. Et. 2.Petr.3. Venient in novissimis diebus in deceptione illusores: quod Iudas, qui post ceteros apostolos scripsit, impletũ iam fuisse docet in sua epistola. Ad hæc: tẽpus quoque mundi extremum dici novissimum notum est in scriptura, vt. 1. Petr. 1. Qui regenerauit nos in spem viuam, &c. paratam revelari in tempore novissimo. Hos. 3. Et post hæc revertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum,& Dauid regem suum,& pavebunt ad Dominũ, &ad bonum eius in novissimo dierũ. Quare inane est,quod Galatinus affert, tempus aduentus CHRISTI vocari dies novissimos, quia incidit in dies secundi templi, cũ alia etiam tempora,& ante secundum templum,& post,dicãtur dies novissimi. * Inane est etiam, tempus Euangelij idem nomen habere, quia nulla post hanc legem futura sit lex: nam & si alia futura esset, recte vocaretur tempus novissimum, sicut & Iacob. Genes. 49. vt iam vidimus, tempus legis scriptæ nũcupauit dies novissimos, etiã si non ignoraret post illam venturam esse legem gratiæ. Itaque (vt semel dicamus) novissimum in scriptura non dicitur respectu eius, quod sequitur, sed respectu eius, quod præcessit, id est, non dicitur novissimum, post quod nullum aliud sequitur, sed id, quod sequitur post aliud, etiam si post hoc alia sequantur, vt Isai.9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c. novissimo autem aggrauata est via maris. Primũ tẽpus dicitur, exposito Hieronymo, quo Dominus prædicare,& miracula facere cœpit in Galilæa: novissimum vero, quo postea prædicantibus apostolis credere noluerunt. Quod nihil est aliud quam si diceretur Prius alleuiata est, & postea aggrauata, &c.
* Sed est apertissimus locus Genes. 33. Et posuit vtramq; ancillam, & liberos earum in principio, Liam vero, & filios eius in secundo loco, Rachel autem,& Ioseph novissimos. In Hebr. est, Liam vero, & filios eius novissimos, Rachel autem & Ioseph novissimos. Vtroq; enim in loco est אַחֲרֹנִים, pro quo Hieronymus in fine vertit, Novissimos: atque hoc nomen ab eadem radice ortum est,cum hoc,quo Michæas, & Isaias, & Hos cap.3.& Iacob Gen.49.& Dan.cap. 2. vtuntur, quod est אַחֲרִית, id est, extremitas, aut, si ita loqui licet, posteritas. Quare cum aiunt: In novissimo dierum, non ita accipitur, ac si diceretur: In die novissimo dierum, sed substantiue ponitur, Novissimo, pro extremitate, seu potius (si ad verbũ reddendum esset) posterioritate, id est, in posterioribus tẽporibus. Inde etiam אַחַר, id est, postea. Dani.2. Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea. Hinc noster interpres sæpe vertit Novissime pro ὕστερον, id est, Posterius, vt Matth.25. Novissime vero veniunt, & reliquæ virgines, id est,postea. Et cap.21. Novissime vero misit ad eos filium suum. Et capit.22. Novissime autem omnium & mulier defuncta est. Et 1.Timot.4. Spiritus autem manifeste dicit, quia in novissimis tẽporibus, Græce ἐν ὑστέροις καιροῖς in posterioribus temporibus. * Ex quo soluitur quæstio August.lib.3.de Consensu Euangelistarum.cap.25. Cur dictum sit Marci vltimo: Novissime recumbentibus vndecim discipulis apparuit illis IESVS quasi vltimo tunc apparuerit, cum apparuerit postea ad mare Tiberiadis. Nam cũ pro Novissime sit in Græco, ὕστερον, vt in ceteris locis,quos nũc indicaui: si intelligas nostrum interpretem more suo dixisse, Novissime,pro Postea, nulla relinquitur quæstio, siue hanc vltimam apparitionem fuisse vellis in die ascensionis, siue alias post eam factas esse. Sed vltimam fuisse & certius est, & Augustinus ibidem docet. Interdũ quoque Lxx interpretes, & apostoli, vt in quibusdam locis ex citatis animaduertimus, χρόνον ἔσχατον, siue ἡμέρας ἐσχάτας, id est, tempus novissimum, siue extremum, & dies novissimos dicunt, pro ἡμέρας ὑστέρας, id est, dies posteriores, vt intelligamus Novissimum pro posteriori, & posterius pro novissimo vsurpari, quos noster interpres imitatus est.

Erit mons domus Domini præparatus in vertice montium. Iudæi(vt referũt nominati ante autores) putabant,atq; ita scripserunt nonnulli ex eorum magistris, quorum verba refert Galatinus lib. 5.cap.2. fore vt Deus adduceret temporibus Messiæ montes Thabor,atque Carmellum, eorumque verticibus imponeret Ierusalem, ita vt tribus leucis, vt aiunt, sursum eleuaretur. Ita nobis scripturas exponit hoc stupidissimum scriptorum genus, quos multi modo studiosis tradunt,atque commẽdant maxime, quoque ipsi relictis sanctis patribus imitantur.

R. Salomon paulo in hac re cordatior, & ipse humi serpit,nec potest oculos auertere à monte illo Sion terrestri, quem futurum affirmat temporibus Messiæ caput ceterorum montium dignitate, & æstimatione: &eleuandum esse super omnes colles,quoniam maiora in illo miracula Deus faciet, quam facta sunt in Sinai, & in Carmelo, & in Thabor. Serpunt, & quidam ex nostris cum eo, sed, vt Christiani, hoc ad dignitatem eam referunt, quã mons Sion adeptus est CHRISTO in templo præsentato, & in eo docente, ac miracula faciente, ac in eundem postea Spiritum sanctum mittẽte in apostolos. * At enim non video quomodo de hoc mõte recte posit intelligi quod Michæas,& Isaias vaticinantur, cũ obstent maxime huic sensui eorundem verba prophetarum. Quando vnquam confluxerũt ad montem Sion populi? quando properauerunt ad eum gentes multæ dicentes. Venite,ascendamus ad mõtem Domini,& ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & ambulabimus in semitis eius? CHRISTO docente id factum dicunt, & postea fieri peregrinis se mutuo exhortantibus ad loca sancta inuisenda. Sed hoc de peregrinis ridiculum est, nam qui se hortãtur vt in montem Sion ascendant,discendi causa,& nouam legem accipiendi se ascendere velle testantur. * CHRISTO autem docente vbi vnquã legerunt populos confluxisse,& gentes multas properasse, vt legem ab eo discerent,& acciperent? Certe ipse Iudæos à se tantum docendos significat cum ait: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Et Paulus: Dico enim CHRISTVM IESVM ministrum fuisse circumcisionis propter veritatẽ Dei, ad confirmandas promissiones patrum. Nã salus gentium, paucis admodum exceptis, illi tẽpori reseruabatur, quo Dominus ipse dicturus erat: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Deinde, qui ascendunt in Ierusalem, Deum se velle audire dicunt: Ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob,& docebit nos de vijs suis: Quis autem dicat gentiles, qui veniebant in Ierusalem CHRISTVM audituri, credidisse tũc illum Deum esse? Iohan.12. gentiles quidam Philippo dicunt: Domine volumus IESVM videre,quasi hominem videlicet mirabilium effectorem, non quasi Deum. * Nihil ibi

Lyranus, Paulus Palacius,& alij.

Palacius.

Matth.15.

Rom.15.

Marc.vlt.

videas,

Universidad de Deusto
Biblioteca

videas, vnde Deum esse crediderint. Denique merito ille rideretur, & explodere-
tur, qui putaret tam illustrem, & celebrem
prophetiam de eo tãtum tempore editam
esse, quo CHRISTVS docuit, aut apostoli
in Ierusalem manserunt, ac non etiã quoti-
die impleri in Ecclesia, nationibus ad eam
confluentibus, & properantibus, credenti-
busq; verbo, quod audiunt ex Ecclesiæ mi-
nistris, CHRISTVM verum Dei filium ve-
rum Deum, atque hominem esse, nullam
sine eo salutem posse cõtingere. Altiorem
sensum habẽt verba prophetica, quem nos
melius ex sanctis patribus, & veris Eccle-
siæ doctoribus, quam ex stolidis, & imperitis
Iudæorum magistris dicemus. Sancti autẽ
patres partim de CHRISTO hęc exponũt,
vt Hieron. hic, & Isai. 2. & August. lib. 18. de
ciuitat. capit. 30. & in oratione aduersus Iu-
dæos cap. 7. Sanctus Ildefonsus Toletanus
archiepiscopus, in lib. de illibata virginita-
te Mariæ cap. 4. & Rupertus, & quidam ex
recentioribus, vt Galatinus lib. 5. capit. 2. &
Adamus in Isaiam. Idem sensit Tertul. lib.
3. contra Marcionem & in libro aduersus
Iudæos fere in principio, quoniam, iuxta
Dan. ca. 2. lapis excisus sine manibus creuit
in montem magnum, & impleuit terram.
Hic mons est in vertice omnium mõtium,
& eleuatur super omnes colles, quia prę-
tãtior est Mose, & omnibus patriarchis, &
prophetis. Partim de ipso corpore Domini
interpretantur, vt Basilius, & Procopius in
17 Isaiam. * Alij, quibus magis assentior, mon-
tem domus Domini Ecclesiam interpretã-
tur, vt Chryf. in Isaiam, & in Demonstratio-
ne quod Christus sit Deus, & Cyrillus, &
Procopius in eundem locum Isaiæ. Origi-
nes etiam fere in medio quinto libro con-
tra Celsum explicat, quo modo Ecclesia sit
super omnes colles, & in vertice montium.
Nõ enim dicitur simpliciter mons, sed mõs
domus Domini, id est, mons, in quo ædifi-
catum est templum, sicut in calce cap. 3. vi-
dimus: Et mons templi in excelsa siluarum,
Mons do- pro quo in Hebræo est. Mons domus, quẽ-
mus. admodum & nostra translatio habet apud
Ieremiam ca. 26. Mons autem domus sem-
per in scriptura intelligitur mons Sion, aut
mons Moria, qui pars erat montis Sion, id
est, ea pars Sion, in qua ædificatum erat tẽ-
plum. 2. Paralip. 33. Et abstulit deos alienos,
& simulacrum de domo Domini, aras quo-
que, quas fecerat in monte domus Domi-
ni, & in Ierusalem. 1. Machab. 4. Et ascende-
runt in montem Sion, & viderunt sanctifi-
cationem desertam, & altare profanatum,
& portas exustas, &c. Et reposuerunt lapi-
des in monte domus in loco apto, quo ad-
usque veniret propheta, & responderet de
eis. * Idem mons eadem causa, id est, quia 18
templum in eo erat extructum, vocatur pas- Mons Do-
sim mons Domini, & Mons sanctus, & ideo mini Mons
dicitur Dominus exaudire de monte san- Gentium
cto suo, id est, de templo. Psalm 47. Magnus
Dominus, & laudabilis nimis in ciuitate
Dei nostri, in monte sancto eius. Sapien. 9.
Et dixisti me ædificare templum in monte
sancto tuo. Isai. 30. Sicut qui pergit cum ti-
bia, vt intret in montem Domini, ad for-
tem Israel. Ideo quem prius prophetæ vo
cauerunt montem domus Domini, postea
vocant montem Domini: Venite ascen-
damus ad montem Domini. At in monte
Sion non Christum significari, sed Eccle-
siam, toties videmus in prophetis, vt ne
mo, qui quidem eos legerit, ignorare pos-
sit, vt Psalm. 2. Ego autem constitutus sum
rex ab eo super Sion mõtem sanctum eius,
& Isa. 4. Et creabit Dominus super omnem
locum montis Sion, & vbi inuocatus est,
nubem per diem, & fumum, & splendorem
ignis flammantis in nocte. Et cap. 28. Ecce 28
ego mittam in fundamentis Sion lapidem, Mons.
lapidem probatum, angularem, &c. * Cur
autem mons Sion significet Ecclesiam, ex
ijs, quæ dicta sunt, intelligitur: cum enim in
eo esset templum, quod est Ecclesiæ figura
manifesta, dicebatur Deus illum montem
diligere, & in eo habitare, vt Psalm. 77. Et
repulit tabernaculum Ioseph, & tribum
Ephraim nõ elegit. Sed elegit tribum Iuda
montem Sion, quem dilexit. Et Psalm. 67.
Mons Dei, mõs pinguis. Mons coagulatus,
mons pinguis, vt quid suspicamini montes
coagulatos? Mons in quo beneplacitum est
Deo habitare in eo. Psal. 73. Mons Sion, in
quo habitasti in eo. Hæc autem multo me-
lius in Ecclesiam conueniunt, quam Deus
vnice diligit, & quę domus Dei est, & mons
pinguis, & coagulatus. Mõs, cur dicatur, do
cet Chrysost. in Isa. 2. his verbis: Vocat autẽ
nomine montis Ecclesiam, simul & inex-
pugnabilem dogmatum eius traditionem.
Quemadmodum enim mõtibus, licet quis
obuallet, & obijciat militum millia decem,
& hi quidẽ intorqueant arcus, iacula, hastas, & iaculentur, illi genus omne moli-

tionis admoueant, & bellica machinamen-
ta, illa vt adsint omnia, nihil noxę, aut detri-
menti inuehent soliditati montium, illinc
potius secedere cogentur cõsumpta inani-
ter sua fortitudine. Sane idipsum contigit
ad vnum omnibus, qui oppugnarũt Eccle-
siam: hæc quidem inconcussa perstitit, illi
20 e diuerso deperdita propria virtute indeco
ris infamiæ notam incurrerunt: dum eam
feriunt, euanescunt; dum iaculãtur in eam,
imbelles redduntur: dum cædunt flagris,
ab his vincuntur, qui male affecti sunt. * Et
Cyrillus: Legitur quidem, inquit, Sion illa
terrena Iudæorum in monte sita, & ædifi-
cata, intelligi tamẽ potest hic nõ crasse, aut
sensibiliter, at spiritualiter Ecclesia, quę etiã
monti comparatur. Etenim vere est excel-
sa, & illustris, & omnibus vbique notissima.
Aliter etiam excelsa est, quoniam terreni
nihil sapit, at supra res terrenas est, & glo-
riam Dei, quatenus licet, animi oculis intue
tur, & sublimibus admodũ de Deo opinio-
nibus gloriatur. Græcorum enim cohortes
lectissimæ, etiam si sapientiæ nomine valde
supercilium tollerent, creaturam tamen
quasi deificant, mundique elementis vene
rationem attribuunt. Terrenam siquidem
habent mentem, & speculamẽta humi re-
pentia, & cor obtenebratum: cum se dice-
rent esse sapientes, infatuati sunt, sicut scri
ptum est. At Sion intelligibilis, Ecclesia, sci-
licet, supra omnem creaturam, & aspectabi
lem, & inaspectabilem euolat, & ad ipsam
adeo vniuersitatis naturam pertingit (luce
enim diuina plena est) illamq; agnoscit opi-
ficem, artificemq; vniuersorũ, illi, atq; adeo
soli, potentiam in omnia tribuit, eaque ipsa
gloria tãta Deum, ac CHRISTVM optimũ
maximum regẽ coronat. Hinc igitur mons
intelligibilis, & domus Dei iure dici possit.
Est & illustris, vtpote quę supra colles eleua
ta, de qua merito illud dici poterit, quod il-
lustris exempli causa Seruatoris voce dictũ
est: Non potest ciuitas abscondi supra mõ-
tem posita. * Tantum Cyrillus: Ex quo vi-
demus hunc montem, qui est Ecclesia, po-
situm esse in vertice mõtium, & eleuatum
esse super omnes colles, quoniam eius do-
ctrina, tam quæ ad fidem, quam quæ ad mo
res spectat, altior est omni humana sapien-
tia, & altitudine sua lõge superat quidquid
sublimi apud homines videtur. Idem docet
Origenes lib. 5. contra Celsum: Hanc con-
templemur (loquitur autem de domo Dei,

quæ est Ecclesia) quomodo ædificata sit in
summis montibus, omnibus propheticis
sermonibus, qui eius fundamenta sunt. Ex-
tollitur autem hæc domus super omnes col
les, qui videntur aliquid eximium in sapien
tia, & veritate polliceri apud homines, &c.
Restat iam illud, Præparatus, pro quo in He
bræo est נָכוֹן, id est, firmatus, & stabilitus,
non concidet Ecclesia, vt synagoga, portæ Matth. 16.
inferi non præualebunt aduersus eam, vt
Dominus pollicitus est, & semper vidimus.
Esse autem hanc verbi Hebraici vim, sæpe
docet noster interpres, vt. 3. Reg. 2. Et fir-
matum est regnum eius nimis, quod nos
ostendimus in cap. 6. Hos. nu. 9.

Et fluent ad eum populi, & properabunt gentes 22
multæ. Ad Ecclesiam cõfluent ex omnibus
mũdi nationibus, sesequę mutuo hortabũ
tur: Venite intremus per fidem in Ecclesiã,
& quæramus Deum verũ, qui nos vias suas
doceat, quibus ad vitã æternam veniamus.
Hoc factum est, cum apostolis per totum
orbem Euangelium prædicantibus corda
hominum diuino illo splendore illustrata
errores gentilitatis deserebant, & ad Eccle-
siam cõfluebant. Sed & quotidie impletur
dum in remotis insulis, & regionibus noua
fidelium proles semper exoritur. Sed quid
Iudęis respondebimus, quorum secundum
argumentum fuit, nõ omnes gẽtes venisse
ad IESVM Dominum Deum nostrum, si-
cut Isaias futurum prædixit? quamnis Mi-
chæas tantum dicat: Et fluent ad eũ populi,
& properabunt gentes multæ? Galatinus Regul.
quidem facile illud repellit lib. 5. cap. 4. do-
cet enim morem esse scripturæ, vt cum di-
cit; Omnes, non sit necesse vniuersos intel-
ligere nemine excepto, sed magnam mul-
titudinem, vt 2. Reg. 16. Ingressusq; est ad
cõeubinas patris sui coram vniuerso Israel.
Et ca. 17. Dixitque Absalom, & omnes viri
Israel: Melius est consilium Chusai. Et pro-
terea Isaias, cum dixisset: Et fluẽt ad eum
omnes gentes, quasi explicandi causa sub-
iecit: Et ibunt populi multi, ne omnes ven-
turi putarentur. * Documentum Galatini
verum est, sed ad hunc locum minime, vt 23
opinor, pertinet, existimo enim nullam
esse in orbe nationem, in qua non sit Euan
gelium prædicandum ante diem iudicij, vt
à Domino prædictum est Matth. vigesimo
quarto: Et prædicabitur hoc Euangelium
regni in vniuerso orbe in testimonium o-
mnibus gentibus, & tunc veniet consum-

Universidad de Deusto
Biblioteca

matio. Quare neque vlla natio est, ex qua non sint aliqui prædestinati. Apo. 7. Post hæc vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gẽtibus, & tribubus, & populis, & linguis. Iraq; recte exponunt Lyranus, & Hadrianus Finus lib. 7. ca. 5. non omnes omnium gentiũ homines vẽturos esse ad Christum, & ad Ecclesiam, venturos tamen esse multos ex singulis nationibus. Quod autem putauit Galatinus, subiecisse Isaiam: Et ibunt populi multi, ne de omnibus intelligere videretur, probari nobis non debet; nomen enim multitudinis non tollit vniuersitatem, præsertim cũ post signum vniuersale ponitur, vt Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, &c. Et statim: Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, &c. cũ tamẽ de omnibus intelligi velit. Quod autem ait: Populi, & gentes, videtur ita exponi posse, vt populi sint Israelitarum, gentes cetetarum nationum, vt capit. 1. num. 17. interpretati sumus, Sed multo verosimilius est pro eodem Propheram accepisse, quemadmodum pro eodem, accepit fluere, & Properare. Nam priorem sensum non esse aptum nume. 56. constabit, quoniam nunc non de Iudæis loquitur, sed de
24 gentibus.* Tertia Iudæorum obiectio fuit, temporibus Iesu Nazareni nunquam dictum esse: Ascendamus ad domum Dei Iacob, sed ad domum Petri, vel Pauli. Sed bene respondet Galatinus lib. 5. cap. 5. nihil aliud esse: Ascendamus ad domum Dei Iacob, quam, Ascendamus ad domum veri Dei, quẽ coluerunt Iacob, & omnes patres veteris testamenti. Tẽpla autem non ædificari sanctis, sed Deo in honorem sanctorũ: ita cum dicitur: Eamus in domum Sancti Petri, in domũ Dei dici. Sed hoc addamus Galatino, Quum prædicabant apostoli, & eorũ discipuli, semper docebant eũdem esse Deum, quem patres veteris testamenti coluerãt, & quem ipsi colere monebant, vt videmus Act 3. & 7. & 13. & alibi sæpe. Quare qui eorum prædicatione conuertebantur, intelligebãt se conuerti ad Deũ, quem coluerũt Iacob, & ceteri patres, atque hoc sese magis ad credendũ excitabãt, quod nõ nouum aliquem, & ignotum Deum adoraturi essent, sed quem omnes sancti adorauerant.* Si autẽ alterius scripturæ consuetudinẽ obseruemus, intelligemus multa ver-
25 Reg.

ba prophetari tãquam ita dicẽda, vt sunt in prophetis, quæ tamen non necesse est dici, neq; id voluerunt prophetæ, sed necesse est fieri, quod illa significant, & id voluerũt prophetæ. Vt Isai. 8. Voca nomen eius: Accelera, Spolia detrahe, Festina prędari: his nominibus Christum fuisse aliquando appellatũ non legimus, sed factum esse per Christum quod illa significant, omnes scripturarum paginæ loquuntur. Quod est in Psalmo. 21. Partiti sunt vestimenta mea sibi, & super vestem meam miserunt sortem, non legimus Christum ore suo protulisse, sed cũ ipso tacente milites diuiserunt, & sortem miserunt, impleta est scriptura, vt ait Iohannes cap. 19. Dixit Dominus Iesus, in cruce priora eiusdem Psalmi verba: Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti? Totum Psalmum non dixit: at totus Psalmus in eo impletus est, quia de eo scriptus erat, & verba illa, quæ in eius persona dicta erant, ipso tacente implebantur cũ fiebant, quæ illa significabant. Non ergo opus erat, vt gentes dicerent totidem verbis: Ascendamus ad montẽ Domini, & ad domũ Dei Iacob, impleta est tamen hæc prophetia, & impletur quotidie cum gentes ad Deum illum conuertuntur, quem adorauerunt Iudæi. Scholastici ita dicerent, & quidẽ aptissime. Qui conuertebantur, dicebant: Ascendamus, &c. in actu exercito, non in actu signato.

Et docebit nos de vijs suis. Chaldæus recte exposuit: Docebit nos vias, quæ corã se rectæ sint, & ambulabimus in doctrina legis eius. Vias autem vocat opera, vt solẽt scripturæ. Docebit nos, quid agere, & quomodo viuere debeamus, & cum docuerit, eam viam tenebimus, quam ipse monstrauerit. Hebraice autem dixit: *De vijs eius*, qua phrasi Hebraicæ linguæ periti significari existimant partem alicuius totius, id est, docebit nos aliquas vias suas, quis enim intelligat omnes vias Domini? vt exposuit Vatablus. Quomodo etiam illud exponunt Cant. 1. Osculetur me osculo oris sui, pro quo in Hebr. est, De osculis oris sui, id est, aliquot osculis. Mihi non placet hæc interpretatio, sed præpositio, De, redundat more Hebræorũ, nec aliud est, Docebit nos de vijs suis, quam: Docebit nos vias suas, vt Psal. 93. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. i. legem tuã docueris eum. Quare Lxx, & Chal. verterũt: Docebit nos vias suas. Sed & Isaiæ. 2. vbi similiter est in

Multa prophetarum vt dicendo quæ nõ ex necesse sit, etsi sed fiant vt dictum.

Hebræo:

Hebræo: Docebit nos de vijs suis: nõ solum Lxx, & Chaldæus, sed etiam Hieronymus vertit: Docebit nos vias suas.

27 *Quia de Sion egredietur lex, & Verbum Domini de Ierusalem.* Cum dixerimus montem Domini esse Ecclesiã, nec se hortari populos, vt ascẽdant in Ierusalem terrenam, sed vt per baptismum CHRISTI intrent in Ecclesiam, obscurum est, qua nunc verborum cõsequentia dicatur: Quia de Sion, &c. Mihi planus, & perspicuus sensus videtur, hæc verba non esse iam gentium se se ad veniẽdum in Ecclesiam hortantium, sed ipsius Prophetę causam reddentis cur tanta festinatione, & animorum consensione gentes properaturæ essent ad Euangelium. Hæc, inquit, dicẽt, quoniam noua lex dabitur in Ierusalem, quæ nõ se continebit intra illius populi angustias, vt lex data à Mose, sed in omnem terram exibit sonus eius, dicente eius latore: Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ, atque ita omnes audient, & venient ad Ecclesiam. Hæc explanatio valde cõsentanea est sanctorũ patrum sentẽtiæ. His enim verbis pugnant contra Iudæos Irenæus lib. 4. cap. 67. Hieronymus, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, Procopius: manifeste loqui Prophetam de lege Euangelica, nec posse vllo modo de lege Mosis intelligi, quæ data est in monte Sinai extra terrã promissionis, & non exiuit ad alias gentes. At lex Euãgelica data est à Domino in Ierusalẽ, & exiuit inde in vniuersum orbem. Idem sensisse videtur Origenes lib. 5. contra Celsum, quãuis nihil cõtra Iudęos dicat, accipit tamẽ legis egressionem, ita vt diximus.* Recte etiã dicere-
28 mus, Siõ, & Ierusalẽ capi pro Ecclesia, cuius typum præferunt, sicut cum dixit: Erit mõs domus Domini præparatus in vertice montium: vt sit sensus. De Ecclesia exibit lex vera, & verbũ, ac doctrina Domini ibi inuenietur, extra illam inueniri nõ poterit. Sed sine dubio præferenda est prior interpretatio. Neq; absurdum alicui videri debet proprie nunc accipi Sion, & Ierusalẽ pro vrbe, cum paulo ante capiatur pro Ecclesia, ita enim sæpe vsu venit in scriptura, & in ipso sermone cõmuni. Vt Iohã. 4. Omnis, qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non sitiet in æternum. Prius proprie capitur, & aqua, & verbum Sitio, postea Metaphorice. Et ibidem: Nonne vos dicitis, quod adhuc quatuor menses sunt & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones quia albæ sunt iam ad messem. Rom. 8. Et de peccato damnauit peccatum. 2. Cor. 5. Eum, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatum fecit. Adnotarunt hanc scripturæ consuetudinem, vt in vno sermone proprie, & figurate idem vocabulum accipiat, Origenes lib. 3. in epist. ad Rom. & Augusł. 2. de Consensu Euang. cap. 30.

Et iudicabit inter populos multos. Prænuntiat apertius magnitudinem ditionis, & imperij 29
CHRISTI, & Ecclesiæ, ac si diceret: Multos populos subditos habebit, & multæ gentes etiã ex remotissimis, & asperis, ac nullius imperium ferẽtibus audient eius correptionẽ & obtemperabunt illi. Iudiciũ enim, & correptio non feruntur nisi in subditos, vt Sap. 3. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis. Ita de rege futuro dictũ est. Psal. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiã tuã filio regis: Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Et in Habdia: Et ascendent saluatores in mõtem Siõ iudicare mõtem Hesau: vt ibi exposuimus. Sed verbum, *Corripiet*, emphasin quandam habet, indicat enim subiectionem gẽtium, quæ tanta erit, vt corripiantur, & taceant, atq; obtemperent. Habent itaque singula verba amplificationem: Non modo imperabit CHRISTVS, siue Ecclesia, sed etiã corripiet, & quidem gentes non imbelles, sed indomitas ante, & fortes, nec propinquas modo, sed etiam remotissimas. Dixi autem: CHRISTVS, siue Ecclesia quoniã vtrumq; subaudiri potest, id est, Mons domus Domini, ad quem dicunt se ascendere, & ipse Dominus. Sed maiorem, atque expressiorem energiam habebunt hæc verba, si de Ecclesia dicantur, cuius tanta erit potestas, vt gẽtes fortes, ac remotas corripiat. Quod si de CHRISTO interpreteris, sensus est idem, iudicat enim CHRISTVS, & corripit per Ecclesiam. Scio varie hæc verba à varijs exponi, sed eum sensum posui, qui mihi maxime probatur.

Et concident gladios suos in vomeres. Multis 30
docet ad amplificationem, magnam pacẽ CHRISTI tẽporibus futuram vbiq;, quod Hieron. hic, & in Isaiam de pace temporali exponit. Eius verba hæc sunt in Isaiam: Veteres reuoluamus historias, & inueniemus vsque ad vigesimum octauum annum Augusti, (cuius quadragesimo primo anno

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus natus est in Iudęa) in toto orbe terrarum fuisse discordiam, & singulas nationes contra vicinas gentes arsisse studio pręliandi, ita vt cæderent, & cæderentur. Orto autem Domino saluatore quando sub præside Syriæ Cyrino prima est in orbe terrarum facta descriptio, & Euangelicæ doctrinæ pax Romani imperij præparata, tunc omnia bella cessauerunt, & nequaquā per oppida, & vicos exercebātur ad prælia, sed ad agrorum cultus, militibus tantum, legionibusque Romanis contra barbaras nationes bellandi studio delegato, quādo impletus est angelorum ille concentus, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: & in diebus eius orta est iustitia, & multitudo pacis, &c. tunc & templum Iani Quirini clausum est. Ita etiā Cyrillus, & Chrysostomus, & Eusebius lib. 9. Demonstrationis Euāgelicæ Demonstratione decima septima. Est tamē alter sensus (quem ego, vt nunc explicabo, verbis ipsis aptiorē, & germaniorem iudico) de pace & concordia omniū gentiū confluentium ad
31 Euangeliū, & in eo pacifice viuentiū. * De qua alijs in locis locuti sumus latius, vt Hos 2. Et percutiam eis fœdus in die illa cū bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire eos faciam fiducialiter. Et cap. vltimo eiusdem prophetæ & Hamos vltimo: Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Et conuertam captiuitatem populi mei Israel, & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt, & plantabunt vineas, & bibent vinum earum & facient hortos, & comedent fructus eorum. Vide horum locorum interpretationem. Eadem prophetia in alijs prophetis nobis postea occurret, vt Sopho. 3. & Zachar. 9. Immo & in cap. sequenti huius prophetæ. Ita multi Sancti exponunt, vt postea dicam. Vt igitur & disidentes patres conciliemus, & locum obscurissimum qui non immerito Iudæos mouit, explicemus: Verba hæc prophetæ possunt quasi quoddam Signum, & quædam notatio temporis accipi, quo ea gerenda erant, quæ prædicta sunt, vt sit sensus: Tunc populi, & gentes multæ fluent, & properabunt ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & cetera, quæ diximus, fient, cum tanta erit in terris pax, vt concidantur gladij
32 in vomeres, & hastæ in ligones * Atque ita expositum Cyrillus, itaque responderi Iudęis potest, non necesse esse, vt diu vigeret hæc pax, satis esse tunc viguisse cum prophetica verba implebantur. Atque ita factū est, nam summa pax erat, cum Christus natus est, vt diximus, & postea Nerone imperante, cum dispersi per orbem apostoli prædicabant, pax etiam in orbe fuit, ita vt Nero quoque Ianum clauserit, vt docuimus Hose. 2. num. 94. Possunt etiam accipi non vt signum cito transiturum, sed vt prophetia diu permansura, quomodo accipimus in posteriori expositione: verum ægre potest illa prior explicatio defendi, cum addat Propheta: Non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare. Propterea Chrysostomus nititur ostendere tam in hoc loco, quam in Demonstratione, quod Christus sit Deus, post aduentū Domini bella quidem fuisse, at non qualia prius fuerant, sed pauciora, ac minora, idq; etiam Cyrillus significat. Sed neque hoc satis firmum videtur cum eodem tempore bellum Ierosolymitanum extiterit, quo nullum fuit vnquam grauius, aut luctuosius, sicut Dominus ait: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vsque modo, neq; fiet. Quid dicam de vrbe Roma à Gothis, & à Barbaris nationibus sæpe direpta? de Romano imperio toties bellis labefactato, donec tandē concidit, deque alijs grauissimis bellis omnibus sæculis exortis, quibus plenæ sunt hi
33 storię? * Itaque templum Quirini Iani breuissimo tempore clausum fuit. Neque Augusto, & Tiberio, ceterisque imperatoribus, sua bella, nouiq; tumultus defuerunt, lege Tranquillū in Tiberio capit. 11. & 37. & in Caio. ca. 43. & in Claudio ca. 17. & in Nerone. ca. 19 & 40. & 41. Quare non intelligo quo modo de illa pace, quæ imperante Augusto fuit in orbe terrarum, propheria nostra exponi queat, vt hi autores volunt: præsertim cum non de eo tempore scripta sit, neque enim imperatore Augusto Ecclesia nota fuit nationibus: sed prædicantibus apostolis, quorum prædicatio cœpit extremis Tiberij tēporibus per tēpora Caij Caligulæ, & Claudij, (cuius meminere Act. apostolorū. c. 11.) & Neronis, in cuius imperio passa sunt duo orbis terręlumina Petrus,

& l'au-

& Paulus, quā passionem breui cōsecutum est excidium Ierosolymitanum. Per hęc tēpora fiebat, quod ait Propheta: Et fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ, &c. quæ bellis, & tumultib⁹ fuere plena desciscentibus à Nerone prouincijs, & Iudæis
34 acerrime Romanorum armis resistētibus. * Iā vero in Iudęa, & Samaria, & in tota Syria qui motus ciisdē tēporibus extiterint, & quā grauia bella, qui ignorat, legat Iosep. 2. & sequētes lib. de bello Iudaico, quib⁹ si Romanorū adiungat historias, videbit ægerrime ita explanari posse prophetiā. At & sine alijs historijs, nonne satis est scire, quasi pro miraculo scribi, Ianum clausum esse ab Augusto, & postea à Nerone? Si enim ab his clausus est, apertus antea fuit, nec aperiebatur nisi bella gerēre populo Romano. Circa autē fuisse eorūdem imperatorum tēpore apertū facile intelliget, qui vitas eorū legerit. Atq; idcirco in hoc paululū immoratus sum, quoniā plurimorū est hæc explanatio, neq; ea, quæ longe verior est, locū suū tenere poterit, nisi hāc è medio sustulerimus. Dicamus ergo Propheram loqui de vera pace, nō ea solū, quę in animis credentiū fuit etiā inter tormēta, & ignes, sed de ea quoq; ; quā vulgus intelligit sedato bellorū tumultu, & strepitu armorū. At nō dicit pacē in omnibus terris, atq; inter omnes homines futurā (quod multi nō animaduerterunt.) Sed in-
35 ter eos tantū, qui crediderint. Cū enim gentes bellicosæ, & truces in Euangeliū conuenissent, ita depositā feritatē in vnū populū, atq; in vnum corpus coaluerunt, vt summa esset vbiq; Christianis trāquillitas. * Ad hęc in eadē gente, & in eadē vrbe mores, & cōditiones hominū dissimiles, & varia atq; turbulenta ingenia Euangelicis institutis mitigata bella inter se gerere desierūt, sicut prędixit Isa. c. 11. Habitabit lupus cum agno, & pardus cū hœdo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer parūulus minabit eos. Et quod retulimus ex Hos. 2. Et percutiam eis fœdus in die illa cū bestia agri, & cū volucre cœli, & cū reptili terrę, & arcum, & gladiū, & bellū cōteram de terra, & dormire eos faciā fiducialiter. Hoc ipsum nunc Michæas vaticinatur, cū enim ait: Et cōcident gladios suos in vomeres, &c. Subauditur sine dubio, Populi, & gentes multę, videlicet ad Euangelium venientes, de his enim loquebatur. De eisdē dicitur: Non sumet gens aduersus gentē gladium, & nō discent vltra belligerare, & quæ sequūtur, qđ statim, nequis possit dubitare, apertius ostēdit: Quia oēs populi ambulabūt vnusquisq; in nomine Dei sui, nos autē ambulabim⁹ in nomine Dei nostri in æternū, & vltra. * Nō 36
itaq; de omnibus hominibus sermo est, sed de illis, qui ambulaturi erāt in nomine Dei nostri. Ideo Isai. cū eadē dixisset, ad populū Isai. 2.
suū se vertit, vt Christū recipiat, ne felicissimæ pacis exors sit: Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Dñi. Hæc expositio vetustioribus patrib⁹ maxime placuit, quorū verba, quia magis obscuritatē prophetiæ aperiunt, subscribam in primisq; beatissimi martyris Irenęi, ex li. 4. aduersus hęres. c. 67. Vbi cū verba Prophetę retulisset hæc subjcit: Si igitur alia lex, & verbū exiens ab Ierusalē tantam pacē fecit apud eas gentes, quæ id receperunt, & per eas arguit imprudētiæ multū populū, videtur cōsequens de altero dixisse, pphetas. Si autē libertatis lex, id est, verbū Dei ab apostolis, qui ab Ierusalē exierunt, annuntiatū vniuersam terrā in tātam transmutationē fecit, quod gladios, & lanceas bellatorias in aratra fabricauerūt ipsi, & falces, quas donauit ad metendū frumentum, in organa pacifica demurauerūt, & iā nesciunt pugnare, sed percussi & alterā prębent maxillā, nō de alio prophetæ dixerunt hæc, sed de eo, qui fecit ea. * Hic autem est 37
Dominus noster, &c. Et Origē. lib. 5. contra Celsum: Istis autē percontantibus, vnde veniamus, quemve ducē sequamur: respondemus venire nos ad mandatum Iesu, vt recudam⁹ rationales nostros gladios bellicos, & ęquos in aratra, & ex pugnacib⁹ olim nostris lanceis falces faciamus. Iam enim nō sumimus cōtra vllam gētem gladium, neq; bellare discimus facti filij pacis per Iesum, quō sequi malumus, [illegible] institutā patria, &c. Tertul. inirī[illegible] aduersus Iudæos: Iudicabit inter g[illegible]ntes, id est, inter nos, qui ex gētibus [illegible]us vocati, & concident gladios suos in aratra, &c. Igitur intelliguntur alij quā nos, qui noua lege edocti ista obseruamus obliterata veteri lege, cuius abolitionē futuram actus ipse demonstrat: Nam vetus lex vltione gladij se vindicabat, & oculum pro oculo eruebat, & vindictā iniuriæ retribuebat. Noua autem clementiam designabat, & pristinam ferocitatem gladiorum, & lancearum ad tranquillitatem cōuertebat, & belli pristinam in æmulos legis, & hostes executionē in pacificos actus arandæ, & co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lendæ terræ reformabat Idefere aut lib. 3. aduersus Martionē. Et Iustinus in Apologia secunda pro Christianis affirmat ita gesta esse omnia, vt hic prædicta sunt. Deinde ait: Ac nos qui quondam mutuis cædibus nos met ipsos contaminabamus, non modo non gerimus bellum cum inimicis, & hostibus, sed etiam, ne mentiamur, eos q; qui nos quærunt, capere mus, & fallamus, libenter Christū profitentes mortē opperimus. 38 *Sed & Cyrillus in fine expositionis ait. Gentibus enim imperitāre Christo, qui est pax, è medio submota est omnis dissensio, & contentio, & pugna, & omne genus cupiditatis: & sublatā sunt, quę ex bello oriūtur incommoda, & metus, qui inde nascitur: valuit autem eius voluntas, qui nobis dici: Pacē meam do vobis. Sed est contra hanc sententiā obiectio (quā prætermisisse patres videntur) neque infirma, neque improbabilis. Videmus & nostra, & multo magis auorum memoria, Christianos cū Christianis ferro, odijsque acerbis diu dimicasse, mulcumque vtrinque sanguinis effusum esse, testis est Italia, quæ multis dominis cesit, & florentiū vrbium vidit ruinas. Testis est vniuersus orbis Christianus. Quo modo ergo verū est, quod dicitur: Non sumet gens aduersus gentem gladium, & nō discent vltra belligerare? Ac ne dicas fortasse id non vt Christianos feciſſe, neque esse Christianorum bellum gerere: quis est tā hebes, qui nesciat posse Christianos bellum non solum cū infidelibus gerere, vt semper fere gerunt, sed etiā cum Christianis sine Euāgelicæ legis iniuria? Nam si rex alterius regis vrbes occupet, nec restituere velit, quis dubitet licere huic per Euangelium bello repetere? 39 *Respōdemus sane quo res tota magis elucidetur, legem Euangelicā pacis effectricem, & conseruatricem esse, euellit enim stirpitus radices bellorum, auariciā, ambitionem, iniquitatē, iram. Deinde docet iniurias ferre, tantumque abesse nos vult à reddendo, vt nouas potius accipere parati simus. Ego autē, inquit, dico vobis: non resistere malo, sed, si quis te percusserit in dexteram maxillā tuam, præbe ei & alteram: & ei qui vult tecum in iudicio cōtendere, & tunicā tuā tollere, dimitte ei & pallium, &c. Qui autem hęc, quæ à Christo dicta sunt, obseruauerint, sine dubio magna, & perpetua pace fruentur. Ideo Salomon, qui à pace nomen habet, & summa in pace regnauit, figurā Christi gessit vere pacifici regis, qui vocatur princeps pacis, & de quo dictū est: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna. Quod in Salomone impletū nō est, sed impletur in Christo, de quo, & dicitur, Nō pax orietur, Sed abundantia pacis, nō cito finienda, sed mansura donec auferatur luna. Atq; ita Christiani diu impugnati à tyrānis inter se ipsos mutuę fœdere pacis copulabā tur. *Quomodo ergo bella inter se nūc gerūt Christiani? hoc enim vrget semper. Prophetiæ regula est cum primis vtilis, vt cum aliquid vel synagogę promittitur, vel Ecclesię, nō vniuersis plene promitti intelligatur, sed Dei cultoribus, & ad præsentiū legis dies uinæ viuentibus: ū enim aliter accipiamus, necesse erit multa non impleri, in ijs vero, quos diximus, semper veræ inueniētur prophetiæ, quia de illis sunt. Vt Num. 24. Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus, qui maledixerit tibi, in maledictionē reputabitur. Hoc viris bonis promittitur, vt Dauidi cui maledixit Goliath in dijs suis, & ipse potius fuit maledictus. At Moyses Deu. 27. iubet Leuitas maledicere trāgressoribꝰ legis, qui tamē nō fuerūt maledicti. Iere. 31. Ecce dies veniēt, dicit Dñs, & feriā domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundū pactū, quod pepigi cū patribus vestris, &c. Sed hoc erit pactū, quod feriā cū domo Israel: Post dies illos, dicit Dñs dabo legē meā in visceribus eorū, & in corde eorū scribā eā, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populū, &c. Notū est hoc nō omnibus fuisse datū, sed iustis. Quod de noua lege expo suit Paulus. Heb. 8. Et quod de eiusdē legis tēpore apud Isaiā legimus cap. 11. *Habitabit lupus cū agno, & pardus cū hædo accubabit. Vitulus, & leo, & ouis, simul morabū tur, & puer paruulus minabit eos: nō impelcur nisi in ijs, qui secundū Euangelij præcepta, & cōsilia viuunt. Nam in reliquis potētiores opprimunt, & spoliant pauperes, & erga illos truces sunt, ac feri. Ita ergo quod nunc promittitur de pace perpetua, in illis semper impletum est, implebiturq; semper, qui recte, atque integre Euangelij monitis obtemperant, in ceteris neque hoc tēpore, neq; alio vnquā impletum est. Hi enim irā deponunt, & vleiscendi cupiditatem, iniurias ferunt, diuitias non ita amant, vt illarum causa sanguinem fratrum suorū fundendum putent. Ita sensit Euthymius, cum illud exponeret Psal. 71. Orietur in diebus eius, &c. Quod si iustitia, inquit, & pax modo omnibus nō permanent vsq; ad tempus consummationis, sed multę adhuc hodie ciuitates inter se inimice agūt, nō mireris. Neq; enim de vniuersali iustitia Propheta loquit, aut de vniuersali pace, sed de ea, quæ inter veros erit fideles, & Christi seruos. * Et in eadē verba Theod. Et euentus verba testificātur, nā humana natura à pristina impietate liberata pietatē didicit. Si autem aliqui eorū, qui crediderunt secūdum Euāgelicas leges nō viuunt; tamen myriades sunt, quæ numerū superāt, & inter milites, & idiotas, & vrbanos, & agrestes, qui de virtute multā rationē habent, &c. Recte, inquis, sed bella etiam sine peccato geri possunt. Sine peccato defendētiū se, & res suas repetentiū, quas aut retinere, aut recuperare sine bello non possunt, nō nego: At nō sine peccato eorū, qui lacessunt iniuria, & res alienas inuadūt, recte enim dicitur, nō posse bellum esse ex vtraq; parte iustum. Itaq; qui se tuentur, iniuriā armantur, nec occidere, aut lædere volunt, sed res suas recipere parati semper ab armis abstinere, cum receperint, magisque pacis amatores dicēdi sunt, quā belli, si quidem nō bella gerunt, vt gerant, sed vt in pace viuant, sed bellum vitari nō potuit, quia aduersarij legem Euangelicam violarunt. *Quamuis cum de alicuius oppidi ditione, aut de solis diuitijs agitur, & si cōtra legem alteri nō faciant, contra cōsilia certe vtriq; faciunt, melius enim esset, ac Deo patri omnium gratius, si diuitiarum iactura facerēt, ne fieret tot animarum, ne tot virgines, cōiugesq; violarentur. Quod ita accipi volumus, si nullum esset in futurum periculum, ne patientia nostra hostes abuterentur, & plura eriperent, ac fœuius nocerēt, quod vix vllo tempore, quæ hominū est cupiditas, & intemperantia, nō timendum est. Quod si etiam nunc vrgeat quis, si ita prophetia interpretanda sit, nihil in ea nouæ legi tribui, quod vetus non haberet, facile hoc repellemus vetbis illis Dñi, quæ veteris, noueq; legis, quod ad id attinet, quod agimus, differē tiam ostendit: Audistis, quia dictū est: Oculū pro oculo, dentē pro dēte. Ego autē dico vobis nō resistere malo, sed si quis te percusserit in dexterā maxillam tuam, præbe illi & alterā. & ei, qui vult tecum in iudicio cōtendere, & tunicā tuā tollere, dimitte ei & pallium. Et quicūq; te angariauerit mille passus, vade cū illo alia duo. * Et ita tum: Ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, vsque ad finem capitis. Nā neq; hæc consilia, neq; quod in eis præceptum est, tā aperte explicatū lex vetus habebat, neq; exemplū admirabile, & efficacissimū patiētiæ, & caritatis Christi, neq; gratiā tribuebat, qua posset pax ipsa cōseruari. At lex Euange. errores magistrorū Iudeorū deregit, consilia sublimia tradit, gratiā ad implendū confert, radices discordię, & belli aufert, cōtemptum rerū omniū, & paupertatē, & humilitatē docet, & sibi ob temperates in beata quadā, & indissolubili pace continet. Est ergo, (vt vno verbo dicamus) prophetia de hac pace, quā in seipsis, & cum alijs hominibus perpetuam conseruant boni Christiani, diligētesq; Euāgelicę perfectionis obseruatores. Verba iam satis manifesta sunt, vbiq; eā in diuturna pace. 42 nullus belli metus est, arma bellica in pacis instrumēta vertūtur, vt in vomeres, & ligones, & hęc cōtra in arma, vbi bella instāt, quemadmodū est apud maximū poetarū.

egmina tuta canant capitū, fiectuntque falcigna
Cymbona crates, aly thoracas ahenos,
Aut læues ocreas lento ducunt argento
Vomeris huc, & falcis honos, huc omnis aratri
Cessit amor. ——— Æneid. 7.

Ioe. 3. Sanctificate bellū, suscitate robustos, accedant, ascendant omnes viri bellatores. Cōcidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Quod autē Lxx vertunt, In aratra, vbi nos habemus, In vomeres, tā hic, quam Isa. 2. idem sensus est, aratra enim sumunt pro ferrea aratri parte, quā vomerē vocamus, idq; satis cōstat, nā gladius nō potest verti in aratrū, sed in vomerē. Vbi vero habemus, In ligones, Lxx verterunt, In falces, Hier. modo falces vertit, vt Isa. 2. modo ligones, vt hic, & Ioe. 3. vbi ait: Et ligones vestros in lāceas: V trūq; eā significat חניתות.

Et non discent vltra belligerare. Cum bella 45 seruent, aut eorum metus est, aut deniq; pugnandum sibi aliquando putant, nō solum milites exercentur, sed pueri etiam in belli exercitationibus educātur: vt apud eundē.

Ante vrbem pueri, & primo flore iuuentus
Exercentur equis, domitantq; in puluere currus,
Aut acres tendunt arcus, aut lenta lacertis,
Spicula contorquent, Cursuque, ictuque lacessunt.
At vbi securitas est: 7. Æneid.
Non cœpta, surgunt turres, non arma iuuentus
Exercet, portus fodit, aut propugnacula bello
Tuta parant. ——— 4. Æneid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Longam igitur, & securam pacem Prophe ta pollicetur, cum ait. *Et non discent vltra bellū gerere.*

Et sedebit vir subtus vineam suam. Vnusquis que sedebit sub vmbra vineæ suæ, id est, sub vite sua, & sub ficu, quod summę securitatis est. Simile est illud Hamos. 9. Et plantabūt vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedēt fructus eorū. Et. 4. Reg. 18. Facite mecū quod vobis est vtile, & egre dimini ad me, & comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua. Vbi habemus, vineā suam, in Heb. est nomen גפן quod vitem significat & Hiero. modo vitē, modo vineā vertit, sed hic vineam vocauit vites vineæ. Lxx: Et requiesceet vnusquisq; sub vite sua. Chaldæus: Sed sedebunt vnusquisque sub fructu vitis suæ.

46 *Et non erit qui deterreat.* Quia mutua pace, & caritate copulabuntur Christiani: de his enim loquitur, non de infidelibus, qui sæpe eos infestaucrunt.

Quia os Domini exercituū locutum est. Quo niā mirū videri poterat, tantam pacem, & tantā bonorum copiam futurā in Christianis, & neminē fuerūt, qui deterreat; ne quis dubitet, ait: Omnia, quæ dixi, ita euenient, quia ita Dñs promisit, qui fallere nō potest. Et quia, cūm reliqui populi ambulēt in nomine deorū suorum. i. colant deos suos, & ita pacem habere non possint, nō est enim pax impijs. nos ambulabimus in nomine Dei nostri, semper Deum verum colemus, & eius vnigenitū filium Iesum Christum, qui cultoribus suis tribuit iustitiam & abundantiam pacis. Associat se Prophe ta populo Christiano, quem amabat, & ad quem iam spiritu pertinebat per fidē, quæ est in Christum Iesum. Viæ, vt sæpe diximus, opera significant inde & ambulare significat operari, inde toties in scriptura ambulare cum Deo, coram Deo, post Deum, in vijs Dei, in præceptis, siue in lege Dei. Ita ambulare in nomine Domini est Deū colere, & in eo sperare: ideo vertit Chaldæus: Et enim vniuersi populi peccabunt ad ea quę venerati sunt, idola: nos vero fiduciam collocabimus in nomine Dñi Dei nostri. Zach. 10. Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt dicit Dominus.

47 *In æternum, & vltra* id est, Vltra omnem mensuram durationis, quā homines mēte cōplecti queāt, vt Exho. 15: Dns regnabit in æternū, & vltra, vbi Lxx, verterunt: In sęculū, & sęculū. Chaldæus autem in vtroque loco: In sæculū, & in sæcula sæculorū. Est autē phrasis Hyperbolica, quia vltra æternū nihil est. Origenes homi. 6. in Exho. verba indicata iuxta Lxx, ita exponit: Quoties in sęculū dicitur, longitudo quidem tēporis, sed esse finis aliquis significatur. Et si in aliud sęculū dicatur, aliquis fine dubio longior quidē, sed tamen finis ponitur. Et quoties dicitur, In sęcula sæculorū, terminus statuitur, licet ignotus nobis. Cum vero hic addidit: In sæculū, & sæculū, & adhuc, siue, Et vltra, omnē terminum abstulit. Sed oblitus videtur Origenes locutionis Scripturæ, quę cū dicit, sæculum, & sæculum, siue sæculum sęculi, aut sæcula sæculorū, æternitatem significat. i. omnia sæcula, quæ excogitari possunt, quod ex parte adnotauim⁹ Ioc. 2. n. 3. Quare sicut hic ponitur עולם, quod cū litera ו, æternitatē indicat, vt sequenti capite dicemus: & postea additur, *Et vltra* ita Lxx, postquā dixerunt: Dominus regnabit in sęculū, & sæculum quod est in æternū, addiderunt: Et adhuc. i. Et vltra, vt incomprehensibilis æternitatis duratio declaretur. Dixit autē: *Ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum, & vltra* quia non in hac vita, solum, sed in æterna etiam beatitudine illē colent, & venerabuntur electi, & in eo fiduciam suam repositā habebūt, hoc ipsum alter, ac fortasse melius, explicabimus nu 55

TROPOLOGIA.

Quæ de moribus in his omnibus occurrūt, aut nihil, aut parū admodū ab Historia sensu recedūt, ideirco breuiter quædā attingemus. Mōs Siō, qui typus Ecclesię Catholicę fuit, firmissimus est, & mōrib⁹ cinctus, inter quos eminet, sicut ait Propheta: Mōtes in circuitu eius. Docemur nō esse extra Ecclesiā firmitatē vllā doctrinæ, siue de cognitione rerū diuinarū sit, siue de conformatione morū. Nā quę veteres illi sapientes, quos Theologos vocabant, de rebus diuinis tradiderunt, exceptis quibusdā, quæ à nostris acceperūt, plena erāt erroribus, & tenebris, neq; certa erant, & cōstantia, sed quæ hic aliud, illuc refellebat, nec ijdem sibi ipsis constabant. Idem in Philosophiis videmus, qui fœdos de Dei natura, de anima, de moribus errores docuerunt, priusque ipsi à se mutuo, quam à Christianis refutati sunt. In Ecclesia autem Dei viui, quæ columna est, & firmamētum veritatis, tam firma, tam cōstans, tam immutabilis doctrina est, vt qui

Gal. 1. vt quidam ex eis, per quos tradita est, confidenter dicat: Sed licet nos, aut angelus de cœlo Euangelizet vobis prēterquam quod Euangelizamus vobis, anathema sit. Sicut

49 prædixi, & nunc iterum dico: Si quis vobis Euangelizauerit prēter id, quod accepistis, anathema sit. * Causa est, quod reliquę doctrinæ multorum sunt, hæc autem nostra per multos quidem tradita, sed vnius tamē

Ioan. 12. est in multis illis loquentis, vt sapienter est à Salomone dictum: Verba Sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi. quæ per magistrorum cōsilium data sunt à pastore vno. Præterea, vt Sion montibus, ita Ecclesia firmissimo Dei præsidio septa est. Quare optime in eam, & in filios eius conuenit Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion; non commouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem. Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui ex hoc nunc, & vsque in sęculum. Quemadmodum autem qui vndecumque venicbant in Ierusalem, semper ascendebant, propter vrbis altitudinem, ita qui ad Ecclesiam veniunt, siue ex Stoicis, qui beatitudinem in virtute reponebant, siue ex Pythagoræis, quorum secta religiosissima iudicabatur, siue ex quocumq; alio vitæ genere semper ascendunt, quia purior multo, & sublimior illis omnibus est vitæ ratio, quam CHRISTVS docet. Quare merito dicunt. *Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* Hieronymus: Ascensione opus est, vt quis ad Christum valeat peruenire, & ad domum Dei Iacob Ecclesiam, quæ est domus Dei, columna, & firmamentum veritatis. * Quare mores filiorum Ecclesiæ longe puriores esse oportet, quam reliquorum hominum, ita vt à labe terrenarum curarum secreti longe humana pro nihilo habeant, cœlestia sapiant, & ament. Videant etiam non suo more viuendum sibi esse, non more sæculi, sed eundum esse semper, qua Deus per scripturas suas, & per Ecclesiam suam docet. Hoc est enim quod dicunt: *Et docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius.* Ideo Paulus clamat: Obsecro itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Et nolite cōformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntās Dei bona, & bene placens, & perfecta. Nec difficile hoc videri debet, quoniam & si multum à nobis exigat sanctus CHRISTI Apostolus, debitores omnino sumus, quia *de Sion exiuit lex*: filios patriarcharum relinquens, & ad nos transiens, qui eramus sine Deo in hoc mundo: *Verbum Domini de Ierusalem*, cui promissum erat, Exiuit ad non gentem, ad gentem insipien Deut. 32. 51 rem. * Et quoniam scriptum est: Qui vos Luc. 10. audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit: si in semitis Christi ambulaturi sumus, oportet vt Ecclesiæ, & eius ministris legitimam ad iubendum autoritatem habentibus vbique pareamus, quamuis fortes, quāuis eruditi, quamuis potentes in sæculo simus. Proptrerea de Ecclesia dictum est, siue. de Christo per Ecclesiam iubente: *Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquū.* Quos populos, & quas gentes? eos profecto, qui dicunt: *Et docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius.* Quare qui Ecclesiæ doctrinæ non acquiescit, legesue contemnit, non acquiescit sermonibus sanis Domini nostri IESV CHRISTI, qui per Ecclesiam docet, & iubet, nec vult doceri vias eius, aut ambulare in semitis eius. Cur igitur de Sion exiuit lex, si non sumus audituri, & verbum Domini de Ierusalem, si crediturī non sumus? Nam lex Domini de terrena Sion exijt ad Sion spiritualem, id est, ad Ecclesiam, quæ sola scit, plenequę intelligit, quid faciendum sit: & verbum Domini, quod prius audiebatur in Ierusalem, quæ est in Iudęa, iam non auditur, nisi in vera Ieruslem, quæ est eadem Ecclesia. * At quoniam iusti, qui donum Dei 52 agnoscunt, quod in Ecclesiam adducti, & tot malis, periculisq; liberati fuerint, nō sibi videntur plene vocationi suę respondere, si bene viuant, nisi etiam ea, quibus olim aut Ecclesiæ doctrinam, aut fratres suos oppugnabant, in eorum ipsorum vtilitatem cōuertant, quibus nocebant, & tunc vera pace se frui declarant, addit continuo Propheta: *Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones.* Quid est enim gladius, nisi maledica, & effrenata lingua, sicut ait Propheta: Filij hominum, dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus? Psal. 56. Gladius. Quid est hasta, nisi blandus sermo amicitiam simulantis, & tacite ad abnegationem Dei allicientis, sicut est apud eundem: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi Psal. 54. Hasta. sunt iacula? Tales sunt sermones hæretico-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, vel eorum etiam, qui ad quoduis peccati genus exhortantur. Vomere, & ligone terra proscinditur, & semini excipiendo, frugibusque terendis præparatur. Quare cum illi, qui prius maledica lingua, & conuicijs plena, vel Ecclesiæ fidei nocebant, vel mores infectabantur bonorum, pacemque turbabant omnium, eadem lingua fidem ædificant, mores emendant, & quasi spinas euellunt, vt terra cordis humani semen diuinarum inspirationum accipiat, & fructum ferat bonorum operum, gladios profecto suos conciderunt in vomeres, & hastas suas in ligones. * Cum autem omnes patienter iniurias toleramus, & percussi in dexteram maxillam præbemus percutientibus & alteram, & iurgia præcidimus, nosque non ad vltionem, sed ad patientiam exercemus Domini, ac Seruatoris nostri mansuetudinem imitantes; impletur quod continuo sequitur: *Non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerare.* Cum quisq; in vinea Domini operatur, quatum potest, id est, vel in iuuanda Ecclesia, vel in virtutibus animæ suæ excolendis, quæ vites Dei sunt, & ficus dulcissimorum pomorum, & fructu honestissimi laboris sui delectatur, neque alijs inuidet, tunc *sedet vnus subtus vineam suam, & subtus ficum suam. Et non erit, qui exterreat*, quia nihil timet bona, conscientia, & modo Deo suo placere non desinat, facile pericula cor tenet, sicut scriptum est: Fugit impius nemine persequente, iustus autem, quasi leo, confidens absque terrore erit. Merito autem nullis minis, nullisque periculis terretur, quia *os Domini locutum est*, cui credit, & sibi dictum putat illud: * Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Quæ autem maior, aut fortior fiduciæ causa, quam hæc: *Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum, & vltra.* Qui Deum amat, eique ex animo seruit, quod est tantum malum, aut tantum periculum, vt illo terreri debeat, aut possit? Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Sed duo in his considera, quæ vehementer fiduciam nutriunt, & augent. Non acquiescunt errori multitudinis hominum, non mouentur numero errantium, vt à via recedant. Omnes populi colunt idola sua, nos & si numero pauciores, & sapientia sæculi minus illustres, non credemus Philosophis, non Iudæorum magistris, nõ oraculis dæmonum, nulla auctoritate à cultu Dei nostri dimouebimur. Hoc maxime obseruare debent, qui seruire Deo volunt, vt errantem contemnant multitudinem; quod enim patrocinium errori afferre potest numerus? An potest rerum natura mutari pro arbitrio hominum? Propterea dictum est. Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. * Et de sancto Tobia legimus: Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboham fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Ierusalem in templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerẽs. Alterum est quod aiunt: *Nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum, & vltra.* Nam sæpe multi viam Dei ingressi cum cogitant multos sibi annos in illa austeritate disciplinę esse viuendum, & in abnegatione sui, despondent animum, & difficillimum arbitrãtur tamdiu laborare. Quo fit, vt aut viam deserant, quã ingressi erant, aut si non erant ingressi, in tempus senectu ei, mortique proximum differant. At cogitare debent, qui Deo seruiunt, vitam esse breuem, & semper instanter esse laborandum, sicut admonet Sapiens: Quodcumq; facere potest manus tua, instanter operare, quia neque opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. Deinde eo animo esse debent, vt si infinitis sæculis illi labores essent subeundi, & illa austeritas toleranda, nullam diuturnitatem longam putent, scientes seruire se illi, cui seruire regnare est. Propterea qui bene hoc norunt, dicunt: *Nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum, & vltra*, id est, nunquam defatigabimur, nunquam longitudini cedemus annorum. Bonum autem facientes (ait Paulus) non deficiamus, tempore enim suo metemus non deficientes.

Vomer, ligo.

53

Prou. 18.

54 Psal. 120.

Prou. 18.

Iusti non acquiescũt multitudini errãti.

Rabul. 33

55 Tob. 1.

Iusti non debent differre conuersionem.

Eccle. 9

Gala. 6.

56

HISTORIA.

In illa die, dicit Dominus, congregabo claudicantem. Theodoretus gentilitatem putat nunc dici claudicantem; at melius Hieronymus, & Rupertus, & Lyranus de synagoga exponunt, iam enim locutus est Prophe ta de conuersione gentilium, nunc de conuersione Iudæorum vaticinatur. Elegantem autem

autem synagogam vocat claudicantem, quoniam vix vnquã recte incessit, sed modo Deum colebat, modo diuertebat ad idolagẽtium. Cui propterea dixit Elias. 3. Reg. 18. Vsquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum: Si autem Bahal, sequimini illum. Postquam vero idola habere desijt, nunc post Dominum ambulabat, nunc post cõcupiscentias suas. Et eo tempore, quo Dominum docentem audiebat, nunc eum admittebat, nunc reijciebat. Dicit: *Congregabo, & colligam*, quoniam per varias orbis partes dispersa in vnũ populum cum conuersis ex gentibus redacta est. Cœpit autem impleri hæc prophetia Domino, & apostolis prædicantibus, & quotidie impletur, plenitudoque in fine sæculi implebitur.

57 *Et eam, quam ejeceram, colligam.* Cui propter infidelitatem suam, qua filium meum abiecerat, libellum repudij dederam, vt vidimus Hos. 2.

Quam afflixeram. Possumus hoc de præteritis captiuitatibus interpretari, vel de ea captiuitate, qua propter incredulitatem suã in CHRISTVM, in potestate mDiaboli concesserat: vtroque enim modo Hieronymus exponit.

Et ponam claudicantem in reliquias. Licet multi pereant è Synagoga, quidam tamen relinquẽtur, quidam seruabũtur, quos ideo vocat reliquias, vt diximus Amos. 9. num. 38. De quibus Isaias capit. 1. Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus.

Et eam, quæ laborauerat, in gentem robustam. Et synagoga, quę à me relicta, & varijs calamitatibus fuerat afflicta, educam gentem robustam, id est, apostolos, & eorum discipulos, qui intrepide verbum Dei per barbaras prædicent nationes.

Et regnabit Dominus super eos in monte Sion. Semper manebunt in Ecclesia, quæ significatur in monte Sion, vt diximus num. 17. & 18. semper Domino obedient, & vsque in æternum Deo subditi erunt in militãte Ecclesia, & c. postea in trumphante.

58 *Et tu turris gregis nebulosa filia Sion.* Postquam de vniuersa Iudæorum gẽte dixerat, ad Ierusalem iam conuertit sermonem, in qua Christus docturus, & moriturus erat. Cur autem Ierusalem vocet filiam Sion, diximus Amos 5. nu. 3. nunc videndum cur turrim gregis nebulosam appellet. Nam Ierusalem nunc dici turrim gregis, non potest esse dubium, cum statim eandem nuncupet filiam Sion: neque enim legendum est: Et tu turris nebulosa filiæ Sion, vt quidam putant, sed filia Sion, vt legunt Lxx, & Symmachus, referente Hieronymo. Causam nominis his verbis docet Hieronymus in trad. in Genes. in expositione illius, quod legimus Gen. 35. Egressus inde fixit tabernaculum trans turrim gregis, siue trans turrim Hader, vt est in Hebræo. Hunc locum Hebręi esse volunt, vbi postea templũ ædificatum est, & turrim Hader, turrim gregis significari, hoc est congregationis, & cętus: Quod & Michęas propheta testatur dicẽs. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, & cetera: illoque tempore Iacob trans locum, vbi postea templum ædificatum est, habuisse tentoria, & c. Recentiores, qui de terra sancta scripserunt, Turrim gregis malunt esse locum prope Bethlehem, vbi nato Domino Seruatore Angelus pastoribus apparuit. Quam sententiam Hieronymus magis sibi probari docet, si ordo viæ Iacob sequendus sit. At nihil nos cogit ordinem viæ sequi, & à veteribus Hebræis recedere. Quamuis fieri potuit, vt vterque locus turris Hader, siue gregis diceretur. * In hunc locum idem Hierony. turrim gregis templum, tametsi subobscure interpretatur, de quo dictum est Matt. 21. Homo erat pater familias, qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & c. In quem locum hæc scripsit. Et ædificauit turrim, haud dubiũ quin templum, de quo dicitur per Michæam: Et tu turris nebulosa filia Sion, & c. Merito autem templum vocatur turris Hader, id est, gregis, siue congregationis, aut cętus, vt interpretatus est in Traditionibus in Genes. quoniam in illud conueniebat grex, siue congregatio Domini, id est, filij Israel ex tota terra promissionis ter singulis annis confluẽtes. Siue igitur hoc significet turris gregis, siue illud, quod prius diximus, siue vtrũque, vrbs ipsa à parte sui nomen accepit, sicut à Sion, quæ est vrbs superior, tota vrbs Ierusalem dici solet Siõ. Nec aberraret qui diceret ipsam vrbem totam appellari, turrim gregis: Turrim quidem propter altitudinem, & fortitudinem, gregis vero, quia in illam cõueniebant ter omnes filij Israel singulis annis, vt de templo diximus. * Nebulosam autem vocat, id est, עפל propter

Turris gregis.

59

60

eximiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

eximiam altitudinem, nam & in sublimi monte posita erat, & altissimis ædificijs ornabatur. Refert autem Hieron. in illud Isai. 32. Tenebræ, & palpatio factæ sunt super speluncas, iuxta Hebræorum sententiam, duas turres fuisse in Ierusalem, quarum alteri nomen erat עופל, id est, tenebræ, siue nubilum, quod vsq; ad nubes erigeret caput: alteri בחן, id est, probamentum, & firmitas, siue (vt Symmachus vertit) inquisitio, eo quod in contẽplando culmine eius oculi fallerentur. Nomen igitur turris vrbi ipsi dedit propter altitudinem.

Vsque ad te veniet, & veniet potestas prima, regnum filiæ Ierusalem. Veniet, & veniet dixit ad maiorem asseuerationem. Ad te, ô Ierusalem, veniet pristina pōtestas, quam olim habuisti, quæ potestas est regnum Ierusalem. Quasi dicat: Iterū regnum Dauidis videbit Ierusalem, videbit enim CHRISTVM verum regem Iudæorum, cuius regnum spirituale, & ęternum pręfiguratum est in temporali regno Dauidis. Lucæ. 1. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum. Itaque *Potestas prima* dixit, pro Potestas antiqua, sicut Apo. 2. Ideo age pœnitentiam, & prima opera fac, id est, quæ facere solebas. Chaldæus: Sed & dominatio prisca adueniet regno cœtus Ierusalem.

61 *Nunc quare mœrore contraheris, &c.* Hebræa לָמָּה תָּרִיעִי רָע sonant: Quare affligeris afflictione? aut: Quare vociferaris vociferationem, vt alij vertetunt, propẽer duplicem verbi significationem, sed sensus idem est. Cum tanta bona tẽ maneant. Cur nũc doles audita prophetia captiuitatis, quasi nunquam restituenda esses? *Numquid nõ rex est tibi*, qui te regat, & tui curam habeat? Certe Deus non te deseret, etiam si captiua ducaris. Non perijt consiliarius tuus, qui tibi salubria consilia inspiret, quibus libereris, & in pristinam libertatem restituaris. Immo vero regem habes, & consiliarium semper viuẽtem, Deum, à quo si regi velis, & monitis illius obtemperes, quidquid tibi imminet vastitatis, & calamitatis, facile vitare possis. In dolore autem parturientis maximum dolorem indicare scripturam sæpe diximus.

Dole, & satage. Fateor tibi in præsenti causam esse doloris, si præsentia solum consideres; abduceris enim captiua de terra tua, & habitabis in regione (siue, vt est in Hebræo, & apud Lxx) in campo; Intelligit autem (vt ait Hiero.) magnum illum campum Sennahar, in quo erat Babylon, & totam illam regionem. Verum erigere, & lætare spe futuræ libertatis, educet enim te Dominus inde. Pro Dole, est חוּלִי, id est, infirmare, quod est dole, vt dixi Hamos 6. nu. 26. Pro Satage, est גְּחִי, quod recentiores interpretantur, Ingemisce, Chaldæus: זְעִי, id est, contremisce, trepida. Lxx ἀσθένησον, viriliter age, quam interpretationem in commentarijs secutus est Hiero. * Videtur autẽ mihi eleganter positum esse *Satage*, quoniam nullum verbũ inueniri potuit, quod ita apte redderet vtramq; significationem. Etenim Satagere est anxium esse, & distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ, quod ad primam significationem pertinet. Est etiam diligentem esse, & festinare cum quadã cura, aut potius solicitudine, quemadmodum Martha Luc. 10. satagebat circa frequens ministerium: quod pertinet ad secundam, ac si dicat: Dole, sed ne ita vt dolore langueas, & tota iaceas, quasi salutem desperans tuam. Spera libertatem, precare Dominum, in lege eius te exerce, patienter tolera labores exilij: & hoc est, quod Lxx dixerunt; Viriliter age. Vt Psal. 26. Viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Quibus verbis explicatur, quod volumus.

Et nunc congregatæ sunt super te gẽtes multæ. Nunc quidem variæ nationes congregabuntur cum Chaldæis super te, id est, contra te, quæ vnanimi consilio dicent: Lapidetur Ierusalem; Interitum eius lapidationem vocat, quę pœna erat mulieris adulteræ, vt intelligat se propter adulterium puniti, id est, quod à Deo recesserit.

Aspiciat in Sion oculus noster. Talis sit Sion, & talibus obruatur miserijs, vt cum voluptate magna, & irrisione eam spectemus. Hunc locum exposuimus in Habd. n. 64.

Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini. Ij, qui aduersum te pugnabunt, non intelligent quid Dominus de te, & de se cogitauerit. Putabunt se sua fortitudine vicisse, & diripuisse opes tuas, se imperaturos esse semper, te nunquam exurrecturam decidisse: Cum tamen te Deus ad tempus corripere voluerit, vt viuas, & qui contra te pugnauerunt, disperdantur.

Quia congregauit eos, quasi fenũ areæ. Quod scilicet, congregatur, vt comminuatur, & tritu-

triturẽtur. Ita eueniet hostib⁹ tuis. Quoniã enim ipsi crudelitate, qua in Ierusalem vsi sunt, & arrogantia sua Dei iram prouocauerunt, meruerũtque, vt simili crudelitate & ipsi vastarentur, propterea ait: *Congregauit eos, quasi fenum areæ*, hoc est, congregari eos aduersus Ierusalem nihil aliud fuit, quam si congregati fuissent, vt triturarentur instar feni. Hoc de rege Assyriorum Senacherib late, & pulchre scriptum est. Isai. 10. de Nabuchodonosor rege Chaldæorum c. 14. de alijs nationibus Ezec. 25. & sequentibus, & in fine Iohelis, & Habdiæ, vt alia omittamus. * Porro Fenum in scriptura non solum herbam, sed etiam paleas, siue culmos spicarum significat, est enim עֹמֶר, id est, manipulus, vnde Psal. 128. De quo nõ impleuit manum suam, qui metit, & sinum suum מְעַמֵּר, id est, qui manipulos colligit. Iere. 9. Quasi fenum post tergum metentis, & nõ est, qui colligat. Chaldęus: Sicut manipulus post messorem. Zach. 12. Ponam duces Iuda, sicut caminum ignis in lignis, & sicut faciem ignis in feno. Lxx: Sicut faciem ignis in stipula. Chaldæus: Quasi lampadẽ ignis inter manipulos. Ita accipitur Hamos. 2. Sicut stridet plaustrum onustum feno. Lxx: Onustum stipula. Chaldæus: Onustum manipulis. Eodem modo, & in hoc loco interpretandum est, nam herba non trituratur, sed palea.

Surge, & tritura filia Sion. Surges, quæ iacebas in captiuitate, & continuo fere incipies triturare inimicos tuos. Veteres enim plaustris ferratis terebant fruges, & eisdem nonnunquam stratos hostes triturabant. Ham. 1. Eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad, quod ibi iam ostendimus. Hæc prophetia impleta, & ante quidem ex parte, sed maxime tempore Machabæorũ, vt copiosè in Habdia demonstrauimus, ab illis verbis: Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Hesau stipula, & possidebit domus Iacob eos, qui se possederant, &c. Dixit autem: *Surge, & tritura*, potius quam: Et triturabis, ad celeritatem significandam, vt adnotauimus Hos. 10. n. 36. & Ham. 5. num. 8.

Quia cornu tuum ponam ferreum. Quo, scilicet, ventiles omnes inimicos tuos, & non posit cornu tuum confringi, id est, suggeram tibi vires magnas, & intragiles ad vincendum omnes hostes tuos. De cornu diximus Ham. 6. num. 41.

Et vngulas tuas ponam æreas. Non solum plaustris ferratis, sed etiam ex parte taurorum, aut equorum vngulis paleæ teruntur. Dabo igitur tibi vngulas æreas, id est, fortissimas ad calcandum, & triturandum corpora inimicorum tuorum, & eiusmodi, vt & si diu trites, nõ defatigentur, aut fatiscant. Hieron. vero in illud Isai. 28. Neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis cõminuet eum: vngulas partem esse vult rotarum ferrearum instar serræ, quæ super demessas segetes trahebantur in Palęstina. Itaque dentes illi rotarum in vngularum similitudinem facti videntur: & inde vngulæ dicti. Et quamuis in Hebræo est: Nec equis suis comminuet eum (ita enim Hieronymus vertit פָּרָשָׁיו, quod ceteri semper vertunt: Equitibus suis) nequaquam putat verba fieri de equis, qui solent immitti ad triturandum, quoniam non potuit dicere Prophęta, quod prouincia Palæstina non habet. Mihi vtrumque videtur satis probabile, quoniam bobus terebantur fruges, vt Hos. 10. Ephraim vitula docta diligere triturам. Et quod Paulus. 1. Corin. 9. refert ex Deuteron. 25. Non alligabis os boui trituranti: Quare similiter terere poterãt equis. Nostræ translationi vtrumque conuenit, nam vngulæ possunt esse boum, & equorum, & plaustrorum ferratorum. Si autem interpreteris: Equitibus suis, illi dentes ferrei metaphorice dicuntur equites, quia instar equitum insident rotæ.

Et interficies Domino rapinas eorum. Pecora, & armenta, quæ eis rapies, segregabis, vt Domino immoles in gratiarum actionem pro victoria.

Et fortitudinem eorum Domino omni vniuersæ terræ. In Hebræo est, חֵילָם, quod significat autem hoc vocabulum exercitum, fortitudinem, diuitias, vt Prouerb. vltim. Multæ filiæ congregauerunt diuitias. Et Soph. 1. Et erit fortitudo eorum in direptionem. Vbi Chaldęus vertit: Erunt itaque eorum diuitiæ in spolium. Hic etiam vertit: Et pretiosam eorum pecuniã coram Dominatore vniuersæ terræ. Quæ interpretatio apta mihi videtur huic loco. Dicuntur autem diuitiæ fortitudo, quia fortes sunt, & quidquis efficiunt, Eccles. 10. Pecuniæ obediunt omnia: & quia homines fortes, id est, potentes efficiunt. Possumus etiam exponere: *Fortitudinem eorum*, armenta eorum fortia, aut, milites eorum fortes, quos tanquam victimam Do-

fortitudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

mino interficies. Sed multo magis mihi placet prima interpretatio.

ALLEGORIA.

66 Interdum Ecclesia, cum rumorem bellorum audit, quæ suscitant infideles, aut cũ hæreticorum potentiam, & multitudinem contra se insurgentem videt, mœrore contrahitur, quasi regem non habeat, aut consiliarius eius CHRISTVS, cuius sapientia & consilio aduersus omnes inimicorum impetus confirmanda est, perierit, qui in cælis regnat immortalis, & mors illi vltra non dominabitur. Sed flere prohibetur, quoniam & si ex parte spolietur, & captiua ducatur hæreticis oppida, & vrbes peruertentibus: mittet Deus liberatores, & soluentur de captiuitate Diaboli, & redibunt ad pristinam fidem ciuitates. Nunc quidem multæ gentes aduersus Ecclesiam congregantur, partim paganorum, partim hęreticorũ, quæ lapidare eam conantur, & disperdere. Nec vident Deum affligere suam Ecclesiã, vt paleæ secernantur, & mundum maneat frumentum Dei, & qui probati sunt, manifesti fiant in nobis, seque, dum cõtra Ecclesiam congregantur, in certum interitum congregari, vt conterantur quasi fenum areæ. * Merito ergo ei dicitur vt surgat reparatis viribus, & inimicos suos sibi subijciat acceptura à Domino fortitudinem inuictam, iuxta illud: Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui non poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Tunc Ecclesia, cum per prædicatores suos vicerit infideles, immolabit Domino rapinas eorum, id est, spolia, quæ illis ademerat, & fortitudinem eorum, id est, diuitias, quibus superbiebant, conuertet in gloriam Dei, & in multorum vtilitatem. Ita immolauit Dominatori vniuersæ terræ eloquentiam Cypriani, subtilitatem Augustini, Iustini martyris eruditionem. Nec tamẽ putemus de his tãtum temporibus esse prophetiam, de toto legis Euãgelicæ tempore est. Nam & initio exierunt apostoli, & eorum discipuli, & adduxerunt prouincias, & regiones ad Dominatorem vniuersæ terræ.

1. Cor. 11.

67

Luc. 2.

TROPOLOGIA.

68 Anima claudicans quę sit.

Satis ex his, quæ hactenus dicta sunt, constat Claudicantem recte intelligi animam, quæ à Dei cognitione aliena miserè aberrabat, & nunc ad Deum accedebat, nunc affectibus, illecebrisque peccatorum rapiebatur, neque constans erat, nisi in sua mobilitate. Denique ita volebat Deo seruire, vt mundo, cui iam renũtiauerat in baptismo, seruire non desineret, vt plenius diximus cap. 2. nu. 49. Quam peccatis suis electam, & dura vitiorum, dæmonumque seruitute afflictam, & vexatam, cum Deus ad se reuocat, pulchra cõgregare, & colligere dicitur: ab illa enim multiplicitate, in quam diuisa erat, eo reducitur, vt vnum optet, vnum amet, vni se tradat, de quo ait Dominus: Porro vnum est necessarium. Et quoniam hæc mutatio dexteræ excelsi est, vt quæ ita fallaces sæculi voluptates amauerat, sanata iã rectos gressus faciat pedibus suis, & prius mortua nunc ita viuat, vt multam gignat prolem bonorum operum, quę Deum glorificent, recte claudicantis nomen repetit dicens. *Et ponam claudicantem in reliquias, & eam, quæ laborauerat in gentem robustam, & regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc, & vsque in æternum.* * Solent enim qui peccato seruierunt, & iugum durissimum experti sunt, cum ad Deum redeunt, constantissime permanere, neq; enim credunt mendacibus Diaboli pollicitis, quæ vanæ esse cognoscunt, respondent potius, quod est in prouerbio: Tollat te, qui non nouit. Vident etiam quanto sit mitior, & humanior, atque amabilior seruitus Dei, sicut est apud Hoseã. Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis, quam nũc. Et apud Ieremiam: Ecce nos venimus ad te, tu enim es Dominus Deus noster. Vere mendaces erant colles, & multitudo montium, (in quibus videlicet idola gentium colebamus) vere in Domino Deo nostro Salus Israel. At qui rudes sunt, & inexperti, facile abducuntur tentationibus, cupiunt enim experiri quod nesciunt, & credunt solidam se voluptatem posse tantam esse in Mundi, Diabolique promissionibus vanitatem, donec malo tãdem perdiscunt suo. * Sed illud non prætеribo, quod mirum, atque insolitum videtur: de ea, quæ per vitiorum voluptates libere vagabatur, & sibi vbique morem gerebat, ait: *Et eam, quæ laborauerat.* Vere enim laborant, qui Deo non seruiunt, iugum durissimum, & onus grauissimum portãt, nec in tantis voluptatibus norunt, quid veræ lętitia sit. Inde peccatum in scriptura dicitur amaritudo, vt diximus cap. 1. num. 39. & labor, & dolor, vt capit. 2. adnotauimus. nu. 1.

Quam

Quam bene hoc nouit, qui dixit: Et tradam Ægyptum, (id est, animam peccatis obscuratam) in manum dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus exercituum. Sed ne in re perspicua moremur, hoc satis sit, scripturam, cuius mira est in loquendo elegãtia, & proprietas peccatum etiam vocare seruitutem, & afflictionem, vt Thren. 1. Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis. Quod si quid hæc significent, quæris, paulo post interpretatur: Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est, id est, propterea migrauit, sed propter peccatum migrauit, peccatũ ergo vocauit afflictionẽ, & seruitutẽ. * Hanc candẽ animã reuersurã ad Deum, sed nondum reuersam, quã hactenus vt mulierem cõpellabat, nunc vt vrbem compellat. *Et tu turris gregis nebulosa filia Sion, vsq; ad te veniet, &c.* Mira est in singulis proprietas. Turris gregis caula ouiũ fuit, humilis locus, & ignotus, in quo postea cõstructa est vrbs nobilissima Ierusalem sedes vnici rempli veri Dei. Animam ergo significat, quæ prius rationis expertium cogitationum hospitium fuit, sed Deus in ea ædificauit sibi vrbem, & templum, in quo per gratiam habitaret, & nullis suis meritis ex tanta humilitate in tantæ celsitudinem dignitatis prouecta est, vt cum in se haberet, qui cœlum, & terram implet. Sed eandem nebulosam appellat, id est, excelsam, & propter nimiam celsitudinem nebulis, & caligine contectam, quia humilis anima, & suæ paruitatis nõ ignara luce Dei fruitur, at quę alta sapit, & sibi excelsa videtur, caligine vitiorum obscuratur, sicut ait Salomon: Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. Contumeliam vocat multitudinem vitiorum, quæ contumeliam affert, & ignominiam, cui opponit sapientiam, id est, virtutes, & splendorem diuinum, quo animę illustrantur. Nam superbiæ comes indiuiduus est cæcitas mẽtis, sicut de superbis Philosophis scripsit Paulus. Et obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. * Huic igitur animæ per pœnitentiam illustrandæ, atque purgandæ aduentus magni regis ad se promittitur, vt iterum regnet in ea, quemadmodum & prius regnabat, quæ magna iustarum animarum felicitas est. *Vsque ad te, inquit, veniet, & veniet potestas prima regnum filiæ Ierusalem.*

Tunc enim anima vere regnat, cum se plene CHRISTO subijcit, cui seruire regnare est: quia tunc prauis cupiditatibus imperat, & sui dominatum tenet. Sed verbis sequentibus mire statum animæ huiusmodi describit, quæ inter bonum, & malum fluctuat, & hinc à Deo vocatur, per internas inspirationes, hinc peccatorum illecebris, & consuetudine trahitur ad peccandũ. Et quia sequi Deum quidem vellet, & voluptatibus vitiorum non carere, atq; hoc fieri non posse videt, dolore cruciatur, & ambigua hæret.

73 * Quam merito reprehendit Propheta: *Nunc quare mœrore contraheris?* quod vides te in captiuitatem ducẽdam à Diabolo, quasi nescias, aut non possis hac te ambiguitate explicare. *Numquid rex non est tibi?* cuius potentia adiuta contra omnes illecebras, contra consuetudinem, cõtra carnem pugnes, & vincas? Sentiebat hoc & Paulus, & clamabat: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hũius? Vides quo mœrore contrahatur? At nõ desperat, scit regem sibi esse, & sibi ipse respondet: Gratia Dei per IESVM CHRISTVM Dominum nostrũ. *Aut consiliarius tuus periit?* Cur doles, quasi consiliarium non habeas, cuius consilijs his te laqueis expedias? Perijt quidem tuus consiliarius in cruce, sed propter te, vt viuas: mortuus est, vt morte sua destrueret eum, qui habebat mortis imperiũ: sed tertia die resurrexit, & adhuc tecum est, ad dexteram patris regnat immortalis in sęcula sæculorum. Vide quot tibi consilia reliquit in Euangelio, quot monita, quibus instructa bẽatam, & tranquillam ages vitã.

Rom. 7.

74 * Hæc de anima nondum bene ad Deum conuersa, quia ita cõtextus ordo exigebat, explicauimus: at possunt & ad animam referri, quoties in dolorem, & in luctum incidit, siue ex difficultate bonorum operum, siue ex tentationum magnitudine, siue ex cordis ariditate, & absentia Dei. Quo tempore & illud ei dici potest: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: Salutare vultus mei, & Deus meus: Quasi dicat, Ita angeris, ac si regem, aut cõsiliarium non haberes: Spera in Deo, quia ipse est salutare tuum, & Deus tuus. Scimus hoc nomen Cõsiliarij celebre esse inter CHRISTI

Psal. 42.

nomina:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Isai.9. nomina: Et vocabitur nomen eius, admirabilis, cõsiliarius. Pro quo Lxx: Et vocabitur nomen eius, magni consilij Angelus. Ad hunc igitur consiliarium semper confugiamus, ab eo doceamur, de hoc maxime illud accipiamus. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. * Sed redeamus ad id, quod contextum verborum, & sententiæ poscere diximus, nec illud prætereamus, quod ait: *Quia comprehẽdit te dolor quasi parturientem.* Talis est enim dolor animæ, de quo nunc sermo nobis erat. Parturit conceptis Dei inspirationibus, quibus obtequi vellet, nisi caro cupiditate victa repugnaret, & ideo nunquam parit, nec experitur gaudiũ illud, de quo Dominus ait:

75 Eccle.6.

Iohan.16. Cum autẽ pepererit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mũdum. Semper est in illo dolore: Dies tribulationis dies hæc, quia venerunt filij vsque ad partum, & virtus non est pariendi. Quare apte subijcitur: *Dole, & satage filia Sion, quasi parturiens.* Dole, quia vere parturiens es, non desines dolere, donec pepereris. Ita nato Isaac dixit Sara: Risum fecit mihi Dominus, quicunque audierit, corridebit mihi. At sanctæ animæ beatissimam virginem Mariam quodãmodo imitantes fere sine dolore pariunt filios, id est, bona opera. * Hieronymus: Legamus scripturas, & nunquã inueniemus sanctas mulieres, exceptã Rachel, cum dolore peperisse: quæ quia in via erat, & in Hippodromo, id est equorũ cursu, qui in Ægypto venundantur, filium peperit doloris, quem postea vocauit pater filium dextræ. Heua eiecta de paradiso, & audiens: In doloribus paries, peperisse describitur in dolore. Vxor Phinees contracta, nec se erigens, sicut illa, quã in Euãgelio Diabolus alligauit, peperit post quam arcam Dei, populique cognouisset ruinam. Hæc Hieron. Quæ ego ad sanctarum animarum partus refero, quas fere sine dolore parere dixi, quia Deum amãt ardentius, & concupiscentiam, quæ dolorem efficere solet, magna ex parte spiritui per Dei gratiam subiecerunt. Non itaque doloris expertes omnino sunt, sed earum cõparatione, quas diximus, nullum fere habere doloris sensum videntur. Nec intelligamus sanctas mulieres sine dolore peperisse, sed tacet scriptura earum in partu dolorẽ, vt in eo, quod dolor ille nescitur, figura sint sanctarum animarum, sicut Melchisedec

Gen.35.

Sanctæ animæ fere sine dolore pariunt. 76

Gen.35.

Gen.3.

1.Reg.4.

Luc.13.

patrem quidem habuit, & matrem, initium vitæ, & finem, quæ tacentur, tamen ab scriptura, vt in eo, quod hæc nesciuntur, figura sit filij Dei. Verum quamuis doleat, satagere iubetur, quoniam tunc preces adhibendæ sunt eorum, qui Deo placent, in opera pœnitentiæ incumbendum est, boni viri adeundi sunt, quorum consilijs, & exhortationibus pariat. Satagendum etiam & aliter est. *Quia nunc, inquit, egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem.* * Tepidos homines, & nihil pro virtute laborantes incidere Deus sinit magna bonitatis suæ prouidẽtia in turpissima peccata, vt tandem miseriam suam agnoscentes tepidi esse desinant, & magno animi ardore virtutẽ complectantur. Nam dum re ipsa admoniti intelligunt se illo suo tempore vires, & audaciam suggessisse tentatori, (quia eos ille maxime aggreditur, quos remissos, & tepidos videt) deinceps ad pugnam, & ad bona opera inardescunt. Propterea ait: *Nunc egredieris de ciuitate*, de illa videlicet quam ędificat amor Dei, vsque ad contemptum sui, quæ est Ierusalem, siue societas iustorum. Egredieris, inquam, secundum præsentem iniustitiam tuam. *Et habitabis in regione*, siue in campo, id est, in latitudine, recedes ab angusta via, quæ ducit ad vitam, & transibis ad spatiosam, & latam, a via mandatorum Dei arta ad spatia concupiscentiæ tuæ, vt nemini, nisi tibi obsequaris. *Et venies vsque ad Babylonem*, vsq; ad confusionem & fœditatem teterrimam vitiorum, erisque secundum præsentem statum in illa ciuitate, quam ædificat amor sui vsq; ad contemptum Dei. * Ibi dole, & satage ne desperes de salute tua, ne omnino abijcias bona, quibus te ante exercebas, ne relinquas, ac deseras temetipsam. Memor esto vnde excideris, dole non esse te, qualis fueras, recordare prioris ciuitatis, considera miserias tuæ Babylonis. *Ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.* Cum eo veneris, cum te agnoueris, torporemque tuum damnare cœperis, extrahet inde te Dominus per spiritum pœnitentiæ, quem dabit, & reducet in ciuitatem tuam pristinam. *Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur, & aspiciat in Sion oculus noster.* Dæmones multi, & tentationes magnæ in te insurgent, vt te tanquã adulteram lapident, ea enim pœna digna es, quod à Deo recesseris sponso tuo. nihil

77 Tepidorum fere finis Deus.

aliud quam interitum tuum, quæret, vt tuus malis crudelitatem sarient suam. Nec intelligunt id sibi ad tempus licere per Deum, vt te agnoscas, & reporem excutias, & cautior ac fortior resurgas. Non vident quem sibi interitum, quod exitium moliantur; tu enim impia hæc omnia peccata conteres per pœnitentiã, & per studium bonorum operum, quasi fenum aręæ. * *Surge, & tritura filia Sion*, aliquando surges ô filia Sion, & in Dei amicitiã redibis, nec iam terræ hęrebis, sed cœlum suspicies, & cœlestia cõcupisces, & simul atque surrexeris, triturabis hostes tuos, Cõteres fortiter libidines, cupiditatẽ auri, honorum & gloriæ, & cętera vitia quibus turpiter seruiebas, honeste cõfringes, & disperdes. Si quęris vnde tibi vires, vnde arma, quibus honestissimã victoriã obtineas, Dominus firmamentum tuum, refugium tuum, liberator tuus de inimicis tuis ita cuncta dis. Audi quid loquatur in re Dominus Deus tuus: *Quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas, & comminues populos multos.* Cornu, quod fortissimum est, & potentissimum ad pugnandum caritatem significat, quę omnium virtutum fortitudo est, & sicut cornua duo sunt in animali, ita in caritate amor Dei, & proximi. Tunc dices: Exaltauit cor meum in Domino, & exaltatũ est cornu meum in Deo meo. Vngulæ solidæ, & durę ad triturãdum, si equorum sunt, eas virtutes significant, quibus magis terrena calcamus, vt fidem, spem, orationem, abnegationem sui. Si autem sint dentes ferrearum rotarum, (quod Hieronymo visum est, nosque probabile esse diximus) virtutes eædem intelliguntur, quatenus illis magis aduersarios nostros confringimus, & comminuimus, id est, dæmones, & tentationes. * De fide, quæ per caritatem operatur, scimus quid Paulus dicat: Cõmemorat siquidem multos sanctos, qui per fidem deuicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, &c. Et idem: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tella nequissimi ignea extinguere. Spes autem firma cœlestium facile à nobis impetrat vt humana contemnamus. Oratio in cœlum nos tollit, abnegatio nostri nihil optat in terra, ipsa etiam omnia tela nequissimi ignea repellit, & extinguit, quia qui didicit animo suo non obsequi, sed Deo, inuictus est: Tunc enim vincimur cũ

79

Ephe.5. nobis morem gerimus, nec Dei monita curamus. Huiusmodi aduersarios qui vicerit, immolabit Domino rapinas eorum, id est, otium, quod illis abstulit, solebat enim tẽpus conterere diuitijs, aut voluptatibus, aut honoribus quęrendis. His etiam aciẽ mentis suæ, & ingenij vires dabat, in hæc quidquid habebat boni, cõferebat. Quare cum resipiscit, & iuxta Apostolum, videt quomodo caute ambulet, non vt insipiens, sed vt sapiens, redimens tempus, quoniam dies mali sunt: & iam de vita æterna cogitat, ac cetera contemnit, profecto *immolat Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ.* Hæc enim eadem erant diuitiæ aduersariorum.

CAP. V.

NVnc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam iudicis Israel. Et tu Bethlehem Ephratha, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vsq; ad tẽpus, in quo parturiens pariet: et reliquiæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Et stabit, et pascet in fortitudine Dñi, in sublimitate nominis Dñi Dei sui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vsq; ad terminos terræ. Et erit iste pax: Assyrius cũ venerit in terram nostrã, & quãdo calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, et octo primates homines. Et pascẽt terrã Assur in gladio, & terrã Nẽrod in lãceis eius: et liberabit ab Assur, cum venerit in terram nostram & cũ calcauerit in terminis nostris. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Do

Matth.2. Iohan.7.

mino, & quasi stilla super herbam quæ non expectat virum & non præstolatur filios hominum. Et erũt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in tumentis syluarum, & quasi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est, qui eruat. Exaltabitur manus tua super hostes tuos: & omnes inimici tui interibunt. Et erit in die illa, dicit dominus auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. Et perdã ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas. Et auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuũ tuarum. Et euellam lucos tuos de medio tui: & conterã ciuitates tuas. Et faciam in furore & in indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

HISTORIA.

1 *Nunc vastaberis filia latronis.* Loquitur de excidio Ierusalem à Babylonijs inferendo, de hoc enim potius interpretanda hæc puto, quam de vltimo excidio, quo euersa est vrbs à Tito Vespasiani filio, quoniam nihil præcesserit de captiuitate Romanorum, ad quod hęc pertineant: de captiuitate autem Babyloniorum præcesserit: Quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem. Quoniam ergo dixerat postea hostes Ierusalem ab ea esse superandos, reuertitur ad captiuitatem, de qua loqui cæperat, & ait: *Nunc vastaberis filia latronis.* Ac si diceret: Postea hæc fient, sed prius vastaberis. Deinde quoniam proprietas verborum ipsa admonet ita interpretari: Nunc vastaberis, semper enim hæc dictio Nunc, ad tempus proximum refertur. Ita loqui solet Hoseas de captiuitate propinqua decẽ tribuũ prophetans, vt ca. 5. Nunc deuorabit eos mensis cũ partibus suis. Et cap. 8. Deuoratus est Israel, nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. Cum igitur de captiuitate prophetia sit, & duplex futura esset captiuitas, altera proxima, longissime distans altera, quis dubitet, cũ ait: Nunc vastaberis, de proxima interpretari, præsertim cum ipse se Propheta exposuerit, qui ca. 4. dixit. Nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsq; ad Babylonẽ: * Postremo quoniã statim ait: Et tu Bethlehẽ Ephratha paruulus es in millibus Iuda, quã opponit Ierusalẽ, propterea quod ex ea nasciturus esset Christus post illud tẽpus Babylonicæ captiuitatis. Quod magis postea aperit cũ ait: Propter hoc dabit eos vsq; ad tẽpus, in quo parturiens pariet. i. seruabuntur Iudæi, nec omnino delebuntur donec Christus adueniat. Quæ nõ possunt recte cohærere, si de excidio à Romanis inferendo hæc exponãtur. Vocat autẽ Ierusalẽ filiã latronis. i. latrocinijs, & rapinis deditã, sicut ca. 3. satis expo suit: Qui odio habetis bonũ, & diligitis malum, qui violẽter tollitis pelles eorum de super eis, & carnẽ eorum de super ossibus eorum, &c. Nam filia latronis est latro, siue latrocinans, quam phrasin late explicauimus Hos. 10. num. 29. est autem in Hebræo iucũda vocũ inter se allusio חתגדדי בת גדוד Quasi diceret: Nunc vastaberis filia vastatoris, aut, * Nunc diripieris filia direptoris. De translatione nunc contentio superest, nam Pagninus vertit: Nunc militabis filia militis. Vatablus autẽ: Nunc cõgregabis te turmatim filia turmæ, siue turbarum militarium, Eodẽ modo Chaldæus: Nunc per turmas sociaberis: At sciendum est verbum גדד significare colligere exercitum, siue accingere, & expedire se ad prælium, vt 2. Reg. 22. In te enim currã accinẽt⁹. Hinc גדודים dicuntur milites expediti, qui mittebantur ad depopulandum agros hostium, quos nostra translatio vocare solet latrones, & latrunculos. Sed & quilibet latrones hoc nomine ab Hebræis significantur, vt Hos. 6. Et: Quasi fauces virorum latronum. De quo pluradiximus Hos. 6. in principio. Propterea Hieronymus vertit: Filia latronis. Idem verbum significat concidere, siue incidere, vt Deuter. 14. Non vos incidetis, nec facietis caluiciũ Et. 5. Reg. 18.

Nunc

Incide-

Incidebant se cultris, & lanceolis. Quare sensus est: Nunc vastaberis, siue concideris, vtroq; enim modo Hier. in cõmentarijs interpretatus est. * Quæ interpretatio cõmodior profecto est, & plus habet energiæ, & minarum, quã si diceret: Nũc militabis, aut nunc congregabis te turmatim: & multo melius conuenit cum eo, quod sequitur: In virga percutiẽt maxillã iudicis Israel, quod fieri non potest, nisi capta iam vrbe. Hunc locũ ita, vt Hieronymus, trãstulerunt veteres, præter Lxx, quod his verbis docet Hieronymus: Hoc iuxta Hebraicum, cui interpretationi Aquila, & Symmachus, & Theodotio, & editio quinta consentiunt.

Obsidionem posuerunt super nos. Cito vrbem hanc obsidebunt Chaldæi. Dicit autem, *super nos*, quia & ipse ex terra, & tribu Iuda fuit.

In virga percutient maxillam iudicis Israel. Non de vno iudice loquitur, sed singularis pro plurali positus est, id est, Capieris à Chaldæis, qui victoria elati iudices, ac principes tuos, quos maxime honorabas, virga percutient in maxilla, id est, cõtumelijs afficient, ac ludibrio habebũt. Ex quo intelligere potes, quid minoribus, & plebeijs fiet, quando ita ignominiosè tractãtur principes. * Lxx In virga percutient super maxillam tribus Israel, id est, principes tribuum. Chaldæus: Percutiebant virga maxillas iudicũ Israel. Propterea non est addita in Hebræo litera ה, quæ significationem Græci articuli habet, vt sciremus non de aliquo certo iudice verba fieri. Quod si quis velit iudicẽ Israel intelligi Sedeciam regem, de quo scriptum est 4. Reg. vltimo. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem: & dicat inter hos quoque percussum esse in maxilla, diuinare poterit, certum aliquid proferre nõ poterit. Idem faceret, qui hæc verba ad CHRISTVM Allegorice referret: Nam neque de figura cõstat, regem, scilicet, Sedeciam percussum esse in maxilla, neq; de CHRISTO. Calamo percussum fuisse eius caput legimus, maxillam non legimus. Colaphos quidem legimus, non tamen maxillam fuisse percussam virga. Forte, inquies, virga etiam percussus est in maxilla: sed pari ratione, & pari probabilitate dicer alter: Forte non est virga percussus in maxilla. Mihi diuinare non libet. Omitto nec tempora conuenire figuræ, Sedecias enim si percussus est, capta iam vrbe, & soluta obsidione percussus est: cum autem CHRISTVS est irrisus, neque obsessa fuerat, neque capta vrbs.

Et tu Bethlehem Ephratha. Hunc locum 6
Iudæi, vt refert Theodoretus, & in capit. 2. Matthęi Chrysostomus, & Theophylactus & Euthymius, de Zorobabele interpretabantur, qui dux fuit redeũtium Babylone. Sed quantum delirent, ex verbis ipsis abunde intelligitur. Etenim Propheta de duce nasciturο in Bethlehem loquitur, Zorobabel autem Babylone natus est: Cum igitur hæc verba multo post Dauidis tempora dicta sint à Propheta, de quo solo suspicari fortasse poterant Iudæi esse intelligenda, quod ortus esset in Bethlehem. Constat de nemine intelligi posse, nisi de Domino seruatore, qui in diebus professionis natus est in Bethlehem; neque enim possunt nobis ostendere alium ducem natum in Bethlehem. Quare inter veteres Iudæos constabat omnium consensu, neque de Zorobabele hæc dici, neque de quouis alio, sed de Messia, siue CHRISTO, vt videmus Matth. 2. Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi sciscitabatur ab eis vbi CHRISTVS nascereturo. At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudæ. Sic enim scriptum est per Prophetam: Et tu Bethlehem terra Iuda, &c. Præterea verba adiũcta: Et egressus eius à diebus æternitatis, neque Dauidi neque alicui homini, qui Deus non sit, conuenire possunt, vt postea dicemus. * Hunc 7
locum difficillimum reddidisse videtur sanctus Euangelista Matthæus capit. 2. refert enim eum longe aliter, vt videtur, quam sit in Hebræo, & apud nos. Primum, quoniam vbi Propheta ait: Et tu Bethlehem Ephratha, ipse retulit: Et tu Bethlehem terra Iuda. Deinde cum Propheta dicat: Paruulus es, vt sis in millibus Iuda, ipse posuit: Nequaquam minima es in principibus Iuda. Tertio, quia Propheta ait: Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel, Euãgelista vero: Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Quæ sunt eodem ordine soluenda. Prima quæstio perexigua est, Etenim cum duplex esset Bethlehem, altera in Iudæ tribu notissima omnibus, cuius meminit scriptura. Iudic. 19. & primo Reg. 17. altera in tribu Zabulon, cuius meminit Iosue, ca. 19. addidit Prophetа necessario Ephratha, vt ostenderet se de

Universidad de Deusto
Biblioteca

illa loqui, quæ est in tribu Iuda proxima Ie-
rusalem, & in qua natus est Dauid, nascitu-
rusque erat Dauidis filius Christus. Vnde
Matthæus ca. 2. vt impletam iam esse hanc
Michææ prophetiam doceret, verumque
Messiam venisse, dixit. Cum natus esset
Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Hero-
dis regis: Et cum retulit prophetiam: Et tu
Bethlehem terra Iuda, quod nihil aliud est
quam si diceret: Et tu Bethlehem Ephra-
tha, id est quæ es in terra Iuda, & cogno-
minaris Ephratha.* Olim enim Bethlehē
dicta est Ephratha. Gen. 35. & 48. Mortua
est ergo Rachel, & sepulta est in via, quæ
ducit Ephratham, hæc est Bethlehem. Est
autem Bethlehem tribus Iudæ in sexto
milliario ab Ierusalem contra Meridianū,
vt scribit Hieron. in Locis Hebraicis, iux-
ta viam, quæ ducit Hebron, vbi & sepul-
chrum Dauid, & Iessæ ostenditur. Beth-
lehem, id est, domus panis, dicebatur pro-
pter fertilitatem, & ob eandem causam di-
cta est Ephratha, i. fructifera, vt hic ait Hie-
rony. & in Locis Hebrai. & alibi sæpe, sem-
perque sacramento tribuit, quod ex ea na-
sciturus esset Christus panis verus, qui de
cœlo descendit. Quamuis si scripturarū re-
cordemur, magis vtrumq; nomen habuis-
se videtur ab antiquis hominibus tribus Iu-
dæ, de quibus legimus. 1. Parali. 4. Isti sunt fi-
lij Hur primogeniti Ephratha patris Beth-
lehem. Quod apertissime indicāt Lxx, ver-
tentes καὶ σὺ οἶκος τῆς ἐκκλησίας τῶν ἐφραθᾶ quod
propter articulos additos omnino ita ver-
tendum est: Et tu domus Bethlehem filij
Ephratha. Atque ita loqui Lxx, & Græcos
passim videbit, qui obseruare volet, vt in pri-
mis verbis Sophoniæ & Luc. 3. in vniuersis il-
lis generationibus τοῦ ἰωσὴφ τοῦ ἡλὶ, τοῦ ματτὰθ,
τοῦ λευὶ, &c. Itaq; hic apud Lxx, vertisset
idē interpres. Et tu dom⁹ Bethlehē, qui fuit
Ephratha, i. filius. Hieronymus quidem, &
Theodoretus legūt: Et tu Bethlehē domus
Ephratha. Et Euseb. li. 2. de Demōstratione
Euang. Demonstratione. 5. & li. 6. c. 13. Et
Cypria. li. 2. contra Iudæos, c. 12. Et Ambro-
sius li. 5. epist. epi. 1 & alij veteres. Sed in hac
etiam lectione Ephratha nomē viri est. Sed
nominū significatio cōuenit optime myste-
rio Christi, vt Hiero. & alij patres exponūt.

Bethlehē Ephratha. 8

9 In secunda quæstione variæ sunt doctis-
simorū hominū sententiæ, quas ego libēter
omitterē & eam tantum ponerē, quā iudi-
co veriorē, nisi viderē multa esse falsa, quæ
veris probabiliora videātur, nec satis verita-
tē in tuto cōsistere; nisi refellantur, quæ illi
probabilitatis specie aduersantur. Hier. pro
positis Matthæi verbis, & nodū dissoluens
hæc scribit: Quod testimoniū neq; Hebrai-
co neq; Lxx interpretib⁹ cōuenire, me quo-
que tacente perspicuū est: & arbitror Mat-
thæū volentē arguere scribarū, & sacerdotū
erga diuinę scripturæ lectionē negligentiā,
sic etiā posuisse, vt ab eis dictū est. Hieron.
sequitur hic Glossa. & Ansel. & S. Thom. in
Matthæum, & sequi videtur Canus li. 2. de
locis Theolog. ca. 14. cum dicit, verba ponti-
ficū, & Scribarum Matthæum retulisse fi-
de, qua oportuit. Quāuis Anselmus, & Tho-
mas nonnihil addunt. Anselmus quidem
ait: scribæ obliuiscēdo, vel inuidēdo minus
ponunt, & quædā aliter dicunt, sensum ta-
men, & veritatē exprimunt. Thom. addit,
fieri etiam potuisse, vt sciēter ita retulerint,
vt ita Herodes melius intelligeret: ita tamē
vt sensum seruauerint.* Hæc Hierony. ra-
tio in huiusmodi hominibus, in quibus
maiora etiā vitia notabantur, satis tolerabi-
lis est: si tamē ad viros Spiritu sancto plenos
transferretur, esset intolerabilis, vt si quis di-
ceret Stephanum lapsum esse memoria in-
ijs, quæ refert Act. 7. aut Iacobū apostolum
in illis, quæ Act. 15. affert. Detraheretur
enim multū autoritatis grauissimorū viro-
rum verbis, quæ potius Spiritus sancti sunt,
quo pleni esse dicuntur. Quāuis durū pro-
fecto videtur tot scribas legis peritissimos,
totq; sacerdotes, atq; vtrosque principes, &
Ierosolymitanos, ita in verbis Prophetæ er-
rasse, vt ne vnus quidā extiterit, qui bene re-
cordaretur. Præsertim cū prophetæ omni-
bus Sabbatis legerentur in Synagoga, sicut
ait Paul. Act. 13. Hunc ignorantes, & voces
prophetarū, quæ per omne Sabbatum legū
tur: quod hodie quoque fieri videmus. Te-
nēt etiā memoriter legē, & prophetas, atq;
illa potissimū, quæ ad Messiā pertinebant:
quare interrogati ab Herode cōtinuo Mi-
chææ testimoniū proferūt.* Vidi Salmaticę
Iudęū quēdā satis ineruditū, ex quo cū mul-
ta Hispanico sermone quærerem; q⁹ ille Lati-
nè nesciret, siue ex historia, siue ex prophe-
tia, cōtinuo iubebat, vt nihil ampli⁹ dicerē,
memoriterq; referebat, & decātabat He-
braica. Quod cū alteriā Christiano narrarē
nihil, inquit, mirū, à pueris enim hęc omnia
mādāt memoriæ. Quomodo igit credēdū
est eo tēpore, quo maxime florebāt studia
legis,

legis, scribas, & principes sacerdotū nobilis-
simæ ciuitatis ita oblitos esse celeberrimæ
prophetiæ? Videas in Euang. reprehēdi eos
quod male verba legis, & prophetarū inter
pretarētur, sed qđ verba nō tenerent, aut à
legis studio abhorrerent, nusquā, quod me-
minerim, reprehēsi sunt. Quod autē Ansel.
& Thom. addunt Hier. quæstionē non sol-
uit, dicūt enim scribas sensum seruasse Mi-
chææ: atq; id nunc quærimus, quomodo in
verbis specie cōtrarijs seruat⁹ sit sensus idē.

12 Post suam sententiā Hier. quid etiam alij
senserint, nō tacet, sunt autē, inquit, qui asse-
rant, in omnibus pene testimonijs, quæ de
veteri testamento sumūtur, istiusmodi esse
errorē, vt aut ordo mutetur, aut verba, & in
cerdū sensus quoq; ipse diuersus sit, vel apo-
stolis, vel Euangelistis nō ex libro carpenti-
bus testimonia, sed memoriæ credentibus,
quæ nonnunquā fallitur. Hæc solutio plus-
quā par erat, placuisse videtur Erasmo in an
notat. in ca. 2. & 27. Matth. licet artifici dissi
mulatione contegat, vt solet, & celet. Verū
& falsa est prorsus, & orthodoxis minime fe
renda. Si enim semel in libris canonicis ali-
quid falsi inesse concedamus, cōtinuo ruit
tota scripturæ autoritas, vt est apud Augu.
epi. 19. ad Hier. Interest autem fere nihil, sit
ne ex obliuione falsum, an ex malitia: nā si
semel apostolus, aut Euangelista oblitus sit,
potuit eadē ratione sæpius obliuisci. Nec iu
uat Erasmū, qui multum de hoc errore tuē-
do solicitus videtur, nō fuisse hāc sententiā
reiectā ab Hier.* Est enim eius mos (quod
valde memoriæ mādandū est, ne putemus
eū multa dicere, quæ à fide catholica in pri-
mis abhorrent) tacitis sæpe autorū nomini-
bus opiniones referre, quæ apertū cōtinent
errorē, quas neq; refutat, neq; improbat, vt
inexperto lectori affirmari ab eo videantur
quæ refert, vt passim videre licet in cōmen-
tarijs epistolarū ad Galatas, & ad Ephesios,
in quibus plurima affert ex Origene, & ex
alijs cum veritate fidei, & cum sana doctri-
na parum congruentia. Cuius rei hanc ipse
rationem reddidit lib. 1. Apologię aduersus
Russinum: Expositoris officiū esse, vt vete-
rum referat sentētias, nec iudicium de illis
ferat, sed lectoribus optionē relinquat, vt id
probent, quod verius esse iudicauerint. Ni-
hil etiam huic causæ fauet, quod pro ea cita
tur ab Erasmo Augustinus, & Beda in ca. 1.
Marci: Nēpe Euangelistas nō seruare ordi-
nem rerum gestarum, sed sępe ita eas refer-
re, vt recordabantur. Fateor ita loqui Augu
stinum nonnunquam, vt lib. 2. de consensu
Euangelistarum, ca. 12. Immo & lib. 3. ca. 7.
aperte concedit potuisse fieri, vt Matthæus
in testimonio illo Ierem. quod citat cap. 27.
nomē Ieremiæ scripserit per obliuionē pro
Zachariæ. Beda quoq; in Marc. ca. 1. eadem
causa positū dixit à Marco, Isaiæ, pro Mala-
chiæ.* Etenim nō sensit vnquam Augusti-
nus, aut Beda, ex humana quadam, & natu-
rali obliuione ita eos scripsisse, sed Spiritus
sancti dispensatione, & prouidētia illa tunc
eorum menti, & cōsiderationi non fuisse
obiecta, quæ oblita videtur, vt ea potius scri
berentur, quæ scripta sunt, quæque eo tem-
pore magis scribi oportebat. Sed ita tamen
vt in huiusmodi ordinis, aut nominū muta
tione nihil inesset falsi, quoniam eius quod
falsum est, Deus autor esse non potest. Hoc
quod diximus, ex ipso August. Intelligitur,
Nā li. 3. c. 7. ita ait: Quid ergo intelligēdum
est, nisi hoc actū esse secretiore cōsilio pro-
uidentiæ Dei, qua mentes Euangelistarum
sunt gubernatę? Potuit enim fieri, vt animo
Matth. Euāgeliū cōscribentis pro Zacharia
Ieremias occurrerit, vt fieri solet: qđ tamen
sine vlla dubitatione emendaret, saltem ab
alijs admonitus, qui ipso adhuc in carne vi-
uente hoc legere potuerūt, nisi cogitaret re
cordationi suæ, quæ Spiritu sancto regeba-
tur, nō frustra occurrisse aliud pro alio no-
men prophetæ. Hæc August. & eadē verba
sunt apud Bedā in ca. 1. Marci, lōge alio sen-
su quā Erasm⁹ putauit, Et li. 2. c. 12.* Omnē
autē, inquit, falsitatē abesse ab Euangelistis
decet, non solū eam, quæ mētiendo promi-
tur, sed etiā eam, quæ obliuiscendo. At vero
si huiusmodi obliuionē, quam ponebāt illi,
quos refert Hieron. admittamus in hoc lo-
co, omnino falsi arguetur Euāgelista. Aut
enim seruat eundem sensum Prophetæ, &
ita nō est oblitus, id enim dicit, quod ille di-
xerat, tametsi non verbis eisdem: aut dicit
aliud, quod Propheta nō dixit, & ita falsum
est, quod dicit, profitetur em se Prophetiæ
vaticiniū recitaturū. Sic em, inquit, scriptū
est per Prophetā. Quare abit à filijs Eccle-
się, vt credant alicuius libri canonici autorē
lapsum esse memoria vel in re minima. Hęc
vero, quę ex Augustino, & Beda adduxim⁹,
rectę interpretāda sunt: Nā Euāgelistas ob-
litos fuisse ordinis rerū gestarum, cū scribe-
bant, mihi persuaderi nō potest, sed omnia
memoria tenentes ea tantum scribebant,

14

15

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ dictabat Spiritus sanctus,& singula eo
tẽpore,atq; loco,quo dictabãtur. Multo mi
nus illud,in animũ induceã,vt credã, fieri po
tuisse,vt Matthæo scribẽti occurrerit Iere.
pro Zacharia, aut Marco Esaias pro Mala-
chia. Sed nõ est huius loci copiosius hęc per
sequi,forsan in Zach. aliquid iterũ dicemus.

16 Alia huius nodi solutio est, quæ placere
quibusdã iam cæpit,est autẽ Andreæ Osian
dri hominis audacis,& arrogãtis,in annota
tionibus in lib. 1 suæ Harmoniæ,in cap. 10.
quam retulerũt Canus li. 2. de Locis Theo-
log. c. 14. & Cornelius Iansenius in sua Cõ
cordia. c. 9 Sed ego plenius referã. Docet il
le Euang. recte reddidisse sensum Prophe-
tiæ,si eiusdẽ Prophetæ verba recte etiã Hie
ron. transtulisset. Et vt necessario reprehẽ-
denda Hieron. trãslatio videatur, causatur
Euang. errasse, si nõ errauit Hiero. quãdo
quidẽ verba Prophetæ, vt ab eo versa sunt,
plane contrariũ sensum habent ei, quẽ ex-
pressit Euang. quoniã Hieron. vertit: Pa-
ruulus es,vt sis in millibus Iuda, Euang. vero
ait: Nequaquã minima es in principibus Iu
da. Ex quo perspicuũ fieri putat errasse Hie
rony. quãdoquidẽ errare nõ potuit Euang.
verba autẽ Prophetæ ita vertẽda esse dicit:
Et heus tu Bethlehema Ephratha, parũ est
vt sis inter Chiliadas, seu Chiliarchos Iudę.
&c. quod nihil est aliud, quã quod ab Euan.
dictum est: Nequaquã minima es in princi
pibus Iuda. 17 * Nã qui inter principes esse di
citur, non excellit alijs principibus, sed si de
eo dicas: Parũ est, vt sit inter principes, iam
principe maiore esse intelligitur, aut certe
cũ paucis inter reliquos principes excelle-
re. Quare Bethlehẽ inter excellentissimas
principũ vrbiũ his verbis à Prophęta collo
catur: recte igitur Euangelista dicit, eã ne-
quaquã esse minimã, vel inter minimas, sed
maximã potius inter principes vrbes Iudæ,
id est, inter reliquas insignes vrbes, excepta
Ierusalẽ, quę nõ numeratur inter principes,
sed vrbs regia est, & rex maior est principe.
Probat autẽ & ab Hieron. male, & bene à se
conuerti verba Prophetica, hoc maxime ar-
gumẽto. Hebræi neutro genere carẽt, ideo
que pro illo nũc masculino vtũtur, nũc femi
neo. Vt cũ dicitur. Nõ est bonũ hominẽ esse
solũ in Heb. est; Nõ est bonus homo esse so
lus. Ita in Hebræ. est apud Mic. Et tu Beth
lehẽ Ephratha צָעִיר לִהְיוֹת בְּ אַלְפֵי יְהוּדָה
צָעִיר autẽ idẽ est quod paruulus, Sed more
Hebræ. ponitur masculinũ genus pro neu-
tro. i. Paruulus pro Parũ, quod cũ non vide-
ret Hieron. vertit: Paruulus es, vt sis in milli
bus Iuda, cõtra sensum Prophetæ ab Euan. 18
explicarũ. * Quod si quis, inquit, Hiero. de-
fendere velit, dicatq; rectè transllatũ: Paruu
lus es, alterius erroris eum accusabit, multo
enim aliter tota sententia vertẽda erat, quã
ab Hieron. versa est, nẽpe sic: Et tu Bethle-
hẽ Ephratha minor es, quã, vt sis inter prin-
cipes Iuda. Hoc nõ aliter probat, quã quod
omnes Hebraicæ linguæ periti ita esse fate
buntur, & Chaldæus, qui masculino gene-
re accepit Sahir, ita etiã vertit: Et tu Bethle-
hem Ephratha, quodã modo minor fuisti,
quã vt numerari potueris inter Chiliadas
domus Iudæ. Sed hãc trãslationẽ ineptã, &
absurdã esse dicit, qui enim cõuenit, vt Beth
lehẽ dicatur minor, quã vt numerari possit
inter millia Iudę, & statim sequatur: Ex te
mihi egredietur, qui sit dominator in Israel,
quo ratio redditur superioris sententiæ, vt
indicauit Euang. dicens: Ex te enim exiet
dux, &c. Deinde quasi parta victoria trium
phum canit. Sed vbi, inquit, interim sunt su
perstitiosuli quidã, qui cœlũ terræ miscen
dũ putant, si quis alicubi à vulgata sacrorũ
librorũ editione dissentiant? An dissimula-
re poterunt Hiero. & quisquis alius, vt ipse
transtulit, hoc loco in vnius adiectiui nomi
nis genere discernendo tã periculose errasse,
vt eius erroris occasione autoritas Euan-
gelistę apud infirmiores propemodũ in du
biũ vocata sit, idq; in re minime obscura, in
qua etiã Euangelistã clarissimũ lumen præ
ferentẽ habuit? Quid putabimus in alijs in-
numerabilibus locis factũ esse, vbi rẽ per se
obscuram abstrusa aliqua sermonis proprie
tas reddit obscuriorẽ, & nemo interim sit,
quẽ tuto sequi potuerit? Hæc Osiãder veri-
tus fortasse ne se non satis suis, hoc est hæ-
reticis, probaret, nisi de vulgata nostra edi-
tione detraheret, quã omnes hæretici odio
plusquã Vatiniano prosequũtur. Eant nũc
Orthodoxi autores, & eã reprehendant, vt
hæreticis faueãt: quibus vel hoc solo nomi-
ne deberet esse carissima, q; hæreticis inui-
sa sit. In eãdẽ sententiã ire iam cæpere nõnul-
li apud nos, & ne plures eant, breuiter à no-
bis cõsutãda est. * Et quoniã fundamẽto il-
lo, quo tota nitiẽ, sublato, spõte ipsa corruet, Matthæ.
id euertam nẽpe nomẽ צָעִיר pro aduerbio & Hyper.
hoc in loco poni. i. nõ paruulũ significare, sed & Graec.
parũ. Principio omnes veteres interpretes, hic.
nouiẽtiã, quos vidim⁹, ita trãsferũt vt Hier.

& no-

& nomen esse volunt, nõ aduerbium. Lxx:
Et tu dom⁹ Bethlehẽ filij Ephratha paruula
es, vt sis in millibus Iuda. Chald. Et tu Beth-
lehẽ Ephratha, quæ minima fuisti, &c. Pa-
gninus: Et tu Bethlehẽ Ephrathah paruul⁹
es, vt sis in millibus Iehudah. Leo Hebręus:
Et tu Bethlehem Ephratha, paruula quidẽ
es inter chiliarchias Iehuda. Vatabl⁹: Parua
es vt sis in millibus Iuda. Galatinus lib. 4. de
arcanis catholicæ veritatis, c. 13. Paruula es
in millibus Iuda. Sed quid moramur? Ipse
Osiãder fatetur recẽtiores Hebręos omnes
ita vertere, & quorundã ex eis verba retulit
Galatinus loco indicato. De veteribus autẽ
interpretibus Aquila, Symmacho, Theodo
tione, nõ videtur dubiũ, quin ita quoq; ver-
terint: quandoquidẽ Hiero. eos sequi soler,
& nunc nihil diuersum ex eorũ trãslationi- 20
bus notat. * Erit ne igitur fas, vt vnũ Osian-
drum vniuersis, & veteribus, & recentiori-
bus trãslatoribus anteponamus? Sed respõ-
deret se his omnibus opponere pontifices, &
scribas, quos in Euang. consuluit Herodes,
quasi vero nullo aliomodo possint eorũ ver
ba conciliari cũ propheticis. Præterea cũ tã
sępe in scriptura legamus, Parũ est, Non pa-
rum est, ostendat Osiander ex his locum ali
quem, vbi pro Parum, sit in Heb. Sahir. Aut
ostẽdat poti⁹ vbi Sahir aliud significet, quã
adolescentulũ, aut paruulũ, minoremq; na-
tu. Nos enim plurimos locos indicare possu
mus, in quib⁹ nemo dubitet ita, vt diximus,
accipi, vt Psal. 67. Ibi Beniamin adolescentu
lus sum ego, & contẽptus, & alia multa. Hęc
autẽ significatio nõ bene cõuenit cũ Parũ,
non enim videtur hoc nomen significare
qđ quouismodo paruũ est, sed hominẽ ætа-
te paruũ, vt Gene. 25. Maior seruiet minori.
Gen. 43. Sederũt coràm eo, primogenitus iu-
xta primogenita sua, & minimus iuxta ætа-
tẽ suã, Hebr. Et minor, siue minimus, iuxta
minoritatẽ suã, si ita dicere liceret. Iob. 30.
Nunc autẽ deridẽt me iuniores tẽpore, Pro
Iuniores tempore est צְעִירִים. Et multa sunt
huiusmodi. * Vertamus hoc nomẽ in aduer
biũ iuxta phrasin Hebr. quã nos quoq; vsi-
tatã esse fatemur, & obseruatã ab Hiero. in
Eccl. c. 7. in fine: Et faciamus ex Adolescen-
tulus, aut ex Minor natu aduerbia, Adole-
scentule, & Minus natu, aut Parũ ętate, siue
Paruulũ ætate; & Latine verba Heb. redda-
mus: Et tu Bethlehẽ Ephratha, adolescẽtu-
le, aut minus natu, vt sis in millibus Iuda. Po
test ne reddi absurdior sensus? At hoc sona-
re debuit, si Sahir aduerbij loco ponit, quo-
niam vt dixi, non Paruũ significat, sed ętate
paruũ, quod non intellexit Osiander. Quo-
modo autem hęc significatio in verba Pro-
phetæ conueniat, paulo post explicabo, vt
magis Osiandri insciti a cũ summa arrogan
tia coniuncta eluceat. Valeat ergo noua, &
falsa, & arrogans interpretatio, & veterem
veram, congruentem, omnibus interpreti-
bus, & omnibus doctis, omnibusque sęculis
probatam amplectamur.

Tertia conciliatio est, quę sola fere recipi
tur à plerisq;. Paruula es ô Bethlehẽ, si muro 22
rũ ambitũ, & ciuiũ numerũ consideremus:
sed re vera magna es, quia ex te egredietur
maximus rex, & dux, atq; ideo Euang. dixit:
Nequaquã minima es. Græci licet breuiusi
me loquantur, in eam videtur inclinare in
c. 2. Matth. 1. Chrysost. Theop. Euthymius
&c. Lyranus hic, & in Matth. Canus li. 2. de
Locis, c. 14. Iansenius in Concordia, c. 9. Lu
douicus Viues in scholijs. c. 30. lib. 18. de ci-
uitat. Dei, & nonnulli alij ex recentioribus.
Nec multum discrepat, quod ait Rupertus:
Paruula es in oculis hominũ, sed nequaquã
minima es in oculis Dei. Et omnino ita vi-
detur intellexisse Chaldæus, qui vertit: Et tu
Bethlehem Ephratha, quæ minima fuisti,
adeo vt cõputareris inter millia dom⁹ Iuda,
ex te coràm me prodibit Messias, si quis ne-
get satis quęstioni fieri hac responsione, (nã
ea verba: *Ex te mihi egredietur, &c* causam si-
ne dubio reddunt superioris sententiæ, vt
Matth. indicauit dicens; Ex te enim exiet
dux, qui regat populũ meũ Israel: absurdeq;
loqueretur qui diceret: Tu Bethlehẽ paruu
la es, ex te enim egredietur maximus dux:)
dicemus subaudiẽdum esse aliquid in fine:
* Paruula es, ex te mihi egredietur, qui sit do- 23
minator in Israel, & ideo nõ es minima, sed
maxima: vel: Paruula es cõsiderato murorũ
ambitu, sed maxima es, quia ex te mihi egre
dietur, qui sit dominator in Israel. Potest etiã
obijci, Euang. si ita res habet nõ integre red
didisse sensum Prophetæ, quãdoquidẽ ipse
vnũ dicit: Nõ es minima, quia ex te egredie
tur, qui regat populũ meum Israel: Prophe
ta autem dixit duo, nunc paruulam esse, &
tamẽ ratione quadam esse maximam. Se-
& huic obiectioni respondebitur, eadẽ di
xisse Euang. Nequaquã minima es, vt nũc
videberis cõsideranti murorum ambitũ, &
ciuium numerum. Si autẽ quis obijciat sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

audiri in verbis propheticis ea, quæ & nemo possit suspicari esse subaudienda,& quę ipsi sensui videantur aduersari: ipse enim ait:Paruulus es,vt sis in millibus Iuda, nos autem subaudimus; Et ideo maximus es:
24 *Falsum,est quod obijcitur,immo & sensui Prophetæ congruit,quod subauditur,& lector non oscitans facile sibi persuadet id esse subaudiendum.Cum enim dicat Prophe ta.Et tu Bethlehē Ephratha, paruulus es,vt sis in millibus Iuda:& cōtinuo subditur: Ex te mihi egredietur,qui sit dominator in Israel:quis nō videt hæc verba nō efficere,vt sit paruulus,sed potius vt maximus sit,alūni enim nobilitant vrbes? Adde quod si forte obscurum id erat,iam ab Euangelista explicatum est.Quare probabilissima est hæc solutio,& satisfacere cordato lectori debet. Sed possumus facilius,& expeditius respondere,ita vt nihil etiam subaudiendo omnino Euangelistæ conueniat cum Propheta: Si dicamus verba Prophetæ cum interrogatione esse legenda.Et tu Bethlehem paruulus ne es,vt sis in millibus Iuda? Non sane,ex te enim mihi egredietur,qui sit dominator in Israel.Hoc autem Euangelista declarauit cum dixit: Nequaquā minima es,
25 &c.* Hoc vt ab alijs ante se dictū referunt Isidorus Clarius in huius loci Scholijs, & Iansenius cap.9.Concordiæ Euāgelicæ, & Viues ita etiā exposuit in Scholijs cap.30.li. 18 de ciuitate Dei. At non probant,neque confirmant;Sed confirmāda est, quoniam & expeditissima,vt dixi, & verissima mihi hæc conciliatio videtur. Primum notum est,& certum,multa esse in scriptura, quæ nisi pronuntiatione, & gestu adiuuentur, recte intelligi non possint, vt quæ ironice dicuntur, vt Gen. 3. Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis. & 3.Reg.vltimo:Michæa tre debemus in Ramoth Galaad ad pugnandum, an cessare? Cui ille respondit: Ascende,& vade prospere, & tradet Dominus in manus regis. Quæ nisi ironicè pronuntientur,mendacius omnino Propheta videbitur,vt ex cōsequentibus perspicuū est. Et quæ per interrogationem dicuntur: vt Roma. 8. Quis accusabit aduersus electos Dei, Deus qui iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus, qui mortuus est, &c.Si sine interrogatione legas. Deus qui iustificat,& Christus Iesus,qui mortuus est absurdus sensus efficitur,intelligetur enim Deum,qui iustificat,accusare,& Christum Iesum, qui pro electis Dei mortuus est.Sed adde interrogationem vtrique, nihil dicitur commodius. Quis accusabit aduersus electos Dei:Deus,qui iustificat:Christus Iesus,qui mortuus est:Quomodo illos accusabit, qui iustificat,& qui pro eis mortuus est,qui etiam interpellat pro nobis?Ita hæc exposuit Augustinus lib.3.de doctri. Chri-
26 stiana cap.3*.Ita ergo aduersari videbitur Prophetæ Euangelista. Sed si verba Prophetæ interrogando dicantur, cōsentiunt. Proferam præterea locum simillimum,vnde omnia confirmentur, ex Isaiæ. 49. Parū est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob,&c. Pro quo Lxx verterunt. Magnū tibi est,vt voceris puer meus,vt suscites tribus Iacob.Cur Lxx,quod in Hebræo dicitur, Parum est,vertunt: Magnum est? Plane,quoniam & si apud nos nota interrogationis non sit,ipsi viderūt per interrogationem legi debere ex traditione maiorū, qui interrogādo legebant fortasse. Quod Chaldeus prorsus aperuit,cum vertit:Num quid parum vobis est,quod vocemini serui mei? &c.Si ergo hic, cum nota interrogationis nullam videamus,(quæ vt arbitror,nulla erat apud veteres) per interrogationem tamen dictum merito accipimus, quia ita Lxx interpretes transtulerunt,qui in re perspicua falli non potuerunt: cur nō dicamus in Propheta cum interrogatione quoque positum:Et tu Bethlehem Ephratha,paruulus es,vt sis in millibus Iuda, quādoquidem
27 Euangelista vertit:* Nequaquam minima es?Denique extant duo antiquissimi codices Gothici Sancti Isidori contra Iudæos: extant & Biblia Gothica antiquissima,quę Ecclesia Toletana dono accepit à Sancto Ludouico rege Galliæ,vt tradunt,& honorifice seruat,vt pretiosissimū thesaurum:in quibus omnibus legitur hoc loco:Et tu Bethlehem Ephratha,nūquid paruula es?&c. Verum ante quam reliqua explicem,admonere vitium est in nonnullis veterum libris referentium hoc Michęæ testimoniū iuxta Lxx translationem,ita legi:Et tu Bethlehem domus Ephratha, nequaquam minima es,&c. Vt apud Origē.lib.1.contra Celsum, versus finem,apud Euseb. lib.6.de Demonstrat.Euang.cap.13.apud Ambro. lib. 5.epistolarum,epist.1 apud Augusti. 18.de ciui.cap.30.& quidem cum se Michęę verba recitare profiteantur. Immo in versione Lxx interpretum, quæ est apud Hieronymum,

mum, eadem est lectio. Sed omnino arbitror librariorum errore id factum esse putantiū ita esse debere in Lxx,sicut est apud Matth. Nam apud Euseb.in Græco codice Roberti Stephani plane legimus in loco indicato: Et tu Bethlehē dom^s Ephratha paruula es,siue paruulus. Et Ambr.loco citato paulo post ait: Propheta dixit: Minimus es: Euāgelista: Nō minima es; quæ discrepātia verborū est,non sensuum.Quamuis video etiam obliuione ipsorum patrum fieri potuisse, vel potius perspicuitatis causa, quoniam apertius quod ipsi volebant, dictum est ab Euāgelista,quam à Propheta: & ideo consulto vtriusque verba miscent. Quod apertius cernitur in Chrysostomo, qui in Demonstratione : Quod CHRISTVS sit Deus,ita ait, Et alius locum,in quo nasciturus erat, ostendit dicens: Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam es minima in principibus Iuda , ex te enim egredietur dux,
28 qui reget populum meum Israel. Et exitus eius ab initio à diebus sæculi.
At hoc non est ab autoribus explicatū,sine quo tamen recte Propheta intelligi non potest,Cur Bethlehem dicatur עֲצִיר cum prouerimus eo nomine significari hominē natu minorem,siue adolescentulum.Et si mul explicabitur cur dixerit: *Et tu Bethlehe parunlus es* cum constet nomina vrbium,& oppidorum feminea esse,qua causa Matth. dixit:Nequaquā minima es.Iansenius quidem dixit,subaudiendum esse,Vicus,quod & alij senserunt,vt sit:paruulus vicus es,sed nomen Hebraicum masculini generis signari oportuit , quod cum signatum esset, iterum quęreremus,cur vrbs dicta sit Sahir id est,adolescentulus, aut minor natu.Est ergo in memoriam reuocandum quod ad notauimus Hamos. 5. num.3. Scripturam loqui de vrbibus,perinde ac si homines essent, aut mulieres, vt in eodem capite. Virgo Israel proiecta est in terram . Et Ezeci.
29 16.dicitur Ierusalem: Soror tua maior Samaria,ipsa & filiæ eius, quæ habitant ad sinistram tuam. Soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. * Quā phrasin Lxx minime ignorantes,Iosue.14.vbi nos habemus:Nomen Hebron ante vocabatur Cariatharbee, Adam maximus ibi inter Enacim situs est. Et in Heb.est Adam maximus in Enacim ipse,sue homo maximus(nam Adam Hebræis& proprium nomen est primi parentis,& cō-
30 munc omnium hominum) ipsi verterunt μητροπολις των ενακιμ αυτη, id est, Metropolis Enacim hæc, hoc est, ipsa est maxima omniū vrbium, quæ fuerunt in terra gigantū illorū,qui erant de stirpe Enac. Atq; vtraque versio satis apta est. Quare de Bethlehem Propheta loquitur, quasi de homine adolescentulo, & quia adolescentuli, siue pueri, nō sunt inter maiores honorandi,& numerandi,præterea etiam parui sunt,nec eam molem corporis habent, quam virilis poscit ætas,recte ait,ò Bethlehem, adolescēs tulus es,paruulus es,vt possis inter millia Iuda computari,& honorari,minimus homūcio es, vt computeris inter principes, quos habet terra Iuda. Propterea etiam Lxx dixerunt ολιγοστος,id est, paruulus es. At Euangelista apertius, quasi de vrbe locutus est: Nequaquam minima es,quamuis in verbo sequenti ad eandem metaphoram,& phrasin Prophetæ redijt. Nūc explicemus quid sit: *In millibus Iuda*, & cur Euangelista dixerit:In principib^s Iuda.* Iansenius docet causam huius varietatis esse duplicem Hebraici nominis significationē,nam אַלְפֵי significat millia,& principes. Sed hinc videtur effici, cum Euangelista minime decipi potuerit,deceptum esse nostrum interpretē ambiguitate vocabuli,qui vertit, *In millibus Iuda*, cū Euangelista doceat vertendū fuisse,In principibus Iuda. Quod si ille deceptus est:Lxx etiā,&Chaldęus,& plurimi interpretes decepti sunt, qui similiter verterunt. Possemus pro Iansenio respondere vtrumque significatum fuisse à Prophera, sed cum Hieronymus videret alterum expressum esse ab Euangelista, alterum ipse expresisit, vt vtraque significatio intelligeretur. Sed melius fortasse dicemus, Millia Millia.
in scriptura pro magno quouis numero poni,id est,pro multitudine, vt Cant. 5. Dilectus meus candidus, & rubicundus, & electus ex millibus . Pro quo in Hebræo est: Electus ex multitudine. Quoniā ergo Propheta multitudinem posuerat, neq; cuius rei esset illa multitudo, indicauerat, hoc Euangelista exposuit dicens : In principibus Iuda . Principes autem vocat nobiliores vrbes, ac si de hominibus loqueretur, nam ηγεμων est princeps,aut dux,ab ηγεμαι, quod est, præco,aut duco. Sensus ergo est: O Bethlehem Ephratha,paruula ne vrbs es, vt numereris inter tam multas vrbes, quæ sunt in tribu Iuda? Non sane, sed omnium

Reg. Verba pronuntiationē,& gestu adiuuāda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maxima, & nobilissima. Causa autem redditur sequentibus verbis.

31 *Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.* Hic iam videmus sensu nihil discrepare Euãgelistam, qui dixit: Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Etenim Propheta dixit מוֹשֵׁל, id est, dominator, Lxx ἄρχων quod idem est, vt regiã Christi potestatem exprimerent. Euangelista dixit: Dux, quod principatus nomen est, & addidit verbum ποιμάνει, id est, pascat, pro quo noster interpres posuit Regat, videlicet more pastoris. Ita etiam Psal. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, pro Reget, est ποιμανεῖ, pascet. Quo verbo & eadem regia potestas declaratur, & ratio dominandi, ac regendi, quod sicut pastor futurus sit, in quo paterna cura ostenditur. Vnde Homerus propter vtrumq; Agamemnonem, quem mire vbique collaudat, passim vocat ποιμένα λαῶν, id est, pastorem populorum. Id circo de CHRISTO & hoc prædictum erat Ezec. 34. Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meũ Dauid.

Pascere.

32 * Notandum etiam illud: *Ex te mihi egredietur.* Loquitur enim de eo pater, quomodo patres loqui solent de filijs, Mihi natus est filius. Gen. 21. Vocauitque Abraham nomen filij sui, quem genuit ei Sara, Isaac, & cap. 24. Filia sum Bathuelis filij Nachor, quẽ peperit ei Melcha. Ita Rom. 1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Ita etiam ceteræ gentes loquuntur. Vt:

6. Æneid. *Quem tibi longæuo seruum Laurinia coniux*
Educet Siluis regem, regumque parentem.

Et Homerus:

Iliad 5. τὶν γάρ ἐμεῦ γένος ἐστί, ἐμοὶ δ' σε γάνατο μήτηρ, id est, Ex me enim genus es, & mihi te genuit mater. In eo quod ait: *Qui sit dominator in Israel* impius R. Dauid, & Christiani nominis hostis putat probari IESVM Dominum nostrum nõ esse Messiam. Christianis autem, inquit, qui IESV Nazareno hanc prophetiæ partem attribuentes, ipsum & in Bethlehem natum esse, & Deum ab initio, & diebus sæculi fuisse affirmant, ex eo responsum datur, quod ipse in Israel dominator non fuit, sed magis illi de Israel dominati sunt ei. * Ad alterum de diebus sæculi, siue æternitatis paulo post, nunc ad hoc, de quo agimus, respondeamus. Errat perfidus Iudæus nescienꝫ scripturas, neque virtutem Dei. Et quia nihil norunt, nisi carnaliter interpretati, nullum Israelem agnoscit, nisi secundum carnem natum ex Israele. Nos scimus ex Paulo esse Israelem secundũ carnem, & secundum spiritum, siue Israelem Dei; scimus omnes credẽtes siue ex Iudæis, siue ex gentibus vocari Israelitas, vt eleganter docuit Apostolus Rom. 9. & vocari domum Iacob, & Sion, vt Luc. 1. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Et Psal. 2. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mõtem sanctum eius. Quod si de solo Israele secundum carnẽ esset prophetia, nonne multa Iudæorum millia cõuersa sunt ad CHRISTVM prædicantibus apostolis? De quibus Iacobus ait: Vides frater quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt? Deinde prophetæ docent, vt vidimus Hos. 3. Iudæos in fine sæculi ad Christum esse conuertendos, & quotidie multi conuertuntur. Dominator ergo est in Israele IESVS noster Nazarenus. * Et quia illi nouum testamenti libros nõ recipiunt: ex ijs, quos recipiunt, possumus illis probare Israelem vocari etiam eos, qui ex gentibus veniunt ad CHRISTVM. Satis autem erit vnum, aut alterum locum indicare, vt ex ijs similes intelligantur. In Hoseæ scriptum est: Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum. Dicat Iudæus, qui nam sint hi filij Israel. Nõ decem tribus, alioqui intra paucas lineas sibi ipsi Propheta aduersaretur, dixit enim paulo ante: Voca nomen eius, Absque misericordia, quia non addam vltra misereri domui Israel, sed obliuione obliuiscar eorũ. Quod de decem tribuum perpetua captiuitate dictum est, vt suo loco demonstrauimus. Nõ de hominibus aliarum tribuum, qui erant cum tribu Iuda, nam ij nomine Iudæ intelliguntur, neq; quidquam dicitur de domo Iuda, aut de vris Iuda, siue de Iuda, quod non ijs quoq; cõmune sit. Necesse est ergo filios Israel vocari, qui ex gentibus crediturі erant. * Et Iere. 31. Ecce dies venient, dicit Dñs, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundũ pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehẽdi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti, pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc est pactum, quod feriã cum domo Israel post dies illos. Dabo legẽ meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, &c. Quod nam est hoc

1. Cor. 10. Gal. 4.

Act. 21.

Hos. 1.

34

35

Israel.

Quomodo probetur contra Iudæos Christum fuisse dominatorem in Israel.

33

fœdus

fœdus nouum, quod vocat בְּרִית, id est, testamentum, pactum, nisi lex Euangelica, quæ non est scripta in tabulis lapideis, vt vetus, sed in tabulis cordis carnalibus? Cum autem hanc legem ex Israele secũdum carnem pauci admodum, ex gentibus autem infinita pene multitudo susceperit, in quibus fieri experimur, quod ait Propheta, id est, nouam legem eos accepisse in corde scriptam, & in visceribus, Deum esse eis in Deum, illos autem ei in populum, & cetera, quis dubiter Israelẽ etiam vocari, qui ex gentibus venerunt ad Euangelium, nam multo plenius in illis impleta est prophetia, quam in populo Iudæorum? Sed hoc apertius etiam in nostro propheta videbimus. nu. 74. vsque ad 80.

36 *Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis.* Quoniam dixerat: Ex te egredietur, ne homo tantum putaretur is, qui egressurus dicitur, vt Dauid, qui etiam natus fuerat in Bethlehem, recte addidit: *Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis*, quæ verba diuinã CHRISTI naturam apertissime comprobant contra Iudæos, & contra Arianos. Est autem, quemadmodum ait Hieronymus: ac si diceret: Carnis assumptio diuinam nõ impedit maiestatem, de me enim natus est ante omnia sæcula, & temporum conditor in tempore non tenetur. Ab initio, id est, antequam quidquam fieret. Ne autem possemus excogitare vllo modo tempus, aut durationem, qua cœperit esse, addit: A diebus æternitatis. Itaq; quamuis egressus plurali numero dicantur, quod est in Hebræo apertius מוֹצָאוֹתָיו, id est, egressiones eius, & in Græco ἔξοδοι, non de duplici CHRISTI natiuitate nũc loquitur, (vt vult Galatinus citans suum Rabbenu Haccados lib. 4. cap. 13. & quidam recentiorum) sed tantum de diuina, & æterna natiuitate, vt volunt veteres patres, Hieronymus, cuius iam expositionem retulimus, & Eusebius libr. 7. de Demonstr. Euang. cap. 2. Demonstratione. 4. Chryso. in Demonstratione. Quod CHRISTVS sit Deus, & in illud Psal. 44. Sedes tua Deus in sæculum sæculi, Cyrillus libr. 2. de Trinitate versus finem, & in homilia quadã contra Nestorium, quæ est quarta, ex paucis, quæ sunt post eius epistolas, & Theodoretus, & Rupertus. * Nec immerito hoc dicũt, quoniam de humana natiuitate iam dixerat: Ex te mihi egredietur, &c. nec necesse erat continuo iterum dicere, vt bene

37

Ioan. 1.

ait Chrysologus locis citatis, sed quod non erat dictum, id est, de diuinitate id addẽdum fuit. Nec potest recte explicari quomodo egressus Christi secundum carnem sit ab initio, à diebus æternitatis, nisi nobis à Galatino obtrudi patiamur somnia Iudæorum, particulam materiæ, ex qua virgo Maria formanda erat, signatam fuisse in Adam à diebus æternitatis, siue sæculi, id est, ab initio mundi, inde per successiones ad beatissimã virginem venisse. Quæ persuadere nobis nititur lib. 4. cap. 13. & lib. 7. cap. 1. & 3. & 4. Sed falsa esse hæc, neque alio modo corpus virginis fuisse in patribus, quam corpora ceterorum, satis docet S. Thom. 3. part. qu. 31. artic. 6. Quare patres pro eodem accipiunt Ab initio, & à diebus æternitatis, siue sæculi, vt cum Lxx legunt. Cur igitur *Egressus* pluraliter dicit, Si tantũ de diuina, eademq; implicissima natiuitate sermo est? Ad hoc ita respondet Vatablus: Plurali vtitur, quia semper procedit à patre iugi emanatione, & processione, heri, hodie, & olim. Placet responsio, cuius sensus est, quia hæc natiuitas coexistit multis durationibus, & varietatibus temporum, & æternitati ipsi, perinde ac si multæ natiuitates essent, quæ varijs temporibus fierent. Sed addamus alteram peritam ex obseruatione locutionis scripturę. Solet illa in rebus maximis nominandis plurali vti pro singulari, siue quantitate sint magnæ, siue qualitate. * Habent enim Hebræi propter energiam linguæ suæ varia genera locutionum ad amplificandum, vt Iob. 40. Ecce Behemoth quem feci tecum. Behemoth pluralis est, & ponitur pro magna bestia, quę videlicet tãtæ molis est, vt multas in se cõtinere videatur. Prou. 1. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. Hebr. חָכְמוֹת, id est, sapientia. Loquitur enim de sapientia diuina, quæ omnẽ cõtinet sapientiã. Ita Deum vocat scriptura plurali numero אֱלֹהִים, id est, iudices, quod in se contineat omnes iudices, id est, omnem ad iudicandum potestatem, & sapientiam. Eadem ratione dicitur pluraliter Dominus, id est, אֲדֹנִים, quod omnem contineat dominatum. Eadẽ causa opinor magnum draconẽ vocari תַּנִּינִים, id est, cõgregationem eorum, quod in vno multi videantur esse cõgregati: quod est in Hebr. Psal. 73. Tu confregisti capita draconis, id est, Diaboli draconis maximi. Et Psalm. 103. Draco iste, quem formasti ad il-

Regul 38 In rebus maximis scripturã plurali vtitur pro singulari.

luden-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leuiathan.

ludendum ei. Isa. 27. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & forti super Leuiathan serpentē vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum. Leuiathan vocat Diabolum, quasi draconem magnum, plenum & ferocitate, & veneno. Ita ergo natiuitatem omnium nobilissimam, & quę perfectionem omnium natiuitatum continet, egressus vocauit.

39 Quo nodo ex his verbis prodeatur Christi diuinitas aduersus Iudæos, & Arianos.

Sed magna est in hoc loco quæstio, arq; eo difficilior explicatu, quo intacta relicta est ab autoribus, quomodo possimus his verbis vel Iudæos conuincere, vel Arianos, cum constet ex scriptura hæc, quibus nos demonstrati CHRISTI diuinitatē arbitramur, nempe, Ab initio, &: A diebus æternitatis, dici etiam de rebus creatis, quæ tē pore ceperunt. Nam pro: Ab initio, est in Hebræo מֵרֹאשׁ, quod de paradiso dicitur. Genes. 2. vbi habemus: Plantauerat autem Domin Deus paradisum voluptatis à principio. Isa. 45. Quis auditum fecit hoc ab initio? Psal. 76. Cogitaui dies antiquos, Hebr. Dies מִקֶּדֶם. Similiter pro eo, quod nos hic habemus: A diebus æternitatis, in Hebræo est, A diebus עוֹלָם, in Græco: A diebus αἰῶνος, id est, sæculi. Sed holam, & dies holam scriptura sæpe accipit pro longissimo tempore, & de rebus creatis dicuntur, vt Ham. 9. Et reædificabo eum, sicut in diebus antiquis, Hebr. In diebus holam. Deut. 32. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Similiter αἰών, siue sæculū, sæpe non æternitatem significat, sed longissimum tempus, siue quod præcessit, siue quod futurum est, & ita dicitur toties in scriptura: A sæculo & vsque in sęculum. Ita etiā apud Homerum, Penelope mortem sibi optans, causam reddit:

Dies sęculi.

αἰών. Sæculum.

Ὑπα μοιρ' ὀδυρομένη κατὰ θυμὸν
αἰῶνα φθινύθω.

18. Odyss.

id est, ne adhuc animo lugens, in sæculum macerer. * Immo vero si rem ad viuum resecare volumus, neque Æternum quidem semper dicitur quod principio, vel fine careat, sed quod vetustissimum est, etiam si aliquādo cœperit, & quod diu duraturum est, etiamsi aliquādo finem sit habiturum. Nec mirum cum pro æterno in Hebr. Semper tere sit holā, in Græco autem αἰών, siue αἰώνιον. Quod etiam patres docent. August. lib. 16. de ciuit. cap. 26. & in libro contra Origenistas, & Priscillianistas, ca. 6. tradit αἰώνιον, siue æternum, in scriptura dici quod non habet finem, aut vsque in huius sæculi renditur finem. Vt Isa. 34. de Ierusalem: Ascendet fumus eius in sempiternum. Et in quæstionibus in Genes. qu. 31. docet æternum dici in scriptura, cuius finis nō constituitur, vt etiā apud Horat.

Horat. lib. 1 epistol.

Seruiet æternum, quia paruo nescit vti.

Damasc. lib. 2. cap. 1. ait αἰὼν, id est, sęculum, accipi pro vniuscuiusque hominis vita, quo modo acceperunt Homerus, & Horatius in verbis citatis, & apud eundem Homerū Sarpedon Saucius Hectorem precatur.

Πριαμίδη, μὴ δήθε ἕλωρ Δαναοῖσιν ἑαυῆς
Κεῖσθαι, ἀλλ' ἐπάμυνον, ἐπιστάμε καὶ λίσσει αἰδῶ
Ἐν πόλει ὑμετέρῃ. Hoc est:

Priamide, ne me prædam Danais sinas
Iacere, sed auxiliare: postea etiam me deserat æon, (id est, vitæ meæ tempus)
In vrbe vestra.

Accipi etiam dicit pro vniuersa vita præsenti, id est, pro totius temporis termino, quod ante docuerat Arist. libr. 1. de cœlo, cap. 9.

* Loci scripturæ apertissimi sunt: Exho. 21. Perforabitque aurem eius subula, eritque ei seruus in æternum. Psal. 23. Et eleuamini portæ æternales, cum tamen aliquando nō fuerint. Legimus etiam in Paulo tempora æterna, siue sęcularia, pro antiquissimis, siue ab initio mundi, vt Rom. vltim. Secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti, quod nunc patefactum est per scripturas prophetarum: Loquitur autem de aduētu, & mysterio CHRISTI. Ad Titum. 1. In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur, Deus ante tempora sæcularia, manifestauit autem temporibus suis verbum suum. Vtroque loco vocat χρόνους αἰωνίους, quæ videlicet currere cœperunt ab initio sæculi. Ita etiam sæculum accipiunt Euangelistæ pro initio mundi, vt Luc. 1. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius. Iohan. 9. A sæculo non est auditum, quod quis aperuit oculos cæci nati. Quæ si ita sunt, nō est mirandum Dauidē Kimhi aduersus Christianos hæc scripsisse: Et cum Messiam Deum esse probant, eo quod à diebus sæculi fuisse dicatur: respondeo eos in hoc falso argumētari, cum ante mundi initium Deus fuerit, & per eos tunc ipsum creatum fuisse, & per eos tunc ipsum creatum fuisse, &c. * Aretur, quod absurdum est dicere, &c. * Ac si dicat: Non possunt hinc probare suum IESVM esse Deum, quoniam Deus ante sæculum est. Michæas autem non dicit Messiam

Obiectio D. Dauidis aduersus Christianos.

siam ante sæculum fuisse, sed à diebus sæculi: Præterea omnia, quæ in scriptura æterna fore promittuntur, hac eadem responsione eludi poterunt. Et cum Origenes, & eius sectatores pœnas dānatorum æternas esse negauerint, quomodo illos conuincemus: Nā si de Matthæi Euangelio protulerimus: Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam; æternum, & αἰώνιον esse dicēt, quod multo tempore duraturū est. Iam fortasse aliquis dicat inutile esse ita morose proprietates vocabulorum expendere, neque iuuari eare Ecclesiam, sed labe factari eius arma, ac retundi. Sed huius ego insciliæ misertus dicam non latere hæc Iudæos, aut hæreticos, quare si impræmeditati, atque imparati cum illis disputantes hæc obijceremus, neq; pro veritate respondere, vimq; testimoniorū tueri scitemus, risum illis moueremus, ac pertinacius in posterū in suis erroribus hærerent. Quare multum sine dubio Ecclesiæ fidem, & eos, qui aduersus Iudæos, aut hæreticos disputaturi sunt, iuuat quisquis ea prænider, quæ illi responsuri sunt, & ea refutare, & coarguere docet.

Matth. 25.

43

Difficilis omnino quæstio est, sed si tantum verba nostri prophetæ explicare velimus, non erit difficile diuinitatē CHRISTI tueri. Etenim dicere possum⁹ egressus eius vocari opera, per quę egrediebatur, & in cognitionem hominum se dabat, vt cap. 1. num. 5. diximus Deum egredi, cum aliquo opere mirabili ostendit potentiam suam. Quasi dicat, ab initio mundi, & à diebus primis operabatur is, qui nascetur in Bethlehem. Hieronymus: Egressus eius ab initio æternitatis siue ab initio sæculi: quia semper ipse locutus est per prophetas, & sermo Dei factus est in manu eorum. Ostenditur autem Deus esse, qui ab initio operabatur, & nihil aliud est, quā si diceret: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est. Verum & si dicamus exitus eius vocari diuinam natiuitatem, vt ex patrum sententia explicauimus, liceret dicere, æternitatem non probari necessario ex eo, quod egressus eius sint ab initio, neque ex eo, quod sint à diebus æternitatis, si hęc disiungamus; at si alterū cum altero iungamus, probari omnino. Neq; enim inuenietur vnquam de re, quæ aliquando cœperit, scriptum, simul: Ab initio, & A diebus æternitatis. Nam geminatio auget valde, vt [illegible] in sęculum, non est neces-

Iohan. 1.

te æternitatem intelligere: Si vero dicas: In sæculum, & sæculum, aut in sæculum sæculi, aut, In sæcula sæculorum, proculdubio æternitas indicatur, vt diximus capit. 4. nu. 47. * Sed ne defugere videamur, & aliorum locorum, qui obiecti sunt, vim, atque intelligentiam aperiamus: prima obiectio ita videtur posse solui. Scriptura solet sæpe dicere. Ab initio, pro Ab æterno. Vt Prou. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquā faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Et 1. Iohan. 1. Quid fuit ab initio, quod audiuimus, &c. Tunc autem ab initio, non significat à tempore, quo res esse cœperunt, sed antequam quidquam fieret. Hoc autem dicit scriptura sæpe pro eo, quod est, Ab æterno, vt Psal. 89. Priusquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, à sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus, Ephe. 1. Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti, & immaculati. Loquitur autem ita scriptura, quoniam antequam orbis fieret, non erat nisi æternitas. Ita vero accipi: Ab initio, pro Antequam quidquā fieret, vel illud docet, quod in Psalm. 54. Vbi legimus: Exaudiet Deus, & humiliabit illos qui est ante sæcula, pro eo quod Lxx dixerunt, Ante sæcula, in Hebræo vnica est dictio מִקֶּדֶם, id est, initio, עוֹלָם autem (vt docet Hieronymus, in illud Gal. 1. * Vt eriperet nos de præsenti sæculo nequam) cum scribitur sine litera ו, significat annum iobilei, id est, quinquagesimum, vt Exhod. 21. Eritque ei seruus in æternum. Cum habet literam ו, significat æternitatem. Itaque propria huius nominis notio hæc est, vt id, quod finem non habet, aut principium nō habuit, hoc nomine intelligatur. Idemque nobis significat Æternum, siue Æternitas, & Græcis αἰών, siue αἰώνιος. Ita enim docuit Aristot. 1. de cœlo, cap. 9. αἰῶνα significare finem, qui continet vniuersum tempus infinitum, eo quod semper sit, & dictum esse αἰὼν ab ἀεὶ ὄντα, id est, ab eo, quod semper sit. Dixit hoc iuxta errorem suū, quo tempus semper fuisse, & semper futurum existimauit. Quare Aristoteli αἰών significat durationem, quæ principio caret & fine. Sed quoniam quæ incertum, & remotissimum principium, aut finem habent, perinde hominibus censentur, ac si principio carerēt, aut fine: hinc fit vt similitudine, siue pro-

44

Ab initio.

45 עוֹלָם. αἰών. Sæculum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

portione quadam, tametsi minus proprie, ad res etiam huiusmodi hæc nomina transferantur, Holã, Æternum, עולם, vt in obiectione satis probatũ est. Ex quo multa scripturę, & sanctorũ patrum, qualia iam retulimus, perspicue intelliguntur. Dicitur etiã æternum ex hypothesi quadam, quod finẽ quidem, aut principium habere non dubitatur, sed si res essent æternæ, id quod de eis dicitur, esset etiam æternum, vt in propositis exemplis: Perforabitque aurem eius subula, eritque ei seruus in æternum. Si enim huiusmodi homo nunquam esset moritus, semper esset seruus, nulla temporis successione manumitteretur. Ita qui paruo nescit vti, æternum seruiret, si æternum viueret. Et Penelope si æternum coniuge suo careret, æternum cruciaretur. Itaque proprie in his omnibus accipitur æternum facta illa hypothesi. * Sed quoniam vocabula, nisi quid cogat aliter interpretari, semper proprie accipienda sunt, & hæc regula non magis scripturæ, quam omnium disciplinarum est, semper æternum intelligemus, quod durationis terminum nõ habet. Atque idem dico de Holam, & de Æone, siue sæculo. Vt cum dicitur Psalm. 44. Sedes tua Deus in sæculum sæculi, & Dan. 12. Et qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates: Nihil est, quod nos cogat improprie accipere, dicemus ergo proprie accipi. Similiter: Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Proprie hic æternum ponitur, quia nihil est quod coartet, & (vt Dialecticorum more dicamus) restringat hãc æternitatem. Est enim anima immortalis, & immortalia esse par est eius præmia, & supplicia. At cum dicitur in Hamos: Et reædificabo eũ, sicut in diebus antiquis, aliquid additur, quod æternitatem proprie capi non sinat, siquidem quod ædificatum est, initium aliquãdo habuit: ideoq; Hieronymus pro: In diebus Holã, vertit: In diebus antiquis. Illud etiã: Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas: Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Nam qui cogitat generationes, aut annos æternos, id est, quæ illis annis gesta sunt, ea cogitat, quæ aliquando nõ fuerunt. * Et cum annos æternos, siue sæculares (nã idem vocabulum in Græco est) commemorat Paulus, satis declarat se loqui de re, quæ habuit initium. Nam cum dicit, Ante tempora sæcularia, nihil dicit de æternitate, ante quam nihil est. Cum meminit mysterij temporibus æternis taciti, in æternitate neque erant anni, neque quidquam tacitũ esse poterat, quia extra Deum nihil erat, & Deo nihil vnquam fuit ignotum. Si igitur æternitas Dominatoris, qui nasciturus prænuntiatur in Bethlehem, cuiquam videtur non satis contra aduersarios constabilita cũ dicitur: Egressus eius ab initio, propterea additur: A diebus æternitatis, vt dubitare nemo possit, & omne os infidelium obstruatur. Solet enim scriptura geminatione verborum, vel eorundem, vel idem valentium res magnas confirmare, quas certas, & indubitatas esse vult. Vt Prou. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarũ. Sed ne putes sapientiam cum mundo cœpisse, subijcit: Antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis: ne putes antiqua dici prima mundi nascentis exordia, vide quid sequatur: Antequam terra fieret. Eccli. 24. Ab initio, & ante sęcula creata sum, Priusquam montes fierent, aut formarentur terra, & orbis, à sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus. * Manent ergo firma, & inconcussa scripturæ testimonia aduersus hæreticorũ, & Iudæorum cauillationes, præsertimque Dauidis Kimhi: tametsi iste adeo stultus est, vt suis ipse verbis retexat, quod texere voluerat. Obijcit enim sibi illud: A sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus, respõdetque, ibi A sæculo positum esse pro Ante sæculũ: nec videt homo inconsideratus, sa nobis suis verbis præbere responsionem, vt dicamus, eodem modo cum dicitur: Egressus eius ab initio à diebus æternitatis, Ab initio poni, pro Ante initium, & A diebus æternitatis siue sæculi, pro ante dies sæculi, siita æternitatem, aut sæculum accipere vellemus.

Propter hoc dabit eos vsque ad tempus. Propter hoc, id est, quia CHRISTVS in Bethlehem nasciturus est ex tribu Iuda, dabit eos, id est, Iudæos in terra sua manere patietur reuersos ex captiuitate Babylonica, neque dispergi, aut petire sinet vsque ad tempus, quo gentilitas, quæ prius erat sterilis, pariet multos filios coniuncta cum CHRISTO, iuxta illud, quod ex ca. 54. Isaiæ ad hoc citauit Paulus Gal. 4. Lętare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, quæ non parturis, quia multi filij desertæ, magis quam eius, quæ habet

habet virum. * Atque ita factum est; nam vt ex eo populo nasci posset Dominus, atq; in eo per carnẽ conuersari, & docere, mansit in patria sua, gens Iudæorum varijs licet casibus agitata: & eo tempore, quo gentilũ multitudo intrabat in Ecclesiam, vastata est à Romanis, & in alienas sedes translata. Atque hoc tempore, quo sterilis ante gentilitas, & non parturiens parturire cœpit, & parere, synagoga, quæ solebat esse fecunda, parere desijt excæcatis Iudæis, & Euangelio resistentibus, iuxta illud 1. Reg. 2. Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Et hoc ipsum putat Hieron. mystice significari verbis illis Ecclesiast. 3. Tempus nascendi, (siue, vt ipse legit, pariendi) & tempus moriendi, quia cum nati sunt gentiles, mortui sunt Iudæi. Ita parturientem interpretantur Hieronymus, Theodoretus, Lyranus, Vatablus. Possumus tamen interpretari parientem beatam virginem Mariam, vt Hieronymus secundo loco interpretatur, vt Eusebius lib. 7. de Demonstr. Euang. cap. 2. modo intelligamus cum dicitur, Parturiens, nullum dolorem, nullamque difficultatem pariendi declarari, sed simpliciter dici, ac si diceretur: vsque ad tempus, quo pariens pariet, ita enim est omnino in Hebræo. * Et quãquis melius mihi hoc videtur ad gẽtilitatem referri, quoniam tũc re vera pariebat, cum venerunt Romani, & tulerunt locum Iudæorum, & gentem: quod non est factum cum immaculata virgo peperit, sed post annos septuaginta: tamen potest hic quoque sensus admitti, quoniam paulo post virginis partum deleti sunt. Paulo, inquam, quoniã septuaginta anni, aut quadraginta post mortẽ CHRISTI, non magna summa censetur in magno numero annorum, qui ab hac prophetia vsq; ad excidium Ierusalem computantur. Est igitur totius capitis cum verbis, quæ modo interpretamur, hic contextus. Quamuis magna te felicitas in futurum tempus maneat ò Ierusalem, prius tamen propter auaritiam, & rapinas tuas vastaberis, & diripieris. Obsidebunt te Chaldæi, & principes tuos contumeliose tractabunt. Tu autem Bethlehem, quantumuis nunc parua, atque abiecta videaris, omnium horum bonorum caput, & initiũ futura es: ex te enim prodibit CHRISTVS Deus, & homo. Et vt de te nasci posset totius mũdi salus, & verorum Israelitarum rector, & dux, sustinebit interea Deus iniquissimos mores Iudæorum, reducentque de captiuitate Babylonica, & quamuis digni erant, qui penitus perderẽtur, patietur eos Deus incolumes in patria sua manere, donec prædicetur Iudæis Euangelium.

Et reliquæ fratrum eius conuertentur ad filios Israel. Reliquię fratrum eius sunt Iudęi, qui tempore illo crediderunt, vt apostoli, & eorum discipuli, & alij, qui conuersi sunt, vt recte expositit Euseb. libr. 7. de Demonstrat. Euang. cap. 2. Proprie enim reliquię dicuntur, qui ex magna pereuntium multitudine seruati sunt, vt ex Isaia, & Paulo docuimus. Hamos 9. num. 38. Qui fratres dicuntur CHRISTI, quia ex eodem populo, & ex eisdem patribus sunt. Filius autem Israel vocat prophetas, & patriarchas. Hiero. Et fratres CHRISTI, id est, apostoli, conuertentur ad prophetarum, & patriarcharum fidem, qui venturum CHRISTVM annuntiauerunt, & complebitur Psalmi vaticiniũ: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, & cetera, quæ sequuntur, Psal. 44.

Et stabit, & pascet eos. Quamuis tunc peribunt Iudæi, tamen reliquiæ eorum, & illi, quos pariet Ecclesia gentium, minime peribunt, sed eos Dominator, qui nascetur in Bethlehem pascet, & reget: quod verbum iam expositimus, num. 31. * Verbum *Stabit*, Hieronymus ita interpretatur: Dominus, qui prius ambulabat, & cum Iudæis necdum fixum habebat gradũ, stabit, & et id est, Manebit semper cum eis, non ambulabit quasi eos aliquando relicturus, & ad alias gentes transiturus, iuxta illud Matth. vltimo: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Sed aliter etiam interpretemur. Stabit, vt eos protegat, & eis auxilietur, ne vnquam ab inimicis expugnentur; hoc enim significare solet situs, & positio stãtis, vt initio cap. 9. Hamos diximus: Cum autem eos Dominus pascet, dicent securi: Dominus reget (siue pascet) me, & nihil mihi deerit.

In fortitudine Domini. Pascet eos maxima fortitudine, quam à patre habebit, ita vt nemo possit ei ouem vllam rapere. Hunc locum egregie explicant verba Domini Iohan. 10. Et ego vitam æternam do eis, & nõ peribũt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit mihi maius omnibus est, & nemo potest rapere de manu patris mei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

53 Nomen.

In sublimitate nominis Domini Dei sui. Nomen in scriptura potentiam, ac virtutem, id est, robur, & vires alicuius significat, vt Isai. 30. Ecce nomen Domini venit de longinquo, grauis furor eius, &c. Psal. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Psal. 117. Benedictus qui venit in nomine Domini. Ita capitur hic, & exponitur omnino locus hic ex illo Iohan. 17. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum, sicut & nos: Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, id est, fortitudine, & potentia, quam mihi dedisti. At non dixit: In nomine Domini Dei sui, sed: In sublimitate nominis Dei sui. Lxx: In gloria nominis Dei sui. Pro sublimitate in Hebr. est גאון, quod superbiam & arrogantiam significare solet, vt Hos. 7. Et humiliabitur superbia Israel in facie ei⁹. Et Ham. 6. Detestor ego superbiam Iacob. Interdum etiam significat gloriam, & maiestatem, vt Isai. 2. A facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Pro maiestatis est גאות. Dicitur autem à verbo גאה, quod significat magnificari, & exaltari, superbire. Est ergo sensus: Pascet, & reget, & protegeret eos illa potentię atque virtutis magnitudine, & maiestate, quā Deū ostentare par est. Quod Hieronymus vertit eleganter: In sublimitate nominis Domini Dei sui. Ita Deus eos protegeret, ac si in eo gloria nominis, & honoris sui ageretur, indignum maiestate sua Deus putabit non optime eos pascere & protegere.

54

Et conuertentur, quia nunc magnificabitur. In Hebr. est ושבו quod recentiores vertūt, sedebunt. Sed & Hiero. ipse ait: Et conuertētur, siue, vt melius interpretatus est Symmachus, habitabunt: ישבו enim verbum Hebraicum vtrumque significat, &c. At verba sequentia: Quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ, ostendūt melius conuenire: Conuertentur, quam habitabunt, quare & Chaldæus posuit, Conuertentur: Est enim sensus: Cum hæc fient statim CHRISTVS in toto orbe magnificis laudibus prædicabitur. Est autem Conuertentur, plures in dies, ac plures venient ad Euangelium. Si autem vertatur: Habitabunt, vt sit à verbo ישב, id est, sedeo, vel habito, & non vt nos volumus à שוב, quod est reuertor, aut, conuertor, sensus erit: Et habitabūt in Ecclesia illi, quos Dominus pascet in fortitudine. Quis autem non videt magis Christi nomen per vniuersum orbem prædicari, atque laudari cum multi in dies ex nationibus conuertuntur, quam cum illi, qui olim erant conuersi, manent in Ecclesia? Iure ergo viri Ecclesiastici semper retinuerunt, Conuertentur, quamuis ipse Hieronymus dixerit melius verti, Habitabunt.

55

Et erit iste pax, Assyrius, cum venerit in terram nostram. Hæc & quæ sequuntur de septem pastoribus, & octo primatibus hominibus, longe difficillima sunt, & varie exponuntur. Hieronymi expositio plane Allegorica est. Lyrani & quorundam ex recentioribus expositionē Hieronymus numerat inter deliramenta, & somnia Hebræorum. Quidam qui nuperrime explanauit duodecim prophetas, non potuit exponere, nisi contra hēdem Hebræorum, Græcorum, Latinorumque codicum poneret: Et erit iste pax, finem præcedentis sententiæ: vt noua ita inciperet: Assyrius quia venit ita enim vertendum putat contra nostram translationem vulgatam, & contra Lxx. Dicam ergo, ne tot sententijs referendis, & refutandis molestus lectori sim, quod mihi videtur multo probabilius. In primis tamē maneat non esse legendum: Et erit iste pax Assyrijs, vt multi libri habent, & vt magis Ruperto placuit, sed: Et erit iste pax, Assyrius cum venerit, &c. Vt manifesto vertunt Lxx. Et erit hæc pax, quando Assyrius venerit super terram nostram. Chaldæus etiam vertit: Quod si Assyrius venerit, &c. Ita Hebræi hæc distinguunt, & omnes fere expositores. * Intelligamus etiā non posse hæc intelligi, nisi de rebus noui testamenti, ad id enim nos cogunt præcedentia, & sequentia, quod multi non animaduerterent alienas expositiones commenti sunt. Dixit de conuertendis ad CHRISTVM multis, tam ex Iudæis, quam ex gentibus, nomenque eius per totum orbem esse laudādum concurrentibus ad fidem nationibus. Deinde ait: Et erit iste pax, Assyrius cum venerit, &c. Tunc ergo erit pax, cum multi ex omnibus regionibus confluent ad Euāgelium. Et paulo post de eodem tempore vaticinatur: Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, &c. Quomodo igitur recentiores exponere possunt de bello ab Assyrijs inferendo Iudæis? Aut si interpretantur ita: Erit iste pax, non nunc, sed prius venient Assyrij, & vastabunt Iudæam

& postea ipse nascetur: quomodo dicitur CHRISTVS liberaturus nos ab Assyrijs, qui quando ipse natus est, nihil Iudæos lædebant? Ita enim ait: Et liberabit ab Assur, cum venerit in terram nostram. * Propterea nullo modo hæc intelligi queunt de Assyrijs, sed per Assur (ita enim est in Hebræo, & significat arguentem, atque corripientem, vt ait Hieron. aut etiam grassatorem) quia tunc reges Assyriorum erant potentissimi, cum hæc Michæas scribebat: & Iudæis maxime timebantur, omnes hostes Ecclesiæ intelliguntur, tam visibiles, vt tyranni, & infideles nationes, quam inuisibiles, à quibus illi ad persequendum Ecclesiam concitantur. Merito autem hi Assyrij dicuntur, & propter nominis significationem, & quia figura eorum fuerunt Assyrij, & res figurata solet habere nomen figuræ, vt in Haggæo latius explicabimus. Erit igitur CHRISTVS pax nostra, vt Paulus scripsit Ephe. 2. qui nos in pace, & tranquillitate continebit, etiam si inimici nostri in nos irruant, & nos grauiter vexent domos ipsas nostras occupantes. Quantumuis enim Ecclesia persecutionibus dæmonum, & tyrannorum omni tēpore vexata fuerit, semper illam CHRISTVS consolatus est, & ei pacem animi in ipsis persecutionibus dedit. 2. Corin. 1. Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo: quoniam sicut abundant passiones CHRISTI in nobis, ita & per CHRISTVM abundat consolatio nostra. Inde Act. 5. Ibāt apostoli gaudentes à cōspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumeliam pati. Et ad Hebræos scribit Paulus: Nam & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melioremque, & manentem substantiam.

Et suscitabimus super eum septem pastores. Septem pastores, qui suscitandi sunt super eum, id est, contra eum, haud dubie quin contra Assyrium, id est, contra hostes, & persecutores Ecclesiæ, rectores, & episcopi eiusdem Ecclesiæ sunt, qui eam verbo Dei, quasi semper vernantibus herbis pascunt: propter quod dictum est: In loco pascuæ ibi me collocauit. Nam Christiani voce doctorum, & exhortatorum suorum mirifice muniebantur, & excitabantur aduersus omnes omnium inimicorum impetus.

Octo primates homines, qui Hebraice dicuntur נסיכים, id est, principes cōstituti, idem præsules intelliguntur, qui sunt principes Ecclesiæ, quos (vt refert Hieronymus) Symmachus interpretatus est, Christos hominum, quod ad episcopos maxime pertinet, qui sunt vncti sacro oleo. Theodotio vero, & quinta editio, principes hominū, Aquila, graues, constitutos homines. Chaldæus: Octo principes hominum. Ex quorum fere omnium trāslatione, simul & ex Lxx, qui verterunt: Octo morsus hominum, cōstat non esse legendū: Octo primates homines, sed, Octo primates hominū, aut certe: Octo primates hominis, id est, Adam, pro Hominum. Quod etiam ex Hebræo facile intelligitur נסיכי אדם, id est, primates Adam. Hieronymus etiam in commentarijs ait: Ipse enim Dominus ait: Suscitabimus super eū septem pastores, & Octo primates hominū. Sed cū paulo post dicit: Octo primates hominis, omnino Homines, vt & in contextu ipso Prophetiæ, ponitur mēdose pro Hominis, quoniam in Hebræo est: Octo primates Adam, id est, hominis. Sed cum librarius non intelligeret, Octo primates hominis, emendandum putauit, Homines. Atque hoc ex eo magis cernitur, quod noster interpres pro אדם, id est, hominis, solet plurali numero vertere, Hominum, vt passim videmus, & Hieronymus in illud Ecclesiast. 9. Nescit homo finem suum: Notandum, inquit, est, quod per totum librum vbicunque dicitur, Filij hominum, in Hebræo habet, בני האדם, id est, filij hominis, hoc est filij Adam. Et omnis pene scriptura hoc idiomate plena est, vniuersim genus hominum Adam filios vocans, &c. Interdum etiam vertit singulari numero, Hominis, vt in Ezeciele, Fili hominis. Quare nequaquam Homines legi debet, sed Hominis, aut Hominum, sicut Psalmo quarto, בני איש, filij hominis, pro quo Lxx: Filij hominum, vsquequo graui corde? * Neque sine causa episcopi pastores, & primates dicti sunt, quoniam cum primates vocantur, id est, principes constituti, sicut præpositi, siue CHRISTI, eorum dignitas indicatur, vt admoneamur eos in Ecclesia locum habere apostolorum, & illis, quasi CHRISTO, esse obediendum, sicut ait Paulus Hebræ. vltimo: Obedite præpositis vestris, & subiacete ei,

59 Episcopi primates hominū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Episcopi pastores.

cum vero dicuntur pastores, ipsi sui muneris admonentur, vt iciant se in eo dignitatis fastigio fuisse collocatos, non vt dominarentur in cleris, sed vt verbo Dei pascerent commissum sibi gregem, & pro salute ouium Christi indefessa cura vigilarent, ijdem enim pastores, & doctores dicti sunt ab Apostolo Eph. 4. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem pastores, & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Quo loco Hiero. & Chryst. Augustinus etiam epistola. 59. eosdem docent esse pastores, & doctores, & hæc duo nomina coniunctim esse accipienda, non disiunctim, vt cetera.

Sess. 24. c. 4

Cuius rei causa sancta Synodus Tridentina prædicationem verbi Dei præcipuum episcoporũ munus esse iudicauit. * Sed cui

60

septẽ, & octo constituendos esse dixit Propheta? Numerus septenarius (vt docet Hieronym. in illud Isai. 4. Apprehendent septẽ mulieres virum vnum) familiaris Iudæis est propter sabbatum, sicut & denarius propter præcepta decem: significari autem multos hoc numero, (quod etiam tradidit in. ca. 54. eiusdem, fere in principio) confirmat ex Ieremiæ. 15. Infirmata est quæ peperit septẽ, defecit anima ei⁹, & 1. Reg. 2. Donec sterilis peperit multos, pro quo in Heb. & apud Lxx, legimus: Donec sterilis peperit Septem. Septem ergo pastores plurimi pastores sunt. Sed, vt diximus. Ham. 1. n. 10. & 51. Tria peccata multa peccata significare & cum huic numero vnum additur, declarari magnam, & inusitatam multitudinem peccatorum, vt, *Oter que quaterque beati*, id est, millies beati: ita cum septenario additur vnum, indicatur incredibilis, & infinita pene multitudo, vt Eccle. 11. Da partem septem, nec non, & octo, quia ignoras quid futurum sit mali super terram, id est, Esto misericors in multos, immo, & in multo plures, in infinitos etiam homines, si posses. Ita in Ecclesiæ defensionem suscitabuntur plurimi pastores, & doctores, nullo enim tempore à Christo sponso suo deseretur, & his multo plures, & fere infiniti, ita vt quantumuis persecutiones crescant, nunquam desint magistri fidei, & hortatores. Hoc ipsum est, quod alijs verbis dixit Habdias: Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem

Septem.

Locus Ecclesiastes.

61

Hesau. Vnde Lxx verterunt: septem pastores, & octo morsus hominum. Dicuntur morsus, quia mordent Assyrium, id est, hostes populi sui suis dentibus lacerant, vt exposuit Hieronymus: quæ expositio egregie confirmatur ex Hos. 13. Morsus tuus ero inferne. In eo vero, quod ait: *iuscitabimus*, sicut, & in tota hac sententia, Propheta adiungit sese populo noui testamẽti, ad quem per fidem Christi venturi pertinebat, sicut & capite quarto cum dixit: Nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum, & vltra. Chaldæus: Super nos constituemus septem reges, & octo hominum principes: etenim Ecclesiæ pastores, & duces suos eligere solent.

61

Et pascent terram Assur. Docet septem, & octo pastores, id est, episcopos, & doctores Ecclesiæ tantæ fore virtutis, vt sibi subijciant infideles, à quibus impugnabantur. Plenæ sunt Ecclesiasticæ historiæ victorijs Ecclesiæ, adeò enim nunquam potuit vllis persecutionibus vinci, ac perdi, vt creuerit etiam, & quo magis coangustabatur, eo latius fines extenderit suos: atque illi ipsi, qui fidem impugnabant, fere se fidei subiecerint. *Terram Assur*, & Nemrod vocat hunc mundum, id est, vrbes, & regna infidelium. Assyrij enim, & Babylonij, quorum primus rex fuit Nemrod, & équibus egressus est Assur, qui condidit Niniuen, Gen. 10. semper hostiliter vexauerunt populum Dei, & significant hostes Ecclesiæ, quorum figura fuerunt, quoniam (vt iam diximus) res figuratæ nomen figurarum habere solent. Iuuant & etymologiæ, Assur enim significat (vt paulo ante dictum est) arguentem, corripientem, insidiantem, Nemrod vero tentationem descendentem, vt ait Hieronymus.

Pascere

* Pascere autem, pro quo noster interpres solet vertere, Regere, interdum paternam curam, & gubernationem in regimine significat, vt diximus numer. 31. interdum vero rigidam gubernationem, & seueram, qualis in repugnantes, & durae cernicis subditos exerceri solet, idque fere ratione adiuncti, nam per se positum in bonam potius sumitur partem, vt Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Et Hebr. 2. Constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Et Apocal. 19. de Christo iudicaturo: De ore eius procedit gladius ex vtraq; parte acutus, vt in ipso

percu-

percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea. Ita etiam intelligitur illud Hoseę. 4. Nunc pascet eos Dominus, quasi agnum in latitudine, id est, hostiliter vexari sinet dominatu Assyriorum. Itaque Pascere in gladijs, siue in lanceis, est fortiter, & potenter dominatui nostro subijcere, & cum potestate imperare. Ita Ecclesiæ rectores per se, & per ministros suos vi verbi Dei, & exemplo virtutum, ac signis nationes infidelium sibi subiecerunt, quasi bello victas, & in eos, qui crediderunt, si forte autoritati Ecclesiæ resistant, nec eius monitis acquiescant, exercent potestatem, quam à Domino acceperunt, & tradunt Satanæ, ac pœnis, vel per se, vel per sæculares iudices coercent.

64

* Non est igitur aliena à Christi, & Ecclesiæ mansuetudine seueritas disciplinæ, qua hæretici, & schismatici coercẽtur, quãuis ipsis hæreticis displiceat, semper enim malis pœnæ displicent, qui mali esse impune cupiunt. Possumus etiam accipere Pascere, pro Depascere, & absumere, nam terra, cum depascitur, pulchritudinem suam amittit, vt sit sensus, atque is valde elegans: Auferent omnem pulchritudinem, & ornatum terræ infidelium, id est, principes, & eruditos, atque eloquentes, & nobiles ad Euangelium conuertent, & ab infidelitate abstrahent. Hæc autem victoria, & subiectio fiet in lanceis eius, id est, terræ Assur, & Nemrod, est enim in Heb. Eius, feminei generis, & ad terram refertur בִּפְתָחֶיהָ, pro quo Symmach⁹ vertit, ἐντὸς πυλῶν αὐτῆς, intra portas eius, Aquila vero, quem secutus est Hieronymus, In lanceis eius. פֶּתַח enim significat portam, siue aperturam, & lanceam, aut pugionem, siue ficam, vt vertit Theodotio, quia corpus aperiunt. Lanceis igitur eius pascunt Ecclesiæ rectores terram Assur, & Nemrod, quia eisdem armis eam subigunt, quibus ipsa aduersus Ecclesiam pugnauerat, & quę illi ademerunt,

61

quod est iucũdissimum, & gloriosissimum victoriæ genus. * Multum infidelitas pugnauit aduersus Ecclesiam eloquentia, & subtilitate disputandi Augustini, & multorum Philosophorum, eisdemque postea Ecclesia infideles vicit, ac subegit. Idem de potentia imperatorum, & regum dicimus, de nobilitate, de fortitudine, de omnibus denique dotibus eorum, quos ex infidelitate adduxit ad Euangelium.

Et liberabit ab Assur. Potest hoc ad septẽ,

& octo pastores, ac primates referri, vt more Hebræorum verbum singulare *liberabit*, cõueniat vnicuique pastorum. Sed melius est vt ad Christum referamus, cuius prouidentia, & gratia tales pastores suscitantur in Ecclesia, per quos de suis hostibus ipsa triũphet. Ipse igitur, qui est pax nostra, liberabit nos per episcopos, & vicarios suos, & per gratiam suam ab omnibus aduersarijs, cum ad nos venerint, & in terram nostram potenter intrauerint, vt iam illam capturi videantur, hoc enim significatur cum dicitur: *Et cum calcauerit in finibus nostris*, quemadmodum & paulo ante dixit: Assyrius cum venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris.

TROPOLOGIA.

Nunc vastaberis filia latronis. Quemadmodum in Historia hæc illi ciuitati dicuntur: cui dictum prius fuit: Dole, & satage filia Sion, quasi parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem: Ita etiam in Tropologia. Quare non est noua expositio inchoanda, sed illa persequenda est, quam cœpimus. Diximus autem capite superiori, numer. 77. animam, quæ recessit à Deo salutari suo, educendam esse de consortio iustorum, & ducendam Babylonem, hoc est in confusionem, & fœditatem vitiorum, vt ciuis sit illius ciuitatis, quam ædificat amor sui vsque ad cõtemptum Dei. Eidem ergo dicitur: *Nunc vastaberis filia latronis*, nimirum à Babylonijs, id est, ab aduersarijs potestatibus, vt perducaris Babylonem. Quia latrocinijs dedita es, & animas multorum interemisti, ac bonis spoliasti virtutum, quod capit. 3. latius exposuimus, vastaberis, id est, dæmonum potestati traderis, dabit te Deus in reprobum sensum, & in desideria cordis tui. * Obsidionẽ ponet super te. Quis huius obsidionis miserias verbis æquare possit? Cingit eã vndiq; Diabol⁹, ac omnes portas obstruit, ne exire possit ad salutem quærendam, non sinit audire verbũ Dei, aut ministros eius cõsulere, lectionẽ sanctã impedit, ieiunia, orationes, confessiones, & quidquid animã iuuare potest, quantum potest, auertit. De quo Dñs, & quidẽ non sine fletu: Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terrã prosternent te, & filios

66

Cap. 4.

67

Anima obsessa à Diabolo.

Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuos, qui in te sunt, & nō relinquēt in te lapidē super lapidē, eo quod nō cognoueris tēpus visitationis tuæ. Post quā te coangustauerint, tandem ad terram prosternēt, & nō relinquent lapidem super lapidem, quo modo explicauimus cap. 1. huius prophetæ nume. 23. & 24. Et quia cum Diabolus ita miserrimæ animæ dominatur, irridentur, & contumelia afficiuntur inspirationes Dei, & rēcta mentis iudicia, quæ olim erant vt iudices Israel, quia virium à virtute secernebant, & quæ videbantur damnanda, damnabant, merito ait: *In virga percutient maxillam iudicis Israel.* In Bethlehem autem, quæ domus panis dicitur, & Ephratha, id est, fructifera, anima cuiusuis iusti, sed maxime Euangelici hominis, & sapientis, & factis, ac dictis alios ædificantis, & iuuantis recte intelligitur. Quæ quamuis parua, ac contemptibilis exterius videatur, nec cum alijs conterenda censeatur, tamen Deo iustum iudicium iudicanti, & non secundum faciem, maxima est, & inter ceteras animas insignis. Nam quamuis magnificiat omnes iustos, illos tamen carissimos, & in magno pretio habet, qui non sibi solis prosunt sed reliquos etiam, quantum possunt, ad creatorem, ac Dominum suum reducunt, sicut scriptum est, in Daniele: Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Rationem ergo reddit, cur hos magni præter ceteros faciat, cum ait: Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Ex his enim Christus quodammodo nascitur, quia eum per salutares exhortationes, & per exempla virtutum in aliorum animis gignunt. Quos, iuxta Gregorium homi. 3. in Euangel. Dominus matres etiam appellat dicens: Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, ille meus frater, & soror, & mater est. * Sciendum nobis est, inquit, Gregorius, quia qui Christi soror, & frater est credendo, efficitur mater prædicādo. Quasi enim parit Dominum, qui eum cordi audientis infundit, & mater eius prædicando efficitur, si per eius vocem amor Domini in proximi mente generatur. Et quoniam ex his, ita vt dictum est, nascitur quasi noua natiuitate ille, cui debetur regnum Israel, qui constitutus est rex à Deo super Sion mon-

68 Qui alios ædificant, quanti sint apud Deū.

Dan. 12.

Matth. 12.

69

tem sanctum eius, cuius egressus sunt ab initio, à diebus æternitatis, & ideo merito omnibus dominatur: bene subijcitur: *Propter hoc dabit eos vsq; ad tempus, in quo parturiens pariet.* Nam spe tantæ vtilitatis, & futuræ per horum operam conuersionis Deus tolerat iniquos multorum mores, donec huius cōuersionis tempus veniat, & parturiens pariat, id est, Ecclesia eos per sacramenta sua, quasi iterum pariat, & nouam efficiat creaturam, sicut ait Paulus: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. * Tunc autem per hos ministros reliquiæ fratrum Christi, qui est primogenitus in multis fratribus, conuertuntur ad filios Israel, ad Israel Dei, ad veros imitatores patriarcharum, id est, incipiunt viuere sicut filij Israel, qui prius viuebant sicut filij Diaboli: Quos Dominus magna sua potentia reget, & pascet, vt nihil illis desit, nihil proficiat inimicus in eos, & filius iniquitatis nō apponat nocere eis. *Et conuertentur*, sicut in Deo pastore glorians canit Dauid: Dominus reget me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Et enim illos, qui in pascuis Dominici vberrimis versantur, id est, in orationis, & scripturarum, virtutumq; studio, paulatim ad se cōuertit Deus, vt iam omnibus sæculi voluptatibus auersi solum Deum vbiq; spectent, solum quærant, soli placere desiderēt. Atque ita Dominus noster Iesus Christus, cuius virtute tanta, tamque miranda fiunt, *magnificatur vsq; ad terminos terræ*, quoniā ipsi etiam, qui terrena sapiunt, virtutem, & gloriam Domini mirabuntur, & imitandi studio excitabuntur. * *Et erit iste pax, Assyrius cum venerit in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris.* Cum venerit Assyrius, id est, grassator, & insidiator Diabolus in terram nostram, iste nos proteget, & in pace seruabit. Diabolus venit in terram nostram, cum corpus nostrum cōmouet carnalibus desiderijs, & calcat in domibus nostris, quando inferiorem animę partem occupat, & malitia sua implet, vt succensa cōcupiscentia bellum cum spiritu gerat, & legi Dei repugnet. At cū Christus gratia sua superiorem portionem, id est, spiritū, gratia sua illustrat, & munit, vt inuicta aduersus impetus tentationū perseueret, tūc pax nostra est, quia nihil nobis bellum illud externum nocet, si voluntas generose resistit, &

Mich. 7.

70

Galat. 4.

71

Psal. 22.

72

pax in mente seruatur. Quando Paulus clamabat: Sentio aliam legem in mēbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuātem me in lege peccati, quę est in membris meis: quid sentiebat nisi Assyrium in terra sua, & calcante domi suæ? Non tamen ignorabat Christum esse pacem suam aduersus Assyrium, ait enim: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum. * Quid præterea faciemus aduersus Assyriū? *suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates hominū.* Elegāter sane hoc dictū est: neq; eā ita gratiæ Dei cōfidere debem⁹, vt nos interim otio, & inertia torpeamus, ne in vacuū eam recipiamus, sed cooperatores Dei nos esse oportet, vt ab eo aduti suscitemus super nos pastores, & primates cōtra Assyrium. Pastores, & primates in nobis sunt illa, quæ animā docēt ad pugnā, & instruunt, ac regunt, & aduersus Diaboli tentationes fortem, inuictamq; reddunt, vt diuinæ inspirationes, oratio, meditatio, sacra lectio, abnegatio sui, ieiunia, vigiliæ, carnis maceratio. Et quoniam, cū multa ex his adhibuerim⁹, plura etiā, ac plura adhibēda sunt, quantum necessitas poscet, & quantū naturæ nostræ infirmitas feret, præclare dictum est. *Et suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates hominum.* * Qui pastores, & primates *pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius*, quoniam omnem aduersariarum potestatum virtutē cōterent, & subijcient sibi prauos animi affectus, vt incipiat regnare Christus, vbi regnabat Assyrius, nō regnante iā peccato in nostro mortali corpore, sed eo, p̄ captu suo obediente iustitiæ. Sed aduersarios nostros vincimus lanceis suis, cū illis ipsis armis, quibus illi per inertiam nostram abusi sunt ad peccatū, nos per gratiam Dei vtimur ad iustitiam, vt cum mēbra nostra, quę exhibueramus arma iniquitatis peccato, exhibem⁹ arma iustitiæ Deo: cum diuitijs non ad libidines, sed ad inopum virginum pudicitiam conseruandam vtimur, cum corporis vires ad ieunia, & ad ceteros spiritualis vitæ labores tolerandos conuertimus, cum ingeniū, & eruditionem nō ad superbiam vt antea, sed ad gloriā Dei, & ad fratrum nostrorū salutem exercemus. Et quoniam tunc vere à Diaboli potestate liberamur, cum ita gratiæ Dei innitimur, vt nostram etiam operā diligenter adhibeamus, iterum ait: *Et liberabit ab Assur, cum venerit in terram nostram, & cum calcauerit in finibus nostris.*

HISTORIA.

Et erunt reliquiæ Iacob in media populorū multorum. Successum Euangelicæ prædicationis vaticinatur. Reliquiæ Iacob, id est, apostoli, & reliqui Euangelij prædicatores, erūt quasi ros à Dño missus, id est, eorum doctrina refrigerabit, & fecundabit corda hominum, & ardorē cupiditatū sęculi extinguet. *Et erunt quasi stillæ super herbam*, quæ non irrigatur ab hominib⁹, neq; humana crescit industria: quia eorum doctrina, & prædicatio nō nitetur mundi præsidijs, nec eloquētia, aut sapientia humana, sed diuina virtute fecundabit corda populorum. Loquitur autē iuxta id, quod in terra promissionis fiebat, in qua, quoniam à Maio, ad Octobrem vsq; mēsem pluuia nō est, fructus terræ rore cōseruantur, ne nimio calore arescant, & pereant, vt diximus. Hos. 14. nu. 13. vbi Dominus ait: Et ero quasi ros Israel. Sed cur doctrinā Euangelij non magnis imbribus, sed rori, & stillis similem esse dicit? Satis vtraq; similitudine vtitur scriptura vt Hoseæ. 6. Et veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ. Zach. 10. Petite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris. Sed imbri assimilat, vt eius vim, atque efficaciam exprimat: rori autem, & stillæ, propterea quod videtur primo contemptibilis, & paruæ ad persuadendum virtutis, cum tamē sub vili & contemptibili specie mirificam vim habeat, vt ros. * De vtroque ait Paul. 1. Cor. 1. Placuit Deo per stultitiā prædicationis saluos facere credentes. Stultitia primo aspectu videtur, & omni sapientiæ præsidio destituta, sed eius tamen est tanta, tamque mirifica virtus, vt saluos faciat credentes. Inde idem Apostolus Rom. 1. Non enim erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti.

74

Quæ non expectat virum, & non præstolatur filios hominū. Videlicet vt eorū operā irrigetur, & crescat, cū solo cęlesti rore nutriatur.

Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus. Magis explicat, quod paulo ante dixerat, tantā fore vim Euangelicæ prædicationis, vt nemo ei resistere valeat: sed quomodo leoni nulli iumentorū, siue bestiarū nulla potest resistere, & catulo leonis non resistunt greges pecorū, sed transit, qua vult, & cōculcat imbecilliora animantia, & capit, ira prędicatores

75

Universidad de Deusto
Biblioteca

Euangelij superabunt infideles,& potentissimè subijcient Euangelio. Quare autem post leonem,catulum quoque leonis commemoret, diximus Hos.5. nu. 40. & 41.

Exaltæ manum. 76

Exaltabitur manus tua super hostes tuos. Manus tua o Iacob,siue Israel, exaltabitur super hostes tuos,id est, subiectos tibi, & supplices habebis,nam illi super quos manum exaltamus, & eleuamus, sub manu nostra sunt iam victi, & nequaquam manus suas vicissim tollentes contra nos,sed nos eos libere percutere possumus.Isai.26.Domine, exaltetur manus tua,vt non videãt,videant & confundãtur zelantes populi,& ignis hostes tuos deuoret.Psal.9.Exurge Domine Deus, & exaltetur manus tua. Psalm.8. Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.

77

Et omnes inimici tui interibunt. Quatenus infideles sunt, peribunt,id est,infideles esse desinent, peribit eorum infidelitas, neque enim interfectio corporum hic intelligitur,sed vita animarũ.Hãc,& superiorũ verborũ expositionẽ cõfirmat Hieron.multis.

Auferam equos tuos de medio tui, & disperdã quadrigas tuas. Hæc,& quæ sequuntur vsq; ad finem capitis, simul sunt interpretanda quoniam ad eandem sententiam pertinent. Sed vt recte intelligantur,illud prius expediendum est,quo hactenus, vt certo, & in concusso fundamento,vsi sumus,nullum fuisse inter Iudæos idolum, cum venit Christus. Videtur enim modo euerti pemtus,nam cum de eodem tempore loquatur Propheta ait: Et auferã maleficia de manu tua,& diuinationes nõ erunt in te. Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui,& non adorabis vltra opera manuũ tuarum. Respondendum tamen est verum esse,quod iam sæpe diximus,nulla eos idola habuisse tempore Domini seruatoris, immo neque post Babylonicam captiuitatẽ: quod diligentissimè memoriæ mandandũ est,sunt enim multa in prophetis perobscura, quæ huius responsionis luce illustrantur,& quæ, nisi illa adhibeatur, præposterè intelligi necesse est. * Hoc primum ex ipsorum Iudæorum confessione cognoscimus, nam duo Iosephi, qui diligenter res eorum temporum scripsere, post tempora captiuitatis Babyloniæ nusquam vllius idolatriæ meminerunt. Et R. Samuel in epistola sua cap. 1. & 2. & sequentibus, affirmat Iudæos LXX annorum captiuitatem pertulisse Babylone propter idololatriã, & cædes prophetarum: sed cum captiuitatem à Romanis illatam nulla idololatria præcesserit,nec vnquam illa finiatur,necesse est se peccatum aliquod fuisse cõmissum à patribus suis grauius idololatria,& cæde prophetarum. Hoc ipsum late confirmat Galatinus,lib.4.c.23. ex Thalmud Ierosolymitano, ex confessione omnium Iudæorum. Consentiunt enim peccata Iudæorum,qui primi templi tempore vixerunt,fuisse idololatriam, libidinem, effusionem sanguinis:Iudæos autẽ,qui secundi tẽpli tempore vixerunt, nulla idola coluisse. Itaque inde aduersus omnes Iudæos conuincunt R. Samuel, & Galatinus mortem Christi causam fuisse extremę huiꝰ captiuitatis: quo argumento ante eos vsus est Hieronym. in epistola ad Dardanum, cuius initiũ est: Quæris Dardane. * Sed habemus firmiorẽ propheticum sermonem Tobiæ vltimos fratres nostri,qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam: omnis autem desecta terra eius replebitur,& domus Dei,quæ in ea incensa est,iterum reædificabitur,ibique reuertentur omnes timentes Deum, & relinquent gentes idola sua,& venient in Ierusalem, & inhabitabunt in ea. Non autem venirent gentes relinquentes idola in Ierusalẽ,si in ea idola colerentur. Fateor equidem hæc ad tempus Euangelicæ prædicationis etiam pertinere,sed prophetiam continet,quæ à solutione captiuitatis Babylonicæ impleri cæpit,& plenius rẽpore Euãgelij consummationẽ accepit. Deniq; cum Dominus,& apostoli seuere omnia Iudæorum peccata reprehenderent, nunquam eos idololatrię accusarunt,nõ taciturni certe si illi eo contaminati fuissent, cum crimen sit maximum,& maxime omnium à prophetis olim reprehensum, atque damnatum. Nec obstat temporibus Machabæorum quosdã Antiocho regi obsecutos aras idolorum extruxisse,& sacrificasse diis gentium: peccatum enim illud nõ populi fuit, sed nõnullorũ impiorũ, & cito sublatũ est.

Au cum venit Christꝰ, adorauerint Iudæi idola. 78

Ex his capitur vera totius sententiæ explicatio, hæc,& quæ sequuntur omnia in hoc capite, nequaquam Iudææ dici, aut terrenæ Ierusalem, (quod fere constat inter expositores) sed Israeli Dei, id est, Ecclesiæ Catholicæ, tam de Iudæorum reliquijs, quam de gentibus collectæ, quæ vere dicitur Ierusalem,& Israel,& Iacob,vt diximus

ximus.num.33.& 34.Et quoniam in terris, & prouincijs, in quibus erat hæc Ecclesia tunc dispersa,multæ ciuitates erant infidelium, qui Euangelio resistebant, & Christianos impugnabant:pollicetur Dominus vniuersas eorum munitiones, & præsidia se demoliturum, id est, effecturum, vt sine contradictione obediant Euangelio, nec possint ei resistere, vt verba ipsa indicabũt. Atq; hæc mihi videtur germana admodũ explanatio, eamq; ceteris antepono, quas breuitatis causa prætereo. Id cõtextus ipse verborum docet. Dixerat Ecclesiæ, siue Israeli Dei: Exaltabitur manus tua super hostes tuos, &c. Quare non possumus dubitare,quin eidem continuo dicat: Et erit in die illa,dicit Dominus,auferam equos tuos de medio tui, &c. * Dicamus idem aliter. Loquitur Deus Ecclesiæ,de membris, quæ habet, & quæ mox habitura est, id est, non solum de conuersis ad fidem,sed de conuertendis, quemadmodum Iohannes cap.11. locutus est:Hoc autẽ à semetipso non dixit, sed cũ esset põtifex anni illius, prophetauit quod IESVS moriturus erat pro gẽte, & nõ tantum pro gente, sed vt & filios Dei, qui erant, dispersũ,congregaret in vnum. Filios Dei vocauit,nõ qui tunc erãt, sed qui electi erant vt essent secundum Dei præsciẽtiam, qui vocat ea,quæ nõ sunt,tanquam ea,quæ sunt. Ita nunc quasi vna Ecclesia,& vnũ corpus numerantur,qui tunc erant in Ecclesia, & qui electi erant,vt postea essent. Sed hoc apertius in singulorum verborum enarratione intelligetur,vt cum nunc ait: *Auferã equos tuos de medio tui,&c.* hoc significat, Auferam omnem fortitudinem, & omnem munitionem tuam,cui confidebas, & Euãgelio resistebas, dispergã quadrigas tuas, & omnia belli instrumenta, vt victa concedas veritati,& ab infidelitate recedas. Hoc Ecclesię conuenit,non quantum ad membra attinet,quæ tunc habebat, sed quãtum attinet ad ea, quæ postea habitura erat. Eidem dicitur quod sequitur.

81 vel. 79

82

Et perdam ciuitates terræ tuæ. De munitis vrbibus,& ad pugnandum instructis loquitur,vt indicat quod sequitur: Et destruam omnes munitiones tuas,id est,loca munita, vt arces, castella. Tres vrbes erant Roma, Athenæ,Corinthus,& aliæ,quę eruditione Philosophorum, & potentia sæculi, atque diuitijs tumebant.

Et auferam maleficia. Hæc non erant apud Iudæos eo tempore, sed in terris gentium, quæ conuersæ sunt. Quod etiam apertius cernimus in eo, quod subijcit. Et perire faciam sculptilia tua,&c.

Et euellam lucos de medio tui. In quibus gentes dijs suis sacrificabant, vt exposuimus Hos.4.num.24.

Et conteram ciuitates tuas. Quibus tu maxime confidis, & quæ cum plenæ essent tẽplis idolorum, minime Euangelio cessuræ videbantur.

Et faciam in furore, & indignatione. Minatur ciuitatibus,quę Euangeliũ recipere detrectabunt. Ac si dicat: si quæ autem gẽtes post prædicatum Euangelium,& tot miraculis confirmatum etiam tum credere noluerint,acerrimas mihi pœnas dabunt tam in hoc sæculo,vt Ierusalem,& Iudęis contigit,quam in futuro,iuxta illud,quod ait Dominus:* Et quicumque non receperit vos, neq; audierit sermones vestros,exeũtes foras de domo, vel ciuitate, excutite puluerẽ de pedibus vestris. Amen dico vobis,tolerabilius erit terræ Sodomorũ, & Gomorræorum in die iudicij,quam illi ciuitati. Itaq; ex verbis Euangelicis intelligimus quid sit: *in omnibus gentibus,quæ non audierunt,* id est,quę non obedierunt Euangelio.

83 Matth.10.

Omnia fere,quæ diximus,cõfirmat Chaldaica paraphrasis, quæ ita habet. Dispergã equos populorũ de terra tua,(id est,gentiũ) atque currus eorũ perdam. Subuertam etiã gentiũ ciuitates de terra tua, necnõ omnes eorum arces munitas destruam. Succidã & maleficos de medio tui,& prędictigiatores nõ erunt tibi. Concidã insuper & simulacra populorum,& statuas eorum de medio tui, & nõ subijcieris vltra operibus manuũ tuarũ. Deniq; eradicabo plantationes gẽtium de tui medio,atq; exterminabo inimicos tuos. Atq; exequar cũ ira, & furore vltionẽ iudicij in populos,eo qđ haud doctrinã legis susceperint. Hæc Chal.sed vt Iudæꝰ ad doctrinã legis retulit,quod de doctrina Euangelij dictũ est, nullam enim gẽtem vnquã Deus punijt, quod legem Moysis non recepisset.

TROPOLOGIA.

84

Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum. Quod de prædicatoribus Euangelij dictum est, ad iustos omnes quadam tenus pertinet, nam operibus suis docent, & CHRISTO testimonium reddunt. Quẽadmodum autẽ reliquiæ Iacob dicũtur,qui ex populo Iudæorũ in Christũ crediderũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ceteris percuntibus relicti, atque seruati sunt: ita reliquiæ Iacob illi intelliguntur, qui ex christianorum numero virtutibus excellunt, & electi sunt, vt cum Christo regnent in cælis, quoniam multis percuntibus seruantur. Nam per Iacob, minorem fratrem designari minorem populũ Christianum, nemo dubitare poterit, qui verba illa tenet cælestis oraculi: Duę gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori. Hæ igitur reliquiæ in medio populorum multorum, id est, inter Christianos illos, qui non more populi Dei, sed more populorum gentium viuunt, vt adnotauimus cap. 1. huius prophetæ nu. 17. sunt quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbã. * Ardent enim igneis nequissimi telis corda populorũ, quasi clibanus igne succensus, sicut legimus in Hosea: Omnes adulterantes quasi clibanus succensus à coquẽte. Iustorum autem exẽplis refrigerantur, ne æstu tentationũ pereant, & foueantur, atque seruantur. Angelus Domini (vt est apud Danielem) descendit cum Hazaria, & sociis eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neq; contristauit, neque quidquam molestiæ intulit. In quo recte intelligimus eos, qui in fornace regis Babylonis, id est, in incendio concupiscentiarũ igne consumendi erant, venientibus inter eos iustis, (qui merito angeli Dei vocantur, quia sunt omnes quasi administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis) refrigerari, & liberari à flãmis. * Hoc rore, & his stillis herbę ante emortuę, id est, corda peccantiũ reuiuiscunt, & lætissimæ fiunt, adeo vt roris infusio mirificam quãdã hilaritatẽ significare soleat, vt Pro. 19: Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbã, ita & hilaritas eius. Dicuntur etiam iusti ros, & stillæ, quia eorũ facta quasi Dei verba sunt, quę homines instruũt ad salutem. verba enim doctrinæ rori, & stillis similia dicit esse scriptura, vnde illud Moysis: Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Merito ergo de herba in quam hic ros cecidit, dicitur statim: *Quæ non expectat virum, neque præstolatur filios hominum:* quoniam sine vllo deinde hominum adiumento crescit Deo, & vernat, neque indiget doctrinis Philosophorũ, aut præmijs, aut laudibus hominũ. * Atq; vt magis explicet, exempla quantam vim habeãt ad commouendũ animos hominum, easdem reliquias Iacob futuras esse dicit in medio populorum multorũ, sicut leonem in iumentis siluarum, & quasi catulum leonis in gregibus pecorum, quibus nihil est, quod resistat, omnia capiunt, & sibi subijciunt. Verbis enim resistitur, sed exempla tam valide mouent, vt nihil non conficiant. Nec vero mirandum est, hos similes esse leoni, & catulo leonis, cũ in se Christum habeant, & facta eorum, quasi verba quædam Christi sint, qui est leo de tribu Iuda, & cui mystice dicitur: catulus leonis Iuda, ad prędam fili mi ascendisti, & requiescens accubuisti vt leo. Ad eãdem victoriã pertinet, quod sequitur. *Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibũt.* Omnes enim amicos Deo & sibi reddũt, vt iam eũdem omnes amẽt, eidem pariter seruiant. * Hoc idem sigillatim exponit, & quædam cõmemorat, quæ maxime obstãt veræ pietati, cum ait: *Et erit in die illa, dicit Dominus, auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas.* Etenim homines, quamuis deprauatis moribus, & animis, honestum natura diligunt, & diuinis præterea inspirationibus, & motionibus ad pietatem incitantur, quam libenter sequerentur nisi quædam in se haberent corruptione naturæ, atque morum vehementer aduersantia virtuti. Atque hęc nunc se se ablaturum pollicetur. Iquos Hieronymus interpretatur lasciuientes impetus, & equorum more ruptis vinculis prouentes: nota est enim huius animalis libido, de qua legimus in Ieremia. Equi amatores, & emissarij facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Quamuis idem fortasse in equis atque in quadrigis significatur, id est, rumor animi nimium sibi confidens, & placens, siue ex opinione sanctitatis, siue ex eruditione, aut nobilitate aut diuitijs, aut ex quauis alia causa oriatur. Qui vsque adeo veræ virtuti obstat, vt nisi eo abiecto, atque deposito altas illa radices agere non possit. * Illud etiam cum primis profectum nostrum impedit, quod non satis intelligimus, quantum diuina ope indigeamus, sed animæ bona illa omitten-

Gen. 25.

85

Hes. 7.

Dan. 3.

Heb 1. 86

Iusti dicuntur ros, & stillæ.

Deut. 32.

87 Exempla quantum moueant.

Gen. 49

88

89

tes, quæ Deus in nobis operatur, bona corporis amamus, quæ vbi suppetunt abunde, satis nos præsidij ad vitam habere existimamus. Alij sapientiæ suæ tantum tribuunt, vt aliorum etiam duces se esse posse cõfidant, eaque re superbientes alienis consilijs minime acquiescant. De vtrisque ait: *Et perdam ciuitates terræ tuæ*: qui enim in vrbibus munitis habitant, nihil alienis auxilijs indigere se credunt. In his autem quidam ita sapientiæ opinione efferuntur, vt rationes etiam meditatas habeant, quibus statum suum, suamq; viuendi rationem alijs probent, nulloque modo reprehẽdendi videãtur, quod aut ambitiose honores quærant, aut iniurias persequantur, aut diuitias omni ratione congregent. Quæ quoniam male animam contra virtutem muniunt, bene ait: *Et destruam omnes munitiones tuas.* * Sed maleficia, haud scio, an maxime omniũ impediant perfectionem vitæ, & in peccatis teneant quam plurimos. Maleficia autem dico, cum vel tentatione Diaboli, vel hominum eloquentia, & maxime amicorum, & consanguineorum persuasione, aut impiorum hominum errore, & temeritate iudicium de rebus inuertitur, & honesta apparẽt, aut speciosa, aut vtilia, aut iucunda, aut honorifica, quæ turpia sunt, & deformia, & noxia, & insuauia, atque perniciosa. Nam qui hęc persuadent, & faciunt, vt à quodam dictum est:

Candida de nigris, & de candentibus atra.

Merito malefici vocantur, & quidem multo illis nocentiores, qui oculis corporis illudunt. Quos non iniuria luget Isaias: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Propterea Moses hoc hominũ genus nullo modo tolerandum esse putabat: Maleficos, inquit, non patieris viuere. * Illud autem, quod Babyloni dicitur, quis non timeat: Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas, & viduitas. Vniuersa venerunt super te propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehemẽtem? Anima enim, quæ maleficos audit, & viro suo priuatur, id est, Deo, & sterilis fit, quia bonorum operum fructus non profert. Propter quod ait: *Et auferam maleficia de manu tua.* Rem præterea nocentissimam ablaturum se pollicetur: *Et diuinationes non erunt in te.* Maleficorum sunt huiusmodi diuinationes, & somniatorum, qui dicunt peccatori: Iuuenis es, diu viues, nulli hoc turpe videbitur, qui tuam consideraueris ætatem, aut causam, qua ad vlciscendum te incitatus es? Christianus es, nõ damnaberis æternis pœnis, & multa huiusmodi. De quibus Dominus per Ieremiam: Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis: quia mẽdacium prophetant vobis; vt longe vos faciant de terra vestra, & eijciant vos, & pereatis. * Originem autem malorum omniũ indicat, cum ait: *Et penitẽ faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui.* Nam si homines idola nulla colerent, nullos maleficos, aut diuinos audirent: sed cum adorent vẽtrem gulosi, quorũ Deus venter est, diuitias auari, quod est idolorum seruitus, honores, & gloriam ambitiosi, corrupte de rebus iudicant, & specie bonorum apparentium ludduntur, & vt sine timore impendentium suppliciorum ludantur, ad diuinos, & ad somniatores confugiunt. Hoc tamen est, nescio vtrum admiratione, an commiseratione dignius, quod homo superbus, & natura cupidus honoris deos colit lõge seipso inferiores, eos, quos ipse sua manu fabricauit, de quibus maximus Propheta: Simulacra gentium argẽtum, & aurum, opera manuum hominum. Adorat diuitias, quas ipse sua comparauit industria, & tãquam rebus factis parcit, & ne pro salute quidem animę suæ sustinet vel exiguam earum partẽ pauperibus, immo CHRISTO, elargiri: Honorem, & gloriam, quæ sibi suis factis parauit, ita colit, & amat; ita se eis subijcit, vt pro illis tuendis non solum multa omittat ad Dei gloriam vtilia, sed etiam nihil sit tam nefarium, vt facere vereatur. Idcirco ijs, quibus Deus bene vult, dicitur: *Et non adorabis vltra opera manuum tuarum.* * Nec tantum idola his aufert, sed loca etiam in quibus colebantur, id est, lucos religione illa inani horrendos, & vrbes plenas templis superstitionum suarum: *Et euellam lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas.* Hoc autem facit, cũ loca ipsa nobis adimit, quibus ad peccata & ad insanum amorem sęculi incitabamur vt cum longe recedere cogimur ab ijs, quæ immodice amabamus, vt amor ille euanescat, cum pereunt, aut absunt amici, cum morbis impedimur, ne in loca voluptatum

Ose. 4.

Esai. 5.

Ezech. 13.

91 Maleficia.

Ieremi. 27.

92

Homines inferiores se colunt.

Psal. 113.

Deus ijs, quos amat, aufert idola.

93

Universidad de Deusto
Biblioteca

camus, aut infamia, aut iactura rei familiaris, aut labore magno, cum displicere incipimus ijs, quibus cum familiarissime, & iucundissime viuebamus. Nec vero hoc tanquam malum odio habendum est, sed tanquã pignus Dei erga nos misericordiæ amplectendum, quo nos ad se aberrantes reuocat, sicut est in Hosea: Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eã maceria, & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inuenier, & dicit: Vadam, & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc. Qui autem hæc beneficia non agnouerint, neque Deum sibi intus loquentem audierint, sed similes facti idolis suis oculos habentes non viderint, & aures habentes non audierint, seuerissime à Deo punietur, vt tradantur in reprobum sensum, & faciãt ea, quæ non conueniunt, repleti omni iniquitate, & malitia, & fiat mẽsa optimorum ciborum, id est, inspirationum, & præceptorum, atque consiliorum Euãgelicorum, coram ipsis in laqueum, & in scandalum, & in retributionem ipsis.

Hos. 2.

Rom. 11. & Psal. 68.

CAP. VI.

AVdite quæ Dominus loquitur, Surge, contende iudicio aduersum montes: & audiant colles vocem tuam. Audiant montes iudicium Domini, et fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur. Populo meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam? Populo meus memẽto quæso quid cogitauerit contra te Balach rex Moab: et quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim vsque ad Galgalam, vt cognoscerес iustitias Domini. Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelso? Numquid offeram ei holocaustomata, & vitulos anniculos? Numquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorũ pinguiũ? Nũquid dabo primogenitum meũ pro scelere meo, fructum vẽtris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi o homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, Vtique facere iudicium, et diligere misericordiam: & solicitum ambulare cum Deo tuo. Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen tuum: audite tribus, et quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. Numquid iustificabo stateram impiam, & sacculli pondera dolosa? in quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. Tu comedes & non saturaberis, & humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes, et nõ saluabis: & quos saluaueris, in gladium dabo. Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngeris oleo: & mustum, & non bibes vinum: & custodisti præcepta Amri, et omne opus domus Achab: & ambulasti in voluntatibus eorũ: vt darem te in perditionem & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

Exhod. 15.

Nume. 22. & 23.

1 HISTORIA.

Audite, quæ Dominus loquitur. Post enarrata Messiæ beneficia populum reprehendit, qui tantarum promissionum spe ad Deum non reuertatur, sed semper peccare pergat: & exprobrat vt ingrato beneficia ab initio in eum collata. Propterea Propheta attentionem captat quasi rem vtilem dicturus.

Surge, contende iudicio aduersum montes. Pro Iudicio, est in Hebræo ריב, quod est increpatio, vt late exposuimus Hos. 2. nume. 36. idem vocabulum est vbi ait: Audiant montes iudicium Domini, & vbi ait: Quia iudicium Domini cum populo suo. Perinde ergo est, ac si diceret: Surge increpa nomine meo montes, & colles, annuntia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Mõtes autem, & colles vocat regem, & principes populi, vt ex Psal. 71. intelligere possumus, vbi legimus: Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam: Maiores, & eminentiores in populo appellat mõtes, & colles. Habacuc. 3. Aspexit & dissoluit gentes, & contriti sunt montes sæculi. Isai. 2. Dies enim Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, &c. Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. * Vbi Hieronymus, Inter impios, inquit, pro diuersitate vitiorum, & maxime superbiæ, alij montes sunt, alij colles, super quos erit dies Domini, &c. Itaque alloquitur potissimum principes, & primores populi, qui, vt diuitijs, & potentia, ita etiam superbia ceteris præstabant. In quibus qui maiores sunt, montes dicuntur, qui minores, colles.

Montes, & colles.

2

Et audient colles vocem tuam, id est, Audiãt etiam colles, etiam colles reprehende.

Et fortia fundamenta terræ. Eosdem principes appellat fortia fundamenta terræ, vt recte ait Rupertus, quia vt fundaměta quędam solida, & fortia ceteros sustinent, & cõseruant; nam sine eis populus infirmus, & pauper vitam suam tueri nõ posset, sed rueret continuo velut sublatis fundamentis: à potentioribus enim aluntur, & defenduntur, atque in pace conseruantur tenuiores. Sed cur potius fundamenta terrę dixit, quã ædificij? Vt eorum fortitudinem, & potentiam magis ostendat, vel potius vt superbiam, & elationem notet, qui omnia se sustinere credebant, vt fundaměta terræ, quę nõ hanc, aut illam vrbẽ, sed omnes vrbes, & regiones, & quidquid in terra est, sustinent.

Et cum Israel disputabitur. Hebr. cum Israel יתוכח, id est, arguet, ac reprehendet se, quod est patietur se reprehendi ab Israele, si qua in re cum lęsisse, aut iniuria affecisse deprehendatur. Quod ostendunt verba sequentia: Populo meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi: respõde mihi. Quasi dicat, licet per me, vt quemadmodum ego tibi malefacta exprobro, (propter quod dixit: Quia iudicium Domini cũ populo suo, id est, Dominus vult arguere, & increpare populum suum) ita tu mihi vicissim exprobres, si quid habes aduersum me. Simile est illud Isaiæ. 43. Reduc me in memoriam, & iudicemur simul, narra si quid habes, vt iustificeris, id est, vt iuste sententia pro te feratur. Ambros. in Apologia Dauid cap. 10. Veniens ad iudicium Deus dicit: *Populus meus, quid feci tibi, &c.* Singula in conspectu tuo locat beneficia sua, vt tanquam de ijs iudices, quæ seruare debueras, quo magis reus fias, qui diuinis non potueris stare beneficijs. *Quid feci, inquit, tibi?* Tãquam reum se constituit, & te iudicem, &c.

3

Quia eduxi te de terra Ægypti. Quasi dicat: Non video quid mihi obijcere possis, nisi beneficia mea erga te.

Et de domo seruientium. De loco, in quo seruiebas, id est, de ergastulo, Chaldæus: De domo seruitutis.

Et misi ante faciem tuam Moysen. Moysem ducem, Aharon sacerdotem, Mariam eorũ sororem prophetissam. Chaldæus: Misique ante te tres prophetas, Moysem, vt doceret iudiciorum traditionem, Aharon, vt expiaret populum, & Mariam, vt instrueret mulieres.

Memento quæso, quid cogitauerit contra te Balac. Nota est historia ex Num. 22. & 23. & 24. Misit Balac rex Moabitarum ad Balaam hariolum, vt veniret ad maledicendum populo Israel: sed Balaam à Deo prohibitus maledicere, benedixit ei potius, & mira de illius futura prosperitate prædixit. Loci autem obscuri difficultas in illis verbis latet. De Settim vsque ad Galgalam. Settim vallis est trans Iordanem in cãpestribus Moab, in qua nascuntur eiusdem nominis arbores. De loco, & de arboribus diximus loc. 3. num. 24. De Galgala vero diximus Hos. 4. num. 28. Est autem locus, in quo transito Iordane primum constiterunt filij Israel Vatablus, & quidam alij, ita interpretantur vt sint hæc, quasi nouæ sententiæ initium,

4

Settim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ac si diceret: Memento, inquam, eorum, quæ feci in gratiam tui à Settim vsque ad Galgalam. Immo & Chald. vertit: Nonne egregia facinora edita sunt in vestri gratiã à conualle Settim vsq; ad domum Galgalç, quo agnoscerentur iustitiæ Domini? Sed repugnat contextus, clamatq; hęc verba pertinere ad præcedentia; Memento quid cogitauerit contra te Balac, & quid responderit ei Balaam à Settim vsq; ad Galgalã.* Vidit hoc Hierony. & ideo ita expositit: Vide quomodo contra voluntatem suam cupiẽs tibi maledicere hariol⁹, benedixerit, de Settim vsq; ad Galgal totum exercitum Israel oculis lustrans, & mutãs loca. Eadem verba sunt apud Rupertũ. In qua expositione nihil mihi desiderandũ videretur, si docuisset nos Hieron. quomodo Balaam oculis lustrauerit exercitũ à Settim vsq; ad Galgal. Nã si velit loca illa, quæ maledicendi cupiditate mutauit, esse à Settim vsq; ad Galgalã; obstat sacra historia, quæ cap. 22. docet Balac occurrisse venienti Balaam in extremis finibus Arnon, idest, versus Orientem, & mane facto duxisse eum ad excelsa Bahal, vbi primum populo benedixit. Iterum benedixit in vertice mõtis Phasga, & tertio in vertice mõtis Phogor, Num. 23. Quæ loca nõ sunt inter Settim, & Galgalam, sed potius trans Settim versus Orientem, cum Settim habeat Galgalam ab Occidẽte. Si autem velit Hieronymus, totum exercitum diffusum per campestria fuisse à Settim vsque ad Galgalam, neq; id recte intelligi potest, nã. ca. 25. legimus: Morabatur autem eo tempore Israel in Settim. Deinde non transierat tunc populus Iordanem, trans quem erat Galgala in terra promissionis, sed mortuo etiam Moyse manebat in campestribus Moab (vt videmus extremo cap. Deuteron.) & in Settim, (vt est in. 1. cap. lib. Iosue,) atq; inde exploratores misit in Iericho. * Locum ergo difficillimum ita censeo interpretandum. Memento insidiarum, quas consilio impij Balaam tibi struere volebat Balac, per totã ditionem suã, id est, per totam terrã Moab, donec venires Galgalã, id est, donec ingredereris in terrã promissionis. Cogita quantũ tibi nocere voluerit, nisi ego obstitissem. Quod vt recte intelligam⁹, meminerimus ex Iosep. li. 4. Antiq. c. 6. Balaam, cum nõ potuisset populo maledicere, vt optabat, cõsiliũ dedisse regi Balac, vt si nocere Hebræis veller, elegãti forma mulieres mitteret, qui eos amore captos ad suos deos colendos alliceret, atq; ita fornicati sunt cum filiabus Moab, & earũ idola adorauerunt. Num. 25. Hoc autem consilio Balaam factum esse docet Iohan. Apocal. 2. Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenẽtes doctrinã Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere, & fornicari. Atque hoc & ipse Balaam subindicat Num. 24. cũ ait: Verũtamen pergens ad populũ meum dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. Quare quod Michæas ait: *Et quid responderit ei Balaã filius Behor*, ad hoc etiam consilium, quod postea dedit, referendum est. * Consilium autem hoc non fuit, vt semel ad Hebræos exirent mulieres, neq; enim multi possent ita decipi, sed vt sæpius id facerent toto tẽpore, quo morarẽtur in campestribus, & terra Moab, donec ex eius finibus egrederentur pertrã euntes Iordanem, & venientes Galgalã, vbi post transitum fluuij primum constiterunt filij Israel. Videbat enim Balaam, si ita fieret, quasi pluribus prælijs plures esse perdẽdos, & grauissimã futuram illius populi calamitatẽ. Idcirco ait: Et quid responderit ei Balaam filius Behor de Settim vsq; ad Galgalam, idest, quas insidias tibi parari iusserit in toto illo itinere, quod est à Settim, donec ingredereris in terrã tibi promissam, in cuius initio est Galgala. Et quidẽ mulieres semel exijsse videntur, cũ populus erat in Settim, sed quia Balaam per totam terrã Moab, qua transituri erant, insidias parari voluerat, & prohibitæ sunt tam fornicatorũ supplicio, de quo Num. 25. quam clade magna, quã à filijs Israel acceperunt Madianitę Num. 31. merito ait Dñs: Memẽto, quid cogitauerit cõtra te Balac, & quid responderit ei Balaã de Settim vsq; ad Galgalam: nisi enim ego prohibuissem, totus fere populus perijsset.

Vt cognoscerem iustitias Domini. Memento, inquam, horũ, quæ ego tunc feci, vt cognoscerem iustitias Domini, idest, vt videres quã iustus sim, & fidelis in promissis, qui, vt te in terram promissam introducerem, multis licet peccatis prouocatus, non sum passus te aut bello Balac, aut insidijs Balaam perire. Possumus etiam iustitias Domini interpretari legem eius, iuxta illud Psal. 18. Iustitiæ Domini rectæ lætificantes corda, vt sensus sit: Hæc feci, vt tanto beneficio obstrictus, atque deuinctus semper Deum colerem, & eius præcepta seruarem.

TRO-

TROPOLOGIA.

Audite, quæ Dominus loquitur. Qui nolunt homines audire, & aliorum monitus, atque consilia respuunt, quasi minorum, vel potẽtia ad corripiendum, vel prudentia ad docendum, Dei saltem verba audiant, qui est rex regum, & qui docet hominem scientiã. Eleganter autem dicit: *Surge, contende iudicium aduersum montes, & audiant colles vocem tuam*. Surge, qui quasi priuatus sedebas, & à me missus cum autoritate increpa. Nam qui à Domino mittitur, & autoritatẽ eius habet, nemini cedere debet, omnibus se se tunc altiorem puret, ceteros vel iacere, vel sedere, se vnum iussum surgere, siue præsit in Ecclesia, siue prædicet Euangeliũ, siue confessiones audiat regum, & principum, curet ne officio suo desit, ne humano aliquo timore capiatur, ne aduletur potentioribus, ne cõtra Dei voluntatem placeat hominibus. Tu ergo, inquit, Ieremię Dominus, accinge lũbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia, quæ ego præcipio tibi. Etenim magnopere Dei ministeri animaduertere debet, ne loquatur incertos rumores hominũ, aut quæ ubi impotens animi impetus, & imprudẽs zelus suggerunt, sed quæ Deum sibi præcepisse nouit. * Cum hęc autem loquitur, audiat, quod sequitur: Ne formides à facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatẽ munitam, & in columnam ferreã, & in murum æreum super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius, & sacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduersum te, & nõ præualebunt, quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te. Montes autem, & colles increpari iubet, id est, potentiores, & superbiores, i) enim maxime indigent & increpatione, & supplicio, placent siquidem sibi, nec se vnquam ipsi corripiũt. At humiles, qui parui sunt in oculis suis, & verentur omnia opera sua, semetipsos quotidie iudicant, & quantus ille sit, cui seruiunt, cõtemplantes, quamq; sint ipsi ignaui in seruiendo, reprehendunt se, & pœnitẽtiam agunt in fauilla, & cinere, veniamque supplices petunt, atque ita à Domino nõ iudicantur: ait enim Apostolus: Quod si nosmetipsos diiudicaremus, nõ vtique iudicaremur. * Inde etiam Isaias diẽ Domini venturum esse dicit super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, exaltabitur autem Dominus solus in die illa. Ergo super eos, qui se humiliauerunt coram Domino, & se demiserũt, ac Dominum exaltauerũt in cordibus suis, nõ veniet dies Domini. Non super eos, sed eis potius veniet, vt exaltentur, quia scriptũ est: Omnis qui se humiliat, exaltabitur. *Audiant igitur montes iudicium*, id est, increpationem Domini, vt fiat, quod ait Isaias: Omnis mons, & collis humiliabitur, & erunt praua in directa, & aspera in vias planas. *Audiant & fortia fundamenta terræ*, quia nihil est tam validum, neq; tam absconditum, quod non conficiat, & quo non penetret increpatio, & ira Dei, sicut ait Dauid: Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamẽta orbis terrarum. Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Et apud Mosem: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. * Nec montes tantum, & colles increpat, sed etiã populum suum, vt nõ cum hoc mundo dãnetur. Mirabilis vero misericordię, & bonitatis est, quod ait: *Et cum Israel diiudicabitur* Non mirum est, si homo factus dicat: Quis ex vobis arguet me de peccato? quandoquidem & antequam homo fieret, voluit cum Israel diiudicari. Ne dedigneturhomo cũ homine iudicari, & ab homine corripi, quãdoquidem & qui fecit hominem, diiudicari vult cum homine. Ita sanctus Iob instituebat dicebat: Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cũ disceptaret aduersum me. Quid enim faciam, cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cũ quęsierit, quid respõdebo illi? Vbi præclare Gregorius: Sæpe transitoria potestas animum per abrupta elationis rapit. Et quia eo quisque extollitur, quo se esse super alios videt: illũ oportet, qui super se est, semper aspiciat, vt eius metu, qui supra omnia est, crescentẽ intrinsecus animi tumorẽ premat. Intueatur enim, qui sub ipso sint, sed cõsideret sub quo ipse sit, vt ex cõsideratione veri Domini decrescat tumor fallæ dominationis, &c. * Sed vtile nobis est vt nobiscum Dñs diiudicetur, nõ solum vt eius mirã mansuetudinem, & humanitatẽ intelligamus, sed etiam quoniam quo magis iudicatur, eo iustior cognoscitur, & iustificatur in sermonibus suis,

& vincit

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vincit cum iudicatur. Quid enim illi vnquam obijcere possumus quod non eius in nos beneficium sit? Si de rei familiaris, aut liberorum iactura queraris, beneficium Dei est, vt discas à creaturis ad creatorē amorē tuum conuertere. Si te insectantur inimici, coronā tibi Deus parat in cœlo, si honorib⁹ spoliaris, doceris honorem non in terra, sed in cœlo esse quærēdum. Tentationibus vrgeris, vt discas non tuis viribus, sed diuino præsidio esse confidendum. Deo seruis ex animo, & orationi vacas, sed aret tamen animus in oratione, & nullo cœlesti rore humectatur: id efficere vult bonus pater, vt patientiam, & humilitatem compares, & Deo propter seipsum seruire assuescas. Denique quidquid in se dicat Deus, nihil nisi beneficia erga nos inueniet, ideoq; si quid dicturus est, ea necesse est commemoret, & ideo ait.* *Quia eduxi te de terra Aegypti, & de domo seruientium liberaui te?* De terra Ægypti eduxit nos, cum de seruitute spiritualis Pharaonis, ideſt, Diaboli, liberauit, qui nos mundo, & impuris cupiditatibus seruientes affligebat operibus durisluti, & latericum. Tūc etiā liberauit nos de domo seruientium. Nā qui voluptatibus indulgent, & honores, atque diuitias indefesso labore captant, quid sunt nisi miserrimi serui, multo illis infeliciores qui durissimam seruiunt apud Turcas seruitutem. * Qualis hæc sit, licet ex parte intelligere ex Domini verbis: Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne seruiretis eis, & qui confregi catenas ceruicum vestrarū, vt incederetis erecti. Sed de hoc sæpe dictum est. Illud potius consideremus, quod subijcitur: *Et misit ante faciem tuam Moysem, & Aharō, & Mariā?* Cū nos ex Ægypto educit, nequaquam in longo, & difficili itinere deserit, ante faciem nostram mittit ducem maximum, id est, Mosem, & pōtificem Aharon, id est, Christum, qui est dux noster, idemq; sacerdos noster, & pontifex. Dux, quia nobis reliquit exemplum, vt sequamur vestigia eius, & quemadmodum ipse fecit, ita & nos faciamus. Nec solum docet facienda, & exemplo præit, sed etiam vires suggerit ad sequēdum. Pōtifex, vt peccata nostra expiet, & nos sanctificet, vt simus sancti, sicut ipse sanct⁹ est. Et ne in deserto hui' vitæ sine matre essemus, cuius amor est in filios ardens, & indulgens, misit etiam ante faciem nostram Mariam, non Mariam sororē Mosis, quæ lepra aliquandò consperſa est, sed Mariam matrē Iesu Christi Domini nostri, quæ ne minima quidem vnquam labe, vel ante, vel post ortū fœdata est. O Christianorum genus tali matre felicissimum. O veram matrem, quæ semper monstrat se esse matrem, cuius tanta est caritas, vt omnē naturæ affectū superet, multoq; magis nos diligat, quā illæ ipsæ, ex quibus geniti sumus. * Quanta est felicitas, quanta in hac lacrymarum valle cōsolatio, vt sciamus nos in cœlis habere omniū, quæ aut fuerunt vnquam, aut erunt, Deo gratissimam aduocatam, & patronam, immo & dulcissimam parētem, quæ singulorum cōmodis diligēter prospiciat, & cui carissimos nos esse sentimus? Ipsa est stella lucidissima, quæ huius maris tenebras illustrat, cuius vita inclyta cūctas illustrat Ecclesias, quæ virginitatis gloria permanente lumen æternū mundo semel effudit Iesum Christum Dominum nostrū; & cui peccatis nostris irato nos sæpissime reconciliat. Obseruent sane Sidonij nautæ stellam illam, quam Cynosuram vocant; Greci, quam vocant Helicen: ego hāc stellam semper obseruabo, nec ea duce naufragium timebo. Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniā ipsa mecum est. Si cōsistant aduersum me castra, nō timebit cor meū, si exurgat aduersum me prœlium, in hoc ego sperabo. Pater meus, & mater mea dereliquāt me, & mater Domini mei assumat me quia melior mihi est quam decem matres. * Nunc etiam Moysem, & Aharon mittit Dominus ante faciem nostram, id est, magistros fidei, & morum, quos in Mose intelligimus; & episcopos, ac presbyteros, quos significat Aharon. Nec desit Maria, in qua alij Dei ministrii indicantur, qui infirmiores consolentur, & ad laudes Dei excitent, vt ipsi quoq; viriles animos cōcipiant, sicut de Maria scriptū est: Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aharon tympanum in manu sua, egressæq; sunt omnes mulieres post eā, cum tympanis, & choris, quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino, glorioſe enim magnificatus est, equum, & ascēsorem eius deiecit in mare. Quod carmen paulo ante decinerāt Moses, & filij Israel Domino. Præterea dedit nobis Mosem, ideſt, spiritualem legem, Aharon, id est, sacerdotium, Mariā, id est, vaticinium prophetarum, vt interpretatus est Hieronymus. Sed post hæc beneficia meminerimus oportet quid cogitauerit con-

14 Mali seruiunt.

15 Leu. 26.

1 Pet. 2.

Maria missa ante populū Christianum.

rit contra nos Balac, & quid responderit ei Balaam, de Settim vsq; ad Galgalam. Balac, inquit Hieronymus, interpretatur ὁλέχων, id est, elingens, & significat Diabolum, qui deuorare voluit, & nostram congregationem elingere. * Balaam sunt falsi morum magistri, & pseudoprophetæ, siue hæretici sint, siue ex ijs, qui manēt in Ecclesia, qui docent peruersa, & legi Dei aduersantur, mundi errorem sequentes, non esse ferendas iniurias, fugiendam esse paupertatem, persequendos honores, & id genus alia. Per hos vult nos Diabolus seducere, vt in Dei maledictionem incidamus. De his dicitur episcopis Ecclesiæ, qui huiusmodi pestes tolerant, nec à suis procul ablegāt: Sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenētes doctrinam Balaā, qui docebat Balac mittere scandalū coram filijs Israel, edere, & fornicari. Has autem insidias semper nobis Diabolus per istos struit, dū moramur in terra Moab, ideſt, in hoc mundo, donec ingrediamur in terram promissionis cœlestem, id est, *de Settim vsque ad Galgalam. Vt ergo cognoscamus iustitias Domini*, & videamus quam sit verax in promissis, atque memoria beneficiorum in illius amorem rapiamur, legemq; eius obseruemus, recordemur quoties, quantumq; nobis per ministros suos vbique Diabolus nocere voluerit, tantamque fuisse Dei erga nos beneficentiam, vt inde potius benedictionem victis tentationibus, laqueisque diruptis reportauerimus. Non potuimus vitare quin aliquid admisceremus hic Allegoriæ, ita enim verborum, & rerum contextus exigebat.

18

19

HISTORIA.

Quid dignum offeram Domino. Vt doceat illos sanctus Michęas quo potissimum obsequio demereri possint Deum iratū, & quo sacrificio sit placādus, introducit populum loquentem quasi conuersum, & Dei beneficia agnoscentem, quærentemq; quid ipse offerre Domino possit, quo sibi eum reconciliet. In Hebr. est בַּמֶּה אֲקַדֵּם יְהוָה, id est, In quo præueniam, siue præoccupabo Dominum? id est, Quo munere illum mihi placabo? qua victima? Ita enim interpretandum est, Præueniam, siue Præoccupabo, vt cum dicitur Psal. 94. Præoccupemus faciem eius in confessione, id est, Præueniamus eum cōfessione, & laude, antequam in nos animaduertat, quod est: Placemus eum iratum. Idē verbum est, vbi statim ait: Numquid offerā

Dignum.

13. Iliad.

Locus Pau. Rom. 8.

20

21 Deut. 6.

et holocautomata. Hebr. Numquid prœoccupabo, siue præueniam eum in holocautomatis? Quare cum dicit: *Quid dignum offerā?* Dignum vocat quod satis esse iudicetur ad satisfaciendum, & ad placandum Deum, vt Gen. 23. Intercede pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi spelūcam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulcri, ideſt, pecunia quę ei satisfaciat, & æquet pretium speluncæ, pro qua bene possit dari spelunca. Hoc modo accepit Homerus dignum.

καλὴν λέβητ' ἄπυρον βοὸς ἄξιον, ἀθλευτῆρα.

Et lebetem nouum, dignū boue, variegatum, id est, cuius pretiū iustū est bos vnus. Et Odyss. 8. de gladio Vlyssi porrigendo.

καὶ δ' ἐθέλω τοι ἄξιον ὧδε δοῦναι, id est,

Multo illi dignus erit, magno vendere poterit. Ita Paul⁹ dixit Rom. 8. Existimo enim quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, id est, multo maior est gloria nobis reddēda pro malis, quæ patimur, quā mala ipsa: mala enim tempore finiuntur, neque vsq; adeo excruciāt, gloria vero perpetua est, & multo plus habet iucunditatis, atque dulcedinis, quam huius temporis dolores acerbitatis, atque molestiæ. * Ex quo videmus quod quidam quærunt, cur non de actionibus loquatur, sed de passionibus, confert enim contentionē doloris præsentium calamitatum cum contentione futuri gaudij. Videmus etiam non negare Paulum, passiones dignas esse æternæ beatitudinis retributione.

Curuabo genu Deo excelso? Satis ne erit pro meis peccatis genua coram Deo flectere? Recte hoc pòsitū est, multi enim videntur sibi satis pij si curuēt genu Deo. Et quidem genuum curuatio sancta est, ac Deo placet, nam & Stephanus Act. 7. genua Deo flexit, & Paulus genibus flexis orauit in littore Act. 21. & Eph. 3. ait: Flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi. Vide ibi Hieronymum. Verum nō satis est genu flexio, aut reliqua eiusmodi, quæ externa sunt, ad Deum placandum, nec vllius momenti sunt apud Deum, si animus fixus manet in peccato, nec per pœnitentiam Deo satisfacere studet. * Dominus quærit cor, homo autem prębet illi, quę sunt extra cor, nihil illi datur, si cor non datur, ideo dixit: Diliges Dominum Deum tuū ex toto cor-

de tuo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

de tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Si cor auferas, & cerera des, male diuidis. Totam animam vult, totam fortitudinẽ vult. Sed si cor abstuleris, nihil vult, hoc est, non ei placet, quod das.

Numquid offeram ei holocautomata. Holocautoma (ita enim legendum est non holocaustoma) idem est quod holocaustum, id est, sacrificium, quod totum in Dei gloriam concrematur, & cuius nulla pars relinquitur sacerdotibus. De quo diximus Hos. 6. num. 28. Vituli anniculi tenerrimi sunt, & ad sacrificia optimi.

Numquid placari poterit Dominus in millibus arietum? Et si poterant hæc à Propheta dici, vt errore populum liberaret, nihil tamen obstat vt à populo eodem dici intelligamus intelligente ex doctrina legis, & prophetarum nequaquam Dominũ his placari. Non placabitur Deus, dum homo aliquid extra se obtulerit. Numquid, inquit, manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorũ potabo? Immola Deo sacrificium laudis. Psal. 49.

22 *Quid est sacrificium laudis? Sanctus Iosue docet: Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, atq; indica mihi, quid fecceris, ne abscondas. Tunc enim vere Deo sacrificium laudis immolamus, cum nosmetipsos per veram cõtritionem mactamus, & peccata aperimus sacerdoti. Quare statim respõdet Achan: Vere ego peccaui Domino Deo Israel, & sic, & sic feci. Facile homines offerunt sacrificia, & eleemosynas, sed sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatũ Deus nõ despicies. Inde cum in Isaia ait: Quo mihi multitudinem victimarũ vestrarum, dicit Dominus? Plenus sum. Holocausta arietum, & adipẽ pinguium, & sanguinem vitulorũ, & agnorum, & hircorum nolui: statim docet quid velit, vt hęc, quę ipsi offerunt, placeãt. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, &c. Sed de his multa diximus Hos. 6. nu. 19. & sequentibus.* Iosue 7. Psal. 50. Isai. 1.

23 *Numquid dabo primogenitum meum pro scelere meo?* Immolabo ne filium meum primogenitum, & mihi omniũ carissimum, quẽadmodum fecit rex Moab. 4. Reg. 3. Mos enim hic gentilium fuit, vt filios etiam immolarẽt, si quãdo magnis difficultatibus laborarent, quõ & filij Israel imitati sunt. Psal. 105. Et immolauerũt filios suos, & filias suas dæmonibus, & effuderũt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarũ, quas immolauerunt sculptilibus Chanaan. Idem alio modo dicit: *Et fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?* Fructus vẽtris omnes liberi dicuntur, siue mares sint, siue fœminæ, siue de filijs mulieris sermo sit, vt, Benedictus fructus ventris tui, siue de filijs viri. Vt Psal. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Gen. 18. Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Inde ad hominum similitudinem dictũ est Psal. 109. Ex vtero ante luciferum genui te. Vermes fructus ventris. Luce.

Indicabo tibi homo quid sit bonum. Ita legendum est, nõ, ô homo, vt ex Hebr. & ex Græco, & Chaldæo constat. Verba sunt Prophetæ populo respondentis, docentisq; summã pietatis, & quomodo Deus sit placãdus. Ne, inquit, labores quærendo sacrificia, ego tibi paucis indicabo quid sit bonũ, & quid Dominus à te requirat. Bonũ definitur, quod omnia appetunt. Sed in homine maxime hic appetitus boni elucet, adeo vt ne malũ quidem vllum appetat, nisi quadã boni specie velatum, nemo enim respiciens ad malum operatur. Quare exactissima à nobis ratio exigitur qualiter hoc appetitu boni vsi fuerimus. Quid enim iniquius esse potest, quam appetitu boni in malum vti? *Quam rationem reddet qui terram feracem accepit excolendã, si plena sit noxijs herbis: Qui hoc appetitu à natura ad bonũ insito abutitur ad malum, perinde facit, atq; homo validus, & fortis, qui virtute multum prodesse reipublicæ poterat, nec quidquam tamen aliud quam latrocinia exercet: aut qui optimum ingenium, quo altissima, & vtilissima perdiscere poterat, totum ad nocẽtes artes conuertit. Non igitur habes ô homo excusationem, nisi forte causeris bonum te ignorare quod sequaris: sed ne causeris indicabo tibi quid sit bonum.* Pro Indicabo tibi, in Hebr. est הגיד, nũtiauit, indicauit, quomodo nonnulli ex recentioribus vertunt. Sed proprietas est linguæ Hebraicæ, præteritũ actiuum accipi nonnunquã pro passiuo, vt adnotauimus in ca. 13. Hos. n. 19. Propterea perinde est, ac si diceret: Indicatum tibi est homo, siue, Indicabitur tibi homo. Latine, præterito pro futuro posito more prophetico. Lxx: Nuntiatum est tibi homo, ἀνθρωπε. Deuteron. 10. Psal. 24.

Et quid Dominus requirat à te. Creatus es à Deo, & aliquod officiũ habeas necesse est,

quod à te requirat, qui creauit te. Hoc tibi nunc indicabo. 24

Vtique facere iudicium. Tu aliquid extra te offerebas; Deus autem quærit te, offer illi cor mundum, contritum, & humiliatum. Augustinus sermon. 236. de tempore: Quærebas, quid offerres pro te, offer te. Quid enim Dominus quærit à te, nisi te? Quia in omni creatura terrena nihil melius tecit te, quærit te à te, quia tu perdideras te. Iudicium facere, non possumus dubitare quin idem sit quod iudicare; quandoquidem Iohann. quinto legimus: Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, secundo Regum 8. Faciebatque Dauid iudicium, & iustitiam omni populo suo, tertio Regum 10. Et constituit te regem, vt faceres iudicium, & iustitiam. Est etiam punire, quod iudicium consequitur. Vt Exhod. 12. Et in cunctis dijs Ægypti faciam iudicia. Psal. 9. Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarum comprehensus est peccator. Iudicia autem dicit, quoniam de multis erant supplicia sumenda. Iudicare autem est suum vnicuique tribuere. Hoc ergo primum à peccatore exigitur, vt ipse arbiter sedeat, & seipsum iudicet, ne non iudicetur à Domino. Iudicet se, damnet vitam priorem, reddat Deo, quod suum est, compenset veteres iniurias lamentis pœnitentiæ, reddat Deo honorem, sibi confusionem, & ignominiam, ficut ait sanctus Daniel. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio facies. * Augustinus sermo. 236. de tempore ita hæc exponit: Si autem facias quod iussit, inuenit in te iudicium, & iustitiam. Iudicium primo in te ipso, iustitiam, ad proximum tibi. Quomodo iudiciũ in teipso? vt displiceas tibi quod eras, & possis esse quod non eras. Iudicium, inquam, de te ipso in teipso sine acceptione personæ tuę, vt non parcas peccatis tuis, nec ideo tibi placeant, quia tu facis. Nec te laudes in bonis tuis, & Deum accuses in malis tuis. Hoc enim est peruersum iudicium, & ideo nec iudicium. Cum tibi ergo peruersus displiceueris, teque illo, qui creauit, & immutante, correxeris, rectus seruabis iustitiam, &c. Deinde, quoniam facere iudicium, punire est: puniat peccator primum in se voluptatem peccati pudore confessionis, quod contra Deum superbus admisit, supplex sacerdoti ministro Dei detegat. Puniat præterea gemitibus, & dolore, & fructibus veræ pœnitentiæ atq; satisfactionis. Qui hoc fecerit, recte illud dicere potest: Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. * Denique ille etiam facit iudicium, qui legibus obtemperat, & quod personæ ac conditioni suæ debet, facit, vt Prouer. 21. Gaudium iusto est facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatẽ. Genes. 18. Scio enim quod præceperus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiam. Cum ergo per pœnitentiam solutus fuerit à peccatis, nequaquam se etiam à lege solutũ putet, vt hæretici volunt, sed tunc etiam faciat iudicium omni tempore, & legem Dei obseruet, iuxta id, quod de viro beato scriptum est: Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Psal. 28. Psal. 1.

Et diligere misericordiam. Non facienda tãtum misericordia est, sed etiam diligenda, quod enim diligimus, promptius facimus, atque hilarius. Talem vult esse misericordiam Paulus: Vnusquisq; pro vt destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. * Merito autem posit facere iudicium adiecit, diligere misericordiam: multum enim pœnitentiam iuuat misericordia, & quasi pennis quibusdam eam tollit in cœlum, vt ait Chrysostomus hom. 5. de pœnitentia. Præterea accepta per pœnitentiam iustitia multum misericordia conseruatur, sicut docet sanctus Dauid: Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. 28 Psal. 40.

Et solicitum ambulare cum Deo tuo. Ambulare cum Deo est amice illi adhærere, & placere. Hoc intelligimus ex illo Amos. 3. Nũquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? Et ex Paulo Hebræ. 11. vbi de Henoch ait: Ante translationem autem testimonium habuit placuisse Deo. Nihil autem de hoc scriptura dicit, nec vllum huiusmodi testimonium legimus. Gen. 5. tantum ait: Et ambulauit Henoch cum Deo: Sed Paulus interpretatus est illud verbum: Et ambulauit cum Deo, idem esse, quod Placuit Deo. Similiter interpretatus est Ecclesiast. c. 44. Henoch placuit Deo, & transl- Ambulare cum Deo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

latus est in paradisum. Cum ergo legimus Gen. 6. Noe vir iustus, atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulauit: intelligimus, Deo adhæsit, & placuit. Ambulare. Hanc autem consensionẽ animorũ, & beneuolentiam solet explicare scriptura verbo ambulandi, vt Prou. 1. * Sortem mitte tiobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum, id est, ne acquiescas eis, vt paulo ante dixerat, ne illis assentiaris. Ecclesiastici. 7. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula, id est, idem senti quod illi, eo animo esto, ac si tua essent illa mala. Nec vt segnes ambulemus iubet, sed soliciti. Solicitudinem prohibere solet scriptura, vt Matth. 6. Nolite ergo soliciti esse dicentes: Quid manducabimus? aut quid bibemus? Et mox: Nolite soliciti esse in crastinum. Et. 1. cor. 7. volo autem vos sine solicitudine esse. Sed ideo hanc, quæ ad res temporarias pertinet, prohibet, vt totam curam nostram, & solicitudinem in æternas, & in Dei obsequium conferamus. Sicut ex eodem discimus. Hebræor. 6. Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare solicitudinem (quam, scilicet, hactenus ostentastis) ad expletionem spei vsque in finem: vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum, qui fide, & patientia hęreditabunt promissiones. Pro eo quod nos habemus: * Et solicitum ambulare, Lxx verterunt: Et paratum esse ad ambulandum. Theodotio: Et caue diligenter vt ambules cum Deo tuo: Quinta editio: Solicite cura vt ambules cum Deo tuo, in Hebræ. est והצנע לכת quod est: Et cum humilitate solicitum esse ad ambulandum. Significat enim hoc verbum cum solicitudine humiliratem: quod fidelium seruorum est, qui quamuis prompte, & liberaliter seruiant, tamen nihil se magnum facere existimant, & dominorum gratiam reuerentia, & modestia promereri studeant. Chaldæus: Eris ergo humilis ambulando in timore Dei tui. Quod significari videtur Psalm. 2. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.

Solicitudo an bona sit.

29

30

31 *Vox Domini ad ciuitatem clamat.* Quoniam longissime aberant ab ijs, quæ Prophęta Dominum velle dixerat, iterum redit ad eorum vitia reprehendenda, ac potissimum auaritiam, & rapinas. Ad te ô ciuitas Ierusalem clamat vox Domini iterum loquentis. Quicumque timuerint nomẽ eius id est, qui eum venerari fuerint, eique obedierint, salui erunt: cæteri peribunt. Pro salui, in Hebræ. est תושיה quod quidam sapiẽtiam interpretantur. Sed non est dubium hoc nomine etiam salutem significari, quo modo, & Lxx hic verterunt: Et saluabit timentes nomen eius. Et Prou. 2. Custodiet rectorum salutem, Lxx similiter σωτηρίαν, vbi habemus: Timentibus, recentiores vertũt: Videbunt, at Lxx, & Chald. ita vt Hieronymus, interpretati sunt.

Audite tribus, & quis approbabit illud? Audi ô familia Israel. Et quoniam rem quidem vtilem dicebat, sed videbat paucos futuros esse, qui obtemperarent, dolore incitatus addit: *Et quis approbabit illud*, scilicet, assentiendo, & opere adimplendo. Quasi dicat, pauci, aut nullus. Pro Tribus est in Hebr. שבט quod virgam interdum significat, quomodo hic quidam vertunt. Sed notum est significare etiam tribum, vt Hieronymi. & Lxx verterunt, vt Num. 36. Ne cõmisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribũ. Est autem singularis numeri, Tribus, sed quia nomẽ collectiuũ est, verbũ habet numeri pluralis, vt notauimus. c. 1. n. 5.

32

Adhuc ignis in domo impij. Recentiores in huius loci interpretatione non meminerunt ignis, sed ex Lxx translatione constat, non ש legendum esse, sed ש, id est, ignis. Est autem sensus elegantissimus: Adhuc, id est, post tot monita, & increpationes prophetarum, impij retinẽt Thesauros per iniquitatem, & rapinam comparatos, nec volunt suis dominis restituere. At eiusmodi Thesauri nõ Thesauri eis erunt, sed ignis, qui eos consumet, veniet enim propter eos maxima ira Dei super illos. Ita etiã Iacobus. c. 5 Aurum, & argentum vestrum æruginauit, & ærugo eorũ in testimonium vobis erit, & mãducabit carnes vestras, sicut ignis.

Et mensura minor plena. Habent minores iusto mensuras, quibus decipiant, & spolient ementes pauperes: at quantum his detrahunt mensuris, tantum addunt irę Dei, & vindictæ in se veritutæ; quod deest mensuræ, supplebitur de ira Dei. In Hebręo est, cępha tenuitatis iræ, id est, mensura parua ad iram prouocãs, & vindictam efficiẽs: quamuis enim mensurã vocat cępha, siue cęphi, vt diximus Ham. 8. nu. 13.

Non

33 *Numquid iustificabo stateram impiam.* Num mihi, cum iustus sim, placere putant posse fraudes in mensuris, & ponderibus, quas in lege, & in scriptura mea detestatus sum? Lege Deuteron. 25. & Prouerb. 11. Quod quidem quodammodo tolerabile videretur, si id pauperes inopia coacti facerent, sed faciunt diuites eius, id est, ciuitatis huius, & ita repleti sunt iniquitate, id est, multis viijs, quæ cupiditatem pecuniæ consequuntur, 1. Timo. 6. Radix enim omnium malorum est cupiditas, id est, φιλαργυρία, pecuniæ cupiditatis. Vt iniquitatem vocat, opes inique quæsitas. Saccelli pondera dolosa sunt pondera minora iusto, quæ in sacello seruabantur ad decipiendum ementes, quod, vt diximus, lege prohibebatur. Deuter. 25. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius, & minus; nec erit in domo tua modius maior, & minor. Pondus habebis iustum, & verum, & modius æqualis, & verus erit tibi. Iustificare dicit probare, & iustum pronuntiare: est enim proprie absoluere aliquem in iudicio. Roman. 8. Deus qui iustificat, quis est qui condemnet? Isai. 5. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferris ab eo. Psalm. 50. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. De Morali sensu harum mensurarum diximus iam Hos. 12. nu. 10. & Hamos. 8. num. 26. & 27.

Iustificare.

34 *Et habitantes in ea loquebantur mendacium.* Huius ciuitatis homines auaritia corrupti, & quæstui tantum studentes nullam caritatis, aut amicitiæ rationem habent, sed omnes decipiunt, & fraudes vbique nectunt.

Et ego cœpi percutere te perditione. Ideo cœpi affligere te varijs calamitatibus, sed quia minime resipiscis, pergam porro, & hostes inducam, qui te fructu laborum tuorum, & omnibus opibus spolient. Et hoc est, quod ait: *Tu comedes, & non saturaberis*, spoliatus enim, & direptus tanta inopia laborabis, vt nunquam possis saturari. Ita in multis loquitur, ac si vni loqueretur, cui dixit: Audite tribus. De Morali sensu huius, vide Hos. 4. num. 19. & cap. 6. eiusdem. num. 57.

Humiliare.

Et humiliatio tua in medio tui. Humiliationem vocat afflictionem, & vastitatem inferendam ab hostibus, est enim humiliare affligere, & ignominia afficere. Pfalm. 118. Bonum mihi quia humiliasti me. Pfal. 146. Humilians autem peccatores vsque ad terram. Humiliaberis ergo, & affligeris ab hostibus in medio tui, id est, intra te, in terra tua, obsideberis enim, & vastaberis. Lxx, Et ejciam te in temetipsam, siue projciam te, efficiam, vt supra teipsam ruas. Potest etiam humiliatio more Hebræorum capi pro eo, quod efficit humiliationem, quem adnotauimus Hos. 5. numer. 4. vt sic sensus: Harum calamitatum tu ipsa tibi auctores es, nec hostibus imputes, sed tibi, non illi pugnant contra te, sed peccata tua.

Et apprehendes, & non saluabis. Verba sunt valde obscura, & varia exponuntur, quoniam non dixit Propheta quid apprehensuri essent. Mihi ex proximorum verborum explanatione videtur hæc facile posse explicari. Dixit: Humiliatio tua in medio tui, id est, supra teipsam concides ô ciuitas iniqua, siue ô tribus, vel, in terra tua vastaberis. Nunc ait: *Et apprehendes*, scilicet, filios tuos, cum in hac afflictione, & vastitate versaberis, cupies filios tuos liberare, & hostium furori, atque telis subtrahere, & non saluabis, id est, non poteris eos liberare. Si quos autem liberaueris, & si qui forte euaserint, necisti quidem liberabuntur, sed in gladium hostium eos tradã. Consuetudinem scripturæ, vt omnia tollere videatur, cum non omnia tollat, vt hic facit, adnotauimus cap. 1. nu. 15. Recentiores expositores Iudæorum vestigijs insistentes legunt: Et tanges, siue apprehendes, & non saluabit, & ad congressum maritalem referunt, & ad abortum mulierum, quod mihi magis somnium, quam interpretatio videtur: quorsum enim in hostili vastitate de conceptione, partuq; mulierum loquatur?

35

Tu seminabis, & non metes. Subito enim venient hostes, & omnes fructus terræ, & labores agricolarum intercipient. Hoc quã verum sit, videmus quarto Reg. 25. Mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circumdederũt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas, atque vallata vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ nona die mensis, prævaluitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ, id est, nullus eis cibus erat. Cum autem apud Hebræos, & Orientales omnes primus mensis sit October, vt Hieronymus autor est in ca. 1. Ezec. prope initium, decimus mensis,

36

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo obsessa est Ierusalē, fuit Iulius, quo omnes fructus colligendi erant, ideoque ab hostibus intercepti sunt.

Et custodisti præcepta Hamri Imitata es mores, & impietates Hamri idololatræ regis Israel, & patris Achab, & ipsius Achab, & posterorū eius, quasi præcepta Dei sequereris. Cur autem horum regum meminerit, intelligitur ex 3. Reg. 16. videlicet quoniam fuerunt quasi instauratores idololatriæ Ieroboham primi regis Israel, quæ quodammodo fuerat interrupta, aut imminuta celeri, & inopinata morte regum,
37 qui præcesserant, & bellis ciuilibus.* Regnare autem cœpit Hamri quadragesimo sexto anno, ex quo Israel recessit à Domo Dauid. De quo ita ibidem legimus: Fecit autem Hamri malum in conspectu Domini, & operatus est iniquiter super omnes, qui fuerant ante eum, ambulauitque in omni via Ieroboham, &c. De Achab autem eius filio: Et fecit Achab filius Hamri malum in conspectu Domini super omnes, qui fuerunt ante eum, &c. Nonnulli existimant ab illis verbis: vox Domini ad ciuitatem clamat, Propheta ad decem tribus sermonem conuertere, quoniam dicit: *Et custodisti præcepta Hamri, &c* Sed mihi verisimilius fit etiam nunc loqui eum Ierusalem, & duabus tribubus, quibus manifeste locutus est in toto capite quinto. Cum autem dicit: contende iudicio aduersus montes, nihil habemus cur de alijs intelligamus, quam de principibus duarum tribuum. Itaque quod postea sequitur: Vox Domini ad ciuitatem clamat, cur non de eadem ciuitate accipiamus, de qua ante loquebatur? Non enim sunt sine causa mutandæ personæ. Nam quod nunc ait: *Et custodisti præcepta Hamri* maiorem emphasim habet, si ad Ierusalem, siue ad duas tribus referatur, ac si dicat: Eos, à quibus animo, & voluntate dissidebatis, impietatis studio imitari estis, & in Ierusalem, vbi templum, & sacerdotes Dei habebatis, fecistis quidquid in Israel præceperunt impij reges, ita vixistis in Ierusalem, ac si essetis in medio Samariæ.

38 *Et ambulasti in voluntatibus eorum.* Quoniam in multis codicibus corrupte legitur, In voluptatibus eorum, deceptus Lyranus exposuit. Quia non solum fuerunt idololatræ, sed etiam carnalibus vitijs subditi. Sed legendum est: *In voluntatibus eorum*, Volunta
id est, fecisti quidquid illi volebant, capitur enim voluntas more Hebræorum sæpe inculcato, pro re, quam volumus, vt Psalm. 110. Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates eius, Et quod citatur. Acto. 13. Inueni Dauid filium Iessæ virum secundum cor meū, qui faciet omnes voluntates meas. Simile mendum est in multis codicibus latinis in Psalm. 26. vbi legitur: Vt videam voluntatem Domini, pro, vt videam voluptatem. Legendum autem esse, In voluntatibus, docent nonnulla manu scripta exemplaria, & ita legitur apud Hieronymum. Docet etiam apertissime nomen מעצות, quod significat consilia, & voluntates, vt Prou. 1 suisque consilijs saturabuntur Psalm. 5. Decidant à cogitationibus suis, Et Psalm. 80. Ibunt in adinuentionibus suis. Quæ tria idem prorsus significant quod in hoc loco, Voluntates. Lxx, Et ambulauistis in consilijs eorum.

Vt darem te in perditionem, id est, Atque ita dabo te in perditionem, disperdam te. De qua phrasi diximus Hamos. 2. nu. 9. & de alera: Dabo te in perditionem, pro Perdam te, Hos. 11. nu. 28.

Et habitantes in ea in sibilū. Sibilus populare 39
irrisionem, atq; insultationem in miseros in Sibilus
dicare solet, vt Thren. 2. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viā. Sibilauerunt, & mouerunt caput suū. Iere. 19. Et ponā ciuitatem hanc in stuporem, & in Sibilū: omnis qui trāsierit per eā, obstupescet, & sibilabit super vniuersa plaga eius. Habitantes autē in ea, intelligit in Ierusalem.

Et opprobrium populi mei portabitis. Montibus loquitur, & collibus. Vos ò principes portabitis opprobrium populi mei, id est, quia populo autores fuistis malorum, ab eodem probris, & contumelijs, & diris imprecationibus afficiemini. Alter sensus est: Portabitis opprobrium, quo digni estis, propter scelera, & rapinas, quibus populū meū afflixistis. Alij exponunt, quod mihi etiam placet: Portabitis opprobrium, quod cōmi natus sum populo meo Deut. 28. Ducet te Dominus, & regem, quem constituit super te, in gentē, quam ignoras tu, & patres tui, & seruies ibi dijs alienis, ligno, & lapidi. Et eris perditus in opprobrium, & fabulā omnibus populis, &c. Lxx, vt etiam nostra, Hieronymus, verterunt: Opprobria popu-

lorum

lorum accipietis, quoniam non legerunt עמי, id est populi mei, sed עמים, id est, popu-
40 lorum.

TROPOLOGIA.

Ab illis verbis: Quid dignum offeram Domino? omnia moralia sunt, neque aliter sunt interpretanda, ideoq; in ipsa Historica explanatione diutius, quam solemus, commorati sumus. Superest tamen, vt pauca ex sequentibus explicemus. Animæ peccanti recte dicitur: *Et humiliatio tua, in medio tui*, nā quę foris stans, atque honorata à Deo videbatur, intra seipsam prauis cupiditatib⁹ miserabiliter concidit, & facile tentationibus cedit, & mortua est, quæ viuere videbatur. Talis erat episcopus Ecclesiæ Sardensis, cui dicere iubetur Iohannes: Scio opera tua, quia nomen habes, quod viuas, & mortuus es. Esto vigilans, & cōfirma cetera, quę mortua erant, non enim inueni opera tua plena corā Deo meo. Nihil enim est quod ita animam humiliet, id est, dedecore afficiat, & vilem abiectamq; faciat, atq; peccatum, quo rebus infimis, & multo se vilioribus vitro se subijcit ad seruiendum. Quā pudendum nobis est cum ad cœlum vocati cogitatione atque animo degimur in terra, & serui efficimur iræ, libidinis, auaritiæ, ambitionis? Hęc autem humiliatio magis crescit quo minus cum tērationibus, & nobiscum ipsis pugnamus: nec iuuat nōnunquam nō videri ab hominibus, cum sit in medio nostri Deo nota, & nobis. * Cumq; ita anima humiliatur, multa facit, quæ natura sua bona erant, sed prauo fine corrūpit, & magnorum operum mercedem amittit, quia mercedem hominum quærit. Propter quod dicitur: *Et apprehendes, & non saluabis*, videtur enim filios suos, id est, opera sua velle liberare, & in Deum, atq; in salutē suā referre, sed tandem affectu inanis gloriæ, aut ambitionis, aut alterius vitij superatur, & nō seruat. Si quæ autem seruat, & conuersa ad Deum quædam, quæ ei placeant, facit, cito amittit in peccatū lapsa, & illa gladio peccati mortalis iugulantur. Quoties seminat opera bona, de quibus dicitur Eccle. 11. Mane semina semen tuū, & vespere non cesset manus tua, & non metit, quia quod Dei amore facere cogitauerat, tandem hominū causa facit: & bonū, quod cœperat, humano aliquo metu reliquit, ac deserit? Seminat, profecto qui de perfectione cogitare cœpit, leq; assidua sacramētorum communicatione, ora-
41
tione, ieiunijsq; exercet, sed curis sæculi, & tētationibus, & vanis hominū rumoribus, repēte in medio cursu resistit, ac deficit. Propterea dictū est: Mane semina semē tuū, & vespere nō cesset manus tua, quia laborasse aliquando satis non est, nisi ad finē vsq; vitæ laboremus. * Nec minus miserum est quod sequitur: *In calcabis oliuam, & nō vngeris oleo, & mustum, & non bibes vinum.* Fit enim interdum vt incipientiū laborū fructu priuemur, cum quidem longe fructus aberat, vt vsu venit seminanti, & nō metenti: at cum iam fructus pene erat in manibus diu speratus, & subito euanescit, aut intercipitur, miserrimū est: Qui calcat oliuam, iam oleū habet, quid superest nisi vt vngatur? Sed nō inquit, vngeris oleo. Oleum pinguedinem Oleum.
spiritualium donorū significat, sicut ait Pro Psal.44.
pheta: Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Oliuam calcant, qui se illis operibus exercent, quæ hæc dona consequuntur, vt pœnitētia, meditatione rerum sacrarum, oratione, abnegatione sui. Sed quia nonnunquam labore defatigantur, & cum iam proximus erat fructus, deficiunt, aut aliqua vehementiori tētatione ad intermissas voluptates rapiūtur, nec illa spirituali pinguedine inunguntur, recte ait: *Calcabis oliuam, & non vngeris oleo.*
* Alij quærebant multo labore humilitatē, 43
aut caritatē, aut integram abnegationem, aut contemptionē sæculi, & non habentes post longam exercitationē, quod quærunt, desperant se iam habere posse, & laborare desinūt, quod tamen, si modicum præterea laborarent, sine dubio inuenirent; nō enim est durus Deus, vt obliuiscatur operis nostri; hi calcarunt oliuam, & non sunt vncti oleo. Alij donis spiritualibus abundant, sed vino cœlestis consolationis interdū carent, dum varijs ad vtilitatem suā tentationibus exercentur, & anxij quærunt, quod cupiūt, sed cum iam in proximo erat consolatio, & vinum cœleste, quo ebrij erant sancti apostoli; aut occulta quadam elatione postea intumescunt, cum acceperi erant, aut quasi iam accipere debuissent, secum tacite queruntur, quod inhumaniter, aut duriter à Deo tractentur, ideoque non accipiunt; hi calcant mustum, & non bibunt vinum. Hæc eadem ad eos quoque accommodari possunt, qui eleemosynis, & ieiunijs, & huiusmodi operibus quærebant in amissam gratiam restitui, sed labore deficiunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut tentationibus, atque ita quærunt, &
44 non inueniunt. * Ne vero mirari peccator possit Deum sibi esse iratum, teque varie anima, & corpore puniri, causam iræ suæ, atque malorum omnium Deus aperit, cum ait: *Et custodisti præcepta Hamri, & omne opus domus Achab, & ambulasti in voluntatibus eorum.* Cum enim nos filius liberauerit, & vere liberi simus: vt voluptatibus, ac bonis sæculi fruamur, vlrro nos Diaboli & mundi legibus subijcimus, & quidquid illi volunt, facimus: atque inde in perditionem iustam incidimus, cum sinimur ambulare in desiderijs animarum nostrarum, & in sibilum, vt omnibus irrisioni, & contemptui simus, qui dignitatem filiorum Dei retinere nescimus. Opprobrium quoque populi Dei portamus, de quo scriptum est: Quicumque honorificauerit me, 1.Reg.2. glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Portamus præterea opprobrium populi Dei, quoniam si qui exemplo esse debemus, & ad bona opera populum exhortari, ab officio recedamus, & nomen Dei polluamus; populus imitatur, quod videt, & nullum peccati genus prætermittit, cuius peccata opprobrium, & iudicium nostrum sunt.

CAP. VII.

VÆ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur. Malum manuũ suarum dicunt bonum: princeps postulat, & iudex in reddendo est: & magnus locutus est desiderium animæ suæ, et conturbauerunt eam. Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vastitas eorum. Nolite credere amico, & nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in sinu tuo custodi claustra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius. Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meũ: audiet me Deus meus. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam: cum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum. educet me in lucem, videbo iustitiam eius. Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me, Vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam: nunc erit in conculcatione, vt lutum platearum. Dies vt ædificentur macerata tua: in die illa longe fiet lex. In die illa & vsque ad te venet Assur, et vsque ad ciuitates munitas: & a ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte. Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorum. Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli: pascẽtur Basan et Galaad iuxta dies antiquos. Secundũ diem egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia. Videbũt gentes, et confundentur super omni fortitudine sua: ponent manũ super Matth.10.

os, aures eorum surdæ erunt. Lingent puluerem sicut serpentes, velut reptilia terræ turbabuntur de ædibus suis: Dominum Deum nostrũ desiderabunt, & timebunt te. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transfers peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

HISTORIA.

1 *Væ mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumno.* Postquam & decem tribubus, & duabus Prophera prædixit captiuitatem, dolet, & queritur parum se suis concionibus profeciſſe, neminem esse iustum, qui posit iræ Dei resistere. Vę mihi, inquit, quia idem mihi vsu venit, atq, ijs, qui autumno colligũt racemos vindemiæ, id est, qui quærunt post vindemiam racemos, qui (quoniam immaturi sunt, solent à vindemiatoribus relinqui) & tamen nullum inueniunt: ita ego nullum inuenio virum iustum. Dicit autem se similem esse quærentibus racemos post vindemiam, quia illi non multos racemos se inuenturos putant, cum facta iam fuerit vindemia; sed nonnullos relictos esse sperant, & nullum inueniunt. Ita Propheta videbat multos esse peccatores, & obstinatos, sed sperabat suis concionibus nonnullos esse conuertendos, videt autem conuersum neminem. Quod fortasse dicit non quod nemo prorsus sit conuersus, sed quod multo pauciores, quam sperabat, ita vt cum tanta multitudine malorum cõparati vix vlli dici queant. * Ita enim fere intelligimus cum absolute dicit scriptura neminem esse sanctum, vt Psal. 11. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus. Et Psalm. 13. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. De translatione controuersia non parua est. In Hebræo legimus: Væ mihi, quia factus sum, כְּאָסְפֵּי קַיִץ כְּעֹלְלֹת בָּצִיר. Quæ possunt, si sola verba spectemus, ita verti: sicut collectiones autumni, sicut racemi vindemiæ. Hanc interpretationem recentiores amplectuntur, vt Pagninus, & Vatablus. At quomodo recte intelligere possimus Prophetam factum esse sicut collectiones æstatis, & sicut racemos vindemiæ? Non ignorauit hunc sensum Hieronymus, sed contempsit. Altera translatio: Væ mihi, quia factus sum sicut colligentes autumni, siue collectores autumni, vel æstatis, sicut racemorum vindemiæ, & subaudiendum est collectores. Ita vt אָסְפֵּי, non sit nomen, vt volebant recentiores, sed participium verbi אָסַף, & קַיִץ significet æstatem, vel fructus æstatis, vt docuimus Hamos. 8. numero. 2. * Ita interpretati sunt Lxx. Væ mihi, quia factus sum sicut colligens stipulam in messe, & sicut racemos in vindemia. Collectores æstatis vocant colligentes stipulas in messe. Deinde cum dicunt *Et, sicut racemos in vindemia* subauditur ex proximo συνάγων, id est, colligens. Quare recte similitudo referri potest ad duo, id est, ad stipulam in messe, sicut volunt Lxx siue ad fructus æstatis, & ad racemos vindemiæ. At Hieronymus ad vnum retulit, id est, ad colligentes autumno racemos vindemiæ. Atque optime eum vertisse constabit, si consideremus קַיִץ non significare solum æstatem, vt hactenus diximus, sed etiam autumnum, qui æstati adhæret. Quare sicut quia æstatem significat, datur etiã hoc nomen fructibus æstatis, vt in Hamos diximus: ita quia etiam significat autumnum, fructus autumni dicuntur קַיִץ, vt vindemia, sicut Isaię decimosexto legimus: Super vindemiam tuam, & super messem tuam vox calcantium irruit. Et massæ ficuum aridarum, id est, palathæ, quia autumno fiunt, dicuntur similiter eas, vt secundo Regum decimosexto. Panes, & palathæ ad vescendum pueris tuis. * Si ergo, vt interpretabamur, sicut colligentes, aut collectores æstatis interpretemur, collectores autumni, quis dubitet collectores autumni esse qui colligunt in autumno? Verũ in nostra translatione littera כ non est similitudinis, sed temporis, id est, non significat

2 Regul.

3

4

Universidad de Deusto
Biblioteca

sicut, sed quando, quod est frequētissimum apud Hebræos, & ab his autoribus hic non animaduersum. Est ergo sensus integer: Væ mihi, quia factus sum sicut collectores autumni, quando racemi vindemiæ. Pro quo elegāter vertit Hieronymus, Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ. Nam cum dixisset Propheta: sicut colligentes in autumno, nec explicasset quid colligerēt, in eo, quod addit: Quando racemi vindemiæ, satis indicauit loqui se de colligētibus racemos vindemię.

Non est botrus ad comedendum. id est. Et nō inuenio ne vnum quidem botrum, sicut accidit quærenti racemos, non inuenio iustum, quod statim explicat cum ait: Perijt sanctus de terra, &c.

5 *Præcoquas ficus desiderauit anima mea.* Dupliciter hæc verba interpretari licet, atque vtroque modo aptissime. Primum vt præcoquas ficus, id est, ante tēpus matureſcentes, intelligamus esse sanctos patriarchas, Abraham, Isaac, & Iacob, qui ante reliquos homines conuersi sunt ad Deum. Atq; hoc ex Hos. 9. cap. discimus: Quasi vuas in deserto inueni Israel, quasi prima poma ficulneę in cacumine eius, vidi patres eorum. Vt sit sensus: Optabam illam priorum patrum virtutem, cupiebam videre aliquos eis simile, in tanta multitudine malorum, sed neminē vidi. Alter sensus est simplicior. Cum post tot monita, & cōminationes prophetarum, qui tempore Hoseæ, & Isaię cœperant prędicere vniuersō Israeli captiuitatem, iam omnes correcti, atque conuersi esse debuissent: Optaui, vt quandoquidem ceteri minime relipiscebāt, saltem aliqui, veluti præcoquæ ficus, apparerent, qui Deum ex animo colerēt, & reliquis exēplo essent. * Sed dicet quispiam: Præcoquæ ficus nō autumno, sed æstate quæruntur, melius ergo vertisset Hieron. paulo ante: Sicut qui colligit in æstate racemos, quā; In autumno. Immo vero hoc magis indicat quā ille verterit eleganter rita enim de se Propheta loquitur, ac si viator quispiam esset, qui post vindemiā racemos quæreret in vinea, sed cum nullū inuenisset, præcoquas sic° desiderauit. Quibus verbis acute notat Iudæorum duritiē, qui post tot increpationes prophetarū duri etiam tum essent, nec tot eorum concionibus ematuruissent. Ac si diceret: Autumno quo tēpore ficus matureſcunt omnes, quę sui ficus aliquas, quæ saltē prius ceteris maturuissent, & ne tūc quidem vllam inueni. Quādo aliæ ficus maturæ iam sunt, in meis ne vllam quidem vidi præcoquam. Simul etiam docet, si quos iustos inuenisset, eos Deo futuros fuisse gratissimos, vt præcoquæ ficus esse solent.

Perijt sanctus de terra. Huc pertinebant 7
similitudines, vt diximus. In Heb. est חָסִיד, Misericors id est, sanctus.
ideſt, misericors, sed misericors ponitur pro sancto, quia misericordia homines virtutibus implet, & sanctos efficit Isai. 58. Frange esurienti panem tuum, &c. Tunc erumpet, quasi mane, lumen tuum, &c. Lxx verterūt εὐλαβὴς, id est, reuerens, & religiosus. Et Psal. 4. Et scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum, Hebræus: Misericordem suum.

In sanguine insidiantur. Pro: In sanguinem, vt verterunt Lxx, Chaldæus: Omnes parāt insidias sanguinis iusti effundendi causa.

Vir fratrem suum ad mortem venatur, id est Vnusquisque, vt vertunt Lxx, & nos adnotauimus Ioel. 2. nu. 6. & sæpe alias. Venatur dicit eleganter, id est, diligenter, & callide quærit, vt venatores solent.

Malum manuum suarum dicunt bonum Quod extreme perditorum est, & ex malitia peccantium, nec iam peccata tegentium, sed impudenter defendentium, & bona vocantium. 8

Princeps postulat, & iudex in reddendo est Principes postulant aliquid à minoribus, cōcendunt cum illis iudicio de possessione, aut domo, aut re simili. *Et iudex est in reddendo*, id est, cum iudicat, retribuit principi, qui petit, quod ab illo accepit, vel quod se accepturum sperat cum ipse simili iudicio cum alio contenderit. Quod apertius ita dicitur: Iudex adiudicat principi quod petit, etiam si re vera pauperi esset adiudicandum, vt simil. er ille princeps, cum iudex fuerit, adiudicet sibi quod petierit, vt præstent sceleribus suis mutuum fauorem, vt ait Hieronymus, qui ita fere, vt diximus exposuit. Chaldęus, Princeps postulat, & iudex dicit: Fac pro me, & retribuam tibi, id est, faue mihi cum mihi opus fuerit, & reddam tibi nunc quod vis.

Et magnus loquutus est desiderium animæ suæ. Hieron. Quicumq; magnus est, & quasi in lege doctissimus, non Dei, sed suā loquitur voluntatē, &c. id est: non respondet, aut docet secundum legem, sed secundum cupiditatē suam. Reddit responsa quasi ex lege, cum

enim tamē non, vt Deus vult, respōdeat, sed 9
vt rebus suis vtilius esse putat, id est, ambitioni suæ, aut auaritiæ. * Pro Magnus, in Hebr. cū articulo ponitur הַגָּדוֹל, id est ipse, qui magnus est, quo nomine insignē quemuis legis magistrum significat. Eadē ratione magister legis dicitur רַב & רַבִּי, id est magnus vt Psal. 47. Ciuitas regis magni, Heb. Regis rab, ideo magno in honore habebantur, vnde illud Matth. 23. Amant primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi.

Et conturbauerunt eam. Terrā videlicet, vt ait Hieron. de qua dixerat: Perijt sanctus de terra. Turbauerunt eā terram verbis, & moribus suis, & multis erroribus implicauerūt iudices, & principes, & magistri.

Qui optimus in eis est, quasi paliurus. Hieronymus: Qui optimus inter eos est, quasi paliurus pungens, & retinens, vulnerans appropinquantem sibi, & aduncō dē te comprehendens. Et qui rectus fuerit inuentus, quasi spina de sepe, vt ibi inueniatur dolor, vbi putabatur auxiliū. Paliurum inter arbores numerat Plinius li. 13. ca. 19. spinosumq; esse dicit, & asperū, in Cyrenaica regione maxime prouenientē, cuius bacæ saporem vini suo succo cōmendant. Sed est quoq; spinæ genus, vt idē Plinius autor est li. 24. ca. 13. De quo Virgilius. 10

Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

Atque hoc magis ad locū hunc pertinet, Ita Isai. 24. Orientur in domibus spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eorum; quamuis in hoc Isaiæ loco non est חֹרֶד, vt hic, sed חוֹחַ de cuius vocis interpretatione diximus Hos. 9. num. 7. & 8.

Quasi spina de sepe apprehendens, & vulnerans appropinquantes.

Dies speculationis tuæ. Iam iam aderit, immo adesse iam existima, tēpus captiuitatis, quā speculatores tui prędixerant tibi. i. prophetæ. Solent enim propheræ speculationē vocare propheciam, vt Hos. 5. Laquei facti estis speculationi, de quo suo loco diximus. Potest etiā hoc accipi per irrisionem dictū, ac si diceret: En venit dies, quā tibi prophetæ tui prędicebant, qui tibi prospera omnia pollicebātur. Vide quā recte vaticinati fuerint. Ideo, & Chald. vertit: Dies mala, in qua bonū expectabas. Significat autē adesse iā illis suppliciū. Lxx, vę, vltiones tuę venerūt.

Visitatio tua venit, idē repetit vt & rem amplificet, & certior esse intelligatur: nunc enim visitatio punitionē significat, de quo diximus Hos. 1 num. 64. 11

Nolite credere amico. Alij aliter exponunt, sed mihi hæc videtur germanissima explanatio. Tanta erit miseria Ierusalē; & tantæ angustiæ cū à Chaldæis obsidebitur, vt nullius cognationis, nullius necessitudinis habeatur ratio, sed quisque sibi cōsulet, vt mortē, & pestem, & famem fugiat, cęteros, & si artissime coniunctos, in medijs periculis deseret, vt ipse euadat. Atq; ita in hac re nemo alteri fidē seruabit, nec patrem filius reuerebitur, neq; matrē filia, sed sibi cibos, & salutē quærent spretis parētibus, & amicis, immo & contumelioſe repulsis, tantum fames, & periculavrgebūt. Nulli amico credas, nemo enim tunc fidē seruabit, sibi soli prospiciet

Noli confidere in duce tuo, siue sit dux belli, siue princeps, siue magister. Ipsi vxori tuæ caue quidquam vt dicas, qua ratione famē, aut pericula depellere posse cōfidas, ne ipsa anteuertat, & prærripiat quod tu saluti tuæ parabas. Tanta erit enim tunc rerū omnium perturbatio, vt inimici hominis illi maxime futuri sint, qui solent esse amicissimi. i. domestici, dum quisq; sui curam habet, & alteri prærripit cibos, quos domi habebat. 12
* Video rectē etiam hæc referri ad pseudoprophetas, qui pacē populo, libertatemque pollicebātur, vt sit sensus: Ne ergo credatis pseudoprophetis vestris, qui vos blandis, & suauibus verbis decipiunt, & venturā esse captiuitatē negant. Si enim inter sanguine coniunctos videtis fidē minimè seruari, sed omnia plena esse fraudibus: quanto magis vobis mentientur pseudoprophetæ auarissimi, vt lucrū suum augeant. Itaq; dum pseudoprophetas reprehendit, obiter depraua-tos mores ciuitatis notat. Cur autē priorē explicationē huic præferam, dicā, Primum præcedentia ostendunt de tēpore obsidionis vrbis verba fieri, Dies speculationis tuę, visitatio tua veniet, nūc erit vastitas eorū, & pro vastitas, est in Heb. מְבוּכָתְךָ quod (vt Hieron. docet) obsidionē significat. Deinde quoniam verba prophetæ nostri referūtur haud obscure a Dño seruatore Matt 10. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terrā, nō veni pacē mittere, sed gladiū, veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam, aduersus matrem suam, & nurum, aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. * Si 13
autem Prophetam ita exponamus, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc verba referantur à Christo Matth. 10.

Hieronymus,& multi alij expoſuerunt,ſenſus eius omnino diuerſus eſt à ſenſu ſeruatoris, ita vt vel hinc eum non ſumpſiſſe dicendum ſit,vel certe in alium ſenſum ſumpſiſſe, vt ſi de eodem ſeruatore in cruce pẽdente quis diceret illud Virgilij:

a. Æneid. *Talia perſtabat memorans, fixuſque manebat.*

Quare Hieronymum hæc res valde dubiũ habuit,nam in Matth. ait: Hic locus prope eiſdẽ verbis in Michæa propheta ſcribitur. Et notandũ vbicumq; de veteri teſtamento teſtimonium ponitur, vtrum ſenſus tantum, an ſermo conſentiat. Et in huius loci commẽtarijs: Scire autem debemus, quod in Euangelio prope eadem verba ſunt,quæ nunc legimus in Propheta, & iuxta contextum illius loci alterũ habere ſenſum. Quæ vtrũ aſſumpta ſint de Propheta, an propria autoritate præcepta, noſſe Domini eſt, qui & in prophetis, & in Euãgelijs locut° eſt. Et Chryſoſt. hom. 36. in Matth. ait: Prophetiæ mẽtionem fecit, quæ quamuis ad hoc propoſitum dicta non ſit, hoc ipſum tamen ſignanter expreſsit. Idem cum Chryſ. ait Euthym. & Ianſe. in Euangelica Cõcordia ca. 55. Quoniam Dominus de illo diſsidio loquitur,quod inter parẽtes,& filios futurum erat, quibuſdam ad Euangelium venientibus, quibuſdam manentibus in infidelitate,& alios perſequentibus: quod diuerſum prorſus videtur à ſenſu Prophetæ. * At ſi oſtẽdero expoſitionem illam, quam magis mihi probari dico,cum ſenſu prophetæ noſtri conuenire: Simul, vt opinor, demonſtrauero,& ex eo Dominum ſumpſiſſe teſtimonium, & ita eſſe ſine dubio explicandũ, vt à me explicatum eſt. Aio igitur idem à Domino,& à Propheta dici,non quidẽ Hiſtorico ſenſu,ſed Allegorico, quo nonnulla ex prophetis deſumi à Domino, & ab apoſtolis Hoſ. 11. num. 3. & ſequentibus, & alias ſæpe declarauimus. Quod vt meliusintelligatur, Allegoria præcedentium ab initio capitis verborum explicanda eſt. Cum clamat Propheta: *Væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos Vindemiæ, &c.* Manifeſte typum gerit CHRISTI Domini,qui poſt prędictam Iudęis captiuitatem, & vaſticatem verbis, pauciſsimos ex tanta eorum multitudine conuerſos vidit. Ipſe enim poſt prophetas colligebat,& vix pauco s inuenit racemos. Dende ceteraita exponẽda ſunt de Iudæis, qui tempore Chriſti viuebãt,vt à nobis expoſita ſunt de temporibus Michææ. Excidium vero vrbis à Chaldæis, typus erat excidij à Romanis afferendi, ac multo magis ſpiritualis captiuitatis,& vaſtitatis,qua gentibus ſub intranti bus vaſtati ſunt Iudæi,& excæcati,& populus Dei eſſe deſierunt, quod magis explicabimus Habac. 1. n. 6. & 7. * Quare quod de illa obſidione dicitur: Nolite credere amico,& nolite cõfidere in duce,& quæ ſequũtur, Allegorice ad tempus illud pertinent, quo prædicabatur ab apoſtolis Euãgelium in Iudæa,& vniuerſo orbe,& inter credentes,& non credentes in eadẽ domo magna erat diſſenſio animorum, qualis à Domino apud Luc. ca. 12. ad eadem verba Michææ alludente explicatur: Erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres: diuidentur pater in filium,& filius in patrem ſuum, mater in filiam, & filia in matrem, ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuã. Tunc igitur amici, & parentes, & filij infideles deferebãt amicos, filios, patres credentes,& nullam eis fidem ſeruabant,ſed contumelioſe etiam tractabãt. Ad hæc ſæuiſsime cruciabantur credentes,& à ſuis quoq; in ſupplicia tradebantur, ſicut ait Dominus Luc. 21. Trademini autem à parentibus,& fratribus,& cognatis,& amicis, & morte afficient ex vobis, & eritis odio o mnibus hominibus propter nomẽ meum. Et Iohan. 16. Abſq; ſynagogis facient vos. Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe prẽſtare Deo. Atq; ideo parentes,& propinqui credentium,omnia iura ſanguinis, & neceſsitudinis violabant,non ſolum odio nouæ religionis,ſed etiam, vt periculum ſuum vitarent: Nam ſi quo modo etiam ſuis fauerent iam ad Chriſti fidem conuerſis, quaſi hoſtes patriæ plectebantur. * Arbitror etiã excidium vrbis peccatricis,& idololatria plenę ſignificaſſe, & gẽtilitatis, ſiue infidelitatis excidium futurum per Euangelium: atq; ita poſſumus verba Domini intelligere non de Iudæorũ tantum gente,ſed etiam de gẽtilitate,apud quam eadem ſæuiebat in credentes perſecutio,& vtriuſq; typum fuiſſe vaſtationem Ieruſalem. Sed quæret aliquis,cur quaſi mirum quippiam dictum ſit: Nurus aduerſus ſocrum ſuam,ait enim Hieronymus: Terẽtius in Hecyra: Quid eſt hoc inquit,omnes ſocrus oderunt nurus. Quod quanquam ambiguum ſit,tamen prope modum naturale eſt, vt nurus ſocrum, & ſocrus oderit nurum.

14

ALLEGORIA HVIVS CAPITIS.

nurum. Non deſunt qui dicant pro Nurus, in Hebręo eſſe חתן, quod ſignificat nouam nuptam, ſiue ſponſam, quam Lxx vocant νυμφην, huiuſmodi autẽ nurus ſolent gratiſsimæ eſſe ſoceribus, & inter filias numerari. Placeret hæc rario, niſi viderem חתן commune nomen eſſe nuribus,ijs etiã,quę iam diu nuptæ ſunt,vt Gen. 38. de Iuda,& Thamar: Neſciebat enim quod nurus ſua eſſet, quæ videlicet ante annos non paucos nupſerat filio Iudę. Greçũ vocabulũ νυμφη, quo vtuntur Euangeliſtæ, cõmune etiã eſt omnibus nuribus. * Dicẽdũ eſt potius,quod & ratio docet,& vſus rerũ: nihil referre ſi non nullæ ſocrus oderint nurus, neque de his loquitur Propheta, aut Dñm Ieſum ſed de ſoceribus,& nuribus quæ ſe mutuo diligũt, ceu matres,& filiæ. De his dicitur: Conſurget nurus aduerſus ſocrum ſuam, vel certe de illis, quibus,& ſi nurus odiſſent, pudor obſtabat,ne odium patefacerẽt. Quæ vero palã oderant,iam ante cõſurrexerant, nec erat opus de illis dicere: Nurus aduerſus ſocrum ſuã. Quemadmodum,& filij ſæpe vſu veniunt, vt infeſti ſint parentibus,& cõtumelioſi,non de illis ſermo eſt,cũ dicitur. Quia filius contumeliam facit patri: ſed de ijs,qui parentes diligebant,aut certe illos contumelia afficere verebantur. Vbi in quibuſdã codicibus legitur: *Et filia conſurget ad ſocrum ſuam*, in Heb. præſentis temporis eſt conſurgit,quãuis apud Lxx futuri ſit, legendum ergo eſt: Filius contumeliam facit patri,& filia conſurgit aduerſus matrẽ ſuam. Ita legit Hiero. & ita habetur in emẽdatioribus codicibus Latinis.

17

Respexerit ad hominum aſpicie. Verba ſunt Prophetæ, vt ait Hiero. quare,& Chaldæus vertit: Dixit Propheta: Ego autẽ,&c. ſed loquitur Propheta in perſona populi ſui, id. eſt in perſona ſua,& virorũ bonorum,ac fidelium,qui erant in illo populo,& ſpem ſuam non in principibus, ſed in Dno collocauerant,à quo liberãdi erant de captiuitate, & in veram libertatẽ tandem reſtituendi per Chriſti aduentum,& paſsionẽ. Pro *aſpicia* eſt in Heb. נבטה quo verbo attentiſsima quædã ſpectatio ſignificari ſolet, cuiuſmodi eſt illud Iſai. 38. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpicientes in excelsum. Pſal. 5. Mane aſtabo tibi,& videbo, quoniãm non Deus volens iniquitatem tu es. Pſal. 120. Leuaui oculos meos in montes, vnde venier auxilium mihi: Notandum eſt etiã verbum *expectabo*,

18

quaſi dicat. Quantumuis morari videatur, non deſinã expectare. Hab. 2. Si morã fecerit, expecta illum. Saluator ſanctẽ nomen,& ad Deũ ferri poteſt,qui educturus erat populum de Babylone,& proprie ad Chriſtũ, cuius nomen eſt Ieſus,id eſt, ſeruator,

TROPOLOGIA.

19 Concionatores deſperare nõ debent cum exiguus appareat prouentus.

Nequaquam deſperare debent prædicatores Euangelij cum viderint factã eſſe vindemiam,& collegiſſe Diabolum fructus vineę Dñi Sabbaoth, quæ eſt populus eius, id eſt, corda hominũ poſſediſſe, & quidquid illi faciebant, quid quid boni habebãt, in curas ſæculi,& in voluptates cõuertiſſe. Quę rant vindemiæ racemos diligẽter, & quod à Diabolo relictum eſt, colligant. Multos inuenient, quos honores, & voluptates ipſæ deſtituerint, quos mundus luſerit, & quos ſaltẽ affecta, vel etiam extrema ætate, poſſint ad Chriſtũ adducere,& cum iam ſæculo non erant apti, Deo apti eſſe incipiant,& à mundo electi à Deo admittantur. In alijs etiã, quamuis corruptis moribus ſint, quædam ſemina,& quædam inchoationes virtutum, quaſi racemos offendent, quos vindemians Diabolus, Deo pro illis meliora cogitante prętenerit, vt miſericordiam in pauperes, caſtitatis ſtudiũ, ieiuniorum, & auſteritatis affectũ. * Præcoquæ ficus nonnullę occurrent, id eſt, bonæ indolis adoleſcẽtes, qui mala ab impijs parentibus educati verbo Dei audito,& bonis præceptoribus traditi quaſi ante tẽpus repente matureſcant. Quid aliud faciunt noſtræ ſocietatis homines, qui in Germania,& Anglia morantur, cum hæreticorum filios Chriſtianẽ eruditant, & primis literis, ac ſimul pietate imbuunt, quã præcoquas ficus Chriſto decerpere? Idẽ & reliqui ſancti prædicatores, qui in regionibus infidelium prædicant Euangelium regni,& morituros infantes baptizant, grandiuſculos ab infidelitate parentum ad Chriſtũ aduocãt, nõne præcoquas ficus colligunt? Sed & in grandioribus natu cum nullũ relictũ putabat Elias, qui ſincere Deum coleret, quid ait illi diuinũ reſpon ſum? Reliqui mihi ſeptẽ millia virorum, qui non curuauerũt genua ante Baal. * Quod ſi forte botrum non inueniant, plãgant populum Dñi patris affectu,& pro gloria Dei, atque hominũ vtilitate intimo cordis dolore clamãt ad Deum: *væ mihi, quia factus ſum, ſicut qui colligit in autumno racemos Vindemiæ, &c.* quemadmodum apud Iſaiam clamãt

Rom. ex 1. Reg. 19. 20

Iſai. 11.

apoſto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

apostoli, & apostolici prædicatores. Quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatum est? Et postquam planxerint, adhuc quærant diligentius, non enim deerunt racemi, quamuis perierit sanctus de terra, & rectus in hominibus non sit. Tales sint Euangelij prædicatores, ita Deo cõfidant, ita orationibus, ieiunijs, laboribusq; instent, vt nouam vindemiam in illa sterilitate à Domino impetrent. * Nec prætereũdum est, cum perit sanctus de terra, & rectꝰ in hominibus non est, qui exemplo præeat, & quasi dux Dei exhortetur populum, & ducat; vehementer hominum mores corrumpi, & fieri quod ait Propheta: *Omnes in sanguine insidiatur, vir fratrem suum ad mortem venatur.* Et enim non solum insurgunt multi, qui corpora occidant, quod esset lõge tolerabilius, sed etiam hæretici, & prauarum doctrinarum disseminatores, qui occidunt animas, quod nostris temporibus magno cũ Ecclesiæ malo experti sumus. Atq; adeo impudentes, adeo perditi sunt, vt malũ manuum suarum dicãt bonum, & teterrimos errores Euangelij nomine cohonestare velint, sacrilegia fœdissima tanquã à Deo præcepta commẽdent. * *Princeps postulat*, cum poscunt sibi principes licere quidquid volunt, etiam per Deum, volũt æqui videri, & laudari in desiderijs animarum suarum, *Et iudex in reddendo est*, cum viri spirituales, & scribæ docti in regno cœlorum honorum Ecclesiast: eorum causa principibus respondent, quod volunt, & quasi canes muti non valentes latrare, quia bouem (vt est in prouerbio) sæpe portant in faucibus, nihil pro gloria Dei dicũt. Sic vniuersi, ppheræ Israel Achab vincẽdo, & morituro propherabant vno ore dicentes, Ascende in Ramoth. Galaad, & vade prospere, & tradet Dñs in manus regis. Cum hoc fit, & lingua doctorum pecuniarum, & honorum, & voluptatum causa adulationibus inseruit, & errat, atque in errorem inducit, profecto euenit, quod sequitur: *Et magnus locutus est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eam.* Quomodo enim non conturbetur terra, si doctores veritatis aliud docent, quam faciunt, & sermonem Dei venalẽ habent? * De quibus merito dicitur: *Qui optimus meis est, quasi paliurus & qui rectus, quasi spina de sepe.* Huiusmodi enim magistri, qui optimi videbantur omnium, & recta via incedere, rapinis inhiant, & quidquid possunt, rapiunt, vt paliurus, & spina, quæ lanam ouium transeuntium, & mollia quæque apprehendunt, & retinent. Sic ipsi imbecillos, & pauperes non valẽtes resistere spoliant, & lacerant. Præterea & malo exemplo pungunt, & dolorem boni afferunt. Sed quoniam Deus tanta flagitia non sinet inulta, sequitur: *Dies speculationis tuæ.* Iam imminent, quæ tibi prophetæ prædixerant, quale est illud: Væ qui prædaris, nõne & ipse prædaberis? & qui spernis, nõne ipse sperneris? Cum consummaueris deprædationem, deprædaberis, cum fatigatus desieris contemnere, contemneris. * *Visitatio tua venit.* Putabant enim, quia vindicta differebatur, abiecisse Deum curam rerum humanarum, & nulla impendere supplicia peccantibus. Sed venier, cum minime sperabunt, seueriſimi iudicis visitatio, vt plangant, qui ante riserunt, vt ait Hieronymus, & statim exeuntes de sæculo tormenta sustineant, quæ diues ille quondam purpuratus, & delicijs affluens sustinet in inferno, vbi est fletus, & stridor dẽtium. Et quod ait: *Nunc erit vastitas eorum*, vel, vt vertunt Lxx: Nunc erunt fletus eorum: Nunc (eodem Hieronymo expositore) vel in fine vniuscuiusq; vitæ intellige, vel in consummatione rerum omnium, & in die iudicij, quando in vniuersos horribilis veniet, & ineuitabilis vltio. Verum quoniam scriptum est: Cũ iratus fueris, misericordię recordaberis: eos etiam, quos puniturus est, salubriter commonet. * *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce.* Ne confidatis modo amicis, aut ducibus, vt à via Dei recedatis, & audeatis impia, nemo alterum liberare poterit illo acerbissimæ vindictę die. Mali, quamuis potentes, & fortes fuerint in sęculo, pro seipsis erunt soliciti, & neque se liberare poterũt: iusti præclare secum actum putabunt si animas suas liberauerint, impios, quamuis cõiunctos olim, & caros, à se auertent, & cum iudice suo dicent: Nũquam noui vos, discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Et Ierem. ait: Et dixit Dominus ad me: Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ejice illos à facie mea, & egrediantur. Ezechielquoq; dictum: Fili hominis, terra cum peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eã, & conteram virgam panis eius, & immittam in eã famem, & interficiam de ea hominem, & iumentum. Et si fuerint tres viri isti in me-

dio eius Noe, Daniel, & Iob; ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum. Et paulo post: Viuo ego, dicit Dominus, non liberabunt filios, neq; filias, sed ipsi soli liberabuntur. * Nolite ergo credere amicis, quibus vt gratificemini, Deilegẽ violatis, quasi sitis ab eis in die vltionis liberandi. Nolite cõfidere in duce, nulli eorum acquiescatis, qui prauã doctrinam tradunt, vt à via veritatis aberretis, & leges mundi sequamini, potius quam Dei. *Ab ea, quæ dormit in sinu tuo, custodi claustra oris tui.* Consilia tua de pietate sequenda, & vanitate sæculi fugienda ne cum coniunctissimis quidem communices, si impediturі sint, ne eorum amore captus, & impeditus in sęculo remaneas, & ad vitæ turpitudinẽ reuertaris. Sed per eam, quę dormit in sinu nostro, proprie mihi cum Hieronymo significari videtur caro nostra, quam amamus, & fouemus, & qua nihil habemus coniunctius. Nesciat caro quid facturi simus, ne cum illa cogitationes nostras cõmunicemus, obmurmurabit enim, & obloquetur, & omni nobis ratione contradicet, proder nos, nihil intentatum relinquet, donec nos à sancto proposito auertat. Atque hoc est (si imperfectorum in Matthęum cõmentariorum credamus autori) quod Dominus ait: Te ergo faciente eleemosynã nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. In dextera voluntatem animę, in sinistra voluntatẽ carnis intelligit. Plenæ sunt (inquit Hiero.) historiæ Grẽcæ, & Latinę, quãti viri ab vxoribus suis decepti sint, eorumq; vita sit prodita. * Secretum Samsonis septẽ dierũ lacrymis Dalila expressit, & amore simulato, quod latebat, inuenit. Sed simul ei Samson locum fortitudinis suę ostendit, & eam amisit, & ad pristinum Palęstinorum vir olim fortissimus, quasi iumẽtum, ductus est oculis prius erutis. Cur autem his non sit cõfidendum, exponit. *Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam, &c.* Quoniam cum Dominus ad iudicandum venerit, & extrema in peccatores sententia proferetur, filius contumelia afficiet patrem, quod male ab eo educatus, turpiter viuere didicerit, & filia matrem suam detestabitur, cuius scelera imitata est. Nurus socrui suæ maledicet, quam habuit peccatorum adiutricem, & autorem. Domestici maxime quemque ac cusabunt, quod mores suos neglexerit, & ad lucrum, & turpes voluptates instituerit. Omnes tentabunt flagitia sua in cõiunctos sibi reijcere, &, vt sibi, si possunt, aliquam rationem consulant, eorũ capita prodent, quos maxime quondam amabant. Et quoniam eo die non amici, non opes, nõ honores, sed vita innocenter acta, & Deus eius autor, & protector hominem in iudicio liberabunt, sapienter addidit Propheta. *Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum, audiet me Deus meus.*

HISTORIA.

Ne læteris inimica mea super me. Loquitur in persona populi sui Prophera, ideſt, in persona Ierusalem, quæ Babylonem inimicam suam, à qua vastata est, exultare prohibet, eo quod sit iterum post captiuitatem ædificanda, & habitanda. Ita Hieronymus, & alij. Ne læteris ó Babylon de ruina mea, quę mihi nunc à Prophera prædicta est: cadam à te expugnata, sed iterum ædificabor.

Cum sedero in tenebris. Sedere mœrẽtium est, vt diximus Hos. 3. num. 18. sed magis id explicat quod additur, *In tenebris* Luc. 1. Illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent.

Dominus lux mea est. In lucem me educet, lætitiam mihi dabit, & prosperitatem.

Iram Domini portabo. Hieronymus. Iram Domini sustinebo, quia scio me meruisse quod passa sum. Chaldæus addit, hęc verba esse Ierusalem.

Donec causam meam iudicet. Tam diu portabo irã Domini, donec mei misertus pro mẽ iudicet quasi iniuria affecta, & inimicos meos puniat, meque liberet. Ita dictum est Psalm. 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam, de gente nõ sancta (quæ me iniuste affligit) ab homine iniquo, & doloso erue me. Idem valet: *Et faciet iudicium meũ*, (ita enim legendum est, vt est in Hebr. & apud Lxx,) id est, pro me iudicabit, & me in pristinam libertatem restituet. Psalm. 19. De vultu tuo iudicium meũ prodeat, oculi tui videant æquitates. Psal. 9. Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam, sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.

Educet me in lucem, videbo iustitiam eius. Vt certius, ac firmius esse ostendat quod de liberatione sua dixerat, iterum repetit, & visuram se dicit, iustitiam Dei, ac si dicat: Cũ me in lucem, & in prosperitatem eduxerit, videbo, & experiar, quam iustus & fidelis sit in promissis suis.

Et aspiciet inimica mea. Babylon, quæ mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

solebat insultare quasi omni auxilio,& prouidentia Dei destitutæ,aspiciet velit, nolit, liberationem meam, cum me Cyrus rex Persarum dimittet liberã; & pudesiet,cum viderit vana fuisse,quæ dixerat in me, neq; iam amplius posse mihi insultare. Itaque: *Quæ dicit*,positum est pro,Quia dicit,quam phrasim adnotauimus Ham.8.nu.33.

Oculi mei videbunt in eam. Ego videbo eam capi,& externorum dominatu premi. Atq; ita factum est, nam cum implebantur septuaginta anni captiuitatis Ierusalem, capta est Babylon à Dario rege Medorum, & à Syro rege Persarum, à quo Iudæi in patriã suam dimissi sunt. De hac phrasi: *Oculi mei videbunt in eam*, diximus in Habdiam. num. 64.Chaldæus: Oculi mei ruinam eius conspicient.

Nunc erit in conculcationem. Nunc, id est, cito iam capietur à Medis,& Persis, & conculcabitur ab eis vt victa,& subacta,eo modo,atque eo contemptu,quo conculcari solet lutum platearum multis in eas conuenientibus,vt in loca spatiosa,& publica.

31 *Dies vt ædificentur maceriæ tuæ.* Cum hæc fient,cum Babylõ à Medis capietur, & Persis, crede iam venisse diem reædificationis tuæ ô Ierusalem. Chaldæus: Tunc temporis ædificabitur cœtus Israel.

In die illa longe fiet lex. Pro lege est חק, id est, præceptum, & iussio, ita enim exponit Hieronymus, & ita verterũt Symmachus, & Theodotio προσταγὴ, καὶ πρόσταγμα,id est,nequaquam iam Babyloniorũ præceptis subiacebis. Hunc sensum Hieronymus sibi, & prudentioribus Iudæorum probari dicit. Chaldæus: In tempore illo irrita fient decreta gentium. Et merito, solet enim vocari lex in scriptura præceptum, & iussio vrgens, ac cum potestate imperans instar legis. Ex quo illud intelligimus Rom. 7. Sentio aliam legem in mẽbris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Quamuis & lex hic proprie accipi potest: Non ferent in te leges Babylonij, non timebis eorum edicta, non eris in eorum potestate. Lex.

32 *In die illa & Vsque ad te Veniet de Assur.* Ita omnino legendũ est consentientibus Hieronymo,& Chaldæo,& recẽtioribus, quod est ex Hebræo perspicuum לִפְנֵי אַשּׁוּר ab Assur,siue de Assur,vt statim: A ciuitatibus munitis לִמְצוֹר, quod nonnulli non animaduertentes male hũc locum exposuerunt. Eum difficillimum reddidit expositionum varietas; mihi ita videtur plane, & simpliciter explicari. In die illa cum Babylone capta soluetur Iudæorum captiuitas, de Assur veniet ad te, id est, illi, qui sunt in terra Assur, veniẽt vsque ad te ô Ierusalem. Terram Assur vocat Babylonem, non solum quoniam in eam translatum iam erat imperium Assyriorum,sed etiam quoniam ibi natus est Assur Gen. 10. Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalanne in terra Sennaar. De terra illa egressus est Assur,& ędificauit Niniuen. Possumus etiam Assur interpretari terras Babyloniæ proximas olim possessas ab Assyrijs, in quas multi Iudæorum translati sunt. Venient igitur de Assur vsque ad Ierusalem Iudæi,& ad vrbes munitas, quas olim possederant, vt scriptum est Heldræ 2. Habitauerũt ergo sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi,in vrbibus suis, vniuersusq; Israel in ciuitatibus suis. * Vrbes autem munitas vocat, quæ natura munitæ erant, & tunc facile arte munitæ sunt, has enim antecesserat occuparunt, cum essent adhuc hostium turba septi. Deinde vrbibus munitis paulatim omnia vsque ad flumen tenebunt, id est,vsque ad Iordanem,qui,cum de Iudæorum terra sermo est, flumẽ per antonomasiam dicitur. Mox crescente populi multitudine fundent se à mari Galileę,siue à mari Mortuo vsque ad mare Mediterraneum, quod est ad Occasum: & à monte Libano, qui est terminus terræ promissionis ad Septemtriones, vsq; ad montem Carmelum, qui extremus Iudææ est ad Meridiem. Significauit quatuor terminos terræ,Iudæorum ab Ortu, & Occasu, à Septemtrionibus, & Meridie, vt indicer totam esse implendam ijs,qui ex captiuitate redierint, neque delẽdum esse ea calamitate genus Iudæorum, sed recuperata libertate longe, lateque propagandum. * Verum vbi nos habemus: *Et vsque ad ciuitates munitas*, potest iuxta Hebraici sermonis ambiguitatem verti etiam: Et de ciuitatibus munitis, quomodo in cõmentarijs legit Hieronymus, & sensas erit: Venient de terra Assur,& de vrbibus munitis, id est, illi etiam venient, qui in vrbibus munitis seruabantur, nihil eorum reditum impedier. Sed si ita legeretur, continuo terẽdum esset: A ciuitatibus munitis,quod

neõmodum sensum haberet,nisi priori loco exponeremus: A ciuitatibus munitis, quæ sunt in terra Chaldæorum: in posteriori autem, à ciuitatibus munitis Iudææ, quod cum expositione nostra cõuenit. Sed si locus recte intelligatur, longe commodius vertitur. Et vsque ad ciuitates munitas,vt copuletur cum vsque ad te. Vsque ad te ô Ierusalem veniet de Assur, & vsque ad ceteras Iudææ vrbes munitas. Vbi legimus:

Ad mare de mari, & ad montem de monte: in Hebræo est: Ad mare de mari, & ad montem montis,possemusque interpretari mare de mari esse mare Occidentale,siue Mediterraneum, vt interpretatus est Chaldæus, vt in flumine latus Orientale terræ promissionis intelligatur,in mari autem latus Occidentale, voceturque mare de mari,quia non est lacus, vt mare Galilææ, siue Mortuum,sed pars veri maris, id est, Oceani. * Montem de monte vocaremus Antilibanum, qui est prope magnum montem Libanum,& quasi pars eius circa regionem Damasci quę cecidit in partem tribus Manasse. Nec multum refert ita ne vertas, an vt ante diximus, cum translatio nostra, quę etiam Lxx interpretum est,recte vtroque modo exponatur. Flumen cum Hieronymo Iordanem interpretati sumus, nã & si soleat pro Euphrate accipi sæpe,tamen hunc cum de terra promissionis sermo est, non potest nisi Iordanis intelligi. Ita Exhodi. 4. & sequentibus; quia de Ægypto loquitur scriptura, cum fluuius dicitur, non Euphratem,sed Nilum accipimus. Et 2. Regum. 17. Surgite, & transite cito fluuium, quoniam huiusmodi dedit consiliũ contra vos Achitophel:quoniam in Iudæa versatur historia, fluuium Iordanem esse constat,& statim sequitur:Surrexit ergo Dauid & omnis populus,qui cum eo erat,& transierunt Iordanem. 35

Et terra erit in desolationem. Terra Chaldæorum, vt recte exponit Hieronymus, quæ inimica tua est, tandem propter peccata sua desolabitur,de qua desolatione Isaiæ. 13. & alij prophetæ multa locuti sunt. Fructum cogitationum vocat peccata. Est autem irrisio, quasi dicat: Hunc fructum ex cogitationibus suis percipient, has diuitias, & voluptates illis afferet fructus cogitationum suarum. 36

ALLEGORIA.

Diximus Allegorice de CHRISTO in-

telligi, quæ de se propheta ab initio capitis loquitur. Conquestus est de duritia, & peccatis Iudæorum, eorumque excidium prædixit. Mox, quoniam & si Iudæi non crederent, expectabat Dominus conuersionem gentium sibi à patre promissam, vt est in Psalmo. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ: & Isai. 53. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum: hac spe excitatus ait: Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meum, audiet me Deus meus. Deinde sancta eius humanitas, siue ipse pro humanitate sua ad mortem loquitur: Ne læteris inimica mea super me,quia cecidi. Consurgam tertia die,& postquam sedero in tenebris in sepulcro, Dominus me in lucem resurrectionis educet. Portabo iram Domini, id est, mortis iniurias, & sepulcri iram, qua humano generi iratus est, cuius ego caput sum, & redemptor, & cuius peccata mea voco, quia Dominus posuit in me iniquitates omnium. Itaque eo modo dicit: Peccaui ei, quo Psalm. 21. dixerat: Longe à salute mea verba delictorum meorum. * *Donec causam meam iudicet*, & me vitæ pro ipsius gloria amissæ restituat. *Et faciet iudicium meum*, vt mortis, & inferni, & peccati victor agnoscat, & post ignominiam crucis educet me in lucem,id est, clarificabit me per vniuersum orbem, & ostendet iustitiam suam exaltando eum, qui plus omnibus sponte sua humiliatus est. Tunc videbit gloriam resurrectionis meæ miros, & confundetur, quia putabat me non esse à patre resuscitandum. Ego ei victor illudam, & dicam: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Et conculcabitur, atque contemnetur à meis. Cum autem ait: *Dies vt ædificentur maceriæ tuæ*, transit à corpore suo vero ad corpus suum mysticum, quod est Ecclesia, quæ recte in Ierusalem significatur. Cum hæc fient,cum ego resurrexero, existima ô Ecclesia aduenisse tempus reædificationis tuę, cuius maceriæ nonnullæ conciderant prędicante me ad populum non credentem, & contradicentem. Tunc longe fiet lex,id est, decreta gentium, de idolis colendis, & de vana religione. Quod etiam de ipsa lege Mosis intelligere licet, quæ tunc antiquata est, & paulatim relicta, atque abiecta. * Tunc de terra Assur,id est,de Baby- 1.Cor.15. 37 38

Universidad de Deusto
Biblioteca

lone, de nationibus remotis, olimque Iudæis infestissimis, venient ad Ecclesiam, & vniuersum orbem implebunt. Primum enim venient ad vrbes munitas, quas religiones interpretor, quę sunt in regione Ecclesiæ vrbes Dei gratia, atque contemptu rerum sæcularium munitissimæ. Nam primorum fidelium vita, quid aliud fuit quam communis quædam religio, cum nihil proprium habebant, sed vendebant possessiones, & pecuniam proijciebant ad pedes apostolorum? Hanc vitæ rationem religiosorum hominum institutra, quæ postea consecuta sunt, renouarunt. Sed & tunc monachi erant, vt ex Dionysij Ecclesiastica hierarchia, & ex libello Philonis de vita cõtemplatiua intelligimus. Mox ab ijs vrbibus municis venerunt vsque ad flumen, quia virtutes apostolicæ doctrina sua multos conuerterunt ad CHRISTVM vsque ad Orientem, qui significatur in flumine, quod pars illius terræ Orientalis fuit, vt diximus. Postea à mari vsque ad mare propagati sunt fideles, id est, ab Oriente vsque ad Occidentem, & à monte ad montem, id est, à desertis, & inhabitatis montibus, qui sunt in fine terræ habitabilis ad Septentriones, vsque ad desertos montes in extrema terra habitabili ad Meridiẽ. Nam post vastum mare ad Meridiem inuenta est terra lata, & montosa trecentis, & quinquaginta leucis distans à promontorio, quod vulgo Bonæ spei dicitur. Atque de vtrisque montibus dictum apparet illud Psalm. 74. Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus. * Sed hoc Allegoriæ addamus, ab illis verbis: *Ne leueris inimica mea*, vbi Ierusalem loquitur, non minus, sed magis fortasse proprie de Ecclesia omnia intelligi, quæ multum collapsa, & diruta per infidelitatem Iudęorum, reparata est intrante multitudine gẽtium. Quomodo etiam locutus est Hamos cap. 9. & suo loco explicauimus: In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & reædificabo aperturas murorũ eius, & ea, quæ corruerant, instaurabo, & reædificabo eum, sicut in diebus antiquis. Huius inimica est Babylon, id est, regnum infidelitatis, quæ tunc vbique vigebat, & populum Dei persequebatur. Verum recte etiã Ierusalem ciuitas sancta, in qua erat templum Dei, & verum sacerdotium, humanitatem CHRISTI significat vetum templum Dei, de quo dixit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et de CHRISTO homine dictum est: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Quod autem sequitur: *& terra erit in desolationem*, de tertis infidelium dictum est, qui pertinacius restiterunt Euãgelio, de quorum supplicio dixit capite 5. Et faciam in furore, & indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt, &c.

Religiones vrbes munitæ.

Locus Psal. 74. 39

Ioan. 2.

40

Psal. 109.

Genes. 8.

Psal. 26.

Luc. 1.

41

Psal. 50.

Psal. 118.

Psal. 24.

Psal. 88.

Psal. 142.

Psal. 5.

Psal. 144.

Psal. 24.

Psal. 118

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIA.

Pasce populum tuum in virga tua. Verba sunt Prophetæ pro populo suo precantis: Chaldæus, Dixit Prophetæ: Pasce populum tuũ. Hoc ergo ait: Igitur Domine, memento semper populi tui, qui sunt oues hereditatis tuæ, id est, quos tu possides, & hereditatem tuam esse voluisti. Psalm. 94. Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. *Pasce eas virga tua*, id est, baculo tuo pastorali, semper eas ducendo, & gubernando, vt pastor virga oues pascit, & dirigit. Hæc oratio prophetica est, ac si diceret: sine dubio pasces populum tuum, &c.

Habitantes solos in saltu. Qui soli nunc, & destituti omni præsidio habitant in medio Chaldæorum, sine pastore, & expositi omnium bestiarum crudelitati, sicut oues, quæ solæ errant in nemore, aut in silua magna.

In medio Carmeli pascentur. Verba Dei sunt liberantem populi sui pollicentis Prophetæ. Ne dubita, exibunt Babylone, & in patriam suam redibunt, iterum possidebunt Carmelum & Galaad, & Basan. De Carmelo diximus Ham. 1. numer. 6. De Galaad Hoseæ. 6. numer. 31. vterque mons est fertilissimus. De Basan diximus Hamos. 4. numero. 2. in quo sunt herbosa pascua.

46

Iuxta dies antiquos. Vt possidebant ex quo egressi sunt ex Ægypto vsque ad tempora captiuitatis. In Heb. est Iuxta dies holam, de quo diximus multa cap. 5. nu. 44. & sequentibus.

47

Secundum diem egressionis tuæ ex AEgypto. Quemadmodum cum egressus es ò Israel de terra AEgypti, ostendi tibi mirabilia: cũ enim desperares te posse inde educi, eduxi te mirabiliter optantibus etiam, & vrgentibus festinare AEgyptijs: ita nunc ostendã mirabilia in exitu è Babylone. Nam cũ minime putabis fieri posse vt è tam potentium dominorum captiuitate libereris: subito eos Darius, & Cyrus superabunt, & te liberum, ac multis diuitijs auctum dimittent in patriam. Cum autem dicit: Ei, aut Eis vt habent Lxx, & vtrumque significare potest אראנו, more prophetico à secunda persona transit ad tertiam, vt ad notauimus in Habd. nu. 73.

Videbunt gentes, & confundetur. Gentes finitimæ, cum viderint eos redire, & vrbem templumque ædificare, & se à Cyro, & à Dario impediri, ne eis noceant, vt legimus in Hesdra, & in Nehemia, confundentur, quod quamuis fortitudine polleant, impedire eorum conatus nequeant.

48

Ponent manum super os. Non audebunt quid quam contra loqui, neque enim habebunt, quid dicant. Ponere manum super os hominis est tacentis, ac quid respõdeat nescietis. Eccles. 5. Si est tibi intellectus responde proximo: sin aurẽ, pone manum tuam super os tuum, ne capiaris in verbo indiscipliuato.

Aures eorum surdæ erunt. Obturabunt aures præ inuidia, ne eorum felicitatem audiant: Aut etiam ita: Tacebunt, ac si surdi essent, & nihil audissent. Surdi videbuntur, & muti. Quod videtur intelligi ex Psalmo. 37. Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones.

Lingent puluerem sicut serpentes. Lingere puluerem, aut terram, victorum est, & supplicum, qui terram coram victoribus, & coram regibus suis osculantur, Psalmo. 71. Coram illo procident AEthiopes, & inimici eius terram lingent. Isaia. 49. Vultu in terram demisso adorabunt te, puluerem pedum tuorum lingent. Vaticinatur de gentibus à Iudæis vincendis post reditum è captiuitate, de quo multa legimus in libris Machabæorum.

Velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus suis. Facillime vincentur, & ex vrbibus, atque domibus suis ita exire cogentur impellentibus victoribus, vt reptilia è cauernis fugari, ac proturbari solent.

Dominum Deum nostrum desiderabunt. Pro Desiderabunt est יִפְחֲדוּ, id est timebunt, iuxta frequentem verbi significationem, quomodo verterunt Lxx, & Chaldæus, & recentiores. Immo & ita habetur in translatione Hieronymi, quæ est cum commentarijs, & in ipsa explanatione, & in Glossa ordinaria. Dominum Deum nostrum formidabunt. Ita quoque legunt, & exponunt Rupertus, & Dionysius Carthusianus, & Lyranus. In quo, licet ibi legatur: Dominum Deum nostrum non desiderabunt, tamen eius interpretatio aperte docet eum legisse: Formidabunt, exponit enim, timore seruili, timentes ab eo puniri propter mala, quæ

conabuntur facere populo tuo reuertenti. Arbitror ergo errore librariorũ scriptum esse, Desiderabunt, quod verbum Hebraicum nõ significat, pro Formidabunt, quod semper significat. Vidi in codice manu scripto: Dominum Deum nostrum non desiderabunt, & ita habent vetustissima quæque exemplaria typis excussa, quorum multa vidi: Et Glossa interl. & Hugo cardinalis eodem modo legunt, & exponunt, sensus ergo est: Timebunt gentes illæ Deum Israel, videntes tam celebres victorias obtinere Iudæos ab illo adiutos. Propterea scriptum est: Non desiderabunt sed auerlabuntur, & fugient: & Glossa interlin. interpretans: Non desiderabunt, ait, vel formidabunt.

Et timebunt te. Ad Israel se conuertit, cui & paulo ante loquebatur. Timebunt, ac formidabunt tuam potentiam ô Israel.

50

Quis Deus similis tui. Considerata tanta Dei bonitate, & populi sui felicitate Propheta præ lætitia exclamat gratias agens: Quis Deus similis tui? Pro Deus est זה, quo nomine commendatur Dei fortitudo, & potẽtia, quod è tot miserijs populum suum extraxerit.

Qui aufers iniquitatem. Donans pœnitentiam, & parcens.

Et transis peccatum reliquiarum. Lxx ὑπερβαίνων, id est, transcendens, quod ita interpretatur Hieronymus: Transcendit iniustitias, vt quomodo exterminator in Ægypto transcendit populum Israel, & nõ vastauit eum: sic Deus parcens transit eorum iniquitates, nequaquam eas ipsis imputans. Reliquias hereditatis suę vocat eos, qui ex captiuitate seruati, & in patriam translati sunt.

Non immittet vltra furorem suum. Propitius erit, ac beneuolus ijs, qui de captiuitate reuertentur. Dicit autem: *Non immittet vltra*, videlicet si illi eum timuerint, & mandata eius obseruauerint, semper enim subaudienda est huiusmodi conditio. Sed quia impij fuerunt, postea vastati sunt à Romanis. Denique in capit. 2. Ioelis numer. 38. docuimus, cum dicitur: Non vltra, non perpetuitatem significari, sed longum tempus.

51

Reuertetur, & miserebitur nostri. Etiam si auersus à populo suo videatur tradẽs illum in captiuitatem, tãdem reuertetur ad eum, quem videbatur reliquisse, & miserebitur nostri.

Deponet iniquitates nostras. יכבש, quod verbum significat opprimere, & subijcere, vt Genes. 1. Replete terram, & subijcite eam, secundo Regum. 8. De vniuersis gentibus, quas subegerat. Ac si diceret: Imperabant nobis iniquitates nostræ, vt dominæ, & capitibus nostris impositæ erant. Iuxta illud Psalm 37. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me: sed ipse eas deijciet, & subiugabit tibi. Chaldæus: Subijciet iniquitates nostras suæ misericordię. Manifeste iam (quod & verba sequentia magis indicant) de aduentu CHRISTI loquitur, per quem deiectæ sunt iniquitates, & deletæ, sicut & Daniel. 9. legimus: Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum, & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Est ergo sensus: Non solum nos à captiuitate Babylonica liberabit, sed etiam postea per aduentum filij sui nos eripiet è captiuitate peccati, cuius figura fuit hæc Babylonica.

52 Proiicere in profundum maris

Et proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Prouerbialis locutio videtur: In profundum maris, pro eo quod est, vbi in æternum lateant, & nunquam emergant, aut appareant. Aiunt Iudæos quæcumque dira, & infausta, ac detestanda essent, in mare Mortuum proijcere solitos, idq; ex libro Misnaioth. in tractatu de Phase comprobari, vt ad id alludere Prophetæ videatur, cum ait: *Proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra.* Verum ego recentioribus Iudæis tantum credo, quantum aut ex scriptura, aut exprobata historia probare poterunt. Nihil de hac re in scriptura inuenio, neq; huius consuetudinis meminere hic Hieronymus, aut Theodoretus, aut Rupertus. Vetères certe solebant sordes, quas religionis causa abluebãt, mittere in mare, de quo Homerus.

Λαὸς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγε
Οἱ δ' ἀπολυμαίνοντο, καὶ εἰς ἅλα λύματ' ἔβαλλον, Iliad. 1.

id est,

At vero populos purgari iussit Atrides
Hi purgabantur, mittebantque in mare sordes.

Sed quoniã idem in scriptura ostendere nõ possum, libentius dicam cum Theodoreto:

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quemadmodum id, quod in profundum
maris subijcitur, penitus non extare fic,
inquit, peccata nostra funditus oblitio
53 obruet.* Præterea quod Rupertus air, pro-
babilisimum est: Dixerat secundum diem
Exho. 14. egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia. Quoniam ergo tunc currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare Rubrum: ita per baptismum Christi omnia peccata nostra quasi Ægyptios persequentes, dicit eum in mare proiecturum, vt non magis in posterum appareant, quam currus, & milites Pharaonis. Quod etiam paulo post attigit Theodoretus.

Dabis veritatem Iacob. Implebis, & re ipsa præstabis, quæ pollicitus es patribus nostris, & quæ eis iurasti de Christo venturo, & de libertate generis humani, sicut Luc. 1. Iusiurandum, quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi in sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Hoc autem est iusiurandum, quod Genes. 22 commemoratur: Per me met ipsum iurauí (dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, &c. possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ.* Quærit autem Paulus Burgensis in additione secunda huius capitis, nec immerito, cur de re eadem varie loquatur Prophera, vt Iacob veritatem dandam esse dicat, Abrahæ misericordiam. Respondet, Abrahæ primo factam esse promissionem de Christo venturo, quæ promissio ex misericordia Dei orta est, nulla enim merita humana ad id sufficerent: Sed promissio misericordia facta, veritate implenda erat, quæ est fides præstita quod promissum est. Sed rursus quæri potest, cur non etiam Isaac meminerit, cum legamus in Psal. 104. Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi, quod mandauit in mille generationes, quod disposuit ad Abrahám, & iuramenti sui ad Isaac: & statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum. Nec possumus dubitare eandem promissionem de Christo venturo factam esse Isaac, quæ, & Abrahæ, & Iacob, cum eam legamus in Genesi capit. 26. Illud etiam quærendum, cur Iacob ante Abrahæ nominatus sit. Melius igitur ita ad omnia respondebimus. In Abraham vniuersus populus fidelis intelligitur, siue Iudaicus sit, siue gentilis, cui dictum est Genes. 17. Sed vocaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te.* Et apostolus Rom. 4. de eodem scribit: Et signum accepit circũcisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt sit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur, & illis ad iustitiam, & sit pater circumcisionis, non ijs tantum, qui sunt ex circumcisione, sed & ijs, qui sectantur vestigia fidei, quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. Atque ita filios habuit, ex quibus populi multi gentilium propagati sunt. In Iacob vero tantummodo populus Iudaicus designatur, cuius omnes filij patres illius populi fuere. Huic populo promissa erant aduentus Christi, & gratia Euangelij, & ideo veritas dictorum, atque promissorum poscebat illi, vt redderentur, ait enim idem Paulus Roma. 9. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legis latio, & obsequium, & promissa. Et capit. 15. Dico enim Christũ, Iesum ministrũ fuisse circumcisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum.* Gétibus autem non erat facta promissio de Christo, sicut idẽ ait Ephe. 2. Alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem nõ habentes, & sine Deo in hoc mundo. Quare nõ veritate, sed misericordia vocatę sunt ad Euangelium: ideo postquam dixit Christum venisse ad Iudæos propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrũ subiecit de gentibus: Gentes autem super misericordia honorare Deũ, sicut scriptum est: Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Non veritatis hic meminit, aut promissionis vllæ, sed misericordiæ. Propterea dat veritatem Iacob, cuius prius meminit, quia huic populo promissa est: & misericordiam Abrahæ, cuius filiorum magnam partem postea Iudæos vocauit ex misericordia. Ideo dictum est: Non enim erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco: primũ Iudæis, quibus promissum erat, deinde Græcis: gentilibus, qui sine vlla promissione ex misericordia vocati sunt.* Hæc

nos docet Hieronymus his verbis: Dabit veritatem Iacob, & misericordiam Abrahæ, vt supplantatori populo, & nouello: & semper in lucta posito reddat in CHRISTO veritatem suam, & multitudini gentium (Abraham quippe vocatur pater multarum gentium) tribuat misericordiam, sicut iurauit eis, qui patres extiterunt fidei nostræ secundum dies antiquos, quod de cota hominum multitudine alios saluet in veritate, alios in misericordia. Quam doctrinam vberius Rupertus explicauit. Videmus ergo quod Psalm. 24. scriptum est Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Isaac autem præteritus est, quoniam duos filios habuit Iacob, & Hesau. In Iacob omnes electi intelliguntur, in Hesau reprobati, iuxta illud: Iacob dilexi, Hesau autem odio habui. Electi ex Iudæis, & ex gentibus in Abraham commemorati sunt, & in Iacob: reprobati vero ad sermonem, qui à Prophera hoc loco institutus est, minime pertinent. At cum Psalm. 104. Dauid dixit: Et iuramenti sui ad Isaac, ipse de qua promissione loquatur explicat: Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ.

Quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis. Dauidi etiam, & ceteris, quibus promisit ante plurimos annos, Lucæ. 1. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt, propherarum eius. Sicut Lucas dixit: A sæculo, ira prophera מקדם, de quo diximus cap. 5. num. 44. & sequentibus.

ALLEGORIA.

Allegorice omnia ad Ecclesiam pertinent, facileque ex ijs, quæ dicta sunt, explicantur. Pasce Domine populum tuum, id est, tu pasces Ecclesiam tuam, quæ per orbem terræ dispersa inter inimicos fidei, & persecutores, sicut in saltu habitat exposita bestijs. Pascentur in medio Carmeli, & Basan, & Galaad, id est, in pascuis vberrimis, vbi spiritualium bonorum copia affluunt, iuxta illud: In loco pascuæ ibi me collocauit. Et Ezechielis 34. Et pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum; ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel, iuxta dies antiquos, id est, iuxta id, quod in figura illa beneficiorum veteri populo collatorum significaui, & promisi, nam illa magnam copiam spiritualium bonorum futuram significabant, vt ex parte explicauit Apostolus, primæ Corinthiorum decimo, sicut ostendi mirabilia populo meo cum illum ex Ægypto eduxi præter ipsius, atque omnium spem: ita in conuersione gentium, & Iudæorum ostendam. Nam homines veteribus ritibus supra modum addictos, & qui nullo modo animum inducturi videbantur, vt nouam legem admitterent, contra suam, & omnium spem liberabo ex Ægypto mirabiliter, vt Paulum, & Augustinum, & alios, qui pro patria, religione, aut pro inueteratis erroribus vehementer pugnabant in Euangelium.* Genres adhuc repugnantes Euangelio videbunt illam multorum conuersionem, & confundentur super fortitudine sua, videntes se magna sua potentia non posse deterrere Christianos, & exquisitis supplicijs tyrannorum non minui Ecclesiam, sed augeri. Legamus sanctorum martyrum passiones, & videbimus tyrannos confusos, & pudefactos, quod multarum prouinciarum victores vincantur à virgunculis, & à pueruli. Ponent manum super os stupefacti tam mira constantia, & fortitudine sanctorum, & tot conuersione populorum. Obturabunt aures ne audiant sanctos Deum inter tormenta laudantes, & de ipsis tyrannis triumphantes: & ne audiant victoriam Euangelij, quod vbique recipitur. Lingent puluerem id est, tandem se victos esse confitebuntur, & formidabunt Deum Christianorum, à quo tot mirabilia fieri vident, & ipsum populum Christianum. Ejcientur, & quasi exire cogentur è suis domibus, id est, è sua infidelitate. Cetera iam exposita sunt superius. Reliquias modo intelligamus eos, qui ex Iudæis vocati sunt ad Euangelium, vt sæpius explanauimus.

TROPOLOGIA.

In Morali sensu nihil fere occurrit præter ea, quæ hactenus dicta sunt, adnotabo tamen paucа ab Allegoria quidem parum diuersa, sed ad morum conformationem vtilia, & apta. Qui non tam orationem, quam propheriam esse intelligunt, quod di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum pastorem sequi debemus.

citur: *Pasce populum tuum in virga tua*. & reliqua, discant se non suo more, sed voluntate Dei viuere debere. Virga Dei ducendi sunt, non vulgi erroribus, non carnis concupiscentia, non propria voluntate. Nemini igitur parere debent, nisi Deo, & ijs, qui habent à Deo poreſtatem imperandi, & qui loco Dei præsunt, hos habeant vitæ duces, morumque conformatores: sicut ait Dauid: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, Siue vt est in Hebræo, Dominus pastor meus. Lege decimum caput Euangelij Iohannis. Idem intelligamus cum additur: *Gregem hæreditatis tuæ*. Nam si grex Domini sumus, alienos pastores ne agnoscamus, & si sumus eius hæreditas, ne patiamur nos ab alijs possideri, refugiamus iugum ferreum Diaboli, & mundi, & carnis, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus, ne illud dicamus Ieremiæ: serui dominati sunt nostri, non fuit qui redimeret de manu eorum.* Nunquam tamen obliuiscamur *habitare nos solos in saltu*, id est, dum in hac vita sumus, semper versari in periculis, metuendos esse lupos, & ceteras feras, sicut ait Petrus: Aduersarius vester Diabolus, tamquam leo rugiens, circuit quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide. Nemo securus sit, nemo iam se à peccato liberum esse confidat, beatus homo (inquit sapiens) qui semper est pauidus. Non comprehensores sumus, sed viatores, non angeli, sed homines. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat, nam militia est vita hominis super terram, aut, sicut veteres patres cum LXX legunt; Tentatio est vita hominis super terram. Accersamus ergo semper diuina præsidia, quibus protegamur, & liberemur, confugiamus ad Deum, qui liberare potest nos: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum: protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Promittuntur nobis pascua Carmeli, Basan, & Galaad, pascua vberrima Ecclesiæ, abundantia doctrina verbi Dei, & sanctorum morum, exemplisque sanctorum: in his versemur, neque quæramus pascua voluptatum sæculi, quæ, cum vernare maxime videntur, subito marcescunt.

Psal.22.

Thren.5.

61

1.Pet.5.

Prou.18.

1.Cor.10.

Iob.7.

Psal.17.

62

Isai.

* De pascua sæculi sectantibus dicitur: Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis, sed & greges pecorum disperierunt. At nobis Dominus noster pollicetur: Ego sum ostium. Per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur: & pascua inueniet. Atque vt magis intelligamus qualia sint hæc pascua, ait: *Iuxta dies antiquos*. Ea pascua habebimus, quæ veteres sancti habuerunt, in quibus lætabantur, & exultabant, de quibus ouis Domini pinguis, & pulchra ait: In loco pascuæ ibi me collocauit. Et: Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in sæculum. Cum vero dicit: *Secundum diem egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia*: repetamus eorum memoriam, quæ Deus operatus est in nobis cum è regione peccati eduxit nos, & cum è sæculo nos vocauit, vt per desertum in terra viuentium iter faceremus, & religiosam vitam tenere inciperemus: quam fortiter nos extraxerit è laqueis, quam suauiter nos allexerit, quomodo flentes reliquerimus quæ iucunda erant in sæculo, quomodo à flentibus parentibus, & amicis auulsi fuerimus, & eam vitam amare cœperimus, quam exhorruerамus, & oderamus: facile intelligemus ostendisse nobis Deum mirabilia maiora ijs, quæ ostendit in exitu Israel de Ægypto.* Illud vero: *Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua*: quoties in sanctorum historijs legimus? Cum missæ sunt ad beatum Thomam Aquinatem sorores, & post eas lasciua muliercula, vt eum a sancto proposito reuocarent: nonne gentes, id est, homines sapientes, & viuentes vt gentes, de quibus Dominus ait: Hæc enim omnia gentes inquirunt: confusæ sunt videntes industriam suam, & fortitudinem vnius pueri constantia superari? Sed quid vetera loquor? multa eiusmodi habemus in manibus. Sæpe videmus pueros paulo ante religionem ingressos cum parentum, & sororum lacrymis, blanditijsque pugnare, cum minis, cum promissis, & inuictis animis omnia contemnere? Videat hæc, & alia multa gentes, & confunduntur super omni fortitudine sua. *Ponunt manus super os*, & obstupescunt à pueris, & puellis facillime contemni opes, voluptates, honores, & quid quid admirantur grandiores. Aures eorum surdæ sunt, cum ne audire quidem

Iohan.10.

63

Mirabilia operatus est Deus in nobis cum ex Ægypto eduxit nos.

Matth.

sustinent puerorum, & virginum triumphos de parentibus, & amicis, de voluptatibus carnis, de pretiosis vestibus, de famulorum comitatu, ac tremunt, ne sui quoque filij de se, deque rebus eisdem similiter triumphent.* Dum hi in domum Dei recepti cibis mensæ Domini sui vescuntur, & magna multitudine illius dulcedinis, quam abscondit Deus timentibus se: gentes, quæ bella volunt, & manum ponebant super os, *lingent pulueren, sicut serpentes*, vescentur terra more serpentium, id est, terrenis diuitijs, terrenis gaudijs, non manducabunt panem angelorum. Victos etiam se esse fatebuntur, ac tandem resipiscentes intelligent illos optimam partem elegisse: atque his exemplis cogentur quodammodo exire è veteri conuersatione veluti reptilia terræ. Etenim agnoscent se non tam homines ad illud vsque tempus fuisse, quam reptilia terræ, qui cœlestia reliquerint, & terrena solum quæsierint, eisque toto corpore semper adhæserint. *Dominum Deum nostrum formidabunt*, à quo tanta, & tam mirabilia fieri videbunt: & timebunt eos ipsos, quos ante contemnebant, videntes caros esse Deo, ac displicere illi valde omnes, qui eis repugnant, & aduersantur. Deinde Propheta animaduertens quam sit Deus beneficus in suos, cum gratiarum actione exclamat: *Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ?* * Nam qui ad Deum toto corde reuertuntur, propitium eum inueniunt, & mitem, qui facile peccata condonet, & auferat, atque abstergat omnes vitæ prioris sordes, & transeat sine vindicta vel maxima scelera reliquiarum hæreditatis suæ, id est, eorum, quos ex toto populo Christiano selegit, & ex pereuntium numero excepit. In quos adeo misericors est, vt non immittat vltra furorem suum, sed vt filios habeat, & regat. Si quando, vt homines, tentationibus inimici succubuerint, si corde respexerint in Ægyptum, nequaquam immittit furorem, sed paterno animo corripit, virga, & pœnis ad se reuocat, non vt feriat, aut occidat, sed vt dolore illo errati admoneantur, & resipiscentes redeant ad clementissimum patrem. Atque hoc est quod Dauidi sub figura Christi promittitur: Si autem dereliquerint filij eius

64

65

legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.* Quantumuis iratus, & auersus videatur, cum nos corripit, cito tamen reuertetur ad nos, & miserebitur nostri, pacemque nobis reddet. Non sinet regnare peccatum in nobis, sed, vt olim Ægyptios in mare Rubrum demersit, qui populum iustorum insequebantur: ita omnes iniquitates nostras demerget in mare sanguinis sui, vt vltra non appareant hostes nostri Ægyptij, id est, peccata nostra, quæ nobis olim dominabantur. *Dabit veritatem Iacob*, id est, præstabit, quæ promisit seruis suis fidelibus, qui in Iacob significantur, neque cibis, aut alijs bonis sæculi commutant cœlestia, vt profanus Hesau. His saturitatem, gaudium, tranquillitatem, atque animum earum rerum contemptorem, quas homines maximi faciunt, victoriamque, vbique promittit in scripturis à diebus antiquis. Sed & eos, qui more gentium viuunt, quasi sine Deo in hoc mundo (gentes enim in Abraham significantur patre multarum gentium) non abijciet, sed præstabit illis misericordiam, & educet eos de Vr Chaldæorum, vt egrediantur de terra sua, & de cognatione sua, & de domo patris sui, & veniant in terram, quam monstrauerit eis, id est, ad vitam nouam, & conuersationem transeant meliorem. * Liceat & mihi in fine voluminis (vt Hieronymi verbis vtar) laborem opusculi mei Domini inuocatione consignare. Aufer iniquitates meas Domine IESV, transi peccata pueri tui multa nimis. Proijce in profundum maris Rubri passionis tuæ omnia peccata mea, ne eorum causa mihi succensens desinas mihi præstare, quæ promisisti patribus nostris. Inter scripturæ tuæ verba versor, & inter eloquia tua dulcia faucibus meis, & super mel ori meo: Promissiones tuas interpretor, quibus præuenis filios tuos in benedictionibus dulcedinis. Præbe & mihi benedictionem, ne alijs ostium demonstrans foris maneam, ne cum alijs prædicauero, ipse reprobus efficiar. Pota & me

66

Gen.12.

67

Universidad de Deusto
Biblioteca

corrente benedictionum tuarum, quoniam seruus tuus sum ego, indignus licet, & inutilis, sed seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, id est, societatis tuæ, quæ nomen habet à te, quam mundo senescente tibi despondisti in iustitia, & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. Secundum magnitudinem brachij tui posside solus omnino animam serui tui, adueniat regnum tuum, fiat in ea voluntas tua, sicut in cœlo, vt quæ lego, quæque doceo, vertam in opera, & facere sancta malim, quam dicere, videamque in anima mea promissiones tuas, quas & per te locutus es, & per os sanctorum, qui à laculo sunt, prophetarum tuorum. Amen.

FRAN-

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN NAHVM Prophetam Commentarij.

PROOEMIVM, DE SACRAE *Scripturæ eloquentia.*

OMnunis est, & inueterata multorũ opinio, quasimul cum Grãmatica imbuti sunt, nullam esse in Scripturis sacris eloquentiam, earumque autores omni dicendi laude caruisse. Sed qui animaduerterit eloquentiam partem esse sapientiæ, neque posse sapientes viros non bene, & propriè, & aptè dicere, facilè sibi persuadebit scriptores sacros, quos sapientissimos fuisse nemo negat, fuisse etiã valdè eloquentes. Cum verò diligenter eorũ scripta obseruauerit, inueneritque in eis, quæ summa, & admiranda censentur in oratoribus, veritate ipsa edoctus, atque conuictus fatebitur nihil illis ad grauissimum, & ornatissimum dicendi genus, nihil ad summam eloquentiam defuisse. Sed quoniam hæc quæstio in extremo de doctrina Christiana libro diligẽter est ab Augustino tractata, & idem mecum sentit, illius verbis dicere malo quam meis. Hæc, inquit, quæstio apud me ipsum, & apud eos, qui mecum quod dico sentiunt, facillimè solutur. Nam vbi eos intelligo, non solum nihil eis sapientius, verum etiam nihil eloquentius videri potest. Et audeo dicere, omnes qui rectè intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut est enim quædã eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, est quæ senilem; nec iam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat loquentis: ita est quædam, quæ viros summa autoritate dignissimos, planeque diuinos decet. Hac illi locuti sunt, nec ipsos decet alia, nec alios ipsa: ipsis enim cõgruit, alios autem quanto videtur humilior, tanto altius non ventositate, sed soliditate transcendit. Vbi verò non eos intelligo, minus quidem mihi apparet eorum eloquentia, sed eam tamen nõ dubito esse talem, qualis est vbi ego intelligo. Hæc Augustinus verissime. Nam inuentionem, & collocationem, quę maximam vim habent ad eloquentiam, cum propriæ sapientiæ sint, nemo ita plumbeus est, vt summas fuisse in nostris neget. Elocutio deesse existimabitur, cum rudi ferè vti, & impolita oratione videantur. At hæc tum perfecta est, cũ singula verbis, quibus maximè oportet, explicantur. Quam ob rem eius fundamentum, vt præclarè inquit M. Tullius, est sapientia. Vt enim in vita, sic in oratione nihil est acuratius obseruandum, quam quid res, personaſque deceat, quod Græci τὸ πρέπον appellant, nos decorum. Est quoddam dicendi genus, quod in prouectę ętatis, aut magnæ vel sapientiæ, vel fortunæ viris facilè probatur, in adolescentibus, aut priuatis exagitatur, atque ridetur. Decuit quidẽ Iouem apud Virgilium dicere:

——*Tros, Rutulusve fuat:*

quod Ascanium, aut Euryalum, aut ipsum etiam AEneam dedeceret. Q. Hortensius

Cicero in Bruto.

Virgilius Aeneidos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

floruit adolescens in dicendo, & quanquã inciderat in Antonij, Crassíque summorum oratorum tempora, in principibus patronis numerabatur: senem vero tametsi admirabantur adolescentes, & multitudo mouebatur; erant tamen eruditi, qui sæpè sine risu, interdum sine stomacho audire non possent. Vtebatur enim Asiatica oratione redundante, & superefluente, sentẽtijs venustis quidẽ illis, sed parũ grauibus, & summam iuuenis admirationem concitabat. Sed cum iam ætas, & autoritas maior grauius quiddam postularent; quod in nobili adolescente tantoperè laudabatur, cœpit in consulari sene displicere. Videbimus igitur in nostris autoribus proprium quendam dicendi characterem, non illum quidem ad Ciceronis, aut Demosthenis exemplar expolitum; sed amplum tamen (si rectè intelligimus) & magnificum, plenũque grauitatis. Non enim decebat summos, atque diuinos viros, non decebat rerum tãtarum amplitudinem, & maiestatẽ illa oratorum huius sæculi, quasi puerilis oratio: nouum, & veluti senile, aut regale scribendi genus inueniẽdum fuit, quo augusta Dei mysteria in oculis, conspectuque omnium exponerẽtur. Quod, vt in illis plurimum habet autoritatis, & decoris; ita in alijs, quasi adolescentibus, aut inferioris notæ hominibus, minimè receiperemus. Quare cum intelliguntur, non res solùm probantur, sed verba etiam ipsa, quibus dicuntur (vt est apud Augustinum) non à dicente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subiuncta videntur, quasi sapientiam de domo sua, id est, pectore sapientis procedere intelligas, & tanquam inseparabilem famulam, etiam non vocatam sequi eloquentiam. Possemus etiam (vt cum eodẽ dicam) si vacaret, omnes virtutes, & ornamenta eloquentiæ, de quibus inflantur isti, qui linguam suam nostrorum autorum linguæ non magnitudine, sed tumore præponunt, ostendere in istorum literis sacris, quos nobis erudiendis, & ab hoc sæculo prauo in beatum sæculum transferendis prouidentia diuina prouidit. Hæc omnia, vel sancti Nahum prophetia, quam Spiritus sancti gratia aspirante, & Prophetа ipso pro nobis precante interpretari paramus, verissima esse comprobabit. Nam tantam in ea vim eloquentiæ, tot lumina orationis, tam miram sententiarum grauitatem inueniemus, nihil vt possit dici ornatius, aut eloquentius. Qui igitur Rhetorum præceptis instructus ad eam accedet, inueniet; quæ miretur, & rerum, verborũque maiestate magnoperè delectabitur. Sed nos, qui non res verborum, sed verba rerum causa adhiberi non ignoramus, verba quantum potemus, percipiamus; eorumque vim, & proprietatem obseruemus: rebus animum, affectumque tradamus; & quod legimus, atque intelligimus, in opera vertamus recordati ab ipso Scripturarum autore dictum esse: St hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Iob 13

ARGVMENTVM PROPHETAE.

Cap. I.

Minatur Dominus Ninive vastitatem, & potentiæ suæ magnitudinem demonstrat, quo eam magis exterreat. Deinde Iudæos consolatur, quòd minimè capiendi sint à Senacherib rege Assyriorũ, sed eius mortem citò audituri, & cum gaudio & tranquillitate festiuitates suas in posterum celebraturi.

Cap. II.

Eleganter describit Prophera Chaldæorum in Assyrios venientium ferocitatem, & multitudinem, vrbisque excidium.

Cap. III.

Prædicit magnitudinem vastitatis Ninive, & multitudinem interfectorum, & ipsius vrbis apud nationes ceteras ignominiam, auxiliarium militum defectionem, suorumque trepidationem.

Cap.

Cap. I.

ONus Niniue. Liber visionis Naum Elcesæi. Deus æmulator, & vlciscens Dominus: & habens furorem: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascẽs ipse inimicis suis. Dominus patiẽs, & magnus fortitudine, & mundãs non faciet innocentem: Dominus in tempestate & turbine via eius, & nebulæ puluis pedum eius. Increpans mare & exiccãs illud: & omnia flumina ad desertum deducẽs. Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. Montes cõmoti sunt ab eo, et colles desolati sunt: et contremuit terra à facie eius, et orbis, et omnes habitãtes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit? et quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: et petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus Dominus, et confortans in die tribulationis: & sciẽs sperantes in se. Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius: et inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum? Consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spinæ se inuicẽ complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumẽtur quasi stipulæ aridi tate plena. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam: mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit Dominus, Si perfecti fuerint & ita plures: sic quoque attondentur, & pertransibit: afflixi te, & nõ affligam te vltra. Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, et vincula tua dirumpam. Et præcipiet super te Dominus, nõ seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiã sculptile & conflatile: ponam sepulchrum tuum, qui inhonoratus es. Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adiiciet vltra vt pertrãseat in te Belial, vniuersus interijt. Esa. 52. Rom. 10.

HISTORIA.

Onus Niniue. Quoniam in secundo præludio nu. 13. &. 14. &. 15. & in cap. 3. Ionæ nu. 28. diximus quæ ad tempus prophetæ, atq; ad prophetiæ argumentum pertinebant, verba iam ipsa explicemus. Onus frequentissimum est in prophetis, tres illud habẽt in titulo ipso propheriç, Nahum, Habacuc, Malachias, alijs locis alij. Significat autem tristem, & plenam minarum prophetiam, quẽmadmodum docet Hieronymus, lib. 3. in Isa. c. 13. in principio, & ca. 15 eiusdem libri in principio, & in Ierem. c. 23. prope finem, & in prologis commentariorum in Nahum, & in Habacuc. Ratio nominis est, quod eos aduersus quos dicitur, premat vt pondus magnum, nec sinat eleuare ceruicem, vt idem ait in prologo commẽt. Nahum. Et in prologo comment. Habacuc adnotat, vbi Lxx. translatores, & Symmachus, & Theodotio λῆμμα, id est, assumptionem interpretati sunt, in Hebræo poni מַשָּׂא, quod Aquila vertit in pondus. Massa autem, inquit, nunquam præfertur in titulo, nisi cum graue, & ponderis, laborisque plenum est, quod videtur. Dicitur autem מַשָּׂא à verbo נָשָׂא quod significat leuare, siue assumere, ideoque Græci interpretes, vt modo ex Hieronymo retulimus, vertũt λῆμμα, id est, assumptio, Aquila autem ἆχθος, vt hic ait Hiero. quod, vt ipse explicuit in prologo Habacuc, pondus significat, quãuis etiã eleuatio verti possit. 1 Onus. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

λῆμμα, siue assumptio.

Verum in Græcorum nominum interpretatione nec cum Hieronymo, nec cum nostra translatione Græci patres conueniunt, existimant enim nonnulli λῆμμα generale vocabulum esse cuiusluis prophetiæ, eo quod prophetia à Deo assumitur, nec de suo loquũtur Prophetæ. Ita interpretantur Basilius in c. 1. Isaiæ, Cyrillus in cap. 1. Malachiæ, & Theophylactus hic. Alij aiunt λῆμμα esse repentinam assumptionem, cum Spiritus sancti gratia mentem Prophetæ apprehendit, eamque detinet, & ab humanis separans per ipsam futura loquitur, vt Chrysostomus in capit. 1. Isaiæ, Theophylactus hic, Theodoretus in initio Nahum, & Habacuc, & Malachiæ. Sed docendum illis erat cur vsu Scripturæ non omnes, sed quædam tantum prophetiæ λήμματα vocentur, nec nisi in rebus tristibus vsus huius nominis sit.

3 *Nec animaduerternnt Hebraicæ linguæ consuetudinem, qua assumptio ponitur pro re assumpta, id est, pro onere quod assumitur, vt cerui cibus peccatorum imponatur: ἄρμα id est, leuatio, pro re leuata, id est, pro pondere, siue onere, quod leuatur, vt Hieronymus interpretatus est in Habac. & in Ierem. 23. Id quod vox Hebræa massa facilè indicat, quę propriè pondus significat, vt Exhod. 23. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, Psal. 37. Et sicut onus graue grauatæ sunt super me. Hoc nomen adeo familiare prophetis fuit, præsertim Ieremiæ prophetante, & captiuitate iam proxima, quo tempore tristia prædici necesse erat, id est, vrbis excidium, vt in os vulgi cũ derisione quadam venerit, quasi minimè euenturum esset, quod toties Prophetæ iactabant, vt sentit Hieronymus, in cap. 23. Ieremiæ, vt autem ego arbitror, cũ indignatione quadam quasi Deũ accusare crudelitatis vellent, quod semper dura, & acerba per prophetas suos loqueretur. Ita enim loquitur Dominus apud Ieremiam: Si igitur interrogauerit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicens: Quod est onus Domini? (quasi dicat: Numquam nobis loquetur nisi onera) dices ad eos: Vt quid vobis onus? Proijciam quippè vos, dicit Dominus, id est, quid de onere interrogatis? Semel vobis veniet hoc onus; proijciam vos, & captiuos mittam Babylonem. * Deinde subijcit: Et propheta (vi-

Locus Ier. 23.

delicet falsus) & sacerdos, & populus qui dicit: Onus Domini, visitabo super virum illum, & super domum eius. Hæc dicetis vnusquisque ad proximum, & ad fratrem suum. Quid respondit Dominus? &, Quid locutus est Dominus? Et onus Domini vltra nõ memorabitur, quia onus erit vnicuique sermo suus, id est, Quicunque onus dixerit, ipse onus portabit, id est, eius verbi causa punietur à Domino. Ex his verbis hoc etiam intelligimus onus vocari pœnam, qua quisque pro peccatis suis afficitur, quemadmodum est & apud Paulum, Galat. 6. Vnusquisque enim onus suum portabit: atque ideò minax prophetia meritò onus dicitur. Hoc Niniues esse dicit, quia contra Niniuen vaticinatur, de qua diximus in Ioan. cap. 1. & cap. 3. in principio. Cum enim propter eius pœnitentiam dilatum esset supplicium, quod comminatus fuerat Ionas: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur, nec multò post ad eadẽ scelera redijsset, tandẽ à Nabuchodonosor rege Babylonis subuersa est. Si autẽ scire velimus, quot anni fluxerint à Ionæ prophetia vsq; ad hoc excidium Niniues, de quo prophetat Nahum, nequaquam Hebræorum Chronologiam, aut Hebræorum sectatores audiamus, qui malè subducunt rationem: sed ex tabula quam in præludiõ. 2. præfiximus, id est, ex veritate sacræ Historiæ, annos cõputemus. * Ionas vixit tempore posterioris Iehoboham. 4. Reg. 14. Sed cum ille regnauerit in Israël annis vno & quadraginta, nõ constat, quoto eius regni anno Ionas prophetauerit Niniuitis, nec vtrũ ante eius regnũ prophetauerit, an post. His quadraginta & vno deductis vsq; ad captã Samariã anni numerantur quadraginta duo: Zacharias enim regnauit sex mensibus, Sellũ vno, Manachem decẽ annis, Phaceia duobus, Phacee viginti, Hosee nouem, nono enim eius anno capta est Samaria. Legenda lib. Regũ. c. 15. A capta vero Samaria vsque ad excidiũ Ierusalem iflatũ à Chaldæis anni sunt centũ triginta tres cũ dimidio. Siquidem sexto anno Ezeciæ capta est, & ille regnauit postea viginti trib⁹, Manasses quinquaginta quinque, Amon duobus, Iosias vno, & triginta, Ioachaz tribus mensibus, Eliacim, siue Ioacim vndecim annis, Joachin mensibus tribus, Sedecias annis vndecim. Itaque à prophetia Ionæ vsque ad

ad subuersionem Niniues, quæ, vt capit. 2. dicemus, quinto, aut sexto post anno consecuta est, anni fiunt centum octoginta vnus. Sed ijs addendi sunt anni, quibus ante mortem Ieroboham prophetauit Ionas, de quibus nihil certum habemus. Addendi, inquam, sunt, quia numerare cœpimus à Zacharia, qui successit huic Ieroboham. Cum igitur in eodem 2. præludio numer. 13. & 14. constituerimus Nahum prophetasse post sextum annum Ezeciæ, & ante quartum decimum, si dicamus eum prophetasse decimo anno Ezeciæ, habebimus prophetasse anno fere centesimo trigesimo quinto, antequam Niniue euerteretur à Chaldæis: post prophetiam vero Ionæ plus, minusve quinquagesimo.

Liber visionis. Familiare est prophetis vt prophetias suas appellent visiones, vt certum esse ostendant, quod prædicunt, atque ex Deo acceptum, deinde etiam videre se, & intelligere quæ Deus ostendit. Non enim loquuntur in ecstasi (vt Hieronymi verbis vtar) vt Montanus hæreticus, & eius comites Prisca, & Maximilla delirant, Sed quod prophetant liber est visionis, quia vniuersa, quæ loquuntur, intelligunt. De visione multa diximus in capit. 1. Hos. numer. 3. & sequentibus. Librum autem propriè accipiamus; nam & si liber quoque epistola vocari possit, tamen hæc prophetia liber omnino est, vt & reliquorum prophetarum, nullamque habet epistolæ similitudinem.

Nahum Elcesæus. Hieronymus in prologo commentar. huius prophetæ: Quidam putant Elcesæum patrem esse Nahum. & secundum Hebræam traditionem ipsum etiam prophetam fuisse, cum Elcese vsque hodie in Galilæa viculus sit, paruus quidem, & vix ruinis veterum ædificiorum indicans vestigia, sed tamen notus Iudæis, & mihi quoque à circumducente monstratus. Eiusdem meminit in locis Hebraicis, his verbis: Elcese, de quo loco, & Nahum propheta fuit, nam appellatur Elcesæus. Nomen quoque loci esse consentiunt Epiphanius in libello de prophetarum vita, & interitu, & Theophylactus hic, tametsi Epiphanius trans Iordanem esse existimet, cum fuerit in Galilæa, teste Hieronymo citra Iordanem.

Deus æmulator, & vlciscens Dominus. Conueniens oneri initium. Vbi apud nos est *Æmulator*, apud Lxx. est: Zelotes. Est autem zelus, siue æmulatio ira, non quidem qualis est inter inimicos, sed quæ ex ardenti amore proficiscitur, qualis est in parentibus, & in amantibus, cum vident rem, quam amant, ab alijs possideri, aut duriter, & iniquè tractari, vt Ioel. 2. Zelatus est Dominus terram suam. Quia igitur appellatur vlciscens, merito prius dicitur æmulator, vt, cur vltor sit, appareat. Ac si diceret: Vehementer iratscitur Dominus vobis, ô Assyrij, quod in suum populum ita fuistis crudeles, & diri, & in eius calamitate rabiem vestram satiaueritis. Simile est illud Zachar. 1. Zelatus sum Ierusalem, & Sion zelo magno, & ira magna ego iratcor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. Et Isai. 10. de eisdem Assyrijs, plusquam Dominus voluerat, in Iudæos sæuientibus, & suis viribus victoriam superbè tribuentibus: Væ Assur, virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem, quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit, sed ad contendendum erit cor eius, & ad internecionem gentium non paucarum, &c. * In est autem in verbis ferè singulis vis, & elegantia non mediocris, prius enim אֵל dicitur, id est, fortis, vbi habemus, *Deus æmulator*, continuo addit, *Æmulator*, vt vlciscendi in eo cupiditas ostendatur. Cum vero ait, Dominus, semper est in Hebræo יְהוָה vt intelligant Deum verum, & omnipotentem sibi esse iratum, qui nullius potentia prohiberi, aut impediri possit. Ter autem *Vlciscens* siue *Vltor* dicitur, quod asseuerationem magnam habet, maximãque indicat, & certissimam vltionem. Etenim Ternarius magnam vim habet ad amplificandum, vt in cap. 1. Hab. numer. 13. ostendimus. Sed nomen Iehoua vbique additum significat & magnam eam futuram, vt ab omnipotente, vt Ioel. 1. Et quasi vastitas à potente veniet; & nullius opera posse impediri, vt diximus.

Zelus. Æmulatio.

8

Habens furorem. Iram magnam, quam θυμὸν vocant Lxx. qualem habere homines

Universidad de Deusto
Biblioteca

solent, cum non tam iraſci, quàm furere videntur.

Et iraſcens ipſe inimicus ſuis. נֹטֵר id eſt, iram in animo reſeruans, vt Leuitici. 19. Non quæres vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Pro, Memor eris iniuriæ, eſt, נָטַר quod idem verbum eſt. Et Ieremiæ.3. Numquid iraſceris in perpetuum? Pro, Nũquid iraſceris? eſt: הֲ יִנְטֹר Hoc autem dicit, ne ſi vltio differretur aliquot annos poſt vaticinium, vt dilata eſt, centum ferè, & vndecim, minus certa putaretur, aut oblitus iam Dominus vindictæ crederetur.

9 *Lẽs patiens.* Pro, Patiens eſt אֶרֶךְ אַפַּיִם id eſt, latus naribus. Lxx. μακρόθυμος, id eſt, longanimis Chaldæus: Longè propellit iram. Qui enim anguſtis naribus ſunt, fumos ex corde aſcendentes citius concipiunt, & tardius efflant ob meatuum anguſtias. Inde Hiſpanico idiomate inflari eorum nares dicimus, qui iraſcuntur. Præterea in ira ſanguis circa cor efferueſcit, & cor ipſum ſupra modum calet: quo autem latiora ſunt nariũ foramina, eo plus frigidi aëris immittitur ad cordis refrigerationem, & homines placidiores, minuſque ad iraſcendum apti ſunt. Quare cum Dominus patientiam demonſtrat, & iram repellit à ſe vt hominum more loquamur, dicitur latus naribus. Ita ſolet dici in Scriptura aliquoties, vbi in noſtra traſlatione eſt, Patiens, vt Numer. 14. Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, ferens iniquitatem, & ſcelera. Ioel.2. Quia benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ.

Et magnus fortitudine. Nunc eam fortitudinem, intelligere videtur, quæ in aduerſis, atque in iniurijs perferendis poſita eſt, & quam propriè patientiam vocamus, ſicut Hieronymus explicat his verbis: Diu quidem ſceleris Aſyriorum patiens fuit, & magnanimitatis ſuæ fortitudine iniquitates eorum ſuſtinuit, prouocans eos ad pœnitentiam. Eodem modo locutus videtur Moſes Num.14. cum enim peteret populo ignoſci, qui grauiter peccauerat: Magnificetur ergo, inquit, fortitudo Domini, ſicut iuraſti, dicens: Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera. *Ne
10 igitur cauſam haberent Aſyrij querendi, dicerentque Deum in ſe acerbum, & ſeuerum extitiſſe, ſubiecit Propheta: Dominus patiens, & magnus fortitudine, id eſt, diu vos tulit ô Aſyrij, & non egiſtis pœnitentiam, meritò nunc pœnas repoſcit. Sed quoniam proprietatem vocabulorum obſeruare debemus, quantum licet ſcripturis interpretandis, libentius ita interpretabor. Dominus patiens quidem eſt, ſed eſt tamen etiam fortis, & potens ad vlciſcendum ſe, & propterea qui diu patientiam demonſtrauit, nunc potentiam, & fortitudinem ſuam in vos exercet. Ideò ſequitur: Et mundans non faciet innocentem, id eſt, Non deſinet pœnas ſumere de nocẽtibus. Quæ verba multò melius cum hoc ſenſu congruunt, quam cum priori. Si enim diceret: Patiens Dominus, & magnus fortitudine, id eſt, patientia, non rectè ſubijci videretur: Et mundans non faciet innocentem, dicendum eſſet potius: Sed mundans non faciet innocentem. Adde quòd in Hebræo, pro Fortitudine eſt כֹּחַ quod vires, roburque ſignificat, & Lxx. verterunt, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ. Et magnũ robur eus, ſiue: Magnæ vires eus. Pro quo Chaldæus. *Et eſt multa potentia coram eo. Atque eodem modo accipi poteſt in verbis illis Nume. 14. Imò omnino ita accipiendum eſt: cauſatus enim eſt Moſes dicturos fuiſſe AEgyptios: Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat, idcircò occidit eos in ſolitudine. Sequitur continuò: Magnificetur ergo fortitudo Domini ſicut iuraſti, &c. id eſt, Ne patiaris hoc cogitare AEgyptios, ſed parce huic populo, & introduc in terram promiſſam, vt agnoſcatur fortitudo, & potentia tua, nec puteris ideò eos occidiſſe, quod terram illam eis præſtare non poteras.

Fortitudo.

Et mundans, non faciet innocentem. Quemadmodum cum Deus in aliquem animaduertit, nocentem, ac peccatorem declarare videtur, ita cum peccatorem non punit, innocentem exiſtimare cenſetur, vulgarium hominum iudicio. Senſus ergo eſt: Non aget vobiſcum, quaſi cum innocentibus, non mundabit, aut faciet vos innocentes, ſed vt nocentes puniet. Si enim non puniret vos, videretur mundare, & innocentes iudicare. In Hebræo eſt וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה Et mundare non mundabit, ſiue mundans, aut mundando, non mundabit, id eſt, Nullo modo vos mũdos,

& innocentes tacendo, & patiendo declarabit. Eadem omnino verba ſunt, Num.14. vbi Hieronymus vertit: Nullumque innoxium derelinquẽs, id eſt, Plectens eum, qui plecti debet. Lxx. ibi: Et emundatione nõ emundabit noxium. Ergo cum vertit hic: *Et mundans non faciet innocentem*, idem eſt, ac ſi diceret: Et nõ deſinet pœnas ſumere, de eo, qui pœna dignus eſt: quod nunc ad Aſyrios dicit.

12 *Dominus in tempeſtate, & turbine viæ eius.* Solet Scriptura, præſertim in Prophetis, commemorare, quæ Deus in natura rerum facit, aut facere poteſt, mirabilia, & ſupra omnem humanarum virium captũ, vt hac potentiæ ſuæ repræſentatione, hoſtes terreat, & malos ad pœnitentiam prouocet, videntes ſe nullo modo poſſe Dei fortitudini reſiſtere, vt Ham.4. Quia ecce formans montes, & creans ventum, & anuntians homini eloquium ſuum, faciẽs matutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius. Et cap.5. Qui conuertitis in abſinthium iudicium, & iuſtitiam in terra delinquitis. Facientem Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ. Quod in horum locorum explanatione, & Mich. 1. num.7. adnotauimus, & alijs locis confirmauimus. Ita nunc, vt Aſyrios potentiſsimos, & ſuperbiſsimos terreat, multa huiuſmodi congerit. Si Dominus, inquit, ad hoſtes ſuos puniendos venire voluerit, veniet cum tempeſtate, & turbine, id eſt, cum magno impetu, & fragore, qualis ſolet eſſe exercitus magni, & puluere pedum ſuorum, quem gradiens commouebit, nebulas excitabit, & cœlũ obſcurabit, vt facere ſolet magnus exercitus. *Ita de magno exercitu expoſuimus illud Ioe. 2. Sol, & Luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorem ſuum, idque Virgilianis verſibus:

Hic ſubitam nigro glomerari puluere nubem
Proſpiciunt Teucri, & tenebras inſurgere cãpis.

Indicat autem hac circunlocutione Deũ ſolum eſſe quaſi magnum quendam exercitum, cuius fortitudini nemo queat reſiſtere, nihil enim magno exercitu fortius cognoſcunt homines.

Increpans mare, & exiccans illud. Ne miremini hæc à me de Deo dici, cum tantæ virtutis ſit, vt verbo vno mare, & flumina exiccare poſsit. Pſal.105. Increpuit mare rubrum, & exiccatum eſt, & deduxit eos in abyſsis, ſicut in deſerto. Eſt autem increpare imperantis cum poteſtate, & quaſi obiurgantis. Ideo Lxx. verterũt ἐπετίμησεν id eſt, comminãs, quo etiam verbo ad rem eandem vſus eſt Marcus, cap. 4. Et exurgens comminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. Hoc eſt quod nos diximus cũ poteſtate imperare, & quaſi obiurgare; tace, obmutesce. Increpare.

Infirmatus eſt Baſan, & Carmelus. Si ipſe velit, Carmelus, & Baſan, qui fertiliſsimi ſunt (de quibus diximus Mich 7. num.46.) infirmabuntur, id eſt, virorem, & fertilitatẽ amittent, atque exareſcent. Eodem verbo אָמַל vſus eſt Ioel.c. 1. vbi habemus: Elanguit oleum. Et ibidem: Et ficus elanguit. Et in verbis, quæ modo interpretamur, cum ait: Et flos Libani elanguit, id eſt, Ne flos quidem manebit in Libano, tam vaſto monte, & tam feraci, quòd ſemper niuibus albeat. 14

Montes commoti ſunt ab eo. Montes contremiſcent, ſi ipſe veniat, & colles deſolabuntur, ſiue tabeſcent, ita enim vertere ſolet verbum רָעַשׁ cuius vim interpretati ſumus Ham 9.nu.6.

Et contremuit terra à facie eius. Pro, Contremuit, eſt נָשָׂא id eſt, Leuata eſt, ablata eſt, quaſi dicat: Timore ſubito refugit. Ideo Lxx. eleganter verterunt ἀνεσπάσθη, retracta eſt. Aquila (vt refert Theodoretus) ἐφρίξεν, cohorruit, Symmacus, ἐσαλεύθη, mota eſt, id eſt, Mõtes, & colles diſſoluentur metu, eo veniẽte, & terra eis ſubiecta tremet, nec hæc tantum, ſed etiam orbis vniuerſus cum habitatoribus ſuis, quamuis fortibus, & potentibus Quorſum autem præcedentia omnia dixerit, oſtendit verbis ſequentibus.

Ante faciem indignationis eius quis ſtabit? Hoc ad Niniuẽ, & Aſyrios loquitur, quos vult ex ijs, quæ dicta ſunt, intelligere; quãuis opibus & potentia floreant, vt Carmelus, & Baſan, & Libanus herba, & floribus, quamuis pleni ſint hominibus, vt aquis mare, ac magni ſint, & potentes, vt montes, & colles, quamuis multis regionibus imperent, nequaquam ſe poſſe reſiſtere indignationi Dei, qui ſolus inſtar & magni, & terribilis exercitus, & mare 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

increpat,& simul cũ fluminibus exiccat,& florẽtissima quæque vertit in sterilitatem, & in cuius conspectu contremiscunt mõtes,& terra, & vniuersus orbis cum habitatoribus suis.

Effusio. ¶ *Indignatio eius effusa est vt ignis.* Effusio copiam largiorem indicat,vt diximus Ioel 2.nu.54.&.55.Cito effundetur in vos Assyrij magna Dei indignatio, quæ vt ignis per proxima quæque celerrimè discurret, & nihil erit tam durum,quod non conficiat, & consumat. Propterea dixit: *Et petræ dissolutæ sunt ab eo.* Solet enim ignis vel petras dissoluere,vt Iob.28.Ferrum de terra tollitur,& lapis solutus calore in æs vertitur.

16 *Bonus Dominus,& confortans.* Hæc omnia quæ hactenus dicta sunt, & si ad vastitatẽ Niniues quoq; pertineant, de qua expressius cap. 2. & 3. vaticinatur, magis propriè tamen pertinẽt ad expeditionẽ Senacherib regis Assyriorũ contra Iudæã, in qua magnas copias amisit, & cum ignominia redijt in Niniuen, vt legimus.4.Reg.18. & 19. de qua post hæc verba apertè prophetat, quoniam ante octo annos futura erat. Quemadmodum ergo priora illa dixit ad terrorem Assyriorum, ita hæc nunc dicit ad Iudæorum consolationem,ne desperẽt cum paulò post viderint regem potentissimum,cum florentissimo exercitu capere vrbes Iudææ, & postremo in Hierusalem ducere copias,vt nomini respondeat prophetia: Nahum enim vertitur consolator.

Et sciens sperantes in se. Tunc dicitur Deus aliquem scire, vel cognoscere, cum ei benefacit, vt notauimus. Hos.13.num.4.& Ham.3.nu.2. Ac si dicat: Ne timeatis Assyrios,confidite Domino,& in eo spem vestram reponite, nunquam deseret sperantes in se. Possumus etiam ita dicere, & idẽ sensus est.Ita sciẽs,vt nõ deserat,ita Paulus 2. Tim.2. Sed firmũ fundamentũ Dei stat, habẽs signaculũ hoc: Cognouit Dominꝰ qui sunt sui,id est, Cognouit,& cognitos seruabit,ne pereãt. Et Matt.6.Scit enim pater vester, quia his omnibꝰ indigetis,id est, scit,& non patietur vos egere necessarijs.

17 *Et in diluuio prætereũte consummationẽ faciet, loci eius.* Locus difficilis,& variè à varijs expositus, quique breuius fortassè,& dilucidius explicari queat. Cladem illam insignẽ inuectã ab exercitu regis Senacherib more diluuij Iudææ ciuitates inundante,& diruente, eleganti, & illustri vocabulo diluuium vocat præteriens; citò enim transijt illius furor, & vastitas.Ita de re eadem locutus est eloquẽtissimus vates Esaias cap. 8. Ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes,& multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius, & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius,& ibit per Iudã, inundans, & transiens vsque ad collum veniet. Quæ potest esse hac Isaiæ, & Nahum illustrior oratio? Ita etiam Poëta maximus.

7.Æneid. *Quanta per Idæos sæuis effusa Mycenis*
Tempestas ierit campos, quibus actus vterq;
Europæ,atq; Asiæ fatis concurrerit orbis,&c.

Et statim:

Diluuio ex illo tot vasta per æquora vecti,&c.

Sciamus etiam quum dicit loci eius, non posse intelligi eius, id est, Diluuij:nã מקומה id est,diluuium masculinum est,vt indicat nomen ei additum עברו at Eius, fœminei generis est מקומה Loci eius;quare referendum est sine dubio ad nomen צנה quod proximè præcessit, cum ait,* Et cõfortans in die tribulationis. Facilè ergo nunc locũ obscurissimum explicabimus, quoniã dixit: Bonus Dominus & confortans in die tribulationis,& sciens sperantes in se,ne diderent Hebræi, cum à Senacherib oppugnabantur: Quomodo Deus confortat in die tribulationis ? quomodo cognoscit sperantes in se? cum videamus potentissimum hostem impunè per totam Iudæam grassari, & omnia perdere ? futuræ obiectioni respondet. *In diluuio prætereunte consummationẽ faciet loci eius.* Hoc est clades hęc Senacherib, erit veluti diluuium quoddã incitatum, & vehemens, sed citò tamen transiens, & hac clade contentus Deus finiet calamitatẽ vestrã. Sed hoc postremo adnotare opus est, cũ dicit: *Consummationẽ faciet loci eius,* perinde esse,ac si diceret; Cõsummationẽ facier,id est,tribulationis.Est enim Hebræorum phrasis, vt locus alicuius rei perire dicatur, aut non esse,quando res,quæ in illo loco erat, perijt: vt Psal.36. Vidi impium exaltatum,& eleuatum sicut cedros Libani, & transiui, & ecce nõ erat, quæsiui eũ, & non est inuentus locus eius. Dan.2. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum, & aurum, & redacta quasi in pauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento, nullusq; locus inuentus est eis. Zach.10.Et reducã eos de terra AEgypti,& de Assyrijs cõgregabo eos, & ad terrã Galaad, & Libani adducam eos, & non inuenietur eis locus.Sin terra AEgypti, & Assyriorum,id est, Nullus eorũ manebit in illis regionibus. Apoc. 12. Et draco pugnabat, & angeli eius, & nõ valuerunt,neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. Simile est illud Eccle. 10. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Ipsos enim destruxit potius quam sedes,quando quidem alij pro eis sederunt. Quod autem quidam dicunt, inũdatione Euphratis subuersam fuisse Niniuen,ex Diodoro Siculo lib.3.atque de hac inundatione modo loqui Prophetam in magna quadam quæstione, qua postea de tempore excidij Niniues, quod à Prophetа prædicitur, disputabimus, & falsum esse apertè,vt spero,conuincemus.

Locus difficilis. 18

19

20 ¶ *Et inimicos eius persequentur tenebræ.* Inimicos eius, id est, Dei, de quo loquebatur: Bonus Dominus & confortãs, &c. In diluuio prætereunte consummationẽ faciet loci eius. Sunt autem inimici Dei Assyrij,quos tenebrę persequẽtur,id est,mors inopinata,& celerrima eos comprehẽdet; cum enim illi omnia læta, & prospera sperabant,vna nocte cẽtum octoginta quinq; millia extincta ab angelo sunt. 4. Reg. 19.

ALLEGORIA.

Hieronymus in proœmio : Sciendum autem est, quoniam Niniue in nostra lingua de Hebræo speciosam sonat, speciosius autẽ mundus hic dicitur Vnde,& apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit: quicquid nunc aduersum Niniuen dicitur, de mundo figuraliter prædicari. Et postea: De consummatione itaq; mundi secundũ ἀναγωγὴν o Paula, & Eustochium, in consolationem Sanctorum prophetia texitur,vt quæcunque in mundo vident, quasi prætereuntia, & caduca contemnant, & præparent se ad Iudicij diem, vbi vltor aduersus veros Assyrios futurus est Dominus Ex his Hieronymi verbis intelligimus iuxta allegoricum sensum, siue secundũ anagogen, hoc est secundum sensum altiorẽ, Niniues vastitatem significare mundi interitum, cum Dominus veniet ad iudiciũ; & in Assyrijs hostibus Iudæorum significari malos, & impios, qui sanctos in hoc mundo persequuntur, qui nunc Iudæorũ nomine indicantur. Rupertus; Porrò Niniue hoc loco totus mundus est, mundus damnatus, id est, reproborum omnium totum corpus,& mundus,qui electos Dei persequitur, non solùm propter interpretationem nominis, quia Niniue speciosa interpretatur, & mũdus Græcè κόσμος, id est, speciosus, siue ornatus dicitur, verum & quia tunc Niniue mundi erat caput, & regnum Assyriorum, super cætera regna principatum obtinens contra Dominum, sicut apud Esaiam legimus, gloriabatur. Hanc expositionem Hieronymus, Ruperτusque persequuntur, neq; erit difficile nobis tacentibus, quæ de Niniues excidio dicuntur ad mundi interitum referre. Si quæ autem erunt,aut obscuriora, aut notatu digniora breuiter attingemus. Nahum ergo iuxta nomen suum consolator Sanctorũ visionem videt, aduersus hunc mundum, & ait. *Deus æmulator, & Vlciscens Dominus,* quod audiat gemitum Sanctorum suorũ, vt ait Hieronymus, Et in consummatione mundi faciat aduersarios sentire supplicia. Et reliqua possunt similiter explicari.

TROPOLOGIA.

Morali sensu in Niniue intelligi animã multis à Deo donibus ornatam, eis tamẽ abutentem, & voluptatibus deditam, latius expositimus in cap.1.Ionæ,nu 30. Sed hoc nunc addendum est, significari eiusmodi animam, aliquando quidem à Deo perterritam,& conuersam, sed paulò post in prioris vitæ turpitudinem collapsam, & mortiferis sæculi voluptatibus inescatã, sui denique oblitã,ac Dei. Huic onus post hanc vitam prænuntiatur, & visionem, id est, non fictam, aut apparentem, sed certã, manifestamque prophetiam contra eam videt Nahum, quam libro etiam mandat, ne possit illius obliuisci. *Deus æmulator,* qui hanc animam suo sanguine redemit, & illas,quæ huius exemplo voluptates, & vitia sectantur. *Vlciscens Dominus,* quoniã quantumuis nunc sileat, & peccata dissimulet, tandem aliquando loquetur,& extremam in ipsam sententiam pronuntiabit. Prodet dolorem suum,quod quam sibi iterum, ac sæpè per pœnitẽtiam despondit, post adulteros viderit abeuntem. De quo apud Ezechielem ait;Et iudicabo te iudicijs adulterarum,& effundentium sanguinem,& dabo te in sanguinem furoris,& zeli. Meritò, quoniam hæc & adultera fuit à Deo recedendo,& sanguinem fudit eorũ,quos peruertit,& contaminauit exemplo *Et quia qui animam mille gehennis dignam, mira

Cap.16.

21

22

Universidad de Deusto
Biblioteca

mansuetudine, non solum recepit venientem, sed vltro etiam vocauit, idque sæpius putari poterat nescire irasci, aut punire; iterum air: *Vleiscens Dominus, & habens furorem.* Et quidem talem, vt electis quoque terrorem magnum incutiat. Quidam sanè ex eis
Psal 6. dixit: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Et alter: Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. *In tempestate, & turbine via eius:* quia cum
Hebr.10. peccator securus est, & in delicijs quiescit, ad eum veniet Dominus per mortē, quasi in tempestate, & turbine, id est, subitò, violentoque aduentu, vt illi accidit, cui dictū
Mors peccatoris tenebris plena. est: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te, quæ autem congregasti, cuius
Luc.12. erunt? Nec multo post ait Dominus: Quod si dixerit seruus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, & cœperit percutere seruos, & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet Dominꝰ serui illius in die, qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum: partemque eius cū
23 infidelibus ponet. * Nonnunquam etiam fit, vt illo mortis repentino nuntio, & inexpectatæ calamitatis aduentu ita ille perturbetur, vt nebulæ sensibus offundi videantur, & obscurata mens partim dolore, & metu, partim curis rei familiaris, & hęredum, ita commoueatur, vt versari in tenebris, & in cæca quadā caligine videatur, & neque satis apud se sit, neque certi quidquam de rebus suis statuat, atque ita migrare cogatur è corpore. Propter quod eleganter addidit. *Et nebulæ pulus pedū eius.*
Soph.1. Rectè ergo Sophonias: Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & angustię, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum, & caliginis, dies nebulæ, & turbinis. Eodem ferè pertinet quod sequitur. *Increpans mare, & exiccans illud, & flumina ad desertum deducēs.*
Mare mēs humana. Mare (inquit Gregorius. 29 Mor. c.7.) est mēs humana: ita exponit illud Iob. 38. Nūquid ingressus es profundum maris? Mare ergo quia profundissimum est, cor hominis profundum, & consilijs, quasi aquis abūdans significat: de quo, quia Deus cōprehendit sapientes in astutia eorum, & omnem humanę sapientiæ altitudinē longè superat, scriptū est; Longior terra mensura eius, & latior mari. * Hoc mare sæ-
24 pè alias vita, sed maximè cum dies mortis venit ingrata peccatoribus, siquidem
Psal.33. mors peccatorum pessima, increpatur à Domino dolore subito præsentium, quæ deserit, & terrore futurorum, quæ velit, nolit, cogetur citò experiri. Exiccatur ergo, & inops consilij hæret, neque quo se vertat, scit, neque vnde præsidium quærat, videtque omnia, in quibus ad id vsque tempus laborauerat, nihil sibi opis afferre, nihil solatij. Flumina quæ intrant in hoc mare, consilia amicorum sunt, sed quia neque suis consilijs, neque alienis occurrere aduenienti calamitati potest, sæpèque aut dū dubius hæret, aut aliquid molitur, morte rapitur, & rebus infectis excedit è vita, addit: *Et omnia flumina in desertum deducens.* Ita fatuæ virgines, quæ non sumpserāt oleum cū lampadibus, dum trepidant, & à sapientibus poscunt, & tandem, ad vendentes eunt, venit sponsus, & quæ paratę erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Eo tempore *infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit.* Basan confusionem significat, & in eo intelligimus carnis voluptates, confusione, & pudore plenas. Carmelus significat spicam plenam, & locum quemuis cultum, plenumque fructiferis arboribus, in quo indicantur diuitiæ. Libanus magnus, & editus mōs, in quo erant sublimes cedri, potentiam, & superbiam huius sæculi ostendit. Quoniam igitur mortis terrore, diuiniq; iudicij ingruēte, neque carnis voluptates vsui esse poterunt, neque diuitiæ, aut potentia vlla sæculi proderit, sed sola iustitia, sicut scriptum
Prou.10. est: Nihil proderunt thesauri impietatis, iustitia verò liberabit à morte; iure dicit iusMatth. tificatum esse Basan, & Carmelum, & florē Libani. Et Dominus ait: Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stellæ cadēt de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur, & tunc parebit signum filij hominis in cœlo; quia cum omnis huius vitæ prosperitas obscurabitur, sola crux fulgebit in cœlo, sola virtus, & imitatio crucis enitescet, & lucē dabit Christi imi-
26 tatoribus.

Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: quia nihil habent homines, tam validum, tam forte vt iræ Dei, & morti possit obsistere, non firmitatem virium, & valitudinem corporis optimā, non medicamenta, non salubritatem ciborum, non ædificia, non delicias, non opes, non harmoniā vocum, aut quidquid lætitiam afferre hominibus, aut altū, firmumque videri solet.

Terra contremuit, quia membra omnia corporis trepidabūt, & subitò timore cohorrescent. *Et orbis*, quia idem reliquæ terræ accidet. id est, omnium corporibus, *Et omnes habitantes in eo.* Non enim solùm corpora contremiscent; sed animæ etiam in illis habitantes, metu, dolore, angore tabescēt. Nemo poterit resistere iræ Dei, & furori, qui tunc sese in peccatores incipiet prodere. *Et indignatio eius effundetur vt ignis*, quia celerrimè omnes corporis vires & animæ occupabit, & vbique sentietur ira Dei. *Petræ dissolutæ sunt ab eo:* quia fortia corda, quę mortem, & pericula contemnebant, & aduersus omnes casus obdurucrant, tunc magno horrore concutientur, cum iam iudicij Dei minas, & vultum furore plenum videre sibi videbuntur, & iam iam fore vt in oculos, & conspectum seueriſsimi iudicis veniant, cuius præcepta semper, legesque violarunt, sicut ait Sophonias propheta. Iuxta est dies Dñi magnꝰ, iuxta est & velox nimis: vox diei Dñi amara, tribulabitur ibi fortis. Et Isaias: Vlulate, quia propè est dies Dñi, quasi vastitas à Dño veniet. Propter hoc oēs manus dissoluentur, & omne cor hominis cōtabescet, & conteretur. At qui pœnitentia mature peccata deleuerūt, & non sperauerūt in incerto diuitiarum, aut in fluxis sęculi bonis; sed in Deo viuo, nihil est quod timeant, siue morborum vis magna ingruat, siue mors immineat, siue iudicium proximum sit, *quoniam bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se.* Vox de cœlo est, quam Ioannes audiuit: Beati mortui qui in Domino moriuntur, adeo vt impius quoque exclamet: nec, vt mihi quidem videtur, sine suspirio: Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Super hoc, inquit Isaias: Laudabit te populus fortis, ciuitas gētium robustarum timebit te, quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. Ne autem iusti, quibus tāta felicitas in futurum promissa est, mœrore conficerentur in huius vitæ calamitatibus, citò eas præreituras esse confirmat, quasi diluuium quoddam, quod omnia vastaturum videtur, sed citò decrescit, & transit. *Et in diluuio prætereunte consummationem faciet loci eius.* Propter hoc confidenter ait iustus: Multæ tribulationes iustorū, & de omnibus liberabit eos Dominus. Et iterum: Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor, & protector noster est; quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius speraumus. Apostolus quoque omnia huius vitæ mala, & leuia esse dicit, & momentanea, ac parere magnam, & æternam felicitatem. Id enim quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. At post huius diluuij celerē transitum, *inimicos eius persequentur tenebræ.* Semper persequentur, deficiet eorum lux, extinguetur eorum lucerna, id est, caduca mundi prosperitas, & sempiternis tenebris malorum operientur, mittentur in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Itaque post breuem lucem, æternam sentiāt caliginem, sicut est apud Iob:
Iob.18. Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius? Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna quæ super eum est extinguetur. Non sic iusti anima, non sic de qua dictum est: Non extinguetur in nocte lucerna eius.
Prou.31.

Psal.31.

2.Cor.4.

HISTORIA.

Quid cogitatis contra Dominum? Ad Assyrios cōuertit orationem. Quid Assyrij vos & rex vester cogitatis blasphemias contra Deum, & ita insanitis, vt putetis Deū non posse liberare populum suum à vobis, vide. 4. Reg. 18. & 19. & 2. Paralipo. 32. Quamuis non absurdè hæc etiam referri possunt ad Iudæos illos, qui trepidabant, & diffidebant se esse liberādos. Atque hoc mihi magis placet, vt dicam nu. 31.
29

Consummationem ipse faciet. In Hebr. non futurū est, sed præsens עֹשֶׂה facit, & ita est in translatione quæ est in commentarijs Hieronymi, Lxx. tamen verterunt: Faciet, sed nihil refert, nam: Facit dictum est pro Faciet, vt significaretur iā iam adesse consummationem. Ipse Dominus faciet consummationem tribulationis, de qua dixi: In diluuio prætereunte consummationē faciet loci eius, non disperdet rex Assyriorum Ierusalem.

Nō consurget duplex tribulatio. Semel Deus afflixit decem tribus per Salmanasar regē Assyriorum, & captiuas adduxit: non ita nunc afliget duas, quæ supersunt, vt capiātur, & abducantur à Senacherib. vt Hebręi, Hieronymusque exponunt. Chaldæus. Nō consurget domui Israël bis angustia. Heb.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non consurget bis tribulatio. Symmachus: Non sustinebunt impetum secundæ angustiæ. Theodotio: Non consurget secunda tribulatio. Lxx. Non vindicabit bis in idipsum in tribulatione.

30 *Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur.* Sicut spinæ componuntur in acerum, seu fascem, & se inuicem coniunctæ complectuntur, vt concremẽtur; sic Assyrij in obsidione Ierusalem læti, & conuiuijs, vinoque indulgentes vna nocte ab angelo interficientur, & tam facilè consumentur, atque stipulę consumi ab igne solent. Solent victores, aut qui se victores forè putãt, cõuiuijs vacare, & lætitiæ se dare, quemadmodum sæpè apud Homerum, & Virgilium videmus. Ita ea nocte qua occisi sunt Assyrij, vino, & hilaritati se dederant, & securi, ac sopiti iacebant, sicut de Rutulis scribit Virgilius.

9. Æneï. ——*Passim vino, somnoque per herbam*
Corpora fusa vident, arrectos littore currus
Inter lora, virosque, simul arma iacere,
Vina simul.

Hæc verba nostri Prophetæ variè vertunt interpretes, sed planissima omniũ est Hieronymi interpretatio, quam trãslatio Leonis Iudæ magis explanat, quæ ita habet: Nã planissimè ritu veprium implicitarum, cũ fuerint comessando referti absumentur, ceu culmus ad plenum torridus. Hieronymus: Siquidem dum adhuc in terra Iuda sunt Assyrij, & quasi spinę se inuicem complectuntur lætantes, atque gaudẽtes ab angelo consumentur, quando vna nocte centum octoginta quinq; millia cæsa sunt hostium. Pulchre quoque exercitus eorum multitudinem ebriorum conuiuio comparauit, & ipsum conuiuium non rosarũ, non liliorum dixit esse, non florum, sed simile spinarum se inuicem complectẽtium, quæ semper traduntur igni, & quasi stipula aridítate plena leui comburuntur ardore

31 *Ex te enim exibit cogitans contra Dominum.* Hieronymus: De Rabsace intelligi volunt, (Hebræi) quod de Assyrijs egressus blasphemauerit Dominum, & populo persuadere voluerit, vt desperans de auxilio Domini se Assyrijs traderet, non Deo, sed idolis seruiturus. Mihi, vt vitemus, quantũ fieri poterit, mutationem personarum, probabilius videtur hæc Iudęæ dici, ad quam loqui cœpit ab illis verbis: Bonus Dominus, & confortans, &c. & ad eandem dicitur. Quid cogitatis contra Dominum? videlicèt existimantes capiendos vos esse ab Assyrijs. Deinde ait: Consummationem ipse faciet, scilicet, calamitatis inuectæ ab Assyrijs, quoniam sicut spinæ congregantur, vt igni tradantur, sic ipsi peribunt. Consummationem etiam faciet, quia ex te exibit, ô Iudæa, Senacherib accepta clade trepidus, & in terram suam reuertetur. Qui Senacherib cogitabat contra Dominum malitiam, putans Deum Iudæorum non magis à sua potẽtia erepturum Iudæos, quam dij aliarum gentium ipsas cripuerant. Et mẽte pertractabat præuaricationem, quia cogitabat vt de Dei auxilio desperaretis, vt ad idola Assyriorum vos cõuerteretis, & abducere vos à templo Domini, vt libentius idola coleretis. Atque ita optimè conuenit, sine vlla personæ mutatione (quæ semper quantum licebit, vitanda est) quod continuò eidem Iudęæ dicitur: Hæc dicit Dominus: Si perfecti fuerint, &c. Vbi habemus: Præuaricationem, in Heb. est Belihal, quod vocabulum in calce huius capitis ponitur in nostra translatione, & ibi eius vim explicabimus num. 44. & sequentibus.

Si perfecti fuerint & ita plures. Hieronymus: Iuxta literam manifestus est sensus; licèt robusti sint Assyrij, & fortitudo eorũ numero augeatur cunctarum gentium, sic quoque angelo vastante tondentur. Quomodo enim numerus capillorum acutæ forcipi nõ repugnat, ita & numerus aduersariorum Dei facili succisione rolletur; & *pertransibit Assur.* Vel esse desistet, siue vastato exercitu suo reuertetur in patriã, & c Chaldæus: Et si fuerint perfectæ consilio, multæque numero gentes, quæ congregãtur, vt te ad angustias adigant Ierusalem. Sed Hieronymus perfectos interpretatur viribus, id est, fortes, quod magis placet. Porrò Attondentur pro Attondebuntur positum videtur, verba enim secundæ coniugationis veteres sæpè faciebant tertiæ: nisi dicamus præsens pro futuro positum esse, vt certum, atque indubitatum intelligatur esse quod dicitur, more Scripturæ. Vtitur autem metaphora vsitata prophetis, vt internecionem, & stragem multorũ hominum, quæ minimi negotij est eam tã facientibus, tonsionem vocet, vt Ham. 7. Et ecce Serotinus post tonsionẽ regis. Simili metaphora dixit Isaias. c. 7. In die illa radet Domi-

Dominus in nouacula conducta, in ijs, qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuersam.

Et pertransibit. Scilicet, Assur vt interpretatus est Hieronymus, id est, Senacherib ex Assyriorum: Quod idem exponit, Esse desistet, vel reuerteretur in patriam. Hoc est, occidentur eius milites, & ipse nõ amplius videbitur in Iudæa.

Afflixi te, & non affligam te vltra. O Iudęa afflixi te, cum multas vrbes tuas passus sum capi à Senacherib, sed non affligam te amplius, non sinam capi Ierusalem. Quare, vt recètè Hieronymus adnotauit, non perpetuam illis securitatem pollicetur, sed illius temporis, & ab illis hostibus, à quibus tunc obsidebatur; atque ita intelligi. Non vltra, iam diximus Ioel 2. num. 38.

Et nunc conteram virgam eius. Quã te cædebat, & affligebat, & vincula, quibus te ô Iudæa alligabat, cũ vrbes capiebat tuas. Metaphora sumpta est à seruis, qui vinciri, & virga cædi solent à dominis crudelioribus, Isa. 14. Contrinit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos in indignatione, plaga insanabili.

Excipiet super te Dominus. Ad Senacherib, conuertit orationem ex Hieronymi, veterumque sententia. Puniet te Deus, ô Senacherib. Super te, id est, contra te, vt notauimus Mich. 1. nu. 2. Præcipiet, id est, pœnas statuet, & decernet vt in te veniãt. Quę autem sint pœnæ, continuò exponit.

Non seminabitur ex nomine tuo amplius. Hæc verba quendam ita permouerunt vt dicerent: Errãt grauissimè autores, qui hanc prophetiam accommodant, aut Sardanapalo, aut Senacheribo, siquidẽ Senacheribo successit filius Asarhaddon, qui regnauit in Niniue, & ideò non potest ei conuenire, quod dicitur. Non seminabitur ex nomine tuo amplius. Et quidem quod de Sardanapalo intelligi negat, assentior, postea enim demonstrabo nullo modo hoc dici posse. Sed cum ad Senacherib referri hæc non vult: Hieronymo repugnat, & Theodoreto, & Ruperto, & Lyrano, & plerisque, ex recentioribus expositoribus, planèque immerito repugnat. Ipse enim exponit: Non suscipiet amplius Niniue semen nominis tui, id est, regem, qui vocetur filius tuus, cũ id sit longè alius sensus, id est, nullum iam filium gignendum esse à Senacherib, vt intelligere videntur Hieronymus, & Rupertus, & multò apertius Lyranus, quoniam postquam rediit in Niniuen, citò interfectus est à duobus filijs suis. Adramelech, & Sarasar in templo Dei sui Nesroch. 4. Reg. 19. cuius etiam meminit Tobias. c. 1. ijsque fugientibus in Armeniam regnauit Asarhaddon filius eius pro eo. Seminari autem est procreari, nullus ex te amplius procreabitur, ex nomine tuo, id est, qui tuus filius dicatur, quoniã citò interficieris, ideò sequitur: De domo Dei tui interficiam. *Fieri autem potest, vt hoc de vniuerso semine Senacherib dictum fuerit, quod omninò eius genus esset extinguendum tribus filijs sine liberis decedẽtibus, vt quibusdam visum est, & vt subindicauit Chaldæus vertens: Nec erit amplius memoria nominis tui. Simile est quod de Nabuchodonosor legimus. Isai. 14. Non vocabitur in æternũ semen pessimorum. Præparate filios eius occisione, in iniquitate parrum suorũ, non consurgent, neque hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. His verbis probabile fit valdè quod dicimus. Sed pro certo omnino affirmare non possumus, cum nihil certi habeamus ex historia: ideirco priorem interpretationem, quæ certior est, & ad prophetici sermonis veritatem tuẽdam satis idonea, teneamus. Quod vero ait idem autor, regem de quo modo loquitur Propheta, esse Darium vltimum regem Persarum, quem vicit Alexander; neque cum historiæ, nec cũ Scripturæ veritate satis congruit. Nam Darius nõ regnabat Niniue, sed Babylonę & cap. 2. huius Prophetæ apertissimè docebimus Niniuen à Chaldæis fuisse expugnatam, quod etiam Iosephus, & Hieronymus, & multi alij prodiderunt, vt postea dicemus, idque regnãte Nabuchodonosor, qui multis annis præcesserit Alexandrum.

De domo Dei tui interficiam. Hieronymus: 36
Inde punieris, vnde sperabas auxilium. Erit sculptile, & conflatile sepulcrum tuum, vt inter aras, & puluinaria adorãtis idola sanguis nefarius effundatur. Hieronymum sequuntur quidam, sed multum in hac explicatione inest difficultatis: nam & durum, & inusitatum videtur, De domo, pro In domo, & non satis videtur occisum fuisse Senacherib in templo, vt verè dici posit: Sculptile, & conflatile ponam sepulcrum tuum, nisi in eodem loco sepultus diceretur. Nec desunt, qui dicãt ibi sepultũ fuisse,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed quo historico autore dicunt? Quomodo etiam conueniet quod sequitur. Quia inhonoratus es, cum honorifica potius sepultura sit vel inter aras deorum, vel dijs ipsis sepulcro impositis, vel circa sepulcrũ collocatis, quemadmodum apud Athenienses Hermæ imponebantur tumulis? Hæc vt vitarent Theodoretus, & Theophylactus, & Rupertus, & quidam alij, ita verba distinxerunt: De domo Dei tui interficiam sculptile, & conflatile: ponam sepulcrum tuum. Sed inciderunt in incommoda non minora. * Etenim interficere sculptile, & conflatile durissimè dicitur; scio in Hebræo esse אַכְרִית, id est, succidam, vel succidere faciam, quod etiam ad non viuentia bene refertur. Sed Ruperto, & Latinis habenda fuit ratio nostræ translationis, in qua est. Interficiam: Theodoreto autem, & Theophylacto sue, id est, Lxx. interpretum, in qua est verbũ, idem significãs: ἐξολοθρίνω, quæ ad res mortuas non pertinent. Deinde quomodo probare nobis possunt idola illius templi fuisse dissipata, siue cõfracta in cæde Senacherib: cum non ei hostis successerit, sed filius Asarhaddon? Quod si in excidio Niniues id contigisse confirment, quomodo huic tempori cõuenire potest, quod continuo subijcitur: Ponam sepulcrum tuum? Denique quocunque tempore disperdita fuerint sculptilia, quomodo recte sequi potest: Ponã sepulcrum tuum, quia inhonoratus es, cum omnium, qui haberi possunt mortuis, honos pene maximus existimetur sepulturæ? vt est apud Virgilium.

11. Æneid. *Interea socios inhumataq; corpora terræ*
Mãdemus, qui solus honos. Acheronte sub imo est?

Et de Ioacim rege Iuda in magnorum scelerum vltionem prædicitur Ierem. 22. Nõ plangent eum: væ frater, & væ soror: non concrepabunt ei: væ domine, & væ inclyte: sepultura asini sepelietur putrefactus, & proiectus extra portas Ierusalem. * Hæc proposui ne loci obscuritas ignota esset lectori, nũc vt poterimus, exponamus. Quod primo loco proponitur, nõ est admodum difficile, perinde enim est, ac si diceretur. Ab ipsa domo Dei tui, vnde tu prosperitatem sperabãs, mortem in te immittam, inde filij tui prodibunt ex insidijs, vt te interficiant. Præterea, De, poni pro: In. Sanctes Pagninus etiam adnotauit, li. 1. Institutionum Hebraicarum, cap. 15 atque ex eo confirmat quod Psalm. 71. scriptum est. Et florebunt de ciuitate sicut fenum terræ, id est, in ciuitate. Reliqua sunt difficiliora. Verum existimo cadauer Senacherib diu relictum fuisse inhumatũ in templo illo, quia inhonoratus erat, & contemptus ab omnibus, propter ignominiam, quam omnibus Assyrijs retulerat ex Iudæa, & propter cladem acceptam inuisus erat populo non ignoranti illius superbia tantas copias amissas fuisse. * Atque hoc fortasse odio sepulcrum illi negabant, quod sibi Mezentius moriens timebat.

Corpus humo patiare tegi, scio acerba meorum
Circunstare odia, hunc oro defende furorem
Et me consortem nati concede sepulcro.

Metu etiam eorum, qui cum occiderãt, poterant à sepeliendo cadauere deterreri. Sculptile igitur, & conflatile dicitur sepulcrum eius, quoniam nihil circum se habebat, nisi idola templi, & de inhumatis ita loqui solemus, vt quacunque re, quæ vel circumcirca, vel supra sit, illos tegi, & sepeliri dicamus: vt quod ex Mœcenate refert Cælius Rhodiginus lib. 7. lectionum antiquarum cap. 19.

Nec tumulum curo, sepelit Nasamon relictos.

Et Lucanus.

Lib. 7

——— *capit omnia Tellus*
Quæ genuit, cælo regitur qui non habet vrnam.

Forte etiam in templi tecto imagines deorum collocabantur, vt rectè dici posset sepultus sculptilibus, & conflatilibus fuit à Lucano dictum est: Cœlo regitur qui non habet vrnam. Potuit & cadauer trahi, & à festinantibus, aut cõtemnentibus sub altari aliquo idolorum abscondi, vt diu iaceret inhumatum. Dicet in me quis: Quo & tu hæc historico autore dicis? Ego alios, non tam quod sine autore dicebant, reprehendebã, quã quod id dicerent, quod cõsequentibus verbis nõ cohæreret. At quod dico, cohæret rectè, & cõmunis sermonis consuetudine comprobatur, quod nemini non satis esse debet, vbi nullum habemus historiæ scriptorem, vnde certiora capiamus. * Nunc vocabula interpretemur, quæ sæpe occurrunt in scriptura. Ex omni materia fiebant idola sicut videmus. Dan. 5. Et laudabant deos suos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneosque, & lapideos. Quod dolando, siue sculpendo fiebat, ex ligno aut lapide, aut ebore dicebatur, פֶּסֶל, id est, sculptile à פָּסַל, quod significat dola-

re, scindere, sculpere, Græcè γλυπτὸν. Si verò fit ex auro, aut argento, aut ære liquefacto, Latinè dicitur conflatile, vel fusile. Conflare enim est liquefacere, & fundi metalla dicuntur, cum liquefiunt, & effigies aliqua formatur, vt cum fundi dicimus equum ex ære. Græcè χωνευτὸν, Heb. מַסֵּכָה à נָסַךְ quod est fundere. Ita differre inter sculptile, & conflatile docet, & Hieronymus in illud Hab. 2. Quid prodest sculptile, &c. Tametsi nõ vbique seruatur hæc proprietas, vt Isa. 40. Numquid sculptile conflabit faber? Et cap. 44. Et sculptile conflauit ad nihil vtile. Quod autem malleo fit ex metallo, ductile dicitur, quod facilè ducatur, vt Psalm. 97. In tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. AEs enim ductile dicitur, quod malleis obsequitur, attenuaturque in laminas, & extenditur, vt apud Virgilium.

——Alij thoracas ahenos
Aut leues ocreas, lento ducunt argento,

Vbi Seruius interpretatus est, Ducũt, id est, extendunt. Hoc autem propriè dicitur cũ metallum; aut etiam lapis sequitur rundẽtem, siue polientem, id est, ducitur, & obsequitur; & fit, quod vult artifex, vt apud eundem.

——Et viuos ducent de marmore vultus:

Ecce super montes pedes euangelizantis. Significat famã mortis Senacherib cirò esse ad Iudæos afferendam, eosque tunc securiores, & hilariores festa sua esse celebraturos. Videre, inquit, iam mihi videor nuntium montes, collesque transcurrẽtem, & tibi, ô Iuda, gaudium, pacemque nuntiantem, extincto Senacherib. Quod autem sequitur: Celebra Iuda festiuitates tuas. Hieronymus, quem quidam sequũtur, de pascha dictum putat, quod (inquit) in libro Paralipomenõ scribitur in primo mense fieri non potuisse, obsidente Senacherib: cæso autem per angelum exercitu eius, & fuga, & morte eius annuntiata in secundo mense festiuitas celebratum est. Sed, si Scripturæ recordemur, nullo modo dubitabimus hæc minimè dici de pascha: nam non simul ac redijt in patriam, occisus est Senacherib; sed minimum post quadraginta quinque dies. Scriptum est enim Tobiæ 1. Denique cum reuersus esset rex Senacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eũ fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filijs Israël; Tobias sepeliebat corpora eorum. At vbi

nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens nudus latuit, quia multi diligebãt eũ. * Nemo est qui non videat aliquot dies, aut fortasse menses elapsos esse, dum reuertus Senacherib occidebat filios Israël, dum Tobias sepeliebat, dum accusatus est, & damnatus à rege, dum apud amicos latebat. Et tamen post hæc ait: Post dies verò quadraginta quinque occiderunt regem filij eius, & reuersus est Tobias in domũ suam. Hi quadraginta quinque dies ab eo videntur numerandi, quo rex iussit occidi Tobiam, aut certè, vt multum contrahere velimus, à reditu eius in Niniuen. Sit ita sanè, primo mense non potuit pascha fieri, propter obsidionem Senacherib: numeremus temp⁹ itineris à Iudæa in Niniuẽ. Addamus deinde quadraginta quinque dies, atque alios itineris eius, qui nuntium mortis Senacherib attulit, quomodo potuit pascha secundo mense celebrari? Adde quod. 2. Paralip. 30. non hanc, sed longe aliam causam fuisse docemur, cur in secũdum mensem pascha dilatum sit: ita enim scriptum est. Inito ergo consilio regis, & principum, & vniuersi cœtus Ierusalem, decreuerunt vt facerent phase mense secundo. Non enim potuerãt facere in tempore suo, quia sacerdotes, qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Ierusalem. Quare cum dicit: *Celebra Iuda festiuitates tuas*, hoc significat: securè, & sine metu potestis, ô duæ tribus posthac celebrare oës festiuitates vestras: iam non perturbabũt, neq; terrebũt vos Assyrij. Ita ferè exponunt Theophylactus, & Theodoretus, & recẽtiores. * Quod verò addit. *Et redde vota tua*, ea intelligit, quæ pro salute, & libertate sua vouerat. Hæc videntur significari. 2. Paralipo. 32. Et præstitit, inquit, ei quietem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem, & munera Ezeciæ regi Iuda, qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. In his verbis: *Ecce super montes pedes euangelizantis, &c.* Ecce, celeritatem indicat, quod breui esset ad Iudæos afferẽdum de morte Senacherib. *Super montes*, potest ira accipi, vt iam diximus, quæ Hieronymi expositio est, aut ita vt veterum Hebræorũ consuetudinem respexerit Propheta, vt ex montibus, vnde audiri clamor post[ea] po-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulus conuocaretur, audiretque, quod notum omnibus esse oporteret vt Isaias. 40. Super montem excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion. Et capit. 52. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem? Hose. 5. (quod ibidem adnotauimus) Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama. Euangelizantis autem dixit, vt verbum ipsum indicat, pro eo quod est prospera, & fausta nuntiantis, vnde Domini seruatoris doctrina euangelium dicta est. Verbum enim בָּשַׂר semper, Lxx. vertunt in euangelizare.

44 *Quia non adijciet vltra, vt pertranseat in te Belihal.* Senacherib intelligit, & eius exercitum, quem, nihil erat, cur iam Iudæi timerent, ideo adiecit: *Vniuersus interijt*, exercitus enim perijt in Iudæa, Senacherib in patria sua. Vocabulum Belihal valde vsitatum est in scriptura. Hieronymus idem valere docet, quod apud nos valet præuaricator, & Apostata. Hebraice nunc ita scribitur בְּלִיַּעַל dictumque putant à בְּלִי quod est sine, & יַעַל, id est, ascender, eo quod non ascenderet, nec prosperabitur. At, vt in multis sæpe demonstraui, male puncta posuisse Hebræos, male proferre, & male scribere, ita in hoc vocabulo ostendam. Prophetæ scripserunt בְּלִיּעַל quod sonat Belihal, id est, sine iugo, à בְּלִי sine, & עֹל iugum, vt Hoseas. 11. Iugum autem imponetur eis simul. Sed Hebræi inepte alterum, i, & a, addiderunt proferentes Beliiahal. Proferendum autem esse Belihal, vel illud manifestissime probat. 2. Corinth. 6. Quæ autem conuentio Christi ad Belihal? Neque enim vnquam legimus in vllo codice veteri, aut nouo vulgatæ editionis, Beliiahal, neque etymologia conuenit, neque significatio. * Cum autem dicitur Belihal, id est, sine iugo, rectissime omnes scripturæ locà explanantur, significat enim vel præuaricationem ipsam, vt hoc cap. Mente pertractans prçuaricationem, quod contra legem Dei sit, & ideo L x x. ibidem verterunt ἐναντία, id est, contraria. Chaldæus, consilium impietatis. Psalm. 17. Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Hebr. torrentes Belihal. Psalm. 40. Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Hebr. verbum Belihal. Significat etiam præuaricatorem, & iugum Dei abijcientem, ac potissimum diabolum, qui à

Belihal.

45

sæculo confregit iugum, dixit: Non seruiam. Nunc omnia ex scriptura comprobemus. Iud. 19. Venerunt viri ciuitatis illius filij Belihal, & adiecit continuo noster interpres, id est, absque iugo. L x x. Filij παρανόμων, id est, præuaricatorum, siue transgressorum. 1. Reg. 2. Porro filij Heli, filij Belihal, nescientes Dominum, neque officium eius ad populum, id est, præuaricatores, transgressores legis Dei. L x x. υἱοὶ λοιμοὶ, filij pestilentes. 2. Reg. 16. Egredere vir sanguinum, vir Belihal. L x x. παρανόμου, id est, transgressor. 1. Reg. 1. Hanna cum æstimaretur ab Heli sacerdote temulenta, ait: Ne reputes ancillam tuam, quasi vnam de filiabus Belihal. L x x. εἰς θυγατέρα λοιμὴν, id est, in filiam pestilentem. 3. Reg. 21. Et adductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos sedere contra eum. Hebr. filijs Belihal. L x x. vt solent υἱοὶ παρανόμων, id est, filij transgressorum. * Et statim. At illi, scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium. Hebr. Et testimonium dixerunt viri Belihal contra Naboth. L x x. ἄνδρες ἀνομίας, id est, homines apostatæ, hoc est, recedentes à lege Dei, & abijcientes eam. Ita quoque vertit noster interpres. Prouerb. 6. Homo apostata vir inutilis. Hebr. Homo Belihal. Ex quo facile intelligimus, quod scribit Apostolus 2. Corint. 6. Quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belihal? id est, ad diabolum, siue ad impietatẽ. Aut potius, Quæ conuentio Christi, qui fuit obediens vsque ad mortem, ad Belihal, id est, ad absque iugo, siue ad inobedientiam? Longissimè à Christo abest quicunque inobediens est. Videtur autem Belihal potius vt substantiuum nomen accipi, quàm vt adiectiuum, vt ex locis indicatis intelligitur: nam ferè semper dicitur filius Belihal, homo belihal, torrens belihal. Sed adiectiuè etiam ponitur, vt cum ait: Non adiiciet vltra, vt pertranseat in te Belihal, id est, impius, rebellis, & blasphemans in Deum, quales fuerunt Senacherib, & Rabsaces, & alij eius duces; cum enim idem sit, quod apud nos, Absque iugo, rectè vtroque modo ponitur.

ALLEGORIA.

Allegoria de consummatione sæculi faci-

lis est

lis est explicatu. Ad electos infirmos, & in tot malis dubitantes loquitur. *Quid cogitatis contra Dominum?* Quid diffiditis, & malorũ terrore superamini? ipse Dominus, vt iã dixi: consummationem faciet tribulationis, quæ vos affligebat. Modo datum est eis sæuire in vos, post hãc vitam, siue post finem sæculi non poterunt. *Non cõsurget duplex tribulatio*, presentẽ æquo animo tolerate: Hoc est quod Dominus ait: Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et apertius apud Lucã: Dico autem vobis amicis meis: Ne terreamini ab ijs, qui occidũt corpus, & post hæc non habent amplius, quid faciant. Ideò etiã dixit cum comprehendebatur: Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ; Non poterunt post hoc crudelitatem suam exercere in vos, quoniam cum conuiuijs, & voluptatibus se dabunt, veniet dies Domini, & quasi spinæ in fasces componentur, & æternis flammis tradentur, sicut ait Dominus: Sicut autẽ in diebus Noe, ita erit, & aduentus filij hominis. Sicut enim erãt in diebus ante diluuium comedentes, & bibẽtes, nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & nõ cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit, & aduẽtus filij hominis. De hac combustione legimus: Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primũ zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. * Tunc, ô electi, exibunt impij, neque amplius inter vos versabuntur, qui vos ad præuaricationem allicere studebãt, etiam si plures, robustioresque sint hostes vestri, facilè à Deo consumentur, & transibunt, & virgam, ac persecutionem eorum auferam à vobis. Super vos, ô impij persecutores Sanctorum præcipiet Dominus, & supplicia grauissima in vos statuet, peribit memoria vestra cum sonitu. Inter idola vestra, & inter vestras nefarias voluptates moriemini, & vt inhonorati proijciemini in sepulturam inferni. Hæc ita exposui, quamuis de excidio Niniues Propheta loqui non intelligatur: quoniam Senacherib, & eius milites Assyrij pereuntes, nec amplius iam Iudæis incommodare valentes figura sunt impiorũ, qui à Deo disperdentur in æternum, nec iam nocere electis poterunt. Vos autem iusti, & electi, cũ hæc fieri videbitis, scitote regnum Dei esse in ianuis. Tunc lætum nuntium audietis cædis hostium vestrorum, & æternas securi festiuitates celebrabitis in cœlis, & Deo gratias, laudesque, quas voueratis, reddetis: nullus enim ex impijs superstes erit, qui vobis iam nocere possit, omnes æterna morte interibunt.

Matth. 10.

Luc. 12.

Matth. 13.

48

TROPOLOGIA.

Tropologia quoque similem ferè habet explicationem. *Quid cogitatis contra Dominum?* quasi vos deserturus sit? sine dubio consummationem facier malorum quæ patimini. *Non consurget duplex tribulatio.* Si nunc huius vitæ laboribus omnes sordes vestras abluatis, vt nihil supersit luendum, nihil quoque supererit laboris in futura vita, sicut ait Apostolus: Quod si nos metipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Cyprianus in sermone de passione Christi: Cum iudicis, & tortoris vices non parcens peccator assumit, semetipsum persequens, dum confessionem confusione honorat, holocausti huius incensio in conspectu Dei veniam impetrat. Neque enim bis in idipsum iudicat Deus, sed impœnitentes ipse iudicat, & damnat. Pœnitentes verò, quia à se ipsis suscipit iudicatos, absoluit, neque iudicio, quod pœnitentiæ humanæ seueritas protulit, aliquid iustitia cœlestis apponit, &c. Lege Gregorium, libro decimo octauo Moraliũ, capite duodecimo. *Quia sicut spinæ se inuicem complectuntur, &c.* * Quid sunt spinæ, nisi solicitudines, & diuitiæ, & voluptates vitæ, quæ suffocant bonum semen, vt Dominus ipse exposuit: Nihil ex his erit in futura vita, comburentur spinæ, id est consumentur hæc omnia, auferetur conuiuium pariter potantium, id est, deliciæ, & gaudia præsentis vitæ, & ita nulla erit iam afflictio, quia nulla erit iniquitas, nullus erit, qui ad peccatum alliciat, quia diabolus iam non poterit inter seruos Dei versari. Et ideò sequitur. *Ex te enim exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans prœuaricationem*, id est, Diabolus autor peccati. Ita possumus omnia interpretari vsque ad finem capitis, si quod de electis dicitur, ad animam iustam referamus: quod autem dicitur de persecutoribus Sanctorum, de eorum capite diabolo dici intelligamus. Possunt tamen hæc omnia ad animam in hac vita suo etiam modo accommodari. Dominus consummationẽ faciet

49

Hic fessũ labores, vt postea non ferantur.

1. Cor. 11.

50

Curæ sæculi spinæ sunt. Luc. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huius, aut illius tentationis, siue calamitatis, qua nunc angimur. Non consurget duplex tribulatio, quoniam si benè semel pro peccatis nostris, integreque satis fecerimus nullas præterea pro eis pœnas dabimus. Comburet spinas, & curas sæculi, quæ nos perturbabant, vt humana contemnamus, & cœlestia curemus. * Exibit ex nobis diabolus, non quod dum viuimus, liberi ab eius impugnatione simus, sed quod per pœnitentiam, & studium bonorum operum verè fugatur, & seruos Dei timet, quos totis viribus in cœlum contendere animaduertit. Et quāuis præ malitia sua tentare non desinat, segnior tamen, ac timidior aggreditur, ne dum nocere cupit, magis prosit. *Si perfecti fuerint, & ita plures, &c.* Solent dæmones, cum superari se à sanctis vident pudore, & furore vires coniungere, & facto agmine in eos irruere, vt quos singuli non poterant, omnes terreant, vt in Sancti Antonij, aliorumque Sanctorum historijs legimus. Sed si in Deo totam victoriæ spem reponamus, etiam si fortes hostes nostri, multique fuerint, attondebuntur, id est, minimo negotio fundentur, & transibunt. Immò & animæ viriliter pugnanti hoc etiam promittitur. *Afflixi te, & non affligam te vltra.* Seruus enim Dei non tam affligitur, cū tentatur, quàm cum tentatus vincitur. Solet autem Deus hoc dare fortissimè pugnantibus, vt vel nunquam postea, vel certè rarissimè vincantur. Et de hoc ait: *Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua dirumpam*: non enim verberantur, aut vinciuntur, nisi qui sunt in seruitutem redacti. * Et ad diabolum ait: *Non seminabitur ex nomine tuo amplius.* Magna est humilis, & perfectæ pœnitentiæ virtus. Cum diabolus malas cogitationes in animam nostram immittit, sicut cum misit in cor Iudæ, vt magistrum suum traderet, si nos eas admittimus, & delectatione, assensuque excipimus, tūc seminatur ex nomine eius, & inde pariuntur opera, de quibus Dominus dixit: Vos facitis opera patris vestri. Et paulò post: Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Quādo autem concipitur hoc semen, & manet diu, nec per pœnitentiam interficitur, luget Sanctus: Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitijs? Semen eorum permanet coram eis, & propinquorum turba, & nepotum in conspectu eorum. Sed quia peccata in domo Dei, quæ est Ecclesia, per sacramenta tolluntur, rectè ait: *De domo Dei tui interficiam*, cum enim peccata delentur, & diabolus in anima esse desinit, quam possidebat, quodammodo ipse interficitur, qui tunc se viuere putat, cum nocet, & animam ad Dei imaginem factam dominatu suo occupauit. * Et quoniam per pœnitentiam fugatus, ad eos transit, & in ijs conquiescit, qui colunt idola, id est, diuitias, & honores, volutareque sectantur, continuò addit. *Sculptile, & conflatile ponam sepulcrum tuum*, id est, In illis sepelieris, & iacebis victus, & ignominiosus, qui sculptilia & conflatilia, id est, opera manuum hominum quasi Deū adorantes, ipsi in ea mutati sunt, & sculptilia, & conflatilia effecti, sicut scriptum est: Similes illis fiant, qui faciunt ea, & omnes, qui confidunt in eis. Nec mirum si diabolo dicatur: De domo Dei tui, etenim & si præ superbia illi subijci noluit, tamen vel inuitus agnoscit eius se esse creaturam, ab eo se cruciari, & ei velit, nolit parendum esse. Quamuis & domum Dei animam dicere possumus, quam sibi Deus per baptismum consecrauit. * Quod si anima alpicere terrena desierit, & cum Propheta leuauerit oculos suos in montes, vnde veniet auxilium sibi, audiet vocem euangelizantis, & annuntiantis pacem, sicut idē ait: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. Tunc dicetur ei: *Celebra Iuda festiuitates tuas.* Sicut statim additur: Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra. Tunc anima celebrat festiuitates suas, cum verè Deum confitetur verbis, & factis, & Iudæ nomine digna efficitur, cum eius conuersatio in cœlis est: nam in Babylone posita, id est, in confusione peccatorum, non potest celebrare, sed dicit: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Tunc verè reddit vota sua, quæ vouit in baptismo, & in conuersione sua, si autem ritè has festiuitates celebret, & ab omni opere seruili, id est, à peccato abstineat, nequaquam vltra cà posidebit Belihal, id est præuaricatio, siue præuaricator diabolus, hoc est, nequa-

quam

quam vltra seducetur: non enim habet locum in nobis, nisi cum festiuitates Dei colere desistimus, sicut in Hamos scriptū est: Quando trāsibit mensis, & venūdabimus merces? & Sabbatū, & aperiemus frumentū? Quod suo loco, id est, c. 8. num. 24. iam exposuimus, & duobus sequentibus.

CAP. II.

Ascendit qui dispergat coram te qui custodit obsidionem: contemplare viam, confortа lumbos, robora virtutem valde. Quia reddidit Dominus superbiā Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Clypeus fortium eius ignitus viri exercitus in coccineis: igneа habenа curruum in die præparationis eius, et agitatores conspiti sunt. In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in platæis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorū, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur umbraculum. Portæ fluuiorum apertæ sunt, et templum ad solum dirutū. Et miles captiuus abductus est: et ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ murmurantes in cordibus suis. Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi verò fugerunt. State, state: & non est, qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum: et non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. Dissipata est, et scissa, & dilacerata: & cor tabescens, et dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium sicut nigredo ollæ. Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum? ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & non est qui exterreat? Leo cepit sufficiēter catulis suis, & necauit leænis suis: et impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. Ecce ego ad te dicit Dominus exercituum, & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leūculos tuos comedet gladius: et exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.

HISTORIA.

Ascendit qui dispergat coram te. Quoniam ea, quæ nos veteres secuti de Senacherib exposuimus; non desunt qui de Sardanapalo intelligi velint, in quo finitum Assyriorum florentissimum quondam imperium putant: & iam Propheta noster manifestè de excidio Niniues agere incipit, & eius autores describit, eorumque exercitū, & fortitudinem; vt omnia rectè intelligantur, multaque in Scriptura, præsertim in libris Regum explicentur: necessariò videtur dispurandū, quo tempore impleta fuerit hæc prophetia Nahum, id est, quando capta est Niniue, & à quibus, & quo tempore Assyriorum perierit imperium.

Magna est profectò, & apud reliquos autores, & apud scripturas ipsas huius quæstionis difficultas. Sed vt ordine, & cū perspicuitate explicemus: notum est ex omnibus mundi monarchijs, quæ omnium scriptorum sermone celebrantur, primā fuisse Assyriorum, quorum primus rex fuit Ninus, qui Gene. 10. dicitur Assur, qui & Ninum vrbem, siue Niniuen metropolin Assyriorum condidit, & multas gentes, vniuersamq; Asiam, præter Indiā, expugnauit; quam eius vxor Semiramis cepit, vt ait August. 18. de Ciui. c. 2. Sed & partē Africæ tenuerunt. Durauit eorum imperium annis 1360. Diodoro Siculo autore, lib. 3. rerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

antiquarum cap.7. Trogo Pompeio verò, & Iustino, libro.1.1300, Eusebio in Chronicis. 1240. à primo anno Nini: Metasthene illo Iohānis Annij autore, qui & Berosum citat.1224, Augustino.18. de Ciuita. cap.21. ferè 1305, Orosio libro.1.c.12.1160. Sed Augustinus hos. 1305. intelligit numeratis annis Beli patris Nini, qui iuxta Berosum Annianum, lib.5. Antiq. & iuxta Metasthenem regnauit annis.62. quibus subductis restat idem ferè numerus annorum, qui positus est ab Eusebio, tribus enim annis tantum dissentiunt.

Conuenit autem inter autores, vltimū Assyriorum regem fuisse eum, qui dicebatur Tonos concoleros, Græcis autem Sardanapalus. Hoc docent Metasthenes, Diodorus, & Iustinus locis citatis, Eusebius in Chronicis, Orosius libro primo, capit.19. & libro secundo, capit.2. & Beda in libello de sex ætatibus mundi, & in libro de temporibus, capite.20. Quos & sacræ Scripturæ enarratores, & recentiores historici sequuntur, vt Antonius Sabellicus Enneade secunda, libr.3. versus finem, & Iohannes Lucidus, libro.4. de temporibus, cap.1.&.2. & multi alij. Immo & Hieronymus, & Augustinus, vt Eusebij sectatores, huic sententiæ subscribunt, vt ostendemus cum tempora cōputabimus. *Tradunt igitur autores citati Sardanapalum bello superatum fuisse ab Arbace Medo, & à Belesо Babyloniorum duce seruis suis. Sed Arbaces (vt ait Diodorus) adiunxit sibi Persas; Belesus autem Arabes. Tunc diuisum esse dicunt imperium Assyriorum in Medos, & Babylonios. Ita etiam sensisse videtur Iosephus, qui libro.10. Antiquita. cap.3. loquens de Ezecia à morbo liberato ante quindecim annos mortis suæ, circa eadem, inquit, ferme tempora imperium Assyriorum per Medos dissolui contigit. Et capite.6. scribit Assyriorum imperium euersum fuisse à Medis, & Chaldæis. Georgius Cedrenus Græcus autor, in compendio historiarum, folio.13. tradit Sardanapalum, qui Magnus dictus est, victum fuisse à Perseo Iouis, & Danaes filio, & ab eodem regnum translatum ad Persas. Deinde folio.88. docet Salmanasarem regem Assyriorum dictum esse Sardanapalum, patremque esse Nabuchodonosor, sed anno.96 ante hunc Salmanasarem regnum Assyriorum abolitum esse

3

ab Arbace, & ad Medos translatum. At hunc Georgium sanè dimittamus Græcæ fidei historicum, tantum accipiamus in quo cum ceteris cōuenit, dissolutam esse monarchiam Assyriorum ab Arbace, & ad Medos traductam. * Huic sententiæ illud plurimum fauere videtur, quod cum sæpè in libris Regum, & in prophetis legamus reges Assyrios, & eorum potentiam, nusquam mentio fit de regibus Babylonis vsque ad tempora Ezeciæ. Tunc primum nominatur rex Babylonis Merodach Baladan filius Baladan, qui ad eundem Ezeciam literas misit, & munera. 4. Regum.20. Hunc autem Baladan esse Belesum expugnatorē Niniues tradunt nonnulli. Hæc tot, tantique autores humanæ historiæ fidem sequentes. Sed cum humana historia nulla ferè vbique vera sit, autoritate diuinæ, quæ falsa esse non potest corrigenda est, & in multis corrigitur. Dabimus ergo operam, vt rei obscurissimæ, & in qua grauissimi autores lapsi sunt, lucem sacræ historiæ adhibeamus, qua illustrati omnia rectè explicemus. Quod ego dum paulatim demonstro, & humanæ historiæ errores detego, si quis hæc leget, quæso, diligenter & patienter, attendat.

4

Principio illud statuo, quod lucc clarius ostendam, nullo modo prophetare Nahum de euersione Niniues regnante Sardanapalo, neque de illo termino regni Assyriorum, (si quis tunc fuit, vt autores scribunt) quoniam hæc, cum prophetabat Nahum, iam ante multos annos contigerant. Ex quo perspicitur grauiter errare eos, qui omnia huius prophetæ verba referunt ad ea quæ libro.3. capit.7. scripsit Diodorus Siculus de expugnatione Niniues sub Sardanapalo. Sed ostendamus quod statuimus. Sardanapalus, iuxta Eusebium in Chronicis, mortuus est initio regni Hoziæ, sub quo prophetauerunt Hosee & Hamos, & tunc, eodem autore, regnum cessauit Assyriorum. Hieronymus etiam scribit initio comment. in Hamos, tempore Hoziæ regis Iuda regnasse apud Assyrios Sardanapalum, apud Latinos Procam Siluium, cui successit Amulius, & Amulio Romulus. Similiter Augustinus, decimo octauo de Ciuitate, cuius autor est, regum Assyriorum, quod omnium maximū erat, eodem tempore finem tantæ diuturnitatis accepisse, ad Medos

fuisse

fuisse translatum. Idem affirmat Sabellicus loco citato. * Atque eadem est sententia Metasthenis, qui antiquissima exemplaria Susianæ bibliothecæ secutum se dicit: nā post Sardanapalum, & bipartitam monarchiam Assyriorum in Medos, & Babylonios septem, & nonaginta annos numerat vsque ad finem regni Senacherib filij Salmanasaris. Ab initio autem regni Hoziæ vsque ad decimum quartum Ezeciæ, quo Senacherib ascendit in Iudęam, quo etiam tempore prophetauit Nahum, vt initio capit. 1. diximus, octoginta duos annos numerat sacra historia libro 4. Regum. Præterea constat Niniuen non fuisse subuersam nisi post mortem Ezeciæ; siquidem Senacherib ascendit anno decimo quarto Ezeciæ, regnauit autem Ezecias 29. annis. At Tobias qui post mortem eiusdem Senacherib vixit plus annis quadraginta duobus, (iam enim occisus erat Senacherib cum lumen amisit, vt ex primo, & secundo eius libri capite constat; & capit. 14. scriptum est; Et postquam illuminatus est Tobias vixit annis quadraginta duobus) docet suo tempore non fuisse euersam Niniuen: moriens enim dixit, vt ibidem legimus. Prope erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini. * De hoc autem interitu consentiunt omnes, & apertissimum est prophetare Nahum: multos ergo annos post Sardanapalum stetit imperium Assyriorum, quod maximum erat, cum prophetabat Nahum, vt capit. 2. & 3. videmus. Certe non de illo excidio sub Sardanapalo locutus est, hoc enim nunc agimus. Postremo octogesimo anno post mortem Ezeciæ mortuo iam pridem Nahum 1. in fine regni Iosiæ Nechao rex Aegypti ascendit in bellum contra regem Assyriorum. 4. Regum. 23. stabant ergo tum etiam Assyrij. Nec me latet Iosephum lib.10. Antiquit. capi.6. pro hoc dicere: contra Medos, & Babylonios, qui Assyriorum imperium euerterant, quasi rex iste Babyloniorum fuerit. Sed errat profecto. Semper enim scriptura reges Assyriorum distinguit à Babylonijs, & suo quosque nomine appellat, vt in eodem capite, & sequenti videmus. Cur igitur quem scriptura regem vocat Assyriorum, nos Babyloniorum esse existimabimus? Denique siue Iosephus, siue qui

6

illi credere volent, ostendant nobis Babylonios vnquam vocatos esse in scriptura Assyrios. Verum tunc stabant Niniue, & Assyrij, quoniam nondum regnabat Nabuchodonosor, qui cepit Niniuen, vt docebimus, & transtulit imperium ad Chaldæos. * Ex his etiam constat falsum esse illud Belesum ducem Babyloniorum, qui cum Arbace Sardanapalum vicit, fuisse Baladan regem Babylonis, qui munera misit Ezeciæ, cum Belesus multis annis præeesserit Baladan, qui vixit tempore Ezeciæ. Nec minus hallucinatus est Genebrardus, qui prope finem libri primi suæ Chronographiæ contendit Asarhaddon filium Senacherib fuisse eum, quem Græci, & Latini vocant Sardanapalum. Etenim Asarhaddon regnauit tempore Ezeciæ, successitque patri Senacherib decimo quinto anno Ezeciæ, & regnauit decem annis, vt autor est Metasthenes. Cum autem Ezecias regnauerit 29. annis, quindecim vixit post Senacherib. At, vt iam ex Tobia retulimus, plus quam quadraginta duobus annis exactis à morte Senacherib dixit Tobias. Prope erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini. Nullo ergo modo Asarhaddon potuit esse Sardanapalus, quem extremum Assyriorum regem fuisse & alij quos iam nominauimus volunt, & ipse Genebrardus in eodem libro.

8

Tobias.14

Secundum est, siue verum sit, quod tot autores scripserunt, siue non sit, nempe terminatum esse regnum Assyriorum in Sardanapalo, diuisamq; magnam illam monarchiam: necessario fatendum est regnum Assyriorum validissimum, & florentissimum fuisse, non solum tempore Nahum prophetæ, & Ezeciæ regis, sed etiā temporibus regum superiorum. i. Hoziæ, Ioatham, Achaz, & prophetarum, qui horum ætatibus floruerunt, Hosee, Isaiæ, Ioelis, Hamos, Habdiæ, Ionæ, Michææ. Docet hoc plane scriptura, Hoseæ quinto. Et abijt Ephraim ad Assur, & misit ad regem vltorem. Quo loco regem Assyriorum vltorem dici affirmauimus, quod cū esset omnium potentissimus, ad eum confugiebāt quicunque ab alijs regibus iniuria afficiebantur, sicuti postea confugerunt ad Romanos. Inde 4. Regum 15. Veniebat Phul rex Assyriorum in Thersam, & dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt esset

9

Regnum Assyriorū florentissimum post Sardanapalum, & propheante Nahum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei in auxilium,& firmaret regnum eius.Et cap.16.Misit autem Achaz nuntios ad Theglath-phalasar regem Assyriorum, dicens: Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende, & saluum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israël, qui consurrexerunt aduersum me.* Eo autem tempore quo decem tribus captæ sunt, Assyrij Medis imperabant, & Chaldæis, vt facilè intelligimus,ex eo quod legimus.4. Reg.17. Anno autem nono Hosee cepit rex Assyriorum Samariam, & trãstulit Israël in Assyrios, posuitque eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozan in ciuitatibus Medorum. Et postea: Adduxit autem rex Assyriorũ de Babylone,& de Cuta, & de Anah, & de Emath,& de Sepharuaim,& collocauit eos in ciuitatibus Samariæ. Quæ verba si ante nominatis autoribus in mẽtem venissent, nullo modo dixissent tempore Sardanapali diuisam fuisse monarchiam Assyriorum, & translatam ad Medos, & Chaldæos, cum etiam temporibus Ezeciæ, de quibus nunc loquimur, Assyrij Medis,& Babylonijs, multisque alijs nationibus dominarẽtur. Apertius etiã hoc intelligimus ex ca.19.vbi rex magnus,(ita enim vocatur Senacherib) misit nuntios ad Ezeciam,dicens:Tu enim ipse audisti,quæ fecerunt reges Assyriorũ omnibus terris, quomodo vastauerunt eas: num ergo solus poteris liberari?Numquid liberauerunt dij gentium singulos,quos vastauerunt patres mei,Gozam, videlicet, & Harã,& Reseph, & filios Eden,qui erant in Thelassar?Vbi est rex Hemath, & rex Arphad,& rex ciuitatis Sepharuaim, Ana, & Aua? Hemath erat in principio Syriæ Damasci, Arphad in cãpo Sennaar,in quo extructa est Babylon,vt ait Hiero.in Isa.10.Et.c.18.Et quomodo potestis resistere ante vnum Satrapam de seruis Domini mei minimis?* Hoc ipsum videbimus in.2.& 3.capite nostri prophetæ,vt capit. 2. de Niniue, & de regum Assyriorum potentia, quam omnes reges formidabãt, ait:Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum, ad quam ibat leo, vt ingrederetur illuc, catulus leonis, & non est qui exterreat? Et quoniam rapinis multarum gentium,quas bello subiecerant,supra modum ditati erant, addit: Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis, & implcuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. Et capite tertio: Omnes,qui audierunt auditionem tuam,comprefferunt manum super te,quia super quẽ non transijt malitia tua semper? id est,Omnes gentes de excidio tuo gaudebunt,quia omnes læsisti & infestasti bello. Nil ergo mirum si in illud Isa.7. Sibilabit Dominus, &c. Scribat Hieronymus: Apem Assyrios vocat, quorum illo tempore potentissimum regnũ erat, & ad bella promptissimum. Sed audiamus verba Isaiæ,capit.10. de Senacherib, & nihil erit amplius,quod requiramus: sed ad conterendum erit cor eius, & ad internecionem gentium plurimarum. Dicet enim: Numquid non principes mei simul reges sunt? Numquid non vt Charcamis, sic Chalanno,& vt Arphad,sic & Hemath?Numquid non vt Damascus,sic Samaria?Quomodo inuenit manus mea regna idoli,sic & simulacra eorum de Ierusalem, & de Samaria. Numquid non sicut feci Samariæ, & idolis eius, sic faciam Ierusalem, & simulacris eius?* Subscribam autẽ, & expositionem Hieronymi quo res fiat manifestior. Ipse autem (Senacherib) modũ iracundiæ meæ egressus est, & non solũm contra Israel, ad quem directus fuerat, sed in gentes plurimas debaechatus est,vt omnia per circuitũ regna cõtereret, & vsque ad internecionẽ gentium plurimarum illius mucro seuiret. Erectus enim in superbiam hæc ausus est dicere: Duces mei aliarum gentium reges sunt, & mihi subiecti cunctis nationibus imperabunt. Quomodo cepi Charcamis, sic cepi,& Chalãno:quomodo Arphad,sic obtinui & Hemath: quomodo Damascũ, sic mihi subieci & Samariam. Quomodo ceteras regna quæ idolorum cultui seruiebant, meis subieci pedibus: Sic & Ierusalem, & Samariam,in qua eadem idola sunt,meæ subijciã potestati, &c. Dicet fortasse quispiam: Reges Assyriorũ,quos cõmemoras, isti, reges Babylonis, siue Chaldæorũ sunt, qui iam euerterãt imperium Assyriorũ. Et ne sine probabilitate aliqua dicere videatur,cõfirmabimus eius responsionẽ, ex Eusebio in Chronicis, qui cũ venit ad octauã olympiadẽ, scribit decẽ tribus captas esse à Senacherib, qui & Salmanasar, rege Chaldęorũ, & translatas esse in montes Medorum.* Imò verò Metasthenes affirmat bipartita monarchia Assyriorum in Medos & Babylonios post mortem Sardanapali, regnasse apud Babylonios Phul Belochus,

10

11

12

Phul Asar, Salmanasar, Senacherib, Asarhaddon,Merodach,Benmerodach, Nabuchodonosor,&c. His autoribus respondemus. Si quidem dicant reges Assyriorum Chaldæis etiam imperasse eo tempore, verum esse quod volunt,vt num.10. ostendimus ex 4. Regum.17. Si autem putent fuisse Niniuen subuersam,neque in ea tunc vixisse reges Assyriorum, planè errant, & sacræ historiæ aduersantur, quandoquidem ex ea intelligimus reges Assyriorum,quorũ iam meminimus, regiam habuisse in Niniue,illuc redijsse ex Iudæa Senacherib, in ea occisum,in eadem regnasse filiũ eius Asarhaddon. Propterea Niniue Nahum.2.vocatur habitaculum leonum,& pascua,&cubile leonum,id est,regum Assyriorum. Idem etiam intelligimus ex libro Tobię apertissimè. Atq; vt melius huius cõmentitij Metasthenis errorem agnoscant, qui cũ eo putant hos Babylone regnasse, nec Assyrios proprie fuisse, sed Chaldæos, videantq; errasse etiam Eusebium,si id sensit.4.Reg 19. Legimus regnasse Asarhaddon apud Niniuen,simul ac mortuus est pater eius Senacherib.* Ex ea autẽ 20.cõstat eodem tempore regnasse apud Babylonem Merodach Baladan. Nã decimo quarto anno Ezeciæ venit Senacherib in Iudæã, post cuius abscessum ægrotauit Ezecias, & vixit annos quindecim,regnauitq; &ante morbum,& post 29.annis. AEgrotauit itaq; incipiente regno Asarhaddõ in Niniue. In rẽpore illo (inquit sacra historia)misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorũ literas, & munera ad Ezeciã: audierat enim quòd ægrotasset Ezecias. Habemus ergo simul duos reges,alterũ Niniues,inimicũ Ezecię, alterũ Babylonis, qui literas ad eũ misit, & munera. Quare in manifestissimo versantur errore,qui reges illos Assyriorũ Babylonios fuisse cõtendunt. Nec minus apertus est error Sabellici, qui reges Assyriorũ contendit Medorũ fuisse præfectos. Quid dici potuit ab scripturæ veritate magis abhorrẽs?Vocat eos reges magnos,dicit in Niniue habitasse, & hic præfectos Medorũ existimat.Vtrum præfectus est ille, an rex magnus, cuius dux ait: Et quomodo potestis resistere ante vnũ Satrapã de seruis Domini mei minimis?Et qui ait apud Isaiã. Nũquid nõ principes mei simul reges sunt?At si Assyrij Chaldæis quoq; imperabãt, vt paulò ante diximus,quomodo nũc rex Babylonis Merodach dicitur?Respõdeo,& in Babylonia,& in alijs prouincijs ditionis Assyriorũ reges fuisse,sicut &in monarchia Romanorũ, sed parebãt nihilominus Assyrijs. Ideo dixit Senacherib: Numquid non principes mei simul reges sunt?* Ex ijs,quę dicta sunt satis cõstat Niniuẽ nõ fuisse subuersam sub Sardanapalo,nã eodẽ fere tẽpore in ea prędicauit Ionas,cũ tanta esset, vt iter haberet triũ dierũ Ionæ.3.Hozias enim,cuius tẽpore regnauit Sardanapalus, regnũ assumpsit 27.anno Ierobohã regis Israel.4.Reg.15.& eius tẽpore prophetauit Ionas. 4. Reg. 14. Sed ad finẽ regni eius,id est,post Hosee, vt in præludijs diximus.Videmus deinde semper Niniuẽ fuisse regiã Assyriorum vsq; ad Ezeciam,& vsque ad mortem Tobiæ post annos plures quadraginta duobus, & tunc Tobiam dixisse: Prope erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini, quod.s. dixit per Ionã, vt est ibi in Græco.

15 Niniue nõ fuit subuersa sub Sardanapalo.

Scio Diodorũ siculum lib. illo 3. rerum antiquarum,cap.7.& Strabonem lib.16 affirmare subuersam fuisse eo tempore Niniuen,sed corrigit,vt dixi,eorum historiam scriptura, quæ quo tempore illi subuersam scribunt, steriſse docet, & quidem tãta magnitudine,vt iter haberet trium dierũ.

Supereſt nunc id, cuius causa potissimũ hæc susceptа est disputatio, quo tempore perierit Assyriorum imperium, & impleta fuerit prophetia Nahum. Res est valde difficilis.Sed sine dubitatione credendum est,id tempore Nabuchodonosor regis Babylonis factum esse, eiusdem inquam Nabuchodonosor, qui anno 18. euertit Ierusalem Hæc est Hebręorũ sententia in Chronologiæ suæ,quam vocant Sederholam capit.24. Consentiunt & nostri Nam Hieronymus in proœmio commentar.Niniuen euersam esse dicit à Chaldæis, & initio huius cap. & postea in consequentibus affirmat captam esse à Nabuchodonosor. Eadem est sentẽtia Theodoreti in proœmio, & pòstea.c.1.& Ruperti initio cap.2. & Lyrani.Beda in libello de sex ætatibus mundi docet scripturam à quarto anno Ioacim regis Iuda numerare regnũ Nabuchodonosor,quia ex eo non solum Chaldæis, & Iudęis,sed etiam Assyrijs,& AEgyptijs, alijsque innumeris gentibus cœpit dominari, Sed sine autoribus res aperta est. Nam Assyriorum monarchia, quæ prima omnium fuit, non ad Medos, aut ad aliam na-

16 Verum tẽpus vastitatis Niniues

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem transijt, sed ad Babylonios, adeo vt cum quatuor monarchiæ ab autoribus numerẽtur, prima sit quæ à Nino rege cœpit in Ninive vsque ad Balsasar regem Babylonis huius Nabuchodonosor nepotẽ.
17 *Hoc à Dario rege Medorum, & à Cyro rege Persarum victo. Secunda iuxta pluriũ sentẽtiam monarchia cœpit Persarum, & Medorum, atque eo tempore scripsit Cyrus: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli. 2. Paralip. vltim. Ad Babylonios autem transisse per Nabuchodonosor non est dubium, ex eo enim tempore cœperunt Chaldæi multis nationibus dominari, illo capiente, atque debellante. Inde Ierem. 27. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei, insuper, & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius (id est, donec Babylõ capiatur à Persis, & Medis) & ipsius, & seruient ei gentes multæ, & reges magni. Et Hab. 1. Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Dan. 2. Tu rex regum es, cui Deus cœli, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit, & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestiæ agri, & volucres cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa cõstituit.
18 * Tu ergo es caput aureum. Hinc Ioseph. 10. antiq. c. 11. & lib. 1. cõtra Apionem affirmat Megasthenem in quarto rerũ Indicarum libro ostendere velle, regem Nabuchodonosor, virtute, & rerum gestarũ magnitudine Herculem longè superasse, subiugasse enim eum, & maximam Africæ partem, & Hispaniam. Ita vertit interpres contra Apionem, quamuis in antiquitatibus verterat: Subiugasse enim cum, & vrbem Africæ primariam, & Hispaniæ partẽ est enim ibi, καὶ λιβύης τὴν πολλὴν καὶ ἱβηρίαν at contra Apionẽ, καὶ λιβύης τὴν πολλὴν καὶ ἱβηρίαν. id est, Et Libyæ multam, scilicet, partẽ, & Hispaniam. Ex quo locus antiquitatum corrigendus est, vt legatur etiã πολλὴν, nõ πόλιν, id est, vrbem, quo errore vertit interpres. Et Libyæ primariam vrbem, & ex suo addit: Et Hispaniæ bonã partem, cum sit in Græco: Et Hispaniam. Denique Ninive non excisam fuisse antequam rueret monarchia Chaldæorum, manifestissimè docet Ieremias, cap 50. Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eum: primus comedit eũ rex Assur, iste nouissimus exossauit eũ Nabuchodonosor rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israël: Ecce ego visitabo regem Babylonis, & terram eius, sicut visitaui regem Assur.
19 Ninive adhuc est capta primo anno Regni Nabuchodonosor, sed postea tempore Ioachim.
* At nequaquam arbitror vastatam esse à Nabuchodonosor Niniven primo anno regni sui, vt multi cum Hebræis in Chronologiæ cap. 24. opinãtur, sed multo post, id est, capta iam Ierusalem. Itaque consolatur Nahum iuxta nomen suum, nõ solùm decem tribus, vt Hieronymus inquit, sed etiã duas, vt cum viderent captam Ierusalem, scirent etiam citò ruiturum Assyriorum imperium, à quo tot clades acceperãt. Nouũ hoc videri potest, & quasi παράδοξον, sed ego ni fallor verum esse conuincam. Primo, quoniam primo anno regni non potuit Niniuen inuadere Nabuchodonosor, eo enim anno venit in Iudæam, & cepit regem Ioacim, cuius regni annus quartus fuit primus Nabuchodonosor. Ierc. 25. In anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis. Dan. 1. Anno tertio regni Ioacim regis Iuda venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eã, & tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vasorũ domus Dei, & asportauit ea in terram Sennaar, in domum Dei sui. Nec nos moueant quod Daniel dixerit: Anno tertio Ioacim: cum enim venit Nabuchodonosor, nondũ erat finitus annus tertius Ioacim. Itaque finis tertij anni Ioacim, & initium quarti incidebant in primũ annum Nabuchodonosor.
* Quis autem tam hebes est, vt non videat fieri non potuisse, vt Nabuchodonosor cũ magno exercitu longissimum iter conficeret ad Iudæam, & vrbem obsideret, obsessam caperet, & cum rege capto, & vasis templi rediret Babylonem: moxque expeditionem in Niniuen pararet, & florentissimum imperiũ euerteret, vrbemque totius regnorum dominam caperet, atque haec omnia eodem anno? Non hæc vnius, sed plurium annorum opera sunt, cum referat Iosephus libr. 1. contra Apionem, eundem regem septimo regni sui anno Tyrum obsedisse, ac tredecim annos durasse obsidionem. Quod autem Beda in libello de sex ætatibus mundi, & nõnulli alij dicunt Sa-

pturam numerare regnũ Nabuchodonosor à quarto anno Ioacim, quia ex eo non solùm Chaldæis, & Iudæis, sed etiam Assyrijs, & AEgyptijs, alijsque cœperit dominari, verum non est: quoniam re vera ille fuit annus primus regni eius, sicut ait Ioseph. 10. antiquit. cap. 7. Anno (inquit) quarto, ex quo is (Ioacim) regnare incepit, quidã Nabuchodonosorus apud Babylonem regno potitus, cum instructissimo exercitu Carchabesam ad Euphratẽ sitam petijt. Et ibidem: Quarto deinde regni Nabuchodonosori anno Ioacimi verò octauo, &c. * Atq; ita semper numerat Scriptura annos Nabuchodonosor, vt. 4. Reg. 24. Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, & suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui, siquidem Ioachin tribus mensibus regnauit, pater verò eius Ioacim vndecim: quare annus ille, quo regnare cœpit Ioachin, erat octauus Nabuchodonosor, qui regnare incepit quarto anno Ioacim iuxta eandem computationem dictũ est, 4. Reg. 25. Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonus decimus regis Babylonis, venit Nabuzardã princeps exercitus, seruus regis Babylonis in Ierusalẽ. Hoc ipsum apertius etiam, paulò post cõfirmabimus, ex cap. 2. Danielis. Præterea Niniue non est vastata à Nabuchodonosor, nisi postquam idem subuerterat Alexandriam AEgypti metropolin, vt planè docet Nahum, cap. 3. Numquid melior est Alexãdria populorum? &c. Sed & ipsũ in translmigrationem ducta est in captiuitatem. Alexandriam autem cepit vigesimo tertio anno regni sui, vt ait Ioseph. 10. antiq. c. 11 Quinto enim inquit, post excidium Ierosolymitanum anno, qui fuit regni ipsius Nabuchodonosor vigesimus tertius, cũ magnis copijs inuasit Cœlen Syriam; qua subacta bellum gessit contra Ammonitas, & Moabitas, & his quoque perdomitis AEgyptum hostiliter est ingressus, occisoque, qui tunc regnabat, & alio rege constituto, repertos ibi Iudæos Babylonem abduxit. * Quod etiam Ieremias, cap. 25. haud obscurè indicat. Et accepi Calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus, ad quas misit me Dominus Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, Pharaoni regi AEgypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius. Deinde cõtemoratis multis nationibus, quæ later sæ pugnantes, tandẽ à Nabuchodonosor erant expugnandæ, addit: Et cunctis regibus AElam, id est (Persarũ) & cunctis regibus Medorum, cunctis quoque regibus Aquilonis, de propè, & de longè. Reges Aquilonis, de propè sunt reges Assyriorum vicini Medis, & Babylonis, de quibus Iudith. 16. Venit Assur ex montibus ab Aquilone. Atq; vt planè intelligamus has gentes debellatas esse à Nabuchodonosor, quem iuxta Hieronymum columbam in fine capitis appellat, post excidium Ierusalem, addit paulò post: Cumque noluerint accipere calicem de manu tua, vt bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituũ: Bibentes bibetis, quia ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? Non eritis immunes, gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, Dicit Dominus exercituum.
23 * Atque hoc res ipsa loquitur, nempè cum Assyrij antequam regnaret Nabuchodonosor, multo potentiores Chaldæis fuissent, vt satis ante demonstrauimus, essentque omnium, qui tunc viuebãt, hominum potentissimi, non est credibile ausurum fuisse Nabuchodonosor bellum ingredi rãtam potẽtiam, nisi prius nationes vicisset, quas ad bellum maximè auxiliares haberet. Quod si quis post hæc etiam apertiora testimonia requirat, ne hic quidem eius morem gerere grauabor. Isa. 10. scriptũ est: Et erit cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, & in Ierusalem, (id est, cum vrbem euerterit, & supplicium quod volebat sumpserit) visitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorũ eius. Quo nihil videtur dici posse apertius. Et Soph. 2. Cum multa de vastatione earum gentium dixisset, quæ de excidio Ierusalem lætatæ sunt, hæc etiã de Niniue prædicit: Et extendet manum suam super Aquilonẽ, & perdet Assur, & ponet Speciosam in solitudinem, & in inuiũ, & quasi in desertũ, quod suo loco explicabimus. Ex his optimè intelligemus quod Dan. 2. scriptũ est: In anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius. Nemo, qui quidẽ præcedentia in Daniele legerit, dubitare potest non loqui Prophetam de annis regni eius, quandoquidem Daniel, & socij eius, quos anno primo sui regni secum abduxe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat, ex Ierusalem, non venerunt in conspectum regis antequam per triennium imbuerentur omni sapientia Chaldæorum. Quare necesse est intelligere secundum annum esse monarchiæ eius. Quod Hieronymus, quem cæteri sequuntur, his verbis exponit: Si post tres annos pueri ingressi sunt in conspectu eius, vt ipse præceperat, quomodo nunc secundo anno regni sui somnium vidisse narratur? Quod ita soluunt Hæbræi: secundum hic annum dici regni eius omnium gentium barbararum, non Iudææ tantum, & Chaldæorum, sed Assyriorum quoque, & AEgyptiorum, & Moabitarũ, & reliquarũ nationum, quas Domino con
24 cedente superarat. * Vnde & Iosephus in decimo antiquitatũ scribit libro: Post annum secundũ AEgyptiæ vastitatis rex Nabuchodonosor vidit mirabile somniũ, &c. At cum quotidie Nabuchodonosor noua regna debellaret, non mutabatur numeratio annorum regni eius, cum regnum nouum suo adiungebat: Sed tunc iure optimo mutatus est, cum ex rege factus est monarcha, translato ad se magno illo Assyriorum imperio, quemadmodũ si rex aliquis fiat Imperator, anni eius incipient computari à die, quo creatus est Imperator. Atque vt videamus quam benè verum vero consonet: Iosephus in loco ab Hieronymo indicato, id est. 10. antiq. cap. 11. qui dixit: Post annum secũdum AEgyptiæ vastitatis; paulò ante in eodem cap. docuerat AEgyptiã vastitatem cõtigisse quinto anno post excidium Ierosolymitanum, qui fuit vigesimus tertius Nabuchodonosor, vt retulimus nu. 21. quo etiã loco nos probare cœpimus Niniuen ab eo vastatam fuisse post vastationem Alexandriæ. Hinc etiam cognoscimus, cur in Scriptura semper numerentur anni Nabuchodonosor à die, quo regnare cœpit, id est, à quarto anno Ioacim regis Iuda, & tantum in Daniele numerentur anni monarchiæ: nempè quòd cum cepit Ierusalem, nondũ vicerat Assyrios, nec transtulerat eorum imperiũ ad Chaldæos. In libris autem Regum, & Paralipomenon non loquitur Scriptura de Nabuchodonosor, nisi antequã caperet Ierusalẽ, & cũ
25 cepit. * Si quis iam quærat, quomodo tã florens imperium potuerit euertere Nabuchodonosor, facilè ex dictis intelligitur. Defecerant iam eo tẽpore nonnullæ prouinciæ ab Assyrijs, & Nabuchodonosor nouis semper victorijs euadebat in dies potentior. Herodotus lib. 1. ferè in medio, autor est, ab Assyrijs latissimè imperantibus primos omnium Medos defecisse, fortiterque cum eis pro libertate pugnasse, & excusso seruitutis iugo sese in libertatẽ asseruisse: deinde, & alias nationes idem fecisse, quod iam successerat Medis. Non tamen ait Herodotus propter hanc defectionem desijsse regnare Assyrios apud Niniuen, imò vero semper regnasse declarat, vsque ad ea tempora, quibus nos eorũ imperiũ penitus corruisse diximus. Nam etiã si sui iuris iam essent Medi, sine rege vixerunt nõ paucos annos, vsque ad Deiocem, qui paulatim ad regni honorem voluntate populi prouectus est. Quod etiam cum Herodoto fatetur Eusebius, licet in eius libro non Deioces legatur, sed Diocles. In quo errat fictitius iste Metasthenes Annij, & Lucidus, & alij, qui eum sequũtur, ponentes nonnullos reges Medorum ante Deiocem, cum nulli fuerint, vel nomine, vel imperio regio. * Hic iã verba Herodoti subscribam: Deioce defuncto, qui annos tres, & quinquaginta regnauit, filius eius Phraortes suscepit imperium. Qui solo Medorum imperio non cõtentus, bellum ante omnes intulit Persis, eosque primus in potestatem Medorum redegit. Quibus natio
nibus potitus valida vtraque, mox Asiam subegit, aliam, atque aliam inuadendo gentem, donec ad Assyrios oppugnandos peruenit, ad eos Assyrios, qui Ninum incolebant quondam omnium principes, sed tũc à socijs per defectionem desertos, alioquin per se bene habentes. Aduersus hos expeditione sumpta Phraortes secundo ac vicesimo, postquam potitus est anno, cũ pleraque exercitus parte perijt, &c. Vides etiã tunc stetisse, ac floruisse Assyriorum imperium in vrbe Nino: ita enim Græcis dicta est Niniue? Si tempus quæras, decimo quarto anno Iosiæ regis perijt Phraortes, vt indicat Eusebius. * Sed oritur ex Herodoti verbis difficilis quæstio, continuò enim narrat Cyaxarem Phraortis filium, ac Deiocis nepotem patri successisse, bellum cũ Lydis gessisse, ac postea collectis omnibus, quibus imperabat, castra mouisse ad ciuitatem Ninum, vt simul & patrem vlciscetur, & vrbem ipsam caperet. Sed cum esset in obsidione, magno Scytharum exercitu Mediam diripiente, coactus est in pa

triam redire, & à Scythis victi Medi Asiæ imperium amiserunt. Viginti octo annos imperium Scythæ tenuerũt, quod postea recuperauit Cyaxares, & tandem Ninum expugnauit. Omnia ex Herodoto. Si ergo à Medis capta est Niniue, quomodo nos stetisse dicimus, donec à Nabuchodonosor vastata est? Mihi videtur hęc expugnatio Niniues, quam Herodotus tribuit Cyaxari, eandem esse cum ea, quam nos tribuimus Nabuchodonosor; nam tempora cõueniunt, siquidẽ, (vt est apud Eusebiũ) Cyaxares regnare cœpit anno decimo quinto Iosiæ, quadraginta autem annos regnauit Herodoto autore. Si igitur deducam̃ è regno Iosiæ septẽ, & decẽ annos (vno enim & triginta regnauit Iosias. 4 Reg. 22.) & addamus regni Ioacim vndecim annos, totidemque Sedeciæ, quorum extremo Ierusalem capta, & incensa est à Nabuchodonosor, colliguntur triginta nouem anni regni Cyaxaris, & post sex annos vastata est
26 ab eodem Nabuchodonosor Niniue, vt iã demonstrauimus. * In quatuor itaque aut quinq; annis dissentio est, quæ nullius momenti est in tot annorum numeratione, & in re tam vetusta. Si ergo vera est Herodoti historia, dicemus Cyaxarem regem Medorum auxilium tulisse Nabuchodonosori contra Assyrios, atque ita Medos expugnasse Niniuen, sed Nabuchodonosor duce, eorum auxilio, atque opera maximè vtente. Etenim vt ex Iere. 25. diximus, prius Medos expugnauit Nabuchodonosor, deinde iam subactos, atque Assyrijs iã diu infensos facilè ad vicinæ vrbis expugnationẽ adduxit. Atque hoc est quod Iosephus audierat, & quasi nescius vnde acceperat, aut quo tempore factum esset, scripsit, à Medis, & Chaldæis dissolutum fuisse Assyriorum imperiũ. Hoc etiam est quod Hieronymus, & multi alij dicunt: Niniuen expugnatam esse à Chaldæis, & à Medis. Postremo sequitur ex dictis, Assyriorum regnum stetisse ad mille quadringẽtos quadraginta annos, licet non semper eadẽ potentiæ magnitudine. Nam ab ortu Abrahę vsque ad excidium Ierusalem tempore Nabuchodonosor, anni numerãtur mille trecenti nonaginta. Centum ab Abraham ad
27 eorum Isaac, inde vsque ad exitũ ex AEgypto quadringenti, inde vsque ad templum ædificari cœptum quadringenti octoginta, inde vsque ad templi incendium, & vrbis excidium, decem, & quadringenti. At Abraham natus est quadragesimo tertio anno Nini conditoris Niniues, vt initio Chronicorum tradit Eusebius. Quibus si addamus sex annos post excidium Ierusalem, quo tempore vastata est Niniue, summa colligetur, quam diximus.

29 Quo tempore gestũ sit quod scribitur in libro Iudith.

Sed cupienrem iam dudum ex difficili, & molestã disputatione ad Prophetæ contextum redire, difficilior penè quæstio remoratur, quæ ex. 1. cap. libri Iudith enascitur, in quo hæc scripta sunt. Anno igitur duodecimo regni sui Nabuchodonosor, rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eum. Si autem tempore Iudith regnabat in Niniue Nabuchodonosor rex potentissimus, qui Arphaxad regem Medorum, & multarum gentium victorem bello superauit, quomodo imperium Assyriorum sexto post excidium Ierusalem anno concidisse dicimus, quod etiam post reditum Iudæorum è captiuitate Babylonica stabat? Etenim historiã Iudith reuersis Babylone Iudæis gestam esse clarissimi autores consentiunt. Nam Eusebius in Chronicis, & Beda in libello de sex ætatibus mũdi, affirmant hunc Nabuchodonosor esse Cambysem filiũ Cyri, qui ab Hebræis Nabuchodonosor secundus dictus est. Et August. 18. de Ciuit. c. 26. cum diceret Iudæorum quinquaginta millia à Cyro rege libertate donata in Iudæam redijsse, cœpisseque ædificare templum, sed impedientibus hostibus dilatum esse opus vsque ad Darium, ad extremũ ait: Per idem tempus etiam illa sunt gesta, quæ conscripta sunt in libro Iudith. Cui & Georgius Cedrenus adstipulatur in compendio historiarum, fol. 114. * At ne quid dubitare possit, locus
30 est in eiusdem libri c. 5. apertissimus: Nuper, inquit, reuersi ad Dominum Deum suum ex dispersione, qua dispersi fuerant, coadunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Ierusalem vbi sunt Sancta Sanctorum. Constat autẽ nunquam Iudæos amisisse Ierusalem, & tẽplum, ac dispersos fuisse, nisi cum Babylonem abducti sunt. Denique à Saule, & Dauide, vsq; ad captiuitatẽ Babylonicam nũquã Iudæi sine regibus fuerunt, eo autem tempore nullum regem habebant, sed à sacerdotibus Reipublica gerebatur, vt ex capit. 4. intelligimus, sicuti post reditum ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

captiuitate fiebat. Si vellemus obscurissimæ quæstionis difficultatem effugere, facilè esset dicere euersam quidem fuisse Niniuen à primo illo Nabuchodonosor, sed postea per Cyrum reædificatam datam esse Cambysi filio, in qua viuente patre regnaret, qui Nabuchodonosor dictus sit, vt Eusebius, ac Beda tradiderunt, neque nobis multi repugnarent, cum liceret his autoribus, & his rationibus nostram tueri sententiam, quam sequuntur Lyranus in fine Tobiæ, & in principio Iudith, & Dionysius in eadem, & Hugo Card. in principio Iudith, & Historia Scholastica, vnde hi omnia sumpserunt, in historia libri Iudith, cap. 1. Verum quoniam hoc longe à veritate abhorrere demonstrabo, & res est à nemine, quodquidē sciam, satis elucidata, experiar Dei auxilio, & beati Nahum, ac Sanctæ Iudith precibus fretus, an quid tātis tenebris lucis afferre possim.

31 Tempus historiæ Iudith.

Sanè quod scribitur in libro Iudith, sine dubio gestum est postquam Iudæi Babylone reuersi sunt, Cyro iubēte, vt verba eiusdem libri à nobis paulò ante indicata conuincūt. Sed quod autores illi dicunt, Cambysis gestum tempore, eumque vocari Nabuchodonosor, omnino falsum est. Nam tempore Cambysis constat ex libro Hesdræ templum nō fuisse ædificatum, sed iacta tantum fundamenta, donec secundo anno Darij filij Hystaspis cœpit ædificari. At cum Holophernes in Iudæā veniebat, templum erat ædificatū, Iudith. 4. Tremor etiam, & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem, & templo Domini, quod fecerat cęteris ciuitatibus, & templis earum. Ex quo videmus fabulas Philonis illius Anniani, seu potius Pseudophilonis, qui in Breuiario temporum affirmat, Assuerum, qui Cambyses dicitur, bellū susceptisse contra Arphaxad regem Medorum fautorem factionis Tamyricæ (à qua, scilicet occisus fuerat Cyrus) qui ad defectionem compulerat Medos, & Persas. Deinde iratum eumdem Assuerum, siue Cambysem ob cædem Holophernis, publico edicto vetuisse templum erigi. Et tamen has fabulas Driedo lib. 3. de dogmatibus, cap. 5. in 3. eius parte, & alij non pauci sequūtur decepti nomine Philonis. * Vt ergo in re, quę mihi semper dubia fuerat, & incerta; quod certum, verumque est, proferamus; historia libri Iudith gesta est tempore Xerxis

32

filij Darij Hystaspis, & Ioacim pontificis Iudæorum filij Iesu filij Iosedec, qui cum Zorobabele populum Babylone eduxit in Iudæam. Hoc ex ipsa sacra historia planè cognoscimus: nam ex cap. 5. constat fuisse gestam paulò post reditū è Babylone. Et nūc, inquit, reuersi ad Dominum Deum suum, ex dispersione, qua dispersi fuerant, aduna ti sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possident Ierusalē, vbi sunt Sancta Sanctorum. Addamus hunc pontificem eius temporis fuisse Ioacim, sicut legimus c. 15. Ioacim autem summus pontifex de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. Quare hic Ioacim siue dubio filius fuit Iosue, siue Iesu filij Iosedec, qui paulò ante venerat Babylone, & ipse genuit Eliasib pontificem, Nehem. 12 Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib. Hunc autem Iosephus docet vixisse tempore Xerxis filij Darij Hystaspis; de hoc enim rege loquens lib. 11 antiq. c. 5. ait: Hoc regnante pontifex Ioacimus Iesu filius. * Cum autem templum ædificatum fuerit regnāte Dario hujus Xerxis patre, rectè Sacra Historia docet pontifice Ioacim fuisse iā templū, & fuisse in Ierusalē Sancta Sanctorū. Etenim cū rē plū regnāte Dario ædificabatur, Iesus filius Iodesec & pater Ioacim pōtificatu fungebatur, vt videmus Hesdræ. 5. & Aggæi primo. A primo anno Cyri, vsque ad primum huius Xerxis iuxta probatissimam computationem, de qua in. 1. cap. Zachariæ agemus, anni sunt plus minusve quinquaginta, vt enim ex eo loco, quem dixi, intelligetur. Cyrus post expugnationem Babylonis regnauit quasi septē annis. Cambyses, & fratres magi octo, Darius filius Hystaspis triginta sex, cui Xerxes successit. Factū est igitur quod narrat liber Iudith, regnante Xerxe, post annos à soluta captiuitate Babylonica, paulo plures quinquaginta. At nunc hoc tantum superest dubii, quomodo florente tūc monarchia Medorum, atque Persarū penes Xerxem, Arphaxad rex Medorum multas gētes imperio suo subiecerit, & apud Niniuē regnauerit Nabuchodonosor. Ad hoc ita respondendum videtur. Etiam si summa imperij esset penes reges Persarum, reges erant apud alias nationes, sed his subditi. Cum autem Xerxes rex Persarū, vt Darius ante fecerat, in Graeciam cum maximo, & incredibili exercitu

traiecisset, totumque fere regni tempus in bello contra Græcos consumpserit; multæ interim ab eo nationes deficiebant, & pro imperio inter se bella gerebāt, absente qui prohibere posset Xerxe. * Accessit quod saepè à Græcis victus; à suis quoque cōtemnebatur. Iustinus lib. 2. Xerxes rex Persarū victor antea gentium, bello in Græcia infeliciter gesto, cœpit suis contemptui esse. Immo & à Dario eius patre defecerunt Ægyptij, vt autor est Herodotus lib. 7. quare multò magis à Xerxe bellis longinquis distracto alij deficiebant. Tunc igitur Arphaxad rex Medorum subiecit imperio suo gentes multas, & victus est à Nabuchodonosor rege Assyriorum. Est autem Nabuchodonosor Chaldaicum nomen, quare hūc ducem aliquem nobilem, atque inter Chaldæos insignem fuisse valdè probabile est, cui vel Darius, vel Xerxes, qui Babylone regnabant, regnum Assyriorum tradiderunt. Probabile est etiam aliquem ex Babylonijs regibus, siue ex Persis, qui eos in imperio consecuti sunt, Niniuen nobilē toto orbe ciuitatem reædificasse, vt fieri solet. Sed à quo, vel quo tempore reædificata sit, mihi nō constat ex historia, reædificatam fuisse tempore Iudith Scriptura plane docet. * Nollem immorari refellēda Gebrardi sententia, qui lib. 2. suæ chronographiæ contendit historiam libri Iudith, contigisse regnante Nabuchodonosor illo, qui euertit Ierusalem. Sed ne quis vmbra aliqua, atque specie veritatis decipiatur, & quia ille locum ex cap. 5. Iudith, quo nos maximè nitimur, infirmare contendit, breuiter refutabo; res enim iā vt arbitror, apertior est, quam vt multis sit explicanda. Non animaduertit vir eruditus Nabuchodonosor libri Iudith in Niniue regnasse, illum verò priorem, Babylone: tempore Nabuchodonosor prioris reges fuisse in Iudæa, tempore Iudith, nullos nominari, sed principes Hoziam & Charmi cap. 6. demū tempore Iudith pontificatum gessisse Ioacim, nullum autem eius nominis pontificē fuisse vitētē Nabuchodonosor Chaldæo. Verba libri Iudith: Et plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam: necnon & de tempore Ierosolymitani excidij intelligi, quoniam tunc non plurimi, sed omnes abducti sunt. At qui legerit vltimum caput lib. 4. Regū, videbit nō omnes fuisse abductos, sed nonnullos remansisse. Quod

si qui abducti dicuntur, non sunt à Chaldæis abducti Babylonem, docebat ipse quo abducti fuerint. Nam Senacherib nullos abduxisse legimus; ipse potius cum paucis admodum è suis trepidus fugit in Assyriā. Salmanasar plurimos abduxit; id est, decē tribus, quæ nō redierunt. Scripturam autē non de decē tribubus loqui, sed de duabus quæ possidebant Ierusalem, perspicuū est, ait enim: Et iterum possidēt Ierusalem, vbi sunt Sancta Sanctorum: Decem autem tribus non possederant Ierusalē. * Deinde illa verba: Nuper autem reuersi ad Dominum Deum suū ex dispersione, qua dispersi fuerant, adunati sunt: interpretatur de multis, quos ex Ierusalem dispersos fuisse dicit Salmanasare, & Senacherib bellum inferentibus filijs Israël. At hoc etiam doceat vbi legerit, aut vnde sciat, nam Scriptura de dispersis per captiuitatem loquitur: Plurimi, inquit, eorū captiui abducti sunt. Iam quod in eodē Genebrardo sequitur, refutare non est opus, referre satis erit. Nō officit, inquit, quod sub finem libri scribitur: In omni spatio vitæ eius, non fuit qui perturbaret Israël, & post mortem eius annis multis. Nam, Annis multis dictum est pro Diebus multis. Sed & Scriptura sic aliquando loquitur de annis quatuor, aut quinq; vt sępius in libris Regū, &c. Nescio an cuiquā hoc persuaderi possit; in anno vno sunt multi dies, & vult dici Annis multis, pro Diebus multis, quasi in his diebus non sint anni multi. Absurdum etiam annos multos dici quatuor, aut quinque annos. Sed vt hæc vera essent, quomodo potest ad illud responderi, aut cur ipse nō respondit: In omni spatio vitæ eius, non fuit qui perturbaret Israël? Nam iuxta eūdem Genebrardum, quinto post anno venit Nabuchodonosor, nēpè decimo octauo regni sui, & incendit vrbem, & templum, & tamen Sancta Iudith, vt ibi scriptum est, mansit in domo viri sui annos centū quinque, & defuncta est, ac sepulta cū viro suo in Bethulia. * Hactenus de hac tota Assyriorum disputatione. Sed paucis ad eorum quæ dicta sunt intelligentiam, quasi coronidis loco addamus, Assyrios propriè dici, qui Ninum, siue Niniuen metropolin habebant. Itaque diuersæ sunt Babylonia, & Assyria, vt planè videmus apud Ptolem. libro. 5. Geographiæ, cap. vltimo: & lib. 6. c. 1. vbi vtriusque situ, terminos, vrbesq; com-

Assyrij. 37

Universidad de Deusto
Biblioteca

memorat. Et Pomponius Mela lib. 1. cap. 2. Super hunc sunt Parthi, Assyrij, & Babylonij. Et Xenophon lib. 1. de Cyri pædia, scribit à Cyro superatos esse Assyrios, & alias gentes, & Babylonios. Sæpe tamen propter harum regionum propinquitatem, & propter imperium ex vna in alteram traductum & apud patres, & apud profanos autores, etiam Chaldæi vocantur Assyrij. Inde Herodotus lib. 1. versus finem: Assyriæ, inquit, cum alia multa sunt magna oppida. Tum vero celeberrimi nominis, ac validissimum Babylon. Ita etiam loquitur aliquãdo Hieronymus. Sed scriptura vbique eos proprijs nominibus distinguit, nã alteros vocat Assurim, id est, Assyrios, alteros Chasdim, id est, Chaldæos. Quod autem Hesdræ 6. rex Persarũ vocatur Assur, vbi legimus: Et conuerterat cor regis Assur ad eos; causa est quod reges Persarum iam imperabãt Assyrijs, & quoniam magnum fuerat Assyriorum imperium, & nomen, haud inuiti vocabantur reges Assyriæ, siue Assyriorũ. Sed ad prophetam redeamus.

38 *Ascendit qui dispergat coram te.* Hieronymus. Ad Niniuen nunc sermõ cõuertitur, & hinc vel maximè obscuri sunt prophetæ, quod repente dum aliud agitur, ad alios persona mutatur, & dicitur ei: Ascendit ad te Nabuchodonosor, qui te obsideat, qui ante os tuũ vastet agros, persequatur agricolas, rura populetur, &c. Sed hoc addamus, Dispergere sæpe poni pro vastare, dissipare, conterere, quoniam quæ dispergũtur, debilitantur paulatim, & pereunt. Iere. 23. Væ pastoribus, qui dispergunt, & dilacerant gregem. Iob. 40. Disperge superbos in furore tuo. Ex quo intelligitur illud Luc. 1. Dispersit superbos mente cordis sui, id est, dissipauit, ac perdidit eos, qui apud se ipsos superbiebant, qui magni sibi videbantur. Et Iohannis. 10. Et lupus rapit, & dispergit oues. Quare participium יְפֹרֵץ quod est in Hebræo pro, Qui dispergat, propriè dissipatorem, vastatoremque significat, atq; hoc nomine Nabuchodonosor notatur, quod omnia regna popularetur, neque quisquã posset eius resistere potentiæ. Eodem verbo vtitur pro collidere. Ierem. 51. Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te gẽtes, & dispердam in te regna. * Docent etiã Hebræi יְפֹרֵץ quoque dici malleum, quo petræ conteruntur, aut clauam, qua homines interficiuntur, & simile quoduis instrumentum, quod dissipat, & perdit. Quo vocabulo vsus est Salomon Prou. 25 pro iaculo, iaculum & gladius, & sagitta acuta homo, qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. Vbi Lxx. verterunt ῥόπαλον, quod est clana, aut simile instrumentum. Iure igitur ita vocatur Nabuchodonosor, quod malleus esset, quo Dominus gentes conterebat, & claua, qua perdebat, & iaculum, quo confodiebat. Simile est illud de rege Assyriorum Isa. 10. Væ Assur virga furoris mei, & baculus meus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Sed additur est: Coram te, ad implificationem indignationis, & doloris, ac si diceret: Te vidente & ingemiscente, ac nullo modo valente prohibere.

Dispergo.

39

Qui custodiat obsidionem. Qui te semper obsideat, donec capiat, qui obsidionẽ amoueri non sinat.

Contemplare viam. Subaudi: Et videbis magnam fortissimorum hostium multitudinem venientem.

Confortа lumbos. Assume quantum potes fortitudinis, vt resistas. Nonnulli idem esse volunt, confortare lumbos, & accingere lumbos; nempe strenuè, & diligenter aliquid perficere, quod mihi verum nõ videtur. Nam lumbi præcincti hominem indicant expeditum, & paratum ad ambulandum, Tob. 5. Inuenit iuuenem splendidũ, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum 4. Reg. 9. Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua. Ita illud intelligitur Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, id est, parati estote, vt cum Dominus ianuam pulsauerit, celeriter ei aperiendum. Et illud Pauli Ephes. 6. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, id est, State, ne fugiatis exacie, sed parati estote ad pugnãdum. Significat etiã Accingere lumbos, carnis libidinem cohibere, lũbis enim quẽdam est cum officio gignendi propinquitas, vt postea indicabimus nume. 66. Hinc illud Genes. 35 Reges de lumbis tuis egredientur. Et Hebr. 7. Adhuc enim in lumbis patris erat. Inde etiam Psalm. 37. Quoniam lũbi mei impleti sunt illusionibus, quod Hieronymus, & Euthymius exponunt, Libidinosis concupiscentijs. Quare illud Luc. 12. Sint lumbi vestri præcincti, de castitate seruanda intelligentur Hieronymus & Rupertus hic, & Gregorius homil. 13. in Euangelia. * At cõfortare lumbos est robur, & fortitudinem assumere, vires colligere, excitare in se fortitudinem, & animũ intrepidum ad quidlibet audendum, vt cum dicitur, confortare cor, manus, brachiave alicuius. Et enim in lumbis posita est magna pars roboris animalium. Vnde illud 2. Paralip. 10. Minimus digitus meus grossior est lũbis patris mei. Et imbecilli Latinis dicuntur clumbes. Quod si præcinctio, aut accinctio lumborum significatura est robur, & fortitudinẽ semper aliquid additur, vt intelligatur, vt fron. vtim. Accinxit fortitudine lumbos suos. Psalm. 17. Deus, qui præcinxit me virtute. Ibidem, Et præcinxisti me virtute ad bellum. Quare Psalm. 92. cum ait: Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se, nisi subaudiamus: Præcinxit se virtute, nihil aliud significat, Præcinxit se, quàm Præparauit se ad pugnam.

Confortа lumbos. Acting

Robora virtutem valdè. Hieronymus: Congrega exercitus: Quasi dicat: Quidquid potes habere virium collige; imminet enim tibi magnus & potentissimus exercitus, in quẽ vniuersa tua fortitudo opus tibi erit.

Quia eversor ascendit Dominus superbiam Iacob. Hieronymus ita interpretatur: Sicut vltus est Dominus Iudam de superbia Senacherib interfecto exercitu eius in Iudæa, & ipso quoque à filijs suis iugulato, sic vlciscetur Israël, id est, decẽ tribus, quæ à Niniue possidentur, &c. Quam interpretationẽ, quoniam valdè germanam iudico, simul explicabo, & confirmabo. In Hebræo non est: Quia sicut reddidit Dominus, quemadmodum legit Hieronymus, sed: Quia reddidit Dominus. At sicut & similes particulæ similitudinis frequenter omittuntur ab Hebræis, vt notauimus. Hos. 10. num. 27. Propterea, & quidam codices habent, vt est apud Hieronymum: Sicut reddidit Dominus. Deinde superbia Iacob passiuè sumitur, non est enim, qua superbiuit ipse Iacob, & Israël, sed qua Assyrij superbierunt in Iacob, & Israël, sicut Iudith. 2. Et cecidit timor illius super omnes inhabitãtes eam. Timorem illius vocat, non quo ipse timebat, sed quo ab aliis timebatur. Et Habac. 2. Quia iniquitas Libani operiet te. Non quam Libanus fecit, sed quã tu operatus es in Libanum, id est, in templum. Est ergo sensus: Sicut Deus puniuit acriter Senacherib, quod in duas tribus superbierit

ciuitates munitas expugnando, & Ierusalem obsidendo: Ita nunc puniet Ninuen, & Assyrios, quòd captiuas duxerint decẽ tribus, & suæ virtuti tantam victoriam tribuerint, victisque superbè insultauerint. * Itaque Israel, vt sæpè iam vidimus, decẽ Tribus significat; sed cur Iacob pro duab* accipiatur, qui decem potius significare solet, obscurum est, non inusitatum, tamen, vt Isa. 2. Domus Iacob, venite, & ambulemus in lumine Domini. Et cap. 14. Miserebitur enim Dominus Iacob. &. 58. Annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Mich. 3. Audite principes Iacob. Ego sanè arbitror, quẽadmodum sæpè decem tribus dicuntur Iacob, quia erant maior pars posteritatis eius secundum carnem: ita duas sæpè dici Iacob, quia in illis erat maior pars posteritatis Iacob secundum spiritum, id est, quia plures ex illis quam ex decem participes fuerunt benedictionis promissæ semini Iacob per Christum, & quia melius illis cõuenit mistica significatio nominis Iacob, quæ illis verbis Gen. 27. continetur: Iustè vocatum est nomen eius Iacob, supplantauit enim me in altera vice: Primogenita mea, en ante tulit, & nunc secundo surripuit benedictionem meam. Atque hinc fit, vt cum de electis sermo est, siue sint ex Iudæis, siue etiam ex gentibus, sæpius ponatur nomen Iacob, vt Isa. 2. Venite, ascendamus ad mõtem Domini, & ad domum Dei Iacob. Luc. 1. Et regnabit in domo Iacob in æternum. Malach. 1. Iacob dilexi, quod de electis interpretatur Paulus, Rom. 9. Psal. 23. Hæc est generatio quærentium Dominũ, quærentium faciem Dei Iacob. Lxx. verterunt: Quoniam auertit Dominus iniuriam Iacob, sicut iniuriã Israël, id est, vtrãq; iniuriã vult Deus auertere, tãq, duabus tribubus facta est, quã quæ decẽ. Auertit autem puniẽdo Assyrios, qui vtrasq; læserũt.

43 Iacob pro duabus tribubus.

Quia vastatores dissipauerunt eos. Vastatores vocat Assyrios, quorũ per multas gentes vis, & tyrannis grassabatur. Decem tribus, vt diximus, captiuas duxerunt, duas verò Senacherib vehementer afflixit, cepit enim ciuitates munitas earum, & Ierusalẽ ipsam obsedit, lege libri 4. Reg. c. 17. & duo sequentia. 44

Et propagines eorum corruperunt. Non solùm vrbes maximas afflixerunt, quæ sunt velut vites, sed etiam minores, quæ sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

velut propagines earum, quia eis erant ornamento, & decori, vt propagines viti. Chaldæus: Ciuitates decoris eorum destruxerunt; aut certè quia ex eis ortæ sunt. Vel corrumperunt, & disperdiderunt eos, & propagines eorum, id est, filios eorum iuuenes, & pueros, quod mihi magis placet. Nam parentes vites dici solent, vt Psalm. 127. Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ: & filij, propagines, vt Psalm. 79. Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines eius.

Clypeus fortium eius ignitus. Describit apparatum exercitus Chaldæorum, vt magis expauescant Assyrij. Et quoniam dixerat: Ascendit, qui dispergat, &c. nunc ait: Clypeus fortium eius. 1. Nabuchodonosor ignitus, pro quo est in Hebræo, Rubeus. Chaldæus: Scuta fortium eius rubea. Sed Hieronymus eleganter vertit, Ignitus. Quod rectè explicatur à Lyrano: Erant enim, inquit, ibi laminæ æreæ ad solis radios refulgentes, sicut ignis, ad terrorem Assyriorum, vel ad offuscandum oculos
45 eorum, &c. * Significat ergo Clypeos ducum Chaldæorum aureos fuisse, vel deauratos: aurum enim cum sole aduerso percutitur, ruborem igneum imitatur. Vnde Iosephus lib. 6. de bello Iud. cap. 6. de externa templi facie ait: Crustis enim aureis grauissimis vndique tecta sub primos ortus igneo splendore lucebat. In Iosepho Latino legitur: Vltra primos ortus, sed ita vertendum est, vt diximus, est enim ὑπὲρ τὰς πρώτας ἀνατολὰς. Ita Virgilius de aurea galea.
10. Æneï. *Terribilem cristis galeã, flammasq; vomentẽ.* Et:
——*Clypeum tum deinde sinistra*
8. Æneï. *Extulit ardentem.* Et:
10. Æneï. *Ardet apex capiti, cristisq; à vertice flamma*
Funditur, & vastos volvit ad æthera fumos.
Homerus etiam scribit de Hectore:
Iliados lib. 15. ἀϋσὰν δ' ἀμπλάμεν πυρὶ πάντεσσιν ἐοικὼς. Id est
Sed hic splendens igne vndiq; insiliebat in turbã.

Immo in nostris etiam libris. 1. Mach. 6. Et vt refulsit sol in Clypeos aureos, resplẽduerunt montes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. Hoc autem dicit vt significet Chaldæorum exercitum, qui aduersus Niniuen venturus erat, non ex fæce vulgi, sed ex principibus, & nobilibus viris esse colligendum, qui acrius pugnant, & terga non vertunt, vt ignobiles, & gregarij milites. Ideo cohors militum Sancti loãnis fortissima habetur, & est, quia nobilitatis suæ rationem ducũt, & cadere gloriosè malunt, quam turpiter fugere. Hinc olim custodia ciuitatum, & prouinciarum robustis hominibus demandabatur, licet obscuri generis essent. Sed cum animaduersum esset fugere eos, ac vinci, nobilibus demandari cæpit, minus licet robustis (vt est in Hi
Iudic. spanię legibus) sed quos nobilitas, & gloriæ
cupiditas fugere vetaret. Lxx. *Σπῦρα Δυναστῶν*, id est, Arma potentiæ eius. Dynastas Græci vocant principes, & magnates, atq; ideo potius dixi eorum clypeos aureos esse, vel deauratos, quam æreos, quoniam nõ de omnium, sed de principum, & ducum, siue nobilium Clypeis loquitur.

Viri exercitus in coccineis. Coccus granũ
47 Coccus significat Græcis; Sed illud potissimũ granum hoc nomine intelligi propter excellẽtiam solet, quod ad tingendas vestes rubrum admodum, & rotundum & corniculi arbusculæ adnatum vere legitur. Meminit eius Plinius lib. 9. cap. 41. & circa Emeritam Lusitaniæ in maxima laude esse dicit. Idem lib. 16. cap. 8. Docet arbusculam, in qua nascitur coccus, ilicis speciem esse, & cuscolium vocari, vnde sumpto nomine coscoja dicitur Hispanicè, & granum ipsum, Grana Græce κόκκος βαφικὸς, id est, coccus infectorius, siue tinctorum. In his granis, seu coccis parui, rubriq; vermiculi gignuntur optimi odoris, qui paulo post coccis exeũtes, ac vino albo præstanti insperſi, mox arefacti contunduntur in puluerem rubefaciendis lanis laudatissimum. Hebræis hic vermiculus תּוֹלַע dicitur, nomine ceteris etiam vermibus communi: de quo Isa. 1. Et si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Vestes autem coccineæ nobilium erant, & diuitum 2. Reg. 1. Flete filias Saul, qui vestiebat vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro. Threno. 4. Qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. Omnino legendum ibi videtur, In coccеis Lxx. κόκκῳ, id est, in coccis & in Hebr. est idem vocabulum quod diximus. Et Matth. 27. Et exuentes eum, Chlamydem coccineam circundederunt ei, quem videlicet ornatum regio induere volebant. Dixit ergo de dynastis, & principibus: Clypeus fortium eius ignitus: nunc de nobilioribus militibus ait. Viri exercitus in coccineis, vt magnã in eis nobilium multitudinem esse declaret ea ratione, quam iam exposuimus.

Igneæ

47 *Igneæ habenæ currus in die præparationis eius.* רִכְבֵי recentiores Hebræi lampades interpretantur, Sed malè, vt solent sæpe, cum etiam Lxx. verterint ἱππεῖαι, id est, habenæ. In habenis autem phaleras intelligimus, ex parte videlicet totum. Significat phaleras equorum multo auro fuisse ornatas, quod sole percussum ignis colorem imitaretur. His, & alijs huiusmodi instruentur in die, quo se præparabunt ad prælium.

Et agitatores consopiti sunt. Verba Hebraica rectè de Chaldæis intelliguntur, de quibus & præcedentia, & sequentia sunt. In Hebræo est הִתְהַלָּכוּ quod proprie significat crapula, siue ebrietate capti sunt, siue commoti: indicaturque eorum inpugnando ferocitas; quasi ebrij nihil timebunt, Sed
48 quocunque irruent, in gladios, & in mucrones strictos incurrẽt, & ex omni parte fe rient aduersarios. Ebrietas enim nihil timet, sed vt ait quidam: *In prælia trudit inermem.* Proterea. Lxx. Verterunt: Equites eorum tumultuabũtur.* At verba nostræ translationis Hieronymus, & Lyranus, & quidam alij de Assyrijs exponunt, nec video quomodo possint ad Chaldæos referri. Nec mirum, cum de duabus gentibus necessario loquatur Proheta id est, de obsidẽtib⁹, & de obsessis, modo de hac, modo de illa verba facere. Quemadmodum iterum statim loquitur de Assyrijs. Recordabitur fortium eius, &c. Pro Agitatores in Hebr. est הַבְרוֹשִׁים cum articulo. i. Abietes illæ, & per abietes intelligit fortes, vt etiam Hieronymus exposuit, id est, illi, qui quõdam terrere alios solebant altitudine, & fortitudine sua. Hieronymus vertit: Agitatores, nec legendum est: Agitatores eius, vt male habent codices quidam, sed tantum: Agitatores, vt adnotauit Rupertus, & in Hebræo, atque apud Hieronymum videmus. Agitatores autem ipse exponit fortes, siue Agitatores curruum intelligi velit, siue equorum, vt Lxx. Qui verterunt Equites; vtrumque bellatores, & pugnæ peritos significat, vt apud Homerum
49 ἱππεὺς ἠπεπιδέτα κυδιάνειρα, id est, equorum agitator Peleus, hoc est fortis, & pugnæ peritos. Assyrij igitur ante fortissimi, & terroris auctorum consopiti sunt, id est, videntes ferocitatem, & apparatum Chaldæorum timuere torpebãt, attoniti, & exanimati spectantes, nec magis ad se defendendum erigebantur, quam si ebrij, & sine sensu iacerẽt.

Elegãter autẽ vtitur vocabulo, quo, & illorum torporẽ, atq; inertiam, seu potius exanimationem declaret, & eos pro superbia sua puniri, atq; humiliari à Deo demõstret. Nã ebrij siue cõsopiti dicuntur illi, qui multum biberũt de calice iræ Dei, id est, vehementer pro peccatis suis afflicti sunt: vt Thren. 4. Ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis, atque nudaberis. Hab. 2. Repletus est ignominia pro gloria, bibe tu quoq; & cõsopire, circundabit te calix dexteræ Domini: vbi pro consopire est idem verbũ in Hebræo, Psal. 59. Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino cõpunctionis. Heb. vino. תַּרְעֵלָה quod ab eodem verbo deductum est Hieronymus: Vino consopiente. Itaque cũ dicit: Et agitatores cõsopiti sunt, non aliud est, quã si diceret: Dum hęc fiunt à Chaldæis, illi qui fortes erant olim, torpebunt, & iacebunt quasi vino consopiti.

In timoribus conturbati sunt. Redit ad Chaldæos. Hieronymus: Tanta est multitudo venientium, vt commissum agmen sit in itinere, & discerni nequeat, &c. Sed aliter etiam interpretemur. Tanta erit multitudo Chaldæorum, vt mutuo se se milites impediant in itineribus, & ordo militaris agminum perturbetur. Lxx: In exitibus confundentur currus. Et hoc est quod continuo dicit: *Quadrigæ collisæ sunt in plateis*, id est, dum viam non reperiunt, præ multitudine collidentur inter se, neque id quidem in angustioribus vijs, sed in ipsis plateis. Collidẽtur autẽ nõ significat, Frãgent, Sed cõcurrẽt inter se, Lxx. συμπλακήσονται, id est, cõcurrẽt inter se, vnde dictę sunt Symplegades insulæ quas cõcurrere finxerũt poetæ.

Aspectus eorũ quasi lãpades. Vt ante vitã aduersarios terreãt, sicut ait Hier. quã mucrone prosternãt. Describitur ferocitas Chaldæorũ iratorũ in Assyrios: videt enim sæpe ex iratorũ vultu ignis ꝑ dire, vt apud Virgi. 50
His agitur furijs, totoque ardentis ab ore
Scintillæ absistunt, oculis micat acribus ignis.
Et de Hectore in Græcos irruẽte Homerus, 11. AEneï. 15. Iliad.
——ἰὰ δὲ ἕοικε
λαμπετόωντι βλοσυρῶπις ἐπ' ἀϊδηλῳ. Hoc est.
—— At ei oculi
Iliad. 1. Ardebant terribilibus sub supercilijs.
Et de Agamemnone.
ὄσσε δέ οἱ σέλας λαμπετόωντι ἐῒκτο. Hoc est.
Oculi autem ei igni lucẽti similes erant.
Atq; hoc est quod ait Dauid Psal. 17. Ascẽdit fumꝰ in ira eius, & ignis à facie eius exarsit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quasi fulgura discurrentia. Discursus celeritatem significat, quæ cum magna fortitudine coniuncta esse solet. Fulguribus autē assimilat Chaldæos propter splēdorem armorum radiantium, vt Virgilius:

9. Æneid. ——*Clypeoque micantia fulgura mittit.*

Et Homerus de eodem Hectore.

11. Iliad. ——πᾶς δ' ἄρα χαλκῶ
λαμφ', ὡστε στεροπὴ παλὸς Διος ἀιγιόχοιο.

Totus autem ære fulgebat tamquam fulgur Iouis patris AEgiochi.

Hic autem splendor magnum terrorē incutit hostibus, cum hac celeritate coniuncta, ideoq; aptissimè vsus est nomine fulguris, quod lucet, & discurrit celerrimè, & terret, vt Psal. 17. Fulgura multiplicauit, & cōturbauit eos. Hab. 3. In luce sagittarū tuarū ibunt, in splendore fulgurātis hastæ tuæ.

51 *Recordabitur fortium suorum.* Hieronymus: Tunc recordabitur Assur fortium suorum, qui in itineribus corruerunt, & ascēdet velociter muros Niniue, ac propter obsidionē longissimā ad depellendos æstus præparabit vmbracula, &c. id est, Gemet rex Assyriorū, & mirabitur deesse suis pristinā fortitudinem. Qui cū properauerint, vt hostes repellāt, & feriāt, in ipsa via occidētur. Alij muros ascendent, vt vicinos iā magis hostes arceant ab vrbe. Sed ita constāter obsidionē Chaldæi custodiēt, vt necesse sit Assyrijs in ipsis muris vmbracula parare, contra frigoris, & æstus iniurias, semper enim necesse erit in muris manere. Vbi nos habemus vmbraculum, Lxx. verterunt, Propugnacula, vt intelligamus simul esse vmbracula, & propugnacula, id est, parari non solùm ad temporis iniurias, sed etiam ad tegendum se à telis hostium.

Portæ fluuiorū apertæ sunt. Hieronymꝰ portas fluuiorū intelligit portas Niniues, quæ ad instar fluuiorū habebat ciuiū multitudinē, vt sit sensus: Apertæ sunt portę, & capta est vrbs. Lxx. verterūt: Portæ vrbiū apertæ sunt; nō quod vlla esset in Hebræo nominū similitudo, sed quoniā viderūt fluuios hoc loco figuratè poni. Optimè ergo intelligemus, & de ceteris vrbibus finitimis expugnatis à Chaldæis, & de ipsa Niniue, per cuius portas innumeri ciues prodire solebāt, quasi aquę copiosę fluuiorū. Et cōuenit rectè cū eo, quod sequitur: *Et Niniue quasi piscina aquarū aquæ eius.* Cū em̄ piscina rūpitur, aquæ magno impetu hac, illac effluunt.

52 *Et templum ad solum dirutum est.* In Heb. est הֵיכָל quod templū sæpè significat: Vnde & pars tēpli quæ coniuncta erat Sancto Sanctorū vocatur הֵיכָל. Significat igitur templum Nesroch, (vt ait Lyranus) quod apud Assyrios erat in magno honore, in quo Senacherib adorabat, cū occisus est a filiis. In quo cetera etiā tēpla intelligit, nā cū ne maximo quidē, & celeberrimo templo parcitur ab hostibus, multò minꝰ parci solet minoribus. Cum autē templa in ciuitate euertuntur, à quorum iniuria religiosius abstineri solet, etiā domus ceteræ euersæ intelligūtur. Ita intelligēdum est illud Hamos. 7. Et comedit simul partē, id est, templū, Et. c. 9. Percute cardinē, scilicet, tēpli. Sed quoniam hoc nomē etiam palarium significat, Lxx. verterunt; Et cum eis multi: Et regalia conciderunt, quod in eundē sensum redit.

Et miles captiuus abductus est. Magna ex hoc loco nouis interpretibus cū Hieronymo dissensio, & contētio: nā pro: Miles in Heb. est הַצָּב quo nomine Hebręi recentiores, & Chaldæus reginā significari contendūt, vel quod nomē propriū sit reginæ, quę tūc erat Niniue, vel quod nomē cōmune sit significās assistentē, id est reginā, quæ assistit regi, quomodo Psal. 44. dictū est: Astitit regina à dextris tuis. * Cōfirmat hanc interpretationem, quod sequitur: Et ancillę eius minabantur gementes, vt columbæ. Cuius enim sunt ancillæ, nisi reginæ? Adde quod in Hebręo est, captiua abducta est. Sed nos, nisi errare malumus, in verborū significatione veteribus potius assentiamur, quā nouis, dicamusq; הַצָּב nomē esse femineum deductū à verbo יָצַב quod significat stare, & in coniugatione, Hiphil stare fecit, quo intelligitur id, quod facit, vt aliquid ster, aut per quod alia stant. Hoc docent Lxx. qui verterūt, ὑπόστασις, i. fundamentū, siue subtātia, nam per fundamentum alia stant. Ideo Leo Hebræꝰ vertit: Munitio firmissima. Et quoniā per milites vrbes stāt, arq; conseruantur ab hostibꝰ, elegāter Hieronymꝰ vertit: Et miles captiuus ductus est. Nō placet hoc nouis Hebręis. Quid meā? Placuit Lxx. interpretibus, placuit doctioribus Hebræis, quos secutus est Hieronymus, & quibꝰ nō-tior erat vis, proprietasq; verborū. Etenim Hieronymus postquā hæc verba explanauit, subiicit: Hęc iuxta Hebraicam traditionem. Milites autem intelligit, qui in præsidio erant, & in vrbe semper manebant, vt illam tuerentur; aut milites prætorianos, qui

qui regem custodiebant. Ab eodem verbo deducitur מַצָּב, & מְצָב quorum primum significat aciem militum, & eum cuius opera stat populus, alterum aggerem, turrim, stationem militum, vel similem munitionem. Femineum autem esse הַצָּב indicant verba Hebræa, quæ sequuntur, vnde maximè nominum genera cognoscuntur apud Hebræos. Quid sit autem, & ancillæ eius minabantur, modo dicam.

34 *Et ancillæ eius minabantur,* Ancillas Hieronymus Theodoretus, Theophylactus, & Rupertus minores vrbes interpretantur, quæ Niniue parebant, id est, habitatores vrbium illarum gementes ante ora victorum ducebantur in captiuitatem: tantusque terror erit (vt ait Hieronymus) vt ne in singultus quidem, & vlulatus erumpat dolor, sed tacite intra se gemant, & obscuro murmure deuorent lacrymas in morem mussitantium columbarum. Eius autem subaudiendum est Niniues, de qua dixit: velociter ascendent muros eius. Murmurantes, id est, exiguum murmur edentes præ timore. Lxx. Loquētes in cordibus suis. Hieronymus, & Rupertus etiam in ancillis intelligunt feminas Niniuitarum. Habetque id magnæ miserationis emphasin, quod nobiles olim & primariæ fœminæ iam ancillæ vocentur, & vt ancillę in seruitutem ducantur. Vterque sensus satis aptus est, nec admodum diuersus ab altero, & scriptura vtroque modo vtitur nomine ancillæ, vt non solum mulierem significet, sed etiam ciuitatem, quæ alteri seruit, & paret. Vt. 1. Mach. 2. de Ierusalem: Quæ erat libera, facta est ancilla.

ALLEGORIA.

Ascendit, qui dispergat coram te. Mundum alloquitur, contra quē CHRISTVS ascēdturus est, id est, pugnaturus, gladio videlicet verbi sui, cum venerit, vt iudicet omnia. Ipse mundo vidente, & stupente dissipabit omnia regna, & omnem principatum: & *custodiet obsidionem*, id est, firmiter obsidebit hostes suos, donec capiat: obsidebit autem virtute sua, cuius vim nullus effugere poterit, nullumque auxilium habebit, neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus, quoniam Deus iudex est. *Contemplare viam, cinge lumbos tuos, confortare vehementer.* Filium hominis venientem in nube cum potestate magna, & maiestate. *Collige vires,* coge exercitus tuos, vt videas an tantæ potentiæ possis resistere. Etenim sicut Dominus olim vindictam sumpsit de ijs, qui suum populum vexauerunt, ita etiam in fine mundi sumet de ijs, qui persecuti sunt Israel Dei, id est, sanctos, & electos, & memoriam eorum delere conati sunt. *Clypeus fortium eius ignitus.* Fortes eius sunt nobilissimi, quique angeli, qui descendent cum filio hominis, & in principibus Clypeos aureos ferentibus indicantur. Et ipsi quatenus terrori magno erunt impijs, neque ab eis vllo modo offendi poterunt, rectè Clypeos aureos gestare dicuntur. * *Viri exercitus in coccineis,* 56
sunt sancti apostoli, & apostolicæ vitæ imitatores, qui nobilitate inter ceteros, & dignitate eminent, & cum iudice iudicabūt, de quibus dictum est, Nobilis in portis Prou. vlt.
vir eius, quando sederit cum senatoribus terrę. Qui in coccineis sunt, quia caritatis igne flagrant, & multi ex eis sanguinem pro CHRISTO fuderunt. Et quia corpora eorum splendorem mirabilem habebunt, quo & ipsa pulcherrima videbuntur, & aduersarios terrebunt, addit. *Igneæ habenæ currus in die præparationis eius.* Nam in habenis phaleras, & equorum ornamenta significari diximus, equi autem corpora sunt. *Agitatores consopiti sunt,* quia illi, qui potestate in mundo, & fortitudine præstabant, stupebunt subita rerum mutatione, & timore. Iacebunt, vt ebrij, quando venerit dies Domini super omnes cedros Lybani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan. Turbatio in itineribus, & collisio quadrigarum multitudinem significāt angelorum & sanctorum contra impios irruentem. De quibus merito dicitur. *Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.* Nam sicut est in libro sa- Sap. 3.
pientiæ: Fulgebūt iusti, & tāquam scintillæ in arundineto discurrent: iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Tunc 57
mundus *recordabitur fortium suorum*, & mirabitur illos trepidare, & stupere, ruent ex eis multi, alij muros ascendent, id est, omnem euadēdi ex periculis rationem tentabunt, præparabunt vmbracula, id est, loca tuto ra quærent, vbi se abscōdant. Sed tandē nihil eorū conatus proficiēt, ciuitates, & tēpla sine regiæ eorū euertentur, milites captiui

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducentur, id est, omnes eorum munitiones, omnia præsidia capientur, & nobiles olim, ac delicati gementes, & mœsti in æternam mittentur captiuitatẽ. Possumus hæc omnia, non tam de ipso iudicij die interpretari, quàm de tempore, quod paululum iudicium præcedet, vt pugna illa describatur, quæ est apud sapientem, qua orbis terrarum cum Christo pugnabit contra insensatos, & corporeæ creaturæ portentis inusitatis terrebunt impios. Et accipiet, inquit, armaturã zelus illius, & armabit creatura ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudiciũ certum. Sumet scutũ inexpugnabile æquitatem, acuet autem diram iram in lanceã, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. * Fortes eius sunt cœli, & stellæ, qui colore quodam sanguineo cõtegentur, sicut ait Ioel: Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Præterea, vt aureus clypeus ignes videtur eiaculari, ita tunc ignes crebri decident de cœlo, sicut ait Sapiens: Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Viri exercitus sunt elementa, quæ in coccineis dicuntur esse, quia terra sanguine interfectorum rubebit; Surget enim gens contra gentem, & regnum aduersus regnum, multi quoque Sanctorum interficientur. De aqua verò legimus in Apocalypsi: Et secundus angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis. Aër verò totus igneis exhalationibus, & fulguribus rubebit. Quare meritò dictum est: Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Et sicut modo ait Propheta Quadrigæ collisæ sunt in plateis, id est, concurrent inter se: ita dictum est in libro Sapientiæ: Excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Cetera iam exposita sunt.

Sap. 5.

58

Ioel. 2.

Sap. 5.

Luc. 21.

Apoc. 16.

TROPOLOGIA.

59 Anima quoque, quæ recessit à via iustitiæ, rectè dicimus. *Ascendit qui dispergat coram te*, ascendet enim contra eam Christus per mortẽ, & disperget, ac perdet omnes eius delicias, & quidquid voluptatem afferre solebat, auferet, vt nihil secum afferre possit, hinc decedens. *Contemplare viam*. id est, sæpe de morte cogita, in omnib⁹ operibus tuis, memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Cõsidera vitam istam viam esse mortis, & quo magis ætate proueheris, eo propius accedere ad exitum. *Confortа lumbos*, vt pugnare possis cum tentationibus periculosis, & varijs, quæ tunc te adorientur cum dolore amissionis carorum, cum morbi labore, cum terrore imminentis iudicij. *Roborа virtutem valdè*, ne tunc vincaris, coge exercitum virtutum, vt tunc sis aduersarijs terribilis quasi castrorum acies ordinata. Nos otio languemus, & ociamus, quasi virtute nulla opus sit in diẽ mortis, quasi nulla futura pugna sit, aut cum carne, & sanguine nobis esset colluctatio, non aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Roboremus virtutem valdè, instruamus in nobis virtutum aciem, quarum dux, & regina sit caritas, petamus per orationes præsidia, ne deseramur in tempore malo. * Huiusmodi autem homines multis naturæ dotibus præstãtes, omnibusque ad superbiam, & ad voluptates abutentes, sæpè etiam ante tẽpus rapit Deus ad æterna supplicia, sed neque ipsi, neque alij, cur rapiantur, intelligunt. Rapiuntur autem quod exemplo virtutem impugnarent, moresque eorum perent multorum, & tanquam pestes quædam rerum publicarum omnia depopulentur, sicut scriptum est: Viri sanguinum, & dolosi non dimidiabunt dies suos. Qui sunt magis viri sanguinum, quam qui sanguinem animarũ effundunt, quas suo sanguine Christus comparauit? Qui magis dolosi, quàm qui Christiano nomine Christũ insectantur, & mores Christianos, perdentes eos, pro quibus Christus mortuus est? Et cum turpitudinis suæ multos habuerint imitatores, lætantur, & superbiũt aduersus Iacob, & aduersus Israël, id est, tã aduersus eos, qui in veritate, & sanctitate permanserant, qui intelliguntur in Iacob, hoc est, in duabus tribubus; quàm aduersus eos, qui partim Deum, partim idola sæculi colebãt. Vtrosq; enim hi vastatores dissipantur, & bona eorum opera corruperũt, quasi pagines quasdam vitium, quas in eorũ animis verus Noe vir agricola, qui plantauit vineam, id est, Christus plantauerat.

60

61

62

63

64

Propterea

Propterea ait: *Quia reddidit Dominus superbiam Iacob, &c.* Milites autem quos affert Christus, vt mortem præeant, & Niniuen hanc diripiẽt, illi sunt, de quibus ait Dauid: Circumdederũt me dolores mortis, & torrẽtes iniquitatis conturbauerũt me. Dolores inferni circumdederũt me, præoccupauerũt me laquei mortis. Hi sunt fortes eius adeo terribiles, vt ignẽ eiaculari è se videãtur, atq; ita tecti esse, vt nullo modo possint lædi, ac repelli. De his ait. *Clypeus fortiũ eius ignitus.* Viri exercitus sunt morbi, hominẽ ad mortẽ pertrahẽtes, qui quoniã interfectores sunt, iure dicũtur esse in coccineis. Equi, quibus morbi vehuntur, sunt incompositi humores, atque discordes, quorum habenæ, siue phaleræ ignæ dicuntur, quia extrinsecus etiam febribus corpora incendunt, & horrenda mortis signa proferunt: quibus omnibus perturbantur etiam fortes, & hærent mentis, atque cõsilij inopes, quasi consopiti ebrietate. Et quoniam magna est horum militum multitudo, & doloribus multis, atq; solicitudinibus varijs animam implent, & nullum in ea locum vacuum relinquere videntur, sed alteri alteris obstare, & terrent maximè, nimiaque celeritate per animã discurrunt, & oculos mentis perstringunt, rectè ait: *In itineribus turbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in plateis. Aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.* * Eo tempore agnoscit homo suam imbecillitatem, & pristinam requirit fortitudinem, & vitam tueri conatur, omniaque medicinæ præsidia pertentat. Sed aperiuntur portæ, quibus mors intret, & templum ad solum diruit, id est, rationem, mentemque peruertit, vt sui compos non sit. Milites abducuntur, id est, vires omnes corporis profligantur. Ancillæ autem quę sunt, nisi omnium sensuum instrumenta, quæ hebescunt, & paulatim amittuntur? Licet quoque hęc omnia, & quidem valdè propriè, ad stragem animę referre, quam Deus dedit in desideria cordis sui, & in reprobum sensum. In hanc ascẽdit verus Nabuchodonosor flagellũ, siue malleus Dei, id est, Diabolus, qui dispergat paulatim bona opera, quę remanserant, atque virtutes. Milites eius sunt fortissimæ quæque peccatorum tentationes, quæ igneum è se emittunt, & ardore concupiscẽtię animam implent, atque hoc clypeo se tegunt, vt secure possint nocere. Fortes eius sunt noxio-

61

rum amicorum dicta, atque facta, quæ ad omne flagitium animã adducunt, & in coccineis sunt, quia sanguinolenta sunt, atque mortifera. Cetera ex ijs, quæ dicta sunt, facilè exponẽtur. Sed anima si capi non vult, ex alta specula contempletur viã, qua venturi sunt hostes, consideret, quibus capi solet, & quibus Diaboli artibus illa vincatur, illa enim est via hostium. Confortet lumbos, pugnet fortiter, & vim affectui suo inferat, roboret virtutem vsu Sacramentorum, ieiunijs, lectione vtilium librorum, & seruorũ Dei colloquijs, ac exhortationib⁹.

HISTORIA.

Et Niniue quasi piscina aquarum. Niniue plena erat aquis, id est, multitudine ciuium: nam aquæ multæ populi multi. Apoca. 17. Aquæ quas vidisti, vbi meretrix sedet, populi sunt, & gentes, & linguæ. Sed sicut si piscinam rumpas, eique obicẽ tollas, statim magno impetu fluunt aquæ; ita ciues Niniues, cum vrbem capi à Chaldæis viderent, pugnæ obliti, quacunque potuerunt, fugæ se dederunt, sicut statim ait: Ipsi verò fugerunt. Chaldæus, & recentiores vertũt: Et Ninive quasi piscina aquarum à diebus, id est, ex multo tempore. Ortus est error, vnde alij multi nascuntur, id est, ex punctis additis ab Hebræis, ipsi enim scribunt, מִימֵי quod sonat, A diebus, cum sit scribendum מֵימֵי Sicut planè indicant ante Hieronymum L x x. qui verterunt: ἐξ ὡκυμβήθρων ὑδάτων τὰ ὕδατα αὐτῆς. id est, sicut piscina aquarum aquæ eius. Etenim sicut dicũt Hebræi מִי id est, aquæ, ita geminata dictione idem significantes dicunt מֵימֵי Exhod. 7. Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas AEgypti. Et postea: Nõ enim poterant bibere de aqua fluminis. Idem videmus, Numer. 20. Threno. 3. Dan. 12. & alibi sæpè.

63

State, state. Vox mihi videtur Prophetæ fugam Ninivitarum visione propheticâ conspicientis, sicut & quæ sequitur. Diripite argentum, eiusdem Prophetæ vox est. Ait ergo, State viri, cur fugitis? cur vrbem, & domos vestras deseritis? *Et non est qui reuertatur.* id est, ita trepidabunt, vt nihil eos à fuga reuocare possit.

Diripite argentum. Diripite, ô Babylonij vrbem, quã vobis tradidit Deus. Quod autem addit: *Et non est finis diuitiarũ ex omni*

64

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus vasis desiderabilibus: hyperbolicè dictum est, ad significandum diu eos direpturos, antequam finem inueniant diuitiarum antiquissimę,& locupletissimę ciuitatis,quasi dicat,vt Hieronymus ait. Non est finis diuitiarum, & supellectilis, & vasorum; quæ in Niniue condita sunt, nec potestis tantũ rapere, quãtum ad diripiendum illa se præbebit, &c. Inuenietis infinitas pene & inexhaustas diuitias in omni genere vasorũ pretiosissimorum,hęc enim vocat desiderabilia,vt diximus Hos.9.num.7.

Dissipata est,& scissa. Hieronymꝰ: sub metaphora captiuę mulieris Niniue dissipata, scissa,lacerata describitur, &c. Tribus verbis idem significantibus exprimit eius direptionẽ ad amplificationẽ,vt solent Hebręi.

Cor dissolutum aut tabescens.

Cor tabescens. Hebræo. נָמַס, à verbo מָסַס, quod est dissoluere, aut liquefæere. Cor sedes audaciæ est, quare cor dissolutum, aut languens,aut tabescens,aut liquefactũ, vehementem timorem, & deiectionẽ animi cum magno dolore coniunctã indicat. Quæ omnia solent sępè significari hoc verbo מָסַס Iosue. 2. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum. Et cap. 7.Pertimuitq; cor populi,& ad instar aquæ liquefactum est. 2. Reg. 17. Et fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur.Isa.13.Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet,& conteretur.

65 Genua dissolui.

Et dissolutio geniculorũ. In genu robur cruris est ad incessum, atque ad cursum, & ad erectionem iacẽtis corporis: quare genuũ dissolutio, aut tremor imbecillitatis indicium est, & defectionis virium.Iob.4. Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua tremẽtia confortasti.Isa.35. Confortate manus dissolutas,& genua debilia roborate.Heb.12.Propter quod remissas manus,& soluta genua erigite.Vtrumque Homerus breuiter expressit: mira est enim, vt ante dixi dictionis similitudo in prophetis,& in poëtis.

4.Odis. Ὡς ἔφατ᾽,τῆς δ᾽ αὖτε λύτο γούνατα,καὶ φίλον ἦτορ, id est *Sic locutus est: Huius autem ibi dissoluta sunt genua,& earum cor.* Et de Hectore,

Iliad.15. ὁ δὴ πολλῶν Δαναῶν ὑπὸ γούνατ᾽ ἔλυσεν, id est, *Qui multorum Græcorum genua dissoluit*, hoc est, multis vires ademit, quod est, multos occidit. Et alter Homerus.

5.Æneid. ——*Sed tuo da trementi*
Genua labãt,vastos quatit æger anhelitus artus.

Et paulò post.

Astillum sidi æquales genua ægra trahentem,
Iactantemque vtroq; caput,&c.

Et defectio in cunctis renibus. Diximus num. 41. in lumbis esse magnam partem roboris animalium, vnde lumborum, aut renũ defectio,magnam defectionem virium indicat. * Sed vt hoc rectè intelligatur,vim vocabulorum obseruemus. ὀσφὺς quo vocabulo sæpè vtũtur Lxx. interpretes,& à Latinis interpretibus vertitur lumbus, seu lũbi latius patere videtur,quam lumbi. Significat enim & inferiorem spinæ partem inter dorsum & os sacrum,vertebris quinq; constantem,vt est apud Galenum libro.12. de Vsu partium, cap.12. quæ non propriè lumbus dicitur.Lumbi enim carnei videntur esse,non ossei,& duo sunt, eamque spinæ partem inferiorem, ex vtroque latere obsident. Inde lumbi semper dicunt Latini, potius quam lumbus, quia duo sunt,& Hebręi duali numero מָתְנַיִם quod satis indicat Horatius,cum de iumento ait:

1.Sat.2. *Mãtica cui lumbos onere vlcerat,ac eques armos.*

Renes summis lumbis intrinsecus adhærent. Et quoniam tres hæ corporis partes, valdè inter se coniunctæ sunt, sæpenumero vocabula permutantur,& quod vnius est,alteri tribuitur. Nam vis animalium nõ tam est in lumbis, quàm in illa parte spinæ, quæ dicitur ὀσφῦς cuius vertebræ, si magno ictu dissoluantur, animal valdè infirmum, & imbecillum redditur. Sæpè etiam sine vllo ictu hoc accidit in magno timore, læsa enim facultate animali motrice, partes inferiores, quæ spinali medulla reguntur, læduntur, & imbecillæ fiunt, quia facultas animalis motrix, siue sensifica ad eas partes imbecilla peruenit; vnde fit, vt neque possint rectè sentire, neque moueri. Est igitur defectio in renibus defectio in iis, quos magis propriè vocari lumbos diximus, quos medici musculos lumborum vocant, nam plerumque quinque illæ vertebræ cum musculis, & renibus lumbi appellantur. Adde quod paulò ante dixit, Cor tabescens. Corde autem tabescente necesse est vitalem facultatem, quæ ex eo oritur,& per arteriam magnam, ad inferiores partes defertur, languescere, atque ita defectio, & imbecillitas, in omnibus illis partibus necessario fit. Deinde sedes libidinis non est propriè in lumbis, sed renibus tribuitur, & lum-

bis,

bis, quoniam vasa seminis, quæ præparantia dicuntur, tam venosa, quam arteriosa à regione renum per lumborum partem internam deferuntur. Vnde non desunt, qui renes dictos velint à ῥέειν, id est, fluere, quod inde obscœnus humor defluat. Ponitur tamen defectio renum pro defectione virium,& defectio lumborum, siue lumbifragium, vt Plautino vtar verbo.Et lumbis tribuitur libido,& multa huiusmodi, quæ subiectis exemplis perspicietur, & exempla ipsa elucidabuntur. Dan.5.

67 * Tũc facies regis commutata est,& cogitationes eius cõturbabant eũ, & compages renũ eius soluebantur, id est, vertebræ illæ inferioris spinæ. Ezec. 29. Et innitentibus eis super te comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum,id est,vires eis abstulisti. Psalm.37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus, id est,renes mei.Iob. 40. Fortitudo eius in lumbis eius. Hebr.7. Adhuc enim in lumbis patris erat, ἐν τῇ ὀσφύι. Videmus ergo quàm graphice describat Nahum trepidationem Assyriorum.

Et facies omnium sicut nigredo ollæ. Præ magnitudine metus eorum facies exustæ, & pallore deformes erunt, vt ait Hieronymus loc.2.Omnes vultus redigentur in ollam,quod suo loco iam exposuimus. Isa. 13. Vnusquisque ad proximum suum stupebit,facies combustæ vultus eorum.

Vbi est habitaculum leonum. Irridet Niniuen captam, leonesque vocat reges Assyriorum propter potentiam,& crudelitatẽ, qua cuncta vastabant, leunculos vero illorum filios.Ezec.19. Et tu assume planctum super principes Israel, & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos? & eduxit vnum de leunculis,leo factus est, & didicit capere prędam,hominemque comedere, &c. Ideo Niniuen intelligit cum dicit: Cubile,& pascua leonum, quod regia esset Assyriorum.

62 *Ad quam iuit leo vt ingrederetur illuc catulus leonis.* Leonem regem Assyriorum intelligo,cum Theodoro,Theophylacto,Lyrano,& alijs,non Nabuchodonosor. Commemorat enim huius leonis rapinas, pro quibus eum quoque diripiendum esse prędicit: quod manifestum est de Assyrio regẽ dici aduersus quem nunc prophetia est, non de Babylonio. Deinde quoniam leonem iam vocauerat regem Assyriorũ, ideo autem in alterius leonis cubile transire nõ solet deprædandi causa: Si autem nunc leonem vocet Nabuchodonosor, dicit eũ ingressum esse in cubile alterius leonis, vt deprædaretur,quod allegoriæ, siue similitudini non conuenit.Est ergo sensus: Vbi est cubile illud leonum,& illa pascua in quã se recipere solebat leo ille magnus, id est, rex Assyriorum cum catulis suis, & tantæ erat fortitudinis,vt neminem timeret, neminem haberet,qui terrere, aut impedire posset?

Leo cepit sufficienter catulis suis. Hic leo cũcta rapiebat olim,& implebat cubile suum rapinis.Cepit quantum voluit filijs suis, & leænis suis,id est,vxoribus suis,& vrbẽ suã diuitijs omnium gentium cõplebat.Quod quam verum sit ostendit illud 4. Reg. 19. Vere Domine dissipauerũt reges Assyriorum gentes,& terras omnium. Ita hæc omnia intellexit Chaldæus; Vbi sunt habitacula regum, & sedes habitabiles principum, &c.Et postea:Reges afferunt rapinam vxoribus suis,& prædas filijs suis,cõplentq; thesauros suos rapina,&palatia sua expilatiõe.

69 Ecce ego ad te.

Ecce ego ad te. Phrasis vsitatissima in prophetis cum Deus magnum, & certum, ac cito venturum supplicium comminatur, subaudiendumque est:Conuertar, aut veniam,vt puniam, aut quippiam simile Ezec. 26.Ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas,&.c.28.Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui. cap.29.Ecce ego ad te Pharao rex AEgypti, draco magne,&c.

Et succendam vsque ad fumum quadrigas tuas. Vsq; ad fumum,id est,donec omnino absumantur,& penitus vertantur in fumum. In quadrigis autem etiam reliquum belli apparatum intelligit.

Leunculos tuos. Filios tuos gladio Chaldæorum occidam. *Et exterminabo de terra prædam tuam.* Diuitias tuas ex multis,magnisque prædis collectas.

Et non audietur vltra vox nuntiorum tuorum. Quales ad obsidendum Ierusalem misit Senacherib.4.Regum.18. Non mittes iam nuntios,qui tributa exigant,aut tuo dominatui vrbes subijciant, deleberis enim,& tua potentia magna finietur.

ALLEGORIA.

Et Niniue quasi piscina aquarum,aquæ eius. 70

Universidad de Deusto
Biblioteca

Terrebuntur tot signis, & prodigijs habitatores huius mundi,& fugient huc,atque illuc, nec poterunt præ metu in certo loco consistere. Adnotat autem Hieronymus, aquas Niniues non esse dictas aquas maris, aut fluminum, fontium, puteorum,sed piscinæ,in quam recipiũtur aquæ,quæ de cœlo ceciderint, & antiquã altitudinem amittentes in ima lapsæ sint. Hi sunt, qui ex altitudine gratiæ deciderunt in ima peccata, id est,in auaritiã, in carnis, ventrisque concupiscẽtias, siue ex altitudine dignitatis humanæ conditionis, in vitam belluarum lapsi sunt. *Diripite argentum,diripite aurum, &c.* Quantumuis laborẽt auari, & cupidi in reponendis diuitijs,& diligenter conseruandis, vniuersas diripiet exercitus Dei adueniens,& quæ superfuerint ignis, qui præcedet faciem iudicis,absumet: Quam meritò autem dicat: *Et cor tabescens, & dissolutio geniculorum, &c.* illud indicat Lucæ. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris,& fluctuum, arescẽtibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi.Cum autem ait:*Vbi est habitaculum leonum, &c.* mundus, & eius principes irridentur, qui pauperes sanctos opprimebant, & vexabant, omnia satis ex dictis intelliguntur.

Luc.21.

TROPOLOGIA.

71 Aquæ Niniues, id est,animæ mundanæ, & peccatricis, quid sunt nisi consilia, & sapientia, & cogitationes eius, sicut est apud Salomonem:Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri? Et meritò aquæ piscinæ, quia cum olim de Deo essent, & de regno cœlesti, postea in diuitias, & voluptates, & alia huiusmodi infima lapsa sunt. Quoniam ergo ingruente morte turbatur anima,neque scit quo se vertat, sed effugere videntur omnia consilia, patiturque id quod scriptum est: Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapiẽtia eorum deuorata est,ait: *Ipsi vero fugerunt:State,state, & non est qui reuertatur.* Idem patitur cum in eam irruunt vehementiores tentationes, & consilia, quæ olim de virtute sequenda ceperat, diffugiunt,& euanescunt,nec potest fugiẽtia reuocare.In morte omnia bona sæculi, quæ amauerat, & multo labore quæsierat, amittit,& tabescit, ac tota tremit terrore futuri iudicij. Ideò ait *Diripite argentum, &c.* Aduersariæ etiam potestates

Prou.20.

Psal.106.

in animam sibi indulgẽtem plenius irrumpentes omnia opera virtutum diripiunt, quibus illa ditari solebat, de quo in Haggæo scriptum est: Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituũ. * Atque ita dissipata, & dilacerata ducitur à dæmone,quo vult,cor eius tabescit, & genua dissoluuntur,& lumbi ad pugnandum cum hostibus ad opera sancta aggredienda,& tota languescit,ac soluitur. *Et facies eius sicut nigredo ollæ*, quia semper trepidat,& bona sæculi, quæ vehementer amat, vehementer quoque,ne amittat,timet; & ad minima etiã pauet. Alio præterea vehementiori metu cruciatur, quem multorũ peccatorum conscientia incutit, cum sibi ipsi dicit: Imus, imus præcipites, & proximam se esse sentit incendijs gehennæ. Sed est & alia causa, cur faciem habere dicatur sicut nigredinẽ ollæ. Olla igni admota natiuum colorem perdit,& tota nigrescit; at aurum vel argentum igne exercitũ purius nitet, & gratius oculis est:ita peccatores tentationibus atri redduntur, & fœdi, iusti verò multò puriores, pulchriores que euadunt. Cum in hęc mala deuenerit, rectè de illa dicetur. *Vbi est habitaculum leonum? &c.* id est, Vbi est anima illa, quæ olim habitaculum erat fortissimarum virtutum, fidei, spei,charitatis,& contemptus sæculi,& abnegationis sui ipsius? Eadem erat pascua catulorum leonum, id est, magnorum operum, & fortium, pœnitentiæ,victoriæ, castitatis, frugalitatis. * Ad eam veniebat leo de tribu Iuda, & cum Patre, & Spiritu sancto mansionem apud eam faciebat. Idem catulus leonis dicitur, quatenus semetipsum exinaniuit, & paruum fecit, assumens formam serui. Vel potius Pater leo dicitur propter regiam potestatem, & fortitudinem,& Christus catulus leonis, cui dictum est: Catulus leonis Iuda. Ad prædã fili mi ascendisti Cum Deus in hac anima mansionem faciebat, magnam in eam prædam recondebat catulis suis, id est, multitudinẽ magnam mirabilium operũ, vnde filij Dei alebantur exemplo, & confirmabantur, & leænæ, id est, Ecclesiæ instruebantur,& roborabantur. At iam mutatæ,& ad sęculi vanitatem conuersæ comminatur: *Succendã vsque ad fumũ quadrigas tuas.* Id est,ea,quibus in prælium ferri, & aduersarios terrefacere solebas,perite pariar, penitusque consumi, vt solũ ex illis fumus supersit. Huiusmodi

Hag.2.

72

73

Gen.49.

sunt ingenium acutum, eruditio, cognitio rerum spiritualium, eloquentia, splendor boni nominis, quæ amissa virtute pereunt, quia Deo non fructificant, & igne concupiscentiæ comburũtur, nec supereſt ex eis nisi fumus, id est, indicium quoddam bonorum operum, quibus ante lucebat, aut certè tenuis inanis gloriæ vapor, & fumus, qui non illuminat, vt ignis, sed denigrat.

74 * Quidquid enim est in peccatore eruditionis,& ingenij,& cęterorum naturæ, aut artis atque industriæ ornamentorum,inutile est, dum Deo nõ seruit, sicut ait Salomon: Homo apostata,vir inutilis. Apostatam autem vocat inobedientem,& recedentem à Deo. Quod autẽ nullius vtilitatis est, aut officium non facit suum,mortuũ dicimus, vt manum mortuam, quæ non mouetur. Peribũt etiam catuli tui,id est, filij tui, opera, videlicèt, bona, & omnia,quæ congregaueras in animam tuam. Sed maximę calamitatis est quod sequitur. *Et non audietur vltra vox nuntiorum tuorum.* Quid enim sunt nuntij, nisi sanctarum gemitus orationũ, quos ad Deum mittimus,vt pacem habeamus, & inuenĩamus quidquid nobis deest bonũ? Quando Sancti Iob res peribant,semper vnus euadebat,qui nuntiaret,vt,videlicèt, maturè cæteris prouideret, quæ supererant Hoc fit cum virtutibus paulatim pereuntibus,& nobis in bono opere repescẽtibus, saltem relinquitur oratio, quam vt nuntium ad Deum mittamus, & eum misericordiæ nostræ certiorem faciamus,vt reddat quæ mortua fuerant, & confirmet cetera, quæ erant moritura * At cum ab orando auertimur,& vox nuntiorum nostrorum nõ auditur, nihil nisi certum interitum expectare debemus. Quod antiquus hostis minimè ignorãs,quos repescere videt,ante omnia dat operam, vt vel tædio,& labore, vel occupationibus,vel desperatione quadam,vel specie humilitatis, ab oratione remoueat. Videt enim brenem,& valdè reparabilem corũ esse ruinam, qui orandi consuetudinem retinent; eos verò qui ab oratione desistunt, perinde facere, atque eos, qui in medijs fluctib⁹ funẽ sibi è naui proiectum abijciunt,& pugnare cum sęuiente tempestate malunt,quam funem apprehendere,quo in nauim pertrahantur. Ar de iusto nunquam orationis obliuiscente scriptum est: Clamauit ad me, & ego exaudiã eum. Cum ipso sum in tribulatione, eripiã eum,& glorificabo eum.Et iterum: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Et de ijs,qui rabie ventorum, & magna tempestate iactabantur: Et clamauerũt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram,& siluerunt fluctus eius.Et lætati sunt, quia siluerũt,& deduxit eos in portum voluntatis eorum. Vnde præclare Zacharias: Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ, & precum.

Psal.29.

Psal.106.

Zachar.12.

CAP. III.

VAE ciuitas sanguinũ,vniuersa mendacij dilaceratione plena:non recedet à te rapina. Vox flagelli,et vox impetus rotæ,& equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis,& micantis gladij, et fulgurantis hastæ, et multitudinis interfectæ,& grauis ruinæ:nec est finis cadauerum,& corruent in corporibus suis. Propter multitudinem fornicationũ meretricis speciosæ, et gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis: Ecce ego ad te dicit Dominus exercituũ: & reuelabo pudenda tua in facie tua,& ostendam in gentibus nuditatem tuam,et regnis ignominiam tuam.Et proijciam super te abominationes, et cõtumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum. Et erit: omnis qui viderit te,resiliet à te,& dicet: Vastata est Niniue: quis cõmouebit super te caput?Vnde quæram cõsolatorem tibi? Nunquid

Nah.1.

Ezc.14. Abac.2.

Esa.47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare, aquæ, muri eius. AEthiopia fortitudo eius, et AEgyptus, & non est finis: Africa et Libyes fuerunt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigrationem deducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: et tu quæres auxiliũ ab inimico. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertione pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutũ, & calca, subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus. Congregare vt bruchus, multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sint cœli: bruchus expansus est, & auolauit. Custodes tui quasi locustæ & paruuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est & auolauerunt, & non est cognitus locus earũ vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex Assur, sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manũ super te: quia super quem non transijt malitia tua semper?

HISTORIA.

Væ ciuitas sanguinum. Deflet Prophera peccata Niniues, & imminentem vastitatem, vti cœperat, varicinatur amplissimis verbis, vt territa recedat à peccatis, & euadat vltionem. Sanguinem autem non solũ pro homicidio, sed pro omni etiam peccatorũ genere accipit, vt adnotauimus Hos. 4. nu. 3. Ergo ciuitas sanguinum est ciuitas valdè sanguinolenta, hoc est, sceleratissima.

Vniuersa mendacij. Tota mendacia dedita, vel tota plena mendacij, Lxx. vniuersa mendax. In qua (vt ait Hieronymus) nulla veritas, sed omne mendacium.

Dilaceratione plena. Videlicet prædarum, vt ait Hieronymus, quæ ex omnibus vrbibus prædas deportasti, & dilacerasti. Lxx. Iniquitate plena. Aquila: Excoriatione plena. Symmachus, ἁπογυμίας πλήρης. id est plena sectione, vel crudelitate. Et in altera editione, μελοποιίας πλήρης. id est, plena sectionibus carniũ, & frustis per membra cõcisis.

Non recedet à te rapina. Auara es, & crudelis, nunquam desistes deprædari. Ideò Symmachus vertit: Vbi indesinens præda est. Chaldæus: vniuersa mendacijs plena est, non desinet occisio. Itaque quamuis poterat & ita intelligi: Semper te hostes deprædabuntur, donec omninò cuertant: tamen propter hos interpretes prior sensus videtur præferendus.

Vox flagelli, & vox impetus rotæ. * Mira elegantia, & proprietate, ac maiestate verborum describit bellicum Chaldæorum apparatum, & impetum irruentium, capiẽtiumque vrbem. Hieronymus: Tã pulchra autem iuxta Hebraicum, & picturæ similis ad prælium se præparantis exercitus descriptio est, vt omnis meus sermo sit villor, &c. Huiusmodi oratio à Cicerone in Partionibus oratorijs illustris dicitur, qua nõ res dici videtur, sed coram geri. Hæc autem locutione, & similib⁹ significatur id, quod dicitur, nõ solum aduentare, sed iamque etiam adesse, vt Mich. 7. Dies speculationis tuæ: Et postea: Dies vt ædificentur maceries tuæ. Perinde est ergo, ac si diceret. Video mihi iam audire vocem, siue sonitum flagelli, quo auriga equos ad cursum incitat, & sonitum rotarum currentiũ, magno impetu currentiũ, & equorũ frementiũ incursu, & quadrigæ furentis, id est, vehementer salientis, (id enim significat מְרַקָּדָה hoc est vehementer concitatæ) & equitum ascendentium. Videor etiam audire sonum gladij micantis, id est, exacuti, & optimè præparati iam Assyrios cædentis, & hastæ longè lucentis, & splendorem quasi fulgura emittentis, & gemitus innumeræ multitudinis cadentis, & gratis ruinæ, id est, multiplicis ruinæ, dum in omni loco multi moriuntur. Pro Grauis est כָּבֵד ac si dicer et: Multæ ruinæ, multæ occisionis, nã כָּבַד significat grauare, & multiplicare. Chaldæus: Et multitudo cadauerum; quod magis explicat, cum addit: *Nec est finis cadauerũ.*

Et concurrent in corporibus suis. Assyrij dũ se defendere parant, corruent in cadaueribus interfectorum suorum, prę magna copia cadauerum.

¶ *Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ.* Vniuersa hæc mala venient propter multiplicem idololatriã Niniues, quæ speciosa, & pulchra erat iuxta nomen suũ, & totius orbis (vt Hieronymus ait) quem sibi subiecerat, colebat idola. Gratam autẽ dicit pulchrã, & amabilẽ oculis hominum.

Et habentis maleficia. Id est; Magicis artibus, & maleficijs deditæ. Hæc enim plurimum erant in vsu apud ethnicos.

Quæ vendidit gentes in fornicationibus suis. Vendere, siue venundare significat libertatem alicui adimere, atque alteri in possessionem tradere, id enim quod venditur, penitus transit in potestatem ementis. Deut. 32. Nonne ideò quia Deus suus vendidit eos, & Dominus concluſit illos. Iudith. 7. Propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. Psal. 43. Vẽdidisti populum tuũ sine pretio. Inde dicitur sæpè aliquis venũdatus, vt faciat malum, cum traditus est in reprobum sensum, vt à peccatis possit desistere. 1. Reg. 21. Eo quod venundatus sis, vt faceres malum in conspectu Domini; Et postea: Igitur non fuit talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini. 1. Machab. 1. Et iuncti sunt nationibus, & venundari sunt, vt facerent malum. Docet ergo Niniuen non tibi soli nocuisse, sed suis etiam ciuitatibus, & multis gentibus, quas maleficia sua, & idololatriam suam docuit, quorum peccatorũ causa etiam illæ in potestatẽ Chaldæorum redactæ, & captæ sunt.

Ecce ego ad te. De hoc diximus. c. 2. nu. 69.

Et reuelabo pudenda tua in facie tua. Perstat in metaphora mulieris meretricis, cuius grauissima ignominia est nudari corã omnibus, & irrideri, etiam ab illis ipsis, cũ quibus fornicata est. Nec hæc nudario tantum irrisionis causa esse solet, sed etiam odij, & detestationis, tam propter turpitudinem ipsam, quam natura refugit, quàm quòd interdum corporis etiam vitia patent, quæ prius latebant, Ezec. 16. Ecce, ego congregabo omnes amatores tuos, &c. Et nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. Ceterũ nuditatem & ignominiam pro eodem accepit, quoniam ignominiosum est mulieri si nuda videatur. Est ergo sensus: Ostẽdam omnibus, quę sis, vt te omnes detestentur. In Hebræo est: Reuelabo fimbriam, siue inferiorem partem vestimenti tui, super faciem tuam, id est, efficiam vt nuditas tua tota pateat alte sublatis vestibus: Quare possumus accipere: In facie tua, pro in faciem tuam, id est super faciem tuam.

Et proijciam super te abominationes. Faciã, vt te omnes execrentur. Eodẽ pertinet quod sequitur: Et contumelijs te afficiam. Efficiã vt omnes te contumelijs, & conuicijs prosequantur, cum te despectam, & conculcatam viderint. Chaldæus: Et proijciam in te abominationes, teq; reddam execrandam.

Et ponam te in exemplũ. Vindictæ, scilicet, & maledictionis, ita vt quoties de magno aliquo supplicio, aut de insigni calamitate narrabitur, statim in exemplum adducaris: & quoties quis malum alteri imprecari volet, dicat: Faciat tibi Dominus sicut fecit Niniue. Numo. 5. Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo tuo. Iere. 48. Eritq; Moab in derisum, & in exemplũ omnib⁹ in circuitu suo.

Resiliet à te. Quasi obstupefactus tam insigni calamitate, ac refugiens, ne quomodo eius particeps sit, & ita non audebit progredi.

Quis commouebit super te caput? Commouere caput interdum irridentis est, vt Psal. 43. Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis. Matth. 27. Prętereuntes autem blasphemabant eũ mouentes capita sua, & dicentes: Vah, qui destruis templum Dei. Interdum est admi-

Mouete ca put.

rantis

Universidad de Deusto
Biblioteca

rantis illam calamitatem, & condolentis, Ierem.18. Omnis, qui transierit per eam obstupescet, & mouebit caput suum Iob. 16. Consolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos. Et cap. vlt. Et mouerunt super eum caput, & consolati sunt eum. Tale est illud apud Homerum:

Iliad.17. Κινήσας ϛα κάρη προτὶ ὃν μυθήσατο θυμόν, id est.
Moto capite in suo locutus est animo.

Atque ita nunc accipitur. Vnde Symmachus vertit; Quis lugebit cum ea? Lxx. Quis gemet eam? Chaldæus: Quis condolebit tibi? Hieronymus: In Hebræo non habetur Caput, sed nos apposuimus, vt sensus manifestior fieret. In Hebræo est: Quis mouebit ei? scilicet, caput. Ostendit autem Niniuen omnibus fuisse inuisam, & ideo neminem futurum, qui de illius ruina doleat, vt in vltimis verbis manifestius fit: Propterea nunc ait. *Vnde quæram consolatorem tibi?* Ac si dicat: Non inuenietur.

6 *Num quid melior es Alexandria populorum,* id est, Num fortior es tu, aut præstantior Alexandria vrbe magna, & populosa? Cur ergo non capiaris à Nabuchodonosor, sicut & illa capta est? Pro Alexandria populorum est נא אמון. Erat autem No vrbs magna, & metropolis AEgypti, quæ euersa est à Nabuchodonosor, sed anno ab hac euersione, ducẽtesimo decimo quarto, ab Alexandro magno reædificata nomen ab eo accepit, & Alexandria dicta est. Hieronymus; Vt solent ceteri scriptores, nomine suorum temporum vsus est, & Alexandria dicere maluit, quam No. Amõ autem non idolum, vt quidam putant, sed populos, & multitudinem significat, &c. Ieremias 46. cap. Vaticinatur hanc euersionem. Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super AEgyptum, &c. Et dabo eos in manum quærentium animam eorum, & in manũ Nabuchodonosor regis Babylonis. Pro super tumultum Alexandriæ, id est, super magnam, confusamque multitudinem Alexandriæ, est in Heb. אל אמון מנא, id est, ad turbas, aut multitudinem populi de Alexandria. Eodem modo legitur Ezec. 30. Vbi habemus: Et interficiam multitudinẽ Alexandriæ, vbi Lxx. similiter verterunt: Multitudinem. Et Chaldæus hic: An melior es quam Alexandria magna?

7 *Quæ habitat in fluminibus.* Describit situm Alexandriæ, vt ostendat illam natura fuisse munitissimam, vt merito posset hac ratione cum Niniue comparari, non quod maior fuerit, quam Niniue, cum Diodorus Siculus lib. 3. rerum antiquarum cap. 1. hæc scribat de Niniue. Verum cum superiores omnes gloria, & rebus gestis superasset (Ninus) vrbẽ quoq; ingentẽ cõdere statuit, cui par magnitudine, neq; fuisset antea, nec esset futura. Et mox Et sane spes sua nequaquã frustratus est, nulla enim postmodum vrbs tanto ambitu, tantaque mœnium magnificentia constructa est. Quare errant qui vrbem No maiorem Niniue fuisse credunt. Certe cum reædificata est ab Alexandro, multo minor Niniue fuit. Alexandria Nãque Ioseph. lib. 2. de bello Iud. cap. 16. longitudinem Alexandriæ triginta stadiorum esse affirmat, latitudinem vero non minus quam decem. Q. Curtius libro. 4 ambitum murorũ habuisse stadia octoginta scribit. Alexandria Nos ex magnitudine animi Alexãdri existimare possumus nõ minorẽ eã fecisse, quã antea fuerat. At ambitus murorũ Niniue quadringenta octoginta stadia habuit, autore ibidem Diodoro, & vrbs ipsa (vt vidimus in libro Ionæ prophetæ) vrbs magna erat itinere trium dierum.* Sed quamuis minor esset Alexandria quam Niniue, erat tamen natura multo munitior, & propterea dixit: Num quid melior es Alexandria populorum, id est, fortior, & munitior? Munitionem autem declarat his verbis: Quæ habitat in fluminibus, & sequẽtibus. Hieronymus, Describitur Situs Alexãdriæ, quod super Nilum, & super mare posita hinc inde aquis, & fluminibus ambiatur. Aquæ muri eius, hinc enim riuulo Nili, inde lacu Mareotico, ex alia parte mari cingitur Ioseph. lib 2. de bello. c 16. Munitur autem vndique aut incommeabili solitudine aut importuoso mari, aut fluminibus, aut cœnosis paludibus.

Cuius diuitiæ mare. Cui mare præstat maximas diuitias propter merces omnis generis, quæ importantur.

AEthiopia fortitudo eius, & AEgyptus, & non est finis, id est, Præter munitionem loci. Habet ex omni parte fidas auxilia. AEthiopia ei fauet, & auxiliatur, vt enim ait Mela lib. 1. cap. 9. AEgyptus AEthiopiam dorso contingit. Sunt autem regiones, quas ego memorat Propheta, proximæ Alexandriæ. Nam vt ibidem scribit Mela, ipsa est in litore contermina Africæ, ita vt quasi in

eius præsidio posita à natura videãtur. Hieronymus: Quod autẽ AEthiopia, & AEgyptus, & Africa, & Libyes in præsidio eius sint, ipse situs prouinciarum, & vrbis ostendit. Ducuntur præterea gentes, quas dixit, iure consanguinitatis ad opitulandum Alexandriæ; nam Chus, à quo oriundi sunt AEthiopes, & Mesraim, à quo AEgyptij, & Phut, à quo Afri (quibus nominibus etiam in appellatione istarum gentium, Prophetæ vsus est) fratres fuerunt, filij Cham, Gen. 10. Cum autem dicit: AEgyptus, & non est finis, idẽ est, ac si diceret: AEgyptus, & aliæ præterea prouinciæ. Propterea subijcit; Africa, & Libyes, &c. Est autem tanta multitudo hominum, & vrbium AEgyptijs, vt scribat loco citato Pomponius Mela: Viginti millia vrbium Amasi regnante habitarunt, & nunc multas habent.

Africa, & Libyes in auxilio tuo. ó Alexandria, & si tibi Africa auxilietur, tamen potissimum tibi amica est illa eius pars, quæ propriè dicitur Libya, quæ est ad Septentrionalem Africæ partem, iuxta mare Libycum. Cur autẽ Libyes maximè AEgyptijs faueant, causa est cognatio eorum cum AEgyptijs. Vnde & Libyes AEgypti dicuntur, vt videmus apud Melam, libro. 1. cap. 4. Iacit quod ait: Africa, & Libyes (id est, Afri reliqui, sed Libyes maximẽ.) Simile est illi Mat. vltimo: Dicite discipulis eius & Petro,

Sed & ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatem. Ipsa quamuis fortis capta est, & coacta transmigrare in captiuitatẽ, vt erat ab Ieremia prædictum, cap. 43. &. 46. & ab Ezec. cap. 30 idque accidit vigesimo tertio anno regni Nabuchodonosor, quintoque post excidium Ierusalẽ, vt docet Iosephus, lo. Antiqui. cap. 11. Prædixit ergo excidium Alexandriæ, vt cum illud viderint Assyrij, intelligant verum etiam futurum, quod de Niniue prædictum est. Quamuis ergo tunc habitabat vrbs No, quæ postea Alexandria dicta est, adducit eius euersionem in exemplum Ninives, quoniam Paulò ante erat euertenda, quam Niniue, & quoniam Prophetæ, qui certa cognitione futura cõprehendunt, perinde sumunt exempla à futuris, atque à præteritis, vt Isa. 7. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signũ: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Exhod. 3. Et hoc habebis signum quod miserim te: cũ eduxeris populum meum de AEgypto, immolabis mihi in monte isto.

Paruuli eius elisi sunt. Paruulos, vt citiꝰ interficerent furẽtes victores ad saxa, siue ad muros allidebant. vt Psalm. 136. Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos tuos ad petrã. Allidebant autem in capite viarum, id est, in compitis, ad prominentes angulos parietum, vel iuxta Theophylactum in compitis allident ad maiorem terrorem pertranseuntium, cum videant, neque innoxiæ ætati parci, quæ dignissima erat, vt sibi parceretur.

Et super inclytos eius miserunt sortem. Victores sorte diuidebant inter se captiuos, atq; ij erant nobilissimi, & præstantissimi Alexandrinorum. 11

Confixi sunt in compedibus. id est, valide vincti, ac si confixi essent. Lxx. Et optimates eius alligabuntur compedibus.

Et tu ergo inebriaberis. Hæc est conclusio argumenti. Si capta est Alexandria, cũ quidem esset munitissima, & tu capieris. Sed vt ostendat non casu esse capiendam, sed Deo vltionẽ ex ea propter peccata sumente, dixit: Et tu ergo inebriaberis? id est, Bibes copiosissimè ex calice iræ Dei, quod satis explicauimus, Mich. 2. numero. 41. & sequentibus.

Et quæres tu auxilium ab inimico. Necessitate cogeris eos etiam suppliciter precari, quos oderas, atque contemnebas. Tu, autẽ emphasin habet, Tu, olim tam potens, tam superba, &c.

ALLEGORIA.

Væ ciuitas sanguinum. Iure mundus lugetur, & ciuitas sanguinum vocatur, qui plenus est sanguine martyrum, & iustorum, plenus libidinibus, plenus peccatis omnibus. Totus mendax est, siue plenus mendacio, quoniam diligit vanitatem, & quærit mendacium: docet plurima, quæ planè veritati Dei repugnant, sequendas esse voluptates, amandas diuitias, nihil non faciendũ esse causa honoris, & gloriæ, turpe esse ferre iniurias, & id genus deliramenta multa. Plenus est crudelitate, & laceratione prædarum. Sicut quidam ex eius ciuibus dixit. 12

Viuitur ex rapto, non hospes ab hospite tutus. Ouidius. 1. Metamor.
Non socer à genero, fratrum quoq; gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Lurida, terribiles miscent aconita nouercæ.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas.

Quæ etsi nunc quoque videntur, maximè

Matth.24. tamen in fine mundi apparebunt, cum abundabit iniquitas, & refrigescet caritas multorum. Quod autem ait: *Vox flagelli*, & quæ sequuntur (Si sensus historici meminerimus, à quo si aberrat spiritualis, sensus nō est) nihil aliud significat, quam exercitum Dei aduentare, qui mundum perdat, cum armabit se orbis terrarum cum illo contra insensatos, quod iam exposuimus, capit. 2. num. 55. vsque ad 59.

13 Habet meretrix hæc plurima maleficia, quæ iā exposuim⁹, Mich. 5. nu. 87. Cetera ex dictis intelliguntur, sed illud est valdè difficile, *Numquid melior es Alexandria populorū?* Non enim apparet quæ nam sit allegorico sensu hæc Alexandria. Hieronymus Ecclesiam esse interpretatur. At in Niniue non solùm infideles, sed fideles etiam intelliguntur, qui mali sunt, & iustos persequuntur, quare Alexandria populorū collectionem iustorū significat, id est, omnes illos, qui propè mundi finem iusti inuenientur, etiam si plurimi ex ijs non sint in iustitia permansuri. Cur autem horum typum gerat Alexandria, sequentia verba indicāt: *Quæ habitat in fluminibus, &c.* Iusti enim habitant in fluminibus iuxta illud: Et erit tāquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suū dabit in tempore suo. In his aquis rectè intelligimus fluenta gratiarum, & donorū Spiritus sancti, & doctrinarum, quibus animæ iustorum irrigantur, vt semper vireant, & germinent, & ab aduersariorum incursionibus defendātur. Propterea dicitur: *Aquæ in circuitu eius, & Aquæ muri eius.* Mare autē, quod est diuitiæ eius, sacra Scriptura est profundissima sensibus, per quam maxima bona iustis importantur, & hostium insidiæ arcētur. * *AEthiopia fortitudo eius*, quia collectio iustorum intrantibus gentilibus aucta est, & confirmata, qui in AEthiopia, & in AEgypto, & in Africa, & Libya indicātur, & in similibus nationibus, ex quibus constat Ecclesiæ plenitudo. De AEthiopia Psal. 67. AEthiopia præueniet manus eius Deo. De alijs nationibus, Psal 86. Memor ero Raab, & Babylonis scientium me. Ecce alienigenę, & Tyrus, & populus AEthiopum, hi fuerunt illic. Et Isa. vltimo: Et mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam, & Lydiam tenentes sagittam, in Italiam, & Græciā, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino. Omnes, quas diximus, nationes venientes in Ecclesiam adiuuerunt nobiliorem eius partem, id est, collectionē iustorum. Sed quomodo interpretabimur quod sequitur. *Sed & ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatem?* Planè hoc pertinet ad tempora proxima fini sęculi. Sicut enim prius Alexandria capta est, & eodem, aut proximo anno capta est Niniue, vt cap. 2. diximus: ita hæc captiuitas, de qua modo loquimur, parum admodum præcesit captiuitatem Niniues spiritualis, id est, mundi. 15
* Loquitur igitur de tempore tyrannidis Antichristi, quo collectio iustorum capietur ex magna parte, & diripietur ab Antichristo, & eius ministris: non quod penitus perituri sint iusti, sed quod magna, vt dixi, ex parte perituri, ita, vt omnes ferè perijsse videantur. De hoc Daniel: Et ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & prævalebat eis: Et postea: Et sermones contra excelsum loquetur, & Sanctos Altissimi conteret, & putabit quod possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et iterum: Et magnificatus est vsque ad fortitudinem cœli, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcauit eas, id est, eos etiam vicit, & de altitudine vitæ spiritualis deiecit, & conculcauit, qui veluti stellæ fulgebāt in Ecclesia. Sed apertius Dominus: Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicē tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos, & quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et paulò post: Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro, Sed propter electos breuiabuntur dies illi. * Paruuli sunt, qui parui in virtute profecerant, qui in capite omnium viarum, vbi videri possint à multis, allidentur ad parietes, id est, minimo negotio terrebuntur, & à via Dei auertentur. *Super thyros eius mittet sortem;* quoniam viri illi, qui stellarū nomine significati sunt in Daniele, vincentur, & sorte diuina cura à victoribus

Alexādria cuius typ⁹ sit.

Psal. 1.

Scriptura sacra diuitiæ iustorum.

14

Hi partes huius ducis Antichristi iuuabūt, illi illius. Vel etiam iste cedet in sortem superbiæ, à qua victus est, ille ambitionis auaritiæ libidinis, & ceterorū vitiorum. *Et omnes optimates eius confixi sunt in compedibus.* Cū omnes audimus, magnam eorum multitudinem intelligamus iuxta consuetudinem Scripturæ: qui vincti bonis, quæ possidebant, & quasi confixi tenebuntur, dū amittere nolunt voluptates, aut diuitias, aut honores, aut cetera huiusmodi, quæ magno labore conquisierant, aut ardentius amabant. Cum ergo collectio iustorū tot passura sit, multo melius Niniue dicetur. *Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta.* Sicut ait Ieremias: Ecce, in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocētes, & immunes eritis? Non eritis immunes, gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. Et Petrus: Tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? *Et quæres tu auxilium ab inimico*, quia tunc ad iustos confugient, vt pro se orent, & magis appropinquante iudicio virgines fatuæ ibunt ad prudentes, & dicent: Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur.

TROPOLOGIA.

Anima, quæ peccatis addit peccata, & in qua iuxta Hoseam Sanguis sanguinem tetigit, meritò deflet ur. *Væ ciuitas sanguinum*, de quibus liberari Dauid petebat: Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meę. Tota mendacij est, quoniam locum in se nullum relinquit Deo, qui veritas est. Sed fallacibus opinionibus imbuta, & Diaboli præstigijs delusa corpus purat esse, quod vmbra est. Dilaceratione, & crudelitate plena est, fratrum enim suorum famam, & existimationem dilacerat, diuitias per fas, & per nefas congregat, & pauperum substantiam rapit. Sed, quod peius est, alios à via Dei auertit, & bona eorum opera diripient mala multa grauissima. *Vox flagelli* id est, conscientiæ intus verberantis, de quo eleganter quidam scripsit.

Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, & multo sæuior illis,
Quas aut Cæditi⁹ grauis inuenit, aut Rhadamāthus.
Nocte, die q; suum gestare in pectore testem.

* In voce rotæ, & equi frementis, & quadrigæ furentis, & equitis ascendentis, & micantis gladij, & fulgurantis hastæ vicina vltio Dei irati indicatur, qui animam sinet rotis Diaboli, & telis eius igneis vinci, & conculcari, & in maxima peccata agi. Multitudo autem interfecta quid est nisi opera peccatorum fœda, & fœtida, quæ passim sentit in se. Nec est finis cadauerum, quia non est peccandi finis. *Corruet in corporibus suis.* quia cū paulùm resipiscit peccator, & exurgit, vt pro se pugnet; dum ambulat, peccatis, quæ fecit, impeditur, & in desperationē corruit. Recordatur suarum libidinū, desperat posse sine illis viuere; recordatur diuitiarum fraude, & iniquitate comparatarum, non potest animum inducere, vt restituat, & videt sine veteris vitæ detestatione, & correctione nouam non posse inchoari. Atque ita de alijs. Omnia hæc mala patitur propter fornicationes suas hæc meretrix, quia recedere à Deo voluit, & voluptates sæculi sectari, & maleficijs dedita fuit, de quibus diximus, Mich. 5. num. 87. & alios exemplo suo ad easdem turpitudines allexit. Cui meritò comminatur: *Reuelabo pudenda tua in facie tua, &c.* * Nam data in reprobum sensum, & à Deo relicta in tantam turpissimorum flagitiorum multitudinem incidet, vt neminem latere possit, sed omnibus detestationi sit, & in exemplum ponatur, quoties de peccatis sermo erit, quibus Deo iustè permittente anima olim iusta contaminatur, & perditur, quia ei subijci noluit, qui erat pater eius, & dux virginitatis ei⁹. Oēs qui viderint tantā vastitatē resilient, & admirātes refugiēt tanquā ab inauspicato occursu, & Dei iudicia prędicabunt, dicentque: *Vastata est Niniue*, & in miserandam paupertatem deuenit anima, quę cœlestibus olim diuitijs abundabat, & quæ Dei sedes erat, nunc deserta cubile draconum effecta est. Arq; hæc inueniet quidem multos, qui moueant super se caput irridendo, sed paucissimos, qui moueant consolando, quòd ipsa stultitia, & superbia sua perierit, & sponte sua ad has immanissimas bestias accesserit, sicut ait Ecclesiasticus: Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropinquāt

18

19

Eccli. 12.

Ruasisse putes, quos diræ conscia culpæ
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

20 bestijs? *Ne autem miretur huiusmodi homo se in tantam venire vastitatem,& quasi iudicia Dei in se accusет,statim ait: *Nũ quid melior es Alexandria populorum? &c.* In Alexandria, quæ steterat donec capta est à Nabuchodosor, animã intelligimus, quæ diu sanctitatem in baptismo acceptã retinuit, sed tandem à Diabolo superata est. Hæc in fluminibus habitat, & mari alluitur, atque defenditur, quomodo exposuimus numero.13. *AEthiopia fortitudo eius:* quia nigrore,id est,peccatis aliorum,magis confirmatur in humilitate,& caritate,& misericordia, dolens de alterius ruina,& suam magis timẽs, Deumque amans, à quo seruatur, & orans pro peccatis alienis,vt deleãtur. AEgyptus eam tuetur, id est, afflictiones, & labores, id enim significat מִצְרַיִם quod est nomen AEgypti. Afflictionibus siquidem magis in virtute proficit,& maiores vires comparat ad vitia repellenda. *Et non est finis:* quia multis præterea rebus iuuatur. Sed potissimum: *Africa,& Libya fuerunt in auxilio eius.* Pomponi* Mela.lib.1. cap.4. Africæ pleraque (vt ait Pomponius) inculta sunt. Et aut arenis sterilibus obducta, aut ob sitim cœli, terrarumque deserta, aut infestantur multo,ac malefico genere animalium. 21 * Anima,quæ magnos haber in virtute progressus, mirum in modũ iuuatur ariditate, & siti cœli, ac terræ, quia tunc radices iacit humilitas, & cognoscit se ipsam, quæ sit, & discit Deo propter se ipsum inseruire,& quo minus sentit sibi dari præsentium, tanto magis confirmatur ad sperãda cœlestia. Quod si morsu maleficorũ animalium infestatur,id est, tentationibus grauioribus vrgetur, tunc magis virtutem colligit,& vehementius pugnat,& contentius clamat ad Deũ. Meritò ergo Africa, & Libya,quæ pars Africæ est,in auxilio eius esse dicuntur. Sed quoniam aliquando euenit vt talis anima occulte intra se efferatur, ac superbiat, tandemque in libidinem carnis, vt Dauid, aut in simile peccatũ incidat, & captiua ducatur à Diabolo,sequitur: *Sed & ipsa in transmigratione ducta est in captiuitatem.* Tunc paruuli eius,id est, minorum virtutũ actiones,allidũtur in capitibus viarũ,quia vbique videntibus omnibus negligut externam modestiam, paritatem verborũ, 22 humilitatis exẽpla, & id genus alia. * *Super inclytos eius mittunt sortem:* cum maiores virtutes, & fortiores, quasi sorte diuiduntur, & seruæ fiunt victorum, id est, vitiorum, à quibus superatæ sunt, atque hæc honoris causa alia gloriæ, alia vindictæ perduntur. *Omnes optimates eius confixi sunt in compedibus,* cum Theologicæ virtutes ligantur, nec officium suum faciunt, sed caritas perit, spes languescit,fides iacet,nec cœlestia cogitantur, nec plus ferè efficere hæ duæ virtutes videtur, quam si nullæ essent. Si ergo Deus ita aliquãdo superbiam electarum animarum castigat,& quidem occultiorem: *Et tu inebriaberis,* quæ aperta superbia rumebas, & palam Dei mandata contẽnebas, & eris despecta nequissimis libidinibus seruiens, *Et quæres auxilium ab inimico:* cum enim durissimam Diaboli seruitutem experta fueris, & multis doloribus cruciata ad bonos confugies, vt consilium aliquod capias, & rationem inuenias diræ, atque crudelis tyrannidis vitandæ.

HISTORIA.

Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis. Grossi dicũtur primę ficus immaturæ,quę manu, aut vento concussæ facilè cadunt. Apoc.6. Et stellę de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cũ à vento magno,mouẽtur. Ita muri, & turres, & viri fortes Niniues, & ea, quæ videbantur inexpugnabilia, facillimè expugnabuntur,& cadent.

Ecce populus tuus mulieres. Chaldæus: Ecce populus tuus imbecillis est, instar mulierũ in medio tui. Lxx: Ecce populus tuus vt mulieres, sæpè enim adnotauimus taceri apud Hebræos nonnunquam coniunctiones similitudinis.

Adapertione aperientur. Ita legendum est, vt ex Hebr.& ex Lxx.constat, vbi habetur: Aperiendo aperientur portæ tuæ,id est,valdè aperientur vi hostium irrumpente. Malè ergo quidam codices habent: Adapertionem aperientum.

Deuorabit ignis vectes tuos. Quibus portas hostibus claudebas.

Aquam propter obsidionem haure. Videlicet ne potus desit obsessę multitudini. Significat diuturnam fore obsidionem, sicut & 3. significauit illis verbis: Ascende murum eius, & præparabitur vinbracutum. Chaldęus: Aquas munitionis congrega intra te.

Exerce munitiones tuas. Reple quidem in arcibus, aut in muris corrumpi. Chaldæus: Obsirma tuas arces.

Intra in lutum & calca. Hieronymus: Lateres confice, vt interrupta muralium

structuras. Chaldæus. Multiplica cæmenta,subige lutum,fortifica ædificia tua.

Ibi comedet te ignis. Hęc quidem omnia facies, sed nihil proficies, dum enim hæc paras, igne & ferro te absument Chaldæi.

Deuorabit vt bruchus. Sicut bruchus fruges deuorat,& consumit ita ignis, & gladius Chaldæorum deuorabunt te. De bruchо,& locusta satis diximus Ioe. 1.in principio.

Congregare ergo vt bruchus. Collige numerum militum quantum maximum potes, ita vt sint innumerabiles instar bruchorum, & locustarum. nam & ita petibis. Omnia hęc per irrisionem dicit.

Plures fecisti negotiationes tuas. Innumeras congregandi pecuniam artes inuenisti, & omnia negotiationum genera exercuisti, vt ditescceres. Sed istæ diuitiæ omnes erunt vt bruchus, qui terram operit multitudine maxima, cito tamen auolat, ita vt non videatur. Ita diuitias tuas multas & magnas auferent Chaldæi. Alij non Negotiationes verterunt, sed Negotiatores, aut mercatores: sed sensus est idem. Lxx quidem verterunt: Negotiationes itaque cum dicit: Bruchus expansus est, &c. idem est,ac si diceret: Erunt sicut Bruchus, qui expansus est, & auolauit. 19

Custodes tui quasi locustæ. Innumeri sunt sicut locustæ, sed cito auolabunt, & captiui abducentur, aut territi fugient, & non apparebunt vltra, vt locustæ quæ nocte sæpibus insident, & fruticibus obstante volatui rore, & frigore, sed mane, solis calore quasi animatæ auolant,& fugiunt. Hieronymus. Natura hęc locustarum est, vt in frigore torpentes per calorem volitent. Locustas locustarum vocat paruulas locustas, siue, vt ait Hieronymus, parua genimina locustarum: Chaldęus vertit: Vermes locustarum. Pro custodes Hebraice legimus מְנוּיָרֶיךָ, id est, coronati, נֵזֶר enim coronam significat, seu diadema, intelligit autem principes, vt docent Hebræi, siue reges socios, qui in auxilium Ninuitis venerant. Significat etiam hæc vox comatos, quod fortasse eo tempore insigne principum erat apud Assyrios. Pro Paruuli, in Hebr. est טַפְסָר quã voce Hebræi tradunt significari duces, seu principes, & ita intelligunt illud Ierem. 15. Numerate contra eam tabiliter. Ita in vtroque loco verterunt noui interpretes,& interpres Chaldæi hic, nam Chaldęus ipse eãdem vocẽ posuit,quam in Heb. inuenerat. At idẽ Chaldęus Iere.51. trã stulit pro טַפְסָר ita enim ibi legitur, viros bellatores. Lxx vero βελοφόρους, id est bellicas machinas. Ex quibus licet intelligere hoc nomine indicari Sagittarios, & fundibularios, & ceteros de vulgo milites, quos Hieronymus vocat paruulos, non ætate, sed dignitate, comparatione videlicet eorum, quos custodes vocauerat. * Atque hoc profecto esse arbitror, quod obscurè dixerunt Lxx, qui pro his omnibus verterunt: Commistus tuus sicut locusta ascendens in sepe in die frigoris. Opinor cum commistus dicitur, subaudiendum esse, Populus, vt commistus populus sit, in quo maiores, & minores nullo aguntur discrimine. Sed idem his, atque illis euenit. Itaque in commisto eos intelligunt, quos Hieronymus custodes appellat,& quos appellãt paruulos. 26

Et non est cognitus locus earum, id est, Et non sunt postea inuentæ, quam phrasim adnotauimus capite.1.numero.18.

Dormitauerunt pastores tui rex Assur. Morientur, siue interficientur omnes duces, & principes tui, qui poterant aduersarijs resistere, atque ita reliquus populus tuus imbellis, & ignobilis dispergetur in montibus, & abscondetur, & non erit vllus dux, qui eos congreget, & de collectis iterum cogat exercitum. Ita Hieronymus. Ita etiam interpretantur verbum, Dormitauerunt Theodoretus, & Theophylactus, & affert Theodoretus illud Psalmi. 75. Dormitauerunt qui ascenderunt equos. Quare perinde est, Dormitauerunt, ac si diceret, Dormierunt: Dormire autem pro mori frequens est in scriptura,& nemini ignotum *. In Heb. est verbum. נוּם quod noster interpres modo dormire vertit, modo dormitare, vt Psal.75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis. & Psal.120. Neq; dormiet,qui custodit te. Et ibidẽ: Ecce nõ dormitabit. Nec putem* dormitare poni pro parũ dormire, vt vulgo accipi solet, Sed simpliciter, pro dormire vt in eodẽ Psal.120. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Si ne parum quidem dormiturus est, quid necesse fuit addere: Neque dormiet, id est, non se dabit omnino somno? Sed 27 Dormitare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reg. Dormire & dormitare simul posita.

more Hebræorum duo verba idem significantia simul ponuntur ad amplificationem, vt sit sensus: Securus esto, nullo modo dormiet. Et Psalm. 130. Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, id est, nullo modo dormiam. Ita etiam Matth. 25. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt, id est, vehementer somno correptæ sunt. Psalmo tertio. Ego dormiui, & somnum cepi, Prouerbiorum sexto: Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus, vt dormias.

28 *Non est obscura contritio tua.* Nota erit omnibus tua calamitas, & confractio, tuumq; vulnus. Quod magis explicat, cum addit: Pessima est plaga tua, id est, difficillimæ curationis, non potest curari.

Auditio. *Omnes qui audierũt auditionem tuam.* Id est, Omnes, qui audierint quod de te narratur, hoc est, de excidio tuo. Chaldæus: Quotquot audierint rumorem tui. Lxx. Omnes audientes nuntiũ tuum. Hieronymus: Omnes, qui Niniuẽ subrutam, & Assyrium regem superatũ audierint. Accipit enim auditionem pro re audita, id est, pro fama, siue rumore, Hab. 3. Domine audiui auditionem tuam, id est, verbum tuum, quod locutus es. Matth. 24. Audituri enim estis prœlia, & opiniones prœliorum καὶ ἀκοὰς πολέμων, & auditiones prœliorum.

Compresserunt manum super te. Hieronymus: Vel obstupebunt propter rei magnitudinem, & insperatum nuntium, & compriment manus suas, vel certè pro magnitudine gaudij insultantes tibi, applaudent manibus, & quodam gaudij strepitu concrepabunt, &c. *Hæc posterior expositio sine dubio recipienda est, iuxta omnes expositores, id est, omnes de ruina, & vastitate tua gaudebunt, & præ gaudio manibus plaudent. Lxx. Plaudent manus super te. Chaldæus: Complosserunt manibus suis super te lætantes. In Heb. est, תִּקְעוּ כָף, hoc est: Percutite manum, figite, siue comprimite manum, eademque locutio est Psal. 46. vbi habemus: Omnes gentes plaudite manibus. Itaque compresserunt manum, significare potest: Fortiter plauserunt. Et quidem verba Hebraica non est dubium ita optimè verti: Plauserunt manibus. Sed quoniam comprimere manum non videtur admodum propriè significare plausum manuum: optime dicemus his verbis significari magnum gaudium, quo affici solent, qui simul nuntium gratissimum audiunt, & præ lætitia dexteras iungunt, & comprimunt.

29

Quia super quem non transiit malitia tua semper? Hoc exponit, quod nunc dicebamus. Omnibus gratissimus erit nuntius excidij tui: quis enim est, quem non afflixeris? quã prouinciã, quam ciuitate, non vexasti bello, & tributis, & sæuissima tyrannide?

ALLEGORIA.

Ex Historica explanatione facilè possunt hæc ad extremam mundi vastitatem referri, tunc enim omnes munitiones cadent, quoniam surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum. Et terræ motus magni erunt per loca; & his terræ motibus, & alijs, qui postea erunt, vt est in capite sexto Apocalypsis firmissima quæque corruent. *Ecce populus tuus mulieres.* Erunt enim signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris, & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore, & expectatione quæ superuenient vniuerso orbi. Et ideò trepidabunt omnes, & amissa fortitudine consternati lugebunt, vt mulieres. *Adapertione aperientur portæ*, quia omnes munitiones euertet vis terræ motuum, & ignis, qui faciem iudicis præcedet, omnia consumet. Quæ sequuntur cum irrisione legenda sunt, quòd quantumuis studeant vrbes, & domos munire, & omnia præparare, quæ ad tuendum se, opesque suas vtilia videbuntur, nil agent, sed omnia vastabuntur. Quod autem ait: *Custodes tui quasi locusta, &c. Et dimisit populus tuus in montibus, & non est qui congreget:* Iohannes apostolus exponit in Apocalypsi; Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium: Et illud: *Omnes qui audierunt auditionem tuam, &c.* Isaias capite vltimo apertius dicit: Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni. Sed de his quæ ad simplicia malorum spectant, multa diximus in cap. 3. Habacuc.

TRO-

TROPOLOGIA.

31 *Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis.* Munitiones animæ sunt actiones bonæ, quibus cum exercetur, firmior in dies, & robustior fit. Sed cum illa manu Diaboli tenetur, & tentationibus concutitur, in os Diaboli cadunt, qui comedere ea dicitur, quia consumit. *Ecce populus tuus mulieres in medio tui.* Populus eius cuius se armis tuetur, sunt virtutes, & eruditio sacrarum literarum, quæ corrupta animâ, & possessa à Diabolo, virilitatem amittunt, & languescunt in feminas, quas Pharao educari iubebat extinctis maribus. Portę terræ Niniues quæ adapertione aperiuntur, sensus omnes sunt, vt ait Hieronymus, qui iam non custodiuntur, sed omnibus patent, vt iuxta Ieremiam ingrediatur mors per fenestras. E contrario de electis dicitur: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. *Deuorabit ignis vectes tuos.* Hieronymus: Si quid naturalis boni in anima tua videbatur esse, quod in similitudinem vectium hostes, qui per portas sensuum tuorum conabantur irrumpere, prohibere posset, & repellere, hoc Babylonico igni succensum est, &c. Possumus etiam vectes interpretari verecundiam, quæ magnopere obsistit, irrumpentibus vitijs, sed malis crescentibus eam ignis concupiscentiæ comedit, & tollit è medio, vt posito pudore, & perfricta fronte liber relinquatur omni turpitudini ingressus.

32 *Aquam propter obsidionem hauri tibi.* Semper mali sitiunt, nec mirum, nam vt ait Propheta: Errauerunt in solitudine, in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Propterea monetur, vt aquam hauriat propter obsidionem, illam videlicet aquam, de qua Sapiens ait: Et aqua sapientiæ saluaris potabit illum, & Dominus: Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Hęc de petra, quæ Christus est, datur, & per eius vulnera exit, iuxta illud: Interrupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abyssо multa. Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. Extruere munitiones est actiones bonas, & virtutes caritate, & timore Dei confirmare. Intrare in lutum, & calcare, quid aliud est, quam nos metipsos, & fragilitatem, ac vilitatem nostram diligenter considerare, & consideratam despicere, atque humiliare animas nostras in conspectu supremi, & omnia cognoscentis iudicis? Quid est autem aliud subigendo renere, & conficere laterem ad reficiendos muros ex parte collapsos, quam ex hac vera, atque integra nostri ipsorum cognitione ad laborem virtutum accingi, maximeque ad humilem peccatorum confessionem, & ad orationem, atque satisfactionem, quibus reparemus quod in nobis fuerat collapsum? * Sed quoniam reprobi, 33 aut hæc non faciunt, aut ita sæpe faciunt, vt iram potius Dei prouocent in se, nam ex intima suæ corruptionis cognitione solent, aut incontemptum venire, iuxta illud: Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit; Prou. 18. aut desperatione melioris vitæ, periculosius in peccata præcipitant, sicut ait Apostolus: Qui desperantes semetipsos Eph. 4. tradiderunt impudicitiæ in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam: propterea subiecit: *Ibi comedet te ignis, peribis gladio.* Gladius Diaboli est, quo omnia bona animæ studia resecat, & quasi occidit, vt in posterum nulla sint; ignis, ardentia eius iacula, vt ait Hieronymus, & nouæ cupiditates, quibus animas inflammat in vitia. *Deuorabit te vt bruchus*, id est, quidquid in te virens videbatur, & naturæ bono sponte germinans, auaro dente consumet, vt exponit Hieronymus. *Congregare ergo vt bruchus.* Hieronymus. Ergo ne talia, & tanta patiaris, multiplicare vt bruchus, & quantum ille habet numerum, tantas tu habeto virtutes. Verum quoniam 34 frustra hæc dicuntur reprobis, redit ad prædictionem imminentium illis calamitatum: *Plures fecisti negotiationes tuas quam stellæ sint cæli.* Quiescere putatur peccator, & vitam agere tranquillam, ac beatam, cum opibus, & voluptatibus affluit; sed negotiatur, nec vna tantum, sed pluribus negotiationibus exercetur. Quæ molestior negotiatio ambitione, aut auaritia, aut libidine? Magno emitur quidquid exposidetur his, magno labore, magna mẽtis

Vita peccatoris plena negotio, & labore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

solicitudine, & anxietate, magna iactura temporis, pecuniæ, salutis, spiritualium bonorum. Hic illud verum est:

Horati⁹. 1. Serm. Satyr. 9. ——*Nil sine magno*
Vita labore dedit mortalibus.——

Itaque meritò negotiationes dicũtur. Multiplex autem negotiatio est quælibet ex his & similibus, nõ enim in vno honore quiescitur: Sed hinc ad sublimiorem semper vrget ambitio, vt nulla vitæ pars molestiarũ eius expers sit. Idem in auaritia, & in carnis libidinibus, in superbia, in vana gloria, & in ceteris miserrimis, grauissimisque negotiationibus experimur. Meritò ergo ait plures fuisse ei⁹ negotiationes stellis cœli. Sed quid tanto labore quæsitum, & comparatũ est? *Bruchus expansus est & auolauit.* Quid hoc sit, docebit te Salomon. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tamquam vmbra, & tamquam nuntius præcurrens, & tãquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam, &c. * *Custodes tui quasi locusta.* Custodes animæ, id est, magni principes, & duces, quibus confidit, & quorum opera se defendendam putat, sunt magnæ, & sublimes spes honorum sæcularium, diuitiarum, potentiæ, fauoris amicorum. Paruuli, id est, vulgares milites, qui minus habent virium, sunt vires, & dignitas corporis; minores amici, adulatores, beneuolentia popularis. At vtrique auolant citò, & fugiunt more locustarum, quæ nocte videbantur volare non posse, & post paucas horas exorto Sole penitus diffugiunt. Ita hæc omnia hominem deserunt, cum mors venit, quæ paulò ante videbantur fore perpetua. Etenim vita præsens nox quædam est, latent enim nunc multa, & boni, atque omni fauore digni iudicantur sæpè plurimi, quorum vita turpissima est. At sequens vita, in qua omnia, vt sunt, videbuntur, & quisque non errore hominum malè iudicantium, sed iudicio Dei tanquam luce Solis adhibita cognoscetur, iure dies vocatur. *Dormitauerunt pastores tui rex Assur.* Rex Assur est voluntas, quæ inter animæ potentias regina est, cui omnes obtemperant. Pastores eius sunt reliquæ animæ potentiæ, vt intellectus, & memoria. Hæ dormitauerũt, quia multitudine peccatorum quasi mortuæ nihil iam intelligere, aut cogitatione repetere possunt, quod ad salutem pertineat, nisi magno Dei impulsu, & magna gratia excitentur: ita sunt omnia terrestria in quibus voluuntur. * Populus eius sunt interni, & externi sensus, qui horrore quodam virtutis, quasi rei insolitæ, & molestissimæ territi huc, illuc vagantur super montes, id est, circa res huius sæculi altiores, & gratiores, vbi rutiores se esse putant. Et quoniam læsa ratio est, & cæca, non est, qui eos congreget, vt in res ad salutem vtiles conferantur. Licet hæc ad mortis tempus accommodare, in quo ratio, & omnes potentiæ, sensusque vehementer, præsentium, & futurorum terrore conturbantur. Potuissem pastores, & populum interpretari, quos paulò ante custodes, & paruulos interpretatus sum. Sed habui sensus historici rationem, quem nisi spiritualis sequatur, non explanatio, sed somnium est. In historia autem custodes, & paruulos, auxiliares duces, & milites esse diximus, qui venerant, vt tuerentur Niniuen; pastores autem, & populus, pars ipsius Niniues erant, ideoque ad potentias, & sensus retulimus. Cum ita affecta est anima, non est obscura contritio eius, pessima, & periculosissima est plaga eius. Quod sequitur: *Omnes qui audierunt auditionem tuam, &c.* ad extremam damnationem pertinet, cum huiusmodi anima ad æternas pœnas è corpore migrauit: estque illud idẽ, quod in Psalmo legimus: Propterea Deus destruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo, qui nõ posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua. * Et quia multos, imò omnes quibuscum fuit, grauiter læsit malo exẽplo, & quantũ in se fuit ad omnẽ turpitudinẽ allexit, rectè quoq; ei cõuenit: *Quia super quẽ non transiuit malitia tua semper?* Sed vt hęc terrẽt maximè, ita etiã non parũ consolatur, quod sequitur in eodẽ Psalmo: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternũ, & in sæculũ sæculi. Nam si oliuę fructiferæ simus, iure in misericordia Dei sperabim⁹, & vt sim⁹, in eadẽ misericordia sperabim⁹, & spes nostra non confundet nos. Ille non posuit Deum adiutorem suũ, sed sperauit in mul-

in multitudine diuitiarum suarum, & ideò radix eius euelletur de terra viuentium. Nos autem confidenter amamus: Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum, & terram. Hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, nos autem surreximus, & erecti sumus. Ideò credimus videre bona Domini in terra viuentium, quia pater misericordiarum, & Deus totius consolationis visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ, ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & nobiscum, & Sic dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, in quo sunt omnes thesauri misericordiarum. Ipse est spes nostra, & salus nostra. Dominus nobis adiutor, non timebimus, quid faciat nobis homo. Quare quãuis Niniue magna, & speciosa corruerit, quamuis multæ animæ magnis Dei dotibus exornatæ diripiantur ab hostibus: timebimus quidem, sed non deficiemus. Illæ superbia sua ceciderunt, quia non posuerunt Deum adiutorem suum, sed sperauerunt in multitudine diuitiarum suarum: Nos humiliemur sub potenti manu Dei, & securi erimus. Custodiens, inquit, Dominus paruulos, humiliatus sum, & liberauit me. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum, & terram. Ipsi laus, & gloria in sæcula sæculorũ.

Amen.

Psal. 114.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN HABACUC prophetam Commentarij.

PROOEMIVM, DE RATIONE MYsticorum sensuum in hoc opere seruata, atque seruanda.

SAnctum Nahum magnũ, & eloquentem prophetã triplici expositione enarrauimus, iuxta illud Salomonis: Ecce descripsi eã tibi triplicitèr: quoniam allegoria, quam me præteriturum fore dixi, nisi cum ad Christi, & Ecclesiæ mysteria pertineret, de fine mundi erat, de supplicijs malorum, & de triumpho Sanctorum, nec omitti potuit, aut debuit. Sed iterum lectorẽ moneo, me neque in allegorica, neq; in morali explanatione recentiores autores sequi velle, sed veteres, quorum opera, & eruditione semper adiuta est Ecclesia. Nemo itaq; populares conciones à me in prophetarũ enarratione, nemo locos communes requirat: præsto sunt omnibus libri, neq; pauci, neq; ineruditi, vitiorum, & virtutum, sententiarum, florum, exemplorũ, apophthegmatum, figurarum, vnde possint facilè petere quæ velint. Mihi animus fuit prophetas, vt possem, & Deus dederit, interpretari: quærere quid historiæ veritas, & proprietas postulet, quomodo omnia inter se cohæreant. In allegoria, & tropologia (ita enim cum pluribus moralem sensum appellamus) non quid concionatores cupiant, sed quid ratio ipsa exponendarum scripturarum efflagitet, cõsidero. Integram, & continuatam expositionem affer-

Prou. 22.

re cupio, & singulorum verborũ mysticos sensus explicare, vt non minus inter se aptæ sint, & catenati, quã historicus: quod quanti laboris sit, nisi qui experietur, nemo facilè intelliget. Damus etiam operam, vt iidem mystici sensus minimè ab historiæ explanatione abhorreãt, si enim abhorrent, vt paulò ante dixi in Nahum, non spiritualis expositio, sed somnium est. Nam vt historiæ sensus ille est, quem verba præferunt, ita spiritualis est, quem res illæ, per verba significatæ efficiũt. Qua in re magni viri, aut studio dicẽdi gratiora, & amœniora, aut fuga maximi laboris, nonnunquã sui muneris nubilam ferè videntur habuisse rationem. Hoc igitur negotij in his prophetarum commentarijs mihi solùm dari arbitror quod dixi, & hactenus vt potui, feci: id sibi solùm dari crediderunt Origenes, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Beda, Rupertus, & alij patres, qui lucent in Ecclesia, sicut luminaria in cœlo, verbũ vitæ continentes ad gloriam Christi, & totius populi Christiani vtilitatem. Vt ergo historicum sensum latis est exponere, aut etiam, si res ita postulet, confirmare; idem in mysticis satis esse credamus, neque vllos præterea locos communes desideremus, quod esset alterius, eiusque diuturni, ac pene infiniti laboris. Atque hunc quidẽ suscipere, etiam si instituti mei ratio, Sanctorumq; patrum con-

suetudo,

Cap. 2. de Orat.

suetudo, quam maximi facio, patereturq; mihi neque per angustias temporis, neque per assiduam eorum interpellationem liceret, qui hos commentarios diu differri, & me nimium cunctari conquerũtur. Denique vt. C. Lucilius homo doctus, & perurbanus dicere solebat, ea, quæ scriberet; neque ab indoctissimis, neq; à doctissimis legi velle, quod alteri nihil intelligerent, alteri plus fortasse quam ipse de se; ita ego meos commentarios neque ab ijs legi volo, qui multo maiori luce illustrati scripturas euoluunt: neque ab illis, si qui erunt, aut tam peruersi iudicij, vt locos communes malint, quam exactam Scripturæ intelligẽtiam, aut tam infelicis ingenij, vt ex libris, quos indicaui, non possint ipsi conficere, & depromere. Sed veniamus iam ad Sanctum Habacuc, à quo nobis admirabilis, plenæque mysterijs prophetiæ sensum diuinitus impetrari poscimus, qui vt tradidit Hieronymus, ex eo quod amabilis Domini est, vel quod in certamẽ, & luctam cũ Deo congreditur, disputans cum eo de prosperitate impiorum, Habacuc, id est, amplexationis, siue amplexantis, siue luctantis sortitus est nomen.

ARGVMENTVM PROPHETIAE.

Cap. I.

Conqueritur Propheta, se nõ posse auertere suis precibus calamitatem populo suo imminentem à Chaldæis, de cuius aduentu, & de Chaldæorum ferocitate, & victorijs multa vaticinatur. Deinde iterum queritur vrbem Sanctam vastandam fore ab idololatris, & sceleratis hominibus, qui no uis victorijs in dies magis insolescentes crudeliores in alias nationes quotidie insurgunt.

Cap. II.

Propheta dicit se velle expectare diuinũ responsum, quo & solutionem suæ quæstionis accepit, & Christi aduentum vaticinatus est. Mox in Nabuchodonosor cupiditatem, & auaritiam vehementer inuehitur, & vastitatem ei imperij sui prædicit, ac demum confidentes idolis irridet.

Cap. III.

Orat, vt aduentus Domini seruatoris sibi paulo ante promissus nequaquam propter populi peccata differatur, & deinde de eius natali, vita, passione, resurrectione, ac denique de secundo aduentu, & liberatione electorum, atque damnatione malorum vaticinatur.

Cap. I.

ONus quod vidit Habacuc propheta. *Vsquequo Domine clamabo, et non exaudies? vociferabor ad te vim patiẽs, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem et laborem, videre prædam & iniustitiã contra me: & factum est iudicium & contradictio potentior? Propter hoc lacerata est lex, et non peruenit vsque ad finem iudiciũ: quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudiciũ peruersum. Aspicite in gentibus, et videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce, ego suscitabo Chaldæos, gentẽ amaram, & velocem, ambulantem super latitudinẽ terræ, vt possideat tabernacula non sua. Horribilis & terribilis est: ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, et velociores lupis vespertinis, & diffundẽtur equites eius: equites nãque eius de longe venient, volabunt quasi aquila festinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: & cõgregabit quasi arenam, captiuitatem. Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionẽ ridebit, et comportabit aggerem, & capiet eam. Tunc muta-*

Act. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bitur spiritus, & pertransibit, & corruet: hæc est fortitudo eius Dei sui. Numquid nõ tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudiciũ posuisti eum: et fortem vt corriperes, fundasti eum. Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem nõ poteris. Quare non respicis super iniqua agẽtes, & taces deuorãte impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. Totum in hamo sublenauit, traxit illud in sagena sua, & congregauit in rete suum: super hoc lætabitur & exultabit. Propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, et cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit sagenã suam, & semper interficere gentes non cessat.

HISTORIA.

1 *Onus quod vidit Habacuc propheta.* Superuacaneum arbitror admonere lectorem, vt in initijs prophetarũ memoria repetat ea, quæ in præludijs dicta sunt, quæ semel diximus, ne essent sæpè dicenda. De tempore, & argumento huius prophetiæ diximus in secundo præludio, nume. 15. & sequentibus. Quid autem onus sit, Nah. 1. nume. 1. & alijs, satis explicauimus. Sed cũ ceteri prophetæ exponere soleãt, cuius nam onus sit, id est, in quem tristis, & minax prophetia scribatur, vt Nahum: Onus Niniue, & ita reliqui, cur Habacuc tacuit, ac tantum dixit: Onus quod vidit Habacuc? Occurrere omnium animis hæc quæstio potuit, sed qui proponeret, aut tacite solueret, vidi neminem, aut ex veteribus expositoribus, aut ex nouis. Ceteri propheræ cõtra certam aliquam gentem, aut ciuitatem vaticinantur, atque ideò facilè fuit nomen gentis apponere, aut ciuitatis, vt Isa. 13. Onus Babylonis, quod vidit Isaias. c. 15. Onus Moab 17. Onus Damasci. Nah. 1. Onus Ninive. Malach. 1. Onus verbi Domini ad Israël.* Sed Habacuc cõtra multos prophetat, & ideo nomina iure omisit: neque enim tot, tamque diuersa rectè semel commemorari poterant. Etenim quamuis potissimum videatur contra Chaldæos vaticinari, & contra Nabuchodonosor, qui post paucos annos duas tribus captiuas erat abducturus, tamen contra ipsas duas tribus in hoc capite primum prophetat, & contra multas nationes ab eo debellandas, quas non nominat: deinde cap. 2. contra ipsum Nabuchodonosor, & contra Babylonios, cap. autem tertio aduersus omnes omnium terrarum, & nationum, qui futuri erant, persecutores Sanctorũ, vt suo loco indicabimus.

Vsquequo Domine clamabo. Ostenderat Dominus Prophetæ vastitatem Ierusalem futuram per Nabuchodonosor, quæ fuit illi molesta cum primis, & tristis visio. Orabat quotidie pro populo suo, & tentabat tantam calamitatẽ precibus auertere, si quomodo posset, sed cum videret firmam, & immotam stare Dei sententiam, conqueritur non impatientia, sed dolore, & commiseratione suæ gentis se nunquam fuisse exauditum.

Vociferabor ad te vim patiens. LXX. ἀδικούμενος, id est, iniuria affectus. In Heb. Vociferabor ad te חָמָס, id est, iniquitatẽ, aut violentiam, ac si dicat: Quamdiu nihil ad te clamabo, nisi vim, quæ populo meo inferenda est? vrget me semper hæc populi mei calamitas, clamo ad te semper, vt auertas, & nihil proficio. * Est autẽ חָמָס omnis iniuria, & omne damnum, quod alijs infertur, ideoque interpres nunc vim interpretatur, nunc iniquitatem, vt Gen. 6. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta iniquitate. Psalm 71 Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum, id est, ex vi, & iniuria, quam per Diaboli tyrannidẽ patiebantur. Paulò post in hoc capite vertit, Iniustitia, vbi ait: Videre prædam, & iniustitiam contra me.

Quare ostendisti mihi iniquitatem. Si me auditurus non eras, neque ego precibus meis quidquam eram profecturus, quare mihi tanta mala ostendebas, vt viderem, quod auertere non poteram, & maiori dolore cruciarer? Videre autẽ dicit propheticè visione, quam certam esse intelligebat. Et, *Contra me,* est coram me, me aspiciente, vt adnotauimus hi Habdiam, num. 40. Hic in mendosis codicibus, & in Lyrano, & Glossa interlinearia, & Dionysio, & Hugone adduntur hæc verba: Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustiorem se? Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducẽ? Quæ nec sunt in Heb. neque in Græco, neq; in Chaldæo, neque in Hieronymo, aut in vllo veterum, neque in castigatioribus libris, sed inferius propè finem capitis ponuntur, & ibi à nobis exponentur.

Et factum est iudicium, & contradictio potentior. Iudicas inter Iudæos, & Chaldæos, & fit contradictio potentior, id est, illi euadũt potentiores, & obtinent quod volunt, qui non iure contendunt, sed contradictione, & clamoribus, & iurgijs, id est, qui potentiores sunt, nempè Chaldæi. Pro Contradictio est מָדוֹן, quod contradictionem, & contentionem, & iurgium significat. Possimus etiam more Hebræorum vsi ratissimo contradictionem accipere pro cõtradicentibus Deo, id est, pro Chaldæis colentibus idola.

4 *Propter hoc lacerata est lex.* Quia tu Domine, qui iuste iudicas, & vim omnem prohibere potes, pateris superiores esse, qui potentiores, & fortiores sunt: homines iudicantes contra leges iudicant, & iudicium non fit rectum, neque consequitur quod quærebat, id est, vt impij punirentur, & si essent potentiores, iusti autem illæsi seruarentur. Nam cum tu idem facias, putant iudices nõ esse iniquum suũ iudicium, quod tuo simile esse animaduertunt. Atque ita semper egredietur iudicium peruersum, illique vincent, qui potentiores sunt.

Aspicite in gentibus, & videte. Incidimus in locum difficilem, in quo sanè Hieronymi, Theodoreti, & Theophylacti, & quorumdam aliorum diligentiam desidero, qui cũ referatur à Paulo, Act. 13. Atque ad id comprobandum, quod minimè congruere viderur cum sensu Prophetæ, nec Apostolum cum propheta conciliarunt, nec eius prorsus meminerunt. Est ergo locus Apostoli huiusmodi: Videte ergo ne superueniat vobis, quod dictum est in Prophetis: Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini, quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarrauerit vobis. * Exponam

Apostolum optimum vbique prophetici sermonis interpretem. In primis quod ait: In prophetis, more Hebræorum dictũ est, prõ, In vno ex Prophetis, vt Gen. 23. In electis sepulcris nostris sepeli mortuum tuũ, id est, in vno ex electis sepulcris. Ioh. 6. Est scriptum in Prophetis. Et erunt omnes docibiles Dei, nempè in Isai. c. 54. Quare male Glossa interlin. & Lyranus putauerunt dixisse Paulum, In Prophetis, quia erat scriptum in vno libro multorum Prophetarũ; nam Isaiæ prophetia liber vnus est vnius Prophetæ, & de illo Dominus ait: Est scriptum in Prophetis. Sed de quo opere loquitur Apostolus? Nõ pauci eius loci enarratores de opere incarnationis dictum putant: Opus operor ego in diebus vestris, quibus & Galatinus allentitur lib. 3. contra Iudæos, cap. 1. Immò & Theophylactus in mystica huius loci expositione. Sed non animaduertunt nequaquam hunc sensum cohærere cũ verbis Prophetæ opus ipsum indicantis: Quia ecce, ego suscitabo Chaldæos, &c. Neque cum verbis Apostoli cohæret, qui non probat incarnationis mysterium, quod iam factum erat, & quod superius testimonio Iohannis Baptistæ cõprobauerat, sed cum alio initio sumpto de eius morte, & resurrectione dixisset, addidit, nisi per eum remissionem peccatorũ obtineri non posse, ac denique verba Prophetæ refert, vt qui credere in eum nolunt, magna sibi supplicia parata intelligant. * Ita 6
enim ait: Notũ igitur sit vobis, viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus, quibus non potuistis in lege Moysi iustificari: In hoc omnis, qui credit, iustificatur. Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in prophetis, &c. Vbi & verbum ipsum, Superueniat, ad nomen oneris alludere videtur, quod superuenit, & imponitur ijs, contra quos profertur, & quod suę prophetię initium fecit Habacuc. Quod nam autẽ hoc opus sit, paulò post idem Apostolus interpretatur: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ex quo videmus Paulum loqui de reprobatione, & excæcatione Iudæorum cum ait: Videte ergo ne superueniat vobis, &c. ac si dicat: Videte ne vos relinquat Deus in incredulitate vestra cæcos, & induratos, & tradami

Reg. Pluralis pro vno ex singularibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ni in manus dæmonum captiui. Ex hoc primum intelligitur, verba hæc in Habacuc, & hanc calamitatẽ, quæcumque illa sit, ad gentem pertinere Iudæorum: alioqui alijs Paulus, alijs Propheta loqueretur. Intelligitur etiam alterum prædici à Propheta euersionem Ierusalem per Chaldæos futuram: hæc enim abiectio, & vastitas Iudæorum figura erat reprobationis eorumdem cum
7 prædicaretur Euangelium. * Etenim vt tunc illis ablatum est templum, & terra promissionis, & traditi sunt in potestatẽ Chaldęorum: ita postea eisdem ablata est sacra scriptura, & eius intelligentia, & sacerdotium, & adoptio filiorum, & ius regni cælestis, & traditi sunt in potestatem dæmonum. Et quamuis vastitas à Chaldęis illata figura etiam esset vastitatis à Romanis inferendæ, tamen de spirituali vastitate potissimum loquitur Apostolus, quæ grauior erat, & durior, & omnes contemptores comprehendit, id est, omnes Iudæos, qui noluerunt credere Euangelio. Corporeã autem illam vastitatem multi ex contemptoribus euaserunt, tam qui erant in Ierusalem, quam qui erant per orbem diffusi: atque illi pręsertim quibus Paulus loquebatur. Non enim loquitur Iudæis, qui erãt in Ierusalem, sed illis qui erant Antiochiæ Pisidiæ: cui nihil mali Romani intulerunt. Atque hunc esse sensum historicum nostri Prophetæ confirmat Theodoretus, & Theophylactus hic, & in Act. apost. & ibidem Oecumenius. Sensu igitur allegorico citauit Paulus testimoniũ, vt interdum solent Apostoli. De hoc ait: Opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cum narrabitur. Non enim poterant sibi persuadere tantam fore vllius gentis contra se fortitudinem, aut ita fore se à Deo relinquendos, vt vrbs, & templum vastarentur & Iudæa hominum feracissima in solitudinem redigeretur. Hoc quam verum sit, in Ieremia videmus, cui vicinum vrbis exitiũ prædicenti ne tum quidem credebãt, cum pene iam obsidebatur à Chaldæis, vt cap 5 Gladium, & famem non videbimus, Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & respõsum non fuit in eis. Et cap. 20. conqueritur Propheta: Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me, quia iam olim loquor vociferans iniquitatem, & vastitatẽ clamito, & factus est mihi sermo Domini in opprobrium, & in derisum tota die. * Si
8 militer postea quod Dominus & Apostoli Iudæis prædicebãt de sua excæcatione, nulla ratione adduci poterant, vt crederẽt; putabãt enim fieri nõ posse, vt popul⁹ Dei, quorũ patres ita ipsi cari fuissent, ab eodẽ Deo abijceretur. Dicebat Iohannes Matt. 3. Genimina viperarum, quis docuit vos fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, & ne velitis dicere intra vos: Patrem habemus Abraham, dico enim vobis quoniam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Dixerat idem CHRISTVS Matth. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius, & cap. 23. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Et tamen nunquam crediderunt, sed expedire potius iudicauerunt paci, & incolumitati suæ, vt CHRISTVS moreretur, Ioh. 11. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gẽtem. Et: Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gẽs pereat. Est autem in his verbis Prophetæ tacita quidem, sed elegans antithetis, & ad terrendum vehemens: *Opus enim operor ego*, &c. quasi dicat: Vos non creditis, neq; putatis vnquam fore, & ego hoc ipsum iã operor, ac molior. Nam & si nostra translatio habeat: Opus factum est in diebus vestris, in Hebræo præsentis temporis est 9
פֹּעֵל פֹּעַל Opus operor,* Ita etiam Lxx. & Paulus. Ex quo intelligitur sensus nostræ translationis. & Chaldaicæ: Opus factum est, id est, iam cœpit fieri, & cito perficietur, factum putate. Iam paulatim hoc ago vt augeantur vires Chaldæorum, vt tandẽ templum, & vrbem vestram capiant, & incendant. Quæris quomodo prophetæ verba in hunc sensum exposita cohæreant cum præcedentibus? Dicam. Querebatur propheta se non exaudiri, nec posse precibus suis depellere instantem populi sui captiuitatem. Dominus vt respondeat conuertit ad populum præuaricatorem sermonem suum, ac si dicat: Quoniam pessimi estis, & verba Prophetarum meorum, per quos vos sæpe admonui, impudenter contemnitis (ideo enim eos contemptores vocat iuxta Lxx) tantum absum ab audiendis prophetæ Habacuc precibus, vt iam etiam facere incipiam quod comminatus sum. Propterea ait statim iuxta Heb. Quia ecce ego suscito Chaldæos, &c. Aspicite in gen-

tibus

tibus, id est, videte gentes ceteras (ita enim Hebræi loquuntur, vt diximus in Habdia, num. 64.) quomodo vastatæ sint à Nabuchodonosor, ita enim & vos vastabimini, neque magis vobis parcam, quã illis, quarũ impietatẽ, & scelera imitati estis. Hoc est: Cum videritis gentes fortissimas à Chaldæis vinci, atque vastari, idem de vobis futurum cogitate, quod ego iam incipio an
10 gens paulatim vires, ac potentiam Chaldæorum. *Quod autem ait: Aspicite & videte, duo verba posuit idem significantia, vt augeant significationem, vt adnotauimus Nahum. 3. num. 27. Sicut & statim: Et admiramini, & obstupescite, id est, vehemẽter admiramini. Interest autem nihil idem ne verbum sit quod geminatur, an duo ponantur idem significantia; nam in Heb. pro Admiramini, & obstupescite, idem verbũ, licet varie inflexũ, geminatur. Est autẽ sensus: Concipite inde magnam admirationẽ, & magnum metum. Lxx. Videte contemptores, & inspicite, & videte mirabilia, & disperdimini. Ita habent codex Cõplutensis, & regius Antuerpiensis, sed mendose, castigatiora enim exemplaria, quæ secuti sunt Hieronym⁹, & Theodoretus, & Theophylactus, & Aldinum habent: Et admiramini mirabilia, & disperdimini. Videmus sensum esse eumdem, dissidet nõnihil Paulus verbis, sed sensu nihil: Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini. In Græcis quibusdam legimus: Videte contẽptores, & admiramini, & inspicite, & disperdimini. Plenior hæc quidem est lectio, sed sensus semper idem, & nostræ translationis lectionem inuenimus in alijs etiã Græcis, vt Roberti Stephani, & Basiliensi Frobenij, & apud Theophylactum, & OEcumeniũ. In quo Lxx, & Paulus, vt docerent quod g:minatione illa verbi significare volebat Propheta, nempè magnitudinem admirationis, dixerũt, ἀφανισθῆτε, pro quo, Hieronymus, & alij verterũt: Disperdimini, id est, perite & exanimamini præ admiratione, & metu. Quod autem in quibusdam co
11 dicibus legitur: Dispergimini, mendosa lectio est.* Conciliauimus Paulum cum Propheta, & ex vtriusque verbis plena, vt arbitror, orta est loci intelligentia. Restat vnũ, quod adhuc negotium facessit, cur Lxx. & Apostolus dixerint: Videte cõtemptores, cum constet in Hebræo esse: Videte in gentibus, atque ita ante Hieronymum vertebant Aquila, Symmach⁹, Theodotio? Chaldęus etiam: Videte in populis. Hęc quęstio à nemine, quod sciam, soluta est, omnes ferè aiunt, Paulum secutum esse translationem Lxx, in Hebręo enim haberi: Aspicite in gẽtibus. At cum id quod est in Hebręo, ab Spiritu sancto sit, & Paulus Spiritu sancto plenus ita citauerit, explicandum illis erat, cur Paulus ab Hebræo recessisset, aut quomodo idem esset diuersorum verborum sensus. Mihi, si Græca tantum, & Hebræa cõsideremus, in promptu solutio est בַּגּוֹיִם significat in gentibus. Eędem autem literæ, si tantum apex literæ ו protendatur paulùm in sinistram, vt ex ו fiat ז, efficiunt בּגֹדִים, quod significat Contemptores, siue Præuaricantes, aut declinantes. Vocalium quæ adduntur, nullam rationem habeamus, cum ab antiquis, vt sæpè diximus, nõ scriberentur. * Variabãt ergo olim Hebraica exemplaria, & quædam habebant בּגוֹיִם, quæ Aquila, & Symmach⁹, & Theodotio, & Chaldæus, & recentiores secuti sunt: alia habebant בּגֹדִים quæ secuti sunt Lxx. & Paulus. Immo & Hieronymus ait: In alia quadam editione ἀναιτίμα reperi: Videbitis calumniatores. Et in alia similiter absque autoris titulo: Videbitis declinantes. Nec verò coniecturam esse quod dicimus, sed manifestã veritatem, indicat quod paulò post in hoc capite sequitur, nam vbi habemus; Quare non respicis super inique agentes, pro inique agentes est בּוֹגְדִים, pro quo similiter Lxx. verterunt, καταφρονητὰς id est, contemnentes, vt superius ἴδετε οἱ καταφρονηταὶ, videte contemptores. Itaque nec male fecit Paulus, aut Lucas, qui vulgatam in Ecclesijs lectionem secutus dixit: Videte contemptores: nec Hieronymus male fecit, qui quod inuenit in codicibus Hebraicis transtulit. Satis hoc videri poterat sobrie sapienti, sed vrget molesta sanè argumentatio. Spiritus sanctus nõ vtrumque horũ dictauit Prophetæ, nec ille vtrũque scripsit, sed alterum: aut igitur Paulus vitiosam lectionem secutus est, quod nemo sanus dicet, aut nostra translatio nõ habet, quod Spiritus sanct⁹ dictauit, & quod Propheta scripsit. * Non deerunt quibus 13
hæc infirma videatur argumentatio, dicẽt enim nõ Paulum, sed Hieronymum interpretem nostrum mendosos codices secutum fuisse, atque ideò Spiritum sanctum non dictasse: Aspicite in gentibus, sed; Videte

Universidad de Deusto
Biblioteca

dete contemptores. Sed mihi, & omnibus, quibus sancta est, & inuiolabilis vulgatæ Latinæ editionis autoritas, longe alia sententia est: neque enim mihi persuadere possum, neque fas esse duco credere Ecclesiã patiin editione, quam omnibus sequendã proponit, & in templis populo legitur, aliquid, quod non sit dictatum ab Spiritu sancto. Principio, etiam si diceremus non dictasse Spiritum sanctum: Aspicite in gentibus, nequaquam esset noster interpres reprehẽdendus, siquidem nõ erat boni interpretis Hebraicos codices corrigere, sed quod in illis inueniebat fideliter vertere. Addo Prophetam scripsisse: Aspicite in gẽtibus, sed Paulum, siue Lucam maluisse sequi translationem LXX, non quod putaret eam lectionem esse castigatiorem, sed quod locus ita melius exponebatur, & ad id, ꝙ ipse agebat, cõmodius. * Gentibus nec
14 gratia auferebatur, nec scriptura, ideo non pertinebat ad rem præsentem dicere: Aspicite in gentibus: pertinebat tamen demonstrare Prophetam locutum fuisse contemptoribus prophetarum, vt viderent Iudæi magnum sibi periculum imminere, si pergerent Christum, & eius nuntios contemnere. Quoniam igitur reuera contemptores erant illi, quibus loquebatur Habacuc,
Reg. non timuit Paulus dicere: Videte contẽptores, etiam si Prophetam scripsisse sciret: Aspicite in gentibus. Solent enim apostoli veteris scripturę testimonijs afferendis verba quędam aut subtrahere, aut addere, seruata semper eiusdẽ sensus veritate. Quare recte Hieronymus iudicauit, LXX. & reliquos, qui verterunt: Videte contemptores, cum sensu verborum propheticorum congruere. Licet Ecclesiæ dicere: Dixit Iesus discipulis suis, & turbis Iudęorum: Ca-
Ioh.6. ro mea vere est cibus, &c. nec tamen sunt ea verba apud Iohãnem, sed prius ait. Litigabant ergo Iudęi ad inuicẽ, &c. Deinde Dixit ergo eis Iesus. &c. Quare licuit Ecclesiæ ita dicere? Quia re vera tunc discipulis, & turbis Iudęorũ loquebatur. Ita Paulus qui sciebat Habacuc locutum fuisse contemptoribus, vti voluit verbis LXX: videte contemptores. Quotidie ita exponuntur scripturæ & in ecclesijs, & in libris patrum passim. Vt si illud reformamus: Amen dico tibi
Matth. 26. quia in hac nocte antequam gallus cantet ter me negabis. Et dicamus: Respondit dominus Petro: Nimium ô Petre confidis, ni-
15 Marcus. miũ tibi tribuis, hac nocte me negabis ter: quis dicat nos mentitos cum ita verba Domini referimus? * Quid? Mentitus ne est beatus Euangelista Marcus cum scribit: Et tenens manum puellæ ait illi: Talitha cumi, quod est interpretatum: Puella, tibi dico, surge, quamuis constet Talitha cumi, tantũ significare: Puella surge? Sed quoniã Dominus ipsi puellæ mortuæ loquebatur vt ostenderet voci suę ne mortuos quidem surdos esse; Marcus, vt mysteriũ magis explicaret addendum putauit, Tibi dico.

Quia ecce ego suscitabo Chaldæos. Hæc verba Paulus non addidit, quia Iudæis loquebatur, quibus satis erat caput testimonij indicare, nec ignorabant quid continuo sequeretur. Ceterũ in Hebræ. & in LXX, & in Chaldæo non est, Suscitabo, sed, Suscito, at præsens pro futuro ponitur, vt res cito futura intelligatur. Quod intelligens Hieronymus vertit: suscitabo.

Gentem amaram. Crudelem, & contristãtem omnes, vt Psal. 63. Intenderunt arcum rem amaram. Coloss. 3. viri diligite vxores vestras, & nolite amari esse ad illas. Transfertur à gustatu similitudo.

Ambulantem super latitudinem terræ. Libere per omnem terram discurrentem, & omnia armis occupantem. 16

Vt possideat tabernacula non sua. Tacite subindicat ipsos capturos esse Ierusalem. Hoc autem, quoniam prophetæ priores, vt sæpe vidimus, apertissime prædixerant, satis fuit obscurius attigisse. Fortasse etiam ita locutus est, ne Chaldæi, contra quos maxime vaticinatur, intelligerent, & magis ad bellũ Iudęis inferendum excitarẽtur.

Horribilis, & terribilis est. Hieronymus. Antequam manum inferat, antequam prorumpat ad bellum, terrorem portat in vultu, id est, vel solo vultu terret vehementer. Horribilis, & terribilis, est geminatio, de qua diximus. n. 10.

Ex semetipsa iudicium, & onus eius egredietur. Faciet quidquid volet, & pro libito hos affliget, illis parcet, nec lege, aut ratione, sed voluntate ducetur sua. Hæc est germana huius loci interpretatio, reddit enim causam cur terribilem esse dixit. Iudicium intelligit, damnationem, & pœnam: onus autem afflictionem, & vexationem, vt interpretati sumus Nah. 1. n. 4. pro quo LXX. verterunt λῆμμα, quod in eundem sensum accipi debere dixi initio capit. 1. Nahum.

Quare

Quare quamuis in Heb. nõ sit מַשָּׂא, quod ibi onus significare diximus: est tamẽ aliud ab eadem radice ortum, & idem significãs, vt indicat LXX. interpretatio, nempè שְׂאֵת.
17 Habacuc. * Præterea verbũ יָצָא quod significat egredi, aut procedere, sæpè exitum quemdam significat omnino voluntarium, & in quo magis voluntas, quam quæuis res alia dominetur, vt Iere. 44. Sermonem, quem locutus est ad nos in nomine Domini, nõ audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro, id est, faciemus quidquid libebit dicere. Dan. 2. Et interrogabat eum, quam ob causam tã crudelis sententia à facie regis esset egressa. Quod etiam in bona voluntate dicitur: Gene. 24. A Domino egressus est sermo, id est, hoc Dominus vult; vnde continuò subijcit: Non possumus extra placitũ eius quidquam aliud loqui tecum. Ex quo intelligimus illud Deute. 8. quod Dominus Matth. 4. retulit: Et dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuet homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini, id est, quacunque re Deus cum pascere voluerit, pascet. Ita etiam intelligo illud Prou. 29. Multi requirunt faciem principis, & iudicium à Domino egreditur singulorum, id est, Multi quærunt placere principibus, vt diuites fiant, & potẽtes: sed hæc Dominus vnicuique distribuit, vt vult, potius quam reges. Ita ergo nunc ait: Iudiciũ eius (ita enim est in Hebr. & in LXX) quo alias gẽtes punit, & damnat, alijs parcit, & onus eius, quo vexat, & affligit nationes, ex semetipsa egreditur, id est, ex eius voluntate mera oritur, sola pro ratione voluntas est.
18 Habac. *Leuiores pardis equi eius.* Pardus ad leonum naturam proximè accedit, maculosam pellem habet, & sæuitiam non minorem quã leo, sed celeritatem longè maiorem. Propter hæc duo hostes Iudæorum, id est Chaldæi, dicuntur pardi, Iere. 5. Pardus vigilans super ciuitates eorum, omnis qui egressus fuerit ex eis capietur. Et pardis eorumdem equi comparantur, quòd pardis velocitas non tam ad fugiendũ, quam ad persequendum, ac nocendum, concessa videtur à natura, ideoque cum sæuitia coniuncta est, sic equi Chaldęorum veloces erunt ad nocendum, ad comprehendẽdum fugientes, ad proterendũ, atque conculcandũ hostes.

Et velociores lupis vespertinis. Pro lupis vespertinis LXX. tam hic, quam Sophoniæ. 3. vertetũt, lupis Arabiæ, quam translationẽ, si recipimus, nostrã tenere non possumus, neque enim possumus ambas tueri. Nã nomen quod in Hebręo est, non eodem sono profertur cum hæc duo significat, sed עֶרֶב cũ scribitur, significatur vesper, cum autẽ Arabia intelligitur, scribitur עָרָב, vt Isa. 21. Onus in Arabia, & Iere. 25. Cunctis regibus Arabiæ. Cum autem Prophęta concionabatur, non vtrumque dixit, sed alterum, posteaque non aliud scripsit, quam quod dixit. * Vtrũm ergo dictum à Propheta putabimus? Sanè quod habet nostra translatio. Primum, quia de lupis Arabiæ nihil peculiare traditur ab autoribus, quo ab alijs lupis differant, & cũ multi essent in Israëlitarum regione, vt quæ montibus abundaret, quid necesse erat ex Arabia accersere? Deinde quod Aquila etiam vertit, referẽte Hieronymo, Lupi vespertini: Terrio, quod Iere. 5. vbi legimus: Lupus ad vesperam vastauit eos, in Hebræo est lupi עַרְבוֹת, id est, vesperarum, vt etiam testantur Hebræi: vbi mutatione numeri sublata est de medio ambiguitas, neque Arabia intelligi potest. 19

Est autem luporum insignis, & malitiosa crudelitas: non enim solùm ventris implendi causa depopulantur, & occidunt oues, sed quasi crudelitatem faciare quærentes. Ita Chaldæi non prædam, & opes quærere videbuntur: sed perniciem tantũmodo, & interitum Iudæorum. Auget autem quod dicitur: Lupis vespertinis, siquidem lupi (vt Hieronymus inquit) sæuiores esse dicuntur nocte vicina, & tota die fame ad rabiem concitati velocius festinant ad prędam. Iere. 5. Lupus ad vesperam vastauit eos. Sopho. 3. Iudices eius lupi vesperæ, nõ relinquebãt in mane. * Eiusmodi enim animalia minus ad prædam exeunt dum dies est, venatorum occursum, & insidias metuentia. Idcircò vespere fame vrgente, & noctu exeunt. Psal. 103. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ siluæ. Catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quęrant à Deo escam sibi. Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. 20

Lupi vespertini.

Idem lupis contingit, vt Virgilij versus indicant.

Ac veluti pleno lupus insidiatus ouili 9. Æneï.
Cum fremit ad caulas ventos perpessus, & imbres
Nocte super media: tuti sub matribus agni

Balatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Balarum exercent, ille asper, & improbus ira
Sæuit in absentes.——

Lupum vehementiori fame concitatũ describit, qui post noctem mediã ventos perpessus, & imbres sæuit. Sed cur ventos & imbres perpessus, nisi quia multo ante mediam noctem exierat, & prædam diu quærens ventorum & imbrium sensit iniuriã, & mora aucta est fames? Quod magis indicat, quod sequitur:

——*Collecta fatigat edendi*
21 *Ex longo rabies, & siccæ sanguine fauces.*

Et Oppianus Cilix nobilissimus poëta lupam vocat νυκτιπόρον id est, Noctu ambulãtem, lib. 1. de venatione:

Ἠ ὅτε δορκαλίδων, ἢ νυκτιπόρου λυκαίνης.

Quod epitheti libr. 3. tribuit hyenæ, quam νυκτιλαυῆ, id est, noctu errantem appellat.

Οὐρεσιβάτις διὰ νύκτα φόος, σκύτος ἄυσε μετ' ἠώ. id est.

Quod ei per noctem lumen sit, tenebræ autem cum venit Aurora.

Quo in loco lapsus est Iohannes Bodinus eius interpres, qui, quod ne somniauit quidem Oppianus, hyenam lupi genus esse dixit in hunc modum vertens:

Nunc duo diua refer genera exitiosa luporum
Serratis armata ferentes dentibus ora,
Nempe omnium mactatores, excas quoque hyænas.

Ita enim habent Græca verba:

Φράζεο δὴ δύο φῦλα δυσάντεα, καρχαρόδοντα,
Μιλοφόνον τε λύκον, βύσδερκία, τ' ἄυδις ὕαιναν.

Quæ ad verbum sonant:

Considera duo genera infausta, serratos dentes habentia,
Ouiumque mactatorem lupum, & cæcutientem hyænam.

22 *Non autem intellexisse duo genera luporum, sed duo genera ferorum animalium, indicat quod præcedit, esse videlicet in AEthiopiæ finibus extremis

Ἱππάγρων πολὺ φῦλον——

id est, ferorum equorum multum genus, quibus continuo adiungit duo ferorum, & nocentium animalium genera, lupum, & hyænam.

Adde, quod neque Aristoteles, neque Plinius, nec vllus eorum, qui de animalibus scripserunt, hyænas ad lupos pertinere vnquam dixit. Immò continuo fere idẽ Oppianus quinque luporum genera enumerat, in quibus nusquam meminit hyænæ. Redeo ad id, quod agebam, lupum vespere exire, noctuque venari. Eum lib. 3. de venatione describit Oppianus in hũc modũ:

Τὸν μὲν νυκτερινὸν διὰ γαστρὸς ἄφυκτον ἐρωὴν
Ἀγρεντῆρ', ἐρίφων τε πολυπλεκτον ἁρπακτῆρα, id est,

Hunc quidem nocturnum ob ventris incuitabilem impetum. Alborũ, hœdorumque versutum raptorem.

Nocturnus raptor dicitur, quod vespere exeat, & per noctẽ venetur. * Quod si quis νυκτερινὸν non ad lupum pertinere contenderet, sed ad ἐρωὴν, vt nõ nocturnus raptor, sed nocturna fames intelligatur: vt hoc ei daremus, cur putaremus lupum nocte famescentem in matutinum crepusculum, differre venationem, cum noctem insidijs aptiorem esse non ignoret? Deinde in enumeratione quinque generum luporum, de secundo ait idem:

Πολλὰ σὺν ἠχῇ δὲ μάλ' ὄρθιος ἔσσυται ἐπ' ἄγρην
Πρώτιστος ἀμφιλύκῃ, ῥ' ἐλαγάρ τ' ἐπιδεύεται ἠοῦσι.

id est, Magno autem cum fremitu valdè arduus it ad venationem sub primum crepusculum, facilè enim indiget cibo.

Cur obsecro hoc de secundo genere luporum commemorat Oppianus causa etiam continuo subiuncta, si illis cum ceteris cõmune est, omnesque lupi sub primum crepusculum egrediũtur, nisi quod alios vespere egredi sciebat? Quare de hoc genere illud intelligendum est quod legimus Gene. 49. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædã, & vespere diuidet spolia: de eodem enim scripsit Oppianus:

Τὸν μίροπες κίρκοντε, καὶ ἅρπαγα κοδόνισκον, id est,

Hunc homines & accipitrem, & rapacem appellant.

Cur autem præ ceteris manè egrediatur, docet: Facilè enim, inquit, indiget cibo, id est, Cum sit ceteris lupis velocior, vt ante dixerat, & calidior, citius famescit, & quãuis vespere, & nocte comederit, mane consumpto iam cibo exit ad prædam, quod expectare ad vesperam, vt reliqua, non posit. Ambrosius in cap. Lucæ decimum, fere initio, de lupis ait: Somnum canum, absentiã, aut desidiam pastoris explorant. Et posteà: Nonne lupis istis hæretici cõparandi sunt, qui insidiantur ouilibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quã diurno? &c. At si non niti vesperi exeunt lupi, quid necesse fuit addere, Vespertinis? Omni quidem tempore exeũt, absentiam enim, aut desidiam pastoris explorant, vt dixit Ambrosius, sed nunquam ferociores exeunt quam vesperi, quia mane & meridie minus eos vrget fames, vt qui nocte comederint,

23 mederint, vesperi autem eam iam ferre vix valent. "Tunc velociores sunt, vt ait Habacuc, tunc nihil relinquunt in mane, vt est apud Sophoniam. Tunc maximè sęuiunt, vt meritò dixerit Ieremias: Lupus ad vesperam vastauit eos. Sed cur, inquis, non potius dixit: Velociores lupis nocturnis, eo enim tempore magis fame concitabãtur? Quòd nocturni lupi prædam vesperi inuenisse putari possint; vespertini (vt plurimũ fieri solet) totius diei fame longiore stimulantur. Cur autem lupis vespertinis potius cõparat quã leonibus, aut pardis, aut ciusmodi ferocioribus bestijs, quãdoquidem hæc omnia per diẽ larent, noctu prodeunt? Quòd lupi & voraciores sunt, & hominibus notiores; eorum enim velocitatem, & rapacitatem quotidie homines in gregib⁹ suis experiuntur, ac sentiunt: aliarum bestiarum prædationes nunquam fere vident, atque ita notior erat, & expressior, & familiarior hæc similitudo: semper enim à notioribus rebus similitudines petuntur. Hęc paulò larius persequi visum est, vt Hieronymi, aliorumq; expositionem, quam ego verissimam puto, confirmarem; atque hãc luporum vespertinorum similitudinem prophetis familiarem semel explicarem.

26 *Et diffundentur equites eius.* Magnum spacium occupabunt, maxima erit corũ multitudo, Chaldęus: Et multiplicabũtur equites eius.

Equites namque eius de longe veniẽt. Dixi maximam eorum futuram esse multitudinẽ, quòd ex longinquis nationibus accersent auxiliares, Iere. 1. Ecce, ego conuocabo omnes nationes regnorum Aquilonis, &c.

Volabunt quasi aquila festinans ad prædam. Velocissime per omnia loca discurrent, vt omnia deprædentur.

Facies eorum ventus vrens. Hieronymus: Quomodo ad flatum venti vrentis virentia cuncta arescunt, ita ad aspectum eorum omnia vastabuntur. De vento vrente dixi mus Hos. 12. initio, in illa verba: Et sequitur ad eum, &c. cap. 13. in illa: Adducet vrentem ventum, &c.

27 *Et congregabit quasi arenam captiuitatem.* id est, humanę rabies captiuos congregabit, sicut arena est innumerabilis. Congregabit autẽ hæc gens, de qua loquor, siue eius rex Nabuchodonosor, quod dicendum est.

Et ipse erit derisum regibus, & tyranni ridiculi eius erunt. Hieronymus: Ducet ante currum suum captiuos reges, & habebit irrisui. LXX. καὶ τυράννοις παίγνιον αὐτός, id est, Et tyranni ludibria, aut ludicra eius erunt. Heb. Et principes risus illi. Habebit secum reges captiuos, qui sibi seruiãt, & risum moueãt, id est, qui parasiti eius sint, vel quos risui omnium exponat habens domi suæ vt seruos. Nec male iuxta Heb. interpreteris: Tyranni risus illi, nullius regis potentia terrebitur, ridebit, cũ magnas aduersum se acies instruxerint. Quomodo etiam statim ait: Ipse super omnem munitionem ridebit. Ita intellexit Theophylactus, & Theodoretus, qui ita exponit: Per lusum magis quã serio, & data opera, maxima etiam regna deiebit. Porro noster interpres tyrãnos vocat reges, & principes, ita enim Græci sæpè vocant, & Latini, vt:

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. 7. Æneï.

Heb. לְגִים id est, principes, vt in Psalm. 2. Et principes conuenerunt in vnum.

28 *Ipse super omnem munitionem ridebit.* Contemnet omnium arcium, & murorum munitionem: quantumuis enim inaccessæ videantur arces, & in arduo sitæ, extruet magnos aggeres, & inde eas expugnabit, & capiet, vt fecit in Tyri oppugnatione. Hieronymus: Veniet enim Tyru, & iacto in mari aggere peninsulam faciet de insula, & introitum inter fluctus maris in vrbem terra præbebit, de quo Ezec. 29 Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrũ, &c. Vide ibi Hieronymum. Aggerem autem intelligit terreũ, est enim in Hebræo, Comportabit עָפָר id est, pulnerem, aut terram: quasi dicat: Etiam si ligna, aut saxa non supperterent ad aggeres, de terra faciet.

29 *Tunc mutabitur spiritus.* Hæc & reliqua quæ singulari numero dicta sunt, vt illud: Et congregabit quasi arenam captiuitatẽ, & ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt, &c. Hieronymus, Theophylactus, & quidam alij, ad regem Nabuchodonosor referunt. Nec videtur posse aliter intelligi, si verba Latinæ, & Græcæ trãslationis cõsideremus. At Hebræa optimè referuntur ad ipsos Chaldæos, id est, ad totam gẽtem, inquit enim: Quia ecce, ego suscitabo Chaldæos gentem amaram, & velocem, & גּוֹי i. gẽs, masculini generis est apud Hebræos. Quare omnia, quæ de rege dicuntur iuxta quos dixi autores multi probabilius est de gẽte ipsa dici, quoniam de

rege

Universidad de Deusto
Biblioteca

rege nihil dixit, neq; præcesit aliquid, quod referat pronomen Eius, cum ait: Leuiores pardis equi eius, & cetera, quæ sequuntur. At cum prius dixerit: Suscitabo Chaldæos gentem amaram, rectè dicemus: Leuiores pardis equi eius, id est, gentis Chaldæorum atq; ita in reliquis. * Finge nomẽ Gens, masculini generis esse, aut pro Gentem amaram, verte, populum amarum, videbis rectè omnia cohærere, neque opus esse vt persona subaudiatur, cuius nunquam meminerit Propheta. Nec verò moueat nos in nostra translatione poni, Ipse, quod non potest ad gẽtem referri: Solet enim interpres in Latinis nominibus genus nominis alterius linguæ vnde transfert, seruare, vt Sap. 1. Spiritus Domini repleuit orbẽ terrarũ, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Cum dicit: Et hoc quod continet omnia, respicit nomen πνεῦμα id est, spiritus, quod neutrius generis est, & quia reperit καὶ τὸ vertit, Et hoc. Scio quosdã interpretari, Hoc vniuersum, quod suo ambitu continet omnia, scientiam habet vocis, quia cœli enarrant gloriam Dei, & opera manuũ eius annuntiat firmamentũ. * Speciosa interpretatio, & quæ multis parum rem considerantibus placet, nec tamẽ vera, vt facilè intelliget, qui sensum, & verba Sapiẽtis paululum animaduerterit. Docet spiritum Dei nihil latere posse eorum, quæ intra nos cogitamus, aut loquimur. Benignus est enim, inquit, spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicũ à labijs suis, (id est, puniet omnes qui mala dixerint, aut cogitauerint) quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est verus, & linguæ eius auditor. Hoc autem vt probet, ait: Spiritus enim Domini repleuit orbem terrarum (id est, vbique est, & vbique operatur) & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis, id est, omnia quę cogitantur, & dicũtur, intelligit. Deinde conclusionem colligit: Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium, id est, habebit etiam spiritus Dei iudicium, id est, damnationem & pœnam, quo iniusta loquentes corripiat, & castiget. * Gene. 3. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semẽ tuũ, & semen illius, ipse conteret caput tuum. Vbi, Ipse respicit nomen זֶרַע quod Hebræis masculinum est. Idem fecerunt Lxx, qui verterunt αὐτὸς, id est, ipse, quomodo legit Hieronymus in traditionibus Hebr. & correctiora exemplaria Latina, & Chaldæus. Similiter casus solet relinquere, vt sunt in Græco, licèt Latinè non conueniãt, vt Matth. 20. Scitis, quia principes gẽtium dominantur eorum, pro eis. Sap 10. Et scieret quoniam omnium potentior est sapiẽtia. Ita vt ego, interpretatus sit omnia verba hęc Theodoretus, & ex parte Rupertus. Nunc ergo de gente Chaldæorum optimè explicabimus: *Tunc mutabitur spiritus*, id est, post tot victorias efferentur in superbiam, & tyrannice gentibus subactis dominabuntur Chaldæi, *Et pertransibunt*, quia paucis annis dominabũtur, *& corruet* superati, & debellati à Medis, & Persis. * *Hæc est fortitudo eius Dei sui*, quod per irrisionem dicitur, id est, huc tandem perueniet fortitudo eorum, quam à Deo suo se accepisse dictitabant, his angustijs finibus terminabitur eorum potentia, quam illi perpetuam fore sperabant. Cum dicit; Dei sui, Belum intelligit, vt rectè ait Hieronymus, quem præter ceteros colebant Babylonij, vt ex Danielis vltimo capite, & alijs prophetarũ locis constat, vt diximus Hos. 2. num. 60. 61. 62. Vides quam bene omnia cohæreant, si de gente Chaldæorum exponamus, referad regem Nabuchodonosor, duriuscule exponas necesse erit. Nam Hieronymus sic explanat: *Mutabitur spiritus eius* in superbiam, & Deum esse se credens imaginem auream statuet in Babylone, quam vniuersas gẽtes adorare compellet. *Et pertransibit*, hoc est, Transibit in bestiæ figurã, quod durum admodum videtur, cum eo verbo potius significari soleat regni vastatio, vt Hos. 11. sicut mane transit, pertransijt rex Israël. * Cum autẽ post septem annos ad pristinam felicitatẽ redierit, & ipse regnauerit latissimè, & filius eius, & filius filij eius, vt est apud Ieremiã c. 27. non valdè congruit quod sequitur: *Et corruet*, & irrisio illa: *Hæc est fortitudo eius Dei sui*. Posset enim respõdere infidelis: Immò illum afflictum Deus suus liberauit, & regnum ei restituit, & illud ad nepotem vsque cõseruauit. Denique ipse ait Dan. 4. Et in regno meo restitutus sum, & magnificentia amplior addita est mihi. Quare mihi hæc interpretatio multo probabilior est, quoniam mollius verbis adhæret, ne cum nihil à Propheta dictũ sit de Nabuchodonosor, subito sine causa nouam personam introducamus, &

relatiuum ponamus sine antecedente. Sed quoniam & altera probabilis est, ita potius in eum sensum exponerem: *Mutabitur* in superbiam, *& pertransibit, & corruet*, id est, cito eius potestas finietur, neque vltra nepotem prorogabitur. Aut potius *Pertransibit, & corruet*, quia amisso per mortem regno summa ignominia afficietur, & de sepulchro eijcietur, inter homines, in inferno autem magnis suppliciis cruciabitur, & ab omnibus irridebitur, vt late docet Isaias capit. 14. Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus, & obuolutus cum eis, qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. Non habebis consortium neque cum eis in sepultura. Et ibidem: Infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerunt de solijs suis; Omnes principes nationum. Vniuersi respondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis es effectus. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. * Nec me latet Lyranum in Isai. 14 & Danie. 4. & Iohannem Arboreum libro. 12. Theosophiæ, capitulo. 4. & Dionysium in Isai. 14. inter prædestinatos numerare Nabuchodonosor argumento capit. Nabuchodonosor. 23. quæst. 4. quod sumptum est ex Augustino, in libro de præde stinatione, & gratia capit. 15. Vbi cum dicit pœnitentiam egisse fructuosam, pœnamque illi valuisse ad salutem, Sed multo æquius est, vt Isaiæ verbis credamus, quæ de eius damnatione tam perspicua sunt, vt cogant repugnantes hoc, quod dicimus confiteri. Nam sensum eorum historicum de Nabuchodonosor esse docẽt ibi Hieronymus, Haymo, S. Thomas, Hugo, & plurimi ex recentioribus, & Theophylactus, & Theodoretus in fine huius capitis primi Habacuc; & verba ipsa adeò clare loquũtur, vt nullius voce interpretis egeant. Nituntur quidem Lyranus, & Arboreus vim huius loci eludere affirmantes quædã ibi de Nabuchodonosor, quædam de eius nepote Balthasar dici. Addit etiam Lyranus in Danielis capit. 4. verba hæc esse comminatoria, nisi ille egisset pœnitentiam. At vtrumque pugnat cũ

veterum, & recentiorum expositione, & cum verbis ipsis, quæ plane de vno, eodẽque homine dicuntur. * Præterea verba illa Isaiæ canenda erant à Iudæis postquam è captiuitate Babylonica redijssent: sicut ait Propheta: Et erit in die illa, cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura, qua ante seruisti, sumes parabolam istam contra regem Babylonis, & dices. &c. Cum ergo hæc verba dicantur in illud tempus, quo iam mortuus erat Nabuchodonosor, non iam rem futuram, sed quasi præteritam narrant. Verum ergo erat quod narrabant, verum erat quod tũc Iudæi canebant, Nabuchodonosor esse in loco damnatorum. Augustinus autem nihil contra nos docet; tantum ait flagellis quosdam peiores fieri, vt Pharaonem, quosdam meliores, vt Nabuchodonosor, qui egit pœnitentiam. Et quidẽ pœnitentia profuit illi tunc ad salutem, id est, ad gratiã impetrandam: sed nõ inde fit sẽper in eadem mansisse. Quemadmodũ Niniuitæ conuersi sunt ad Ionæ prædicationẽ, sed paulo post ad eadem peccata redierunt. Et ipse Nabuchodonosor conuersus est ad Deum Daniele somnium dicente, & interpretante, sed postea erexit statuam ab omnibus adorãdam, & socios Danielis misit in fornacem ardentem. Lege secundũ, & tertium caput Danielis. * Sed redeamus ad verba Prophetæ. Vbi nos habemus: *Et corruet*, in Heb. est וְאָשַׁם, quod propriè significat: & peccabit, vt transtulerunt Aquila, & Symmachus, & Chaldæus, hãc habẽte (vt inquit Hieronymus) scriptura sancta cõsuetudinẽ, vt וְאָשַׁם, id est, Delinquet, ponat pro eo quod est, Desinet esse, quod fuerat. Hoc quod adnotat Hieron. valde vsitatũ est in scriptura. Ezec. 6. Et dissipabuntur, & interibũt aræ vestræ. Pro interibunt, quo modo etiã verterũt Lxx est in Heb. Peccabũt. Et Hos. 3. Donec deficiatis, & quæratis faciem meã. Et cap. 10. Diuisum est cor eorum, nũc interibunt, vbi similiter transtulerunt Lxx loc. 1. Sed & greges pecorum disperierunt; eodem modo Lxx, & Chaldæus. Ex his intelligitur illud Psal. 33. Redimet Dñs animas seruorũ suorũ, & nõ delinquẽt omnes, qui sperant in eo. 1. * Nõ deficiẽt, nõ peribũt. In eo vero quod statim ait: *Hæc est fortitudo eius Dei sui*; Si de Nabuchodonosor interpretemur, fortasse hũc habet sensum, Eius qui est Dei sius. i. qui Deũ nõ agnouit nisi se: Vel quod re

Peccare pro Deficere.

Locus Psal. 33.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vera se Deum vocari, & adorari volebat, vel quod suam potentiam, & suas victorias virtuti suę tribuebat, sibi sumens quod erat Dei. Nam in tantā interdum homines rapi dementiam, vt Dij dici velint, & virtuti suæ tribuant omnia, ostēdit illud Ezec. 28. Dic principi Tyri: Eo quod eleuatū est cor tuū, & dixisti; Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris, cum sis homo, & non Deus. Et Mezentius ille Virgilianus:

10. Æneï. *Dextra mihi Deus, & telum quod missile libro,*
Nunc adsint.——

Hoc autem sensisse, & dixisse Nabuchodonosor, declarat statua aurea, quam erexit Dan. 3. quæ, vt ibi, & hic ait Hieronymus, ipsius erat, & in ea volebat ab omnibus nationibus adorari. Declarant verba illa Isai 14. Qui dicebas in corde tuo: In cœlū conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, &c. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Sed apertiora etiā sunt, quæ paulò post in hoc ipso capite scribit Habacuc. Super hoc lætabitur, & exultabit, propterea immolabit sagenæ suę, & sacrificabit reti suo, id est, Dexteræ, & fortitudini suæ tribuet honores diuinos. Sed hæc nos iam de gēte Chaldæorum interpretati sumus, num. 33.

TROPOLOGIA.

40 De allegoria diximus Paulum apostolū cum Prophęta nostro conciliantes, ad quā omnia, quæ sequuntur, facile acommodari poterunt ex ijs, quæ dicta sunt, & nunc in tropologia dicemus. In prioribus Prophetæ verbis illud animaduertimus, sæpè clamare sanctos, & non exaudiri, non quod Deus amicos suos audire nolit, sed quia peccata, & obstinatio eorum pro quibus orant, celerem vindictam exposcūt, quæ & ad Dei gloriam, & ad multorum salutem, interdumque eorum ipsorum, qui puniūtur, multo vtilior est. Iere. 15. Si steterit Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum, eijce illos à facie mea, & egrediantur. Quæ autem sequuntur: *Aspicite in gentibus, & videte, & admiramini, &c.* Discamus ex Paulo contemptoribus dici, id est, ijs, qui legem Dei contemnunt, & sanctas inspirationes, & verba prophetarū Dei, id est, cōcionatorum. Contēptores legis Dei quam seuere plectantur.

41 Aspiciant gentes, & videāt qua seueritate Deus infideles plectat, & nunc finendo eos in turpissima peccata præcipitare, & postea æternis ignibus cruciando. Si ergo in eos, qui legem Dei non acceperunt, nec ad cœlestes promissiones vocati sunt, sic iustitia Dei sæuit: quid faciet in Christianos Ethnicorum more viuentes, qui sciunt voluntatem Domini sui, & legem ore Dei latam, ac sacramēta conculcāt? Excusabiliores sunt Ethnici Iudæis, & cum Iudæis hos conferens Paulus ait: Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus, vel tribus testibus moritur: quāto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Si de non recipientibus, neque audientibus Euangeliū iudex ipse ait: Amē dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorræorum in die iudicij, quam illi ciuitati: quid de illis iudicabit, qui receperunt, & audierunt, & inter Christianos nati, atque educati, verbo Dei à pueris instructi, & sacro Christi corpore, & sanguine sæpius refecti viram ethnicorum degunt? Mirentur, & obstupescant timore imminentiū suppliciorū: opus enim operatur Deus in diebus illorum, quod non credent, cum quis narrauerit, & iā Deus illud molitur. * Quotties clamant concionatores, vt olim prophetæ, tradendos esse istos contemptores in reprobum sensum, & in desideria cordium suorum, ac demum sempiternis flammis esse concremandos, neque credunt vnquam, neque terrentur, sed addētes peccata peccatis, misericordiæ Dei cōfidere se dicunt? Et tamen de ijs dictum est: Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. Videt peccata, & considerat, & iā nunc opus hoc molitur, quod ipsi credere neq; ministris Euangeliū iudex ipse ait: Amē dico vobis, Sodomorum, & Gomorræorum in die iudicij, quam illi ciuitati: quid de illis iudicabit, qui receperunt, & audierunt, & inter Christianos nati, atque educati, verbo Dei à pueris instructi, & sacro Christi corpore, & sanguine sæpius refecti viram ethnicorum degunt? Mirentur, & obstupescant timore imminentiū suppliciorū: opus enim operatur Deus in diebus illorum, quod non credent, cum quis narrauerit, & iā Deus illud molitur. * Quotties clamant concionatores, vt olim prophetæ, tradendos esse istos contemptores in reprobum sensum, & in desideria cordium suorum, ac demum sempiternis flammis esse concremandos, neque credunt vnquam, neque terrentur, sed addētes peccata peccatis, misericordiæ Dei cōfidere se dicunt? Et tamen de ijs dictum est: Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. Videt peccata, & considerat, & iā nunc opus hoc molitur, quod ipsi credere neq; ministris Euangeliū iudex ipse ait: Amē dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorræorum in die iudicij, quam illi ciuitati: quid de illis iudicabit, qui receperunt, & audierunt, & inter Christianos nati, atque educati, verbo Dei à pueris instructi, & sacro Christi corpore, & sanguine sæpius refecti viram ethnicorum degunt? Mirentur, & obstupescant timore imminentiū supplicioru

Universidad de Deusto
Biblioteca

47 nisi De⁹ adsit, qui propugnet. *Quod intelligens Propheta aiebat: Nisi Dominus custodierit ciuitatē, frustra vigilat qui custodit eam Et.2.Reg.22. Dominus petra mea, & robur meum, & Saluator meus. Supra petram extruebantur olim arces, vt essent fortiores. sed Dauid sentiens quidquid ipse ædificaret munitionis inualidum esse, nisi à Deo fuleiretur, eum petram suam esse dicit. Munitio magna, & fortis erat, qui dicebat in abundantia sua: Non mouebor in æternum. Sed vt tormenta hostium sentire cœpit, ait: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cōturbatus. Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Sed quia Diabolus cum viros iusticia, & pietate præstantes vicit, superbia aduersus Deū effertur, & ad plures superandos spe quasi certæ victorię accenditur, & iusti tremunt: Deus pro salute electorū suorum pugnat clamantium: Iudica Domine nocētes me, expugna impugnantes me. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi Et iterum: Exurge Domine, non confortetur homo. Tunc à Deo expugnatus hostis antiquus pertrāsit, & corruit, & à iustis irridetur dicentibus: *Hec est fortitudo eius Dei sui*, id est, Quamuis superbus, & fortis sit, quamuis exaltetur cor eius, vt cor Dei, & sibi omnia summa tribuat, tamen nulla est eius fortitudo, si Dominus Deus noster pugnet pro nobis.

Pſal.126.

Pſal.29.

Pſal.34.

Pſal.9.

HISTORIA.

48 *Nūquid nō à principio.* Intellexit rectè Propheta Deum non solùm aliis gentibus, sed etiam Iudæis ipsis captiuitatem, & mortē prædicere, motusque gentis suæ caritate, quam saluam cupit, & offensus superbia Chaldæorum, iterum orans ait: Numquid Domine non elegisti nos à principio, ex quo vocasti patrem nostrum Abraham, & ex eo tempore es Sanctus noster, qui nos sanctificas, & quem nos sanctè colimus: atque ita seruandi sumus à te, vt licèt calamitatibus variis iactemur, non tamen moriamur, neque penitus extinguamur?

Domine in iudicium posuisti eum. Scio sanè Domine positam esse à te gentem Chaldæorum hoc tempore, vt per illam iudices, id est, punias inobedientes, & dedisti ei fortitudinem, vt per eam corriperes impios. Hæc, & quæ sequuntur de ipsa gente Chaldæorum intelligi possunt, quod dixi mihi videri probabilius, vel de rege Nabuchodonosor, quod non negaui esse probabile.

49 *Mundi sunt oculi tui ne videas malum.* Cum tibi omnis iniquitas displiceat, ac nullo modo videre, id est, probare possis, quæ mala sunt, & iniusta: quare non respicis super inique agentes? id est, Quomodo ferre potes Chaldæos homines pessimos instrumentum esse iustitiæ tuæ, & deuorare, atq; consumere Iudæos, qui licèt peccatores sint, multo tamen iustiores Chaldæis sunt? Hoc enim & Prophetam, & Iudæos male habebat, quod per peiores se punirentur. Hinc Iudi. 10. cum traditi essent in manus Palæstinorum, & Ammonitarum, clamabāt Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet (id est, non per hostes nostros, sed per te ipsum plecte nos) tantum nunc libera nos. Hoc etiam petebat Dauid Psal. 16. Eripe animam meam ab impio, phrameam tuam ab inimicis manus tuæ, id est, phrameam, qua inimicos tuos punis, ne des in manus hominum, qui inimici sunt. Vbi habemus: Quare non respicis? videlicet, vt punias, in Hebr. est: Quare respicis? & apud L x x, & Chaldęum Hoc est: Quare sustines videre ipsos, quod dum facis, videris eorum vitam, & facta approbare? Atq; ita opinor esse legendum, sed addita est negatio ab illis, quibus durum videbatur dici: Quare respicis, &c.

50 *Et facies homines quasi pisces maris.* Hæc verba omnes fere, vt Hieronymus, Theophylactus, Theodoretus, Lyranus, immò & Cyrillus in illud Hos. 4. Sed & pisces maris congregabuntur, ita exponunt: Quemadmodum in piscibus, qui maiores sunt, deglutiunt minores, ita pateris inter homines non ius valere, sed vires; & quasi nulla esset prouidentia, infirmiores à potentioribus spoliari, atque vexari. Tradunt enim hoc facere pisces etiam in suæ speciei pisces minores, quod de polypis scribit Ælianus libro primo de Varia historia, capite 1. At si rectè consideremus verba sequentia: Totum in hamo subleuabit, &c. intelligemus aliud fortasse velle Prophetam, nempe contemni à Deo homines, perinde ac si essent pisces, vel reptilia, quoniam quicunque eos vexare velit, & spoliare, ita impune fert, ac si pisces, aut reptilia occidisset: quomodo Psal. 43. dictū est: Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. i. Qui nos occidunt,

non

non videntur putare se homines occidere, nec magis in occidendo morantur, quam si oues occiderent, quæ ad macellum occidendæ ducuntur. Itaque non comparantur minores pisces cum maioribus, sed cū piscatore. Atque ita eleganter subijcit: Totum in hamo subleuabit, &c. quorum hæc est sententia: Hoc ideo dico, quoniam gens Chaldæorum, vel Nabuchodonosor, velut magnus piscator, omnes nationes, & omnia regna expiscatus est, & cū multo plures homines occiderit, quā maximus piscator pisces, exultat impune, ac triūphat. Est autē sensus: si hęc pateris, nec punis, ita homines occidētur, ac si essēt pisces, aut reptilia.

51 *Et quasi reptile non habens principem.* Hic apertius cernitur sensus noster, simul enim cū piscibus ponūtur reptilia, & tamē in reptilibus maiora non deglutiunt minora. Hoc ergo ait: Ita homines occidi finis, ac si essent reptilia, quę non habent principē id est, ducem, à quo protegantur, & cuius consilijs possint aduersarijs resistere, & ita facillime à quouis occiduntur, quoniam vbi non est gubernator, populus corruet, vt est in Prouerbijs capit. 11. Pro reptile est רֶמֶשׂ quod & reptile significat, & omne quod mouetur, vt adnotauit Hieronymus. Sed hoc loco res ipsa indicat pro reptili debere accipi, quemadmodum & L x x acceperunt.

Totum in hamo subleuauit. Hieronymus. Quomodo piscator mittit hamum & rete, & sagenam, vt quod hamus non potuit, rete comprehendat, quod euaserit rete, sagenis latioribus circumdetur: ita & rex Babylonius cuncta vastauit, & vniuersum hominum genus suam prędam fecit. Ita Hieronymus qui hæc de Nabuchodonosor accipit, nos de gente Chaldæorum potius accipiēdum putamus, vt iam diximus. Nec tamen aliud putare debemus in sagena intelligi, quam in reti, idem enim valet חֵרֶם quod semper sagenam vertit noster interpres & מִכְמֹרֶת quod vertit rete. Quod facile L x x senes indicant qui cum pro priori vocabulo posuerint ἀμφίβληστρον & p posteriori σαγήνας, idem cum mox ait: Propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo, vocabula permutantes quod in ἀμφίβληστρον verterant, vertunt in σαγήνας, & è contrario quod σαγήνας dixerant, ἀμφίβληστρον vocant, vtrumque Latini verriculum appellant. Duobus igitur nominibus idem valen-

tibus id quod Hieronymus ait significatum est quod hamo extrahi non potuit reti fuisse extractum, deinde ne id quod reti primo capi non potuit, effugeret, altero fuisse conclusum. Atque ita exponentes & ordinem verborum seruamus, & diuersa non facimus quæ eadem sunt.

52 *Propterea immolabit sagenæ suæ.* Ideo vidēs sibi omnia ex voto succedere, nec esse qui sibi resistat, omnes victorias tribuit fortitudini suæ. Sagenam, qua homines capit, vocat industriam militarem, & arma, & fortitudinem. Huic sagenæ suæ immolabit, ac si Deus esset, id est, illi acceptas fert vniuersas victorias. Si de Nabuchodonosor accipiamus, idem significat, sibi omnia tribuit, sibi diuinos honores impendit, vt diximus. nu. 29. eumdem sensum habet: *Et sacrificabit reti suo.* Chaldęus: Propterea sacrificat armis suis, & adolet aromota retiaculo suo.

Quia in ipsis incrassata est pars eius. Quasi dicat: Videt enim se suis sagenis, & retibus comparasse sibi laurissimas epulas, & cibos electos, id est, videt se suis armis potentissimos quosque reges vicisse, & pulcherima quęque regna ditionisuę subiecisse, omnesque eorum diuitias diripuisse. Sed perstat semper in metaphora piscatoris, qui cum multos pisces cepit, pinguiores, & meliores in cibum sibi reseruat. Hoc significat: *Incrassata est pars eius*: partem enim, siue sortem vocat quod sibi piscator reseruat: Et pars incrassatur, cum crassiora sibi eligit: cibi enim crassiores dulciores censentur, & meliores, vt Isai. 25. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum. Inde etiam Psal. 65. Holocausta medullata offerā tibi. Hūc sensum expressit Chaldæus: Ipsis enim bonus est cibus eius, ciusq; conuiuiū suaue.

53 *Et cibus eius electus.* Elegantissima quęq; & suauissima comedit, id est optima quæque omniū regnorum, & nationū sibi reseruat.

Propter hoc ergo expandit sagenam suam. Cū videat nihil sibi aduersi accidere, neque se propter tot scelera, & rapinas plecti, semper expandit sagenā suā, vt plures pisces capiat, id est. Quotidie nouas nationes bello inuadit & aperiēs metaphoræ obscuritatē aperte dicit: Et semper interficere gentes non cessat.

Hæc autem omnia quæ Propheta in persona sua locutus est, nō eo pertinet, vt Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

prouidentiam incusare velit, sed dolebat vehementer de pernicie suæ gentis, & angebatur vrbem sanctam, templumque, in quo solo verus Deus colebatur, ab idololatris, & flagitiosissimis hominibus euerti. Quare non vt reprehensio, sed vt deprecatio accipi debent, ne Deus gentem suam diripi sineret, & ne impune Chaldæi superbi, & scelerati per nationes grassarẽtur. Ita etiam Ieremias cap. 12. Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum, verumtamen iusta loquar ad te. Quare via impiorũ prosperatur? bene est omnibus qui præuaricantur, & inique agunt? verum non reprehensionem esse, sed precationem statim indicat: Et tu Domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum: congrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis.

TROPOLOGIA.

54 *Numquid non à principio, &c.* Electi & si affligantur, ac nonnunquã Diaboli potestati tradantur, vt cautiores postea, & timidiores resurgant, non despondẽt animum, sed ad Deum per preces, & per fiduciam magnam obtinendæ misericordiæ reuertuntur, & tanquam Deum suum, & sanctum suum inuocant, & cum Habacuc dicunt: Psal.117. *Et non morietur.* Et cum Dauid: Nõ moriar, sed viuã, & narrabo opera Domini. Sciunt Diabolum positum esse, vt probentur electi, & corripiantur, plagisque admoniti resipiscant. Interim tamen Propheta, & omnes electi videntes multos per Diabolum perire, & æterna morte damnari, & eodem ab eo delectu haberi, ac si essent pisces, aut reptilia non habentia principem, cum in hoc mortuus fuerit Christus Iesus, & resurrexerit, docente Apostolo, vt & mortuorum, & viuorum dominetur: nihilominus clamant: *Quare non respicis super iniquè agentes, &c.* Et quamuis hoc loco peccatores non comparentur piscibus, nisi quatenus à Diabolo piscatore extrahuntur, tamen re vera homines quãuis virtute præstare, quamuis sapientes antea viderentur, cum à Diabolo occupantur, fiunt quasi pisces maris, & quasi reptile non habens 55 principem. * Piscium bruta natura est, & fecunda, ac crudelis, & voce carent. Ira peccatores plurimi sunt, & facilè alios similes sibi gignunt, voce carent, quia orare Deũ nesciunt, vt peccatores esse desinant. Bruti sunt, quia Deum non agnoscunt, cœlestia non contemplantur, æterna bona commutant perituris, & fluxis. Sed ijdem qui quid sit extra aquas, id est, extra præsentia, inter quæ versantur, ignorant, in suis aquis latebras, & omnia quæ recondita sunt, norunt, vt pisces. Peccatores enim in rebus diuinis imperiti, & ignorantes, in humanis, id est, in ijs quæ ad lucrum, & ad honores captãdos, atque ad voluptates pertinẽt, callidissimi sunt, sicut ait Dominus: Quia filij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et Dauid de his ait: Et pisces maris, qui perambulant semitas maris, id est, nihil prætermittũt quod non videãt, & perambulent, & in magnis sæculi huius inquisitionibus, quasi in abditis fluctibus latent. Has autem semitas electi ignorant, & ideò Iob dicitur: Numquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? * Ijdem peccatores fiunt quasi reptile non habens principem, quia reptãt super terram, & Christum regem habere nolunt. Scriptum autem est: Omne quod reptat super terram abominabile erit, non assumetur in cibum. Per terram repere (vt in idem cap. 11. Leuitici scribit Isychius) nõ est hominum, quibus concessum est, vt recti incedant, cœlumq; suspiciãt; quia super terram repere est sordida opera, terrenaq; gerere. Et statim: Omne enim opus, quod per terram repit, & trahitur, sine dubio immundum est. Propter quod & Paulus talia de ijs qui agunt ea, dicebat: Quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiunt. *Totum in hamo sublevauit, &c.* Etenim hos omnes, qui pisces sunt, Diabolus piscatur, & deuorat. Quosdã hamo subleuat, minores, videlicet, pisces. Hamus hic quid est nisi carnis voluptas, quæ dulcẽ escã habere videtur, sed intus acutã & mortiferã cuspidẽ seruat? Hoc hamo qui rũq; capi solẽt. Deinde mittit rete, vt quod hamus nõ potuit, rete cõprehendat. Rete est cupiditas diuitiarũ, qua multi capiũtur, qui carnis voluptate capti nõ sunt. Sagena est superbia, qua eos etiam colligit, qui rete effugerant. Hac præda superbit, & triumphat, & hoc rete, atque hac sagena incrassatur pars eius, & cibus eius electus, quia his artibus, & tẽtationibus etiã eos sæpe capit, qui multũ in virtute profecerãt, & magnã

Deo gloriam, vtilitatem hominibus afferrent. Idcireo cibus eius electus dicitur. De quo præclare Gregorius. 32. Mor. ca. 10. vbi de eodem exponit quod ait Iob. Fenum sicut bos comedet. Boues, inquit, aquam quamlibet sordidam bibunt, sed feno non nisi mundo vescuntur. Quid est ergo quod boui, qui mundo pabulo pascitur, Behemoth iste comparatur, nisi hoc quod de isto antiquo hoste per Propheram alium dicitur: Esca eius electa? Neque enim eos se gaudet rapere, quos prauis, ac sordidis actionibus implicatos in imis secum respicit voluntarie iacere. Fenum ergo comedere sicut bos appetit, quia suggestionis suæ dẽte conterere mundã vitam spiritualium quærit, &c. Vide eũdem. 33. Mor. ca. 8. in illud: Sorbebit fluuium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius Iob. 40. Et quoniam successu dolorum suorum audacior fit hostis ad decipiendum, sicut deceptis primis parentibus cupidior, atque confirmatior filios eorum aggressus est, subdit Propheta: *Propter hoc ergo expãdit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat.*

CAP. II.

SVper custodiam meã stabo, & figam gradũ super munitionem: et contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi Dominus, & dixit. Scribe visum, et explana eum super tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc visus procul: & apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet. Et quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & non decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animam suã: & ipse quasi mors, & non adimpletur: & congregabit ad se omnes gẽtes, & coaceruabit ad se omnes populos. Nũquid non omnes isti super eum parabolam sument, et loquelam ænigmatum eius: & dicetur, Væ ei, qui multiplicat non sua? Vsquequo et aggrauat cõtra se densum lutum? Numquid non repẽte consurgent, qui mordeant te: et suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinã eis? Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes, qui reliqui fuerint de populis, propter sanguinem hominis, et iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantiũ in ea. Væ qui congregat auaritiam malã domui suæ, vt sit in excelso nidus eius: & liberari se putat de manu mali. Cogitasti confusionem domui tuæ, concidisti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. Væ qui ædificat ciuitatẽ in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Numquid non sunt hæc à Domino exercituum? Laborabũt enim populi in multo igne: & gentes in vacuũ, & deficient. Quia replebitur terra, vt cognoscant gloriam Domini, quasi aquæ operientes mare. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians: vt aspiciat nuditatem eius. Repletus est ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & consopire: circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriã tuam. Quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis, & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omniũ habitantium in ea. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus conflatile, & imaginẽ falsam: quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulacra muta? Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti, numquid ipse docere poterit? ecce iste coopertus est auro, & argento: et omnis spiritus non est in visceribus eius. Dominus autem in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

Psal. 10.

HISTORIA.

1 *Super custodiam meam stabo.* Quoniam secundo à Domino quæsiuit Propheta, quomodo pateretur gẽtem superbã exultare victorijs, & tot cædes, ac rapinas impune auferre, dicit se nunc velle attente expectare Domini responsionem, ita Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus. Stabo, inquit, super custodiam meam, id est, attente expectabo, sumpta metaphora ab ijs, qui arcem custodiunt, & vndique diligenter dispiciunt, ne clam hostis in eam ingrediatur. Symmachus: Quasi custos super speculam stabo. Itaque vt munitionem vocat rem munitam, id est, arcem, ita custodiam accipit pro re custodita, id est, pro arce etiam.

Et figam gradum super munitionem. Nõ mouebor ab arce mihi commissa, id est, sine vllo motu expectabo. Lxx. Et ascendam

Petra. super petram, quo nomine in Scriptura locus munitissimus intelligitur, arces enim vt munitiores essent, supra petras, & rupes ædificabantur, vt 2. Reg. 22. Dominus petra mea, & robur meũ. Matth. 7. Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerũt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super petram. Ex quo intelligimus cur dictum sit Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. * In Hebræo est

2 מצור quod etiam significat obsidionem, vt Nah. 3. Aquam propter obsidionẽ hauri tibi. Propterea Theodotion vertit: Figam gradum super gyrũ. Aquila, & quinta Editio: Super circinum, id est, stabo immotus quasi circulo aliquo incluſus. Symmachus: Et stabo velut incluſus. Quorum omnium idem est sensus cum nostra translatione.

Vt videam quid dicatur mihi. Heb. & apud Lxx. Quid loquetur in me. Hieronymus: Sed & hoc notandum ex eo, quod dixerat: Vt videam quid loquatur in me: propheticam visionem, & eloquium Dei non extrinsecus ad prophetas fieri, sed intrinsecus, & interiori homini respondere. Vnde & Zacharias: Et angelus, inquit, qui loquebatur in me. Et in Psalmis: Audiam quid loquatur in me Dominus. Idem adnotauit Theophylactus. Psal. 84

Et quid respondeam ad arguentem me. Id est, ad Deum, si forte me reprehenderit quod malè interrogauerim. Ita ferè Hieronymus, & alij nõnulli. Potest etiam intelligi *Ad arguentem me*, id est, ad eos qui à meditationem harum rerum quęsierint, quasi Dei prouidentiam accusantes, & me propheta eius pro eo reprehendentes. 3

Scribe visum, & explana eum super tabulas. Scribe visionem, quam tibi ostendo, ne semel audita excidat memoria hominum, id est, explana, id est, apertioribus literis scribe, vt percurrat qui legerit eã, id est, vt nullus immoretur in legendo, sed tam perspicuè scripta sit, vt à quouis etiam non admodum perito legi possit sine hæsitatione. Volo autem scribi, quoniam nõ statim implenda est, sed post multos annos, tandẽ tamen implebitur cum temporis à me constituti finis aduenerit. Theophylactus: Nec in chartam scribere iubet, verum in buxũ, (ita Lxx.) id est, in tabellam ex buxo, vt sit eo permanentior Scriptura, &c. Sed cur explanare super tabulas, siue perspicue scribere iussit? Potest hoc dupliciter intelligi, vt aut verba ipsa sint manifesta, nec vllis ænigmatum difficultatibus obscurentur, vt solent multa apud prophetas, quomodo Theophylactus & Rupertus acceperunt: aut vt verba qualiacumque fuerint, grandibus, & perspicuis literis describantur. Hieronymus vtroque modo videtur intellexisse, & ita intelligendum arbitror, quod ex causa, quæ redditur, manifestũ fit: vt percurrat qui legerit eũ, siue, vt vererur

Lxx. vt sequatur qui legit ea, id est, sine interruptione, & sine hęsitatione legat. Vtraque autem causa hæsitare solemus legentes, vel quod verba ipsa obscuriora sunt, vel quod paruis, aut obscuris literis scripta.

4 * Vult autem apertè scribi, & aperta esse verba, quoniam res magna est, & magnarũ quæstionum, difficiliumque solutionem continet, vt nemo non legat. Nam obscuritas aut literarum, aut sensuũ multos deterrere à legendo solet, vult autem hæc à doctis, & indoctis legi. Ita Isa. 8. Sume tibi librum grandẽ (vt grandioribus literis scribere possis) & scribe in eo stylo hominis.

Quia adhuc visus procul. Male Rupertus exposuit: Adhuc qui visus est in terris, & cum hominibus conuersatus, procul est, id est, non statim veniet Christus, procul est adhuc, quia acceptus est in cœlũ: cum visum appellet visionem istam, quam ostendit Prophetæ, sicut paulò ante dixit: Scribe visum, & explana eum. Ideò in Hebr. est, & in Græco in his duobus locis idem nomen חזון id est, visio, & ὅρασις quod idẽ est. Est autem sensus apertus, & probatus omnib⁹ expositoribus: scribe hanc visionem, quoniam nõ cito implebitur, adhuc procul est eius impletio.

Et apparebit in finem. Sine dubio apparebit hæc visio, sed in fine, id est, in nouissima ætate mundi, quam Iohannes nouissimam horam vocauit. Ita Euseb. lib. 6. de Demõstratione Euangelica. c. 14. & confirmatur optimè ex 1. Cor. 10. Scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorũ deuenerũt. Rectè etiã Theophylactus exponit, in finem, id est, tandem tandẽ oriet- 5
tur, tãdem apparebit, & si differri videatur.

Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Hæc est prophetia in tabulis scribenda buxeis, magis autem in tabulis cordis carnalibus. Etenim cum ait: Si moram fecerit, expecta eum, non est intelligendum, si moram fecerit visus, id est, visio hæc, quam dixi esse procul, expecta eum, scilicet, visum, sed, si moram fecerit Christus, expecta eum, veniens enim veniet, id est, Christus veniet, & non tardabit, hoc est, non differretur vltra tempus suũ, vltra tempus à diuina prouidentia præstitutum, quod est tempus omnium conueniẽtissimum. Tardare enim dicitur non qui cito non venit, sed qui tempore quo venturus erat, nõ venit, vt nemo dicit modo tardare Antichristum, qui ad finem sæculi venturus est. 2. Pet. 3. Nõ tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, quia, scilicet, nondum venit tẽpus, in quod promisit. Exho. 22. Decimas tuas, & primitias tuas nõ tardabis reddere, id est, reddes suo tempore. Tob. 9. Scis enim ipse, quoniam numerat Pater meus dies, & si tarda uero vna die plus (id est, vltra condictum, seu præstitutum tempus itineri meo) contristatur anima eius. Ita hunc locum interpretantur Euseb. lib. 6. de Demonstratione Euangelica. c. 14. & Theophylactus, immò & Lxx. interpretes. * Cum enim prius 6
dixissent: Quia adhuc visio in tempus, & orietur in finem, & non in vacuum: continuò repente cõmutato genere subijciunt: Si defecerit, sustine eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Idem fecit in translatione sua Sanctes Pagninus. Sed res ipsa per se manifesta est ex Scripturæ consuetudine, qua cum veniẽs, aut venturus, aut expectatus, aut simile quippiam ponitur, & nihil additur, Christus intelligitur qui his nominibus in ore omnium Hebræorum versabatur, vt Gene. 49. Donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Psal. 117. Benedictus qui venit in nomine Domini. Matth 11. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Græcè: Tu es, ὁ ἐρχόμενος id est, Tu es ille venturus? Ioh. 1. Ipse est qui post me venturus est. Act. 19. Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens, in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent, id est, in Iesum. Eodem nomine, quo & Euangelistæ, vsi sunt hic Lxx. ὁ ἐρχόμενος ἥξει Veniens, siue venturus veniet. Vnde Eusebius loco indicato: Etiam hoc loco palam eum, qui venit, de quo prophetæ loquuntur, venturum canit. Sed quis tandem hic sit, nisi qui supra innotuit in illis verbis: Benedict⁹ qui venit in nomine Domini? &c. Quare optimè Propheram intellexerunt Lxx interpretes, nec debuerunt ab Hieronymo reprehendi, quod genus mutassent, quod iure optimo mutarunt. * Et vt nullus restet 7
dubitationi locus, confirmatur hæc expositio ex Paulo Heb. 10. vbi totum hunc locum refert: Adhuc enim modicũ, aliquantulumque, qui venturus est veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuet. Vbi eadem prorsus verba quæ sunt apud Lxx, sunt apud Paulum, nisi quod vbi illi

Venturus veniens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt, ἐρχόμενος, id est, veniens, quod erat minus apertum ipse apertissime dixit: ὁ ἐρχόμενος, Ille veniens, qui per excellentiam, & per consuetudinem sermonis nostri appellatur veniens ὁ ἐρχόμενος ἤδη, καὶ ὁ χριστὸς. Ex quo discimus, in nostra translatione Veniens non esse participium, sed nomen significans CHRISTVM, id est, non poni ad geminationem, quæ solet fieri amplificationis causa, vt cum dicimus: Fornicās fornicabitur, loquens locutus sum, sed vt sit suppositum illius verbi, Veniet. Nam quando hæc geminatio sit, etiam si apud nos ponatur sæpe participium, apud Hebræos infinitiuus est, vt latius in.1.ca. Sophoniæ explicabimus, dicit enim Hebræus: Fornicari fornicabitur, loqui locutus sum, hic autem vt indicant Lxx, & Paulus, non est infinitiuus, sed participium positum pro nomine.* Quare indocte Hebræi authores punctorum scripserunt בא quod est venire, cum Paulus, & quidem Hebręis scribens doceat esse scribendum בָּא quod est veniens. Si autem in eo quod dicitur: Veniens veniet, CHRISTVS venturus intelligit, merito idē CHRISTVS intelligetur; non autē visus, cū ait: Si morā fecerit, expecta illum. Iure ergo Lxx mutarūt genus, vt docerēt nō se iā de visione loqui, sed de CHRISTO. Ex his etiā perspicuū fit Prophetā explanasse visum super tabulas, id est, aperte scripsisse, quoniā nomine venientis, aut venturi ita omnes CHRISTVM intelligebant, ac si plane Messias diceretur. Hæc est ergo visio aperta, & explanata, qua Deus Prophetæ, & totius populi querelis respondet: Si CHRISTVS moram facere tibi videbitur, patienter expecta, veniet enim, & non tardabit, id est, non differetur eius aduentus vltra tempus conueniens, & à Dei prouidentia præfinitum. Sed quid hoc ad quæstionem, & querelam Prophetæ? Plane eam soluit. Venturus enim erat CHRISTVS, & promissus, vt saluos faceret suos, & ab omnibus inimicorum visibilium, & inuisibilium iniurijs liberaret, & vt orbem iudicaret in æquitate reddens vnicuique pro meritis præmium, aut supplicium. Luc.1. *Et erexit cornu salutis in domo Dauid pueri sui. Et iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, Luc.2. Expectans consolationem Israel. Et ibidem: Et loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionem Israel. Lege (vt alia multa omittam) Psal.71. qui totus de hac liberatione est. Et in fine Psal.95. Tunc exultabunt omnia ligna siluarum à facie Domini quia venit, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua. Ergo quia Propheta querebatur videri quodam modo Deum non curare res humanas, cum impij impune grassārentur, & affligerēt iustiores sc. respondet Dominus filium suum esse venturū, qui iudicabit impios, & pios afflictos consolabitur. Hoc autem cœpit facere in primo aduentu dicens: Beati mites, quoniam ipsi possidebūt terrā. Beati qui lugent, quoniam ipsi cōsolabuntur, &c.* Superbos etiā, & oppressores pauperum reliquit in infidelitate, & pauperes liberauit, iuxta illud Luc.1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Sed in secūdo aduentu, de quo maxime loquitur Propheta multo plenius faciet, cū iustis liberatis ab iniuria malorum amplissima reddet præmia, impios autē, qui iustos tyrānice persecuti sunt, æternis ignibus tradet cruciandos, vt vidimus in toto tertio ca loelis, & in Nahū, & in huius Prophetę fine copiosissime, & elegātissime demōstratur. Est ergo, ac si diceret Dominus: Nihil refert si breui tempore impij sæuire permittātur in nos, & lætari, cū postea ęternas pœnas sint daturi. Ita respōdit Psal.36. in quo luculenter, & elegāter de hac quæstione agitur: Nouit Dominus dies immaculatorū, & hęreditas eorū in æternum erit. Non cōfundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccatores peribunt. Inimici vero Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quēadmodum fumus deficient. Et postea: Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos, in ęternum conseruabuntur. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit, &c.* Hoc est. Quid conquerimini o homunculi? amat Deus iudicium facere, amat æquitatem, non abiecit curam rerū humanarum. Vobis durum, & intolerabile videtur iustos in hac vita affligi, impios exultare, & vexare pios. Comparate vniuersum tempus, quo hæc fient, cum æternitate, nihil est: quid ergo miramini eos breuissimo momento regnare, & lętari, & affligere iustos, qui sine fine cruciabūtur apud inferos? Quæ tanta iniustitia est sinere eos breuis-

8

9

10

Matth.5

11

sime me vexari, in terra, qui per æternitatem vniuersam beatissimi lætabuntur in cœlis? Atq; hunc esse Prophetæ nostri sensum ex beatissimo apostolo Paulo, qui mirificam tenebris prophetarum lucem inuexit, plane intelligimus. Nam in Epist. ad Hebræos. c.10 aperte de secundo Domini aduētu interpretatur verba Propheræ, in quo & iusti præmia, & iniusti recipient supplicia. Nolite itaque, inquit, amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionē. Adhuc enim modicum, aliquantulumque, qui venturus est veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuet, &c. Ita etiam Iacobus cū de vexationibus iustorum loqueretur, quemadmodum & Paulus, similiter infert cap 5. Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum.* Patientes estote & vos confirmantes corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquauit, id est, Tolerate persecutiones malorum, & durate, cito veniet Dominus, qui illos disperdet, & vos debitis præmijs donabit. Nunc Hebraica verba obseruemus, quæ quidam tentant paulò aliter interpretari non animaduertēs Scripturę cōsuetudinem. Vbi habemus: Quia adhuc visus procul, in Heb est: Quia adhuc visus, siue visio לַמּוֹעֵד quod quidam, Ad tempus solenne, alij, Ad tempus constitutum, interpretantur. Sed constat sæpè hoc nomine tempus quodlibet significari, vt Exhod 9. Constituitq; Dominus tēpus, dicens: Cras faciet Dominus verbum istud in terra. Psalm.74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Ideò Lxx verterunt: Quia adhuc visio in tempus. Et Chaldæus: Quoniā futura est prophetia illa tempore. Dictum est ergo: In tempus, id est, vsque ad tempus, id est, post dies multos. Quod si velis interpretari vsque ad tempus constitutum, siue prædictum à Deo per Danielē, cap. 9. nihil obsto, sed quoniam procul adhuc erat illud tempus, vt explicaret Hieronymus, dixit, Procul. Pro: Et apparebit, est יָפִיחַ, pro quo Lxx transtulerunt: Et orietur. Potest etiam verti: Et loquetur, id est, aderit, apparebit, ostendet se adesse, vt qui loquitur non dubitatur adesse.

12

Ecce qui incredulus est. Qui nō crediderit, peccabit; non erit iustus coram me, nō placebit mihi. Pro: Qui incredulus est, in Heb. est tantum עֻפְלָה quod Hebræi elationem cordis interpretantur, sed propriè ea cordis elatio videtur, quæ ex incredulitate oritur, magisque ipsam incredulitatem, quam cordis elationem significat, ab עָפַל, quod est Tenebræ: vt enim fides illustrat intellectum, ita incredulitas obtenebrat. Quod ex Num.14 intelligitur, vbi Moses Hebręis incredulis, & montem conscendere volentibus ait: Cur transgredimini verbum Domini, quod vobis non ceder in prosperum? Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. At illi cōtenebrati ascenderunt verticem montis. Pro contenebrati, est וַיִּעְפְּלוּ id est, obscurati incredulitate, & obtemperare præ eadē incredulitate nolentes, ascēderunt. Videamus, quam rectè hoc Paulus explicauerit Heb.10. Quod si subtraxerit se (scilicet, per incredulitatem) non placebit animæ meæ: quæ fuit eriam translatio Lxx. Sed pro, Non erit recta anima eius in semetipso, dixerunt Paulus, & Lxx: Non placebit animæ meæ, aut, sicut in Græco: Non placebit anima mea in ipso, quod idem est. Sensum autem esse eumdem nemo est qui nō videat, nemo enim Deo placere potest, nisi iustus sit, & rectus. * Quod autem ait: Si subtraxerit se, perinde est, ac si diceret: Si incredulus fuerit, vt diuinitus idem Apostolus interpretatur dicens: Nos autem nō sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Itaque subtractionem opponit fidei, sicut perditionem acquisitioni, neque indigemus interpretationibus Hebræorum, vbi tantum actalem habemus interpretem.

13

14

Iustus autem in fide sua viuet. Incidimus in locū, qui est lapis offensionis, & petra scandali duabus domibus Israël, id est, domui Iudæ, hoc est Orthodoxis, & domui Israël, quæ recessit à domo Dauid, id est, hæreticis. Nam hæretici quidem hinc offici putant sola fide iustum viuere: Orthodoxi vehementer laborant, quomodo cum Prophetæ sensu cōgruere possit, quod Paulus ex his verbis cōfirmare contēdit, ter enim citat, Rom.1. Gal.3. & Heb.10. Sed si diligēter animaduerramus quæ hactenus à nobis dicta sunt, magnam offensionis partē detractam inueniemus, & veram arq; ger-

Universidad de Deusto
Biblioteca

manam explanationē tenentes, facilè ex ea de reliquis iudicabimus, & multās recentiorum, quas prudens ferè præteribo, vt minus aptas, & congruentes, respuemus. * Veram ergo intelligentiam petamus ex Paulo, in quo loquitur Christus, qui ita subtiliter, & acute hæc, atque alia exponit, vt mihi videatur ne suspicaturum quidem fuisse vllum id à propheris dici, nisi ipse per Spiritus sancti gratiam latentes, & reconditos sensus in lucem eruisset. Ad Rom. ita scribit: Non enim erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuet. Ad Galatas verò: Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestū est, quia iustus ex fide viuet; lex autem non est ex fide, &c. Verba Epist. ad Heb. iam retulimus: Patientia enim vobis necessaria est, vt voluntatē Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum, aliquantulumque, qui venturus est veniet, & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuet; quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. In quibus duo primum constent. Primum est legendum vbique, Viuet, nam & in Hebræo futuri temporis est, & apud Lxx, & apud Paulum in Græco, & in multis Latinis exemplaribus emendatioribus.

16 * Alterum est, Prophetā loqui de vita gratiæ; alioqui male, & contra Prophetæ sensum hoc testimonio Paulus vtetur, quem de vita gratiæ, & de iustificatione loqui tā planum est, vt nemo qui paululum consideret, dubitare possit. Video tamen recentioribus Pauli enarratoribus multis nequaquam Prophetam de iustificatione hominum loqui, sed hoc dicere: Ex fide viuet, id est, fide sustinebit se, & perdurabit spe liberationis futurę, & constans erit in bono: quia sine spe futuri præmij, non exercebit opera charitatis. Quæ explicatio si vera est, quomodo verum esse potest quod Paulus Gal. 3. inquit: Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestū est, quia iustus ex fide viuet. Quod quid est aliud quam dicere: Nemo iustificatur per opera legis, sed per fidem, quia iustus ex fide viuet? Si ergo de iustificatione impij Propheta noster locutus non est, male argumentatur Paulus, de prima enim iustificatione agit semper in Epist. ad Rom. & in Epistola ad Galatas, non de conseruatione gratiæ, quæ sine dubio per opera legis tunc cōseruabatur. * Primū igitur videam⁹ sensum Pauli. Docet aduersus Iudęos in Epist. ad Romanos, & ad Galatas, iustificationē nulli contingere per opera legis, sed per fidem Iesu Christi. Itaque quantumuis Iudæus opera legis faceret accurate, nisi crederet in Christum, nullo modo iustificari posset. Air ergo: Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus autem ex fide viuet. Iustitiā Dei vocat modo Paul⁹, qua nos iustos facit, vt exponunt Chrysostomus, & Theophylactus, & Augustinus. 14. de Trin. cap. 12. & in libro de Spiritu, & litera. ca. 9. & 11. Hoc ergo dicit: In eo, id est, in Euangelio, & in hac nouæ legis doctrina, aperte traditur, quod ante obscurius docuerant prophetæ nemini posse iustificationem contingere, quantūuis opera legis iactet, nisi ex fide, quam veteres habebant, transeat in fidem Euangelij Christum recipiens, & confitēs iam impletum quod ante sperabatur. Et in Epist. ad Galatas idem affirmat: Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est. Et vtrobique hoc probat ex verbis Habacuc: Iustus ex fide viuet: Aut ergo Paulus non intellexit verba Prophetæ, aut intellecta in alienum sensum detorsit, & simplicitate legentium abusus est, (quod vel suspicari blasphemum est, & sacrilegum) aut idem dixit Propheta quod Paulus, vel certè vnde necesse sit sequi quod vult Paulus. * Teneam⁹ sensum Apostoli, de quo dubitare non possumus: quomodo ex illorum autorum interpretatione colligitur quod manifesto colligi dixit tantus Apostolus? Vita gratiæ non potest conseruari sine fide, ergo impius iustificatur ex fide. Hæc illorum collectio est. At quiuis contra argumentari poterit: Vita gratiæ non potest cōseruari sine operibus, & sine mandatorum Decalogi impletione, ergo impius iustificarur ex operibus, quod Paulo, & fidei Catholicæ repugnat. O diuinum legis, & Prophetarum interpretem Paulum? ille nos dirigit, ille nos docet, quod sine eius literis nemo intelligeret. Sequor ergo Spiritum sanctum ducem, qui per Habacuc dixit, & per vas electionis explanat: Ecce qui incredulus est, &c. Dixerat venturum esse Christum, quo verbo quæstioni multis verbis à Propheta

propositæ abunde respondit. Deinde omnes hortatur vt eum recipiant, & in eum credant, si salui esse volunt. Ecce qui incredulus est, qui in illum in mundo conuersantem, & docentem, & pro hominum salute morientē non crediderit, inuisus mihi erit, & abijcietur à me, etiam si opera legis diligēter se se impleuisse credat. * Ita Deutero. 18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponā verba mea in ore eius, loqueturq; ad eos omnia, quę præcepero illi. Qui autē verba eius, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerint, ego vltor existam. Iustus autem in fide sua viuet, id est, Qui iustus futurus est, vitā gratiæ habebit per fidē, quæ est in cū, non per opera legis. Videte ergo quantum vestra referat in eum credere, sine quo, etiā si plurimum in operibus legis laboretis, viuere, id est, iustificari, nullo modo potestis. Itaque iustus hoc in loco dicitur, non tam qui iam est, quam qui esse vult. Ita omnes loquimur. Literatus multa legat, multum cogitet, multum laboret necesse est, id est, qui literatus esse vult. Monachus parentes, & fratres, & diuitias sæculi relinquit, id est, qui monachus esse vult, aut qui verè monachus futurus est. Ita etiam ait idem Apostolus: Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, id est, qui Deo militare vult, aut qui verè militaturus est: Matth. 20. Adorans, & petens aliquid ab eo, id est, volens petere. Immò & illi, quibus maximè curæ fuit ornate, & eleganter loqui, ita sæpenumero loquuntur, vt Horatius:

Sponsi Penelopes, ——

qui non erant, sed esse cupiebant. Et Virgilius:

Et gener auxilium Priamo, Phrygibusq; ferebat.

Quo loco Seruius: Gener inquit, dicitur, & qui est, & qui esse vult, vt hic indicat locus: Sicut etiam maritus, vnde est:

Quas ego iam socias iam dedignata maritos.

* Est autem hæc Pauli, vt non inusitata, ita nec impropria, aut inelegans locutio; nam etsi prius iniustus sit, tamen cum illi conuenit viuere, iam iustus est, & ideò rectè dicitur: Iustus ex fide viuet. Vides quam recte omnia cohæreant, nec aliud Propheta, aliud dicat Apostolus, sed idem, quia idem per vtrumque Spiritus locutus est? sed nōdum plene euasimus, restat enim difficilis dubitatio, quo pacto sensus Prophetæ, qui plane cum verbis Pauli congruit in epistolis ad Rom. & ad Galatas: etiam cum eiusdem in epist. ad Hebræos verbis conueniat, quibus longè aliud agere videtur, vt num. 11. explicauimus. Respondeo equidem eodem modo, & ibi accipi hæc à Paulo: Patientia, inquit, vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem, id est, Perdurate in bonis operibus, & in patientia malorum. Adhuc enim modicum, aliquantulumque, qui venturus est veniet, & non tardabit, qui, scilicet, præmia vobis digna reddet, Iustus autem meus ex fide viuet. Quasi dicat: Nō potestis de hoc dubitare, sed ita credite, quoniam per hanc fidem iustificati estis, & si ab illa defeceritis, & subtraxeritis vos, nō placebitis Deo. Firmiter autem credentes, citò venturum esse Christum, facilè omnia perferetis, & perdurabitis. * Proptrerea dixit: Nos autem 21
nō sumus subtractionis filij in perditionē, sed fidei in acquisitionem animæ. Quod autem ait: Iustus meus, etiam si non sit in Propheta, Meus, nihil refert, sensum non mutat, & apostolicæ consuetudinis est, vt diximus cap. 1. num. 14. ac si dicat, is, qui à me iustificatur. Similiter quod Propheta dicit: In fide sua viuet, Lxx autem: Ex fide mea viuet, idem significat: eadem enim fides & nostra est, qui credimus, & opus illud facimus, & Dei, à quo nobis donatum est, vt crederemus Varietatis causam expo suit Hieronymus. In Hebræo est בֶּאֱמוּנָתוֹ quod ita scriptum sonat: In fide mea. Ita legit Hieronymus, & Symmachus, & Chaldæus. Si verò vltima litera minus protendatur, fiet ex ו id est, ex vau iod, & sonabit: In fide mea, quomodo legerunt Lxx. Sed nihil refert, cum sensus sit idē, vt diximus. Egimus cum nostris, nunc cum hæreticis agamus, qui sola fide iustificari volunt impium, quoniam si iustus ex fide viuit, ergo vita eius fides est. * Quid de hac re Sponsus docuerit, quid amici sponsi apostoli, & prophetæ senserint, nemo meli⁹ explicare potest quam sponsa, id est, Ecclesia Catholica, cuius hæc certa, & perspicua verba habemus in Concilio Trident. Sess. 6. cap. 8. Cum verò Apostolus dicit iustificari hominem per fidem, ea verba in eo sensu intelligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiæ Catholicę sensus tenuit, & expressit, vt, scilicet, per fidem ideò iustificari dicamur, quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis,

An sola fide viuat iustus. 22

sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Sed hoc ipsum propter contentiosos, & incredulos magis explicemus, qui nisi ita cæci essent, vt & à rudimentis Philosophiæ, & à communi etiam sensu abhorrerent, facile possent planam, & apertam perspicere veritatem. Quodcunque causæ genus per has præpositiones Per, In, Ex, intelligi velint, ceteræ certe causæ non excluduntur, vt cũ
Prou.8. dicitur: Per me reges regnant, & legũ conditores iusta decernunt: nõ tolluntur deliberationes, & cõsilia hominum, & rerum vsus, & cetera quæ iuuant, vt legum conditores iusta decernant. Qui dicit: In baculo meo transiui Iordanem istum, num solo baculo se transisse dicit, sine pedibus, & ma-
23 nibus, sine motrice virtute? * Tale est illud Psalm. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, non negat ipsos quoque esse pugnaturos. Denique in eadem epistola, cum Paulus ait: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, tolluntur ne causæ secundæ? Siue ergo dicamus: Iustus in fide sua viuet, siue, Per fidem suam, siue Ex fide sua, non tollimus actus pœnitentię, & reliquarum virtutum, sed viram tribuimus primo vitæ initio, sine quo cetera, quę viram efficiunt, constare non possunt. Nõ intelligunt Scripturas hæretici, quarum tamen se scientissimos esse gloriãtur, neque norunt quomodo loquantur. Mirantur vitam tribui fidei, si non ipsa sola satis sit ad
Prou.4. iustificandũ: rogo nunquam legerunt cordi tribui vitam? Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Ex similitudine vitæ naturalis hoc desumptum est, sed viuet ne animal sine capite, sine hepate, sine pulmone, sine sanguine? Recte tamen dicitur: Ex ipso vita procedit, quia vitæ initium est, & vltimũ moritur. Ita fides initiũ iustificationis est, & quasi cor quoddam in virtutibus, ex quo hæc vita procedit, si tamen cetera addantur, quæ vitæ necessaria sunt. Quid apertius non dicam in
Rom.3. alijs, sed in ipso Paulo? Arbitramur, inquit, iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Idem scribit ad Gala. c. 2. &. 3. Sed
Gal.5. audi quid in eadem epistola dicat: Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed fides, quæ per caritatem operatur. Vides quomodo fidem reijciat solam, nisi ei caritas adiungatur, &
24. inanem esse ad iustificationẽ sentiat? * Sed cur ita Propheta, & Paulus locuti sunt? Ita maxime loqui oportuit, præsertim Iudæis, quibus hęc scribebantur. Nam cum in prędicatione Euangelij Iudæi gratiam Christi sibi deberi contenderent, quòd portassent pondus diei, & æstus, id est, præcepta legis impleuissent, & iugum graue toleraissent, nec debere admitti gentiles, qui semper sine Deo, & sine lege vixerant: Apostolus in tanto, & tam pernicioso hominum errore pro veritate clamauit, non iustificari hominem per opera legis, sed per fidẽ Iesu Christi. Hoc est: Etiam si in lege laboraueritis, & semper laboretis, nunquam iustificabimini, nisi credideritis in Iesum Christum. Gentiles autem, qui nulla opera legis præstiterunt, si in Christum credant, iustificabũtur. Atque idem dixit Habacuc, quia de eadem re loquebatur: Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in fide sua viuet. Sed originẽ vitæ, & iustificationis aperuerunt, quia illis hominibus fidem contemnentibus, & de operibus legis superbientibus loquẽdum erat, cetera quæ ad vitam efficiẽdam simul cum fide necessaria erant, non abstulerũt. *Sed hic fuit Propheręe, & Apostoli sensus: Si fidẽ Christi, ô Iudęe legis obseruator excludas, nunquam salutem consequeris, nũquam iustificaberis: at si vel tu, vel Gẽtilis, in Christum credatis, iustificabimini, quia credẽtes statim baptismum, & cetera quæ sunt ad iustificationem necessaria, addetis, vt fides ipsa docet. Hoc exempla docent apertissimè. Act. 2. His auditis compuncti sunt corde (crediderunt, videlicet, eum esse Christum, quem occiderant, alioqui non compungerentur corde) & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres? Non putauerunt satis sibi esse credere. Sed neque apostoli dixerunt, Iam credidistis, satis est, iam iustificati estis. Sed quid? Petrus verò ad illos: Pœnitentiam, inquit, agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum. Et cap. 8. Et dum irent per viam, venerũt ad quamdam aquam, & ait Eunuchus: Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Quoniam credidérat, fide ipsa edoctus est, alia esse cum fide copulanda, sine quibus iustus esse non posset. Dixit autem Philippus: Si credis ex toto corde, licet. Et respõdens ait: Credo Filium Dei esse Iesum Christũ. Et iussit stare

currum, & descenderunt vterque in aquã, Philippus & eunuchus, & baptizauit eum. Lege Concilij Tridentini Sessionem sextam, cap. 6. &. 7. Scio multa de his scripsisse viros doctissimos nostræ ætatis, sed ego Scripturæ tantum telis aduersus hæreticos vti volui, vt demonstrarem eos ignorare Scripturam, neque explanare, vt putant,
25 sed deprauare.

Et quomodo vinum potantem decipit. Etiam si satis quæstioni propositæ respõsum erat, tamen vt melius intelligant, & æquiori animo ferant Iudæi suam calamitatem, docet momentaneam esse malorum felicitatem, & caducam, quod elegantissimè explicatũ est in Psalmo. 36. Et quamuis generalis sermo videatur, ita tamen loquitur, vt non sit difficile intelligere eum de Nabuchodonosor loqui, cuius victoriæ, & superbia omnes terrebant. Sicut vinum, inquit, decipit potantem, quia primo cum exhilarat, sed mox prosternit, & alijs deridendum præbet: sic felicitas Nabuchodonosor citò transibit, & postea dolorem illi, & irrisionẽ omnium afferet.

Et non decorabitur. Non glorificabitur, nec pulcher erit in oculis hominũ, vtrumque enim significat verbum נָוָה, quod est in Hebræo. Est autem: Summa ignominia afficietur, erit omnibus detestabilis, iuxta phrasin, quam adnotauimus. Micheæ. 2. numero. 3.

Qui dilatauit quasi infernus animam suam. Infern⁹ insaturabilis est, Prou. 30. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit: Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua. Ignis verò nunquã
b dicit, sufficit. Dicitur autem insaturabilis, quia auide omnes animas recipit. Mors etiam est insaturabilis, semper alios, atque alios quærit occidere. * His cõparat cupiditatem insatiabilem Nabuchodonosor, dilatat se vt infernus, & vt mors, id est, magna auiditate se præparat ad omnia deuoranda, sed nunquam implerur, nunquam satiatur. Dilatare animam suam est dilatare se, vt iam diximus Hos. 9. num. 5. In hac dilatatione maxima auiditas ad deuorandum significatur, vt Isai. 5. Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino.

Et congregauit ad se omnes gentes. Iam hoc apertè de Nabuchodonosor dici quis non videt, qui hac auiditate plurimas nationes bello inuasit, & cepit? *Numquid non omnes isti super eum parabolam sument?* Cum enim eum Dominus punierit, & occiderit; omnes gentes, quas tyrannice subegit, exultantes canent parabolam, id est, carmen lugubre, obscurum de eius infelicitate per irrisionem, & loquelam ænigmatum, id est, plenam obscuritate, & ænigmaticam, eius, id est, de eo, de eius ruina, vt videmus fieri Isai. 14. à Iudæis. De his parabolis multa diximus. Mich. 2. num. 8. &. 9. &. 10. ex quibus rectè hæc intelliguntur.

Væ ei, qui multiplicat non sua, &c. Quoniam
28 parabola est, nec ille nominatur, de quo dicitur, nec aperto sermone, sed metaphoris, & similitudinibus canitur. Væ ei, qui suo regno latissimo nõ contentus, inexplebili cupiditate aliena regna inuadebat, & nunquam satiabatur.

Vsquequo & aggrauat contra se densum lutũ. Hæc aut diuidi possunt, aut vno spiritu legi. Si diuidantur, sensus erit, vsquequo? id est, Quando satiabitur? quãdo desinet congregare non sua? Et, væ ei, qui aggrauat contra se dẽsum lutum. Sed sine dubio melius legentur, atque intelligentur sine diuisione, vt sit sensus: Vsquequo aggrauat contra se densum lutum? Est enim phrasis He-
Reg. bræorum, quæ sæpissimè occurrit, vt conjunctio ו, idem valens quod Et, redundet in medio sententiæ. Vt. 1. Reg. 3. Oculi Heli
Vau sæpe redundat in medio sententiæ. caligauerant, & non poterat videre lucernam Domini, Heb. Et non poterat videre & lucernam Domini. Quam phrasin multi non animaduertentes in alienos, & coactos sensus hæc verba detorquent. Hos. 7. Cum sanare vellem Israël, reuelata est iniquitas Ephraim. Heb. Cum sanare vellem Israël, & reuelata est iniquitas Ephraim. Hos. 10. Iuxta desiderium meum corripiã eos. Heb. Iuxta desiderium meum & corripiam eos. Ita modo dictum est. Vsquequo & aggrauat, pro vsquequo aggrauat. Quare Chaldæus sine coniunctione transtulit: Vę qui multiplicat diuitias nõ suas, Vsquequo aggrauaturus es in te grauitatem peccatorum? * Hieronymus: Simulque considera, quam eleganter multiplicatas diuitias densum appellauerit lutum. Gregorius
29 Diuitiæ multiplicatæ densum lutum. libro. 34. Moral. cap. 9. Per lutum quippè terrenarum rerum multiplicitas figuratur, sicut per Habacuc prophetã dicitur: Væ ei qui multiplicat nõ sua, Vsquequo aggrauat contra se densum lutũ? Denso enim se

Universidad de Deusto
Biblioteca

luto aggrauat, qui per auaritiam terrena multiplicãs peccati sui se oppressione coãgustat. Et in tertia parte libri Pastoralis curæ, admonitione. 21. Cum aliena rapere intendunt, audiant quod scriptum est: Væ ei, qui multiplicat non sua. Vsquequo aggrauat contra se densum lutum? Auaro quippe contra se densum lutum aggrauare est terrena lucra, cum pondere peccati cumulare, &c. In his Gregorij locis adnotemus, semper detrahi coniunctionem, Et, quam redundare diximus, & legere ipsum: Vsque quo aggrauat contra se densum lutũ? Atq; ita legitur in antiquo codice manu scripto, quem domi habemus. Ceterum lutũ dicuntur diuitiæ propter vilitatem suam, & quia citò in puluerẽ vertuntur. Densum autem lutum firmius videtur, & permanẽti⁹, sed molle est, & minimo ictu euertitur, ac ruit, & cõculcatur.* Sed eleganter dixit: Aggrauat, id est, multiplicat densum lutum, & condensat, quod sine labore non fit, & tamen eo labore multiplicat rem vilissimam, laborat in re nullius pretij, & laborat contra se, quia diuitiæ plerumq; non sine peccatis congregantur, dies enim, iuxta prouerbium, aut iniquus, aut iniqui hæres. Aggrauare pro Multiplicare dixit, quãdo enim res multiplicatur, semper aliquid additur, & grauior fit, atque maior.

Numquid non repente consurgent qui mordeãt te. Cum maxime securus tibi videbere, surgent contra te Medi, & Persæ, qui te primũ mordebunt, id est, vrgebunt, & infestabunt te bello, & multos ex tuis occident, ac nõnullas ciuitates tuas quasi mordentes auferent. Sed postea plena potiri victoria penitus te lacerabunt, & imperium tuum perdent. Loquitur Nabuchodonosor, quasi autori illius monarchiæ Chaldæorum, cũ enim mordent, & lacerant, qui imperium conuellunt ab eo partum, atque auctum: tametsi hoc non regnante Nabuchodonosor factum fuerit, sed regnante eius nepote Balsasar.

Omnes qui reliqui fuerint de populis. Id est, Omnes nationes, quæ in odium tui se se Medis, & Persis adiunxerunt.

Propter sanguinem hominis. Id est, Hominum, quos occidisti, & propter iniquitatẽ terræ, id est, propter tyrannidem, qua vexasti terram Iuda, & ciuitatem Ierusalem, & omnes habitantes in ea, id est, Hæc mala tibi euenient propter crudelitatem, qua Iudæos prosecutus es. Chaldæus: Ob sanguines hominum, & rapinam terræ Israël, vrbis Ierusalem, & omniũ habitantium in ea.

Væ qui congregat auaritiam. Væ Nabuchodonosor, qui per auaritiam congregat tuas diuitias, quæ sibi, domui sue suæ (id est, posteris suis) noxiæ erunt, & magnæ ruinæ causa. Atque has congregat, quia putat, si potens fuerit, & dies, turum se fore ab omni calamitate, & duraturam diu suã potentiam, sicut auis cum in excelso nidum cõstruit, putat neminẽ sibi nocere posse, aut nidum suum disijcere.

Cogitasti confusionem domui tuæ. Eleganter dictum. Cum tu per fas, & per nefas potentiam, & diuitias tuas augebas cogitans de regni tui perpetuitate: tunc non incolumitatẽ, & firmitatem imperio tuo, & posteris tuis cogitabas, sed cõfusionem, & ignominiam, quia illis factis hanc pœnam commeruisti, id est, vt deleretur tuum imperium, & tua posteritas. Hanc phrasin explicauimus Ham. 2. num 9.

Concidisti populos multos. Dum has diuitias comparas, & hanc potentiam, destruxisti multos populos, & grauiter peccasti multos iniuria afficiendo, & prouocasti iustitiam Dei, vt citò potentiam tuam deleret.

Quia lapis de pariete clamabit. Lapides, & ligna, quæ sunt in ędificijs palatiorum tuorum, & arcium, & murorũ, clamabunt contra te, id est, vindictam à Deo exposcẽt, hoc enim est clamare, vt exposuimus, Ionæ. 1. num. 6. Clamabunt autem, quia illa rapuisti, vel certè nũmis ex rapina partis comparasti. Lapis clamabit, & lignum respondebit ei, id est idem loquetur, & similiter contra te vindictam à Deo petet. Pro Lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est, in Hebræo legimus כְּפִיס quod Hieronymus docet esse lignum, quod ad continendos parietes in medio structuræ ponitur, & vulgo apud Græcos appellatur ἐμάντωσις: ideoq; Symmachus, & Theodotio, & quinta editio verterunt: Iunctura ædificij lignea loquetur ea. Meminit autem huiusmodi ligni, quia occultum est, & pariete vtroque tegitur, quasi dicat: Quæ occulta videntur, & non apparent hominibus, coram Deo, & quem latere nihil potest, clamabunt, & accusabunt te. In Hebræo est: Et כְּפִיס de ligno respõdebit ei, id est, hoc lignum quod dicitur כְּפִיס, etiam inter ligna cetera latens clamabit contra te.

TRO-

TROPOLOGIA.

Super custodiam meam stabo. Initium tropologiæ huius capitis sumamus à beato patre Gregorio, qui libro. 22. Mor. capi. 15. ait: Sin vero semel in appetitione supernæ patriæ forti stabilitate animus figitur, minus rerum temporalium perturbatione vexatur: Et paulo post: Exceditq; profecto ima omnia intentione summorum, & cunctis rebus, quas non appetit, libertate quadam se super esse sentit, nec tempestatem rerum temporalium intus sustinet, quam intuetur foris: quia terrena omnia, quæ concupita opprimere mentem poterant, despecta subteriacent. Vnde bene per Prophetam dicitur: Statue tibi speculam. Vt dum quisque speculatur, summa superemineat infimis. Hinc etiam Habacuc dicit: Super custodiam meam stabo. Stat quippe super custodiam suam, qui per solertiam disciplinæ terrenis desiderijs non succumbit, sed supereminet, vt dum semper stantem apperit æternitatem, infra se sit ei omne, quod transit. Hęc Gregorius, quę recte ad sensum nostri Prophetæ accommodabimus, & cum sequentibus cõnectemus, si dicam⁹ eum, qui à Deo doceri velit iudicia sua, & arcana recondita, oportere vt super speculam stet, id est, cœlestia cogitet, & appetat, & terrena contemnat. Placet etiam, quod scribit Rupertus, hanc custodiam, & munitionem esse veram mentis humilitatem, quæ munitio firma, virtutumque omnium fida est custodia. Atque hanc dicit esse petram illam, de qua Moyses vidit posteriora Dei dicentis sibi: Ecce est apud me locus, stabis supra petram. Qui in humilitate vera manet, docetur à Deo mirabilia, sicut & Habacuc doctus est, accepit visionem apertam, explanatam super tabulas. Ille docetur patienter ferre omnia huius vitæ incommoda; & persecutiones malorum ipse futuri Christi extremi aduentus, quo iudicabit orbem in iustitia, & populos in æquitate. Sed qui à Deo docetur, ne sit incredulus; credat, & faciat, quę docetur, & dignum se præbeat noua doctrina, fides enim sine operibus mortua est in se metipsa; & qui docet non qualemcunque fidem exigit, sed eam, quæ per caritatem operatur. Qui autem ita non credit, non erit anima eius recta in semetipso, neque viuere potest, quia iustus in fide hac viuet.* Quod autem sequitur: *Et quomodo vinũ potantem decipit,* & cetera, quæ de Nabuchodonosor dicuntur, faci le est eodem modo de quouis superbo, & auaro intepretaris: Si quomodo inquit: *Et congregauit ad se omnes gentes,* &c. nos exponamus: Et congregauit ad se, quantum potuit, diuitias omnium per fraudes, & rapinas. Sed animaduerte virum superbum reprehendi: *Sic et vir superbus, & non decorabitur,* & tamẽ arguí quod diuitias inexplebili cupiditate colligat. Etenim diuitiæ superbiam procreant, & ideo superbi eas quærunt, vt alijs imperent, & ab eis honorentur, itaque superbi fere sunt omnes amatores diuitiarum. Simul considera similitudinem. Et quomodo vinum potantem decipit, sic erit vir superbus: docemur enim superbiam magnã quandam esse ebrietatem, quæ animam peruertit, & in ea Dei, virtutum, ac omnis decori cognitionem, & amorem perturbat.* In eo vero quod ait: *Numquid non repente consurgent, qui mordeant te?* &c. Nunquã desunt superbis, & auaris, qui eos mordeant, & lacerent. Mordent prolixi morbi, lites perpetuæ, luxuriosi, & prodigi filij, infidi famuli, aduersi casus, vnde & Dominus ait: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur. Sed mors, & infernus lacerant, cum omnia amittũr, quibus iucunde fruebantur, & in puncto ad infernum descendunt. Tunc ab omnibus spoliantur, quia ipsis morientibus, qui adsunt plurima furantur. Sed cur hæc patiuntur? *Propter sanguinem hominis,* quia substantiam pauperum diripuerunt, qua viuebant, quod perinde fuit, ac si occiderent, sicut ait Ecclesiasticus: Panis egẽtium vita pauperum est, qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. *Et propter iniquitatem terræ,* &c. quia res etiam sacras, & sacrorum hominum, ac mulierum cupiditate sua inuadunt, neque vlli parcunt. Cetera aperta sunt.

35 Amatores diuitiarum superbi fere sunt.

Superbia ebrietas mentis est.

36

Matth. 6.

Eccle. 34.

HISTORIA.

Væ qui ædificat ciuitatem. Væ Nabuchodonosor impio, qui Babylonẽ magnificis ędificijs exornat (quod eũ fecisse scribit Iosephus lib. 10. Antiq. c. 11. ex Berosso) in sanguinibus. i. ex opibus per iniquitatẽ, & rapinã, & spoliationem pauperum comparatis, si-

37

F cut

Universidad de Deusto
Biblioteca

cut modò dicebamus ex Eccles. 34. Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illum homo sanguinis est. Ita dictum est Mich. 3. Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalem in iniquitate. Præparat autem dicit pro firmat, & stabilit, vt diximus Hos. 6. num. 9.

Numquid non sunt hæc à Domino exercituum? Profectò quæ dicturus sum à Domino exercituum audiui, vt dicerem.

Laborabunt enim populi. Incendetur Babylon à Medis, & Persis, & populi Chaldæorum, & aliarum gentium, quæ eis adhæserant, nitentur extinguere ignem, & hostes expellere, sed frustra laborabũt, nihil enim proficient, sed defatigati potius, & defessi deficient.

38 *Quia replebitur terra vt cognoscant gloriam Domini.* Totam eorum terram replebunt Medi, ac Persæ innumerabili multitudine in modum aquarum, quæ operiunt mare, id est, fundum, siue alucum maris, vt interpretatur Hieronymus; Vt cum Babylon vastata fuerit, cognoscãt omnes gloriam Domini, & potentiam punientis tyrannos, & superbos deprædatores.

Væ qui potum dat amico suo. Reprehendit magnam Nabuchodonosor crudelitatem, qui ne amicis quidem regibus, & nationibus pepercit, quibus propinabat calicẽ iræ suæ, mittens in eum fel, & inebriabat eos, & risui, atque ignominiæ omnium exponebat nudatos regni opibus, & potentia, & in captiuitatem, atque in seruitutem redactos. Singulari enim vtitur pro plurali, cum ait: Amico suo, amicos autem vocat, & alios socios, & eos maximè, qui se ei dediderant, quos post fœdus, & deditionem seruorum more tractauerat. Potum dare, est affligere, atque punire, vt diximus Mich. 2. num. 41. Sed quia crudelissimè eos vexabat, dicitur in potum quoque misisse fel: pro quo Symmachus interpretatus est: Et emittens absq; iudicio furorem suũ, Aquila: De emissione furoris tui, Quinta editio: De subuersione insperata iræ tuę. Inebriare ad magnitudinem vexationis pertinet, vt
39 explicauim⁹. Mich. 2. nu. 43. * Quod autem ait: Vt aspiciat nuditatem eius, significat, vt riderentur ab omnibus. Dicũtur enim hæc per metaphoram ebrij hominis, vt ait Hieronymus, qui nudari solet, & rideri, vt contigit Noe, Genes. 9. Iudæi, quos secutus est Lyranus, & quos quodammodo quidam ex recentioribus sequi videntur velle, fabulam more suo narrant de Sedecia rege in conuiuio Nabuchodonosor sordidato, & irriso, quam refert, & ridet Hieronym⁹. Nã eadem passurus rex Babylonis dicitur, quæ in alios fecerat nunquã eius posteri id passi sunt, quod hi autores dicunt, sed ea ipsa nocte, qua capta est vrbs, interfect⁹ est rex Balthasar, vt ex Dan. 5. intelligimus.

Repletus es ignominia pro gloria. Hieronym⁹ legisse videtur tertia persona. Repletus est, sed tamen in Heb. & in Chald. Secunda legitur; Repletus es, id est, Hoc quod tibi putabas glorioſum futurum, magnam postea ignominiam afferet, nam tu quoque bibes de calice iræ Domini, & consopieris, id est, plurimũ bibes, ita vt inebrieris, & præ ebrietate consopiaris, id est, vehementer punieris; Imperatiui pro Futuris positi sunt. 40

Circumdabit te calix dexteræ Domini. Ex omni parte affligeris, & laborabis, nihil præsidij tibi erit.

Et vomitus ignominiæ super gloriam tuam. Tantum hauries vini de calice iræ Domini, vt more ebriorum necesse sit vomere. Vomitum ignominiæ vocat ignominiosum vomitum, solent enim rideri, & contumelijs affici, qui ita intemperanter bibunt, vt postea vomendum sit. Gloriam autem vocat diuitias, id est, vestes regales, quas vomitu polluturus erat. Perstat in metaphora ebriorum, ac si diceret. Valdè ignominiosum erit tanto imperio, & tam diuiti regi subito potentia sua spoliari, & ab omnibus irrideri.

Quæ iniquitas Libani operiet te. Pœnæ debitæ pro iniquitate, & malitia, qua templũ incendisti, & spoliasti, operient te, id est, co- Lybanus pro templo
pioſe in te venient instar aquarum operientium terram. Chaldæus: Si quidem rapina domus sanctuarij operiet te. Ita quoque Hieronymus Lybanum interpretatus est, vt de eadem re scriptũ est Ezech. 17. Aquila grandis magnarum alarũ, &c. Venit ad Lybanum, & tulit medullam cedri. & Zach. 11. Aperi Lybane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Lybanus autem dicitur templum, siue quod rotũ fere è cedris Lybani confectum esset, siue quod hic mons semper niuibus albet, vnde & Lybanus dictus est, id est, albus: & templum procul vectis entibus propter altitudinem, & candorẽ lapidum mons quidã niueus videbatur, vt est apud Ioseph. lib. 6. de bello Iud. c. 6.

41 *Et vastitas animalium deterrebit eos.* Quoniam metaphoricè templum vocauit Libanum, nunc in eadem metaphora permanens animalia appellare videtur Leuitas, & sacerdotes, & homines ad sacrificia ventitantes, hæc enim sunt animalia, quæ in illo Libano versabantur. Vastitas ergo animalium, id est, hominum in templo occisorũ deterrebit Chaldæos, id est, efficiet, vt sint fracto, & consternato animo, ne possint Medis, & Persis irruentibus resistere, propter hanc vastitatem vincentur. Sed sciendum est in Hebræa pro Deterrebit eos, legi יחיתך, quod necesse est referri ad animalia, vt indicat genus femineum vtriusque, idcirco si ita legamus, vertendum erit: Et vastitas animalium deterrebit ea; nec poterimus interpretari animalia homines occisos in templo, sed ipsos Chaldæos, qui propter feritatem irrationabilem, qua Iudæorum gentem, & vrbem vastauerunt, recte בהמות, id est, bestiæ, atque animalia dicũ
42 rur. Sed quoniam interpres noster sæpe magis rationem habet rei significatæ, quam nominis, vt admonuimus cap. 1. num. 32. & qui nunc bestiæ dicuntur, homines erant, transtulit: Deterrebit eos, cum transferendum esset, Deterrebit ea, si nominis ratio haberetur. Sensus ergo est: Vastitas, quam Chaldæi belluina feritate intulerunt templo, deterrebit eos, id est, pauidos, atque imbelles efficiet. At si vltimæ literæ apex paulum protendatur in sinistrã, vt ex ו fiat ן, transferendum erit: vastitas animalium deterrebit te, quomodo legerunt Lxx, & Chaldæus: quæ lectio optime recipit priorem illam interpretationem.

De sanguinibus hominis. Propter sanguinem Iudæorum, quem effuderunt, & propter iniquitatem, quam in terram eorumdem exercuerunt, ac præsertim in ciuitatem Ierusalem, & in habitatores eius. Ita Hieronymus; & Paulo ante hæc eadem verba exposuimus. Chaldæus: Ob sanguines hominum, & rapinas terræ Israel, vrbis Ierusalem, & omnium habitantium in ea. Pro de sanguinibus, in Hebræ. est. מדמי quod solet vertere, A sanguinibus, id est, propter sanguinem, vt notauimus Hos. 7. 31. & Mich. 2. 64. Lxx ἁἁμαρτια Propter sanguinem. Eamdem significationem habet præpositio De, vt cum in somnio Scipionis ait Cicero: Regem familiæ nostræ iustis de causis amicissimum.

Quid prodest sculptile. Irridet Chaldæos, qui 43
idolis suis confidebãt, & putabãt se ab eis fore protegendos. Quid vobis prosunt vestra idola, cũ ita sitis miserrime excindendi? Nihil certe prodesse potest sculptile; non enim est De⁹, sed op⁹ hominis, fictor illud sculpsit, & hoc idolũ fecit sculptile, illud fecit cõflatile, & cũ vtrũque horũ fecit, nihil aliud fecit quã imaginẽ falsam nihil Dei habẽtẽ. Et tamen ita demẽtes estis, vt ipse qui fecit idolũ, & scit se ex ære fecisse, cõstituat in illo spem suam, & ideo fecerit idola hęc muta, vt haberet Deos, quos adoraret, & in quibus speraret. Tota sententia est inuoluta, & obscurari videtur repetitione illius, cõiunctionis, Quia, quæ idem valet quod, Quãuis, ac si diceretur: Quamuis sculptor Quia pro Quamuis.
fecerit sculptile, & cõflatile, & imagines falsas, & quamuis ipse fictor sperauerit in figmento suo, & ad hoc fecerit ipsa idola, quod emolumentum, quod auxilium ex insanis suis laboribus habuit? Ira Psal. 77. Numquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrẽtes inundauerũt, nũquid & panem poterit dare; aut parare mẽsam populo suo? id est, Quamuis percusserit petram, num etiam panem dare poterit in deserto? Pro imaginem falsam, in Heb. est: Docentem mendacium, id est, fecit rẽ docentẽ mẽdacium, talis est imago, quæ simulat se esse Deũ, cũ nihil habeat Dei. De sculptile & cõflatile diximus Nam. 1. n. 40. in illud: Sculptile, & cõflatile ponam sepulcrum tuum.

Væ qui dicit ligno: Expergiscere. Quod dixit: 44
Quid prodest sculptile? non tantum mihi dixisse videtur vt Chaldæos irrideat, sed etiam vt Iudæos in vera religione confirmet, ne putent colenda esse idola Chaldęorum, quasi eorum auxilio tot ipsi victorias peperissent. Quare sumpta occasione magis in idololatras inuehitur, vt quantũ omnibus dijs gentium Deus Iudæorũ præstet, animaduertant Iudæi. Væ homini illi, qui ita demens est, vt mutum idolũ, & ligneũ ita alloquatur, ac si mentem haberet, & ab eo auxilium petat. Expergiscere, verbũ est inuocantis, & quasi incusantis idolũ, quod non auxilietur, vt Deo ait Dauid Psal. 43. Exurge, quare obdormis Domine?

Nũquid ipse docere poterit? Nũquid lignũ, aut lapis potest aliquid loqui, & indicare adoratori suo quid facere, quid vitare debeat?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce, iste coopertus est auro. Iste, quē tu quasi Deum adoras, nihil aliud est quam lapis quidam coopertus auro, aut argento, vita & spiritu caret, quomodo loqui potest? Est ergo auro coopertus, & argento, inauratus, & argentatus. Baruch. 6. Non à furibus, neque à latronibus se liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati. Vide totum hoc caput Baruch. quod epistolam continet Ieremiæ eiusdem fere argumenti cum eo, quod nunc agere Prophetam dixi: Scribitur enim ad Iudæos Babylonem abducendos, ne pulchritudine, & pretiositate idolorum deciperentur.

45 *Et omnis spiritus non est in visceribus eius.* Vita caret, & spiritu, siue anima. Viscera vocat ea, quæ intra corpus sunt. Et omnis spiritus nō est, id est, nullus spiritus, vt Matth. 24. Et nisi breuiati fuissent dies illi, nō fieret salua omnis caro, id est, nulla caro, nullus homo saluus fieret. Itaque omnis eum negatione idem valet quod Nullus.

Omnis cū negatione idē quod Nullus.

Dominus autem in templo sancto suo. Non est similis idolis Deus noster, idola enim nihil sunt, nisi lapides sine vita, & sensu, Deus autem noster, Deus viuus est, & in cœlo habitat, quod est templum eius. Psal. 10. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius.

Sileat à facie eius omnis terra. A facie eius, id est, coram eo, omnis terra cum reuerenter adoret, nam qui aliquem multum venerantur, præ reuerentia coram eo loqui non audent, Iob. 29. Videbant me iuuenes, & abscondebantur, & senes assurgentes stabāt. Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo. Vnde Lxx pro sileat verterunt, ἐυλαβήσθω, id est, reuereatur, & colat. Sed de hoc iterum dicemus copiosius Soph. 1. in illud: Silete à facie Domini Dei.

TROPOLOGIA.

46 *Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus.* Omnia fere vsq; ad finem capitis, quemadmodum & quæ ante exposuimus, etiam si Nabuchodonosor dicantur, in auaros, & crudeles conueniunt, & ipsa moralia sunt, neque explicatione præterea indigent iuxta Gregorij documentum lib. 20. Mor. ad finem. Sed pauca tamen attingamus. Quid sit ædificare in sanguinibus, & in iniquitate, diximus Mich. 3. num. 25. Dicit autem se accepisse hoc à Domino exercituum: *Laborabunt enim populi in multo igni, &c.* Qui ędificant in sanguinibus, & peruersa doctrina, aut morum turpitudine sanguinem animarum effundūt, & qui cupidi, atque auari sunt, re vera populi sunt, de quibus dixim⁹ Mich. 1. nu. 17. & gentes, quia non more populi Dei viuunt, sed sicut gentes, quę ignorant Deum. Laborabūt in multo igni, quia Diabolus telis suis ignitis eorum corda nouis semper inflammat incendijs, id est, nouis cupiditatibus: nitenturque extinguere surgentes flammas, sed quo magis extinguere volent, magis incendent. Nam honores, & diuitiæ, & voluptates non extingūt cupiditates, sed augent, & tantum ipsæ crescunt, quantum fomenta, & pabula largius apponuntur; hic enim est ignis, qui nunquam dicit: Sufficit. * In vacuum ergo laborabunt, & tandem victi deficient, quia *terra*, id est, terrenum cor, *implebitur* variis tentationibus, & hostium insidijs, quasi aquis multis, vt cognoscāt gloriam Domini, qui de his dixit: Quib⁹ iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Nunquā perfruentur ea requie, quam etiam in hac vita sentiunt corda iustorū, vt terrena omnia contemnant, & quomodocunque illa ceciderint, spe cœlestium erecti, læti, tranquillique viuant, & cum vase electionis dicant: Ego enim didici in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare (vbique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriā patiari. Omnia possum in eo, qui me confortat. Hic est profectò sabbatismus huius vitæ, qui iuxta eumdem Apostolum relinquitur populo Dei, non populis, & gentiquitur populo Dei, de quo scriptū est: Populus me⁹, lex mea in corde eorum.

Prou. 12. 47

Psal. 94.

Hebr. 4.

Væ qui potum dat amico suo, &c. Quis dat potū amico suo cū felle, nisi qui aut doctrinā ab Ecclesiæ sanctæ traditionibus alienam docet, aut mores amicorum, & fratrum verbo & opere corrumpit? De hoc potu dictum est: Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Sunt enim serui, & alumni meretricis illius magnę, cū qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terrā de vino prostitutionis eius. Nam eos, quos docent, felle, & amaritudine implent, & Deo inuisos, itaq; eius obnoxios reddunt, & Christo amicorum

Psal. 118.

Deut. 32.

Apoc. 17.

rum omnium fidissimo, atque optimo salutem animarum sitienti fel porrigunt, vt possit de his quoque dici illud: Et dederūt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Inebriant amicum suum, vt videant nuditatē eius, vt stola candida gratiæ exnatur, & appareat turpitudo eius, & rideatur. * Sed quia potū huiusmodi propinantes Deus seuerissime punit, & in turpissima peccata incidere permittit, quibus gloriam, quam apud homines habebant, maximè obscurarunt, vt mores hæreticorum nostri temporis comprobant, quos nec socij nequissimi ferre possunt, rectè additur: *Repletus es ignominia pro gloria. Bibe tu quoque & consopire. Circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriā tuam.* Nam cum homines olim cordati, & eloquentes ita Deo iuste permittente excæcantur, vt veteres hæreses omnium sæculorum consensione damnatas in lucem reuocent, & nouas confingant absurdissimas, & à communi sensu abhorrentes, cōtinentiam sacerdotum, & religiosorū hominum tollant, opera pœnitentiæ vituperent, gulæ, ac Veneri indulgendum dicant, satisque esse fidem ad salutem, quid hoc aliud est, quam vomitus ignominiæ super gloriam eorum? Atque cum hæc Dei iudicia patiūtur, iniquitas Libani operit eos, id est, puniuntur acriter propter iniquitatem, qua in templa sancta, & in religiosas domos debacchati sunt, & propter sanguinē animarum, quas occiderunt, propter iniquitatem, qua in Ecclesiam Catholicam, & in eius filios sæuierunt. * Verum quia non hic tantum pœnas dabunt, sed posteā etiā multo graniores, & in inimicorū suorum manus tradentur perpetuis cruciatibus excarnificandi, bene ait: *Quid prodest sculptile? &c.* Quid enim illis profuit eloquētia? quid idola errorum, quæ fabricati sunt? Quid idola honorum, & voluptatum carnis, quæ semper adorarunt? Magnis ingemijs & multis laboribus quid fecerunt, nisi imaginem falsam veritatis, qua multos deceperunt, & in qua speranerunt, & filij veritatis esse desierunt? Quid ambitione sua, & turpissimarum voluptatū vsu sibi comparārunt, nisi imaginem falsam veræ voluptatis, tranquillæque vitæ, per quam tamē in vera, & grauia, nunquamque finienda supplicia mitterentur? Væ miserrimis, & amentissimis hominibus, qui spem suam collocant in inani hominum opinione, in caducis voluptatibus, in auro, in argento. Quæ cum mortis, & iudicij tempus aduenerit, inuocata non audient, neque in tot malis subuenient, neque poterunt cultores suos liberare. Tunc dicet Deus: Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam, de quorū victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum? Surgant & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. At Dominus Deus noster, qui in iustis inhabitat, vt in templo sancto suo, & iustitia delectatur, aderit semper suis, & eos in quouis discrimine liberabit, sicut continuò inquit: Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam; percutiam, & ego sanabo; & non est, qui de manu mea possit eruere. *Sileat à facie eius omnis terra.* Tremat terra factorem cœli & terræ, ne superbiat terra, & cinis, neque contradicat creatori suo testa de Samijs terræ. Libenter sit terra sub pedibus Dei, sicut scriptum est: Cœlum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum.

Isai. 66.

ORATIO HABACVC PRO IGNORANTIIS.

CAP. III.

DOmine audiui auditionem tuam, & timui. Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud: in medio annorū notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Deus ab austro veniet, & sanctus de monte Pharan, semper. Operuit cœlos gloria eius: & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius. Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit gen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tes, & contriti sunt montes sæculi: incuruati sunt colles mũdi ab itineribus æternitatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. Nũquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, quia ascendes super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio? Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus quæ locutus es: fluuios scindes terræ. Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transijt: dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit. Sol & luna steterunt in habitaculo suo in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ. In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum CHRISTO *tuo. Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum vsque ad collum, semper. Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Audiui, & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, et subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populũ accinctum nostrum. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem.*

HISTORIA.

TITVLVS CANTICI.

Oratio Habacuc prophetæ pro ignorãtijs. Vbi habemus, *Ignorantijs*, in Hebræo est שְׁגִיוֹנוֹת quod recentiores Hebræi musicum instrumentum, quo psalmi canebantur, esse volunt, & hic, & in Psalm. 7. titulo, in quo scriptum est שִׁגָּיוֹן Dauid, quod est singulare huius nominis. Atq; huiusmodi nugis obscurãt isti multa mysteria in titulis psalmorum, dum musica instrumenta esse contendunt, quę mysteria sunt. Hieronymus transtulit, Pro ignorãtijs, siue ignorationibus, hic, & in fine libri. 1. contra Pelagianos, & in titulo Psal. 7. posuit: Ignoratio Dauid. Et hic ait: Aquila, & Symmachus, & Quinta editio, sicut nos, Pro ignorationibus, transtulerũt, &c. Eadem est interpretatio Chaldæi. * Indicat hoc etymologia, nam שָׁגָה significat errare, siue per ignorantiam peccare. Nec negauerim hac voce significari etiam psalmum, siue canticum, nam Lxx, quorum translationem in psalmis tota cãtat Ecclesia, in titulo Psal. 7. verterunt, Psalmus Dauid, & in hoc loco: Oratio Habacuc prophetæ cũ cantico, vt docerent nos hanc partim esse orationem, partim canticum laudis, & gratiarum actionis. Ex vtraque ergo interpretatione habemus esse orationem, & canticum, & pro ignorantijs cani. Nam quod de musico instrumento dicitur, commentum Hebræorum est, quod probare non possunt, vt solent. Etenim si psalmi Dauidici certis instrumentis in templo canebantur, num ideò etiam hanc orationem Habacuc instrumento illo, quod vocant שְׁגִיוֹנוֹת, decãtari solitam necesse est, aut Prophetã ad vocem eiusdẽ instrumẽti cecinisse? Docẽt vnde id credi debeat. Cur autem orationi inscribatur, Pro ignorantijs quæramus. Hieronymus quidem in locis indicatis causam esse docet, quod Propheta se ipsum reprehendat, quasi ignoranter locutum aduersus prouidentiam Dei, petatque veniam. * Placuit id etiam quibusdam. Sed vellem mihi verba indicari, quibus hoc quod aiunt ageret Propheta, nihil enim minus agere videtur. Sed nos sciamus ignorantiam, siue stultitiam, in scriptura dici peccatum, vt. 2. Reg. 13. Noli facere stultitiam hanc, Et Psal. 24. Delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris. 1. Paral. 21. Peccaui nimis vt hoc facerem: obsecro aufer iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. Ita hic accipere debemus ignorantias: שְׁגָגָה enim vt diximus, significat errare, siue per ignorantiam peccare. Quare Theodotio, quod reliqui verterant ἀγνοήματων, id est: Pro ignorantijs, vertit ὑπὲρ τῶν ὑποσιασμῶν, id est. Pro voluntarijs, & pro ijs qui sponte delinquunt; vt interpretatus est Hieronymus. Sensus ergo tituli est. Audiuit Propheta à Domino propositæ quæstioni respondente venturum esse Christum, qui iustos consolaretur, & præmijs pro laboribus afficeret, in impios vero dignis supplicijs animaduerteret, vt cap. præcedente vidimus. Quare finita iam responsione, & visione illa lætissima exultans Deum orat, vt impleat quod promisit, nec propter ignorantias, id est, propter peccata Iudæorum, tantum bonum differri sinat, sed tempore quo promisit, filium suum mittat in mundum, ignorantiasque populo suo remittat.

Hinc ex parte diuini huius cantici argumentum intelligetur. Totum enim manifestam continet de Christo prophetiam, vt in prœmio secundi libri in Habacuc testatur Hieronymus. Docet hoc Ecclesia, quæ ex eo nonnulla assumpsit in eundem sensum, docent & sancti patres, qui multa passim hinc ad Christi mysteria explicanda, & confirmanda depromunt testimonia, quorum quædam suis locis indicabimus. Denique totum canticum de Christo exponunt Aug. 18. de ciu. ca. 32. & Euthymius in expositione huius cantici, & Theophylactus, & Rupertus & Titelmanus. Partẽ autem Eusebius libro. 5. de Demonstratione Euang. c. 15. & Augusti. in oratione contra Iudæos, & Paganos. c. 13. Quare multorum ex recentioribus expositionem confidenter contemnũ, quæ magna ex parte de Nabuchodonosor, & Chaldęis, & rebus in veteri testamento gestis est, quæ magis cũ Hebræorum, quã cum Ecclesiæ, & sanctorum patrum sensu congruit. Nullis igitur autoribus ex ijs, qui aliter exponunt, aut nominatis, aut refutatis, id quod probabilissimum videbitur, sequar, daboque operam æterna sapientia fauente, vt demonstrem omnia Christi opera à primis incunabulis ad extremũ vsque iudicium summatim hic recenseri. Quare totus in historiæ explicatione versabor, neque ad spirituales sensus in hoc capite diuertam, ne sublimia, diuinaq; Christi mysteria mysticavidear explanatione vel ex parte extenuare.

CANTICVM.

Domine audiui auditionem tuam, & timui. Audiui verbum illud quod dixisti: Si morã fecerit, expecta illum, quia veniens veniet, & non tardabit. Audiui opus magnum, quod pro salute hominum facturus es. Auditionem pro re audita, id est, pro verbo accepit, vt diximus Nah. 3. n 28. Quod nec Latinis inusitatum est. Scribit enim Cælius Ciceroni: Romam cũ venissem, ne tenuissimam quidẽ auditionẽ de ea re accepi. Timui autẽ dicit, id est, obstupui rei magnitudine, & præstantia, & misericordiæ maximæ admiratione attonitus, & quasi raptus in mentis excessum. Vnde Lxx vt magis hæc verba explicarent, addiderunt Prophetæ: Domine consideraui opera tua, & obstupui, siue vt alij verterunt, Expaui, ἐξέστην. Vnde ecstasis dicitur. Aug. 18. de ciui. ca. 32. Quid enim hoc est, nisi præcognitæ, nouę, ac repentinę salutis hominũ ineffabilis admiratio? Lib. 2. epist. Ciceronis epist. 1.

Domine opus tuũ in medio annorũ viuifica illud. Hoc opus incarnationẽ esse Dñi nostri Iesu Christi docẽt Eusebius & Aug. locis paulo ante indicatis, & nos in verbis sequentibus videbimus. Hierony. Deprecor Dñe, vt q̃ promisisti expleas, & finito tempore reddas Christũ tuũ. Tu enim dixisti: Quia adhuc visus procul, & apparebit in fine, & nõ mẽtietur. Viuifica ergo q̃ pollicitus es, hoc est, tuũ imple promissum, nõ moriatur irrit⁹ sermo tu⁹, sed opere cõpleatur, &c. Quasi dicat: Ne patiaris tantũ dexteræ tuę opus peccatis nostris impediri, & quasi extingui, sed viuifica illud. * Nec displicet (quamuis quod dixi verius sit) quorumdam interpretatio, qui, Opus tuum, interpretan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur genus humanum, vt sit sensus: Ne patiare vniuersum genus humanum, quod opus tuum est, funditus perire, & damnari, quod sine dubio fiet, si filius tuus non venerit ad redimendum. Quod autem dicit: *In medio annorum*, conuenit inter expositores significare, cum tempus constitutũ aduenerit, cum venerit plenitudo temporis, vt Gal. 4. locutus est Apostolus. Sed cur ita debeat exponi, non satis videtur explicare. Nos iam diximus, atque ostẽdimus Mich. 3. nume. 17. &. 18. In medio alicuius rei dici esse, quod intra illam est, vt sæpe in Scriptura videmus. Psal. 100. Non habitabit in medio domus meę, qui facit superbiam, id est, intra domum meam, aut domi meæ. Iere. 50. Recedite de medio Babylonis, &. c. 51. Fugite de medio Babylonis, & postea: Egredimini de medio eius populus meus. Ezec. 14. Et disperdam eũ de medio populi mei. Mich. 5. Auferam equos tuos de medio tui. Ita nunc; In medio annorum, id est, intra annos. s. à te præstitutos, aut quos tu huic operi tuo præsignasti. LXX: Cum appropinquauerint anni, cognoscêris, ἐν τῷ παρεῖναι τὸν καιρὸν, id est, cum temporis opportunitas affuerit, demonstraberis. Idem docẽt aliorum interpretum versiones, quas referunt Hieronymus, & Eusebius, lib. 6. de Demonstratione Euang. c. 15. Aquila: Dum appropinquant anni, viuifica illud. Symmachus: Intra annos reuiuiscere fac ipsum: Theodotio verò ita vt nos: In medio annorum viuifica ipsum.

Medium.

7 *In medio annorum notum facies.* Spe diuinę misericordię animatus hęc ait: O Domine, magna est misericordia tua, non desines implere quod promisisti, & licet peccatis hominum iratus sis, non tamen subtrahes misericordiam tuam. Etiam si iratus sis, *Misericordiæ recordaberis*, id est, misericordiam hominibus præstabis. Ita Homerus vbique loquitur: Recordari pugnæ, pro pugnare, obliuiisci pugnæ, pro abstinere à pugna. Vt

Iliad. 14. Μᾶλλον ἐπὶ τρωϊστὶ θόρον, μνήσαντο δ' ἀϋτμῆς.

Magis in Troianos insilierunt, & recordati sunt pugnæ. Et:

Iliad. 18. Καὶ φυλακὶς μνήσασθε, id est, ——

Et excubiarum recordamini, hoc est excubias agite, &

Iliad. 24. —— νῦν δ' μνησώμεθα δόρπου.

Nunc autem recordemur cœnę, id est, nũc cœnemus. Itaque illud: *Notum facies*, subaudimus opus tuum, iuxta priorem interpretationem, vel etiam, vt locus posteriori sit, Notum facies hoc, quod audiui à te, quod mihi de filio tuo reuelasti. LXX: Cum conturbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ recordaberis, id est, Cum nos timore iræ tuæ conturbati fuerimus, quod te peccatis nostris prouocauerimus, tu misericordiæ recordaberis, nec ideò differes aduentum filij tui.

Pro ijs, quæ hactenus ex translatione nostra explicauim⁹, apud LXX ita legitur: Domine, audiui auditum tuum, & timui; Domine, consideraui opera tua, & expaui, siue obstupui. In medio duorum animaliũ cognoscêris. Cum appropinquauerint anni, cognoscêris. Cum aduenerit tempus, demonstraberis. Cum turbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ recordaberis. Quorum quædam iam exposuimus, & quę desunt exponenda sunt, quoniam non solum à sanctis patribus, sed ab Ecclesia etiã in officijs Ecclesiasticis vsurpantur. Communis fere sententia est pro eo, quod nos habemus: In medio annorũ viuifica illud, eos posuisse, In medio duorum animalium cognoscêris: quoniam literæ à Prophetæ scriptæ שנים si ita legantur שְׁנַיִם sonabũt Annorũ, Si verò ita שְׁנַיִם sonabũt Duorum. Et pro viuifica illud est חֲיֵיהוּ, quod putant significare, Animalia. Mihi id, & falsum videtur, & durum admodũ, nam hæc vox animalia non significat, quæ solent dici חַיּוֹת nec erat nominum similitudo, quę posset interpretib⁹ imponere, magis enim ea imposuisset Ecclesiæ, quę verbis eisdem vtitur, vt dicemus. * Huic quæstioni vt respondeam, hoc primum dicam, neque negare posse nos, neque debere, LXX interpretes in multis Christi mysterijs valdè illustratos fuisse ab Spiritu sancto, & merito apostolos eorum sępe translatione vsos esse, cum de his mysterijs agebatur, quoniam illa eadem, quæ interdum Hebraice subobscure dicta sunt, ab his plani⁹, & luculentius explicantur; vt interdum nõ tam rem futuram prædicere videãtur, quã narrare præteritam. Quod vt faciant, interdum mutatis quibusdam, interdum additis multa transtulerunt, sensu tamen seruato, & retento. Vidimus hoc cap. 2. in illis verbis: Scribe visionem, &c. Si defecerit, expecta eum, quia, qui venturus est, veniet, & non tardabit. Et Hamos. 9. Vbi nos habemus: Vt possideant reliquias Idumęæ, &

9 LXX in multis Christi mysterijs valdè ab Spiritu illustrati.

omnes

omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum super eos: ipsi apertius, Vt suo loco dictum est: Vt quærant ceteri homines (Deũ) & omnes nationes, super quas inuocatum est nomen meum. Interdũ addunt quædam, quæ Deo docente intelligunt in verbis Scripturæ tacitè contineri, vt in eo, quod in Psalm. 95. verterunt: Dicite in nationibus, Quia Dominus regnauit à ligno, cum in Hebræo tantum sit: Dicite in nationib⁹, Quia Domin⁹ regnauit. * Sed viderũt regnum illud per crucem esse partũ, & à cruce cœpisse. Quã additionẽ probauit Ecclesia, & vsque in hodiernum diẽ canit in officio sanctæ crucis: Dicite in nationibus, Quia Dominus regnauit à ligno. Et in hymno: Impleta sunt, quæ concinit Dauid fidelis carmine, dicens: In nationibus regnauit à ligno Deus. Ita cũ dixissent: Domine, audiui auditionem tuam, & timui. Vt exponerent auditionem, addunt: Consideraui opera tua, & expaui, videlicet auditio illa erat de operibus magnis à Deo faciendis. Sed adhuc incertum erat, quæ nam opera essent; ideò, vt res fiat manifestior, addunt adhuc: In medio duorum animalium cognoscêris. Deinde pro eo quod nos habemus: Domine, opus tuum in medio annorum viuifica illud, ipsi dixerunt: Cum appropinquauerint anni, cognoscêris. Nam Viuifica, more Hebræorum acceperunt pro viuificabis, id est, ostendes, in lucem proferes, sed ipsi Christum alloquentes dixerũt: Cognoscêris. Et pro, In medio annorum notum facies, ipsi: Cum tempus venerit, demonstraberis. Atque hac causa sua interpretatione palã docent opus hoc esse salutarem verbi æterni incarnationẽ. * Porrò illud: In medio duorum animaliũ cognoscêris, Augustin. 18. de Ciuita. c. 32. & in oratione contra Iudæos, & Paganos, ca. 13. exponit: Aut in medio duorum testamentorum, aut in medio duorum latronũ, aut in medio Moysis, & Eliæ cum eo in monte fermocinantium. Has interpretationes retulit, & Hieronymus, illamque de duobus latronibus simplicem interpretationem esse dicit, & opinionem vulgi. Nos verissimam illam, ac simpliciſsimam arbitramur, quã Ecclesia amplexa est, & rei exitus comprobauit, & quæ verborum proprietatem maximè seruat, de duobus animantibus, inter quæ natus Christus Deus noster iacuit in præsepio, & à pastoribus cognitus est. Nam in officio circuncisionis canit Ecclesia: Domine, audiui auditum tuum, & timui, consideraui opera tua, & expaui. In medio duorum animalium iacebat in præsepio, & fulgebat in cœlo. Et in officio natiuitatis: O magnum mysterium, & admirabile sacramentum, vt animalia viderent Dominum natum iacentem in præsepio. Ita interpretatur & August. in oratione illa cõtra Iudæos. c. 13. & hoc iam magis omnibus placet. * Quare subtile potius est, quã verum, quod Eusebius lib. 6. de Demonst. Euang. cap. 15. adnotauit. Et Theophylacto probatum est, nõ esse legendum, ἐν μέσῳ δύο ζώων, acuto accentu in prima, quod sonat: In medio duorum animalium, sed ζῳῶν, circunflexa vltima, quod est, in medio duarũ vitarum: quia cognitus est veniens in mundum, & habens duas vitas, alteram æternã, atque diuinam, mortalem alteram, & humanam.

10

12

Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. In Hebrẽo est: Deus de Theman veniet, quomodo verterunt LXX, & Aquila, & Symmachus, & Quinta editio: Theodotio verò: Deus ab Austro veniet, quem secutus est Hieronymus. Est autem Theman regio in Idumæa, & vrbs in eadem regione, vt docet Hieronymus in locis Hebraicis, vbi continuò subdit: Sciendum autem quod omnis Australis regio Hebræis Theman dicitur, &c. Rectè ergo versum est: Deus ab Austro veniet, nam & ipsi Græci autores affirmant Theman capi pro Austro. Illud mirabilius nobiles autores citare: Deus à Lybano veniet, vt Chrysost. homil. 1. in varios apud Matthæum locos, & Grego. 33. Mor. cap. 1. cum constet Libanũ montem non esse Iudææ ad Austrum, sed potius ad Aquilonem. Suspicor sanè in quibusdam exẽplaribus, pro ἀπὸ νότου, id est, ab Austro, scriptum fuisse ἀπὸ λιβονότου, id est, à Libonoto, & inde errore scribentium, atque ignorãtium quid esset Libonotus, scriptum, A Libano. * Est autẽ Libonotus ventus inter Austrum, & Libem, vt scribit Damascenus lib. 2. de fide, cap. 8. & vt nomen ipsum indicat, ex Noto, id est, Austro, & libe compositum, qui ventus occiduus est, inter ventos Meridiei, vt est apud Gellium lib. 2. Noctium Atticarum, cap. 22. Vt ergo indicaretur regio nõ penitus Australis, sed partim Australis, & partim occidua, dictũ est, vel ab aliquo veteri interprete, vel ab

Theman.

Libonot*.

13

alio, qui emendare voluit translationem Theodotionis: Deus à Libotono veniet. Propriè autem Idumæa videtur esse Iudęæ ad Libonotũ. Tertullianus in libro de Trinitate ante medium, & August. in libello de ouibus.c.15. legunt. Deus ab Africo veniet, sed eadem significatione; nam ventũ Meridionalem esse dicunt, est autem, qui Græcè dicitur Libs, vt ait A. Gellius loco citato. Sed videamus quid sit: *Deus ab Austro veniet*. Hieronymus quidem refert Hebręũ quendam ita se audiẽte interpretatum: Ab Austro, id est, à Bethlehem, quæ sita est ad Austrum. Nam & Iudæa respectu ceterarũ partium terræ promissionis ad Austrum est, & ipsa Bethlehem etiam respectu Ierusalem est Australis. Hanc expositionem secuti sunt Theophylactus, Theodoretus, Euthymius, & Iohannes Maxentius, lib. 1 Dialogorum contra Nestorianos paulò post medium, quod opus circumfertur in quinto tomo Bibliothecæ sanctorum patrum. Et Hieronymus in illud Psalm.106. A Solis Ortu, & Occasu, ab Aquilone, & mari: legimus, inquit, in Habacuc: Deus ab Austro veniet, De Saluatore dicitur, quoniã Deus natus est in Austro. A situ enim Ierusalem, Bethlehem in Austro posita est. Propterea dicitur: Deus ab Austro veniet, &c. Et ante eos Tertullianus in libro de Trinitate ita
14 interpretatus est. *Sed vbi nos habemus: Et sanctus de monte Pharan, Lxx. verterunt: Et sanctus de monte vmbroso, & condenso; quam translationem vsurpat etiam Ecclesia in Parasceue passionis Domini, & seruatoris. Quod autem in Complutensi codice, & in regio habetur in Græco: De monte vmbroso, & condenso Pharan, vitiosa lectio est, & redundat, Pharan, vt videmus in Eusebio, & Augustino locis citatis, in Hieronymo, in Theophylacto, in Theodoreto, & Euthymio, ac denique in castigatioribus exẽplaribus. Montem autẽ vmbrosum, & cõdensum Theophylactus, & Theodoretus interpretantur Ierusalem, quæ omnibus gratijs abũdabat, & sub vmbra Dei erat. Alij beatissimã Mariam semper virginem hunc montem esse volunt, quia & sublimior est omni creatura, & diuina virtute obumbrata est. Ita Euthymius, & paulò post Theophylactus. Hebræus, quem dudum ex Hieronymo retulimus, ita: Ipse, qui surget ex Bethlehem, est qui legem dedit in monte Sinai; Pharan

Mons vmbrosus, & condẽsus.

enim mons est vicinus mõti Sinai. Has sententias retuli, vt videamus veteres semper de Christo intellexisse, & toto cœlo errare, qui de beneficijs datis filijs Israël in deserto interpretantur. Ipsæ etiam expositiones non videntur mihi condemnendæ, tametsi spirituales potius appareant, quam 15
historicæ.* Mihi videtur locus exponẽdus ex altero simili, Deut. 33. vbi Moyses beneficium latæ à Deo legis commemorãs ait: Dominus de Sinai venit, & de Sehir ortus est nobis, apparuit de monte Pharan, & cũ eo sanctorum millia, id est, in Sina venit ad nos, & legẽ nobis dedit. Exhod. 19. In monte Sehir quasi Sol quidam nobis exortus est, cum multis morsu ignitorũ serpentum vulneratis serpentẽ æneum erigi iussit, quem qui aspicerent, sanarentur; Num. 20. & 21. In monte Pharan apparuit nobis, cum Lxx senes impleuit Spiritu sancto. Num. 11. Ad hæc verba allusit Propheta noster, sed Moyses tria loca nominauit, Sinai, Sehir, Pharan. Noster, quia de Christi aduentu, & de liberatione generis humani loquebatur, Sinai omisit, quia figura fuit veteris testamenti in seruitutem filios generantis, vt docet Paulus, Galat. 4. Lex enim, quæ data est in Sinai, transitura erat. At duo posteriora non omisit, quoniam apertam figuram continebant Christi, & liberationis generis humani. Nam in Sehir per serpentem æneum, apertè significatus est Christus crucifixus, per crucem & passionem suam liberans genus humanum Diaboli veneno sauciatum, ipso Domino exponente Ioh. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita oportet exaltari 16
filium hominis, vt omnis, qui credit in eũ, non pereat, sed habeat vitam æternam.* In Pharan figura sanctificationis omniũ præcessit per aduentum Spiritus sancti ab eodem Christo mittendi in die Pentecostes. Nec refert non dixisse Prophetam: A Sehir veniet, sed ab Austro, quoniam à Theman, vt est in Hebræo, & ab Austro, & à Sehir monte Idumææ, quæ Australis est Iudææ, idem est. Est ergo sensus: Filius Dei, qui nobis per manifestam figuram apparuit in Sehir, & in Pharan, nec postea vnquam à nobis visus est, sed quasi mansisse videtur in illis montibus; iam ex illis exibit, & ad nos veniet manifestus, & sine tegumentis figurarum aperta in luce conspiciẽdus. Et ideò Lxx dixerunt: A monte vmbroso, & con-

denso,

denso, id est, à monte Pharan, in quo viderunt eũ patres nostri per figuras, quæ sunt vmbræ futurorum, & obscuræ quædam significationes: Nec ab hoc multum differt, quod August. decimo octauo de Ciuita. c. 32. ait: Montem verò vmbrosum, atque condensum, quamuis multis modis possit intelligi, libentius acceperim Scripturarũ altitudinem diuinarum, quibus prophetatus est Christus. Multa quippe ibi vmbrosa, atque condensa sunt, quæ mentem quęrẽtis exerceant, &c. Vbi certè Augustinus figuras, & prophetias Christi venturi montem vmbrosum appellauit. Eadem est Gregorij interpretatio. 33. Mor. c. 1. Rursum, inquit, per montem testamentum Dei exprimitur, sicut Habacuc ait: Deus à Libano veniet, & sanctus de monte vmbroso, & condenso. Qui enim venturum se per testamẽti sui paginas spopondit, quasi inde venit, 17
vnde velut sub promissiõe se tenuit. Quod videlicet, testamẽtum bene mons vmbrosus, & condensus dicitur, quia spissis allegoriarũ obscuritatib⁹ opacatur, &c. * Quia ergo relictis figuris, quibus ibi ostensus, & promissus erat, manifestus venit, meritò dicitur vẽturus ab Austro, & à Pharan. Deinde quoniam venire dicitur, cum apparet hominibus, vt in verbis citatis, ex Deut. 33. intelleximus; stare dicitur, & quasi latere, cum non se talibus figuris demonstrat, & ideò quasi latẽs, & stans in Sehir, & in Pharan; inde dicitur venire cum apparet. Præterea, vt modo aiebat Gregorius, ex eo loco dicitur venire, in quo promisit se ventu rum, & se sub promissione tenuit. Et quãuis aliæ figuræ præcesserint passionis Christi, & liberationis nostræ; hæ tamen, de quibus nunc loquimur, fuerunt omnium apertissimæ. Nam primum, data est lex in monte Sina, deinde passionis Christi, & sanationis nostræ, & sanctificationis per Spiritum sanctum futuræ typus manifestissimus apparuit, non in re diuersa, sed in eodem Spiritu sancto senib⁹ dato. Quare meritò Propheta has potissimum figuras commemorauit alijs relictis, sicut & ipse Dominus fecit Ioh. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentẽ, &c. Possumus etiam ad eadem verba Deuteronomij alludentes, & à proposito sensu non recedentes breuius explicare. Deus ille, qui olim ab Austro, siue à Sehir, apparuit nobis, veniet, & sanctus ille, qui de monte Pharan ortus est nobis, veniet nũc ad nos. Christus autem propriè sanctus vocatur, quoniam & ipse sanctus est, & per eũ omnes eramus sanctificandi, sicut ait Paulus, Rom. 3. vt sit ipse iustus, & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi.

Sela. Post hæc verba continuò sequitur in Hebræo, סלה apud Lxx autem, Diapsalma: quæ vox, vt notat Hieronymus, tãtum in Psalterio ponitur, & in hoc cantico, quod ad modum psalmorum scriptum est. Vbicumque autẽ ponitur, Lxx & Symmachus, & Theodotio vertunt διάψαλμα, Aquila autẽ & Quinta editio vertũt: Semper, Sexta editio: Iugiter, & in finem, quod idem est, quemadmodum ex Origene refert Hieronymus in Epist. ad Marcellam, cuius initium est, Quæ acceperis. Ipse etiã Hieronymus in translatione psalmorum ex Hebræo eodem modo transtulit. Quid autem ipse sentiat in eadem Epistola explicat his verbis: Scire autem debemus apud Hebræos in fine librorum, vnum è tribus solere subnecti, vt aut Amen scribant, aut Sela, aut Salom, quod exprimit pacem, vnde & Salomon pacificus dicitur. * Igitur, 19
vt solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere, Explicit, aut feliciter, aut aliquid istiusmodi: ita & Hebræi, vt, quæ scripta sunt, roborẽtur, facere solent vt dicant, Amen, aut In sempiternum, aut scribenda commemorant, vt ponant Sela, aut transacta feliciter protestantur pacem subnotantes. Et ante hæc verba prolatis quibusdam testimonijs psalmorum, in quibus est Sela, ait: Ex quo animaduertimus hoc verbum superiora pariter, inferioraque connectere, aut certè docere sempiterna esse, quę dicta sunt, vt est illud in tertio: Multi dicunt animæ meæ: non est salus in Deo suo, semper, &c. Et post hæc omnia, quæ diximus: Hæc, inquit, nos de intimo Hebræorum fonte libauimus, non opinionum riuulos persequentes, neque errorũ, quibus totus mundus plenus est, varietate perterriti, sed cupientes & scire, & docere, quæ vera sunt. Quos autem errores intelligat, initio Epistolæ exposuit: nã cum Lxx pro Sela, vertissent vbiq; Diapsalma, variè hãc vocem autores interpretati sunt. Quidam, inquit, Hieronymus, diapsalma commutationem metri dixerunt esse, alij pausationẽ spiritus, nõnulli alterius sensus exordium. Sunt, qui rhythmi distinctionem; & quia

18 Sela, & Diapsalma.

psalmi

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psalmi tunc temporis iuncta voce ad orga-
num canebantur, cuiusdam musicæ varie-
tatis existiment silentium. *Nobis nihil ho-
rum videtur, cum Aquila, qui verborum
Hebræorum diligentissimus explicator
est, Sela, hoc est Diapsalma, Semper tran-
stulerit, & inueniamus in Psalmorũ quo-
que fine diapsalma positum Hæc Hierony-
mus. At Hilarius, Chrisostomus, Euthy-
mius initio comment. in psalmos, quos
plurimi sequuntur, in diapsalmate hoc si-
gnificari putant, aut alium sensum tunc
inchoari mutata harmonia psalterij, aut
alijs cantoribus traditum esse Psalmũ, aut
cessatum esse. Quare apud Græcos, & Lati-
nos in dubio est quid sit proprie diapsal-
ma, nec mirum, cum Origenes, referente
in eadem epistola Hieronymo, dicat. Vtrũ
autem cuiusdam musicæ cantilenæ, aut
rhythmi immutationem, qui interpretati
sunt diapsalma, senserint, aliud ve intelle-
xerint, tuo iudicio derelinquo, &c. Pro-
posui veterum sententias, vt, quantæ
res sit difficultatis, intelligatur. Nunc
quid verius esse credamus, explicemus.
Non dubito quin Sela significet Semper, vt
Aquila, & Quinta, & Sexta editio docent,
& Chaldæus, qui pro Sela vertere solet: In
sæcula. Arbitror tamen hoc Sela, siue Sem
per, ita dici, vt Amen, vt nonnunquam sit
affirmantis verum esse quod dicitur, aut
sempiternum esse, nonnũquam vero optã-
tis vt sempiternum sit. * Simulque adno
tandum est, non poni, nisi vbi valde insigne
est quod dicitur, & meditatione dignum,
aut valde optabile, siue sit in fine psalmo-
rum, siue in quacunque parte psalmi.
Vtrumque testimonijs ab Hieronymo, &
ab Origene loco indicato prolatis manife-
stum fiet: Ac ne sæpe idem scribendum sit,
sciat lector in fine singulorum testimonio-
rum, quæ in medium allaturus sum, in He-
bræo esse Sela, in Græco Diapsalma. Affir-
mantis est Sela, vt Psal. 3. Domini est salus,
& super populum tuum benedictio tua.
Hic additur Sela, ac si diceretur: Verissimũ
hoc est, semper ita fit, & fiet. Psal 23. Domi
nus virtutum ipse est rex gloriæ. Psal 4. Vo
ce mea ad Dominum clamaui, & exaudi-
uit me de monte sancto suo. Psal. 1. Multi
dicunt animę meæ: Non est salus ipsi in
Deo eius. Quasi dicat: verum est hoc, sem-
per mihi hoc dicunt, sed cum admiratio-
ne hoc dicitur, quod mirandum sit cadere
in hominem vllum fidelem tantum nefas,
vt neget homini afflicto salutem esse in
Deo suo. Similiter in. 4. Vt quid diligitis
vanitatem, & quæritis mendacium? Sem-
per hoc facitis, quod valde mirandum est
fieri ab hominibus, qui verum Deum no-
runt, & tantis ab eo beneficijs affecti sunt.
in eodẽ: * Quæ dicitis in cordibus vestris,
& in cubilibus vestris compugimini. Sem
per hoc faciendum est. Optantis vero vt
ita fiat est etiam sæpe, vt Psal. 74. Liquefa-
cta est terra, & omnes qui habitant in ea,
ego confirmaui columnas eius. Et 75. Et
factus est in pace locus eius, & habitatio
eius in Sion. Ibi confregit potentias, arcũ,
scutum, gladium, & bellum. In hoc nostro
cantico ter ponitur Sela, & semper optã-
tis est, vt firmum, & perpetuum sit quod
dicitur, vt: Deus ab Austro veniet, & San-
ctus de monte Pharan. Secundo post illa
verba: Suscitans suscitabis arcum tuum, iu
ramenta tribubus, quæ locutus es. Ter-
tio post illa: Percussisti caput de domo im-
pij, denudasti fundamẽtum eiusque ad col
lum. At vero in his locis vbi ponitur Sela,
aliquam fieri in cantu mutationem, quod
negasse videtur in epistola Hieronymus,
non potest, vt existimo, negari. Clamat
enim nomen Diapsalma, quod non sine
causa tam doctis viris, id est, Septuaginta
interpretibus & Theodotioni, & Symma
cho placuisse conuenit. Nã quod in Psal.
3 scripsit Augustinus Eugubinus, Lxx, po-
suisse Sela, sed errore describentium posi-
tum esse Diapsalma; neq; ipsum, qui dixit,
latuit absurdam esse opinionem. Deinde
quod ipse Hieronymo fatente, nusquam
inuenitur Sela, nisi in Psalterio, & in hoc
cantico Habacuc. Si igitur in fine poni so-
let ab Hebræis, sicut Amen, cur Amen sæ-
pe in alijs scripturæ libris inuenimus, Sela
vero non inuenimus, nisi in Psalmis, & in
hoc cãtico: nisi q̃ aliquid habet ad cantũ
pertinens, quod nõ est in Amẽ, & similibus
vocibus? * Quare prudentiæ Origenes nõ
est ausus negare, neq; idẽ Hierony. in Psal-
mum quartũ, vbi de hac voce ait: Et puto
aut musici cuiusdam sonti esse signaculum,
aut certe perpetuitatem eorum, q̃ę præ-
dicta sunt indicari, &c. Quamuis quæ sunt
in commentarijs Psalmorum Hieronymi,
potius Origenis esse censeantur, è cuius
scriptis ipse desumpsit, vt testatus est in
proœmio. Sed, quæ hæc mutatio est, hoc
enim

enim quærimus? Existimo, vbicunque po-
nitur Sela, cantores paulum quiescere so-
litos, vt quoniam non nisi post insigniores
sententias ponitur, auditores quiescentes
rei illius grauitatem, & magnitudinẽ conti
derarent, aut vbi optãtis vox est, ore, & vo-
tis fauerent, simulque optrarent, vt in exem
plis paulò ante propositis cerni potest. At
que hoc nomen ipsum διάψαλμα indicat,
quod rectè interpreteris intermissam can-
tilenam, aut intermissionem, siue interru-
ptionem cantilenæ. Itaque Aquila, & cete-
ri, qui verterunt, Semper, vim vocis Sela
declararunt, qui verò transtulerunt, Dia
psalma, vsum vocis ostenderũt, & causam,
id est, quo loco, & qua causa poneretur. Ex
his cernitur insignis R. Dauidis error, &
inscitia, Sela nihil significare, sed ornatus,
aut harmoniæ causa poni.

Operuit cœlos gloria eius. Hoc de Christi
miraculis, & rebus gestis maximè dicitur,
id est, veniet, & cuncta implebit gloria, id
est, claritate, & maiestate sua. Vbique lau-
dum eius materia maxima se se offerret, &
ad cœlos vsque perueniet eius fama, & no-
men. Hoc dixit, & Dauid Psalm. 8. Domine
Dominus noster, quam admirabile est no
men tuum in vniuersa terra? Quoniam ele-
uata est magnificentia tua super cœlos. Si
mile est illud:

——*Fama super æthera notus.*

Et apud Homerum:

——καὶ μευ κλέος οὐρανὸν ἵκει.

Et mea gloria cœlum peruenit. Quasi dicat
Propheta: Tanta, & tam præclara opera
edet, vt in cœlum quoque gloria eius per-
ueniat. Hieronymus: Manifestum est, quod
in aduentu Christi omnia repleta sint glo-
ria, iuxta id quod in Euangelio dicitur: Glo
ria in excelsis Deo, & in terra pax homi-
nibus.

Splendor eius vt lux erit. Dixit de eius rebus
gestis, & miraculis, nunc etiam de doctri
na, qua mundum illuminauit. Splendor mi
raculorum, & doctrinæ eius non erit vt
splendores aliorum hominum, qui nani-
ter oculos perstringat, & in admirationem
homines conciet, & nihil præterea profit:
sed erit similis luci Solis, quæ tenebras re-
mouet, & viam rectam eunribus demon-
strat, & quid quæque res, qualisque sit, pla
nè docet. * Ita cum Christi facta, & doctri-
na videbuntur, & audientur, tenebræ erro-
rem fugabuntur, certa in cœlũ via cogno
scetur, & discent homines quantum æter-
na caducis, cœlestia terrenis præstent. Au-
gust. 18. de Ciuit. c. 32. fere nobiscum sentit.
Splendor eius, vt lumen erit, Quid est, in-
quit, nisi fama eius credentes illuminabit?
Eusebius loco citato etiã de doctrina eius
intelligere videtur, & Theophylactus pla
nè intelligit, atque illud ex Isai. 9. profert:
Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit
lucem magnã, & cap. 60. Surge, illuminare
Ierusalem, quia venit lumen tuum.

Cornua in manibus eius. Hebraicè: cornua A, vel De pro In.
à manu eius illi, sed Hebræi ב, id est, A, vel
De, ponũt sæpe pro In, vt in verbis illis Deu
te. 33. Dominus de Sinaï venit, & de Sehir
ortus est nobis. Propterea Lxx verterunt
vt nos, Cornua in manibus eius. Post Chri
sti seruatoris ortum, & miracula, & doctri-
nam, mors fuit commemorãda, quam his
verbis commemorat. De passione hæc in-
terpretatur Cyprianus, lib. 2. cõtra Iudæos,
c. 21. & in sermone de Passione Domini,
Eusebius lib. 6 de Demonstratione cap. 15.
Augustinus. 18. de Ciuit. cap. 32. & Hierony
mus, quorum verba paulò post subscribã,
& Theophylactꝰ, & multi alij, atque in his
R. Samuel in epistola ad R. Isaac c. 7. vt pu-
dendum sit Christianos quotidã de Moyse
interpretari, cum Iudæus de Christo inter-
pretetur * Sed quidam ex nostris, vt Titel-
manus, laborant quomodo de cruce dixe-
rit: Cornua in manibꝰ eius, cum videretur
potius dicendum: Manus eius in cornibus.
Nimirum cornua dici putant brachia san-
ctæ Crucis, quod etiam Paulus Burgensis
existimauit, cum longè aliter se res habeat.
Est ergo sensus, cornua habebit, quibus Cornua.
ventilet, & dispersat, & vincat omnes ini-
micos suos, sumpta metaphora à tauris, &
ferocioribus bestijs, quæ cornu proijciunt
sursum, & ventilant minora animantia, vt
latè exposuimus, atq; confirmauimus Ha-
mos. 6. nu 41. Itaque cornu insigne poten-
tis bellatoris, & victoris est, atque instru-
mentum victoriæ. Cornu autem Christi
aduersarias potestates ventilantis, & profli
gantis est sancta Crux, & per eam sibi om-
nia subiecit, sicut ait Ioh. 12. Et ego si exal-
tatus fuero à terra, omnia traham ad me
ipsum. Quare cum dicit: Cornua in mani-
bus eius, victoria per crucem, & passionẽ
futura prædicitur, recteque Hierónymus,
Cornua in manibus eius, vexilla, & tro-
phæa Crucis exponit. Augustinus loco ci-

taro:

Universidad de Deusto
Biblioteca

tato: Cornua in manibus eius, quid est nisi trophæum crucis? Eusebius: Cornua in manibus eius, regni eius insignia, & notæ significat: quibus cornibus inuisibiles, atque aduersantes potestates repellens, & victas obrinens abigit.

27 *Ibi abscondita est fortitudo eius.* Cum confixus in cruce pendebat, cornua habebat in manibus, & pugnabat, sed occultè; nam in illa humilitate passionis latebat fortitudo eius, & virtus diuinitatis, & demonstrabatur infirmitas humanitatis. Hieronymus: In cruce paulisper abscondita est fortitudo
Matth. 26. eius, quando dicebat ad Patrem: Tristis est
Ibid. anima mea vsque ad mortem. Et: Pater, si possibile est, transeat iste calix à me. Et in
Luc. 23. ipsa cruce: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

Ante faciem eius ibit mors. De effectu passionis loquitur. Moriẽdo mortem vincet, illaq́ue victa, & pudibũda fugiet. Simile est illud. 1. Cor. 15. quod fugienti morti dicitur: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Lxx: Ante faciem eius ibit verbum, quoniam דבר quod est in Hebræo, si legatur דֶּבֶר sonat verbum, & ita legerunt, Lxx, & Theodotio: si autem דֶּבֶר sonat, Mors, aut Pestis, quomodo legerunt Aquila & Symmachus, & Quinta editio, & Hieronymus, & omnes Hebræi. Atque ita potius deberi legi indicat quod sequitur: Et egredietur Diabolus ante pedes eius.

Et egredietur Diabolus ante pedes eius. Victus per crucem fugiet, neque audebit corã eo consistere. Pro Diabolus, est in Hebræo רֶשֶׁף quod recentiores Hebræi vim vocis, vt solent, ignorantes, variè interpretantur, veteres transtulerunt, Volatile, seu voluc
28 ris, vt Aquila, Symmachus, Theodotio, & Quinta editio. Propterea Hieronymus vertit Deut. 32. Et deuorabũt eos aues, & Iob. 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. * Tradunt autem veteres Hebræi, vt refert Hieronymus, dæmonis esse nomen, qui principatum tenet inter alios, & propter nimiam velocitatem, & in diuersa discursum hoc nomen habet: ipsumq́; esse qui in paradiso mulieri sit locutus, & ex maledictione, qua à Deo damnatus est, accepisse nomen, siquidem רֶשֶׁף interpretantur, Repentem ventre.

Stetit, & mensus est terram. Victores terrã metiuntur victoria sua partam, vt suis distribuant. Ita fecit Iosue in terra promissionis. Atque ita nunc post resurrectionem Christus Diaboli, mortisque debellator, & victor stetit, quod victoris est, & terram debellatam considerantis. Hoc fecit cum dixit Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Et statim apud se mensus terram addit: Euntes ergo docete omnes gentes, &c. Sed apertius post aduentũ Spiritus sancti eos in diuersas prouincias misit partitos inter se orbem terrarum, vt impleretur prophetia: in omnem terrã exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Psal. 18.

29 Aspectus Dei.

Aspexit & dissoluit gentes. De successu predicationis Euangelicæ loquitur. Aspexit gentes, mille videlicet idololatriæ erroribus implicatas, & misertus est earum, ita enim capitur sæpe Aspectus Domini, vt simul cum illo misericordiam intelligamus, sicut docuit Propheta: Respice in me, & Psal. 24. miserere mei. Et Matth. 26. Respexit Dominus Petrum, & egressus foras fleuit amare. Aspexit igitur laborantes gentes, & dissoluit eas per apostolos suos, quos misit in mundum vniuersum, vt predicarent Euangelium omni creaturę, & docerent omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Sed quid est, dissoluit? Augustinus in libro de Essentia diuinitatis, post medium, ita interpretatur: Dissoluit credentes in se à peccatorũ vinculis. Rectè ita intelligitur, & rectè conuenit cum Hebraica voce יִפַּח vt Psalm. 145. Dominus soluit compeditos, & Isai 58. Solue fasciculos deprimentes, vt solui, siue dissolui dicatur, quod ante ligarum fuit. Sed dicitur etiam dissolui, quod liquefit, sicut verterunt Lxx, ἐτάβησαν, καὶ ἐτάκησαν ἔθνη, quod vertit Hieronymus: Aspexit, & distabuerunt gentes. Hæc est enim vera translatio Lxx, quam in Hieronymo, & Theophylacto, & Theodoreto, & in Augustino videmus, & in Aldino codice, nõ quæ habetur in codicibus Complutensi, & Regio: κατενόησεν, καὶ ἐξέστησεν τὰ ἔθνη. id est, Intellexit, & distare fecit gentes. * Est autem Tabuerũt, siue liquefactæ sunt, idem quod consumptæ sunt, perierunt, vt explicuimus Hamos. 9. num. 6 & Mich. 1. num. 7. Gentiles esse desierunt, & Christiani facti sunt. Augustinus 18. de Ciuit. c. 32. Aspexit, & tabuerunt gentes: hoc est: Misertus est, & fecit populos pœnitentes, &c. Ita loqui solent prophetæ, vt Mich 5. Et erunt reliquiæ Iacob

lacob in gentibus in medio populorum multorum, quasi Leo in iumentis siluarũ, & quasi catulus Leonis in gregibus pecorum, qui cum transierit, & conculcauerit, & ceperit, non est qui eruat. Et ibidem: Exaltabitur manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.

Et contriti sunt montes sæculi. Montes sæculi vocat reges, qui à sęculo, id est, diu regnauerant, vel qui inter ceteros eminebant sicut montes antiqui, qui à sæculo prædicati, & celebrati sunt propter suam altitudinem. Hi etiam contriti, comminuti, ac dissoluti sunt, non potuerunt resistere virtuti Euangelij, propter quod vertunt Lxx: Et montes contriti sunt violentia. Habet autẽ hoc epitasin, huiusmodi enim reges magni semper imperare soliti, ac nemini obedire, difficilius adducuntur, vt alium regẽ agnoscant. Hoc est, quod prædictum est Isa 40. & Luc. 3. de tempore prędicationis Euãgelij expositum: Omnis mons, & collis humiliabitur, id est, desinent esse montes, & fient valles, abijcient altitudinem suam, & Euangelio subijcient. Augustinus. 18. de Ciuit. c 32. exponit: vim facientibus miraculis elatorum contrita est superba.

31 *Incuruati sunt colles mundi.* Minores principes appellãt eadem ratione colles mundi, siue sæculi, vt est in Hebræo, id est, qui inter alios homines insignes potẽtia sunt, & celebres, vt colles, qui ab initio sæculi propter altitudinem suam sunt omnibus conspicui. Sed in mõtibus, & collibus eos etiam intelligamus, qui sapientia præstabant, vt Philosophos, & sapientes sæculi, & omnes, qui quouis modo eminebãt. Isaias non de montibus solum, sed etiam de collibus locutus est: Omnis mons, & collis humiliabitur. Hi incuruati sunt, & sponte Euangelio submiserunt. Augustinus ibidem: Defluxerũt colles æternales, hoc est, humiliati sunt ad tempus, vt erigerentur in æternum.

Ab itineribus æternitatis eius. Id est, Propter itinera æternitatis eius. Hoc est, Montes contriti sunt, & colles incuruati sunt, ac flexis genibus Christum adorauerunt, propter itinera æternitatis eius, hoc est (vt exponit Hieronymus) quia ipse, qui æternus est, dignatus est ad homines venire, vt eos redimeret. Ita etiã rectè exponemus: Deus ab initio sæculi sæpe venit ad homines per prophetas suos monens, & docens, ac promittens se aliquando in carne venturum, & postea ipse venit. Hæc sunt itinera æternitatis Dei, quandoquidem æternum dicitur sæpe quod ab initio mundi, vel à longo tempore cœpit, vt diximus Mich. 5. nu. 40.
* Cũ igitur apostoli, & prædicatores Euãgelij docerent has prædictiones prophetarũ, & homines in Christo impleras esse animaduerterent, cedebant veritati ante tot annos prædictæ, literisque mandatæ, & recipiebant Euangelium. In verbis Hebraicis non est præpositio, Ab, sed suppletur, vt passim fit. Ideò possiunt & ita verti: Viæ æternitatis illi, sicut verterunt Lxx, sed sensus idem est, causa enim montium contritorum, & collium incuruatorũ redditur his verbis: Viæ æternitatis illi, id est, quia viæ eius sunt æternæ, vt iam expositum est. 32

Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ. Solet Reg.
propheræ postquam locuti sunt de gentibus Euangelio subijciendis commemorare illarum gentium supplicia, quæ noluerunt obedire ei, sed pertinaciter restiterũt. Ita Ioel cap. 2. cum multa de copia bonorũ Euangelij promisisset, ad extremum de iudicio, quod impios manet, dicere incipit ad finem vsque cap. 3. Mich. 4. Surge & tritura filia Sion, &c. inde cap 5. Nunc vastaberis filia latronis, &c. ibidem post multa promissa: Et faciã in furore, & in indignatione vltionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt. Ita nunc loqui incipit de iudicio, quo Deus punict omnes, qui Christo non obedierunt; sed credentes, & pios persecuti sunt. * Atque hos impios vocat 33
figurate AEthiopes propter deformitatẽ, Æthiopes
& turpitudinem morum, vt Ham. 9. Numquid non vt filij AEthiopum vos estis mihi filij Israël? Est ergo sensus, vidi iam Domino indicante, quam seuere puniturus sit impios pro iniquitate, qua à Deo receesserunt, & seruos eius persecuti sunt, & gauisus sum videndo. Loquitur enim de ea visione, qua quis hostes suos victos, & cæsos videt cum magna voluptate, vt exemplis satis explicauimus in Habd. nume. 64. Hoc satis ex verbis sequentibus intelligitur: Turbabũtur pelles terræ Madian. Sed nec possumus, nec debemus præterire quod nobis quidam è recentioribus obijciunt, non esse in Hebræo Chus, aut Chusi quod AEthiopiam, & AEthiopem significat, sed Chusan; ideoque vertẽdum esse: Vidi ten-

toria

Universidad de Deusto
Biblioteca

toria Chusan, quem regem Syriæ fuisse cõfirmant ex Iudi. 3. Sed ita habeant, regem illum non esse dictum Chusan, sed Chusanrathain, vt historia ipsa indicat, quod non debuit tantos viros præterire, inde neque à Iosepho, qui breuiare solet huiusmodi nomina longiora, Chusan, aut Chusanus vocatus est, sed Chusarthes, lib. 5. Antiq. cap. 3. Quare falsum est quod cum Chaldæo somniãt de historia illa nũc verba fieri. * Deinde nos pro nobis habemus Hieronymum, quem Latina Ecclesia in hac translatione secuta est, & Lxx interpretes, qui verterũt: Pro laboribus (id est, pro peccatis) vidi tentoria AEthiopum: quorum trãslationem, omnes Græci, & Latini vsque ad Hieronymum secuti sunt. Ipsi dicant, quem habeãt pro se, nisi fortasse Chaldæum, qui in hoc cap. in multis insigniter delirat. Arbitror ergo in Hebræo scriptũ fuisse כושי quod AEthiopẽ significat, sed postea errore describentium extremam literam fuisse productam, & factum כושן vt in multis locis fieri solet, & in ijs, quæ hactenus exposita sunt, nonnulla similia vidimus.

Pelles. *Turbabuntur pelles terræ Madian.* Horrore concutientur, & vincentur & dissipabuntur. Pelles autem vocat tabernacula, quæ è pellibus fiebant. Cant. 1. Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Isa. 54. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Idem dicit, quod paulò ante: Pro iniquitate vidi tentoria AEthiopiæ, nam Madianitæ AEthiopes etiam sunt. Num. 12. Locutaque est Maria, & Aharon contra Moysem propter vxorẽ eius AEthiopissam, quam constat fuisse Madianitidem, filiã Iethro sacerdotis Madian. * Atque in eũ locum Augustinus Eugubinus in annotationibus in Pentateuchum docet cum Hebræis terram Madiã esse partem AEthiopiæ, quæ iuncta est Arabiæ. Et vt omittamus Lyranum, & Vatablum idem in eumdem locum affirmãtes, Augustinus. q. 20. Super Numeros ait vxorem Moysis dici AEthiopissam, quia erat de Madianitis, qui. 2. Paralipo. 14. dicuntur AEthiopes. Igitur Madianitæ optimè impios, & persecutores sanctorum significãt, quoniam & AEthiopes sunt, & vehementer Hebræis nocuerũt, eosque maximè conati sunt auertere à terra promissionis, & in fornicationũ, & idololatriæ turpitudinẽ conijcere, vt ita diuina vltione delerentur, vt videmus Num. 25. Habitabant autem AEthiopes non in domibus, sed in tentorijs, & tabernaculis, & propterea dixit, Tentoria AEthiopiæ, & pelles Madian.

Numquid in fluminibus iratus es Domine? Nũ Domine cum ascendes super quadrigas tuos (id est, cum more bellatoris armaberis in hostes tuos, & vastare eos voles, vt tuos saluos facias, & ab iniuria malorũ liberes,) tantum in mari, & in fluminibus ostensurus es iram tuam, & potẽtiam, ac furorem in malis puniendis? Quasi dicat. Profectò non ibi sistes, sed in eos maximè insurges, qui sanctos tuos persecuti sunt. * Alludit autem iuxta Hieronymum, & multos, ad mare Rubrũ, in quo submersi sunt AEgyptij, Exhod. 14. & ad Iordanem, quem sicco pede transierunt filij Israël, Iosue. 3. quod fuit quodammodo increpare aquas, & irasci eis cum eas vento vrẽte exiccabat. Addit Euthymius, ostendisse etiam Dominũ iram in fluuijs AEgypti, quorum aquã conuertit in sanguinem, Exho. 7. Nec mihi hæc allusio displiceat, potest enim accipi, ac si diceret: Olim Domine ostendisti iram tuam in aquis, num ita facturus es postea in fine sæculi, cum ascendes super equos tuos, vt pugnes pro tuis? Minimè, immò omnem aduersariorũ vim destrues, & ideo sequitur. Suscitans suscitabis arcum tuum. Sed multo magis placet hæc dici propter signa magna iræ suæ, quæ Deus iuxta finem sæculi ostensurus est in mari, & in fluminib⁹ ad terrorem, & pœnam malorũ: quæ quãuis grauia erunt & terribilia, maiora mala post ea ventura sunt sæuiente ira Dei vehementer in homines ipsos, vt in verbis sequentibus ostenditur. * De his signis legimus Lucæ 21. Et in terris pressura gentium præ cõfusione sonitus maris, & fluctuum arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Apo. 8. Et cecidit in tertiam partem fluminum, &c. Et facta est tertia pars aquarũ in absynthium, & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt. Et. c. 16. Effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tamquam mortui, & omnis anima viuens mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum, & factus est sanguis, &c.

Qui ascendes super equos tuos. Non incipit hinc noua sententia, sed ad superiorem pertinet, vt iam exposui. Pro, Qui, in Hebr. est ש quod sonat Quia, vel quando, quare castigatiores codices habent: Quia ascendes, sed rectè etiam legitur, Qui ascendes, vt posuisse videtur Hieronymus, & vt est apud Lxx ὁ ἀναβιβάζων, id est, tu qui ascensurus es. Quare non legendum est, Ascendis, sed vt sit futuri temporis, Ascendes, vt constat ex Græco, & ex Hebræo, & ex castigatioribus libris Latinis, ac deniq; ex sensu ipso.

Et quadrigæ tuæ saluatio, id est, Salutem, & libertatẽ afferent seruis tuis debellatis hostibus.

Suscitans suscitabis arcum tuum. Corripies arcum tuum, vt fortis bellator, & suscitabis eum, qui, quodammodo iacebat, dum peccata hominum misericorditer dissimulabas, & sagittis tuis occides hostes tuos. De hoc scriptum est Psal 44. Sagittæ tuæ acutæ (populi subte cadent) in corda inimicorum regis.

Iuramenta tribubus. Atque ita etiam suscitabis iuramenta, quæ præstitisti tribubus Israel, in quibus omnes generationes electorum intelliguntur, & significantur. Loquitur autem de eo, quod legimus Luc. primo: Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, &c. Nam Abraham pater est omnium credentium, siue ex circuncisione sint, siue ex præputio, vt docuit Apostolus. Rom. 4. Dicuntur iuramenta, quia id, quod Dominus de liberatione suorum perfecta pollicitus est, sæpe repetitum est. Semel iurauit Gen. 22. Per memet ipsum iurauj, &c. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Et idem postea alijs patriarchis cum iuramento promittebat, licet non semper iuramentum in scriptura exprimatur. Inde Mich. vltimo: Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham, quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis. Psal. 88. Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine, sicut iurasti Dauid in veritate tua? Et Psal. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & nõ frustrabitur eum, &c. Si custodierint filij tui testamẽtum meum, & quæ sequũtur. * Quoniã autẽ dũ iustos Deus sinebat ab impijs affligi, hæc Dei inuentra iacebant, quia videbatur Deus eorum oblitus, rectè dicit esse etiam tunc suscitanda, cum prorsus eximentur à potestate, & iniuria malorum. Hic propter sententiæ dignitatem, & magnitudinem ponitur Sela, vt iam diximus, & optantis est vt ita fiat, & semper ita sit.

Fluuios scindes terræ. Hieronymus, qui aliter præcedentia exposuerat, vi ipsa verborum coactus in nostram nunc sententiam venit, atque ita exponit. Reges terræ aduersum tuum populum dimicantes diuides, atq; disperges. Itaque fluuios reges interpretatur. Sed quoniam statim ait: Viderunt te, & doluerunt montes, per quos reges magnos significat, vt paulo superius diximus, commodius videtur, vt fluuij sint ciuitates, in quibus magna hominum copia est, vt in Nahum cap. 1. quidam acceperunt cum ait: Increpans mare, & exiccans illud, & flumina ad desertum deducens. Et cap. 2. Portæ fluuiorum apertæ sunt, vt ibi explicauimus. Est ergo sensus: Ciuitates impiorum persequentium tuos subuertes.

Viderunt te, & doluerunt montes. Reges ipsorum videbunt te incipientem per horribilia signa venire ad iudicium, & dolebunt, atque trepidabũt. Ita Hiero. interpretatur mõtes, excelsa regna, & sublimes huius sæculi potestates Luc. 21. Arescẽtib⁹ hominib⁹ præ timore & expectatione, quæ supuenient vniuerso orbi. Sed apertius Apo. 16. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnũ omnipotentis Dei. Et postea: Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquã fuit, ex quo homines fuerunt super terram, &c. Lege totum caput.

Gurges aquarum transijt. Omnis eorum impetus, & persecutio, qua vexabant populum tuum, transijt, id est, finita sunt, postquam te videre cæperunt venientem, vt ait Hieronymus. Hoc est tantis tunc doloribus implebuntur, vt alios vexare non eis vacet, vt vides Apo. 16. Gurges Heb. זרם significat impetum, & tempestatem, & turbinem. Ideo Hieronymus dixit: Omnis eorum impetus, & persecutio. Alij, inundatio, alij Nimbus. Lxx verterũt: Disperdes aquas itineris, id est impetu tuẽtes in tuos.

Dedit abyssus vocem suam. Hieronymus: Tunc abyssus, hoc est inferi, laudauerunt te, tunc etiam superi, id est angeli, plausum suis manibus cõcrepabũt, vt victo

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem veluti gestu quodam, & tripudio eleuatarum manuũ demonstrarent, &c. Itaque per inferos, vel locum ipsum intelli mus per prosopopœiam, id est, fictionem personæ, quæ vsurata est in Scriptura, vt Psal.97. Flumina plaudẽt manu, simul montes exultabunt à cõspectu Domini: vel animas iustorum, quæ igne purgantur. Dare autem vocem, est acclamare, & approbare Dei facta, quibus impios affliget.

Altitudo manus suas leuauit. Altitudinem angelos interpretatus est Hieronymus, sed cœlum etiam ipsum possumus interpretari per eamdẽ prosopopœiam. Leuare manus idem pater exposuit, vt iam vidimus in præcedentibus verbis. Quam rectè autem exposuerit, ex eo constat, quod manus leuare gratulantium est, atque laudãtium, vt Nehemiæ. 8. Et benedixit Hesdras Domino Deo voce magna; & respondit omnis populus, Amen, amen, eleuãs manus suas, & incuruati sunt, & adorauerunt Deũ proni in terram. *Gratulationem autem hanc videmus, Apo.16. Vbi cum dixisset Iohannes, maria, & flumina conuersa esse in sanguinem, cõtinuo subiecit: Et audiui angelum aquarum dicentem: Iustus es Domine qui es, & qui eras, sanctus, quia hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum, & prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere, digni enim sunt. Et audiui alterum dicentem: Etiam Domine Deus omnipotens, vera, & iusta iudicia tua.

Manus leuare.

42

Sol & Luna steterunt in habitaculo suo. Hieronymus ita intelligit: Sol & Luna, quæ prius fuerant obtenebrata, receperunt splẽdorem suũ. Quasi dicat: Prius deesse videbantur hæc luminaria in cœlo, quia lumen non fundebant, cõuersa, videlicet, in tenebras, & in sanguinem, vt Ioe.2. scriptũ est. Sed postea lumen suum receperunt, & in loco suo splendentia tibi quasi de malorũ supplicijs gratulabantur.

In luce sagittarum tuarum ibunt. Reuertitur ad illud: Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transijt; nam quæ postea dicta sunt, per parenthesin interiecta sunt. Ibunt impij, videlicet, territi, & fugiẽtes in luce, id est, per lucem sagittarum tuarum, id est, territi sagittis tuis igneis, & lucentibus. * Sagittas autem vocat coruscationes, & fulgura, quod optimè intelligitur ex Sap. 5. Ibunt directe emissiones fulgurum, & quasi à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Lucæ. 21. Stellæ cadent de cœlo. Apocalypsis decimo sexto. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, &c.

Sagittæ Dei.

43

In splendore fulgurantis hastæ tuæ. Hastam fulgurantem, id est, exacuram; ideoque lucentem, vt plus noceat, fulmina intelligenda sunt, quæ graniora, & nocentiora sunt sagittis, id est, fulguribus. Ita etiam Poetæ fulmina tela sæpe vocant, vt:

Enid.9

Aut tu magne pater diuum miserere, tuque:
Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo.

In fremitu conculcabis terram. Fremens, & furore plenus, & vindictę cupiditate flagrans terrã cõculcabis, & omnia euertes, & omnes nationes vehementer perterrefacies.

Egressus es in salutem populi tui. Rationem reddit superioris apparatus bellici, & fremitus, ac furoris. Egredieris enim, vt liberes ab iniurijs impiorum electos tuos, & vindices illos: & exeunte ad hoc Christo tuo, tu cum illo eris porentiam, & virtutem eius omnibus ostendens. Hoc ipsum est quod ait Dauid Psalm.109. Tecum principium in die virtutis tuæ, &c. id est, Tecum, ò Christe, erit pater, eo die, quo virtutem, & potentiam tuam omnibus ostensurus es. * Sexta editio, referente Hieronymo, ita habet: Egressus es, vt saluares populum tuum per Iesum Christum tuum. Lxx verterunt: Egressus es in salutem populi tui, vt saluares Christos tuos, *At oẽs interpretes. vt ait Hierony. singulari numero verterunt Christum, quemadmodum est in Hebræo. Hunc locum deprauarunt Symmachus, & Theodotio, quia Ebionitę erãt, & Christum Deum esse negabant, verteruntque, vt saluares Christum tuum. Aquila tamen Iudæus, & Quinta, & Sexta edi tio ita verterunt, vt est in Hebræo: In salutem cum Christo tuo.

44

Percussisti caput de domo impij. Quoniam de malis loquens montes iam nominauit, & colles, nunc cum dicit Caput, aliquid maius sine dubio significat. Domus impij est familia Diaboli, caput in hac domo, & familia ille est, qui impietate ceteris omnibus præstat, id est, Antichristus, & ita exposuit Hieronymus in secunda explanatione huius cantici. Hunc Christus percussurus, & interfecturus est, secundo Thessalonicens. 2. Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Isa.11. Et spiritu labiorũ suorum interficiet impium.

Lemuda-

45

Denudasti fundamentum eius vsque ad collũ. Si huius domus Antichristus caput est, collum sunt potẽtiores eius amici, qui ei propiores sunt, vt collum capiti: Fundamenta autem domus, quibus totum ædificium nititur, sunt multitudo populi eum sequentis, sine quo tyrannidem suam obtinere, & exercere non posset. Hoc ergo ait: Occidisti, & perdidisti nobilissimos quosque, & potentissimos eius duces, ita vt sola, ac nuda populi multitudo remanserit, sicut cum parietes omnino ruunt, fundamenta nudata, atque detecta omnium oculis relinquuntur. Hic etiam ponitur Sela.

Diuidite in 8 Sectiones.

Maledixisti sceptris eius. Apertius explicat quod dixit. Maledicere est destruere, minuere, sicut è contrario Benedicere est augere, & multiplicare, sicuti Mar.11. Dñs maledixit ficui dicens: Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet: & dicitur: Rabbi, ecce ficus, cui maledixisti, aruit. Maledixisti ergo sceptris eius, id est regnu eius, & tyrannicam potẽtiam destruxisti. Et maledixisti capitibus bellatorũ eius, perdidisti duces, & bellatores eius, qui magno impetu more turbinis irruebãt in me, vt me perderent, id est, in populum electorum, quorũ personam assumit Prophera. Dispergere autẽ pro vastare, & perdere capi adnotauimus Nah.2.n.38.

46

Exultatio eorum, sicut eius qui deuorat, &c. Putabant impij nos à se esse cõsumendos, atque delendos, & ita exultabant, vt diues solet cum pauperem spoliare vult, qui & viribus inferior est, & neminem habet, cuius ope potẽtiæ diuitis resistat, idq; in abscõdito facit, vbi nemo videre, & pauperi auxiliari possit.

Viam fecisti in mari equis tuis. Nihil fortitudini tuæ obstabit, quominus liberare tuos possis. Quantumuis iusti laborent, & plena sint omnia difficultatibus, vt liberari nullo modo posse videantur, tu viam inuenies, & eos liberabis. Quamuis iusti aquis calamitatum, & afflictionum vndique cooperiantur, & infixi sint in luto profundissimo, tu equis tuis vectus, vt fortis bellator, viam illis facies in aquis multis*, & in luto mare, siue in aquas multas, aut lutum, dicitur, qui vndique calamitatibus opprimitur, vnde exire non possit. Psal.68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Ibidẽ: Eripe me de luto vt non infigar, libera me ab iijs, qui oderunt me, & de profundis aquarum. Psal.39. Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis.

47

Audiui, & conturbatus est venter meus. Post quã mihi Domine ostendisti quam prodigiosa portenta facturus sis, & quam grauia supplicia sumpturus de aduersarijs tuis, penitus obstupesco, & toto corpore commoueor prætimore, & humana quadam commiseratione, quoniam & si hostes sunt, homines sunt tamen: ita Isaias.ca.21. cum videret Babylonis desolationẽ: Propterea repleti sunt lumbi mei dolore, & angustia possedit me. Et capite.16. Propter hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. Ventris nomine solẽt Hebræis viscera significari, quæ in perturbationibus animi commoueri solent, vt in ira, dolore, miseratione, quale est illud 3.Reg.3. Cõmota quippe sunt viscera eius super filio suo. Inde perturbari dicitur venter, cum aliquo horum tristium affectuũ cõcutamur. Iob 30. Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis. Psal.30. Conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus. Et.21. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. Thren.1. Vide Domine, quoniam tribulor, conturbatus est venter meus. Ita nusquam scriptura vẽtris commotionem, aut turbationẽ in lætitiam vsurpauit, quod ex ijs, quæ indicaui, & ex alijs præterea locis intelligitur. Vt Eccl. vlt: Venter meus conturbatus est quærendo illam, id est, multos labores propter sapientiam pertuli. Inde etiam Ier.4. Ventrem meum, ventrem meum doleo. Sẽsus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij.

Venter.

48

Voce contremuerunt labia mea. Hoc est. Propter vocem tuã, audita voce tua, labia mea ita præ motu cõtremiscunt, vt vix hęc ipsa verba effari queã. In codice Hieron. & in quibusdam manu scriptis legitur: Ad vocem, quod melius respondet Hebræo לקול, sed sensus idem est, & Lxx verterũt, A voce. Chaldæus ita vt erat in Heb. posuit.

Ingrediatur putredo in ossibus meis. Cum cõtemplaretur Propheta horrendam Dei vindictam, quam eo tempore de hostibus suis sumet, timore cõmotus orat: *Ingrediatur*

Universidad de Deusto
Biblioteca

putredo, &c. id est, Veniant in me omnia mala, ira, vt si necesse fuerit, ossa mea putredine impleantur, & caro mea vermibus scateat, dummodo hic à meis peccatis expiet, & in die illo seuerissimi iudicij securus sim, & ad eorum societatem adiungar, qui cum Christo regnant in cœlo. Ita fere Hieronymus in secũda expositione huius cantici: & apertius lib. 2. aduersus Pelagianos, propè finem; cuius postea verba referem°. Sed & hic fatetur diem tribulationis dici diem iudicij. Veniamus ad translationem, quam recentiores reprehendunt. In Hebr. ita habetur: Veniet putredo in ossa mea, & subter me cõmonebor, est enim pro Commouebor יִרְגַּז, quod verbum in hoc ipso capite bis noster interpres transfert inturbari, vt, Turbabuntur pelles terræ Madian: &: Audiui, & cõturbatus est venter meus.

49 * Sed videant primum, quam incommodus sit sensus, quem afferunt: Conturbatus est venter meus ex ijs, quæ audiui, & putredo ingressa est in ossa mea, & in me expaui. Nam audito sermone Dei timere potuit Propheta, non tamen ideò putredo in ossa eius ingredi potuit. Deinde in Heb. etiam est statim: Vt requiescam in die tribulationis: quomodo putredo in ossa eius ingressa est audito sermone Dei, vt requiescat? Nos dicimus futurum pro imperatiuo poni, vt sæpe adnotauimus, id est, Ingredietur, pro Ingrediatur. In eo verò, quod aiũt esse in Heb. Et subter me commouebor, erratũ videtur in prima litera, nam verbum esse tertiæ personæ, non primæ, neque Hieronymus, neque quisquam alius ignorare potuit. Confirmat id trãslatio Lxx σὺν τραχύνθη, conturbata est. Atque ita sensus erit: Subter me commoueatur, scilicet, putredo. Quid enim est scatere nisi commoueri? Verum & si primæ personæ sit, sensus idẽ redditur: Subter me commouebor, siue turbabor, videlicet, putredine eadem in carnẽ meã ingrediẽte. Hiero. lib. 2. aduersus Pelagianos, ita hæc verba refert. Cõputrescant ossa mea, & subter me vermes scateant.

* *Vt ascendam ad populum accinctum nostrũ.*
50 Et hic recentiores translationem nostram vellicant, quæ tamen est valde ad verba Hebraica accommodata. In Hebr. ita legitur: Ad ascendendũ ad populum יַעְלֵהוּ, id est, Accinget eum. Significat autem hoc verbum apud Hebræos accingere, & parare se ad prælium, vt diximus Mich. 5. nu. 3. Est ergo sensus: Vt ascendam ad populum illorum, & vnus ex ijs sim, quos Deus accinxit, & armauit, vt feliciter cõtra omnes hostes, & tentationes diaboli pugnarent; vel, vt sim vnus ex eis, quos tunc accinget, quibus arma, & vires præbebit, vt glorioſe cũ Antichristo, & cum omnibus eius sectatoribus dimicent. Hunc sensum, vt nobis expeditiorem redderet Hieronymus, vertit: Ad populum accinctum nostrũ, & postea exposuit: Ad populum fortem, bellatorẽ, atque pugnacem. Et lib. 2. aduersus Pelagianos ita citat: Computrescant ossa mea, & super me vermes scateant, tantũ vt requiescam in die angustiæ, vt ascendam ad populum fortem meum. Mox in hunc modum explanat: Hic tribulationes, & angustias, afflictionemq; ánimi deprecatur, vt in futuro virorum fam cum Christo regnantium numero societur. * Sed vt causam aperiamus, quæ hos autores latere non debuit, & rem semel explicemus: Consuetudo Hebræorũ est tertia psona futuri vti pro nomine verbali, siue actiue, siue passiue. Hos. 5. Et misit ad regem vltorẽ. Et. ca. 10. In Assur delatus est munus regi vltori, Hebr. Ad regem vleiscetur; Regi vleiscetur. Et. ca. 6. Particeps sacerdotum in via interficientiũ pergẽtes de Sichem. Hebr. Particeps sacerdotum in via interficient. Et. c. 13. Sicut puluis turbine raptus. Heb. Sicut pulueris turbine rapietur. Ita hic יִגְזַר quasi nomen accipitur, & vt cetera nomina, cum pronomine componitur, & ideo Hieronymus non solum vertit: Ad populum accinctum, sed addidit: Nostrũ, nisi quis forte dicat (quod satis probabile est) legẽdũ esse גְּדוּדֵנוּ quod vere significat, & sine controuersia, Accinctum nostrum. Lxx paulò aliter legerũt, & verterunt. Ad populũ. τῆς παροικίας μου, id est, peregrinationis meę, quod Hierony. expo- 51
nit: Qui æque, vt ego in hoc mundo peregrinatus est.

Ficus enim non florebit. Opto omnia pati, modo sim ex ijs, qui tunc fortiter pugnabunt, & Diabolo, atque Antichristo resistent, nã eo tẽpore propter magnitudinẽ afflictionum, atque tẽtationum magna futura est sterilitas virtutũ. Hoc est: Plurimi, qui vsque ad illud tempus arbores fructuosæ esse videbantur, & omnibus virtutibus ornati, tunc erunt steriles, & aridi, & vinceentur, ac desinent fructus ferre virtutum. Itaque vberratem bonorum spiritua-

lium tunc perdendam per terrenam fecunditatem more prophetico significauit, vt ait Aug. 18 de ciui. ca. 32. Siue (quod idem est) inopiam bonorum spiritualium per terrenam sterilitatem allegorico sermone describit. Exempla passim occurrunt in prophetis, & nos iam vidimus Hos. 2. & vlt. in fine vtriusque & Ioe. 2. &. 3. & Hamos vlti. quibus per copiam, aut inopiam terrenorum bonorum spiritualium copia, vel inopia intelligitur. Vt autem locis indicatis, & alias sæpe, alijs atque alijs similitudinibus vtuntur propheræ ad significandam multiplicem copiã bonorum spiritualiũ, ita hoc in loco per sterilitatem fic°, vineę, olliuæ, quæ familiarissima erant Iudæis, & in terra illa felicius prouenichant, & per alias similitudines multiplicem sterilitatem virtutum tempore Antichristi futuram prædicit. * Quam Dominus non figurato, sed aperto sermone prænuntiat Mathę. 24. Tũc tradent vos in tribulationem, & occident vos, & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradẽt, & odio habebunt inuicẽ. Et multi pseudoprophetæ surgent, & seducent multos. Et quoniã abũdauit iniquitas, refrigescet caritas multorũ. Dicit autem: *Mentietur opus oliuæ*, quia fructũ nõ feret, quẽ promittebat.

Abscindetur de ouilipecus. In ouilibus non inuenientur oues, in præsepibus non inuenientur boues, atque ita omnia alimentorum genera deerunt, quibus & ali, & ditari homines solebant: deerunt fructus in arboribus, fruges in aruis, oues in ouilibus, boues in præsepibus. Quod indicat magnã famẽ, & sterilitatem bonorum spiritaliũ.

Ego autem in Domino gaudebo. Cum hæc mala erunt in terra, ego cum ceteris electis CHRISTO per gratiam sociatus gaudebo in Domino, id est, propter bona mihi ab eo data, & quod eius gratia liberatus sim è tantis calamitatibus.

Et exultabo in Deo Iesu meo. In bonis mihi per CHRISTVM datis. In Hebr. quomodo nunc puncta sunt, non ponitur sanctissimum nomen IESVS, quod est super omne nomen, sed יְשׁוּעָתִי quod est salus. At ego Propheram nomen ipsum IESVS scripsisse arbitror, quod ab Hebr. breuiari solet, & scribi his tribus literis יְשׁוּ vt in titulo salutiferæ crucis vidimus Romę, in monasterio Sanctæ crucis in Ierusale, & diligẽter obserua-

uimus. Propterea Hiero. nequaquã vertit, In Deo salute mea, sed in Deo IESV meo. Lxx: In Deo Saluatore meo. Chaldæus: In Deo factore redẽptionis meæ. Ideo Hiero. cũ retulisset trasslationẽ Lxx subijcit: Id ipsum & Gabriele interpretãre: Et vocabitur IESVS, ipse enim saluabit populũ suũ. Aug. 18. de ciu. c. 32. Legit: In Deo salutari meo, & ait. Melius autẽ mihi videntur quidã codices habere: Gaudebo in Deo IESV meo, quam hi qui volẽtes id Latine ponere, no mẽ ipsum non posuerunt, quod est nobis amicius, & dulcius nominare. Idẽ error est in pũctis Isaiæ. 45. vbi legimus: Aperiatur terra, & germinet Saluatorẽ. Qui tamẽ diceret scribendũ esse יְשׁוּעָתִי & salutem significare, parũ à nostro sensu recederet, diceremus enim salutem more Hebræorũ accipi pro suo (vt ita dicamus) concreto actiue sumpto. i. pro effectore salutis, vt statim cũ dicitur: Deus Dñs fortitudo mea; sed veri°, & dulcius est quod ante dixi. Nec obstat habere hoc nomẽ affixũ pronomẽ in Heb. habet enim ratione cõmunis significationis, vt Messias, & alia similia. Qua ratione etiã articulum ה sæpe recipiunt, qui nominibus proprijs non conuenit.

Deus Dñs fortitudo mea. Non aliunde spero fortitudinẽ quã à Deo meo, qui me & fortẽ efficiet, & velocẽ instar cerui. i. Dabit mihi pedes veloces, quales cerui habẽt ad mala fugienda, vt ait Euthymi°. & ad mũdi huius impedimẽta trãsilienda, vt ait Hieron. vterq; in Psal. 17. in quo sunt eadem pene verba. Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum, & super excelsa statuens me. Potest & aliter intelligi, & continuo dicã. 55

Et super excelsa mea deducet me. i. Per viã tutã, & à periculis liberã. Cerui enim (vt loco citato ait Euthy.) cũ fugiũt venatores, in excelsos mõtes properãt, & ibi tuti consistũt, atq; à timore liberi. Sed aliter hęc & superiora exponẽda sunt, ac longe meli° mea sentẽtia, vt sit sensus: Deducet me cum sanctis peracto iudicio in cœlũ. Cœlos enim vocat Excelsa mea. i. patriæ meæ, sumpta similitudine à filijs Israel, qui redeũtes de captiuitate cũ summa exultatione ascẽdebãt excelsa sua. i. mõtes patrios, vt Isai. 55. In lęti tia egrediemini, & in pace deducemini, mõtes & colles cãtabũt corã vobis laudẽ. Et. c. 49. Et ponã omnes mõtes meos in viã, & semitę meę exaltabũtur. Nec mirũ, ille. n. redit° è captiuitate figura huius ascẽsionis fuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quare & prius dixit: Et ponet pedes meos quasi ceruorum, de dote potius agilitatis, quæ erit in corporibus beatorum, dictum arbitror, id est, Dabit corpori meo agilitatem, vt per aërem in summum cœlum cũ Domino meo ascendam.

56 *Victor in psalmis canentem.* Pro Victor est לַמְנַצֵּחַ quod in multorum psalmorum titulis ponitur, ac præsertim in Psalmo quarto, qui habet pro titulo verba, quæ hic sunt in Hebræo. Pro Victor in psalmis est לַמְנַצֵּחַ בִּנְגִינוֹת Pro quo Hier. vertit ex Hebræo: Victori in canticis, Lxx: In finem, in carminibus. Denique quoties in Hebr. est לַמְנַצֵּחַ, Hieronymus vertit: Victori; Lxx, quorum editionem decãt Ecclesia. In finem: Hebræi, & recentiores eorum indiuidui comites; Præfecto cantorum, cuius, videlicet, munus erat præscribere qui psalmi, & quo modulationis genere, quoque tempore essent canendi. Nominare vnum, aut alterum non est necesse, omnes fere recentes psalmorum, & prophetæ huius enarratores id docent, qui quidem Hebraicas literas attigerunt, vt Vatablus, Aug. Eugubin*, Iansenius, Mõtanus, Genebrardus, Paulus Palacius, tum noui translatores, quorũ magnus est numerus: idque isti non ab Hieronymo, aut ab Origene, aut ab vllo veterũ, sed à R. Dauide, & similibus autoribus mu-
57 tuati sunt, vt dixi. *Nec verò hoc ita improbabile est, vt non satis videatur ex Scriptura cõfirmaris; nam verbum נִצַּח, cuius participium est מְנַצֵּחַ de quo nũc agimus, cõstat idem esse quod præponi alicui operi ad instandum, & ad vrgẽdum opus illud, vt 1. Paralip. 23. Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini. Heb. Ex his לְנַצֵּחַ, id est, super ministeriũ, scilicet domus Domini, id est, ex ijs, qui præessent operi, scilicet, electi sunt: pro quo Lxx eleganter, ἀπὸ τούτων ἐργοδιώξαι, id est, ex his prepositi operis, siue potius vrgentes opus. 2. Paralip. 34. Zacharias, & Mosallam de filijs Cahath, qui vrgebant opus. Esd. 3. Et constituerunt Leuitas à viginti annis, & supra, vt vrgerẽt opus Domini. Et mox: Vt instarẽt super eos, qui faciebant opus in tẽplo Dei. In his tribus locis pro Vrgere opus, & pro Instare super eos, qui faciebant, est semper idẽ verbũ לְנַצֵּחַ, Lxx solent vertere ἐπιστατοῦντας, i. vrgere, atq; instigare. Immo & ipsũ participiũ ita vsurpatũ inuenimus, nã. 2. Paral. 2. vbi legim*: Et numerauit septuaginta millia virorũ portantiũ humeris, & octoginta millia, qui cæderent lapides in montibus, præpositosq; eorũ tria millia sexcentos: præpositi eorũ vocãtur in Heb. מְנַצְּחִים, à Lxx. ἐπιστάται, quos vulgo superstites vocamus. *Idẽ vocabulũ est in Heb. & in Græco, vbi nos habemus. 2. Paral. 34. Super eos vero, qui ad diuersos vsus onera portabãt, erãt Scribæ, & magistri. i. Præpositi ijs, qui onera portabãt, &c. Addit Eugubinus hoc nomine etiã indicari eos, qui instituti erãt, vt victorias canerẽt, idq; ex libro Paralipomenon intelligi: quare nihil præterea esse quærendũ, sed hic quiescendũ, vt intelligamus psalmos, qui hũc titulũ habẽt, tradendos fuisse præpositio cantorum, siue illi, qui positus erat, vt victorias caneret. At hi autores stultã facere velle vidẽtur sapiẽtiam sanctorũ patrũ. Quid est ergo quod toties Hieronym* vertit: Victori? Quid quod Lxx, In finẽ, quod veteres omnes nõ reprehendũt, sed studiosè interpretãtur? Sed diuinit* factũ est, vt eadem verba repeteret sanctus Habacuc, vt verã eorũ interpretationẽ teneremus, atq; hãc nouã, & confictã explo-
58 deremus. Nec enim haberemus fortasse, vnde tot psalmorũ inscriptiones intelligeremus, & vnde autores conuinceremus, tã multos, tamq; eruditos, nisi hæc in Habacuc legeremus. * Sit ergo לַמְנַצֵּחַ præfectus cantorum, aut victorias canẽs, quomodo obsecro ad prophetę nostri verba hanc interpretationem accommodabunt: Super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentẽ? Nũ præfectus cantorũ Prophetã ducet? Eugubinus quidẽ ait vertendũ esse: Et super excelsa mea deducet me ad laudãdũ carminibus. Sed errat plane, nã participium est in Hebræo, nec potest vllo modo ita, vt ipse vult accipi, nec ipse probat. Scio Lxx vertere τῷ νικῆσαι ἐν ᾠδῇ αὐτοῦ vt vincam in cantico eius: sed omnino illi legerunt in Hebr. nõ לַמְנַצֵּחַ, sed לְנַצֵּחַ, & solẽt vertere, Ad vincẽdũ, vt statim citabim* ex 1. Paral. 15. nã לַמְנַצֵּחַ nũquã ita verterũt, vt ex dictis intelligitur. Alius ita exposuit, vt sit hæc noua sententia: Victor in Psalmis canentem, in hũc sensum: Victor. i. præcentor dirigat, & instituat canentẽ hoc carmẽ in psalmis, vt alij psalmi canũtur. Quis vnquã dicere potuit, aut dixit, his verbis incipere, & finiri nouã sententiã: Victor in psalmis canentẽ? ac non potius pendere ex præcedentibus: Et super excelsa mea deducet me victor

in Psalmis canentẽ. Quid? si ostenderimus legendum esse: victori, quomodo connecter? Certe Iansenius, cum in titulo Psal. 4. communem recentiorum opinionem secutus esset, hoc canticum exponens non potuit ad eam Propheræ verba interpretari, sed ita: Super excelsa, & montosa loca nostra me rursum deducet, ita vt canam in
60 psalmis victori & triumphanti Domino laudes, &c. * Cõtextus ergo prophetic*, nisi demus, extorquebit expositionẽ suam: Deducet me Deus cum sanctis finito iudicio: super cælos canentẽ CHRISTO victori mortis, & inferni, & omnium aduersariorum, laudes, & psalmos. Nam victori legendum esse non victor, statim demonstrabo. Hieronymus: Canam victoriã eius, & triumphum, & trophæũ crucis. Ex hoc ergo loco discimus psalmos omnes, qui hanc inscriptionem habent, cani CHRISTO victori mortis, & inferni, & liberatori electorum suorum. Propterea Hieronymus semper vertit: Victori, & (vt idem affirmat in proœmio lib. 1. in Dani.) Aquila verit, τῷ νικοποιῷ, id est, effectori victoriæ hoc est CHRISTO, iuxta illud 1. Cor. 15. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dñm nostrũ IESVM CHRISTVM. Symmachus autẽ sensum magis reddẽs, quã verba, ὑπερνίκιον, i. carmẽ victoriale, carmẽ, qđ canitur victori. Nec vero putet quispiã לַמְנַצֵּחַ, significare canẽtẽ carmẽ victoriale, & planũ putauit esse Eugubin* ex illo. 1. Paral. 15. In citharis, & octaua canebant epinicion, vbi & Canebãt epinicion est לְנַצֵּחַ, quod proprie significat, Ad vincẽdum, sicut ibi verterũt Lxx. Sed cum superius dixisset segregatos fuisse diuersos ad diuersa cantores, de quibusdam ait: In nablis arcana cantabant. Heb: In nablis super arcana. i. Selecti erant ad arcana, id est, quando arcana canenda esſent. Continuo dicit: Porro Mathathias, & Elaphalu, & in citharis pro octaua canebãt epinicion. Hebr. In citharis pro octaua ad vincendum, id est, quando victoria esset parta, hoc est, vt canerent, quando carmen victoriale esset canendum. Lxx, τῷ ἐνισχύσαι, id est, victoriæ causa. Ruit ergo vtrimque Eugubini interpretatio. * Sed redeamus ad veteres interpretes. Lxx in eorumdem psalmorum titulis semper vertunt, In finem, vt habet translatio nostra vulgata, id est, εἰς τὸ τέλος. Per finem autem eos CHRISTVM intelligere testantur Hierony. Aug. Remi-
61 gius, & plures ex veteribus. Sed cum finem dicunt, accipiunt more Hebræorum pro suo (vt Dialectici loquuntur) concreto actiue sumpto, vt Paulo ante: Deus Dominus fortitudo mea, id est, profiniente siue pro finitore, id est, pro CHRISTO, qui mortem, & peccatum finiuit, & exterminauit, iuxta illud Dani. 9. Septuaginta hebdomades abbreuiatę sunt super populum tuum, & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna. Dicitur etiã CHRISTVS לַמְנַצֵּחַ, quia omnibus hominibus præpositus est, vt sanctos efficiat, vt vrgeat opera pietatis, & iustitiæ, atque homines dirigat in viam salutis æternę. Quare omnes huius vocis significatus optime conueniunt in CHRISTVM. Imo vero quoties de CHRISTO hoc nomen dicitur, intelligendum est cum articulo ה scribi, sicut Lxx cum articulo vertẽrũ ὁ διατόνικος, & Aquila τῷ νικοποιῷ, vt intelligatur ille insignis præpositus, & insignis victor, atque victoriæ effector. Sed abscondi tur articulus apud Hebræos post literam ל, vt solet, ideoque scribendum est לַמְנַצֵּחַ nam si articulus non subintelligeretur, nõ vt nũc scribitur, sed לְנַצֵּחַ scribẽdum videbatur. *Colligamus ex ijs, quę dicta sunt, scribẽdum esse: Victori in psalmis canentem, nam & Hieronymus semper ita vertit in psalmis, & Aquila, & recentiores interpreretes. Litera etiam ל, & si aliquando indexNominatiui sit, tamen multo frequẽtius est Datiui. Ita legitur in codice Hieronymi, & ipse ita transtulit, exponit enim: Scribamque panegyricum triumphanti: & ita legendum esse admonet Iansenius. Nec obstat consensus multorum codicum Latinorum, in quibus legitur, Victor, multos enim errores similes habemus incuria librariorum, qui solent literas aut syllabas demere, cum continuo eædem iterum sequuntur, vt Ro. 11. Quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius? Eph. 3. Euangelizare inuestigabiles diuitias CHRISTI, & Ininuestigabiles. Heb. 5. De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum, pro Ininterpretabilis Psalm. 118. Præueni in maturitate, & clamaui, pro In immaturitate, Ita nunc pro victori in psalmis canentem, positum est victor, & est sensus: Dominus, qui est fortitudo mea, & posuit pedes meos quasi ceruorũ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

deducet me glorificato corpore per cœlos; canentem psalmos, & laudes illi, cuius gratia tot bona adeptus sum. * Denique arbitror Prophetam omnino alludere ad titulum psalmi quarti, & ita verba accepisse, vt ibi posita sunt. Sensus etiam valde tolerabilis est, si legatur victor, & qui hanc lectionẽ tueri volet, dicat ל etiam Nominatiuo adiungi, quod & Sanctes Pagninus adnotauit lib. 1. Heb. institutionũ, cap. 19. Sed nos quod vsitatius, & verius est, sequendum putamus. Porro נְגִינוֹת recentiores putant fere esse nomen musici instrumenti, sed nos habemus non solùm Hieronymũ, qui psalmos interpretatus est, sed etiam Lxx, qui verterunt in titulo Psal. 4. In carminibus, & hic, In cantico, sicut Hieronymus hic, In psalmis; ibi, In canticis. Chaldæus hic, In hymno: ibi, In laudib⁹, vt videam⁹, quantũ istis magnis Hebræis sit tribuendum. Hoc vocabulum inuenimus Psal. 68. vbi habemus: Et in me psallebant, qui bibebant vinum, id est, canticis suis irridebant me. Et Psalm. 76. Et meditatus sum nocte cũ corde meo. Pro quo est in Hebr. Recordabor נְגִינָתִי, id est, cantici mei. Hieronymus: Recordabor psalmorum meorũ. Chaldæus: Recordabor laudis meæ. Thren. 3. Canticũ eorum tota die. Chaldæus: & cantabant super me tota die. * Et ego iam in fine voluminis cantabo Christo victori, per quem seruati, & liberati sumus. Cantabo eidem, qui summa sapiẽtia est, quòd me super excelsa sensuum diuini huius cantici ita deduxerit, vt omnia de eadem sapientia incarnata exponere potuerim, & de omnibus, quæ fecit, cum in terris visa, & cum hominibus cõuersata est, & quæ factura est postea ad extremum vsque aduentum, cũ veniet in maiestate sua, & tradet regnũ Deo, & Patri. Vt volet quisque accipiat, quod dico (mihi enim, qui simplici animo, atque sincero in cõspectu omnia sciẽtis loquor, timendum non est) habeo gratiam diuinæ sapientiæ, cuius beneficio quod vere de Christo Deo nostro dictum erat, de Christo seruata rerum, atq; verborũ cõnexione sum interpretat⁹. Tãta enim varietas expositionũ vbiq; occurrebat, tanta in singulis expositionib⁹ obscuritas, & inconstãtia, & duritas, vt difficillimus, aut potius nullus exitus appareret. At nos eius ope, qui paruulos, & insipiẽtes docet sapientiã integrã, & concatenatã explicationem de Domino seruatore seruato contextu, seruata verborum proprietate protulimus, qui tamen cũ tantis viris in nullo numero sumus. Quod ergo recte, atque apte dictum erit, summæ veritati acceptum refero, vt debeo; quidquid erit erroris, meum est. Nolui autem admirabilem, atque diuinam prophetiam, nisi simplici expositione, historicaq; enarrare, etenim vt rectè Hieronymus scripsit in primum cap. Malachiæ: Regula Scripturarum est, vbi manifestissima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare, quæ scripta sunt. Tibi ergo laus, tibi gloria in sæcula sæculorum Deus noster magne, & omnipotens, qui vocas ea, quæ nõ sunt, tamquã ea, quæ sunt, & quę ad finem vsq; sæculi futura sunt, atq; ad salutẽ, & consolationẽ tuorũ pertinent, breui sermone demõstrasti, vt per patientiã, & consolationem Scripturarum spem habeam⁹.

FRAN-

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN SOPHONIAM PROPHETAM COMMENTARIJ.

PROOEMIVM, SIVE IVDICIVM, de Commentarijs Hebræorum in sacram Scripturam.

SAEpè mecũ cogitare soleo, & inter amicos, & familiares crebris vsurpare sermonibus, quantũ veræ Scripturarum intelligentiæ inuexerint noctis, atq; caliginis recentiores Hebræorum magistri, quos Rabbinos vulgus appellat: qui plurimum lucis inuexisse existimantur à multis. Nullum vnquam Scriptorum genus videas indoctius, nullum nugarum, & fabularum apperentius; ab omnium disciplinarum studio ferè abhorrent, historiæ ignari sunt, atque expertes, vetustiores Scripturæ enarratores ne audierunt quidẽ. Linguæ ipsius Hebraicæ, in qua intolerantissimè gloriantur, proprietatem, & vocabula quamplurima ignorant. Nam cum ea iam diu nulla gens vtatur, & Iudæi miseri, atque direpti per varias prouincias dispersi in multarum gentium seruitutem deuenerint, & carũ linguis locuti semper fuerint: nullo modo fieri potuit, vt pristinam illã, atque germanam suæ linguæ sanitatem retinerent. Qui vetustissimi inter eos fuerũt, erant sine dubio & doctiores. Hieronymus iam paucissimos suæ ætate doctos superfuisse testatur, vt necesse sit istos, de quibus nunc loquimur, qui post multos annos vixerunt, vt nouissimos omnium, ita etiam fuisse indoctissimos. Adde omnes capitales, atque implacabiles hostes esse nominis Christiani, Christum, vt est apud Apostolum, finem esse legis, velamen positum esse super facies eorum, dum leguntur Moyses, & prophetæ: videbis non posse eos non ignorare quamplurima, & vt est eis mala mens, malus animus, locos deprauaturos esse, quos posint, gloriam Iesu Christi Domini nostri obscuraturos, ad suos errores sacra verba detorturos. Quod si Scripturæ eodem spiritu egent, vt intelligantur, quo editę sunt, vt inquit Hieronymus; quantũ isti ab eis intelligendis aberunt, qui inere dulitate, & auaritia, & omni morum turpitudine tantum absunt ab spiritu Dei? Ita nihil est humilius eorum explanatione, nihil abiectius, humi serpunt vbique, fabulis, atque commentis inanibus sordidant, omnia somnia, atque portenta patrum suorũ obtrudunt, & vbicunque Christus irradiat, splendorem illum solis iustitiæ, vt noctuæ, & vespertiliones, ferre non possunt. Hoc adeò ex proximo sancti Habacuc cantico mihi venit in mentem, quod, ne Christus in eo splẽdeat, miris tenebris, & cæca quadam caligine obscurãt. Quare diuina prouidentia factum arbitror in Hispania, vt facer fidei senatus, omnes eorum libros abiecerit, atq; damnauerit, legique vetuerit,

Rom. 10.

2. Cor. 3.

Hiero. in proœmio Commentariorum in Hos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi ab ijs, quibus per eumdem senatum licebat. Verissimè enim sensit à paucis legi debere; atque eos tales esse oportet, vt religione excellant, pia quadam, & ad sobrietatem sapiente eruditione præditi sint, in sanctorum doctrina, & libris fuerint educati, & quibus illud conueniat: Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Nã qui non erunt ita instituti, & his quasi antidotis instructi, atque muniti, multa ex Hebrçorum Commentarijs vitia contrahent, quibus illam Catholicæ doctrinæ salubritatem bona ex parte perdant. Si quidem fieri vix, aut nullo modo potest, vt qui tangit picem nõ inquinetur vel paululum ab ea: & quibus placẽt autores, & ingenia, & libri, non etiã placeant multa, quę placere non deberent, neque aliquid ex tot erroribus, quibus illorum libri referti sunt, etiam diligẽter excutientibus adhæreat. Deinde cum Iudæi rationem quamdam sentiendi, atque interpretandi sequantur admodum ab ea dissidentem, quam sancti patres tenuerunt; sæpè fit, vt quibus Hebræorum magistri maximè placeãt, sanctorum libri, & enarrationes vehementer displiceant, atque eas aut nunquam, aut cum fastidio, & cum stomacho legant. Iudæus in Scriptura nihil ferè altum, & spiritu Dei dignum cõcipit, nihil de Sancta & indiuidua Trinitate, nihil de ortu, & vita, & morte, & resurrectione Iesu Christi Dei nostri disserit, nihil de Ecclesiæ mysterijs intelligit, de beatitudine sanctorum abiectissime sentit, omnia terrene atque humiliter interpretatur. Contrà sancti surgunt, & altissima mysteria elucidant, & spiritu Dei illustrati norunt, atque explicant quę sunt spiritus Dei Qui illos amant, hos contemnent, semperque fere eorum sensus, vel alienos, vel parum cohærentes, vel denique mysticos iudicabunt, historicum tantum putabunt, quod docent Hebræi. Ex eorumdem etiam lectione innumeræ accusationes vulgatæ nostræ trãslationis orientur: nam cum eorum libros magnificiãt, qui collapsa iam, & magna ex parte ignorata Hebraica lingua nati sunt, neque Latinè aut Græcè sciebant, vt veteres interpretes consulerent, atque idcirco plurima contra veterum sententiam, quos vbique Hieronymus imitatus est, contraq; veritatem vocabula interpretati sunt: quomodo non reprehendent, quod corũ sensui repugnat, quos sequendos maximè existimant? Neque ignoro quædã in Hebræis magistris esse, quæ prosint, sed tot sunt inter illa, quæ noceant, vt abijcienda etiam censeã vtilia, ne legantur noxia: rectè enim atque sapienter à quodam dictum est:

Marc. vlt.

Eccli. 13.

Non prosit potius, si quis obesse potest.

Atque ideò non à nemine, sed à paucissimis legẽdos esse dixi, ijsque pietate, & sana eruditione præstantibus, grandis enim est prudentiæ (vt est apud Hieronymum) aurũ in luto quærere. Verum de his hactenus. Nunc sancti Sophoniæ adyta ingressurus, per eum mihi precor adesse Spiritum sanctum, vt reuelatis oculis considerem mirabilia de prophetia eius.

Hiero. in Epistola ad Laetam de institutione filiæ.

ARGVMENTVM PROPHETAE.

Cap. I.

Minatur Dominus se homines, & iumenta, & aues, & pisces disperditurum, deinde quædam peccatorum genera enumerat, quibus maximè ad hanc vindictam prouocatur. Mox ad timorem Dei, & ad pœnitentiam omnes adhortatur, affirmãs imminere iam capriuitatem, cuius crudelitatem, & terrorem multis verbis describit eleganter.

Cap. II.

Exhortatur omnes ad pœnitentiam, ne in prædicta supplicia incidant. Deinde vaticinatur excidium Palæstinorum, Moabitarum, Hammonitarum, AEthiopum, & Assyriorum, ac Niniues, quæ nationes infensæ semper fuerunt Iudæis, & in excidio Ierusalem eis insultauerunt, & de eorum calamitate lætati sunt. Prædicit etiam ruinam idololatriæ, & conuersionem gentiũ.

Cap. III.

Inuehitur in Ierusalẽ, & peccata ei' narrat, & quo modo Deo vocanti, & corrigere volenti restiterit. Deinde resurrectionẽ Christi, Iudæorumque excidium vltimum & exæcationem, ac gẽtium vocationem prædicit. Mox de Ecclesiæ felicitate, & Iudæorum conuersione, tam eorum, qui tempore Christi crediderũt, quàm qui in fine sæculi crediturí sunt, vaticinatur.

CAP.

Cap. I.

Verbũ Domini quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ in diebus Iosiæ filij Amon regis Iudæ. Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: congregans hominem & pecus, congregans volatilia cœli & pisces maris: & ruinæ impiorũ erũt: & disperdam homines à facie terræ, dicit Dominus. Et extendã manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Hierusalem: & disperdã de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum sacerdotibus: & eos, qui adorant super tecta militiam cœli, & adorant, & iurãt in Domino, et iurãt in Melchom: & qui auertũtur de post tergum Domini, et qui non quæsierũt Dominum, nec inuestigauerunt eũ. Silete à facie Domini Dei: quia iuxta est dies Domini: quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostiæ Domini: visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina: & visitabo super omnem, qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Domini Dei sui iniquitate et dolo. Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium, et vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores pilæ: conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo: scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis: qui dicunt in cordibus suis. Nõ faciet bene Dominus, et non faciet male. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt: et plantabunt vineas, et non bibent vinum earum. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei Dñi amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis et miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ et turbinis: dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: et effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

Amos. 5.

Hie. 30. Ioel. 2. Amos. 5.

Ezec. 7.

HISTORIA.

Verbum Domini quod factum est ad Sophoniam. Ministrũ se esse docet huius prophetiæ, non autorem, cum dicit: Verbum Domini, &c. 1

Filium Chusi. De parentibus prophetarũ, quorum nomina ab ipsis prophetis ponũtur, & an illos quoque propheras fuisse putandum sit, & cur ponantur, iam in præludio quarto disputauimus.

Filij Ezeciæ. Eisdem hoc nomen literis scribitur, quibus Ezecias rex, nec tamen putandum est hunc Sophoniæ atauum eum

esse,

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse, qui regnauit in Iudæa, vt quibusdã Hebræis visum est. Primum, quia ab Ezecia vsque ad Iosiam, cuius tempore prophetat Sophonias, nõ nisi tres generationes sunt, ab altero autem Ezecia vsque ad Sophoniam, quatuor. Dices has quatuor breuiores esse potuisse illis tribus: potuerũt sanè, sed non est probabile. Nam à primo anno non ætatis, sed regni Ezeciæ vsque ad Iosiam, anni sunt sex, & octoginta. Si autem singulis maiorum Sophoniæ triginta ætatis annos demus (quod breuissimum tempus est) centum fient, & viginti. * Præterea
2 nullum legimus in Scriptura filium Ezeciæ regis præter Manassem, vt. 4. Reg. 17. & sequentibus, & 2. Paralip. 29. Sed præsertim 1. Paralip. 3. vbi fusius agitur de generationibus regum Iuda, quod etiam haud obscurè colligi videtur, ex Iosepho. 10. Antiq. c. 3. Sed neq; Propheta nomẽ tanti regis tacuisset, neq; enim parũ autoritatis prophetiæ adderet apud populum è sancto rege, & apud omnes gratioso genus ducere.

In diebus Iosiæ. Tempus indicat prophetiæ, quod est in prophetis cognitu pernecessarium, vt inquit Lactantius lib. 4. cap. 5. Ex hoc autem multa intelligimus. Primũ est Sophoniam prophetasse post captas ab Assyrijs decem tribus, nec multo ante captiuitatem duarum. Siquidem decem tribus captæ sunt à Salmanasare rege Assyriorum, sexto anno regni Ezeciæ. 4. Regũ 18. Regnauit autem Ezecias. 29. annos, vt ibidem videmus. Post eum Manasses. 55. 4. Regũ. 21. Amon duos, ibidem. Mox Iosias pronepos Ezeciæ. 31. 4. Reg. 22. Itaque à tẽpore captiuitatis decem tribuum vsque ad initium regni Iosiæ anni numerãtur vnus, & octoginta. A primo autem anno Iosiæ vsque ad vndecimum Sedeciæ, quo vrbs capta, & templum incensum est, quinquaginta tres anni fluxerunt, vt facilè ex postremis tribus capitibus, lib. 4. Reg. intelligitur.
3 *Secundum, verba Sophoniæ tantum ad duas tribus esse referenda, cum iam decem essent in captiuitate. Tertium est, prophetasse Sophoniam eodem tempore cum Ieremia, qui cœpit prophetare anno decimo tertio Iosiæ, vt ipse cap. 1. indicat: & eodem tempore, quo Holda prophetis, vt constat ex 4. Reg. 22. Quo tempore regnabat apud Romanos Ancus Martius, autore Eusebio in Chronicis, & August. 18. de Ciuitat. c. 33. Sed tradũt Hebræi Ieremiam publicè prophetasse in plateis, Sophoniam in Synagogis. Holdam inter mulieres: vnde probent, ne quæramus, ne leuium hominum, & fabulis deditorum consuetudinem ignorare videamur. Quartum est, vaticinatum esse nostrum prophetam circa initium regni Iosiæ, id est, ante decimum octauum annũ eius. Etenim Sophonias inuehitur, vt videbimus, in idololatriam duarum tribuum: anno autem decimo octauo regni sui Iosias hortatus est populum, vt abiectis idolis Deum patrũ suorum sequerentur, & acquieuit populus pacto, & confracta sunt omnia idola. 4. Reg. 23. Quintum est, argumentum huius prophetiæ præcipuum esse deterrere duas tribus, ab omni idolorũ cultu per comminationem appropinquantis captiuitatis: quas etiam postea consolatur more ceterorum prophetarũ promissione futurorum per Christum bonorũ, obiter etiam aliarum nationũ supplicia prædicit.

4 Congregans

Congregans congregabo omnia à facie terræ. Comminatur Deus Iudæorum impietate, & idololatria offensus perditurum se homines, & animalia, ita vt terra duarum tribuum redigatur in solitudinẽ. Quibus verbis captiuitatem Babylonicam significat: nec enim de omni terra loquitur, cum ait: A superficie terræ, sed de terra dumtaxat duarum tribuum. *Congregabo,* iuxta omniũ interpretationẽ nihil est aliud quàm, Delebo, tollam de medio, perdam, quod est in nostra translatione valde vsitatum, vt Iere. 8. Congregans cõgregabo eos, Hos. 4. Sed & pisces maris congregabuntur: quod nos in eadem verba adnotauimus, num. 5. Ratio significationis est, quod verbum קָבַץ quod his locis legitur, propriè significat colligere, siue in vnum locum conducere, vt Ierem. 12. Venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorãdum, sed congregatio non fit nisi cum ea, quę variis locis erant dispersa, tollimus, & in vnum locum adducimus. Inde hoc verbum interdum significat tollere, vt Gene. 30. Abstulit Deus opprobrium meum, vel Retraxere, vt Ioe. 2. Et stellæ retraxerunt splendorẽ suum, ideſt, ad se congregauerunt. * Quoniam vero morientes tolluntur de medio viuentium conuictu, & ad multitudinem mortuorum, quasi in vnum locum adiunguntur, & aggregantur, inde congregari, siue colligi significat perire. Gene. 49. Ego cõgregor ad populum meum, sepelite me cum

cum patribus meis. Deut. 32. Quẽ consecrabo, & congregabo in eis? Et rursus: Congregeris populis tuis, sicut mortuus est Aharon frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis. Aliquando per ellipsin, siue detractionem simpliciter dicitur, colligi, aut congregari, vt Isa. 57. Et viri misericordiæ colliguntur, à facie malitiæ collectus est iustus. Similiter in locis citatis Ieremiæ, & Hoseæ, & in eo quod nunc ait Sophonias: Congregans congregabo omnia. In eo verò quod ait: *Congregans congregabo,* obseruandum est, vt sæpe indicauimus, omnes geminationes siue verborum sint, siue sententiarum, ad exaggerationẽ poni apud Hebræos, & ad vehementiorem significationem, vt cum Latini dicunt:

Imus, ——————*Imus præcipites.*——————

Aut

Me, me, adsum qui feci.——

Ex his vna est cum participium cum suo verbo ponitur, aut nomẽ verbale loco participii, vtroque enim modo vertitur à Græcis & à Latinis, cũ apud Hebræos nec participium sit, nec nomen verbale, sed infinitus eiusdem verbi, vt Psal. 131. Sancti eius exultatione exultabunt. * Hæc autem exaggeratio non nunquam pertinet ad actionẽ, quam verbum significat, vt Psalm. 117. Castigans castigauit me Dominus, id est, valde me castigauit. 1. Reg. 26. Benedictus tu fili mi Dauid, & quidem faciens facies, & potens poteris, id est, potẽtissimus eris ad faciendum, quidquid voles, nec erit, qui tibi valeat resistere. Chaldæus: Etiam regnãdo regnabis, & etiam prosperando prosperaberis. Quare quod adnotat Euthymius in principio Psalm. 39. hanc repetitionẽ frequentissimã esse apud Hebræos, & significare mẽtis intensionẽ: nõ de omnibus verbis intelligendũ est, sed de significantibus aliquem actum mentis, vt ipse exemplis indicat: videns vidi, & cognoscẽs cognosces. Vt autem generale esset documentum, dicendum esset, significare actionis cuiusq; intensionem: Luc. 22. Desiderio desideraui hoc manducare Pascha vobiscũ, id est, vehementer optaui. Act. 5. Præcipiendo præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto: Græcè: Præcepto præcepimus vobis, &c. c. 23. Deuotione deuouimus nos nihil gustaturos, donec occideremus Paulum, id est, maxima mala nobis imprecati sumus. Græcè: Anathemate anathematizauimus nos * Nonnũquam exaggeratio hæc eo pertinet, vt certi esse intelligatur, quod dicitur, vt. 2. Reg. 9. Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionatham patrem tuum, id est, certissimè faciã. Quare sine causa dubitauit Euthymius, cũ in Psalm. 131. inquit: Quod autem ait: Exultatione exultabunt, item, Benedicens benedicam, & alia huiusmodi, quidã idioma esse dicunt Hebraicæ linguæ: quidam verò huiusmodi sermone vti dicũt Scripturam ad maiorem intensionem, & validiorem sententiæ confirmationem, &c. Certũ est enim idioma esse linguæ Hebraicæ, & ad hæc duo valere, quæ dicit Euthymius. Atque vtramque exaggerationẽ videntur habere verba, quæ nunc interpretamur. *Congregans congregabo omnia,* id est, Diligenter congregabo, nihil relinquam. Et: Sine dubio omnia congregabo. Hanc Hebræorũ locutionẽ, & Græci imitantur. Plato enim ait in Sympos: ὕβρις οὐκ ἔστιν ἔρωτος οὐδ' ἐπίτασις, ὅταν ποιῶν ποιῇ. Violentia enim amoris non tangit, neque faciens facit, id est, non vehemẽter stimulat. Lucianus in Dialogis marinis in Dialogo Menelai: & Protei. Vidẽs equidem vidi, sed tamen res ipsa monstro similis est. Latini etiam quodammodo imitantur, cum dicũt: seruire seruitutem, furere furorẽ. Apertius etiã veteres. Verrius enim Flaccus in quarto de verborum significatione, vt est apud Gellium lib. 5. ca. 17. dixit: Tum exercitum populi Romani occisione occisum.

7

Dicit Dominus. Crebrò prophetæ dicunt, Dicit Dominus, Hæc dicit Dominus, Rationem docet Hieronymus in illud Ierem. 23. Numquid Deus è vicino, &c. Quod autẽ, inquit, in prophetis crebro dicitur, Hæc dicit Dominus, propterea semper infertur, ne contemnantur quasi verba prophetarum, sed admoneantur iugiter Dei esse sermones, quos loquuntur. Idem indicat breuiter in illud Zach. 1. Iratus est Dominus. Et Ezeciæ. 35. in principio adnotat sæpe dicere Ezecielem: Et factus est sermo Domini ad me, quia non semper prophetæ habebant spiritum propheticum: & vt ostendat se habere, cum illa loquitur. Dicit Dominus. 8

Congregans hominem, & pecus. Nunc per partes explicat quod prius generatim dixerat. Cum autẽ Pecus dicit, non oues tantum intelligit, quæ sæpè hoc nomen commune sibi vendicant: sed omne animal, Pecus.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod sub hominis imperio pabulo terræ pascitur, vt capra, sus, bos, equus, asinus, mulus, camelus. Quæ omnia pecoris nomine continentur apud Latinos. Idem significat Græcis κτῆνος, quo vtitur hic Lxx. *Hoc etiã indicat in Hebræo nomẽ בְּהֵמָה quo ex Gene. 1. scimus comprehendi animantia omnia terrestria, quæ non sint ex genere reptilium, neque ex bestijs, siue feris, quæ noster interpres iumenta solet appellare. Ita enim legimus: Producat terra animam viuentẽ in genere suo, iumẽta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas: iumẽta, vt arbitror, generaliter vocans omnia animalia, quæ in vsus hominum veniunt, à iuuãdo. Hoc ita esse intelligitur ex eo, quod ait Hieronymus: Oues, & boues præcipua esse de iumentis. Sed cur pecus quoque se perditurum dicit, & volatilia, quæ nihil admiserunt? Quòd pecora, volatilia, & pisces in hominũ vtilitatẽ creata sint, atq; ideo iure optimo propter hominũ iniquitatẽ deleãtur, vt ait Theodoretus, & non existẽtibus hominibus, in quorum gratiã creata sunt, neque ipsa existere opus erit. Itaque irã Domini (vt ait Hieronymus) etiam bruta sentiunt animalia, & hominibus interfectis, ipsa quoq; peritura fore testatur Prophe-
10 ta. *Hæc ratio, quæ communis est, quibusdam minimè probatur, quòd & si cetera animantia, quæ commodius cum homine viuunt, pereuntibus hominibus pereant, tamen piscibus id non contingit: ideoque in his animantibus varia hominum genera, & varios mores significari putant. Nos à communi expositione nequaquam putamus esse recedendum, quam Hieronymus confirmat. Iere. 4. & 9. & Hos. 4. Primum, quia apertè hoc dicunt ijdem prophetæ: Iere. 4. Intuitus sum, & non erat homo, & omne volatile cœli recessit. Et ca. 9. Super montes assumam fletum, &c. eo quod nõ sit vir pertransiens, & non audierunt vocẽ possidentis à volucre cœli vsque ad pecora transmigrauerunt, & recesserunt. Hos. 4. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cœli. Sed & pisces maris congregabuntur. Quando autem verba Scripturę commodè possiunt sine figura, & vt sonãt, intelligi; ille est sine dubio historicus sensus. Id hic vsu venire cernim⁹: Scribit enim Xenophon lib. 4. Cyri pædiæ: Simul à bonis rebus omnibus regionem vacuam, nudãq;

Lactẽtius lib. 4. Eleg. 12.

9

Iumentũ.

fieri, quæ ab hominibus vacua sit. * Habemus etiam testem oculatum Hieronymũ, qui in Hos. 4. inquit: Hoc, qui non credit accidisse populo Israël, cernat Illyricum, cernat Thracias, Macedoniam, atque Pannonias, &c. & probabit cum hominibus animalia cuncta defecere, quæ in vsus hominum à creatore prius alebãtur. Et in hũc locum nostri prophetæ: Et vastaris vrbibus, hominibusque interfectis solitudinẽ, & raritatem bestiarum quoque fieri, & volatilium, pisciumque testis Illyricus est, testis Thracia, testis, in quo ortus sum, solum, vbi præter cœlum, & terram, & crescentes vepres, & condensa siluarum, cuncta perierunt. Cirabo & alium testem oculatum, quem ego noui, hominem variæ eruditionis, & optimæ fidei Paulum Palacium, qui hæc in hunc locũ scribit: Miraris, quod pecora destruantur, aues, & pisces. At ego nõ miror, experior enim hoc tẽpore meo pecora fere omnia mori, experior nullos pisces è mari venire, rarissimas aues ab aucupibus inueniri. Quod igitur hoc tempore video, tunc contigisse facile credo, &c. De piscibus nihil mirum quod dicitur, natant enim fere in mari terræ proximo, quòd ex hominum vicinitate habeant, vnde commodius alantur. * Quod autem ad translationem attinet, vbi Hieronymus ait: *Congregans hominem, & pecus, congregans volatilia*, alij interpres præter Lxx vertunt: Congregabo hominem & pecus, congregabo volatilia, atque ita vertendum est, vt nunc

11

punctа sint in Hebræo. Verum si literæ sine punctis sumantur אסף, vtroque modo intelligi potest. Sed quoniam apud Hebræos infinitiuus, qui modo quasi participiũ ponitur, primo loco positus est, Congregans congregabo, &c. Hieronymus eodem modo in sequentibus accepit, vt pro participio poneretur, & subaudiretur futurum, ac si diceret: Congregans congregabo hominem, & pecus: congregans congregabo volatilia cœli.

Et ruinæ impiorum erunt. In Hebræo est: Et ruinæ, siue scandala cum impijs, pro quo Symmachus: Et scandala cum ipsis, vt subaudiatur, congregabuntur, siue deficient. Quem sensum non negamus recte admittere verba Hebraica. Sed est alter commodior, quẽ trãslatio nostra indicat. Impij, qui me relicto idola secuti sunt, magnis calamitatibus opprimẽtur, è quibus nullo modo

12

euadere poterunt. * Quod, vt rectè intelligamus, Sciendum est, Ruere, Corruere, Cadere, dici in Scriptura, cum quis in magnã calamitatem, quasi in laqueum ab insidiatore paratũ incidit, & captus tenetur, nec valet effugere. Hos. 4. Et corruens hodie, ruet etiã Propheta tecum. Et cap. 14. Convertere Israel ad Dominum Deum tuum, quoniam corruisti in iniquitate tua, id est, propter tuam iniquitatem, ita à Deo afflixeris. Inde ruina, vt Isa. 3 Princeps esto noster, ruinã autem hæc sub manu tua, quod ibi Hieronymus ita exponit: Miseria nostra, & calamitas tuo sustentetur, & protegatur auxilio. Iere. 6. Ecce, ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres, & filij simul. Ad hoc, quod dicimus significandum Scriptura sæpissimè vtitur verbo כָּשַׁל, quod propriè significat offendere pedem, siue impingere, vt Prou. 4. Et currens non habebis offendiculum. Sed cum solũ ponitur, pro eodem accipit Scriptura, Offendere & Cadere, id est, ponitur hoc verbum pro eo, quod est cadere, vt Isa. 3. Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit. Primo loco est כָּשַׁל, altero נָפַל & tamen idem significatur vtroque verbo. Eadem verba, eodemq; ordine posita sunt. Isa. 31. Et corruet auxiliator, & cadet, cui præstatur auxilium. * At verò cum ponitur verbum כָּשַׁל quod est, Offendit, & in eodem postea additur verbum Cado, aut quippiam simile, prius verbum significat offendere, siue impingere, id est, non adeò grauiter affligi, posterius autem vehementi calamitate opprimi, vnde nulla sit spes euadendi, vt Psal. 26. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, & ceciderunt. Pro infirmati sunt, Heb. כָּשְׁלוּ, id est, Offenderunt, siue etiam infirmati sunt, quomodo ijdem Lxx pro, Et ruinæ impiorum erunt, vertunt: Et impij infirmabuntur. Ac si diceretur: Non solum impingent inimici mei, sed omnino etiam cadent. Iere. 50. Et cadet superbus & corruet, & non erit qui suscitet eum. In priori loco est verbum כָּשַׁל. Ex quibus intelligitur optimus locus Rom. 11. vbi de Iudæis ait: Sed dico: Numquid sic offenderunt, vt caderent? Absit: Hoc est, Quamuis à Deo relicti fuerint ad tempus, & afflicti, non tamen ita omnino abiecti sunt, vt nulla iam resset spes salutis eorum. Hinc etiam scãdalum, siue offendiculum, quemadmodum & ruina capitur interdum pro gratui-

13

afflictione, vt Exhod. 10. Vsquequo patiemur hoc scandalum? Dimittite homines, vt sacrificent Domino Deo suo. Ezec. 3. Sed & si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipse morietur, &c. Inde pro, Et ruinæ impiorum erunt, interpres Chaldæi posuit, Eo quod multiplicatum est scandalum impiorum.

Et disperdam homines. Cum iam semel, atq; iterum dixerit se disperditurum homines, & omnia, cur nũc ait: Et disperdam homines, &c? Sed iam num. 6 & 7. diximus Scripturam vti repetitionibus, aut duplicationibus tam verborum, quam sententiarum, ad exaggerationem eius, quod dicitur. Frequentissimè autem sunt sententiarum repetitiones ad maiorem confirmationem eorum, quæ dicuntur, vt docet Hieronym⁹ in illud Iob. 3. Et quod verebar, accidit. Alijs, inquit, verbis repetit quod superius dixerat. Pro confirmatione dicti solent in Scripturis talia iterari, &c. id est, vt certius habeatur, & firmius, quod dicitur, &c. Sed melius, & copiosius Augustinus in Psal. 74. prope initium. Tale videtur esse illud Homeri.

15

Repetitiones sententiarum.

Ὁ δ' ἄρ' ἔσαν διδυμοισὶ μὲν ἔμπεδον ἰωὴ ἔχευε
Ἔμπεδον· ἰωὴ ἔχευε· ὁ δ' ἄρα μάστιγι κέλευεν.

Iliad. 23.

Hoc est:
Hi verò erant gemini, hic quidem firmiter aurigabatur.
Firmiter aurigabatur, ille vero flagello imperabat. Sed in rebus futuris non solum ad hanc confirmationẽ, & persuasionem fiũt repetitiones, sed etiam ad celeritatem, & breuitatẽ temporis significandã, vt Ezechiæ 7. Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ. Et ibidem: Venit contritio super te, qui habitas super terram, venit tempus, prope est dies. Quod elegans locus ostẽdit Gene. 41. Quod autem vidisti, secundo ad eamdem rem pertinens somnium; firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo Dei, & velocius impleatur. Ideo ergo nunc repetit Propheta, quia certissimè ventura erat captiuitas, & cito ventura erat.

Et extendam manum meam super Iudam. Et, in Scriptura sæpe exponendi vim habet, & idem valet, quod Id est, vt Matth. 13. Et colligent de regno eius omnia scãdala, & eos, qui faciunt iniquitatem, pro, Id est omnes, qui faciunt iniquitatem, hos enim voco scandala. Colos. 2. Videte, ne quis vos se-

16

Et pro, Id est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ducat per philosophiam, & inanem fallaciam, secundum traditionem hominum. Quasi dicat: Cum per philosophiam dico, non de vera philosophia loquor, quæ nihil falsum docet, sed de erroribus philosophãrium aduersantibus veritati. Ita nunc ait: *Et extendam manum meam super Iudam*, ac si diceret: Dixi me perditurũ esse homines, sed ne forte dubiretis, de quibus hominibus loquar, loquor de viris Iuda. Manũ autem extendere irati est, & vt ait Hieronymus, gestum percutientis ostendit. Iob. 1. Extende paululum manum tuam, & range cuncta, quæ possidet. Gene. 22. Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam. Isa. 5. Ideo iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eum. Et statim: In his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta, id est, adhuc percutere vult.

Manũ extendere.

17 Post tribũ Iuda peculiariter nominantur Ierosolymitani.

Et super omnes habitantes Ierusalem. Quãuis in Iuda duas tribus intelligat, ad quas pertinent etiam habitantes Ierusalem, tamen solent prophetæ ad Ierosolymitanos potissimum conuertere sermonem, quoniã illis magis Deus irascebatur, quod ipsi maximè detestari deberent omnem idolorum cultum, vt qui in vrbe sua templum, & sacerdotes, & legisperitos haberent. Isa. 5. Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda iudicate inter me, & vineam meam. Iere. 4. Auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem. Solet autem coniunctio, Et, cum post genus additur speciei, accipi pro eo, quod est, Præsertim, vt Mar. vlt. Dicite discipulis eius, & Petro, id est, præsertim Petro. Iere. 4. Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & habitatori Ierusalem. Ita nũc. Et super omnes habitantes Ierusalem, id est, præsertim super ciues Ierusalem.

Et pro Præsertim.

Et disperdam de loco hoc reliquias Bahal. Efficiam, vt nullum maneat in Ierusalem vestigium cultus Bahalis, disperdam enim omnes, qui eum colebant, &, aut in mortẽ, aut in captiuitatem tradam. Nam etiam multi in Ierusalem colebant Bahalem, quemadmodum decem tribus prius coluerant. 4. Reg. 17. Sed neq; ipse Iuda custodiuit mandata Domini Dei sui, verumtamen ambulauit in erroribus Israel.

18 Porro Bahal idolum est Sidoniorum, & Babyloniorũ, de quo multa diximus Hos. 2. num. 60. & sequentibus, ostendimusque ex Beroso illo Annij, libr. 5. Antiquitatum Chaldaicarum esse Iouem. Nunc addam quiddã, quod Hebraicæ linguæ peritis nouum videbitur, & παράδοξον: sed quod ego existimo longe verissimum. Si autem verũ est, planè efficitur recentiores Hebræos nescire quidem Hebræa legere. Nos Bahal hactenus scripsimus secuti Hebræos, qui scribunt בַּעַל: sed multo certius, & verius est nomen esse monosyllabum, & scribẽdum esse Bal. Nec meum est quod dico, sed Hieronymi, quo nemo melius, aut felicius Hebraicas literas didicit. Is in illud Hos. 2. Et erit in die illa ait Dominus, &c. ait Belum Hebraicè dici. בֵּל, & esse idolum Babylonis, quod hoc nomine appellatur in alijs prophetis, & maximè in Daniele. Hunc inquit, Sidonij, & Phœnices appellant בַּעַל, eadem enim inter ב & ל literas consonantes ע vocalis litera ponitur, quæ iuxta linguæ illius proprietatem nunc Bel, nũc Bal legitur, &c. * Docet ergo Hieronymus id quod verissimum est, & quod Hebræorũ magistri penitus ignorant, literam ע vocalem esse, & valere a, vel e, vt statim exemplis indicabo. Et quamuis nunc apud Hieronymum legamus Beel, & Baal, omnino legendum est Bel, & Bal, nam ait hunc esse Bel, & ע vocalem esse, vnam, videlicet, vocalem, non duas. Nec Phœnices proferũt Beel, sed Bel, aut Bal, vt ibi Hieronymus ostendit dicens: Vnde & Dido Sidonia regij generis, cum AEneam suscepisset hospitio, hac patera Ioue vina delibat, qua Belus, & omnes A Belo soliti, &c. Inde etiam lingua Punica, quæ à Sidonijs sumpta est, & affinis est Hebraicæ, Deus dicitur Bal, vt ait Seruius Maurus in primum AEneidos, & Afri Deũ cœli vocant Balsemen, vt ait August. quæst. 16. in librum Iudicum. Præterea ab idolo Bel deductum est nomen Baltasar, iuxta illud Dan. 4. Daniel, cui nomen Baltasar, secundũ nomen Dei mei, & Chaldaicè dicitur Beltesasar. Iosephus autem 10. Antiq. cap. 11. & Theodotion scribunt Baltasar. Non igitur proferebatur Beel, aut Baal: sed Bel, & Bal. Hoc etiam indicant multa nomina ex hoc composita, quæ per simplex e. vel a. scribuntur, & leguntur in emẽdatissimis quibusque libris, siue Græcis, siue Latinis, vt Belphegor, Belzebub, Balphasarim. * In Emmanuel prima littera est ע, quæ vocalis est, & valet. E vt vertunt

Bahal

19

20

Lxx, & interpres Græcus Matthæi, & omnes patres, neque vllus vnquam scripsit Eemmanuel. יעקוב, quod recentiores Hebræi scribunt Iahacob, nec Lxx, neq; Euangelistæ vnquam ita scripserunt, sed Iacob, vt ע valeat A. Possem hoc ipsum in multis alijs nominibus demonstrare, sed hæc satis esse prudenti lectori possunt. Quod autem in translatione Lxx, & in nostra semper scribitur Baal, causam esse arbitror, quod ע valet, A vel E. Sed aspiratum: solétque noster, & alij interpretes pro nota aspirationis sæpe, A scribere, vt in Isaac, Aarõ, Chanaan, Balaam, Galaad, & in interiectione, Aaa, & similib⁹, cũ esset scribendũ Ishac, Aharon, Aha. Atque à Græcis hoc sumptum existimo, qui cum notam aspirationis non haberent, vicina litera pro aspiratione vti volue rũt. Eodem modo nos deinceps scribemus, vt v trosq; imitemur. Sed hactenus de hac re, neque enim magni momenti est, proderit tamen vt videamus quantum recentiores Hebræi à veteribus degenerauerint in suæ linguæ cognitione.

Et nomina ædituorum cum sacerdotibus. AEditui כְּמָרִים dicuntur, iuxta recentiores quidem quasi atrati, quod atris vestibus vterẽtur à verbo כָּמַר quod in Niphal significat denigrare. Sed Hieronymus ita interpretatus est. Signãter idolorum sacerdotes non sacerdotes, sed Chemarim, id est, ædituos, vel phanaticos appellauit, &c. Significat autem idem verbum conuoluere, & resonare, atque inde videntur dicti Chemarim, quod spiritu dæmonis afflati, & quasi extra se rapti perturbata mente, & inuolutis verbis resonarent. AEdituos vero vocauit, vt quemadmodum in Hebræo non est eos designatus Propheta nomine sacerdotum, ita in Latina trãslatione nomen haberent inferius, dicuntur enim æditui latine custodes templi, quasi ædem tuentes, vt quidam volant, certè ab ęde, quod eam custodiant. Eodem modo vertit Hos. 10. Et ædituj eius super eum exultauerunt, Phanaticos appellat eosdem, quasi arreptitios, & augures, ideoque. 4. Reg. 23. vertit Aruspices. Et deleuit aruspices, quos posuerunt, reges Iuda ad sacrificãdum in excelsis. * Sed hos quos vocat Chemarim, sacerdotes idolorum fuisse satis ex his locis colligitur, & ex Lxx, qui verterunt: Et nomina sacerdotũ eorum sacerdotibus. Ex quo proditur error Ilk. Salomonis, & R. Dauidis, qui negãt fuisse sacerdotes ministrantes idolis, sed esse eos, qui idola colebãt. At cũ dicit Cũ sacerdotibus, de veris sacerdotibus exponit Hieron. atque optimè exponit, nã sacerdotes idolorũ noluit sacerdotes dicere. Hos igitur sacerdotes simul cũ ædituis minatur se disperditurũ, quoniam idolis etiã sacra faciebant, idq; in ipso templo Dei. Nam idola quoque cõsecrasse impios reges in templo videmus Ezeci. 8. & 4. Reg. 21. Vbi de Manasse scriptũ est: Extruxitq; aras in domo Dñi, &c. & Extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli in duobus atrijs templi Dñi.

Et eos qui adorant super tecta militiam cœli. Militiam cœli vocat stellas, quod frequens est in scriptura, vt Deut 4. Ne forte elatis oculis ad cœlũ videas solem, & lunam, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea: vbi habemus: Et omnia astra cæli, in Hebræo est: Et omné militiam, siue exercitum cœli, & capit. 17. vt vadant, & seruiant dijs alienis, & adorent eos, & solem, & lunam, & omnem militiã cœli, quæ non præcepi. * Atq; ita intelligitur semper in scriptura, cũ reprehenditur idololatria filiorum Israel, vt. 4. Reg 17. &. 21. 2. Paralip. 33. Iere. 19. & alibi sæpe. Dicitur autem militia, siue exercitus cœli, quòd plurimæ sint stellæ, & ordine dispositæ, quasi exercitus. Et luna, quæ huic multitudini præesse videbatur, inde regina cœli ab idololatris vocabatur: Iere. 7. Et mulieres conspergũt adipes, vt faciãt placẽtas reginæ cœli: quod frequẽter repetitur cap. 44. Militiã autẽ sæpe accipi pro exercitu notũ est, vt Luc. 2. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantiũ Deũ. In locis autẽ indicatis pro militia est צְבָא pro quo Lxx, & Hiero. interdũ vertũt, Ornatus, vt Gene. 2. Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorũ. i. omnes stellæ, quæ sunt ornatus, & decor cœlorum. Interdũ vertunt illi Ἀδὰμ Hieronymus virtus, & capitur vtrumque vocabulum pro fortitudine, id est pro re forti, nempe pro exercitu, vt Psalm. 23. Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Hebr. Dominus צְבָאוֹת, id est, exercituum. * Ex quo intelliguntur multa, quæ facile possent non animaduertentibus imponere, vt Psalm. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt & spiritu oris eius omnis virtus eorum. i. omnis exercitus eorũ, omnes stellæ Psal. 43. Nunc autem repulisti, & confudisti nos, & nõ egredieris Deus in virtu-

Militia cœli.

23

24

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus nostris, id est, Non exibis cum nostris exercitibus, vt pugnes nobiscum, & seruies nos, Psal. 67. Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa, id est, in virtute multa, in magno exercitu, magnus erit exercitus Euangelizantium, quoniam nō vni populo, aut genti, sed vniuersæ creaturæ Euangelium erat prædicandum. Quod autē Propheta ait: *Qui adorant super tecta*, iuxta morem regionis suæ loquitur, in qua tecta domorum plana sunt, & ea sæpe habitatores conscendunt; inde Matth. 10. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta. Idololatræ ergo, vt propius, & liberius suspicere possent cœlum, & stellas, & adorare, tecta domorum conscendebant.

25 *Et adorant, & iurant in Domino.* Id est, Adorant Dominum, & iurant per Dominum, quasi per verū Deum, & nihilominus adorant simul Melchom, & iurant per eū eundem ei honorem, & eamdem reuerentiam deferentes. Melchom idolū erat Hammonitarum, de quo diximus Ham. 1. nu. 32. Iurare in Domino dici more Hebræorū pro Iurare per Dominum adnotauimus Ham. 4. numero 4.

Et qui auertuntur de post tergum Domini. Id est, Qui, etiam si idola non colant, nolunt Deum sequi. More autem Hebræorum dictum est, De post tergum Domini, vt Psal. 77. Et sustulit eum de gregibus ouium, de post fœtantes accepit eum. In his omnib⁹, (vt ait Hieronymus) repetendū est, Disperdam, vt sit. Disperdam eos, qui adorāt, &c. Et disperdam eos, qui auertuntur de post tergum Domini.

* *Nec inuestigauerunt eum.* Varię sunt huius loci translationes. Chaldęus: Neq; precib⁹ postularūt à cōspectu ipsius. Leo Iudas: Nō scisciscitantur eū. Vatablus; Neq; implorant opē Dñi, neq; consulunt eum. Lxx: & qui non retinēt Dūm. Quę omnia rectè admittit verbū דָּרַשׁ quod est in Hebræo. Hieronymus autē: *Nec inuestigauerunt eum*, id est, nec quæsierūt eū, vt apud Cicero. qui inuestigabant, & perscrutabantur omnia. * Sed hæc repetitio verbi idē significantis habet exaggerationem. Nec quæsierunt eum, nec inuestigauerūt, ac si diceret: Nec prius, nec postea quæsierūt, semper manserūt in obstinatione illa nō quærēdi Dūm. Itaq; geminatione verbi idē significantis expressit illorū in peccādo pertinaciā, vt Iere 2. A sæculo confregisti iugū meū, rupisti vincula

Cicer. In 6. Verrina.

26 Geminatio verbi idem significātis.

mea, & dixisti; Nō seruiā. Psal. 2. Dirumpamus vincula corū, & proijciamus à nobis iugū ipsorū. Similiter solet facere Scriptura in alijs animi affectibus, quorum magnitudinem depingit geminatione verborum idem valentiū. Itæ, vt Isa. 14. Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituū, & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen & progeniē. Et ponā eam in possessionem ericij, & in paludes aquarū, &c. Ambitionis, vt ibidem: In cœlū conscendā, super astra Dei exaltabo solium meū, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendā super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Lætitiæ, vt Lucæ. 12. Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Atque ita in alijs affectibus, quos verbis depingit, & imitatur. Etenim ijs, qui huiusmodi affectibus concitantur, non satis est semel dicere quod volunt, neque id fervor animi patitur, sæpe dicūt, & alijs atque alijs verbis iterant, vt plenè exprimāt, quod sentiunt.

Silete à facie Domini Dei. Pro Silete in Hebræo est, הס quā Hieronymus interiectionē esse docet imperātis silentiū, sed hoc silentio timor, & reuerētia Dei intelligitur, vt diximus Hab. 2. nu. 45. Atq; vt hoc rectè intelligatur. Silere in Scriptura sæpe ita poni solet, vt nō solū significet cessare à locutione, sed etiā à cereris operibus, vt 2. Reg. 19. Absalom, quē vnximus super nos, mortuus est in bello: vsquequo siletis, & nō reducitis regem? Psal. 27. Deus meus ne sileas à me, ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum, id est, finihi, similis ero descendentibus in lacum, id est, morientibus. Qui autem reuerentia magna erga aliquem sunt, nec loqui coram illo audent, neque aliud quidquam facere. Hoc ergo ait: Timete Dominum, & reuerentissimè colite, humiliamini sub potenti manu eius, & ei vosmetipsos cum debito timore, & reuerentia subijcite, quia iuxta est dies Domini, id est, dies captiuitatis, quo Deus potentiam, & iustitiam suam ostensurus est vobis puniendis. Nam si hoc facitis, per pœnitentiam placabitur Deus, & miserebitur vestri. Hoc intelligimus ex. 1. Machab. 1. de Alexandro Magno. Et accepit spolia multitudinis gentium, & siluit omnis terra in cōspectu eius,

id est,

id est, dedit se Alexandro. * Et ex Lxx qui verterunt εὐλαβοῦνται, id est, timete, sed proprie religiosum, & reuerentiæ plenum timorem significat. Ita etiam Hab. 2. Dominus autem in templo sancto suo, sileat à facie eius omnis terra, vbi eadē verba sunt in Heb. & in Grę. arq; hic, vt suo loco diximꝰ.

Quia iuxta est dies Domini, id est, Dies captiuitatis, vt exponit Hieronymus, & nos iam diximus. Dies Domini dicitur, quem Deus elegit ad magnam aliquam vindictam de suis hostibus capiendam, vt Isa. 2. Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum. Ioe. 2. Quia venit dies Domini, quia prope est, dies tenebrārū, & caliginis, &c. Loquūtur videlicet ambo de eadem captiuitate duarum tribuum. Hinc per Antonomasiam dies iudicij vocatur dies Domini. 1. Cor. 3. Dies enim Domini declarabit. 2. Thess. 2. Neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam, tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ratio huius est, quod nunc dies videntur esse hominum, & eis dantur à Deo, vt pœnitentiam agant, & eis possunt pro libertate sua vti, vt volent. Dies enim alicuius dici videtur, quo nemine impediente lætatur, & facit quod vult, Hos. 7. Dies regis nostri, cœperunt principes furere à vino, id est, Nunc mos gerendus est regi nostro, nemo impedire debet, quod ipse volet: atque hac licētia cœperunt principes vino, & voluptatibus se tradere. Iob. 6. Dies mei (id est, tempus felicitatis meæ) velocius transierunt quā à texente tela succiditur. Sed cū Deus punit, diem, qui erat hominum, facit suum, & ex animi sententia supplicium de hostibus suis sumit, iuxta illud Psal. 74. Cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Dicitur etiam dies alicuius, non quo aliquid facturus, sed quo passurus est, vt Psal. 36. Dominus autem irridebit eum, quoniam prospicit quod veniet dies eius, scilicet quo destruendus est, vt exposuit Euthymius.

Quia præparauit Dominus hostiam. Hostiam intelligit multitudinem Iudæorum interficiendam à Chaldæis. Sicut enim arietes, & boues immolantur Deo ad eius iram placandā, ita hominū illorū peccatorū cędę Deus gauisus, & placatꝰ est. Ita dictū est Isa. 34. Victima enim Dñi in Bosra, & interfectio magna in terra Edō, & Iere. 46. Victima. n. Dñi Dei exercituū in terra Aquilonis.

29 Vocati alienos.

Silere.

Sanctificauit vocatos suos. Vocati sunt Chaldęi, vt aiunt Hiero. & Theod. Lyra. quia vocauit, & adduxit eos Deus, vt per eorum gladios immolaretur sibi victima, id est occiderentur, & vastarentur Iudæi. Hoc intelligitur optime ex verbis Iere. cap. 25. de eadem re loquentis: Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducā eos super terram istam, & super habitatores eius, & interficiam eos. Et quamuis sanctificari dicuntur in scriptura, qui præparātur ad aliquid, vel qui ab alijs segregantur, vt exposuimus Ioe. 1. n. 25. & posset hic ita accipi, tamen proprie mihi accipi videtur pro eo, quod est aliquid ad Dei cultum assumi, vt Exho. 28. & cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. Ita Chaldæi sanctificantur, id est eliguntur, quasi sacerdotes harum victimarum Deo immolandarum, sicut Iere. 25. Nabuchodonosor impium regem vocauit seruum suum, quia eius ministerio vsurus erat ad vindictam de Iudæis sumendam. Quare. R. Dauid, & eius sectatores, qui vocatos dici putant inuitaros ad hoc conuiuium animalium immolandorum, id est, volucres, & bestias dilaniaturas corpora occisorum, longè videntur aberrasse ab scopo: non enim Propheta meminit conuiuij, sed hostiæ, & à sacrificijs metaphoram desumit. Nec solet scriptura auiū, & bestiarum meminisse, cum de victimis sermo est, non enim cędūtur victimæ, siue hostię volucrib⁹, & feris, vt ex locis indicatis. Isai. 34. & Iere. 46. intelligi potest. Cū igitur ita exponim⁹, & consuetudinis scripturæ, & metaphorę ratione habem⁹, & proprietatē verbi Sāctificatio obseruamus. Permanere autē Prophetā in similitudine sacrificiorū, id quod sequitur indicat: Et erit in die hostię Domini, &c.

30 Sanctificari.

31

Et erit in die hostiæ Dñi. Hostię Domini, dicit, pro Hostię meę, Deus siquidem loquitur, & ait: Visitabo super principes, &c. Solent enim iuxta consuetudinem Hebr. nomina poni pro pronominibus, vt adnotauit August. in illud Psalm. 67. Rex virtutū dilecti. Gen. 7. Duo, & duo ingressa sunt ad Noe in arcā, masculus, & femina, sicut præceperat Dñs Noe, pro, sicut præceperat Dñs ei. Deu. 9. Deditq; mihi Dñs duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, pdigito suo.

Nomina pro promi. nibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

32 *Visitabo super principes.* Percutiam, & plectam principes, & optimates Iudæorũ. Ita factum est, legimus enim Ierem. 52. Sed & omnes principes Iuda occidit in Reblatha, scilicet, rex Babylonis. De hoc verbo diximus Hos.1.nu.64.

Et super filios regis. Tres Iosiæ filios intelligit Ioacham, qui vinctus est à rege AEgypti,& regno spoliat⁹.4.Reg.23. Ioacim,qui grauiter afflictus est à rege Babylonis,& ab Hammonitis,&Moabitis.4.Reg.24.& Sedeciam, cui rex Babylonis oculos effodit, vinctũq; catenis adduxit Babylonẽ.4.Reg. 25. Et quoniam filiorũ nomine etiã reliqui posteri intelligi solent, vt filij Israël filij Iuda,filij Abraham: possumus simul hoc exponere de Ioachin nepote Iosię,qui regno amisso captiuus ductus est à Chaldæis: & de filijs Sedeciæ, quos Nabuchodonosor ante patris oculos occidit.4.Reg vltim. Et hoc est quod ait Hiero.Filios regis,vel omnes de stirpe regia, vel certè ꝓpriè filios Iosiæ,quos vel occisos,vel captos legimus.

33 *Et super omnes, qui induti sunt veste peregrina.* Plus dicit,quã verba significare videantur;verba siquidẽ optimates, & diuites notare videntur, qui suis relictis aliarum nationum vestibus vtuntur, vt Hispani solẽt, huius vanitatis supra modum studiosi. At non hoc magni criminis est,neque enim legimus vnquam Iudæos abiecisse vestes,aut insignia vestium, quæ lege erant ei gẽti peculiaria; sed tacite notat, quod est multo grauius,illos cum vestibus etiam mores peregrinos,& ritus idololatrię inuexisse.Ideo Hieronymus exposuit: Super omnes, qui induti sunt veste peregrina,hoc est,qui pro Dei cultu venerati sunt idola.Et Chaldæus vertit: In omnes denique, qui perstrepunt ad cultum idolorum.Tales sunt,qui notantur. 1. Mach. 1. In diebus illis exierunt ex Israël filij iniqui, & suasserunt multis dicentes:Eamus, & disponamus testamẽtum cũ gentibus, &c. Et fecerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto,&c.

34 *Et Visitabo super omnem, qui arrogãter ingreditur super limẽ.* Pro, Qui arrogãter ingreditur in Heb.est tantum דולג quod possumus dupliciter interprerari ex Hieronymo. Primo iuxta sensum nostræ translationis: Visitabo in die illa, id est, in die hostiæ,cũ me vlciscar, super superbos, qui cum quodam fastu, & dignitatis supercilio gradus tẽpli, & sanctuarij limen ascendunt. Ingrediuntur arroganter in templum, quasi iusti sint, & amici Dei, & tamẽ templũ ipsum, quod est domus Domini, quem illi Deum suum vocant, & quasi eius cultores gloriantur, implent iniquitate, & dolo, id est,muneribus,& victimis per dolum & furtum comparatis.Alter sensus est: Visitabo super eos qui vsque adeo dediti sunt cultui idolorũ, vt retineant etiam illam superstitionem Palæstinorum colẽtium idolum Dagon, qui limen calcare non audent, sed illud transiliunt, cum ingrediuntur. De qua superstitione legimus,1.Regum.5. Caput autẽ Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen, &c. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes, qui ingrediuntur templum eius super limen Dagon in Azoto vsque in hodiernum diem. Atque hic sensus valde probabilis est, quoniam דולג frequenter significat,saliens,vt Isa.35.Tunc saliet sicut cervus claudus, & Psalm.17. Et in Deo meo transgrediar murum,id est, transiliam. * Placuit & Hieronymo,ita enim ait: Porro, quia in eo vbi nos interpretati sumus. Qui arroganter ingrediuntur super limen, potest intelligi secundum Hebraicum: Qui transiliunt limen: & hoc historice sentiendum est. Visitabo super eos, qui iuxta Regnorum primum librum non calcant limen idolorũ superstitionibus seruientes,&c. Et tamen cũ religionis causa limen transiliãt, munera offerunt per dolum, & rapinã parta.Verum vbi nos habemus: Complẽ domum Domini Dei sui,in Heb.non est,Dei, sed tantummodo:Domum אדני יהוה,quod licet vertere,Domini sui,aut Dominorum suorum, quomodo vertit Sanctes Pagninus,immò & Chaldæus. Quę si vera lectio sit, rectè etiam locus potest intelligi de famulis regis,aut principum,qui audacter in domos pauperũ ingrediuntur, & auferunt per rapinam quidquid volunt,& in domos dominorum suorum deferunt. Et quamuis nonnulli codices Latini ita habeãt, nequeo mihi persuadere veram esse hanc lectionem,quoniã Hieronymus sine dubio transtulit:Domum Domini Dei sui, & idẽ fecerunt L x x interpretes, ita etiam legit Rupertus, & antiquissima exemplaria: olim ergo ita legebatur. Quare duos priores sẽsus accipiam⁹. Quod autẽ de Deo dicat אדנים, vsitatissimum est in scriptura,vt pluralis huius nominis ponatur pro singulari, præsertim cum de Deo dicitur, Solent enim Hebræi ad rem magnam significãdam pluralem numerum adhibere, vt docuimus Mich.5.n.37.

ALLEGORIA.

Allegoria huius capitis manifesta est de consummatione sæculi, quo tempore CHRISTVS vltionem de hostibus sumet, & omnia congregabit,atque perdet. Vide Hieronymum nihil enim occurrit in ijs, quæ hactenus exposuimus,quod non possit rectè ex dictis ad allegoriam referri.

TROPOLOGIA.

Verbum Domini,quod factum est ad Sophoniã. Nemo adeo turpis,adeo abiectus est,vt nõ ei sæpe loquatur misericors pater, & benignus, quoniam pusillum, & magnum ipse fecit,& æqualiter cura est illi de omnibus, & diligit omnia quæ fecit. Sed aliter ijs loquitur, quos per internas inspirationes hortatur, vt peccata pœnitentia deleant, & meliorem vitam instituant; aliter recẽs ad se conuersis,quos suauiter demulcet,& tenet,sicut ait in Hosee: Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, aliter illis,quibus ait: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis.Et:Venit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis,sed palam de patre annũtiabo vobis:Viros enim perfectos, & qui diu,fideliterque sibi seruierunt ita familiariter adhibet Deus, vt magnorum mysteriorum,& arcanarum veritatum conscios esse velit,& mirabiliter doceat, atque ad contemptum rerum sæculi, ad amorẽ cœlestium,ad caritatem, ad ardens desideriũ patiendi omnia pro CHRISTO vehementer inciter,& pace quadam mentis doneꝛ, quæ exsuperat omnem sensum, sicut scriptum est: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacẽ in plebem suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.* Hũc sermonem Domini optare omnes debemus, sed si assequi volumus, diu diligenterque laborandum est,neque enim statim concedi solet,sed certis quibusdam gradibus virtutum, quasi generationibus quibusdam ad eum perueniendum est,quæ in parentibus Sancti Sophoniæ,vt in typo nobis demonstrãtur.Nam viros sanctos,atque perfectos fuisse prophetas dubitare non licet, quibus Deus ita,vt diximus, loquebatur, & per reuelationes eis factas quo modo seruis suis fidelibus loqui soleat, indicabat. In parẽtibus Sophoniæ numerãtur Chusi, Godolias, Amarias, Ezecias,non quo alios præterea non habuerit,sed quo isti ad mysterium pertinere intelligerẽtur. Ideo Hieronymus singula interpretatus est nomina,& nominum mysteria.Ezecias primus huius generationis pater, & autor sonat fortitudo Domini:Fortitudo enim Domini eripit nos è sæculi vanitate, & fallaciũ bonorum cupiditatibus implicatos fortiter soluit, Dominus etenim soluit cõpeditos.Nos in peccato imbecilles sumus, & à forti tenemur, nec solui possumus, nisi veniat fortissimus Deus Israel,cui magnis periculis liberatus altare erexit Iacob & inuocauit super illud fortissimum Deũ Israel, * Atque vt hoc plane intelligamus,ipse fortissimus Deus Israel nos docet: Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt ea,quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius,in quibus confidebat, auferet,& spolia eius distribuet.Fortitudine ergo CHRISTI Domini Dei nostri liberamur, & conuertimur, vt simus initiũ aliquod creaturæ eius. Primus itaque mysticæ generationis pater est Ezecias,id est, Fortitudo Domini. Secundus est Amarias, id est,sermo Domini, quia conuersis ad se Deus placidè,& amicè loquitur, vt paulo ante dicebamus,& ad opera virtutum,quæ ante formidabant, alloquio suo erigit. Tertius est Godolias,id est, magnus Domini, vel magnitudo Domini: non enim magnus est is, quem Deus initio dulciter alloquitur,& multum consolatur, nisi se in opere virtutum exerceat, & laboret, atque ipso labore pingueſcat,& crescat. Et quoniam qui grandiores sunt, & magni Domini dici merentur,nequaquam sibi post magnos in via Domini labores,& post magna opera virtutum placent,vt incipientes, quartus pater est Chusi, id est, AEthiops, aut AEthiops meus.*Qui enim in conspectu Dei candidi sunt,in suo sunt AEthiopes,& semper quid sibi desit cogitãtes,& peccata etiã minima ante oculos habẽtes.AEthiopes sibi vidẽtur,oculis Dei se se indignos iudicãt,reliquos sibi anteponũt vt pulchriores,adeoq; à notãdis aliorũ vitijs absunt,vt

Psal.145.

38 Gene. 33. Luc.11.

39

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes præter se candidos putent. Hinc
gignitur Sophonias, ad quem fit verbū Do
Prou.3. mini, quia Deus superbis resistit, humilibus
autem dat gratiam, cum illis loquitur, illos
sermonis illius sui, quem diximus, præter
ceteros efficit participes. Vnde Hieronymus in Epist. ad Paulinum, quasi nomē interpretans scripsit: Sophonias speculator, & arcanorum Dei cognitor, sed si magis propriè cum eodem Hieronymo nomen Sophoniæ interpretemur, Abscōditus Domini interpretabimur, humiles enim Deus accuratissimè seruat à periculis, & protegit, & penes se abscondit, sicuti ait Danid:
Psal.114. Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum, & liberauit me. Talis est, qui ait:
Psal.26. Quoniā abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. Lege initium psalmi, & videbis humilem loqui. Et iterum: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguārum.
Psal.30. 40 * Quos eos? De quibus ait: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timētibus te? Perfecisti eis, qui sperant in te in conspectu filiorum hominum. Humiles sunt, qui verè timēt Deum, eius magnitudinem, & suam paruitatem agnoscentes. Humiles sunt, qui verè sperāt in Deo, nihil enim sibi tribuunt, agnoscunt nihil se habere, in quo sperare possint, & omnem spem collocant in Deo salutari suo. Hoc autē fit in diebus Iosiæ, cuius nominis interpretatio est; Eleuatio Domini, quia cum nosmetipsos dejicimus, tunc à Deo eleuamur, & digni eius sermone efficimur, ipsa veritate dicente: Omnis, qui se
Luc.14. exaltat, humiliabitur; & qui se humiliat, exaltabitur. Et Sauli dicitur: Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribubus
1.Reg.15. Israël factus es? Iosias filius dicitur Amon, id est fidei, quia, qui fidem viuam, & magnā habent, atque ita diuinis promissis credūt, vt non dubitent durissima quæque perferre, sicut ille, qui aiebat: Propter verba labio
Psal.16. rum ruorum, ego custodiui vias duras, & præsentia bona, sæculique voluptates abijciunt, credētes se melioribus etiam in hac vita perfruituros, ij maximè à Deo eleuantur ad Deum, sicut de Henoch scriptū est:
Heb.11. 41 * Fide Henoch trāslatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus. In Genesi autem scriptum est:
Et non apparuit, quia tulit eum Deus, id Gene.5.
est, quia leuauit eum, aut, vt significantius est in Hebræo, quia accepit eū Deus. Non apparuit, quia eleuatus à Deo, ita tollitur, & ascendit, vt oculi hominum terrena sapientium consequi eum acie sua non possint. Nec mirum, magnum est enim huius fidei meritum apud Deum; abijcere siquidem voluptates sæculi, cum adsunt spirituales, & diuinæ, facillimum est: at perdere quæ teneas, & spem futurorū iactura præsentiū emere, & cōmutare ijs, quę nō vides quę vides, quibusque cū iucūditate frueris, magnæ, & confirmatæ fidei, magnæ, robustæque virtutis est, & illi Abraham patriarchæ similis, qui egressus est de terra sua, & Gene.12.
de cognatione sua, & de domo patris sui Heb.11.
neſciens (vt est apud Paulum) quò iret. Recte enim Ambrosius initio lib.7. in Lucam scripsit: Arduum quippe est crucem tollere, & animam periculis, morti corpus offerre, negare quod sis, cum velis esse quod nō sis, raroque quamuis excelsa virtus, futuris cōmutat præsentia. Difficile quippe videtur hominibus, vt spem periculis emant, damnoque præsentiū futuræ lucrum mercentur ætatis. * *Congregans congregabo omnia* 42
à facie terræ, dicit Dominus. Magna Dei misericordia post multas admonitiones prophetarū, postquam sæpe locutus ad peccatores, & repulsus est, extrema supplicia, quasi magna ira incensus minitatur, non vt Minæ Dei misericordiæ indole sunt. Hebr.
puniat, sed vt misereatur: vsque adeo verum est illud: Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Si perderc cuperet, taceret, & perderet, nemo enim voluntati eius resistere potest. Sed clamat antequam accedat, audiri vult, timeri vult, sæuire in peccatores non vult, sed quodammodo cogitur, vt facile ex eius Isa.1.
gemitu intelliges: Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Mortem comminatur peccatoribus, & habitatoribus terræ, quibus nihil dici potest acerbius, aut tristius, quam auferendos eos esse à facie terræ, in qua omnia iucunda habebant, in qua semper viuere cuperent, quia non norunt, 43
nec amant cœlestia. * Homines sunt, qui mente vtuntur, & iudicio valent, ingeniumque in artes ingenuas, & in cognitionem rerum conferunt. Pecora sunt, qui nihil homine dignum faciunt, sed gulæ & libidini seruiunt, vt pecora, quæ

natura

natura prona, atque ventri obedientia finxit. Volatilia sunt superbi, qui in altum se se, quantum possunt, leuant, & cetera eminere, atque præstare studiosissimè laborant. Pisces brutum animal, & rapax. Homines sunt, qui sine lege viuunt, & sceleri, atque iniuriæ se dedunt, & per summā iniquitatem spoliant, & opprimunt, ac deuorant minores. Hos omnes disperdet Deus à facie terræ, & ab ijs, quæ maxime amabant, auellet, *& tunc ruinæ impiorum erūt.* Dum in hac vita sunt, ita offendunt, vt nō penitus cadant, liberari possunt, surgere licet, non est immedicabilis plaga. At cum veniet mors quasi fur, & auferentur à facie terræ: tunc ruinæ impiorum erunt, penitus ruent nunquam erigendi, percutientur nunquam sanandi, damnabuntur nunquam liberandi. * Et quamuis hoc omnibus peccatoribus commune futurum sit: quicūqs-n sine lege peccauerūt, sine lege & peribūt, & quicūq; in lege peccauerūt p lege iudicabunt: tamē quia qui nō credit iā iudicat⁹ est, docet se de illis loqui, quib⁹ credita sunt eloquia Dei. i. de Christianis. Propterea ait: *Et extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitatores Ierusalem.* Iudas sunt Christiani omnes, qui IESVM CHRISTVM confitentur, sed in Ierusalem illi maximè intelliguntur, qui templum Dei habent vicinius, & sacerdotes, ac legis peritos frequentius audiunt, id est, qui inobilioribus vrbibus degunt, vbi maior est doctrinæ cœlestis copia, plures sacerdotes, & theologi, & religiosi homines, quorum verbis, factisque ad pietatem instruantur. Ex his quo plura habent, eo sunt damnabiliores, si non agant pœnitentiam, sicut ait Dominus: Væ tibi Corozain, Væ tibi Bethsaida, quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes, quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Verumtamen dico vobis, Tyro, & Sidoni remissius erit in die iudicij, quam vobis. * De his hominib⁹ ait, *Et disperdam de loco hoc reliquias Baal.* Quis vnquam credet in Ierusalem ciuitate sancta, atque adeo in templo ipso consecranda fuisse idola? Qui viderit nostri tēporis mores facile hoc credet, coluntur enim inter Christianos, & in ipso templo Dei adorantur abominationes gentium. Diuitiæ, voluptates, honores, nonne idola sunt, quæ Christiani Deo ipsi anteponūt? An nō hęc in ipso tēplo Dei adorātur, cum indocti & improbi homines ad sacerdotia admittūtur? cū sacra venduntur, & donum Dei pecunia possidetur? cum de sedibus in ipsa Ecclesia, & de honore certatur? cum de pace inter sacrificium offerendum, huic prius, quam illi afferenda rixæ, & contentiones oriuntur, quales neque inter gentes? Hoc tamen dolore dignius, quod ita his dijs gentium adhærent Christiani, præsertimque abominationi desolationis id est, honori, vt vix ea relinquant in morte. Atque ideo, vt disperdantur reliquię Baal de loco hoc sancto, necesse est, sæpe ipsos homines disperdi. * Quid 46
dico ipsos homines? Interdū & natos natorum, vt ait Poeta, & qui nascentur ab illis tolli oportet, si vitia tollenda sint hereditaria, & quæ cum semine transmitti videntur in posteros. Recordemur vrbium, in quibus factiones nobilium sunt, nam ij magis confregerunt in his iugum, ruperūt Ierc.5.
vincula; videbimus immortalia vigere odia, & in vniuersam posteritatem quasi hereditario iure transmitti. Sed quantumuis insaniant, mortales sunt, tollendæ sunt aliquando de loco sancto reliquiæ Baal. Atque vt penitus tollantur, tollentur nomina ædituorum, id est, eorum, qui hęc ido la colebant, tollentur & sacerdotes. In sacerdotibus, qui verè Dei sacerdotes erant, Hypocritæ
sed simul idolis sacrificabant, recte hypocritas intelligimus, qui multa bona faciūt, vt liceat sibi quæ volūt facere, & qđ volūt obtinere, id est inanem gloriam, & pecuniam. Hieronymus de ipsis sacerdotibus interpretatur. * Sed & nomina, inquit, sa- 47
cerdotum cum sacerdotibus, qui frustra sibi applaudunt in episcopali nomine, & in presbyterij dignitate, & non in opere. Vnde signanter non ait: Et opera sacerdotum cum sacerdotibus, sed nomina, qui tantūmodo nomina præferunt dignitatum, & malis operibus sua nomina destruunt. *Illi etiam* tollentur *qui adorant super tecta militiā* Astrologi iudiciarij.
cœli. Qui nam sunt ij, nisi vanissimi Astrologi, & superstitiosi, qui ex ortu fortunam, & euentus cuiusq; prædicūt, & homines superstitiosis errorib⁹ implēt, occulta furta, & eorū autores detegūt. Hi, pfecto atq; omnes, qui eis credūt, militiā cœli adorāt sup tecta, multū. n. in his vanitatib⁹ laborāt, & ex stellis miseri pēdēt. Hic Et eos qui adorāt sup tecta militiā cœli, qui eleuant aduersus scientiā Dei, & omne ꝙ gerit in sæculo, fictā

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibi scientiam pollicentes, referūt ad ortus
stellarum, & occubitus, & Mathematico
48 rum sequuntur errores. * *Et adorant, & iu-*
rant in Domino, & iurant in Melchom. Hi sunt,
(vt ait idem Hieronymus) qui sæculo pari-
ter, & Domino putant se posse seruire, &
duobus Dominis satisfacere, Deo, & Mā-
monæ, qui militantes Christo obligant se
negotijs sæcularibus, & eamdem imaginē
offerunt Deo, & Cæsari. Verum illi maxi-
mè tollentur, qui *auertuntur de post tergū Do-*
mini, & ita ab eo recedunt, atque ita pertri-
naciter peccatis inhærent secundum duri-
tiam suam, & impœnitens cor, vt statuant
nūquam Deum quærere. Et quoniam im-
pij Christiani, coram iudice rogati obmu-
tescent, neque habebunt quid respondere
Matth.22. possint, vt in Euangelio legimus: Amice,
quomodo huc intrasti, non habens vestē
nuptialem? At ille obmutuit: melius est, vt
modo obmutescant, & peccata agnoscen-
tes, atque ad patrem misericordiarum to-
to corde conuersi tam benignam, tamque
patientem maiestatem adorent reuerēter,
hoc enim est quod dicit: *Silete à facie Domi-*
49 *ni Dei, quia iuxta est dies Domini.* * Quantum-
uis corpore valeatis, & viribus præstetis,
quantumuis fugientem vitam retinere sa-
lubritate victus laboretis, iuxta est dies Do
mini, cito, & cum non timebitur, aduenie
mors. *Præparauit Dominus hostiam*: nam qui
se in igne caritatis Deo immolare nolue-
runt, sempiterno igne in honorem iustitiæ
Dei cruciabuntur, & quasi immolabuntur.
Sanctificauit vocatos suos, dæmones præpara-
uit, qui præsto sint animæ egredienti, eam-
que in locum tormētorum, & immolatio-
nis celerrime deferant, & tali hostiæ tales
adhibeantur sacerdotes, & ministri. *Et erit*
in die hostiæ Domini, id est, cum hæc Deo ho-
stia immolabitur, cum supplicium de malis
sumetur; *Visitabo super principes, & super filios*
regis. Non obliuiscetur Dominus principū,
id est optimatum populi, magistrorum, &
Sup.6. eorum, qui exemplo præire debebāt, quo-
niam iudiciū durissimū in ijs, qui præsunt,
fiet, & potenter tormenta patientur. *Et su-*
per filios regis: Nō super regem, sanctus enim
fuit rex Iosias, sed super filios regis, qui filij
dici voluerunt optimi patris, non etiā imi-
tatores, & virtutis hæredes. * Filios regis
50 Hieronymus esse dicit, qui Christi se filios
esse gloriantur, sed quāuis iustissimus Chri
stus est, & patri gratissimus, nequaquā eos
saluos faciet, qui nomine Christiano glo-
riantur, & confitentur se nosse Deum, fa-
ctis autem negant. Nam quamuis firmissi-
mè omnia credāt, & fidem proauorū anti-
quissimam iactēt, nisi opera cum fide con-
gruant, & mandata, quæ fide tenent, opere
adimpleant; filij regni mittentur in tene- Matth.8.
bras exteriores, quia fides sine operibus Iac.2.
mortua est in semetipsa. Nec tamen nunc
omnes Christianos filios regis dici arbi-
tror, sed paucos, qui præter cæteros Christi
imitatores, & heredes futuri videbantur,
simulata imagine sanctitatis, postea autem
degenerasse à Christo, & ad turpitudines
declinasse deprehenduntur. *Et super omnes,*
qui induti sunt veste peregrina. Rectè hic etiā
omnes Christianos, cum Hieronymo in-
telligim⁹, qui Christum in baptismo indue-
runt, sicut ait Apostolus: Quicunque enim
in Christo baptizati estis, Christum indui-
stis, & ideò Christo similes esse debent, vt
Christus in illis solus videatur, & omnia
Christus cooperiat, vt vestis. * Cum autem
mores Christi vitæ, & voluntati cōtrarios
ostendunt, id est, pro caritate odia, & sedi-
tiones, pro misericordia crudelitatem, pro
mansuetudine impatientiam, pro iustitia,
iniquitatem veste peregrina induūtur Ve
rum quoniam Propheta non de omnibus
Iudæis, sed de certo hominum genere lo-
quitur, quemadmodum in ijs, quæ præce-
dunt: Super principes, & super filios regis
cogor, vt in illis feci, de certa Christianorū
conditione interpretari. Illi ergo maximè
peregrina veste induuntur, qui cum sint
Christiani, mores docent infidelium, vt pe
cunias omni ratione ceteris posthabitis
conquirere, & illa de quibus ait Dominus:
Hæc enim omnia gentes inquirunt; hono-
re nemini cedere, pro honore, & pro vl-
tione iniuriarum Christi præcepta contē-
nere, simultates in mortem vsque seruare.
Illi etiam induuntur veste peregrina, qui
cum religiosas vestes gestent, quibus pieta-
tem, atque contemptum sæculi præ se fe-
runt, corde tamen reuertuntur in Ægy-
ptum, & sæculares sunt verbis, atque factis,
vixque de religione quidquam, præter ve-
stem, & nomen retinent. * Quod à nobis,
& à seruis suis omnibus auertat omnipo-
tens & misericors Deus, vt omnes vestibus
nostris induamur, & similes simus patrib⁹,
quos è sæculo exeuntes nobis per Dei mi-
sericordiam proposuimus imitandos. Ae-

bitror

bitror & illos peregrina veste indui, qui ali-
quam ex probatis in Ecclesia religionibus
ingressi, seruire Deo volunt, nō iuxta illius
religionis institutum & mores, sed iuxta ri-
tus, & normam aliarum parum congruen-
tem cum sua. Vnde fit, vt dum aliena obser
uare cupiunt, prętermittant sua, & dum vo
lunt esse alieni, sui esse desināt. Hi profectò
peregrina veste induuntur, quia cum eidē
religioni nomen dederint cum alijs, mori-
bus, & ritibus ab alijs maximè differunt,
quibuscum veste, & habitu conueniunt.
Postremi sunt, *qui arroganter ingrediuntur su-*
per limen, & cōplent domū Domini Dei sui iniqui
tate & dolo. Hi sunt qui Curios simulant (vt
ille inquit) & Bacchanalia viuunt, & qui
iuxta Hispanicum prouerbium, Suem fu-
rati, pedes pauperibus largiuntur. Quod
cum in historia valdè morale sit, alia expo-
sitione non indiget.

HISTORIA.

Vox clamoris à porta piscium. Significat Ba-
bylonios in Ierusalem irrupturos esse: to
tamque vrbem in luctu maximo futuram.
Magnus, inquit, clamor audietur, tunc à
porta piscium irrumpentibus Chaldæis, &
Iudæis resistere non valentibus. Porta pi-
scium vna erat ex portis Ierusalem, cuius
meminit Nehemias cap. 3. & 12. & Diospo-
lin ducebat, & Ioppen, & ad mare magnū,
siue Occidentale. Ita dicta est, quòd per eā
pisces è mari aducti inferrētur in vrbem:
sicut porta templo proxima dicta est Porta
gregis, quòd per eam pecora in templo im
molanda inducerentur. Nam quod quidā
volunt portam piscium dictam, quod ibi
forum venale piscium fuerit, diuinant, ne-
que quidquam certi habent. Arbitror autē
dici, *Vox clamoris à porta piscium*, quòd hac
primum Chaldæi irruperint in vrbem, vt
ex Ierem. 39. probabiliter colligi videtur: vt
mox indicabimus.

Et vlulatus à secunda. Hieronymus: Secun
di muri in eodem climate portam signifi-
cat, de qua, & in Regnorum libro scriptū
est; Et iuit Helcias Sacerdos, & Ahihā, &c.
ad Holdam propherem vxorem Sellum
filij Thecuæ, filij Haras custodis vestium,
& hæc habitabat in Ierusalem in Secunda,
&c. * Ierusalem triplici muro cingebatur,
vt autor est Iosephus lib. 6. de bello Iud. c.
6. Primus murus, id est, extimus, qui vetu-
stissimus omniū, & maximus erat, in Oc-
ciduam templi porticum desinebat, ex al-
tera autem parte, cum Orientali eiusdem
templi porticu coniungebatur. Secundus
murus à porta Genath incipiens, quę olim
prioris muri fuerat, & Septemtrionalē vr-
bis tractum, solum ambiens vsque ad arcē
templo adiunctam, quæ postea Antonia di
cta est, ascendebat. Atque hi duo muri erāt
cum capta est vrbs à Chaldæis, tertiū nam-
que post multos annos addidit rex Agrip-
pa, eoque partē vrbis, quæ Bezetha, id est,
noua ciuitas dicta est, cinxit. Omnia ex Io-
sepho. Cum ergo tertius murus non esset
scribente hæc Sophonia, aut postea Chal-
dæis vrbem oppugnantibus, rectè intelli-
gimus eos per portam piscium irrupisse, à
qua clamor auditus est: deinde ad secundā
portam venisse, id est, ad portam secundi
muri portæ piscium aduersam, quæ sola su-
pererat capienda, vt per totam vrbem libe-
re discurrerent. * Hāc portā existimo pro 55
prio vocabulo dictam esse מִשְׁנֶה, id est, se-
cundam, quod indicat translatio LXX. 4.
Reg. 22. vbi vocatur Massena, corrupto, vi-
delicet, vocabulo ex Misne. Iuxta hanc ha-
bitabat Holda prophetis, vt in eodem lo-
co legimus: Et hæc habitabat in Ierusalem,
in Secunda. Hoc, quod de irruptione Chal-
dæorum diximus, legimus in Ierem. 39. Vn-
decimo autem anno Sedeciæ, mense quar-
to, quinta mensis aperta est ciuitas (capta
videlicet porta piscių) & ingressi sunt om-
nes principes regis Babylonis, & sederunt
in porta media, id est, obtinuerunt portam
secundam, & libere per eam ingrediebān-
tur, & in ea quasi in suo sedebant. Mediam
autem portam vocat, quia secundus mu-
rus, qui partem tantum Septemtrionalem
ambiebat, vt ex Iosepho diximus, medius
erat inter duas oppositas partes primi mu
ri, & porta illa, quam celeberrimam fuisse
probabile est, iure media vocabatur. He-
bræi tradūt pro Secūda debere verti scho-
lam, siue domum doctrinæ, vt vertit Chal
dæus. 4. Reg. 22. & intra secundum murum
fuisse liberalium artium scholas; sed pro-
bant, vt solent, propterea ego illis fidem
habeo, quam soleo.

Et contritio magna à collibus. Contritionē 56
ponit in Scriptura pro magna calamitate,
& pro magno dolore, adnotauimus Hos.
13. num. 19. & 20. Colles autem intelligit
montem Sion, & excelsiorem vrbis partē,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ait Hieronymus, in qua erat regia, & templum. Possumus, & alias vrbis partes colles intelligere, de quibus dicemus nu. 57. Tres enim erant tunc. Has partes, siue alij milites irrumpentes occuparunt siue illi ipsi, qui secundam portam tenuerãt continuo ruentes ad templum, & ad regiam. Inde ergo veniebat contritio magna, & magnus dolor cadentibus multis, & reliquis iam prorsus salutem desperantibus.

Pila. *Vlulate habitatores pilæ.* Pila prima producta, vas concauum est, in quo frumenta siccata tunduntur (vt ait Hieronymus) & medicorum aptum vsui, in quo ptisanę fieri solent Græcè ὄλμος, vt vertit Aquila Hebr. מַכְתֵּשׁ a כָּתַשׁ, quod significat contundere. Inde metaphoricè cauitas illa maxillæ, quę molam cõtinet, vocatur machthes Iud. 15. Vbi nos habemus: Aperuit itaque Dominus molarem dentem, id est, detexit cauitatem, in qua erat molaris dens. Ita & nunc metaphoricè significat locum vrbis Ierusalem in modum foueæ profundum, quem
57 Hieronymus vult esse vallem Siloe.* Quid autem Hieronymus velit, & qualis sit locus, optimè intelligitur ex Ioseph. lib. 6. de bello Iud. cap. 6. vbi describens Ierusalem ait: Et ipsa quidem super duos colles erat condita contrarijs frontibus semet inspicientes interueniente valle diseretos, in quam domus creberrimæ desinebant. Et postea: Vallis autem, quæ Tyropæon appellatur, qua diximus superioris ciuitatis collem dirimi ab inferiori, vsque ad Siloam pertinet: ita enim fontem, qui dulcis est, ac plurim⁹, vocabamus, &c. Hæc vallis est, quam nunc Propheta Pilam vocat. Chaldæus: Vlulate omnes, qui habitatis in monte Cedrõ, quod idem est: eadem enim vallis pertinet ad Siloe, & ad Cedron, & secundum diuersas sui partes, vtrumque nomen habet. Nec vero hanc vallem tantummodo propter profunditatẽ Pilam vocauit, sed etiã propter tunsionem, quæ fit in pila, vt rectè Hieronymus adnotauit. Quasi dicat: Quemadmodum in pila frumenta siccara vecte de super feriente contunduntur, ita de porta piscium, & de Secunda, & de collibus proruens in vos decurret exercitus, & contundet, atq; comminuet vos. Nonnulli è recentioribus dicunt in hoc loco, quem Pilam vocat, fuisse forum rerum venalium, & macellum, sed diuinant, vt solent.

58 *Conticuit omnis populus Chanaan.* Iudæos vocat populum Chanaan per irrisionem, & per increpationem, ac si diceret. Nõ est hic populus ex semine Abrahæ, & Iacob virorum sanctorum, sed ex semine Chananæorum, quorum mores, & impietatem imitatur: & ideo ita ejicietur è terra promissionis, sicut olim veniente Dei populo electi sunt Chananæi. Ita dictum est Ierusalem Ezec. 16. Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan, pater tuus Amorreus, & mater tua Chethæa. Isa. 1. Audite verbum Domini principes Sodomorum, auribus percipite legem Dei nostri populus Gomorræ. Dan. 13. Semen Chanaan, & non Iuda. Contrà vero Susanna vocatur filia Iuda. Denique receptissimum est in Scriptura, vt vnusquisq; eius nomine appelletur, quẽ maximè imitatur, vt latè, & eleganter docet Origenes hom. 4. in Ezecielem. Conticuit autẽ hoc significat: conuictus, & confusus tacebit, videbit se iure plecti, nec habebit quid contra Deum dicat. Ita dictum est Hol. 4. Nocte tacere feci matrem tuam. Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam. Chaldæus: Pudore obruã Synagogam vestram. Ierem. 47. Venit caluitium super Gazam, conticuit Ascalon, 59
* Sed apertissimè intelligim⁹ ex Iere. 8. Cõuenite & ingrediamur ciuitatem munitã, & sileamus ibi, quia Domin⁹ Deus noster silere nos fecit, & potum dedit nobis aquã fellis, peccauimus enim Domino. Significat etiam verbum Conticuit, Penitus excisus, & consumptus est, nulla in eo vox audietur, quia nemo viuus relinquetur. Chaldæus: Perijt populus, cuius opera similia erant operibus populi terræ Chanaan. Habet autem magnam emphasin, Conticuit, quam non habet verbum, Excisus est. Nam cum dicitur, Conticuit, triste quoddam, & horrẽdum silentium intelligitur, quod vel misericordiam, vel admirationem maximam excitat, cum è celebri, & frequenti ciuitate, ne vnus quidem reliquus est, cuius vox audiatur, vt Thren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo, facta est quasi vidua domina gentium. Et apud Virgilium de Troia diruta:

Horror vbique animos, simul ipsa silentia terrent. 2. Æneid. 60

* Cõticescere etiam eorum est, qui vehementi dolore anguntur, tantoque, vt nec lacrymis, nec voci locũ cõcedant. Thren. 2. Sederunt in terra; conticuere senes filiæ Sion, cõsperserunt cinere capita sua. Iob. 2.

Et

Reg. Vnusquisque nomine eius appelletur, quem imitatur. Tacere.

Et exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserũt puluerem super caput suũ in cœlum, & sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum.

Disperierunt omnes inuoluti argento. Hieronymus inuolutos argẽto interpretatur, qui in diuitijs confidebãt, & tantas habebant opes, vt se quasi inuolutos, & septos suis diuitijs æstimarent, putarẽrq; satis sibi præsidij esse in diuitijs, nec se alterius auxilio indigere, quod proprium est diuitũ superborum. Cum hac translatione, & expositione congruit versio Lxx: Disperierunt omnes erecti argento, id est, qui diuitijs superbiebant, in Heb. est נְשׂוּאֵי בֶסֶף quod rectè interpretari possumus, Portatores argenti, siue onustos argento, & onera argenti, id est, quos argentum secum ducit quocunque vult, id quod verbis nostræ translationis optimè conuenit: Inuoluti argento, id est, quos argentum leuat ad se, & secum inuolutos defert, nimio, scilicet, amore sibi adhærentes. Atque hoc fortasse significant Lxx vertentes, ὑπερμένοι ἀργύρου, id est, eleuati argento, quos, videlicet, traxit ad se
61 argentum, & defert quocunque eat.

Scrutabor Ierusalem in lucernis. Id est, In hac captiuitate accuratè scrutabor loca omnia abscondita Ierusalem, vt nullus, qui ad latebras confugerit, seruetur, aut effugiat. Ac si dicat: Omnes latebras ostendam Chaldæis, vt omnes, qui se absconderint, capiantur. Quod per Chaldæos facturus est, ipse se facturum dicit; quoniã, qui facit per alium, perinde est, ac si per se ipsum faciat, vt est in regulis iuris. Eadem locutione dixit in hoc capite: Et disperdam de loco hoc omnes reliquias Baal, & cap. 2. Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. Similitudo autẽ ducitur ab homine aliquid sedulo, & anxie quærente, vt Luc. 15. Si perdiderit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quærit diligenter donec inueniat eã? Chaldæus: Cõstituam perueſtigatores, & perueſtigabunt Ierusalem, vt ij, qui scrutãtur cum lucerna. Ceterum legamus Iosephum lib. 7. de bello Iud. cap. 17. & 20. & 26. & ibi reperiemus scriptum: de cloacis quoque & speluncis, & sepulcris extractos principes & potẽtes, & sacerdotes, qui se in eis metu mortis absconderant. Tale ergo quippiam futurum dicit Propheta, vincentibus Chaldæis.

Et visitabo super viros defixos in fæcibus suis. 62
Hieronymus ita exponit. Visitabo super viros, qui confidunt in corporibus suis, & in viribus suis, quas irrisorie fæces vocat. Interpretatur & fæces esse peccata, in quibus penitus fuere defixi. Sed optimè etiam intelligimus viros defixos in fæcibus suis esse diuites, qui in magna tranquillitate, & affluentia voluptatum viuunt nulla aduersitate agitati, quemadmodum vinum, quod est in dolio imperturbatum, & super fæces suas residens, purum, & perspicuum manet: sed si ligno, aut impetu aliquo agitetur, misceatur, & turbatur. Chaldæus: Animaduertam in viros, qui summa tranquillitate fruuntur in diuitijs suis. Hoc ipsum eleganter confirmatur altero loco simili Ierc. 48. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis, nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationẽ non abijt: ideirco remansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Quibus verbis metaphora à vino non transfuso desumpta luculenter explicatur. Pro Defixos in Hebr. est קוֹפְאִים, id est, congelatos, ac si dicat: Ita immoti manserunt, ac si fixi, aut congelati essent, nullo rerum aduersarum impetu pulsati, & agitati sunt.

Qui dicunt in cordibus suis. Qui putant non 63
esse prouidẽtiam in rebus, nec curare Deũ quid homines faciant, sed omnia arbitrio Fortunæ regi, sicut impius Poëta dixit de diuina natura.

Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri
Nec bene promeritis capitur, nec tangitur ira. Lucretius lib. 1. de natura rerũ.

Isti igitur impij non audẽt quidem ore, sed corde tamen dicunt: Nec Deus nobis benefaciet, si præcepta eius seruauerimus, nec male si violauerimus.

Et erit fortitudo eorum in direptionem. Hieronymus: Cædetur exercitus eorum. Chaldæus: Erunt itaque eorum diuitiæ in spolium. Vterq; sensus satis german⁹ est, quoniam חַיִל, quod modo vertitur fortitudo, verè fortitudinem significat, ex quo illud intelligitur Psalm. 83. Ibunt de virtute in virtutem, vbi Hieronymus vertit, Ibũt de fortitudine in fortitudinem, id est, non defatigabuntur, sed semper quasi recuperatis viribus progredientur. Sed fortitudo more Hebræorum ponitur pro re forti, id est, pro exercitu, quomodo hic intellexit Hieronymus. Idem nomen significat diuitias, quæ hominem potentem, & fortem efficiunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt breuiter attigimus Mich. 4. nume. 65. vt Prouerb. vltimo: Multæ filiæ congregauerunt diuitias. * Ergo quia dixerat: Visitabo
64 super viros defixos in fęcibus suis, quas diuitias esse ostendimus; rectè nũc ait: *Et erit fortitudo eorum in direptionem.* Id est, diripientur ab hostibus eorum diuitiæ. Phrasin autem: Erit in direptionem, pro Diripietur. adnotàuimus Hos. 8. num. 16. Est enim: Erit direptio, id est, res direpta.

Et ædificabunt domos. Explicat per partes quod dixerat, & causam reddit statim. Iuxta est dies Domini magnus, &c.

Iuxta est dies Domini magnus. Iterum dicit iuxta esse, vt melius credant, & vehementius commoueantur. Magnum autem vocat, quia magna in eo facturus est Dominus, vt explicauimus Hos. 1. nu. 137.

Vox Dei. *Vox diei Domini amara.* Ita loqui solẽt prophetæ, vt significent captiuitatem, aut calamitatem, de qua loquuntur, esse iam proximam, sumpta à venientibus metaphora, cum ita propinqui sunt, vt eorum vox, aut sonus audiatur. Quale est illud apud Ouidium in Fastis.

5. Fastorũ. *Fallor, an arma sonant? Non fallimur, arma sonabant.*

Mars venit, & veniens bellica signa dedit.

Ita Psalm. 28. Vox Domini confringentis cedros, Vox Domini intercidentis flammam ignis, Iere. 4. Non tacebo, quoniã vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorẽ
65 prœlij. *Hanc vocem amarã vocat ab effectu, & ideo addit: Tribulabitur ibi fortis, id est, non solum tunc vehementer mœrebunt ignaui, sed etiã fortes, quia quantumuis fortes sint, capientur, & occidentur, Chaldæus: Ibi potentes interficientur.

Dies iræ dies illa. Geminatione nominum idem significantium ostendit magnitudinem futuræ calamitatis, vt iam adnotauimus nume. 26. De hoc amplificationis genere Quintilianus lib. 8. Oratoriarum institutionum, cap. 4. hæc scripsit: Potest adscribi amplificationi congeries quoque verborum, ac sententiarum idem significantium. Nam etiam si non per gradus ascendant, tamen velut aceruo quodam alleuãtur. Declarat hoc exemplo Ciceronis pro Quinto Ligario: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas?

Lux, tenebræ. *Dies tenebrarum, & caliginis.* Lux prosperitatem significat, tenebrę aduersitatem, & infelicitatem, vt docet Gregorius. 5. Mora. cap. 1. vt Iob. 18. Nonne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius?

56 *Dies tubæ, & clangoris.* Personabunt vbiq; tubæ exultantium Chaldæorum vrbibus captis, & arcibus, vt ciues videant captas esse munitiones, & maiori terrore prosternantur, Chaldæus: Dies buccinæ, & iubilationis, quia exultabunt victores captis vrbibus, & cum exultatione clangent tubis, & simul ciues terrebunt.

Super ciuitates munitas. Duarum tribuum, quas antequam aggrediantur Ierusalem, obsidebunt, & expugnabunt.

Anguli. *Et super angulos excelsos.* Anguli, id est, פנות, propriè dicuntur turres, quæ in angulis murorum ædificari solent ad vrbis, & murorum defensionẽ, vt in hoc loco. Inde metaphoricè anguli vocãtur primores populi, qui alios sibi adhærentes continent, vt angulares turres, & quibus Reipublicæ salus, & incolumitas nititur. Iud. 20. Omnes quoque anguli populorum, & cunctæ tribus Israël in Ecclesiam populi Dei conuenerunt. 1. Reg. 14. Applicate huc vniuersos angulos populi. Sophon. 3. Disperdidit gentes, & dissipati sunt anguli earum. Hiero. lib. 5. in Isai, in illud cap. 19. Decepcrunt AEgyptum angulum populorum eius, ab angulo domus metaphorã deducit. Idioma, inquit, scripturarum est, vt angulũ pro regno ponant, eo quod populos cõtineat, & quasi in tota domo fortissimum sit. Vnde & Christus duorum populorum parietes continens lapis dicitur angularis.

67 *Et tribulabo homines.* Scilicet timore impendentium malorum. Sæpe enim vehementius animum excrutiat timor, quã mala ipsa præsentia, iuxta illud Senecæ.

Seneca in Thyeste actu 3. *Peior est bello timor ipse belli.*

Quod eleganter explicuit Dominus Luc. 21. Arescentibus hominibus præ timore, & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi.

Et ambulabunt vt cæci. Nescientes præ anxietate animi, quo fugiant, aut quo se vertant, & ex vno periculo in alterum grauius incurrentes, vt accidit cæcis cum fugere volunt.

Et corpora eorum sicut stercora. Proijcientur insepulta cũ horrore, & detestatione, atque

atque contemptu, ac si stercora essent.

Sed & argentum. Irridet eos, quod auro colligendo insudauerint, Deum autẽ propitiũ sibi reddere nulla ratione curauerint.

Et in igne zeli eius deuorabitur omnis terra. De omni terra Iudæorum loquitur, vt initio cap. exposuimus. Ignem zeli vocat irã Domini vindictam expetẽtis, more humano de Deo loquens. Cũ enim homo irascitur, vehementius sanguis circa cor efferuescit, & accenditur, ideoque ira ignis dicitur. Deure. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Psalm. 78. Vsquequo Domine irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? * Sed illud est diligenter adnotandũ, Dominum in tanta, tamque iusta ira non potuisse, vt ita dicam, amorem erga illos suum dissimulare. Non enim iram, aut vindictam vocari voluit à Propheta, sed zelũ, qui viri est in vxorem fornicantem, vt declaret vxorem suam esse Synagogam, quæ ideò dicitur habere virum Isa. 54. Multi filij desertæ magis, quàm eius, quæ habet virum. Quare, vt recte adnotauit Hieronymus, nisi amaret, non zelaretur eam, & in similitudinem mariti peccatum vlciscetur vxoris. Inde Ezec. 16. Iudicabo te iudicijs adulterarum, & effundentium sanguinem, & dabo te in sanguinem furoris, & zeli, id est, effundetur sanguis tuus proprer zelum meũ, quomodo effundi solet sanguis adulterarum. Et postea pro maximo omnium supplicio, vt verè est, addit: Et requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius.

ALLEGORIA.

Allegoria de consummatione sæculi vsque ad finem capitis manifesta est, diripiendas esse omnes hominum diuitias, vt cum pulchras domos ædificauerint, vineasque plantauerint, nequaquam eis frui possint extremo die præoccupati. Quo die Dominus scrutabitur Ierusalem in lucernis, atq; opera omnium diligentissimè cognoscet. Hieronymus: Quia igitur in extremo tempore, quod sæpe iam diximus, multiplicata iniquitate refrigescet caritas, & Solis lumẽ recedet ab Ierusalem, & tanta erit vastitas, vt difficile saluentur etiam electi Dei: tunc in lucerna sermonis sui, atque rationis omnia vitia scrutabitur Dominus in Ierusalẽ, & in medium proferet, & de otioso quoq; verbo fiet iudicium, & vindicta, &c. Id tamen quod initio occurrit, videtur difficilẽ habere explicatum. *Et erit in die illa vox clamoris à porta piscium, &c.* Sed ita ab Hieronymo exponitur. Nec non, & hoc animaduertendum, quia שער הדגים manifestè in Hebręo non portã compungentium, sed portam piscių sonat: allegoricè portam piscių esse in Ierusalem, per quam inferuntur boni pisces, qui à malis fuerint separati, & lugebunt cęteris introeuntibus, qui foris remanserint. * Vel certè, in fine mundi, & in 70
consummatione lugebunt à porta piscių prima, qui suum baptisma non seruauerũt: lugebunt à Secunda, qui non egerunt propeccatis dignam pœnitentiam. Et erit magna contritio super colles, qui nec pro peccatis incuruati sunt, vt ceruicem suam submitterent, & sua scelera deplorarent. Per has enim duas portas, baptismi, & pœnitẽtiæ in Ierusalem, id est, in Ecclesiam Dei, vel introitus, vel reditus est, &c. Intellige autem per pœnitẽtiam esse reditum in Ecclesiã Dei, ijs videlicet, qui ex Ecclesia exierant, aut certe non vt sit simpliciter in Ecclesia, qui redit; sed, vt sit in sorte iustorum, & in his, qui ius habent ad cœlestem Ierusalem. In eo autem quod dicitur: *Vlulate habitatores Pilæ*, eos alloquitur, qui in extremis peccatorum fæcibus habitant, vt ait idem Hieronymus, & in scelerum suorum imademersi, dicunt: Infixus sum in limo pro- Psal. 67.
fundi, & non est substantia. Cetera ex dictis aperta sunt.

TROPOLOGIA.

71 *Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium.* Portas nostrę Ierusalem, id est, animæ, quinque sensus esse nemo ignorat. Porta igitur piscium, quia prima est, porta oculorum erit, vt ait Hieronymus, à qua vox clamoris erit, quæ conscientiam torquebit, cum recordabitur homo moriens, quoties ascenderit mors per has fenestras, & pulcherrimo instrumento ad turpitudines fuerit abusus. Porta secunda est auriũ, eodem Hieronymo exponente, à qua erit eadẽ causa vlulatus, quia per eam plurima peccata illapsa sunt. Idem de ceteris sensibus intellige præcipui enim nominati sunt. Vt ab his portis hostes abigerẽtur, & nihil haberẽt, vnde anima posset infestari, Dominus seruator post pœnitentiam Sacramentum vnctionis extremæ dari iussit egrediẽtibus, & ad singulorum sensuũ instrumenta accommodari. Sed, quia tunc etiã quid- Sensus portæ animæ, vnde clamor venit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid peccator habuit excelsi in hac vita, vt diuitiæ, potentia, amicitiæ principum, & magni nominis existimatio, magis eũ excrutiat, & quia relinquere cogitur, & quia multis peccatis, vel comparauit, vel possedit: meritò dicit: * *Et cõtritio magna à collibus.* 72
Quamuis in collibus melius intelligẽtiam, & voluntatem significari dicemus, quæ inter animæ vires eminent, vt colles. Ex nobilissimarum autem virium abusu magna animę perturbatio, & dolor maximus oboritur. Habitatores autẽ Pilę, modo ex Hieronymo diximus esse, qui in extremis peccatorum fæcibus habitant, & in scelerum suorum ima demersi sunt. Quod sequitur: *Conticuit omnis populus Chanaan; disperierũt omnes inuoluti argento*, ita exponendum est, vt num. 58. & sequentibus à nobis iam expositũ est, totus enim sensus est moralis. Sed si subtilius velimus explicare, quoniam Pila pars est Ierusalem humillima, habitatores Pilæ eos esse interpretabimur, qui demissiorem, & humiliorem huius nostræ Ierusalem partem inhabitant, id est, qui appetitui inseruiunt, & ventri, ac Veneri indulgent, nec curant, quid spiritus, ratioq; præscribant. Hi iubentur vlulare, quoniam pro vilibus, ac momentaneis voluptatibus magna eos manet, & nũquam finienda excarnificatio, quoniam vindicta carnis impij ignis, & vermis. * *Tunc contricesceret omnis populus Chanaan*, qui ab spiritualibus patribus degenerans cœlestia non quærit, sed terrenas voluptates auidè persequitur, cui meritò dicitur: Semen Chanaan, & non Iuda. Præterea Chanaan mercatorem significat, & peccator male mercatur, qui terrenis voluptatibus, & caducis commutat cœlestes, & æternas. Vnde eleganter Hoseę: Chanaã in manu eius statera dolosa, de quo ibidem latius diximus, cap. 12. nume. 10. In eo quod sequitur: *Disperierunt omnes inuoluti argento*, ipse historię sensus moralis est. Sed potest & ita explanari, vt est explanatũ à Gregor. lib. 18. Mora. c. 8. his verbis, Argentũ intelligi sacri eloquij claritas solet, sicut alias dicitur, Eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Et quia nonnulli eloquium Dei non interius per exhibitionem, sed exterius per ostensionem habere concupiscunt: idcirco per Prophetam dicitur: Disperierunt omnes inuoluti argento. Hi nimirum, qui eloquio Dei, non interiori refectione se replẽt, sed exteriori ostẽ-

Eccli. 7. 73
Dan. 13.
Argentũ.
Psal. 11.

sione se vestiunt, &c. * Sed grauissimũ est quod sequitur, & homini non penitus desipienti maximè formidabile: *Et erit in tempore illo scrutabor Ierusalem in lucernis.* Quod enim fiet in extremo vniuersorum iudicio, hoc quadamtenus fit in morte cuiusq; nostrum, & in peculiari iudicio: quo tempore ita Dominus scrutatur nostram Ierusalem in lucernis, vt ne exiguus quidem angulus maneat obscurus, sed omnia totius vitæ dicta, facta, cogitata, lucerna iudicij Dei illustrentur, & pateant. Bernardus Sermo. 55. in Cantica: Verum tu, qui aduẽtum desideras Saluatoris, time scrutinium iudicis, time oculos capreæ, time illum, qui per Prophetam dicit: Et erit in die illa, & ego scrutabor Ierusalem in lucernis. Acuto visu est, nihil inscrutatum relinquet oculus eius. Scrutabitur renes, & corda, ipsáq; cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutum in Babylone, si Ierusalem manet scrutinium? &c. *Et visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis, &c.* * Peccata rectè fæces dicuntur, propter fœditatem, & horrorẽ, nihil enim est tetrius, aut deformius, & quia amara sunt, ex quo illud Psalmographi: Vides, quoniam tu laborẽ, & dolorem consideras, & apud Ieremiam: Scito, & vide, quia malum, & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & nõ esse timorem mei apud te, dicit Dominus exercituum. Et quoniam scriptum est: Similes illis fiant, qui faciunt ea, homines defixi in fæcibus suis etiam fæces dicũtur Isa. 49. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israël conuertendas. Ex his fæcibus eruitur, qui ad Dominũ per veram cordis contritionem clamat, sicut scriptum est: Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis. At qui cor suum non custodiũt, neque sensus suos, citò in fæcibus suis defigũtur. Vnde Lxx pro, Et visitabo super viros defixos in fæcibus suis, habent: Et vlciscar super viros, qui contemnunt custodias suas. Sed hi, & ceteri, super quos Dominus visitaturum se dicit, intelligant omnia huius vitæ supplicia, quamuis grauia, nullius momenti esse cum his, quæ post mortem manent, ita, vt se visitaturum Dominus dicat super eos in die illa, vsque ad illam enim quasi non visitauerat, nec punierat. * Sed hoc semel, atque iterum cogitemus, magnam vim habere ad vitæ emendationem,

74
57
Fæces.
Psal. 9.
Ierem. 2.
Psal. 118
Psal. 39.
76

& ad salutem consequendam casus, & calamitates huius temporis, quibus homines nisi durissimi, desperatiq; sint, persæpe corriguntur, & icti, vt est in prouerbio, sapiũt. Contra, quibus omnia ex voto succedunt, & læta sunt, nec vllo aduersarum rerũ turbine agitantur (quod maximæ cuiusdam felicitatis indicatur) solent superbia efferri, & suo solum more viuere, & tales esse, vt super illos Dominus dicat tunc se esse visitaturum. Etenim cum deprauatis sæpe moribus sint, & multa digna pœnis admittant: quo securius, & tranquillius, &, vt ipsi putant, felicius, in hac vita degũt, eo grauius, & acerbius in futura punientur, nihil enim in hac lucrunt. Atque hi sunt, *qui dicũt in cordibus suis: Non faciet bene Dominus, & non faciet male.* Vidẽt sibi improbis, & impijs omnia feliciter cadere, de futuris supplicijs nihil cogitant, & ex se iudicantes nullam esse in rebus prouidentiam putant. * Sed sentient magno cum suo malo prouidentiam esse, cum *erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in desertum.* Peribunt diuitiæ, quas multo labore conquisierãt, id est, eruditio omnis generis, eloquentia, potentia, gloria, fauor popularis, amicitiæ potentiũ. Domus dicitur id, in quo quisque maximè quiescit, & quoniam filij huius sæculi nulla in re magis laborant, quam vt requiem sibi in hac vita constituant, & tandem decidũt à cogitationibus suis, & expelluntur, sicut ait Dauid: Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine: pulchre ait: *Et domus eorum in desertum.* Et: *Ædificabunt domos, & non inhabitabunt.* Quod etiam in lib. Iob scribitur: Sicut consumitur nubes, & pertranſit, sic qui descendit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam. * In quem locum Gregorius. 8. Moral. cap. 14. Sicut domus, inquit, est corporis habitaculum corporale, ita vnicuique menti hoc domus fit, quod ex desiderio inhabitare consuenit. Ad domum igitur suam vltra non reuertitur, quia semel quisque æternis supplicijs traditus ad hoc iam, vbi amore inhæserat, nullatenus reuocatur, &c. *Plantabũt vineas, & non bibent vinum earum*, quia cum multũ laboris posuerint in voluptatibus quærendis, morte intercipiẽtur, & alijs relinquere cogentur, vt diuiti illi Euangelico vsu venit, qui habebat multa bona posita in annos plurimos, & eadem nocte reperta est anima eius ab eo. De quibus & sanctus Propheta scripsit: Thesaurizat, & ignorat, cui congregabit ea. Et quoniam homines curis sæcularibus excæcati aduentãrem mortem non vident, nec de ijs, quæ alterius sæculi sunt, cogitant; sed, vt est apud Sapientem: Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis ex templo superuenerit: admonet eos Dominus mortem imminere, ac momentanea esse vitæ mortalis spatia. Ideò & mortem ob oculos eis ponit, & quam metuẽda sit, non tacet: *Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est, & velox nimis.* Meritò autem dicit: *Vox diei Domini amara*, quandoquidem vel sola eius memoria amara est, sicut ait Sapiens: O mors, quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. * *Tribulabitur ibi fortis*, nam vt ait Salomon, non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello. Tribulabitur ibi fortis, cum etiam qui sancti sunt, seruentur quidem, sed tamen sæpe sic quasi per ignem, vt ait Hieronymus: *Dies iræ dies illa*, in qua Deus, qui ad veniam ante horrabatur, stricto iustitiæ suæ gladio sæuiet in impios. *Dies tribulationis*, quia iã omnia læta transierunt, & quidquid superest malis cruciatus est. *Dies tenebrarum*, quoniã (vt inquit Hieronymus) omnis, qui malè operatur, odit lumen, & non venit ad lucẽ; & necesse est, vt qui lumen oderit, eum tenebræ consequantur. *Dies tubæ, & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos*, quoniam omnes munitiones, & si fortissimæ sint, capientur, & munitissimę turres expugnabuntur, id est, nemo erit tã firmæ valetudinis, & ætatis, tot ad vitæ diuturnitatem præsidijs septus, vt non superetur à morte. * *Et tribulabo homines.* Hieronym°: Omnes homines tribulabuntur, qui homines permanserunt, & mortui sunt quasi homines, &c. Etenim, qui dij sunt per participationem gratiæ, & supra homines sunt, quia non humana quærunt, sed diuina, non solent in morte tribulari, sed spe proximorum bonorum erigi, & diuinis consolationibus quasi nuntijs quibusdam futuræ beatitudinis præueniri. Itaque homines vocat

77
78
Deut. 32.
Iob 7.
Eccle. 9.
Eccli. 41.
79
Eccle. 8.
Ioh. 3.
80
Homo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eos, qui non sapiunt, quæ Dei sunt, sed quæ hominum. De quibus dictum est à Prophe-
Psal.81. ta: Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, vos autē sicut homines moriemini. Et Do-
Matth.16. minus: Quem dicunt homines esse filiū hominis? Ac mox: Vos autem quem me esse dicitis? Apostolos enim plusquam homines esse docuit, vt acute Hieronymus adno-
1.Cor.3. tauit. Sed & Apostolus ait: Cum enim sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Tribulationem autem ostendit: *Et ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt.* Hieronymus: Et ambulabunt vt cæci, quia lumen perdidere virtutum, & locum pœnitentiæ nō habebūt, & hæc patientur, quia
81 Domino peccauerunt, &c. * Obseruemus hoc Hieronymi verbum: Locum pœnitentiæ non habebunt, hoc enim mihi maximè videtur Propheta insinuare. Cæci, cum pericula imminent, tentant effugere, & hac, atque illac errant, nec domum, aut tutum latibulum inuenire possunt, quia cęci sunt. Ita peccatores multi mortis oppressi angustijs, & venturam iram formidantes, tentāt effugere, & pœnitentiam quærunt, sed ianuam non inueniunt, qua ingrediantur: sicut de viris Sodomitis legimus: Et eos, qui
Gen.19. foris erant, percusserūt cæcitate à minimo, vsque ad maximum, ita, vt ostium inuenire nō possent. Peccatores, & si per fidem maneant in Ecclesia, foris esse dicuntur, quia à Deo peccando recesserūt, & cæcitate per-
Locus Gene.19. cussi sunt, quia peccauerant Domino. Nec dicit eos ostium Lot nō inuenisse, bonum enim illis erat non posse in domum ingredi, quam nefario scelere contaminare cogitabant: sed ostiū domus quisque suę inuenire non poterat. Hoc est, non poterant ad se reuerti, & in domum suam ingredi, vbi de terrore diuini supplicij, & de vita corrigenda consilium inirent, quod proprium
82 est obstinati peccatoris. * Noua forrasse videbitur hæc explanatio loci Geneſis, sed vetustissima est, quoniam tradita est nobis ab Spiritu sancto in lib. Sapientiæ, his verbis: Percussi sunt autem cæcitate, sicut illi
Sap.19. in foribus iusti, cum subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque trāsitum ostij sui quærebat. Quare saluberrimū est illud
Iere.13. Ieremiæ, & elegantissimum: Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & antequam offendāt pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis, & in caliginem. Quādo cæci huiusmodi quærunt ostium salutis, id est, pœnitentiā, quoniam ambulant vt cæci, offendunt in aliena pecunia restituenda, & non inducunt animum vt restituant; offendunt in simultatibus, quas durissimum est deponere; occurrūt libidines, quas, si vita, & salus suppeterent, videntur sibi relinquere non posse. Hi sunt montes caliginosi, ad quos offendunt, & putantes se inuenturos esse lucem, decidunt in vmbrā mortis, & in caliginem. At si ante illas vitæ, & animæ tenebras gloriam Deo dedissent per humilem, & dolore plenam cōfessionem, sicut scriptum est: Iosue 7
Fili mi, da gloriam Domino Deo Israël, & confitere, atque indica mihi quid feceris, 83
ne abscondas: nequaquam in illam cęcitatem, & in illas tenebras deuenirent. * Et quoniam qui hac cæcitate laborant, effugium non inueniunt, sed cū maxima ignominia æterna morte multantur, subijcit: *Et effundetur sanguis eorum, sicut humus, & corpora eorum sicut stercora.* Stercus enim vilissimum est anima vitijs inquinata. Nihil illis tunc proderunt diuitiæ, nihil potētia, amici, nobilitas generis, eruditio, eloquētia, & quidquid illis olim aurum & argentum vi- Prouer.10
debatur, scriptum enim est: Nihil proderit thesauri impietatis, iustitia vero liberabit à morte. Quod si argentum etiam dicitur diuina Scriptura, vt num. 73. ex Gregorio diximus, nihil peccatori tunc proderit sacrarum literarum cognitio, nihil aurū, id est, bona, quæ ante peccatum fecerat, siue caritas, quam olim habuerat, omnia enim pōstea peccato amisit. Denique, *in igne zeli eius deuorabitur omnis terra*, quia quidquid terrenum est, peribit, quidquid terreni homines amabant, quidquid magni faciebāt, 91
iratus illis auferet, quia noluerūt amare cœlestia, quæ illis præparauerat. * *Consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram*, cogitent illi quātum volent sua bona fore diuturna, diuq; se posse frui voluptatibus, Dominus, qui omnia potest, consummationem faciet cum festinatione, non sanc illis, quorum conuersatio in cœlis est, nam ijs non consummationem, sed initium beatissimæ vitæ mors afferet, sed habitantibus terram, & omnia in terra habētibus, ijs, vt inquit Hieronymus, qui se penitus terræ dederunt, & non fuerunt aduenæ, & peregrini, vt iustus qui loquitur:

Aduena

Psal.38. Aduena sum ego in terra, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et rursum alibi nolens diutius in tabernaculo carnis habitare, lacrymabili voce testatur dicens: Heu
Psal.119. mihi, quia peregrinatio mea prolōgata est. De habitatorib⁹ terrę dixim⁹. Hos. 4. nu. 6.

CAP. II.

COnuenite, congregamini gens non amabilis: priusquam pariat iussio quasi puluerem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris Domini, antequā veniat super vos dies indignationis Domini. Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudiciū eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetū: si quo modo abscondamini in die furoris Domini. Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotū in meridie eijcient, et Accaron eradicabitur. Væ, qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbū Domini super vos Chanaan terra Philistinorū, & disperdam te, ita, vt non sit inhabitator. Et erit funiculus maris requies pastorū & caulæ pecorum: & erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda, ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, et magnificati sunt super terminos eorū. Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum Deus Israel: quia Moab vt Sodoma erit, et filij Ammon quasi Gomorra siccitas spinarum, & acerui salis, & desertum vsque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, residui gentis meæ possidebunt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituū. Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ gentium. Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super Aquilonem, et perdet Assur: & ponet speciosam in solitudinem & in inuiū, et quasi desertum. Et accubabunt in medio Isa.34.
eius greges omnes bestiæ gentium, et onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniā attenuabo robur eius. Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & extra me non est alia amplius: quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? Omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

HISTORIA.

Conuenite, congregamini. Post descriptionem malorum, quæ in die ventura sunt captiuitatis, populus ad pœnitentiam prouocatur. Hieronymus: Cerne Dei clementiā. Suffecerat prudentibus malorum venientium impetum descripsisse: verum quia nō vult inferre supplicia, sed tantū terrere passuros, ipse ad pœnitentiam vocat, ne faciat quod minatus est, &c Ait ergo: Conuenite, siue colligimini in vnum, & congregamini, vt communibus studijs, & communibus precibus Dei iram auertatis, & eum vobis placatum, propitiumque reddatis. I

Nam huiusmodi collectione votorum, & precum facilius Deus placatur, cum in multis necesse sit aliquos existere, quos ipse caros habeat. Ioe.1. Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Domini Dei nostri, & clamate ad Dominum. Ita congregati clamauerunt Niniuitæ Ion.3. & Iudæi Iudith.3. Inde etiam in populo Christiano omnes in tẽpla colligimur ad orandũ. Vnde forte orationes ipsæ collectæ dictę sunt, & cum graue aliquid vrget, sollennes supplicationes indicuntur. *Quæ in hęc verba scribunt Hebræi libens prætereo, quoniam parum ad rem attinent, & eum sensum planissimum, & germanissimũ esse arbitror, quem explicaui. In eo vero quod verbum קושו, quod Hieronymus vertit, Congregamini, ipsi actiuè accipiũt, nihil eorũ autoritate moueor, cũ nõ Hieronymus modo, sed etiam Lxx passiuè acceperint συνάθροισθε, id est, colligamini, iunctis studijs adeste & Chaldæus vertit: Congregamini & venite, & accedite. Translationẽ Lxx ita Hiero. expoſuit: Estote vobis caritate copulati.

Gens non amabilis. Hieronymus: Quæ amore Dei indigna es, Hebræi paulo aliter intellexerunt, sed non animaduerterunt in Hebræo esse, לא נכסף, quod ad verbum sonat: Non amata: & huiusmodi passiua participia veteri Hebræorum consuetudine sæpe pro nostris nominibus verbalibus in bilis terminatis accipi, vt.2. Reg.1. Saul, & Ionathas, amabiles, & decori valde. Heb. Amati. Psal.138. Mirabilia opera tua, Heb. Mirata. Ex quo videmus optimè conuersum esse à nostro interprete illud Gal.2. In faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Vbi Paulus Hebræus ex Hebræis, Græcè loquens Hebraicam phrasin vsurpauit, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, id est, quoniam reprehensus erat. *Quærunt multi à quo fuerit reprehensus Hebraicæ consuetudinis obliti, cũ Paulus non dixerit fuisse reprehensum. sed, vt erudite vertit interpres, reprehensibilem. Hoc & Latini imitãtur, & Græci, vt:

Dines incedens vbi solis filia lucos.

id est inaccessibiles. Et:

Hæret inexplerum lacrymans——

id est, inexplebiliter, quod ex imitatione Græcorum sumptum est. Eleganter ergo Hiero. vertit: Gẽs nõ amabilis, sed hoc plus significat, quã verba præferunt. Gens, quæ prorsus amore indigna es, quã nullus amare debeat, sed omnium odio dignissima sit, de qua locutione diximus Mich.2. num.2. *

Participia passiua pro verbalibus in bilis.

Ante quam pariat iussio, quasi puluerẽ transeuntem diem. Id est, Antequam veniat dies captiuitatis, antequam iussio Dei adducat diem captiuitatis, qui trãsibit quasi puluis, id est, veniet pręter spẽ, vt puluis magna vi vẽti agitatus, qui violentus ruit, & omniũ oculos obęcat. Recentiores aliter vertũt, sed quoniam neque ipsi negant, neque negari potest verba Hebraïca id propriè significare, quod Hieronymus vertit, & hæc mihi versio optima omniũ videtur, illis suas relinquamus. 4

Ante quam veniat super vos. Explicat quod subobscurè dixerat de die captiuitatis.

Quærite Dominum omnes mansueti terræ. Viros iustos alloquitur, qui inter multos malos relicti erãt. Hos vocat עניים. i. mansuetos, humiles, mites, ex vna magna virtute. i. ex humilitate, cereras oẽs volens intelligi. Hæc virtus, his tribus nominib⁹ significari solet ab interprete, vt Psal.24. Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Prou.3. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiã. Pro Mansuetis apostoli verterũt, Humilibus, Iac.4. & 1. Pet.5. in illis verbis: Deus superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã. Isa.11. Et arguet in æquitate pro mãsuetis terræ, Lxx. Et arguet humiles terræ. In his locis semper est in Hebræo עניים in Græco autẽ πτωχοὶ quemadmodũ & hic verterunt Lxx: Quærite Dũm oẽs humiles terræ. Ex quo intelligem⁹ illud Luc.1. Quia respexit Dñs humilitatẽ ancillę suæ, rectiùs accipi de humilitate virtute, quã Eratmus, & quidã alij negãt vocari πτωχείαν ibi ab Euãgelista, cũ in his locis omnib⁹ humiles appellẽtur πτωχοὶ, ac de humilitate virtute sermo sit, vt apostoli ipsi docẽt. Et Matthęi.18. Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, πτωχὸν. *Hinc etiam arbitror in verbis illis: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram, in mansuetis humiles intelligi, primamque beatitudinem illorũ esse, qui sunt pauperes spiritu, id est, sponte sua pauperes esse volunt pro Christo. Quod verò diximus, ex humilitate oẽs virtutes intelligi, confirmat illud Psal.146. Suscipiens mansuetos Dominus, humilitas autem peccatores vsque ad terram; vbi peccatores opponit mansuetis, Nisi dicas peccatores intelligi superbos. Sed id si dicas, mecum etiam senties: cur enim appellantur peccatores, nisi quia pleni peccatis sunt, & vbi superbia est, ibi cetera vitia esse intelliguntur? 5

Mansueti, mitis, humilis.

Qui iudicium eius estis operati. משפט, id est, iudicium vocant Hebræi legem, siue præceptum. Leu.1. Hæc sunt iudicia, quæ proponeres eis, id est, Hæc præcepta. Leu.26. Hęc sunt iudicia, atque præcepta, & leges, quas dedit Dominus inter se, & inter filios Israel. Psal.18. Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa. Inde sicut dicit scriptura, Facere legem, & Facere præceptum, eadem significatione dicit Facere iudicium. Quare rectè hic expoſuit Hierony. Vos qui præcepta mea custodistis. 6

Quærite iustum, quærite mansuetum. Latina ambigua sunt, possent enim intelligi & de virtutibus ipsis iustitia, & mansuetudine, & de Deo, qui iustus, & mansuetus est, sed in Heb. nulla est ambiguitas, ita enim habet: Quærite iustitiã, quærite mãsuetudinẽ.

Si quo modo abscondamini in die furoris Domini. Dubitantis more loquitur, vt significet tantam fore suppliciorum acerbitatem tẽpore captiuitatis, vt vix iusti ipsi liberandi sint. Tale est illud.1. Pe.4. Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Hieronymus: Si autem de ijs dubitat, qui eius iudicia fecere, quid fiet de peccatoribus? Quomodo autem sint accipiendæ huiusmodi dubitationes scripturæ, late expliauimus Ioe.2 n 22. & sequentibus. Abscõdi in die furoris, est Domino in peccatores sæuiente protegi, & liberari, vt Psal.26. Abscõdit me in tabernaculo suo, in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

Quia Gaza destructa erit. Quoniam dixit: In die furoris Domini, nunc ostendit magnum futurum esse hunc furorem, & exercitum Chaldæorum tanta potentia, & fortitudine in Iudæam esse venturum, vt nõ solum eam deuastet, sed etiam terram Palæstinorum ei proximam, & vrbes eius fortissimas, quæ cum Iudæis æquo Marte sæpe conflixerant. Ita Hierony. Quasi dicat: Si vrbes Palęstinorum munitissimæ resistere Chaldæis non poterunt, sed solo pene risu æquabuntur, quomodo vos poteritis? Philisthijm, quos Græci & Latini Palæstinos vocant, oram maris Magni, siue Mediterranei, incolunt ad Occidentem Aegypto proximam, quæ cecidit in sortem tribus Iuda. Vnde mare illud Occidentale, vocatur mare Palæstinorum Exho 23. Pȯnam autem terminos tuos à mari Rubro, vsque ad mare Palæstinorum. Sed expelli ex ea non potuerunt, ideoque frequentia erant bella inter Iudam, & Palęstinos, vt videmus in lib. Iudicum, & in libris Regum. In hac terra, quinque fuere vrbes præstantissimæ, & munitissimæ, Gaza, Ascalõ, Hacaro, Azotus, Geth, quæ erãt metropoles quinque prouinciarum. 1. Reg.6. Iuxta numerũ prouinciarum Philisthijm quinque anos aureos facietis. Et postea: *Hi sunt autẽ anі aurei, quos reddiderunt Philisthijm pro delicto Domino. Azotus vnum, Gaza vnum Ascalon vnum, Geth vnum. De his igitur vrbibus nunc loquitur, ac primum de Gaza, quæ proxima Iudæis erat, de cuius nomine diximus Hamos.1. n.21. Sed vtitur in his verbis eleganti Paranomasia, quæ tunc fit, cum verba eundem sonum habent, atq, easdem fere literas, sed sensum valde diuersum, vt si dicas. Nõ in aula, sed in caula educatus, aut: Nam hæc inceptio est amentiũ, haud amantiũ. Ita modo inquit עזה עזובה idest, Gaza deserta erit. 8

Et Ascalon in desertum. Erit in desertum, id est, deserta erit, vt Hos.8. n. 16. expoſuimus.

Azotum in meridie eijcient. Azotum vocat ciues Azori, quos Chaldæi victos ex vrbe sua eijcient in exilium, & in captiuitatem, non furto, aut insidijs vrbem capientes, sed manifesto bello in media luce expugnantes, vt exponit Hiero. Inde illud Psalm.90. Ab incursu, & dæmonio meridiano, idem Hier. expoſuit: A dęmonio apertè sęuiẽte

Et Hacaron eradicabitur. Festiue alluſit ad etymologiam, vt in Gaza עזה עזובה qua si dicat: Eueniet ei iuxta sui nominis etymologiam. Ac si diceret: Hacaron, quę ab eradicando dicitur, eradicabitur. Quęritur cur non memineriț quintę vrbis Palęstinorum, id est, Geth. Quidam ex Hebręis causam esse putat, quod iam esset in potestate regum Iuda. Verum nec probat, vt solent isti, neque si probaret, quidquam diceret: non enim minus vastaretur à Chaldęis, quod esset regum Iuda. Nisi cuiquam probabile videatur eos qui Ierusalẽ & templũ incenderant, parcituros fuisse Geth, quod ad Iudęos pertineret. Alij putant Geth paulo ante huius prophetię tempora vastatam fuisse à rege Hozia, vt est in.2. Paral. 26. & ideo nullam de ea fieri mentionem. 9

Geth eur taceatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed nec hæc reſpõſio ſatis idonea eſt, quoniam ſcriptura non vrbem vaſtatam fuiſſe dicit, ſed murum, quod etiãm de Azoto narrat: cuius tamen hic mentio fit. Verba Paralipomenon hæc ſunt: Denique egreſſus eſt, & pugnauit contra Philiſthijm, & deſtruxit murum Geth, & murum Iamnię, murumque Azoti. Præterea Hamos (qui poſt hãc muri deſtructionem videtur prophetaſſe, ſi initium eius cum cap. hoc. 26. Paralipo. conferamus) cap. 6. inquit: Et deſcendite in Geth Palæſtinorum, & ad optima quæque regna horum. Non fuerat ergo ſubuerſa ab Hozia. *Denique Michęas, qui poſt regnum Hoziæ vaticinatus eſt, vt ipſe indicat cap. 1. ait: In Geth nolite annuntiare, lacrymis neploretis. Et mox: Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth. Mihi videtur quatuor vrbes illuſtriores nominatas eſſe; Geth autem vt minus nobilem, & cuius magnificentia, poſtquam capta eſt ab Hozia, non parum videtur fuiſſe imminuta, non eſſe per ſe commemoratam, ſed in reliqua Palæſtina incluſam, cum ait ſtatim: Væ, qui habitatis funiculum maris gens perditorum, &c. Ita Hamos primo, eædem quatuor vrbes nominatæ ſunt, & Geth cum reliquis tacitè annumerata, cum additur: Et peribunt reliqui Philiſthinorum. Similiter Zacharias nono, eiſdem quatuor vrbibus nominatis additur: Et diſperdam ſuperbiam Philiſthinorum. Cur igitur, dicet quiſpiam, commemoratur Azotus, cuius murum etiam deſtruxit Hozias, quẽadmodum & Geth? Probabile eſt Azotum reſtitutam fuiſſe in priſtinam magnificentiam, atque idcirco inter alias referri. Hoc ex eodem capite vigeſimo ſexto libri ſecundi Paralipomenon conijcio, vbi continuò ſubijcitur: AEdificauit quoque oppida in Azoto, & in Philiſthijm. Si ergo agrum Azotium oppidis ædificatis exornauit, non eſt veri ſimile vrbem ipſam Metropolin dirutam ex parte, & ſine muris reliquiſſe.

Væ, qui habitatis funiculum maris, gens perditorum. Funiculum maris dicit terram, mari Mediterraneo proximam, funiculo enim veteres terram & ſortes agrorum diuidebant, vt diximus Hamos ſeptimo, numero vigeſimo ſecundo. Verum vtrum hoc de vniuerſa Palæſtina dicat, quæ mari Mediterraneo adiacet, an de parte aliqua, quæ eſſet mari propior, magna quæſtio eſt, & ſolutu valde difficilis. In Hebræo ſanè certa gens, & certa Palæſtinæ pars indicari videtur, nam pro Gens perditorum eſt: Gens כְּרֵתִים. Hinc Hebræi quidam pro comperto habẽt Cherethęos eſſe gentem, quæ eam Palæſtinæ partem incolit, quæ dicta eſt Cherethi. Hoc autem confirmant ex primo Regum trigeſimo: Siquidem nos erupimus ad Auſtralem plagam Cherethi, & contra Iudam, & ad Meridiem Caleb, & Siceleg ſuccendimus igni. Vbi Vatablus Cherethęos gentem eſſe dicit in Palæſtina, & Alfonſus Abulenſis Epiſcopus, vir ſanctus & eruditiſsimus quæſtione decima in idem caput, negat Cherethi eſſe totam terram Palæſtinorum, vt quidam ex Hebræis affirmabant, quoniam non meminiſſet poſtea Scriptura Siceleg, quæ Palæſtinæ ciuitas eſt, ſi iam vniuerſam Palæſtinam commemoraſſet. Sed dicendum, inquit, quod Cherethi erat nomen alicuius vrbis, vel regionis paruæ. Pro eadem ſententia eſt illud Ezecielis vigeſimo quinto: *Ecce, ego extendam manum meam ſuper Palæſtinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: Vbi pro, Interficiam interfectores, in Hebræo eſt: Succidam Cherethim. Contrà Hieronymus in commentarijs huius loci, &c. c. 25. Ezec. Vniuerſos Palæſtinos hoc nomine intelligi docet, quod mihi videtur probabilius. Nam ſi Cherethęi gens quędã Palæſtinæ eſſent oram mari adiacentẽ incolens diuerſos eos eſſe oportebat ab ijs, qui iã nominati ſunt, ſed diuerſos non eſſe, haud obſcurè docet Sophonias: Et erit funiculus maris (quem. ſ. tenebãt Cherethęi) requies paſtorum, & caulæ pecorũ. Et erit funiculus eius, qui remanſerit de domo Iuda. Ibi paſcẽtur in domibus Aſcalonis, &c. Aſcalon ergo pars funiculi maris eſt, quam tenebant Cherethęi. Si autẽ Cherethi erat regio parua, vel vrbs, quomodo pars eius eſſe potuit Aſcalon metropolis prouinciæ ſuæ, vt iam diximus? Melius intelligimus funiculum maris dici totam Palæſtinam, quæ longa erat, & anguſta, & nobiliſsimæ eius ciuitates, quarum iam meminimus, mari proximæ erant. Quod etiã ex continuo ſequentibus intelligitur: Verbum Domini ſuper vos Chanaan terra Philiſthinorum. *Præterea verba illa Ezecielis aperte hoc

te hoc videntur demonſtrare: Ecce ego extendam manum meam ſuper Palæſtinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis. Vbi maritima regio Palæſtina eſt, & ipſi Palæſtini vocantur Cherethim, ſiue interfectores. Dicti autem ſunt Palæſtini Cherethim, id eſt, interfectores, quod feroces eſſent bello, & indomiti, & crudeles. Quare cum dicit: Gẽs perditorum, non perditos appellari putandum eſt, vt quidam videntur intelligere, ſed perditores, vt nomen ipſum Hebræũ declarat, & noſter interpres expreſsit Ezec. 25. Et interficiam interfectores. Et cũ tranſlatione noſtra conueniunt tranſlationes Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, Quintæ editionis, vt in his locis reſtatur Hieronymus. Id etiam in altero horum, id eſt in capit. 25. Ezec. confirmat his verbis: Vnde, & duarum legionum Dauid, quarũ vna appellabatur Phelethi, & altera Cherethi: vtrima ab eo quod interficerent, & ſingularent, Cherethim, hoc eſt interfectorum nomen accepit, &c. * De his legimus 2. Reg. 8. Banaias autem filius Ioiadæ erat ſuper Cherethi, & Phelethi ſingularis videlicet pro plurali ponitur. Legiones autem militum fuiſſe intelligimus, ex 1. Paralip. 18. Banaias autem filius Ioiadæ ſuper legiones Cherethi, & Phelethi. Hærebant hæ legiones lateri Dauidis, eumque cuſtodiebant, quaſi milites prætoriani, vt ex. 2. Reg. 15. intelligi poteſt. Et legionem quidem Cherethi indè nomen habuiſſe, quod ex ea parte Palæſtinæ adducta eſt, quam putant dictã Cherethi, multorum opinio eſt, quæ non parũ confirmari videtur verbis illis. 2. Reg. 15. Et vniuerſi ſerui eius ambulabant iuxta eum, & legiones Cherethi, & Phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validi ſexcenti viri, qui ſecuti eum fuerant de Geth. Sicut igitur ex Geth adduxit ſexcentos viros, ad ſui corporis cuſtodiam, ita ex Cherethi adduxiſſe videtur legionem Cherethi. Sed à veritate, & à ratione longe abhorret ſanctum regem alienigenis militibus, & infidelibus cuſtodiam ſui corporis commiſiſſe, & Hebræas fuiſſe has legiones ipſi tradunt Hebræi. Illi igitur ſexcenti viri Iudæi erant, vt eruditè docet Alfonſus Abulenſis in. 2. Reg. c. 15. q. 26. *Sed Gethæi dicũtur quod cum comitati ſunt fugientem in Geth, & cum eo ſemper manſerunt, redeuntemque in Iudæam ſecuti ſunt. 1. Reg. 27. Et ſurrexit Dauid, & abijt ipſe, & ſexcenti viri cum eo ad Achis filium Maoch regem Geth. De eiſdem ſcriptum eſt 2. Reg 2. Sed & viros, qui erant cum eo, duxit Dauid ſingulos cum domo ſua, & manſerunt in oppidis Hebron. Propterea nuncait: Sexcenti viri, qui ſecuti eum fuerant de Geth. Quod his verbis explicat Ioſephus lib. 7. Antiq. capit. 8. Reliquit regiæ cuſtodiam decem pellicibus, & Ieroſolymis exceſsit, cum alia multitudine magna alacritate proſequente, tum præcipue ſexcentorum cohorte, quæ etiam regnante Saulo à latere fugitantis nuſquam diſceſſerat, &c. Quare non ab aliqua vrbe Paleſtinæ dicta eſt legio Cherethi, cum Iudæorũ militum eſſet, ſed ab interficiendo, vt ait Hieronymus, hoc eſt à præſtantia virium, & fortitudine. * Altera autẽ dicta eſt Phelethi ab eadem fortitudine, id eſt, ab eripiẽdo, & liberando, quod regem, & periculis omnib⁹ eruere valeret, ſi dicamus ל verſum eſſe in ח. nam פָּלַט quod eruere, & liberare ſignificat cum ט ſcribitur, Phelethi autem cum ח. Et permutari ſolere has literas apud Hebræos docuit Ioſe. 1. Antiq. c. 7. cum dixit, Tarſum dictam à Tharſis, prima nominis litera, id eſt, Th. in T. mutata; & Lxx, qui hic & Ezec. 25. pro Cherethim verterunt Cretenſes, in quo nomine non eſt Th. ſed T. Vel eo quod miræ eſſet fortitudinis dicta eſt Phelethi à פָּלָא, quod eſt mirabilis eſſe. Has legiones Cherethi, & Phelethi Ioſepus lib. 7. Antiq. capit. 11 bis vocat σωματοφύλακας, id eſt, corporis cuſtodes, & mox τὰς περὶ τὴν αὐλὴν ὑπλίτας, id eſt, armatos, qui circa aulam verſantur. Et in eadem hiſtoria 3. Reg. 1. Dauid præcepit Sadoc ſacerdoti, & Banaiæ, & Nathan: Tollite vobiſcum ſeruos Domini veſtri, & imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam. Et paulo poſt: Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos, & Nathan Propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cherethi, & Phelethi, & impoſuerunt Salomonem ſuper mulam regis. Ex quo conſtat Cherethi, & Phelethi vocatos eſſe ſeruos regis, quod armati aulam cuſtodirent, vt ait Ioſephus. Ex his ſatis intelligitur vis horum nominum, quæ vix ab expoſitoribus attingitur. Quid ergo dicemus ad verba illa 1. Regum. trigeſimo. *Erupimus ad Auſtralem

Universidad de Deusto
Biblioteca

stralem plagam Cherethi,& ad argumentū Abulensis?Hoc sanè, vocari Palæstinā Cherethi ab hominum ferocitate, & fortitudine, vt dictum est: & AEgyptium illū, prius in vniuersum dixisse,in quæ loca irruissent Amalechitæ ad prædam,nempe in plagam Australem Palæstinę terrę suę viciniorem, & in Iudam,& in Meridiem Caleb.Deinde narrat, quid in Palæstina fecerint; Et Siceleg succendimus igni, quod per recapitulationem additur vlitatissimam in Scriptura,& in sermone communi, vt si dicas:Romā profectus,diuque in ea versatus, reuersus sum in Hispaniam.Romæ autem multi viri docti, sanctique florebant, quos sæpe conueni.De quo lege August.lib.3. de Doctrina Christiana, cap.36. Vsitatissimū hoc est, & nemo non ita loquitur. Ex his demū intelligimus Cherethim proprium nomen esse Palæstinorum, licet nominis significatio communis sit.Sed cur nomen propriū, quod intactum relinquendum videbatur, Hieronymus in translatione sua mutauit, & hic, & in Ezechiele? * Sæpe hoc facere solet noster interpres, vt non ipsa propria nomina Hebraica,sed eorum interpretationē ponat, nec tamē ideo nomina propria esse desinãt. Facit autem hoc duplici causa,aut quia in ipsis nominibus latet aliquod mysterium, quod sine interpretatione non facilè intelligeretur, aut vt ea, quæ simul dicuntur,intelligantur,vt Isa.8.Voca nomen eius, accelera spolia detrahere,festina prędari. Si Hebraica verba ponerentur, Latinus mysteria nominum ignoraret. Ita etiā cap.9. Et vocabitur nomen eius admirabilis,consiliarius,Deus fortis, pater futuri sæculi,princeps pacis.Iob vltimo: Et vocauit nomen vnius diem, & nomen Secūdę Casiam, & nomen tertiæ Cornustibit. Nonnunquam vt intelligantur,quæ simul dicūtur,vt Hos.1.Voca nomen eius,Absq; misericordia, non enim addam vltra, misereri domui Israël.Si dixisset:Voca nomen eius, Loruhama,nō intelligeret Latinus cur additum esset: Non enim addam vltra, misereri domui Israël. Ibidem. Voca nomē ei⁹: Nō populus meus.Si dixisset: Voca nomē eius Lohammi, non intelligeretur,cur statim diceret: * Quia vos nō populus meus. Scio non deesse, qui nostrum interpretem de hac nominum permutatione reprehendant;sed sciant,si interpres reprehendatur, simul Lxx interpretes, immo vero simul apostolos esse reprehendendos, qui hoc fecerunt. Lxx quidem in locis indicatis, alijsque permultis: apostoli autem etiam sæpe, vt Roma.9.sicut in Hosee dicit: Vocabo,Non plebem meam, Plebem meam, & Non dilectam Dilectam, & non misericordiam consecutam, Misericordiam consecutam. Vides quomodo Hebraica nomina Lohamni, & Loruhama, & eorum oppositā prætermittat,atque interpretationē ponat?Idē in eisdē verbis fecit Petrus.1. Epistol. cap. 2. Qui aliquando Non populus, nunc autem Populus Dei: qui non consecuti misericordiam , nunc autem misericordiam consecuti.Matth.16.Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, Et Mar. 3. Et imposuit Simoni nomen Petrus, cum nomē ipsum sit Cephas, Petrus autem sit interpretatio, vt videmus Ioh. 1. Tu vocaberis Cephas, quod est interpretatum Petrus.Lucæ.6.Et Simonem, qui vocatur Zelotes, cum vocaretur Chananæus, vt videmus Matth.10. * Ita nunc vt nomen Cherethi intelligeretur, posita est eius interpretatio hic, & Ezec.25. Vtroque loco aptè, & eleganter, nam cum ait: Et interficiā interfectores, vltio debita eorum superbię,& crudelitati significatur, habetque geminatio verbi,& nominis ab eodē verbo deducti nescio quid festiuitatis, & elegantię,quæ lateret,si diceret: Et interficiam Cherethæos: & in nostro propheta: *Væ, qui habitatis funiculum maris,gens perditorum*,irrisionem habet:Vos,qui alios perdere solebatis,nunc perdimini. Hoc nō intelligeretur si diceret: Gens Cherethæorum. Adde quod potest hic, haud absurde Cherethim,vt nomen cōmune poni, vt sit sensus:Gens perditorū,id est,iam tradita perditoribus , & interfectoribus, citò ab hostib⁹ interficiēda.Chaldæus: Væ,qui habitant in portu maris,popul⁹,qui peccat,vt deleatur. Solet etenim risus, & irrisio captari ex ambiguitate nominis, quod propriū & cōmune esse potest,vt cū Cicero in.6.Verrina dixit,malū sacerdotē, qui tam nequā verrem reliquisset. Sacerdoti enim Verres succesisse videntur Palęstini vocari perditores,quod glorioſū sibi putabār, & vocātur perdēdi i. traditi perditoribus,siue citò tradendi.

18

Cur nō ipsa nomina propria,sed eorū interpretatio interdum ponantur.

19

Verbum Domini super vos Chanaan.Hāc etiā prophetiā accepi à Domino contra vos. O Palęstini.Super,accipi nonnunquā pro cō-

20

21

tra,sæpe adnotauimus,vt Psal. 2. Astiterūt reges terræ , & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum , & aduersus CHRISTVM eius.Ierc.46.Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra gentes.In his locis in Heb.est. ץ, id est, super. Chanaan autem vocat Palæstinos, quia de semine Chananæorū erāt,& terra eorū pertinebat ad Chanaā. Iosue.13. Fluuio turbido, qui irrigat AEgyptum, vsque ad terminos Hacaron contra Aquilonem;terra Chanaan, quæ in quinque regulos Philisthiim diuiditur,Gazeos,& Azotios,Ascalonitas,Gethęos,& Hacaronitas.

Et erit funiculus maris requies pastorum . Palestini vehementer oderant Iudæos, & cōtra eos auxilium Chaldæis præbuerunt, & capta vrbe hostiliter eis insultauerunt irridentes , & de eorum ruina gaudentes. Ideo nunc apertius contra eos prophetat vastandos quoque ipsos esse ab eisdem Chaldæis,& post reditum Iudæorum è Babylonia Palæstinam in ditionem eorum dem Iudęorū venturam esse,ita vt pacificè pastores requiescant,& pecora sua pascant in domibus Ascalonis iam solo æquatis: * De his omnibus,& quo tępore impleta fuerit hæc prophetia,diximus in Habd.nu. 90.&.94.&.95.Lege cap.25.Ezechielis.Præterea ex Ierem.47.constat eodem tempore , & ab eodem rege vastatos esse Palæstinos,& Tyrios,& Sidonios,id est, post excidiū Ierusalem , vt videmus Ezech. 26. Pro eo quod dixit Tyrus de Ierusalē:Euge confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me,implebor,deserta est: Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego superte Tyre,& ascendere faciam ad te gentes multas,&c.Hieronymus lib.5. in Isa.ca. 23.ferè in principio:Legamus Græcorum historias,& maxime eorū,qui Assyriæ gentis bella describunt, ibiq; reperiemus post captiuitatem Ierusalem Palæstinos,& Arabes,& Damascenos,ac deinde AEgyptios fuisse subuersos, &c. Prædicit igitur horū, & aliorum excidium,vt magis ad salutem suam terreatur Israel audiēs tantam fortitudinem,& potentiam Chaldęorum:deinde, vt se se consoletur calamitate suorum hostium, vt paulo post ait Hieronymus.

22

Quæ visitabit eos Dominus Deus eorum. In bonam partem sumit visitare . Recordabitur Deus Iudæorum,& liberabit eos de captiuitate Chaldęorum , atque in patriā suam restituet:Tunc fient quæ dixi. *Audiui opprobrium Moab.*Solent prophetę postquam in Iudæos prophetauerunt, ad vicinas nationes inimicas Iudæorum vaticinium conuertere ad Iudæorum solatium, & ad gentium ipsarum salutem.Ita Isaias à cap.13.incipit prophetare contra Chaldæos , Assyrios,Moabitas,Palęstinos,Tyrios.Ieremias cap.47.contra Palęstinos.48. contra Moabitas.49.contra Hammonitas. Idem facit Ezechiel.c.25.&.26. Nam harum omnium gentium vetus fuisse odium in Israelem, vel ex Psal.83.discimus:Simul aduersum re testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum,& Ismaelitæ,Moab, & Agareni,Gebal,& Hammon, & Amalech,alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Alienigenas autem vocant Lxx more suo Palęstinos vt diximus in Habd.n.90.Ita etiā Sophonias vaticinatus est in Palæstinos , & nunc prophetat in Moabitas, & Hammonitas,de quib⁹ diximus,Hamos.1.&.2.prędicitque fore,vt ab eisdem Chaldęis , quibus auxilia contra Iudęos prębuerunt,& ipsi si militer diripiātur .* Atque ita factum esse docet Iosephus.10.Antiq.c.11. Quinto,inquit,post excidium Ierosolymitanum anno,qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vigesimus tertius,cum magnis copijs inuasit Cœlen Syriam, qua subacta bellum gessit contra Hammonitas , & Moabitas , & his quoque perdomitis AEgyptū hostiliter est ingressus.Est autem sensus : Audiui opprobrium Moab.i.contumelias,quibus Moabitę affecerunt populum meum exprobrantes,& irridentes eum, & insultantes captiuis , cum caperetur Ierusalem à Chaldęis.Verbum , Audiui,suam emphasin habet,quasi dicat:Aderam,cum hęc dicebantur,& audiebam,tametsi non puniebam,& in suum tempus vindictam reseruabam . Audiui ergo,& ad huc memoria teneo,quod est vlcisci volentis , vt Deut.32. Nonne hęc condita sunt apud me,& signata in thesauris meis? Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. Porro Moab,& totius gētis nomē est,& proprie vrbis Moabitarum,quę postea dicta est Areopolis.Similiter Hammō dicitur & gens tota Hammonitarum,& vrbs eorum magna,quę dicebatur Rabba filiorū Hammō, & postea Philadelphia dicta est, vt Hieronymus hic de vtraque docet,& in Locis Hebraicis.

Reg. Prophetæ post Iudæos solēt in alias nationes vaticinari.

Alienigenę.

Moab.

Et blasphemias filiorum Hammon , id est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Male dicta.(id enim propriè sonat blasphemia)& irrisiones,& opprobria,quæ exprobrauerũt populo meo,id est,quibus exprobrauerunt populo meo, vt verterunt Lxx, quibus iniuria affecerunt populum meũ. In Hebræo hæc duo גדוף, חרפה, pro quo vertit interpres opprobriũ, & blasphemia, idem significant,vt.4.Regũ.19. Cui exprobrasti, & quẽ blasphemasti? Et modo vtrũque Lxx, vno nomine reddiderunt, quod est ὀνειδισμος, id est,opprobrium, aut contumelia. Chaldæus: Audita sunt corã me opprobria Moab,& elatio filiorum Hammõ, qui probro affecerunt populum meum.

Et magnificati sunt super terminos eorum. Nõ hæc omnes eodem modo interpretantur, sed nos veram intelligẽtiam ex verborum proprietate capiemus. Verbum הִגְדִּיל priè significat magnificare, siue magnum facere, quare cum aliquid additur, manifesta est eius significatio, intelligiturq; quid magnificetur, vt Lucæ.1. Magnificat anima mea Dominum. Et ibidem: Et audierũt cognati,& vicini eius, quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa. * Interdum per detractionem, siue ellipsin, ponitur sine vllo casu apud Heb. & priè significat superbire insolenter, aut magnificè loqui, sed subauditur, os suum, aut linguam suam, de qua phrasi diximus multa in Habd. nume.66. Ita enim loquitur Scriptura, cum integrè loquitur, vt in Habdia: Et non magnificabis os tuum in die angustiæ. Solet autem etiam indicari res, aduersus quam superbim⁹, aut magnificè loquimur, vt Psal.37. Et dum commouentur pedes mei, super me magna locuti sunt. Hieronymus ibi vertit: Super me magnificentur, id est, contra me. Psalm.34. Induantur confusione, & reuerentia, qui magna loquuntur super me. Quod in multis codicibus corruptè legitur; Qui maligna loquuntur super me. Hieronymus: Qui magnificãtur super me. Iob. 9. Ar vos contra me erigimini. In Hebræo: Super me magnificastis, scilicet, os vestrum. Ezec.35. Et insurrexistis super me ore vestro Heb. Et magnificastis super me in ore vestro. Et in hoc ipso capite Sophoniæ; Hoc eis euenit pro superbia sua, qua blesphemauerũt, & magnificati sunt super populum Domini, id est, qua magnificauerunt os suum contra Iudæos irridentes, & illudentes. * Cum ergo nunc ait: *Et magnificati sunt super terminos eorum*, perinde est, ac si diceret: Magnificari sunt in ore suo, aut, Magnificauerunt os suum, id est, superbè, & cum irrisione locuti sunt contra terminos Iudæorum. Hi termini deserti sunt, & vacui possessoribus suis, nos cos occupabimus, neque vnquam ad priores dominos redibunt. Hoc est magnificari super terminos eorum, vt optimè ex Ezec. 35. intelligitur, in quo Idumæi reprehendũtur, quòd eodem modo magnificati essent super terminos Israelitarum. Insolitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuę nõ habitabuntur, & scietis, quia ego Dominꝰ Deus. Eo quod dixeritis: Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hereditate possidebo eas, cum Dominus esset ibi. Et mox: Audiui vniuersa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israël, dicens: Deserti nobis ad deuorandum dati sunt, & insurrexistis in me ore vestro, & derogastis aduersum me, verba vestra ego audiui. In Hebræo est, vt iam dixi: Et magnificati estis super me in ore vestro. Chaldæus: Et magnificati estis super me verbis oris vestri.

Magnificari.

26

27

28 Viuo ego

Viuo ego, dicit Dominus exercituum. Hieronymus: Et pulchre ad distinctionem mortuorum deorum, qui appellantur idola, sc viuentẽ dicit, &c. Est autem iurãdi formula, ac si diceret: sicut ego viuo, sic hoc fiet quod dico. Sed notæ huiusmodi similitudinis, vt iam sæpe adnotauimus, sæpe omittuntur, vt Gen.49. Catulus Leonis Iuda, id est, sicut catulus Leonis. Zach.7. Et cor suũ posuerunt, vt adamantem. Heb. Cor suum posuerunt adamantem.

Vt Sodoma erit. Id est, Funditus euertetur, & vastabitur, ad hoc enim tantum referenda est similitudo: Siquidẽ terra Moab nec cooperta est aquis, vt Sodoma, neque venit super eam ignis de cœlo. Ita dictum est Hamos.4. Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomam, & Gomorram. Similiter intelligendum est quod sequitur: Et filij Hammon sicut Gomorra, id est, terra filiorum Hammon, quod continuò magis explicat.

Siccitas spinarum. Pro siccitas in Hebræo est, מְמִשַׁק, quod recentiores Hebræi malè intelligentes perperam interpretantur. Hieronymus testatur significare siccitatem, & est sensus. Vrbes nunc magnæ, & florentes vertentur in terram siccis plenam spinis, cum excisæ fuerint à Chaldæis. Siccitas autem spinarum, magnam quamdam solitudinem

dinem significat, ac si diceretur: Nemo per hanc terram transibit, nemo in ea habitabit, atque ita non orientur modo spinę, sed manebunt etiam ibi donec exarescant, & concidant, nemine vnquam trãseunte, qui tollat, & expurget.

29

Et acerui salis. Tota terra plena erit sale. In terris maritimis ex inundationibus maris copia salis produci solet, atque ita manent acerui, cum habitatores desunt, qui agros colant, & salem colligant. Recentiores Hebræi vertunt: Et fodinæ salis, sed ipsi etiam fatentur rectè verti: Et acerui salis.

Et desertum vsque in æternum. Id est, vsque in longum tempus, ita enim sæpe capitur AEternum, vt diximus Mich.5.nu.40. Hieronymus: Aut certe hyperbolicè dici accipiendum est, עולם quippe & æternitatem sonat, & sæculum; ex quo & pro vno sæculo, & pro aliquanto tempore, & vna ætate accipi potest.

Reliquiæ populi mei diripient eos. Id est, Iudęi, qui de captiuitate Babylonica redibunt, superabunt, & euertent vrbes Moabitarum, & Hammonitarũ, ac eos ditioni suæ subijcient. Hoc factum ne aliquando fuerit, nõ possumus in dubium vocare, cum factum fuisse tempore Machabæorum, & sacra, & humanæ prodant historiæ. De Iuda legimus.1.Macha.5. Et transiuit ad filios Hammon, & commisit cum eis prœlia multa, & cõtriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos. Et cepit Gazer ciuitatem, & filias eius. * De Alexandro etiam rege ex semine Machabęorum, hæc scribit Ioseph.13. Antiqui.cap.21. Deuictis deinde Arabibus tributa Moabitis, & Galaaditis imperauit. Et ca.22. docet possedisse eũ vrbes in Moabitica, & Galaaditica regione. Idem ait lib. 1. de bello Iudic. cap.3. & Iosephus filius Gorionis libr.4. historiarum Iudaicarum, cap. 12. Qui & ibidem ait: In diebus illis fuerunt Iudæi potentes per omnem terram Syriæ, dominiumque habuerunt in regio palatio terræ Edom, & in vniuersa terra Moab, atque Hammon, & in omni terra Arabiæ vsque ad Petram deserti. Deinde enumerat vrbes quasdam, quas idem Alexander non subuertit in regione illa, & in alijs, ex quo intelligitur multas, magnasque ab eo fuisse subuersas. Idem fere legimus apud alterum Iosephum.13. Antiquit.cap.23.

10

Quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum Domini. Omnia hęc mala patientur, quoniam superbia elati insolenter locuti sunt contra Iudæos, irridentes eos, & gloriantes se eorum regionem vacuam occupaturos, quę iã exposuimus, nu.26. & 27.

TROPOLOGIA.

De allegoria, quæ tota de sæculi cõsummatione est, vt vidimus cap.1. nihil nunc dicam, quoniam ex historica, & morali interpretatione facilè intelligetur. Hieronymꝰ: Dicitur ergo ad singulos: O tu, qui sæculi negotijs occupatus per diuersa discurris, reuertere in sanctorum Ecclesiam, & iunge te eorum vitæ, & cœtui, quos vides placere Deo, & dissoluta membra animæ tuę, nec sibi cohærentia in vnam sapientiæ compage compagem, & illius hære complexui, & audi mystice: Confortamini manus dissolutæ, & genua debilia solidamini. Possumꝰ hoc capitulo vti pro tempore, si quando viderimus aliquem honoribus sæculi, & congregandis diuitijs occupatum ad Ecclesiã vel raro, vel nunquam venire, & dicere ad eum: Congregare, & coniungere populo Dei, qui Domini præcepta non audis, ante quam gloria tua pertranseat, antequã dies tibi furoris Dñi adueniat. Hæc Hierony. in quibus illud: Reuertere in sanctorum Ecclesiam, hoc tantum sonat: Adiunge te sanctis, esto in Ecclesia nõ solùm fide, sed etiã caritate: alioqui non dubitat, quin fideles, etiam si gratia careant, verè sint membra Ecclesiæ. * Quicunque ergo per varias huius sæculi voluptates dispergitur, & fit non amabilis, quia non amat eum, qui amore dignissimus est, congreget animæ suæ vires, vt diligat Dominũ Deum suũ ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex totis viribus suis, intelligatque eum, qui amorẽ Dei non habet, quantumuis naturæ bonitate, intelligentia, ingenio, eruditione, nobilitate, potentia, atque opibus præstet, esse non amabilem. Nec vero ætati confidat, aut valetudini, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, Pax, & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient. Ante ergo quam iusio Dei pariat extremum vitæ diem, conuertamur ad Dominum, neque in id tempus pœnitentiã differamus, quoniã dies ille transibit sicut puluis, irruet subitus, & violentus, vt puluis vento agitatus, & peccatorum oculos excæcabit, vt videre non possint, quæ videre nunc nolunt. * Multi putant eo se

31

Isa.31.

32

Deut.6.

1.Thes.5.

Pœnitẽtia non differenda.

33

Universidad de Deusto
Biblioteca

Difficilis in morte pœnitẽtia.

tempore pœnitentiam acturos, & magnitudine dolorum, atque curarum, ipsaque temporis breuitate ita perturbantur, vt excæcati puluere videãtur. Quid enim est nisi terra, & puluis quidquid cogitabant, quidquid amabant? Et quia ipsi puluis effecti sunt, iuxta illud: Non sic impij, non sic, sed

Psal.1. tanquam puluis, quem proijcit ventus à facie terræ; meritò puluere excæcantur. Quòd si tunc oculos non aperuerint, neq; clarã lucem viderint, quid eos manet, nisi

Rom.1. quod ait Apostolus: Tribulatio, & angustia in omnem animam hominis operantis malum? Hoc ergo est quod sequitur. *Antequam veniat super vos ira furoris Domini, antequã veniat super vos ira indignationis Domini.* Quare

Eccli.17. rectè admonet Ecclesiasticus: In partes vade sæculi sancti cum viuis, & dantibus confessionem Deo. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem cõfitere. A mortuo, quasi nihil perit cõfessio. Confiteberis viuens, viuus, & sanus cõfiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miserationi-

34 bus illius * Deinde, vt magis terreat impios, qui præsumptione elati futura supplicia non formidãt, iustos ad pietatem susceptam exhortatur hoc addens: *Si quomodo abscondamini in die furoris Domini.* Timere vult

Luc 23. iustum, & non timebit peccator? Si in viri-

1.Pet.4. di ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Et, si iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Vbi ergo sunt, qui nullũ peccatis modum imponentes, certam sibi in illam horam Dei misericordiam pollicentur, ac si planè in vitam æternam electos se esse scirent? Ne igitur rem, quam scire, vel maximè expedit, ignorent, quid de impijs futurũ sit, audiant. *Quia Gaza destructa erit.* Gaza fortitudinem sonat. Omnes ergo, vt ait Hieronymus, qui sibi applaudunt in fortitudine corporis, & potentia sæculari, & dicunt cum Diabolo: Fortitudinem faciã, diripientur in die iræ Domini, & ad nihilũ redigẽtur. Ascalon, id est ignis ignominię,

Libidinosi. eos significat, qui libidine ardent, & ignominia afficiunt animã suam, & corpus suũ, quod polluunt, de hoc enim vitio dictum

Iob.31. est: Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicãs genimina. *Ascalon ergo erit in desertum,* siue in desolationẽ, quia omnes illę turpes voluptates breui finientur, & sempiternis ignibus vindicabuntur,

Psal.7. scriptum enim est: Sagittas suas ardentibus

35 effecit. * Rectèque idem nomen & ignem ignominiæ significat, & ponderationem, quia quãtũ se glorificauit, & in delicijs fuit, tantum dabunt illi tormentum, & luctum. Azotus, quæ Hebraicè dicitur, Asdod, vastitatem significat, siue ignẽ generationis, aut dilecti, & in ea homines intelliguntur, qui verbis, aut factis improbis alios lædũt, & perdunt, id est, scãdalo illis sunt, hi enim sunt ignis generationis, aut ignis dilecti, quia hominibus suæ generationis, id est tẽporis sui, quasi ignis sunt, exemplo nocentes, & bona, quæ in alijs oriũtur, consumentes. Et quia ijs maximè nocent, quos amãt, & quibuscum assiduè versantur, rectè etiã dicuntur, Ignis dilecti. Horum magna erit, & manifestissima dãnatio, & quando sancti plenam recipiãt claritatem, in tenebras ignominiosissimè proijcientur omnibus videntibus, & gaudentibus, idcirco additur. *Azotum in meridie ejcient.* * Hacaron sterilitatem, aut eradicationem significat, in qua diuites auari pulchrè designantur, qui steriles sunt, & nullũ misericordiæ fructum ferunt. Quis illo diuite sterilior, qui induebatur purpura, & bysso, & epulabatur quotidie splendidè, & tamen Lazarus mẽdicus iacebat ad ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat? Magna etiam illa sterilitas hominis cuiusdam diuitis, cuius vberes fructus ager attulit, & cogitabat intra se dicens: Quid faciã, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dicit: Hoc faciam. Destruam horrea mea, & maiora faciam, &c. Nec vnquã illi venit in mentem, quot pauperes viduæ & pupilli egerent, quot virginum periclitaretur pudicitia, quot fratres suos fames diura cruciaret. Sterilis terra est, aut quia petris insidet, aut ipsa suapte sponte renuis est, aut pluuias non habet. Corda diuitum auarorum, his causis omnibus sterilia sunt; sunt enim saxea, dura videlicet, & frigida, & quia pinguedinem caritatis, & misericordiæ nõ habent, sicut qui dicebat: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Denique, quia non sunt misericordes, nec ipsi misericordiam consequuntur. * Conuenit & altera nominis interpretatio, quia non solum steriles sunt, sed etiam eradicãt & violenter euellunt aliorum bona, spoliant pauperes, & mille rationes excogitãt attrahendi pecuniam. Verum *Hacaron eradicabitur*, quia & ipsi violenter aliquando

Apoc.18.

Exemplo, aut doctrina lædentes.

36 Diuites auari sterilescunt.

Luc.16.

Psal.62.

37

auellentur

auellentur à bonis suis, & spoliabuntur, & æternam paupertatem sentient, sicut scriptum est: Væ vobis, qui saturati estis, quia esurietis. Et iterum: Væ, qui prædaris, nõne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse sperneris? Cũ consummaueris depradationem, deprædaberis, & cum fatigatus desieris contemnere, cõtemneris? Omnes Palæstini, id est, omnes reprobi, hoc habent commune, quod vehementer dolent, cum vident veros filios Israël, & genus Abrahæ promissum adeo diligenter in terram promissionis festinare. Quod pulchrè Moses docuit: Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti, & portasti cum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuũ. Ascenderunt populi, & irati sunt, dolores obtinuerũt habitatores Philisthijm. * Propterea quantum maximè possunt, contendũt bella aduersum eos gerere, & viam venientibus intercludere, atque in AEgyptũ repellere: exemplo, verbisque perdunt, & interficiunt animas festinantium, ideoque iurè perditores, & interfectores appellantur. His ergo futura supplicia prædicit Propheta: *Væ qui habitatis funiculũ maris gens perditorum.* Funiculũ maris habitant, quia semper curis huius sæculi molestis, quasi fluctibus rumpuntur, & sonum crescentiũ aquarum crebro audiunt, nec quiescunt vnquã, vt eorum vicini Iudæi, id est, vt ij, qui verbis, & moribus Deum confitentur, & laudant fruentes libertate illa verorum Abrahæ filiorum. Contra hos, qui vere sunt semen Chanaan, & non Iuda; quomodo exposuimus cap. 1. nume. 58. & 73. est verbum Domini, ita eos esse de terra disperdendos, vt nullus maneat, qui eã inhabitet, sed omnes flãmis gehennę tradantur concremandi. Quidquid de hominibus, in quibus prædicta vitia sunt, exposuimus, de vitijs etiam ipsis, & de malis spiritibus ad ea stimulantibus similiter intelligamus. * Quod sequitur: *Et erit funiculus maris requies pastorum, &c.* Iuxta allegoriam manifestum est: nam in terris olim infidelium doctores Euangelici cum discipulis suis requiescunt, & in loco vbi dictum est: Non plebs mea vos, ibi vocantur filij Dei viui. Præterea in locis & possessionibus malorũ, qui sanctos persequebantur, videmus requiescere sæpe pastores, qui remanserunt de domo Iuda, & caulas pecorum, id est, Abbates, & antistites religiosorum cum ouibus sibi commissis, vt vbi abundauit delictum, superabundet & gratia. Ita in AEgypto impia superstitionum, & idololatriæ officina innumeri successerunt greges monachorum, & nũc nõnulla monasteria extructa videmus, vbi quondam diuina maiestas grauiter offendebatur. Sed ad tropologiam reuertamur. Terra Palæstinorum Dei erat, & ab ipsis tenebatur, hæc est anima, quæ à Deo creata est ad imaginem suam. Palæstini sunt vitia illa, quæ iam in singulis vrbibus indicauimus, sed tunc de vitiosis hominibus, nunc de vitijs ipsis loquendum est. * Hos Palæ- 40
stinos vniuersos disperdet de terra sua Dominus, ita, vt non sit habitator: & terra eadem frequentabitur pastoribus, & pecoribus, & erit funiculus eorum, qui remanserint de domo Iuda. Pastores inter virtutes sunt, quæ alias gubernant, & ducunt, vt fides, spes, caritas. Oues sunt ceteræ virtutes morales, quæ harum ductum, & imperium sequuntur. Denique pastores huiusmodi, & dona Spiritus sancti, quæ Deus suscitat in Ecclesia, nec patitur à vitijs, & hostibus nostris extingui, sed auertit captiuitatẽ eorum, requiescent in terra hac, & in domibus Ascalonis cuerfæ, id est, vbi olim habitabant ignes libidinum, vt in Maria Magdalena, in Maria AEgyptiaca, & in alijs quamplurimis, vt quotidiana testantur exempla. Nunc in Moabitas, & Hammonitas inuehitur: *Audiui opprobriũ Moab, & blasphemias filiorum Hammon.* In Moab superbi animi cogitationes, & actiones indicãtur, iuxta illud Iere. 48. Audiuim⁹ superbiã Moab, superbus est valde, sublimitatem eius, & arrogantiam, & superbiam, & altitudinẽ cordis eius. * In Hammonitis crudeles animi 41
motus, & de suis emolumentis tantum curantes, aliorumque profectum impedientes intelligamus, quoniam Hamos. 1. dicitur de Hammon: Eo quod dissecuerit præguantes Galaad ad dilatandum terminum suum, quod ibi latius exposuimus num. 31. Et de Moab, cap. 2. eiusdem Hamos nu. 6. Quod de cogitationibus, siue actionibus dico, etiam de malis spiritibus intelligo illorum autoribus; immo de his maximè intelligi volo. Vtrique quantis contumelijs afficiãt populum Dei, id est, sanctas animæ cogitationes de rebus magnis pro Deo faciendis, in nobis ipsis experimur.

Et magnificati sunt super terminos eorum, quia occupare animam volunt, & quidquid san-

ctum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum est ex ea eijcere. Sed ne terra, quæ ab impijs possessoribus occupatur, id est, anima, quę ab his cogitationibus, & ab his spiritibus posidetur, desperet se in pristinam libertatē posse restitui, vt verè populi Dei sit, iurat Dominus: *Viuo ego, dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israel* (qui populi sui non obliuiscitur) *quia Moab vt Sodoma erit, & filij Hammon quasi Gomorra.* * Delebit enim Deus per Spiritum sanctum suum Moabitas, & Hammonitas, & introducet populū suum igne pœnitentiæ, qui cœlestis ignis est, consumetur quidquid erat Moab, & Hammon. Totum conuertetur in siccitatē spinarum, quæ igne pœnitentiæ, & caritatis delebuntur, & in aceruos salis, qui lacrymis peccatorum, & multo fletu, tum fluentis gratiarum liquescant, & defluant. Hæc omnia, quæ exterminant Moab, & Hammon, sunt reliquiæ populi Dei, quæ animam deinceps obtinebunt. Quæris, cur hæc patiantur Moab, & Hammon? *Pro superbia sua, quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituum.* Id est, quia maligni spiritus elati sunt posidentes nobilissimam Dei creaturam, atque ita fortiter tenebant, vt sperarent nunquā se indeeijciendos. Huiusmodi enim tyrannis aduersariarum potestatum, & rei ipsius indignitas, atque hominū miseria etiam ipsis tacētibus misericordiam Dei excitat, sicut ipse ait: Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus: ponam in salutari, fiducialiter agam in eo.

42

Psal. 11.

HISTORIA.

43

Horribilis Dominus super eos. Terribilem, & formidabilem se exhibebit Deus aduersus has nationes, adeò vt nō solum eas perdat, sed etiam deos ipsos, quos colunt, & à quibus auxilium sperant. (Hoc est enim, Attenuabit, perdet, vires & potentiam eis auferet, Lxx, Disperdet.) Atq; ita hos deos perdet, vt è tota terra electurus eos sit, vt pro eis verus Deus adoretur. Quod tempore Machabæorum cœpit impleri, sed planè implerum est prædicantibus apostolis, & eorum discipulis in illis regionibus. Ex hoc loco Eusebius lib. 2. de Demonstr. Euange. demonstratione. 16. & August. 18. de Ciuitate. cap. 33. probant aduenientе Christo auferenda fuisse simulacra, & gentes ad Deū esse conuertendas.

Et adorabunt eum vir de loco suo. Lyranus malè exposuit: Adorabunt eū viri (ita enim legit) id est, Iudæi de loco suo, id est, de templo per Zorobabelem reædificando, quæ Iudaica expositio est, cum manifestissimè loquatur de populis gentium. * Vir ergo est, quisq; de loco suo, vel in loco suo, adorabunt eum, id est, diuersarum nationū homines Deum verum adorabunt, vnusquisque in sua regione. Quasi dicat: Non adorabitur in solo templo Ierusalem, vt Iudæi putabant, neque in sola Iudea, sed in omnibus nationibus, & vbique erunt templa. Vir more Hebræorum poni pro Vnusquisque, & legendum esse, Vir, non Viri, ostendimus. Ioe. 2. numc. 6. Er, De, ponitur pro In, vt diximus Nah. 1. num. 38 & Hab. 3. numero. 25.

44

Omnes Insulæ gentium. Non videtur improbabile, quod quidam affirmant, insulas dici in Scriptura, non solum quæ mari vndique alluūtur, sed omnes etiam regiones, ad quas è terra promissionis, nisi per mare commodè veniri non potest, vt Gene. 10. Ab his diuisę sunt insulę gentium in regionibus suis, vnusquisque secūdum linguam suam. Ier. 25. Et regibus insularū, quæ sunt trans mare.

Insulæ.

45

Sed & vos AEthiopes interfecti gladio mei eritis. De AEthiopibus loquitur, qui sunt trans AEgyptum, vnde fuit regina Saba, & regina illa AEthiopum, cuius Eunuchus baptizatus est à Philippo, Act. 8. Hi enim molestissimi aliquando fuerunt populo Israël, & cum magno exercitu eum aggressi sunt regnante Asa. 2. Paral. 14. Intelligimus autem hos fuisse ex AEthiopia trans AEgyptum, quoniam Sacra narrat historia eos venisse Maresam vsque, & exisse illis obuiā regem Asa, eumque fugientes persecutum esse vsque Gerara, quæ vrbs est in fine Iudeæ versus AEgyptum. Et. 2. Paral. 12. legimus Sesac regem AEgypti venisse contra Ierusalem cum magno exercitu collecto ex AEgyptijs, & Troglodytis, & AEthiopibus. De hac etiā AEthiopia loquitur Isaias, cap. 18. Væ terræ Cymbalo alarum, quæ est trans flumina AEthiopiæ, intelligit autem AEgyptum. Iure igitur etiam contra hos prophetat, quia inimici populi Dei erant. Gladium vero suū appellat Dominus gladium Chaldæorum, quibus ministris vsus est ad interitum AEthiopum.

46

Mihi probabilissimum videtur AEthiopes tunc fuisse à Nabuchodonosor victos,

cum

cum vicit AEgyptos vicinos, id est, quinto anno post excidium Ierusalem, eo enim victa est AEgyptus, vt docet Iosephus. 10. Antiquit. cap. 11. De victoria quidem Nabuchodonosor de AEthiopibus nihil in Scriptura habemus, quod sciam, expressum, sed dubium tamen esse nemini debet, quoniā Megasthenes in quarto Indicorum (quem refert Iosephus libr. 1. contra Apionem) affirmat Nabuchodonosor magnam Africæ partem subiugasse. Deinde Sophonias inter Moabitarum, & Hammonitarum clades, & Niniuitarum commemorat interfectionem AEthiopum, quasi eodem tempore factam, quo Nabuchodonosor innumeras nationes debellauit. Pro certo ergo habendum est, ab eodem vastatos fuisse AEthiopes, eodemque tempore cū Moab, & Ammon, & Niniue. Illud autem: Sed & vos AEthiopes, emphasin quādam habet, id est, Quamuis remoti estis, tamē quia vexastis filios Israël, sumam de vobis supplicium. In Heb. est: Sed & vos AEthiopes, interfecti gladio meo ipsi, siue illi, more Hebræorum vsitato, quo personæ commutātur tertia in secundam, & secunda in tertiā, & prima in vtramque, vt Sopho. 3. * Timebis me, & suscipies disciplinam, & non peribit habitaculum eius, pro Tuum. Gene. 49. Ad prædam fili mi ascendisti, & requiescēs accubuisti vt Leo. Hebr. Incuruauit se, accubuit vt Leo. Isa. 22. Et expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponā te. Heb. Deponet te. cap. 42. Nonne Dominus ipse cui peccauimus? Et noluerunt in vijs eius ambulare. Isa. 1. Confundētur enim ab idolis, quibus sacrificauerunt, Heb. Quibus sacrificastis. Et multa alia huiusmodi.

47

Reg. communia perfectionis perfectiones propheticæ.

Et extendet manum suam super Aquilonem. Id est, super terram Assyriorum, quæ vt sępe diximus, Aquilonaris erat Iudeæ. Vaticinatur contra potētissimum regnū Assyriorum, cuius caput erat Niniue, qui captiuas duxerant decem tribus, & duabus fuerant molestissimi, vt videmus. 4. Regum 18. &. 19. & prædicit exitium Ninives, de quo scripta est prophetia Nahum, & multa ibi à nobis dicta. Mutat autē subito personam, vt sæpe solent prophetæ, hactenus enim Deus loquebatur, nunc Propheta loquitur, aut certè Deus ipse de se loquitur, ac si de alio loqueretur, quod frequens etiam est.

Et perdet Assur. Id est, Assyrios, singularis, vt solet sæpe, pro plurali.

48

Et ponet Speciosam in solitudinem. In Hebr. est: Et ponet Niniuen in solitudinem. Ita etiam Lxx. Sed Hieronymus intellexit in nomine vrbis indicari eius pulchritudinē, & magnitudinem, & potentiam, ac si diceret Propheta: Illa, quæ erat speciosa, & pulchra, omni decore suo spoliabitur. Ideo maluit speciosam dicere, satis enim ex adiunctis constabat Niniuen esse. De qua re diximus nume. 19. Hic videmus ex ordine quo hæc prophetātur, verum esse quod diximus in longa illa quæstione initio cap. 2. Nahum, Niniuen vastatam esse à Chaldæis post excidium Ierusalem. Hebræi veteres, vt refert Hieronymus, & quidam è recentioribus, Babylonem intelligi volūt temere omnia commiscentes, cum in Hebræo sit Niniue, & dictum sit: Et perdet Assur, neque enim Babylon pertinet ad Assur, sed ad Chaldæos, qui vastauerunt Assur.

49

Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium. Hebræi, vt refert Hieronymus, omnes bestias gentium interpretantur nationes feroces, quæ cum Nabuchodonosor conuenerunt ad expugnandum Niniuen, & in capta vrbe requieuerūt. Sed possumus & propriè accipere. * Quemadmodum enim paulò ante dixit fore, vt pastores, & pecora quiescerent in domibus Ascalonis, vt eius subuersionem futuram indicaret, ita nunc quoniam dixit: Et ponet speciosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum, vt magis nobis ob oculos ponat vastam illam, & tristem solitudinem futuram, vbi paulò antè vrbs fuerat nobilissima, & maximi imperij caput, multa cōmemorat, quæ non nisi in desertis locis videntur. In medio ergo Niniues excisæ accubabunt greges, & omnes bestiæ gentium, id est, pecora, siue bestiæ vicinarum Niniue gentium pascentur, & stabulabuntur in campis, vbi Niniue fuit. Nam חַיָּה, quod hic ponitur, generaliter accipi solet pro quouis animali, vt Psalm. 103. Animalia pusilla cum magnis. Ezec. 1. Et animalia ibant, & reuertebantur. Sic etiam bestia apud nostrum interpretem, vt Psalm. 103. Portabūt omnes bestiæ agri, pro quo Hieronymus vertit: Omnia animalia regionum.

Et onocrotalus, & ericius in liminibus eius morabuntur. Hæc, & quæ sequuntur, vt modo diximus, eò pertinent, vt intelligamus in loco, vbi Niniue fuerat, magnam futuram so-

litudinem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

50 litudinem.* Ad hoc autem vehemẽtius, & efficacius significandum meminit auium, & animalium, quæ morari non solent, nisi in vasta solitudine, cuiusmodi sunt onocrotalus, & ericius. Idem videmus apud Isaiam cap.13.& 34. Sed sunt vocabula tria interpretanda, onocrotalus,ericius,limen, in quorum interpretatione variant Hebræi, quoniam illorum vim planè ignorabant. Pro Onocrotalus,in Hebrẽo est קָאַת quem doctiores ex Hebræis volunt esse culculum. Sed credendum est Lxx, & ceteris veteribus interpretibus, quos vbique sequitur Hieronymus,qui onocrotalum esse dicunt,vt Leu.11. Cygnum, & onocrotalũ. Deuter.14. Onocrotalum, & charadrium, singula in genere suo Isa.34. Et possidebũt illam onocrotalus,& ericius,& ibis,& coruus habitabunt ibi, * Onocrotali meminit Plinius lib.10. ca. 47. estque auis similis cygno, sed multo maior, nomen habet à voce,quæ similis est asininæ, ὄνος enim asinus, & κροτᾶν sonare est. Eadem auis Pelecanus dicitur, aut etiam Pelicanus, Psal.101. Similis factus sum pelicano solitudinis,vbi Hieronymus etiam vertit, Pelicano,& in eiusdem loci commentarijs docet pelicanos dici quoque onocrotalos, esseque eorum duo genera, alterum quod in aquis est, & esca eius pisces sunt, alterum quod est in solitudine, & esca eius sunt venenata animalia. Hic etiam ait: Onocrotalorum duo genera,aliud aquatile,aliud solitudinis. Idem sentire videtur Plinius:Habet autem Onocrotalus(vt est apud Plinium)in medijs faucibus ingluuiem, id est, ventriculũ quemdam miræ capacitatis,quem aqua implens, apertoque ore multos pisciculos excipiẽs, repẽte aquam euomit, prædaque pascitur. Ex qua re nomen videtur habuisse apud Hebræos, nam קָאַה significat vomere. Idẽ ferè de Pelicano scribit Aristoteles in libro de mirabilibus auscultationibus ferè in principio. Pelecanos, inquit, aiunt cõchas fluuiatiles vorare, multitudinemque ingestã mox vomere, ac eo quod esui est, vesci, ceterum à testa abstinere. * Alterum vocabulũ est קִפּוֹד de quo Hebræi varia sentiũt, nos omnino ericium esse credimus, quoniam Lxx,& Hieronymus ita interpretantur, vt hic, & Isa.14. Et ponam eam in possessionem ericij, & cap.34. Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius, quod & Vatablo placuit. Tertium est כַּפֹּתְרִים, quod

Onocrotalus.

51

52

propriè poma significat. Hinc limen superum, & inferum, in quo poma sculpi solebant, hoc nomen habent, cardines etiam, propter rotunditatem, sicut Hieronymus exposuit. Igitur in liminibus fenestrarum, & domorum, tam in superis quam in inferis,siue in ipsis cardinibus morabũtur onocrotalus, & ericius, cum nullus relictus sit habitator, qui exterreat. Hoc nomen est apud Hamos.9. vbi ait: Et commouebatur superliminaria.

Vox cantantis in fenestra. In fenestris erit vox cantantis,id est,cantantium auicularũ, vt intellexit Chaldæus,& alij; nec Hieronymo displicuit, auium videlicet, quæ solent in desertis locis commorari. Sed fortè ita melius explicabimus: Pro voce cantantis in fenestra, id est, corum, qui musico sono olim canebant in fenestris in lætitia ciuitatis, audietur coruus in superliminari fenestræ. * Multi negant vertẽdum fuisse, Coruus,sed Vastitas,aut,Desolatio,causamque erroris hanc esse dicunt quod hic ponitur, חֹרֶב quod significat siccitatẽ, gladium, vastitatem: interpres autem videtur legisse עֹרֶב, prima litera diuersa,quod coruum significat. Sed Hieronymus pro se loquitur: Quod & nos, & Lxx similiter transtulim⁹. Coruus in superliminari,in Hebræo ponitur, חֹרֶב, quod secundum lectionis diuersitatem, vel siccitas, vel gladius, vel coruus accipitur. Vnde & Aquila gladium, alij siccitatem interpretati sunt. Igitur aut hoc nomen coruum quoque significat, vt ait Hieronymus, aut si id negant, illud potius scribendum est, quod ipsi significare coruum volunt. Sed quoniam illud non significat siccitatem,& gladium,& coruum: quis,nisi omnino desipiat, credendum potius non putabit Lxx interpretibus,& Hieronymo, quam nouis Hebræis imperitis, & cæcis ducibus.

53 *

Quoniam attenuabo robur eius. Qui modo attenderit fortitudinem Niniues, putabit fieri nõ posse quæ dico, at fient sine dubio, quoniam ego auferam ei fortitudinem, & ita attenuabo vt facilè ab hostibus capiatur. * Ex hoc loco satis cognoscitur Hebræos codices, quos nunc habemus, non omnino conuenire cum antiquis, quos habuit Hieronymus. Nam si,vt nunc habent, legamus,vertendum erit: Quoniam cedrũ eius denudabit, id est, structuras eius vrbis cedrinas demolietur, & denudabit

54

hostis:

hostis: quomodo vertunt recentiores כִּי אֲרוֹמֵם עֹזּוֹ. At Hierony. legit כִּי אֲרוֹחַ עֹזּוֹ id est, Quoniam attenuabo robur eius. Et quidem in priori dictione diuersitas punctorum,quæ tunc nulla erant,efficit,vt vel, Cedrus eius vertatur, vel, Attenuabo. Posterior autẽ deprauata est, veteri enim exẽplari Hieronymi credere æquius est, quod secutura erat Ecclesia, quam nouis.

Hæc est ciuitas gloriosa. Iusultat Propheta ruinæ superbæ ciuitatis. En, inquit, ciuitas gloriosa, id est, plena diuitijs, ac potentia, & proptereа exultans, & læta. Nam עַלִּיזָה & glorioſam significat, vt ca.3. Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & exultantem, vt Isa.22. Ciuitas exultans.

55

Habitans in confidentia. Securè viuens, & nihil sibi timens.

Ego sum. In Hebræo tantum est: Ego, quę vox arrogantis est,& neminem secum conferentis. Quasi dicat: Sola ego sum, & ceteræ vrbes, etiam si magnæ videantur, mecum collatæ nihil sunt, & hoc est quod dicit. Et extra me non est alia amplius. Isa.47. de Babylone: Et nunc audi hæc delicata,& habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego sum,& non est præter me ampli⁹.

Quomodo facta est in desertum! Admirantis videtur: Quomodo tanta vrbs facta est desertum,& cubile bestiarum? Sed irridentis potius est.

Omnis,qui transibit per eam,sibilabit. Sibilare irridentium est. Thren.2. Sibilauerunt,& mouerunt caput suum super filiam Ierusalem. Ezec.27. Negotiatores populorum sibilauerũt super te, ad nihilum deducta es. Ita etiam Latini dicunt Sibilare, & Exibilare,cuius contrariũ est Plaudere & Applaudere,vt:

56

Populus me sibilat,at mihi plaudo
Ipse domi.

Et mouebit manum suam. Mouere manum quibusdam videtur esse attoniti, & obstupescentis de tantæ vrbis ruina. Mihi magis videtur esse gaudentis, & simul irridentis. Assyriorum enim tyrannis, & violentia multos sibi hostes fecerat, qui de eius ruina, & infortunio lætarentur, vt docuit Nahum cap. vltimo. Sed potest dupliciter intelligi motio manus, vt aut altera alteram feriat plaudendo, quod est exultantis, vt Psal. 46. Omnes gentes plaudite manibus. Thren.2. Plauserunt super te manibus trãseuntes per viam; sibilauerunt, &c. Et hoc est quod Nahum in fine suæ prophetiæ dixit: Omnes,qui audierunt auditionẽ tuam, compresserũt manum super te, quia super quem non trãsijt malitia tua semper? Quãuis id & aliter intelligi potest, vt suo loco diximus. Aut etiam potest manus moueri, vt in eum, quem irridemus, extendamus, quasi cum indicantes, quod mihi videtur probabilius.

TROPOLOGIA.

Horribilis Dominus super eos. Mirabiliter disperdet Dominus omnes hostes suos,& liberabit terram suam,id est, animam, quam in gloriam suam creauit. Atque vt melius eam liberet, *attenuabit omnes deos terræ.* Mira Dei erga nos prouidentia,mira benignitas, & caritas, qui nihil ꝙ ad salutẽ nostram expediat,prætermittit. Multi perirent, neque vnquam ad Deum conuerterẽtur, nisi eorum Deos attenuaret,& perderet. Ita enim amore rebus sæculi caducis inhærent,vt dũ illæ superfuerint, aucIli ab eis nullo modo posse videantur. Sed, vt salui fiant, tollit eas Deus de medio, hunc diuitijs, illum voluptatibus,vxore,amica,filijs,honore,eadẽq; re, quam maximè amabat, & cuius causa Dei obliuiscebatur, abdicat, & priuat. Et quoniam hoc medicamenti genus vtile quidem illud, sed triste tamen est,quibus adhibetur, & horribile, rectè ait: *Horribilis Dominus super eos.* Quantæ autem vtilitatis sit,indicat quod sequitur. *Et adorabunt eum vir de loco suo*: quisque enim pro cõditione sua Deum adorabit,vbi nullum idolum relictum sit, quod posit adorare, & spe illa voluptatis è creaturis capiendæ deiectus, ad creatorem qui deficere non potest, conuertetur. * Nec solum hoc facient, qui nõ longè recesserant à Deo, & conuerti facilius possunt, sed etiam *omnes insulæ gentium*, id est,qui longius abierant, & sæculi illecebris magis capti, magis in dies à Deo separabantur. Ij enim maximè in insulis intelliguntur,iuxta illud: Audite insulæ, & attendite populi de longè. Rectè autem dicũtur insulæ gentium, quia illi more gentium viuunt,non more populi Dei. Dauid immodicè infantulum amabat, quem pepererat vxor Vriæ, deprecatusque est Dominum pro paruulo ægrotãte,& ieiunauit ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. At cũ audiuit eum obijsse, surrexit de terra,& lotus, vnctusque est, cumque mutasset vestem, ingressus est domum Domini,

57

Deus auert nobis quæ maximè amamꝰ, vt nos ad se reducat.

58

Isa.49.

1.Reg.12. Quam vtile sit electis spoliari rebus, quas immodicè amabant.

& ado-

& adorauit,& venit in domum suam, petiuitque,vt ponerent ei panem & comedit. In quo docemur electos,cum idola eis auferuntur,de terra surgere, qui prius turpiter humi iacebant vocati ad cœlestia,& cũ desunt ea,de quibus omni tempore cogitabant, incipere de melioribus cogitare. Tunc abluuntur,& vnguntur, quomodo
59 Dominus iubet: * Tu autem cum ieiunas,
Matt.6. vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Abluuntur lacrymis pœnitentiæ & vngũtur oleo suauissimo caritatis,& donorum sancti Spiritus,vt similes sint illi,de quo dictum est:Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Mutant vestem,
Eph.4. exuunt enim veterem hominem cum actibus suis,& induunt nouum, qui secundũ Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Tunc demum ingrediuntur corde in domum Domini, & eum adorant, quem ante non prorsus verè adorabant, quia solus vult adorari, nec patitur in anima serui sui consortem honoris sui, sicut olim in templo nullius ex dijs gentium statuam permisit collocari. Propter quod Da
Psal.77. uid ait;Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in sæcula:nam sicut vnicornis cornu, quo maximè valet,ceteras feras à latibulo, & à fetu suo arcet, ita Deus lege sua prohibuit cuiusquam cultum in templum suum induci. Templum autem Dei anima est viri
60 iusti * Tunc etiam veniunt in domũ suam, id est,ad semetipsos redeunt,& ad interiorem domum,antea enim per amorẽ egrediebantur, & ibi erant, vbi erant quæ amabant. Panem sibi apponi petunt, & comedunt. Panis est cœlestis doctrina, à qua abhorrebant,panis est diuina Eucharistia, quam (quia minus dulcis solito erat deprauato rebus terrenis palato) minus
Psal.101. quam solebant, & tepidius sumebant, & percussi erant vt fenũ, & aruerant corda
Psal.21. eorum,quia obliuiscebantur comedere panem suum. Comedentes autem saturantur,& laudant Dominum,& requirunt eũ, & viuent corda eorum in sæculum sæculi. Post hæc omnia AEthiopib⁹ Deus minat.
Æthiopes. *Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis.* AEthiopes fœdissimi hominum sunt,& longè à populo sanctorum,id est,Israel, distabant;quẽ tamẽ bello nõnunquam infestabant. Hi sunt homines perditissimis moribus (in omnibus enim scripturis, vt ait Hieronymus, AEthiopes dicuntur,qui penitus in vitia sunt demersi) & qui in vitijs ita inueterauerunt,vt consuetudinẽ quo-
Ier.13. dammodo in naturam vertisse videantur. Quib⁹ dictũ est:Si mutare potest Aethiops
61 pellem suam, & pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis
Qui sunt malum in cunctis peruersi. malum.* Longissimè distant à iustis,& sanctis,sed tamen eos nonnũquam persequũtur. Nam virtutem illi vehementius persequi solent inter Christianos,qui nolunt ce teris peiores videri;& quia mali sunt,alios quantum possunt,à pietate auocãt,& auertunt,vt similes sibi sint. At qui perfricta frõte peccatis se dederunt, & in profundum malorum veniunt,solent cõtemnere, nec curant boni,ne an mali habeãtur, minusq; iustos persequuntur. Sed interdum tamẽ ita ab iniquitate occupantur, vt pietatem oderint,& ceteris se adiungant ad persecutionem bonorum, vt AEthiopes AEgyptijs contra populum Dei. Quod de homi nibus diximus,id(vt iam in præcedentibus explicauimus) de vitijs eorumdem homi-
Ephe.6. nũ,& de malis spiritibus ad ea incitantib⁹, intelligendũ est. Huiusmodi Aethiopes gladio Dñi interficientur.i. verbo Dei,vt nos beatissimus Paulus docuit,quoniã eo ver-
62 bo,quod ex ore prædicatorum sonat in Ec
Iuda 17 clesia,& quo Deus animæ per se ipsum loquitur, cadent AEthiopes. *Propter quod CHRISTVS ait: Posuit os meum quasi gladium acutum. Viuus est enim sermo Dei,
Hebr.4 vt est apud eumdem Paulum, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ,& spiritus,compagum quoque,ac medullarum.
Locus Hebr. Animã diuidit ab spiritu,quoniã cum cõiunctissimæ sint animæ duæ portiones, inferior,quæ anima dicitur,& superior, quæ vocatur spiritus,vi sua efficit verbum Dei vt animæ desideria spiritus perfici vetet, abijciatque omnem vẽtris,Veneriſque voluptatẽ, inedia, vigilijs,verberibus,labore, corpus excruciet. Compages etiam diuidit,& medullas, quia quæ intima sunt, & penitus animo nostro insident, ita vt sine eis viui nõ posse videatur,separat à nobis, vt CHRISTI amore nõ dubitem⁹ amicos, fratres,sorores,parentes,& quidquid carissimum habeamus,relinquere. Compages propriè ligamenta illa sunt, quibus ossa inter se ita valide colligantur,vt multa vi, ac magno labore diuellantur. Diuidit igitur

compages

cõpages,& cognata ossa separat: aut cõpages more Hebræorum ossa ipsa compacta vocauit. Medullæ in intimis ossibus sunt, sine quibus nec vita, nec motus animantis constare posset. Has etiam extrahit, & ab ossibus secernit; ideò coniunctissima quæque,& maximè cohærentia compagum,ac medullarum nomine expressit.

Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur. Nunc iam apertè Diabolo ipsi tot malorum, & scelerum incentori diuinus sermo comminatur, quem in Assur intelligi sæpè iam diximus,de quo Michæas ait:Et erit iste pax, Assyrius cum venerit in terram nostram, & quãdo calcauerit in domibus nostris. Ad Aquilonem hic habitat, vnde iuxta Ieremiam, panditur omne malum aduersus populum Dei: & in Ioele legimus: Et eum,qui ab Aquilone est,procul faciam à vobis, & expellam eum in terram inuiam,& desertam: quæ suis locis mystice exposuimus in vtroque propheta. Extẽdet igitur Dominus manum suam super Aquilonem,& perdet Assur, quia in aduentu Domini seruatoris principẽ huius mundi eiecit foras, & alligauit fortem, & abstulit illi vasa, in quibus confidebat, & omnes creatorem suum agnoscere cœperunt,& adorare Deum viuum, & quem ipse misit, Iesum Christum. * Speciosam, id est, ciuitatem Babylonem, quã ædificat amor sui vsque ad contemptum Dei, & semper bellagerit cum Ierusalem, cuius typus est Niniue, posuit in solitudinem, quia exaltatus à terra omnia trahere cœpit ad se ipsum,& in mundo relicti sunt greges, qui quasi rationis expertes cæcos suos duces sequebãtur, de quibus ait Apostolus: Sciris autem quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini,euntes. Denique *omnes*, inquit, *bestiæ gentium*, homines feri, insipientes, bestiarum more viuentes. Et *Onocrotalus*, id est, voraces, quorum Deus venter est,& *ericius*, id est,spinosi homines, plenique peccatis, & quidquid contingerint vulnerantes. Auiculæ cantantes,homines videlicet leues, libertatis, & voluptatis studiosi. Corui⁹, nigra auis,& libertate abusa, cum ex arca emissa est à Noe, cuius vox est, Cras, nec vnquam sonat Hodie. Quare recte in eo intelligũtur homines nigri peccatis, otio,& donis Dei abutentes,qui semper conuersionem pollicentur Cras, nec vnquam dicunt,Hodie. * Postquam ita attenuatum est robur Diaboli, & Babylonis, serui Christi triumphantes, & irridẽtes, de ea dicunt: Hæccine est ciuitas illa gloriosa? Babylon illa æmula Ierusalẽ,quæ in sua potentia,& in sapientia,& eloquentia sua gloriabatur, & se omnium amore dignissimã putabat? En versa est in cubile bestiarum, solę enim bestiæ in ea relictæ sunt. Omnes eam irridebunt, sibilabunt, & mouebunt caput. Quod factum est initio nascentis Ecclesiæ, hodie etiam quodammodo per Dei gratiam fit,multos ad se è Babylone,id est, è peccatorum confusione vocantis ad instituta sanctarũ religionum, ad castitatẽ, ad voluntariam paupertatem,ad austeritatem pœnitentiæ, ad studium orationis, & assiduæ sacramentorum perceptionis, denique ad viram ciuibus sanctæ Ierusalem dignam. Qui verò relinquuntur, sunt greges, & bestiæ gentium, & reliqua,quæ iam exposuimus.

CAP. III.

VAE prouocatrix & redempta ciuitas, columba. *Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquauit. Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere, nõ relinquebant in mane. Prophetæ eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum,iniuste egerunt contra legem. Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem: manè, manè iudicium suum dabit in luce, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus confusionem. Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habita-*
Ezech.22. Mich.3.

K tore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tore. Dixi, Attamen timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum eius, propter omnia in quibus visitaui eam: veruntamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Quapropter expecta me dicit Dominus in die resurrectionis meæ in futurum: quia iudicium meum, vt congregem gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes in nomine Domini, et seruiant ei humero vno. Vltra flumina AEthiopiæ: inde supplices mei fily dispersorum meorũ deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus prauaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adycies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem et egenum: & sperabũt in nomine Domini. Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, Iubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Hierusalem. Abstulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltra. In die illa dicetur Hierusalem, Noli timere: Sion non dissoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude. Nugas quæ à lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: vt non vltra habeas super eis opprobrium. Ecce, ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in tempore illo: et saluabo claudicantem, & eam, quæ ejecta fuerat, congregabo: & ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum. In tempore illo, quo adducam vos, & in tempore, quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

Supra.1.

Mich.4.

HISTORIA.

Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, columba. Ab optimo Senario Hieronymus nihil minus agens incepit:

Væ prouocatrix, & redempta ciuitas.

Iterum conuertit sermonem ad Ierusalem, quam reprehendit, quòd semper ingrata erga Deum exiterit, & omnes in ea hominũ conditiones multis peccatis contaminentur. Væ tibi ciuitas, quæ nunquam tuis scelerib⁹ desistis Dei irã prouocare, & quidẽ cum redempta sis, id est, cum fueris magnis periculis ab eo liberata, quẽ prouocas, id enim te maximè à peccãdo auertere debuisset, vel amore, & grati animi recordatione, vel certè timore, ne te irat⁹ postea in periculis deserat. Hoc autẽ dicit, quoniã & aliàs liberata est Ierusalem, & maximè cũ oppugnabatur à Senacherib. 4. Reg. 18. & 19. Eãdem meritò post hęc columbã appellat, id est, stultam, & non habentem cor, ic facilè se capi sinentem. Quod ex verbis Hoseæ. 7. intelligitur. Factus est Ephraim quasi columba seducta non habens cor, de quo suo loco satis diximus. * Pro eo quod nos habemus: Redempta, & Columba, alij vertunt; Inquinata, & Opprimens, rectèque ita etiam verti potest, nam גָּאַל vtrumque significat Redimere, & inquinare. Et יוֹנָה si nomen sit, columbam significat, si autem participium sit verbi יָנָה idem est, quod Opprimens, quomodo etiã quidam interpretantur illud Ier. 25. A facie gladij columbæ, vt transferatur: A facie gladij opprimentis. Sed Lxx ita vtrumque verterunt, vt est in nostra translatione, quę maiorem profecto vim habet, & significantior est. Maior est in primo vocabulo difficultas, quoniam vbi habemus, Prouocatrix, in Hebræo est מוֹרְאָה pro quo recentiores Hebræi interpretantur, Fœdata, quibus minimè assentior, neque enim verbũ huiusmodi proferre possunt, quod significet fœdare, sed alludunt nescio quò, & somniant. Hieronymus à verbo מָרָא deduxisse videtur significante amarum esse, vel amarum facere, quod eius verba indicant: Væ prouocatrix ciuitas, quod significantius Hebraice dicitur מוֹרְאָה, id est, παραπικράσουσα, quod possumus dicere: Deum amarum faciens, id est, tuo vitio dulcem Dominum atque clementem vertens in amaritudinem, vt qui misereri vult, punire cogatur. * Fuit quidẽ hoc verbum nouis Hebræis ignotum, quos & alia multa latuerunt, sed notum Hieronymo fuit, qui multo plura vidit. Arbitror & illud, παραπικράσουσα, desumptum esse ex aliquo vetusto interprete, quos solet Hieronymus semper imitari. Denique Hieronymi sententia veterum Hebræorum, doctiorumque sententia est, quos ipse sequit, vt in proœmio cõmẽt. in Haggæũ, si Dñs dederit, ostendem⁹.

Non audiuit vocem. Noluit audire vocem Domini per prophetas suos clamantis, & correpta, atque punita noluit recipere disciplinam, & resipiscere.

In Domino non est confisa. Prementibus malis, & vrgentibus periculis non est confisa bonitati Dei, neque per pœnitentiam, & orationem ad Deum appropinquauit, vt liberaretur, sed aliunde auxilia quæsiuit, vt Hos 7. AEgyptum inuocabant, ad Assyrios abierunt. Lege Isai. c. 31.

Principes eius in medio eius quasi leones rugientes. Principes, & magnates eius semper prędam quærunt, & sanguinem subiectorum effundunt. Leonũ est rugire capta præda. Ham. 3. Numquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam.

Iudices eius lupi vesperæ. Qui iustitiam tueri, & rapinas, ac furta tollere debuerant, ij omnium rapacissimi sunt, vt lupi vespertini, qui fame stimulante celerius rapiunt, & deuorant. De quibus diximus Hab. 1, 18. & sequentibus. 4

Nõ relinquebãt mane. Lupi vespertini cũ fame vehementius vrgentur, omnia deuorant, nihil in diem proximum reseruantes, ita iudices rapacissimi quidquid præsenti tempore rapere poterant, nequaquam differebant in diem sequentem. Pro relinquebãt, est in Heb. גָּרְמוּ à גֶּרֶם, quod est os: quasi dicat: Non fregerunt ossa mane, ne ossa quidem relinquebãt in tempus matutinũ, sed statim omnia deuorabant.

Prophetæ eius vesani. Pro Vesani, est, פְּוָחִים quod noui Hebręi interpretantur, Tenues, & leues, siue contemptibiles, ignorãtes videlicet vim vocabuli, quam poterant ex vetustioribus interpretibus discere. Aquila enim interpretatur ἐνθουσιαζομένους, id est, fanatico furore correpti. Lxx πνευματοφόρους, id est, spiritum ferentes, quod malo spiritu afflati vaticinarentur. Hieronymus interpretatur, Insanientes, siue stupentes, & in translatione, Vesani, quod correpti illo spiritu more insanientium vaticinarentur, qualis Sybilla describitur à Virgilio spiritu Apollinis afflata.

Cui talia fanti
Ante fores subito non vultus non color vnus
Non compta mansere comæ, sed pectus anhelum. 5
Et rabie fera corda tument maiorque videri 6. Æne.
Nec mortale sonans, afflata est numine quando
Iam propiore Dei ——

Docet igitur prophetas corũ non veros prophetas esse, sed spiritu malo afflari.

Viri infideles. Mendaces, vt vertit Chaldæus, siue viri prævaricationum, vt est in Heb. dicebant enim se à Deo mitti, & peccatoribus blandiebantur incolumitatem pollicentes. Lege Iere. cap. 23.

Sacerdotes eius polluerunt sanctum. Chaldę⁹: sacerdotes eius cõtaminãt sanctitatẽ (i. tẽplũ) iniquè agẽtes in legẽ. Sanctũ ergo polluũt, i. tẽplum, quoniã in eo cõtra legẽ faciunt, & iniusta lucra quærunt, vt Dominus reprehendit Matt. 15. & 23.

Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem. Dominus qui est in medio Ierusa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem,& videt omnia,& iustus est,non faciet iniquitatem, id est, non fauebit iniquitati, non relinquet sine vindicta pertinaces peccatores, sed reddet ciuitati pessimæ, quæ meretur.

6 *Manè, manè iudicium suum dabit in lucem.* Explicat quod obscurius dixerat: Citò admodum(id enim significat Manè,manè,vt paulò post dicemus nu. 8.) Sumet de illa supplicium manifestissimum, quod nemi nem latere posit; id enim est dare in lucē, id est, omnibus manifestissimè videndum proponere. Ita dictum est Hos.6. Et iudicia tua quasi lux egredientur. Iudicium autem vocat vltionem,& supplicium.

Nesciut autem iniquus confusionem. Et post tot peccata iniquus populus meus non erubuit,nec pœnitentiam agere voluit;nam si cōfusione aliqua, & pudore affectus esset, haberem saltem occasionem ignoscendi. Vel Iniquus,id est,iniqui, qui erant in Ierusalem, nescierunt quid confusio sit, nunquam confusi sunt. Chaldæus: Neque norunt improbi confusionem. De hoc etiam eodem tēpore questus est Dominus apud Ierem. ca.3. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

Disperdidi gentes. Gentes multas perdidi, & dissipaui angulos carum, id est, turres,& munitiones, vel regna, vt diximus cap.1.nu. 66. & ita loca earum vastaui, vt nullus relinqueretur habitator, vt tu his exemplis resipiscerens, & timeres tibi eadem. Meritò autem hæc dicit, nam circa huius prophetæ tempora Phraortes,& Cyaxares reges Medorum Persas, & multas nationes vastauerunt, lege Herodotum lib.1.

7 *Dixi: Attamen timebis me, suscipies disciplinam.* Cum hæc fecissem, dicebam tibi intus in corde tuo,& foris per prophetas: Time to me,ne eadem & tu patiaris, suscipe disciplinam, suscipe correptionem meam, & admonitionem. Iere. 2. Fruſtra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt. Pro, Attamen, in Hebræo est אך,quæ particula more Hebrœorum poni solet initio sententię,magis adeò ornatus causa,quam significationis. Noster interpres solet vertere, Attamen, verū tamen, LXX πλὴν, quæ expletiua particula est,vt Psalm.38. Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Verumtamen in imagine pertransit homo,sed & fruſtra conturbatur.

Et non peribit habitaculū eius. Pro Habitaculum tuū, vt adnotauimus. c.2.nu.46.& 47.

Propter omnia,in quibus visitaui eam. Nō capietur, neque euertetur Ierusalem propter peccata, quorum causa hactenus eam puniui,hoc est,contentus ero pœnis,quas hactenus de te,ô Ierusalem sumpsi, si in posterum me timeas,& colas, abstinebo à suppliciis, non vastaberis à Chaldæis. In Hebræo non est Propter, sed solent sæpe subaudiri huiusmodi præpositiones, & eodem modo acceperunt LXX,vertētes: Omnia quæcunque vindicaui super eam. 8

Verumtamen diluculò surgentes. Hieronymus: At è contrario habitatores Ierusalem me eos ad pœnitentiam prouocante quasi de industria, & ex contentione diluculo surrexerūt, vt festinatione, qua ad me redire debuerant, complerent omnes cogitationes suas, & factis demonstrarent, quod mente conceperant, &c. Manè facere aliquid, aut mane consurgere ad faciendum, est summa cura, & diligentia facere, & maturare, vt sine vlla mora primo quoque tempore fiat, quia nihil in die prius fit, quā quod fit mane. Iere.7. Et locutus sum ad vos manè consurgens,& loquens,& nō audistis. Isa. 33. Esto brachium nostrum in manè, id est, citò libera nos. Psalm.100. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Hinc paulò ante dictum est: Manè, manè iudicium suum dabit in lucem. Corrumpere cogitationes suas, est prauas cogitare,id est, statuere facere aliquid contra legem Dei, cogitationes enim vocat actus internos voluntatis. Manè consurgere.

TROPOLOGIA.

Ecclesia partim sanctis, partim peccatoribus constat, sicut ipsa ait: Nigra sum, sed formosa, maiorque peccatorū numerus est, quam sanctorum. Eam ergo partem, quæ peccatorum est, id est, hominum Dei gratia carentium, nunc leget Propheta. *Væ prouocatrix, & redempta ciuitas.* Mali enim Christiani maximè Deum prouocant,quod nomen Christi habentes moribus ab eo dissident,& crucē in fronte portantes inimici sunt crucis, & confitentes se nosse Deum,factis negant,quem confitentur. Prouocant quidem eum & infideles,sed multo magis Christiani: ideò aiit: Quoniam si inimicus meus malè dixisset mihi, sustinuissem vtique, & si is,qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus,& notus meus, &c. Quantum autem illis succensear,ostendit quod in eodem Psalmo sequitur. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes; quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in medio eorum. Redempta autem magis proprie dicitur, quam ipsa Ierusalem, siquidem non corruptibilibus auro, vel argento redempta est de vana sua conuersatione,sed pretioso sanguine quasi agni immaculati CHRISTI, & incontaminati.* Columba autem quam eleganter appellatur,quæ cum arma præsto habeat, quibus omnes Diaboli incursiones contemnere possit, ita se à Diabolo capi sinit,vt columba imbellis. Nescit irasci sibi,& vitijs suis,& eorum hortatori Diabolo, sed iterum ad ea redit, ac si nihil accepisset incommodi. Sed iam de his diximus Hos.7. nume. 24. &. 38. *Non audiuit vocem,* quia & si millies in Ecclesia audiuit Euangelium, non adhibuit aures illas, de quibus seruator ait: Qui habet aures audiendi, audiat. Hieronymus: Fruſtra enim quis vocem Domini Dei sui audire se dicit, & confidere in Domino, quando operibus fidem destruit, & magis Mammonæ iungitur, quā Domino Deo suo,& duplici corde accedit ad eum, & duobus Dominis,sæculo, & Deo militare posse se credit. *In Domino non est confisa,* de hoc dixi Hos.7. num. 39. *Principes eius in medio eius, quasi leones rugientes.* Hieronymus: Non ambigimus de rugitu leonum, & discursu, quando videmus principes eius ita in subiectos populos debonare,& voce tyrannica, rabidisque conuicijs plebem conterere, vt non pastorem in grege, sed leonem inter ouiculas putes frendere, &c. *Referamus hoc quod ait Hieronymus ad sæculares principes, quorum multi fratres se esse subiectorum obliti, ita crudeliter,& tyrannice cum illis agunt,vt non Christia nos homines, sed ne homines quidem, verum rugientes leones dicas. Horum est illa impia vox: Oderint dum metuant. Hi non Christiani reges sunt,sed reges gentiū, quæ nō norunt Deū,sicut ait Dominus: Scitis quia principes gentiū dominantur eorum,& qui maiores sunt,potestatem exercent in eos. Non itaerit inter vos,sed quicūque voluerit inter vos maior fieri,sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse,erit vester seruus; sicut filius hominis, non venit ministrari,sed ministrare, & dare animam suam in redemptionē pro multis. At si ad Ecclesiasticos principes referamus,quid tristius, aut tetrius quam pastores agnorum,& ouiū in rugientes vertī leones? Non est horum principum leones esse,sed vigilare,vel pro vnius ouiculę salute pugnare cum leonibus. Pascebat seruus tuus(inquit Dauid)patris sui gregem,& veniebat leo,vel vrsus,& tollebat arietem de medio gregis,& persequebar eos, & percutiebam,eruebamque de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabā, interficiebamque eos.* Pugnare parū est, discerpi eriam opportet si necesse sit,quandoquidem princeps pastorum ait: Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Difficile hoc videbitur,at si cogitēt se non alienum gregem, sed patris sui pascere, & primogeniti fratris pretioso sanguine redemptum,nihil erit periculi quod recusent. *Iudices* & si doctores quoque signi ficare possint,nunc quidem ita,vt sonat,accipiamus,quibus Moses inquit: Audite illos, & quod iustum est iudicate, siue ciuis sit ille,siue peregrinus. Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum,neque accipietis cuiusquam personam,quia Dei iudicium est. Quod si lupi esse pergunt,meminerint omnium supremū iudicē leonē esse,qui vbi rugierit in iudicio quis non timebit. *Propheræ* sunt concionatores,& magistri, qui vbi à traditione patrum, & à recta matris Ecclesiæ institutione aberrare cœperint, nec quod Deus vult,sed quod populo placet,docuerint, vesani sunt,& viri infideles. *Sacerdotes eius polluunt sanctum,* cum pollutis manibus offerunt,& capiunt corpus, & sanguinem Domini nostri IESV CHRISTI, & sacro sancta mysteria supremis etiā angelorum choris tremēda impuris manibus, & sacrilego ore cōtrectāt.* *Iniuste egerunt contra legem,* quæ puritatem prȩcipit in sacrificij purissimi ministro. Sed & in lege dictum est: Sancti erunt Deo suo,& non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Sanctum quoque polluunt,& contra legē iniuste agūt cū sacræ cōfessionis secessu,& solitudine ad tupitudinem abutun-

1.Reg.17.

Ioh.10.

Deut.1.

Leu 21. Impudici confessarij sanctū polluunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur,& eas,quę vt abluerentur venerant,magis coinquinant, & contaminant. Horum typũ portabãt impij filij Heli, qui dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. De quibus paulò ante dictum est: Porro filij Heli,filij Belihal nescientes Dominum, neque officium sacerdotum ad populum.Et mox: Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino, quia detrahebãt homines sacrificio Domini: quod quãto melius in sacerdotes huiusmodi conueniat, nemo non videt. Qualis illorum exitus fuerit,ibidẽ legimus: In die vno morientur ambo, & suscitabo mihi sacerdotẽ fidelem,qui iuxta cor meũ, & animam meam faciet. Noui quemdam aliquando hoc tetro morbo laborantem, qui cum à concionatore occultè in publica concione admonitus, celerem etiã mortem comminantem,nihilo magis resipisceret, intra pauciſsimos dies è vita migrauit, morte misera ereptus; quam etiam dicerẽ, nisi vererer ne nonnulli,qui hęc fortasse legent,hominẽ ex narratione cognoscerent.

1.Reg.2.

14 *Cum hæc,& similia fiant, *Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem*, sed in impios animaduertet,ne si dissimulauerit,similem sibi Deum putent,sicut scriptum est:Existimasti iniquè quod ero tui similis. Arguam te,& statuam cõtra faciem tuam. Dabit ergo Dominus iudicium suũ in lucem, quia iniquus nescivit confusionem. Nam & si grauiter peccasset, omnes iniquitates facilè veræ,atque humilis confessionis confusione deleret. Quod autem sequitur: *Disperdidi gentes, & dissipati sunt anguli earum, &c.* nescio, vtrum cum gratiarum actione, an cum tremore potius excipiẽdum sit. Nam disperdi gentes,vt nos corrigamur, beneficij magni est, sed qui peccata nostra nouimus, timere etiam debemus, ne fortè ex illis gentibus simus, quas in aliorum vtilitatem disperdit, & dissipat Deus. Etenim & si Christiani gẽtes vocemus nationes, quæ ignorant Deum, tamen qui inter Christianos more gentium viuunt, nec Dei, mandatorumve eius vnquam recordantur, sed ita vitam suam instituunt, ac si animi cum corporibus perirent,rectè etiam gentes vocantur. Has disperdit Deus,sicut ait Dauid:

Pſal.49.

Pſal.10.

15 Peribitis gentes de terra illius. *Parauerant sibi voluptates, & diuitias, & multa ad his fruendum cogitauerant, sed morte subitò intercipiuntur,& fit quod est apud eumdẽ: Dominus dissipat consilia gentium,reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum. Anguli harum gentium sunt possessiones, potẽtia, dominatus, eruditionis, aut fortitudinis, aut generis claritas, & gloria. Sed omnia morte dissipantur, & Deo increpante deficiunt: Increpasti, inquit, gentes, & periit impius, nomen eorum delesti in æternum,& in sæculum sæculi. Nec minus elegans est quod additur: *Et desertas feci vias eorum, eo quod non est, qui transeat.* Quæ sunt viæ illorum, nisi facta, quæ, quia voluptatis plena videbantur, frequenter iterabant,vt comessationes, lusdi, ioci illiberales, detractiones, & quidquid exigunt concupiscentia carnis,& concupiscentia oculorum,& superbia vitę? De quibus in Ieremia legimus: Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Tunc autem desertæ fiunt, cum illi, qui in eis ambulabant, sæpe immatura, semper inopinata morte rapiuntur, & viæ non Sion, sed Babylonis, lugent, eo quod non sint, qui veniant per eas. Ciuitates desolantur *non remanente vno*, quando ex his non vnus, aut alter, sed multi simul, & quasi totæ ciuitates pereunt. * Vel potius ciuitates eorum dicuntur omnia bona illa,in quibus ipsi requieſcunt, & spes suas quasi in munitionibus reponunt, & in quibus nihil sibi deesse arbitrantur. Quæ vbi igne zeli Dei absumuntur(sicut paulò post legimus: In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra) dicitur illud: Terra vestra deserta,ciuitates vestrę succensæ igni.Et quoniam sancti nõ quærunt in hoc sæculo requiem, neque in eo spem collocant, sed futuram patriam quærunt, rarò dicuntur ædificare vrbes; dicunt enim: Non habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futurã inquirimus. Et apud eumdẽ Paulum: Fide demoratus est in terra promissionis tanquã in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habẽtem ciuitatem, cuius artifex,& conditor Deus. Primus Cain parricida, qui reproborum primus etiam est, vrbem ædificauit, quam appellauit nomine filij sui Henoch, vt Hieronymus ad notauit in illud Hosæ. Quomodo dabo te Ephraim?& in illud Ionæ.4. Et egressus est Ionas de ciuitate: * Primus,inquit, Cain fratricida,& homicida cruentum mundũ germani sanguine dedicãs ædificauit ciuitatẽ;

Pſal.31.

Pſal.9.

Ioel.2.

Heb.11.

Heb.13.

Genes.4.

16

17

& voca-

& vocabit eã ex nomine filij sui Henoch. Vnde & Hosee propheta dicit: Deus ego, & non homo,in medio tui sanctus,& non ingrediar ciuitatem. Postea filij Adam, nõ filij Dei dixerunt. Venite, faciamus nobis ciuitatem,& turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras.Ac ne longus sim,legamus scripturas, iuueniemus sæpe impios ædificare vrbes, pios iuberi,vt euertant, rarò admodũ ædificare. Hæc omnia facit Deus vt mali corrigantur, & ipsum timeant, & suscipiãt disciplinam,& non pereat habitaculum eorum.Habitaculũ,aut locus perit,quãdo res quæ in eo erat vel perit,vel certè non amplius in eo inuenitur, vt ostendimus Nah. 1.n. 18.Et quoniam Deus malos admonet, & multa eorum causa facit vt in viam salutis redeant,tandemque salui fiant, merito ait:*Et *non peribit habitaculum eius*. Sed cum illi secundum duritiem suam, & impœnitẽs cor non redeunt, sed pergunt thesaurizare sibi iram,perit habitaculum eorum,quia nunquam Deum habent inhabitantem, sed fit quod scriptum est:Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.Et illud: Reliqui domum meam,dimisi hereditatẽ meã. Pollicetur se non sempiternum sumpturũ esse supplicium,si pœnitentiam agant: sed illi adeo patientia,& misericordia Domini abutuntur,vt dicat: *Verumtamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas*. Reproborum est vt admoniti, vel beneficijs allecti,aut non redeant ad Deum,aut certe paulo post ad pristina peccata reuertãtur, vt de illis qui ob incredulitatem perierunt in deserto.Commemoratis multis beneficijs: Et apposuerunt adhuc peccare ei, in irã excitauerunt Excelsum in inaquoso. Et paulo post. Adhuc escę eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.Dauid semel correptus à Nathan peccatum agnouit, & pœnitentia deleuit: Saul increpatus à Samuele multa peccata adiecit, & se ipsum denique manu sua interemit.

18

Pſal.77.

Aug.12. Aug.viz.

19

HISTORIA.

Qua propter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ. Vsque ad finem capitis prophetia de Domino seruatore texitur, ideo Hebræi tam noui,quàm veteres insigniter in eius expositione delirant. Veteres ex his,vt Hieronymus refert, affirmant, cũ Christvs veniret omnes gentes ab eo esse edomandas,& Hebraicè esse locuturas. Noui idem sentire videntur, dicunt enim hunc diem esse Gog,& Magog,& populos qui ex illo prœlio superstites fuerint,habituros labium electum, vt non inuocent labijs suis Deum alienum,sed nomen Domini.Ex nostris quidam hæc de extremo iudicio exponunt;Sed non video quomodo cum hoc sensu cohærere possint verba sequentia: Quia tunc reddam populis labiũ electum,&c. quæ apertè dicuntur de gratia nouæ legis,vt Hieronymus, & omnes exponunt. Propterea arbitror de vltimo excidio Ierusalem sub Vespasiano,& Tito esse intelligenda,atque ita optime cum his connectuntur præcedentia, & sequentia. Dixerat: Attamen timebis me,suscipies disciplinam,& non peribit habitaculum eius, propter omnia,in quibus visitaui eam. Ac si dicat.* Ego quidẽ vel tot sceleribus provocatus cuperem liberare te,ô Ierusalem, ab imminente excidio à Chaldæis, atque ideo te admonui.Sed tu indulgentia,& patientia mea abusa corrupisti cogitationes tuas,& peccata semper peccatis addis. Et quia isto ingenio es, & ista mẽtis pertinacitate me semper prouocas, tempus erit, quo te omnino destruam,& reijciam. Sine modo veniat dies illic,quo à te ignominiosè,& crudeliter occisus resurgam, tunc reijciam omnino te, & perdam, & gentes ad me vocabo antè despectas. Pro,In die resurrectionis meæ.in Heb.est:In die surgere mei. Sed quoniam illi non habent verba composita,eodem significant surgere, & resurgere,vt Psal.1.Ideo non resurgent impij in iudicio.Idẽ iudicium est de omnibus veteris testamenti locis,in quibus hoc verbum Resurgere inuenitur. Quare recte Lxx interpretes verterunt: In die resurrectionis meæ. Ex quo loco Eusebius lib.2. de Demonstrat.Euang. demonstratione. 17.& Aug.18.de ciuitate cap.33. confitmãt resurrectionem Christi, & vocationem gentium,quæ tũc facta est.*Vbi habemus,In futurũ est לעד,idest,In adhuc,In futurũ, nam his duabus literis עד tria significari possunt, Adhuc,testimonium, vt docuit Hieronymus,& præda,vt Gen.49. Manè comedet prædam.Lxx,Mane comedet

20

21

Universidad de Deusto
Biblioteca

adhuc. Propterea Hebrei, & eorum sectatores verrunt: In die, quo ego surgam ad prædam. Sed licet ita verteretur, eodem tamen modo intelligendum esset: Christus enim dum vixit in terra mortalis, non surrexit ad prædam, neque vindictam de inimicis cepit. At vbi resurrexit, & in cœlum ascendit, cœpit potentiam suam ostendere, & Iudæorum gentem abiecit, & per Romanorum exercitum suas iniurias vltus est.

Quia iudicium meum, vt congregem gentes, & colligam regna. Dubitari posset, vtrum congregare, & colligere, acciperet pro Dispergere, vt diximus ca. 1. nu. 4. & sequentibus, sed verba sequētia: Et effundam super eos indignationem meam, &c. Ambiguitatem tollunt, præsertim in Hebræo, vbi habetur: Quia iudicium meum ad congregandum gentes, ad colligendum regna, ad effundendum super eos indignationem meam. * Dicit ergo se gētes, & regna congregarurum, vt dispergat ea, & effusurum super ea indignationem suam. Quod non de gentibus intelligo, vt quidam, non enim tunc effusa est super gentes indignatio Dei, sed largissima misericordia; sed de Iudæis, qui ex varijs prouincijs, & regnis conuenerunt in Ierusalē, vt adorarent ex more in die Paschæ, eo tempore, quo vrbs à Romanis obsessa est. Tunc maximè Deus effudit super eos indignationem suam, & omnem iram furoris sui; nam fame, & peste, & intestinis seditionibus perierunt innumeri, reliqui à Romanis vel occisi, vel capti, & venūdati sunt. Qui videre volet quam vera sint Prophetæ verba, legat Iosephum lib. 6. de bello Iud. c. 13. & vsque ad finē libri, & lib. 7. à cap. 7. vsq; ad. 17. Nec obstat intelligētiæ nostræ quod ait: Iudicium meum (id est, sententia à me proferetur) vt cōgregem gentes, nam gentes quoque vocantur Iudæi in Scriptura, vt Psal 105. Ad lætandum in lætitia gentis tuę, vt laueris cū hæreditate tua, Ezec. 36. Pro eo, quod dicunt de vobis: Deuoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam, & statim: Et gentem tuam non necabis vltra. In his locis semper est in Hebræo, Gentiū, & Gentes.

In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Tunc vastata est à Romanis terra Ierusalem, & vniuersæ Iudææ. Hæc verba exposuimus iam cap. 1 num. 67. & 68.

Quia tunc reddam populis labium electum. Quia ornatus causa ponitur, vt solet sæpe initio sententiæ, vt diximus Hos. 2. nu. 41. Labiū electū dicit linguā, siue locutionē eximiam, & pulchram, vt Gene. 11. Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorumdē, id est, vna lingua omnes loquebantur. Locutio autem hæc electa, siue labium electū, vt verterūt Aquila, & Theodotiō, siue mundum, vt vertit Symmachus referente Hieronymo, & Theodoreto, est non iam deos nominare, sed vnum Deum agnoscere, & adorare, Ac si diceret: Cessabit omnis idololatria gentiū. Chaldæus: Conuertam in omnes gētes locutionem vnam electā, vt precentur omnes in nomine Domini. Manifestò ergo prædicit reprobationem Iudæorum, & vocationem gentium.

Et seruiant ei humero vno. Vno corde, & vna mente, metaphora sumpta ab ijs, qui simul humeros supponūt ad onus aliquod portandum. Quasi dicat: Excutient graue iugum Diaboli, & tollent simul alacres suaue iugum Christi. Lxx, Vt seruiāt ei sub iugo vno.

Vltra flumina Aethiopiæ. Heb. De vltra flumina Aethiopiæ, id est, ab illis vsque regionibus, quæ sunt trans flumina Aethiopiæ, venient homines ad Ecclesiam, & supplicter me adorabunt, & mihi munera deferēt in signum subiectionis, & obedientię. Porro vbi in multis codicibus legitur: Filij dispersorum meorum, legendum est: Filia dispersorum meorum, vt est in Hebræo, & vt legit, atq; interpretatur Hieronymus: Sed facilè corruptum est à librarijs non intelligentibus quomodo cum ijs, quę dicuntur, conuenirent, Filia dispersorum meorum. Filia. Sciēdum ergo est nomen Filia, cum nominibus ciuitatum, aut congregationum adiungitur, magis ornatus causa poni, quam significationis, more Hebræorum, vt filia Babylonis Babylon est, filia Ierusalem, aut filia Sion, Ierusalem filia populi mei, populus meus. Causam exposuimus Hamos 3. numero 3. Ita nunc filia dispersorum meorum, id est, congregatio dispersorum meorum, aut dispersi mei. Quæ locutio veteres interpretes non latuit. Lxx verterunt: De finibus fluminum Aethiopię, suscipiam dispersos meos. Eodem modo vertit Symmachus, vt refert Theodoretus. Chaldęus: Exules populi mei. * Qui sint autē dispersi Dei intelligimus ex cap. 11. Iohannis: Sed cum esset pontifex anni illius prophetauit quod Iesus moriturus erat pro gente, & nō tantum

tantum pro gente, sed vt filios Dei, qui erāt dispersi, cōgregaret in vnum. Filios Dei dispersos vocat quotquot prędistinati erāt in gētibus. Ex his videmus quātum ab scopo aberret R. Dauid, affirmās עֲתָרַי, & בַּת פּוּצַי, & id est, supplices mei, & Filia dispersorum meorum, nomina esse propria nationum transflumina Aethiopiæ. Verum duplex Aethiopia cum sit, altera in Africa sub Aegypto, altera ad Orientem prope Indiam: de vtra Propheta loquatur magna quæstio est. Sunt qui contendant hanc esse Indicā, siue Orientalem Aethiopiam, quia Chaldæus vertit: Ab vlteriori ripa fluuiorū Indiæ, &c. Itaque omnem Orientalem orā vsque ad eas terras, quæ Hispanorum nauigatione inuentæ noui orbis nomen habēt, significari putant à Propheta. * Quam sententiam duobus confirmant argumentis. Prius ipsis Prophetæ verbis nititur: Vltra flumina Aethiopiæ. Qui à Palæstina, inquiunt, tendunt ad Aethiopes Aegypto propiores, nullos insignes fluuios transmittunt: qui enim illo tractu maximi sunt, vt Nilus, Bragada, Cinyphus, versus Septentrionem procurrunt in mare Libycum, alij in Meridionalem Oceanum descendunt, sed ij exigui, & ignobiles sunt. Nō ergo recte de his dici potest Aethiopibus: vltra flumina Aethiopiæ. At qui in Aethiopiā Indicam tendunt, maxima flumina transmittunt, Tigrim, qui Persidem interluit, & Indum, & Gangem. Posterius argumentū: Moyses tradit totum illum Orientis tractū à filijs Chus esse occupatū, indeq; Aethiopes dicuntur Chusim. De his ergo Prophetā loquitur. Hæc disputatio, & si multis fortasse non erit admodum grata, non prętereunda visa est, quoniam ex ea pendet loci huius explanatio, & alterius apud Isa. ca. 18. Væ terræ Cymbalo alarum, quæ est transflumina Aethiopiæ. Adde quod hi autores pugnant cum sententia veterum, sed acutè, vt probare videantur, quod volunt. * Dicamus ergo nos cum Hieronymo in hos duos locos Sophoniæ, & Isaiæ, & cum Eusebio Cæsariensi, quem in Isaiam citat Hieronymus, & cū alijs, Aethiopiam Meridionalē, quæ est sub Aegypto (quę Orientalis etiam dicitur illi comparata, quam alluit Occidentalis Oceanus) esse, de qua nūc sermo est: hæc enim, quia propior erat, notior erat Iudæis, & frequenter in Scriptura nominatur, vt cap. 2. huius prophetæ: Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis, vbi & alios locos indicauimus. De hac sine dubio loquitur Isaias cum ait: Væ terræ Cymbalo alarum, quæ est trans flumina Aethiopiæ, quod ita apertum est, vt negare nemo possit, sequitur enim continuo: Qui mittit in mare legatos, & in vasis papyri. Quæ de Alexandria, siue de Aegypto dici manifestum est; papyrus enim arbuscula est, quę nascitur in palustribus Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis, vbi euagatæ stagnant, vt docet Plinius lib. 13. ca. 11. & vulgatum est apud omnes scriptores, vnde illud:

Perque papyriferi septem sua flumina Nili:
Et:
Perdite Niliacas Musæ mea damna papyros.

Et ex ea nauigia texunt incolæ, vt ibidē ait Plinius. Quod si de hac Isaias loquitur, non possumus dubitare de eadē loqui & Sophoniam verbis vtentem eisdem. Verum melius res tota & explicabitur, & confirmabitur soluendis argumentis illis duobus, quæ modo proposuimus. Et quidem prius ab Hieronymo in Isaiam soluitur, cum enim docuisset Prophetam de Alexandria, siue de ipsa Aegypto verba facere, causam exponit. Ipsa est enim, inquit, terra, quæ est trans flumina Aethiopiæ, id est, trans rinos Nili fluminis, quē de Aethiopia in Aegyptum fluere nemo dubitat. * Nili rinos vocat Hieronymus septem illa flumina notissima, in quæ Nilus diuisus procurrit in mare Libycū, quę vocauit Ouidi septemflua flumina Nili, & quorum meminit Ezechiel cap. 29. Ecce, ego ad te Pharaō rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. Vltra hæc flumina est Alexandria, & maxima Aegypti pars respectu Iudææ, vt notissimum est vel geographos legenti, vel cartas ipsas geographicas intuenti. Cum autem nemo dubitet Nilum ex montibus Aethiopiæ, quę est sub Aegypto ad mare vsque Libycum fluere, & partem Aegypti maximam trans se habere respectu Iudææ, quid refert quod argumentū afferebat, versus Septemtrionem ne procurrat, an versus Meridiem? Itaq; elenchus est non causæ, vt causæ. Posterius argumentum assumit, quod nemo dat, totum illum Orientis tractum à filijs Chus esse occupatum. Nam filij Chus fuerunt Saba, Heuila, Sabatha, Regma, Sabathaca, Gen. 10. A Saba nomen habent Sabæi, inter quos vixit, & quo-

Duplex Aethiopia.

Papyrus.

Ouid. 15. Metamor.

Martialis initio libri 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quorũ autor fuit, vt ait Ioſephus.1.Antiquit. cap.7.quæ regio pars eſt Arabię felicis multum ab AEthiopia diſtans.Nam Sabęa eſt in.66.gradu longitudinis, id eſt, diſtat à Meridiano maxime Occidentali verſus Ortum 66.gradibus, vt autor eſt Ptolomæus libr.6. Geographiæ cap. 7. AEthiopia vero Orientalis eſt in gradu.177. Ptolomæo lib. 7.cap.3.Accipimus autem has menſuras ab
29 initijs prouinciarum. * Heuila autor fuit Getulorum, vt tradit ibidem Ioſephus, & Hieronymus in Traditionibus Heb.in Geneſin: & ſunt in parte remotioris Africæ eremo cohærẽtes,vt ait Hieronymus. Nec nos moueat quod Gene. 2. legimus de fluuio Phiſon (quem Græci Gangem appellant,autoribus Ioſepho,& Hieronymo locis indicatis.) Ipſe eſt, qui circuit omnem terrã Heuila; nam illa terra Heuila, quæ eſt in India, non habet nomen ab hoc Heuila filio Chus,ſed ab altero Heuila filio Iectam filij Heber patris Hebrçorum,vt ibi Gloſſa, Lyranuſque teſtãtur. Sabatha autor fuit Sabathenorum, qui Græcis Aſtabarri dicuntur,vt aiunt Ioſephus,& Hieronymus. Ptolemæus autem libr. 4. cap.7.in AEthiopia, quæ eſt ſub AEgypto, ponit vrbẽ Sabath, vnde dicti videntur Sabatheni. Et cap. ſequenti docet Meroen inſulam (quæ ciuſdẽ AEthiopiæ pars eſt)effici ex coniunctione fluuiorũ Nili, & Aſtabore, à quo dicti ſunt Aſtabarri,ſiue Aſtabari. Regma vero,& Sabathaca(inquit Hieronymus)paulatim antiqua vocabula perdidere,& quę nunc pro veteribus habeant, ignoratur. Vnde ergo nobis probant illum Orientalem Indiæ tra
30 ctum occupatum eſſe à filijs Chus? *Ex his apparet erraſſe etiam Fredericum Lumniũ, qui libro.2.de extremo Dei iudicio, cap.4. contẽdit terram illam,quam Iſaias eſſe docet trans flumina AEthiopiæ, eſſe regionẽ Indorum Orientalium,& Sinarum,quibus nunc per noſtræ Societatis homines prædicatur Euangelium. Alloquitur,inquit,Propheta & conſolatur populum remotum, qui propterea, ſine expreſsione certi nominis trans flumina AEthiopiæ eſſe dicitur, quod hinc procul abſtractus,& multum peregrinus ſit,noſtroq; orbi incognitus. Itaq; honorificè ſatis de nobis exponit,quod ſequitur: Ite angeli veloces ad gentem conuulſam. Amicus ſane Plato, ſed magis amica veritas. Cũ ergo ait Iſaias: Vę terræ Cymbalo alarum,quæ eſt trans flumina AEthiopiæ, ſine dubio AEgyptum notat, vt cum Hieronymo,& Euſebio docent Haymo.S. Thomas, & multi è recentioribus, & nos ſatis confirmauimus. Cum vero inquit Sophonias: Vltra flumina AEthiopiæ, inde ſupplices mei,&c. Significat AEgyptios,& remotiſsimas Africæ gentes ad Euangeliũ
31 eſſe venturas,vt ætate Auguſtini, & antè factum eſt.

In die illa non confunderis. Iterum loquitur Ieruſalẽ,ſiue Synagogæ,non ſuper omnibus filijs ſuis, ſed ſuper illis, qui per prædicationem Chriſti, & apoſtolorum conuerſi ſunt, de quibus & poſtea ait: Reliquiæ Iſraël non facient iniquitatem. Cum hæc, inquit, fient, non confunderis ſuper peccatis, quæ ante in me admiſeras, nec te puniam, & ignominia afficiam, vt ſolebam, ſed cuncta tibi per baptiſmum remittam. Adinuentiones autem vocat conſilia, & cogitationes, ita enim vertit paulò ante in illis verbis: Diluculo ſurgentes corruperunt cogitationes ſuas. De quo diximus Hoſ.9.numero.30. Dicitur autem hoc nomen etiã de rebus bonis, & ſerijs, vt Iſa. 12. Notas facite in populis adinuentiones eius,& Pſal.102. Notas fecit vias ſuas Moyſi,filijs Iſraël voluntates ſuas,id eſt,adinuentiones,ſiue cogitationes ſuas,vt vertit Hieronymus. Idem eſt enim vocabulum in his locis עלילות.

Quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ. Id eſt,illos elatos, & ſuperbos magiſtros tuos, quibus tu ſuperbiebas, nẽpè Scribas & Phariſæos, vt ait Hieronym*: meliores tibi magiſtros dabo.

Et non adijcies exaltari amplius in monte ſancto meo. Iudæi intoleranter gloriabantur in templo, quod ipſi ſoli templum veri Dei haberent, & in ipſis habitaret Deus. Ierc.7. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt. Dicebant eriã in illo tantum templo Deum eſſe adorandum. Ioh.4. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt,& vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus, vbi adorare oportet. Iam, inquit, non gloriaberis in templo illo meo, nam vbiq; habebis templa, & gloriaberis in vero Dei cultu, & in adoratione in ſpiritu, & veritate. Poſſumus etiã intelligere montem ſanctum Dei vocari Eccleſiam, vt Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Siõ montem ſanctum eius, vt ſit ſenſus. Cum

fueris

fueris in Eccleſia mea ad Chriſtum humilitatis magiſtrum conuerſa humilitatem amabis, nec vltra ſuperbia effereris. Quod ego potiſsimum dici arbitror propter ſuperbiam Iudæorum, qui ceteros homines, vt peccatores præ ſe contemnebant, & ſe dignos putabant gratia noui teſtamenti, ad
33 quam gentes etiam vocari ægerrimè ferebant: de qua re ſcriptæ ſunt ab Apoſtolo Epiſtolæ ad Romanos,& ad Galatas. *Hãc ſuperbiam ſe eis adempturum pollicetur, quod & factum eſt: nam conuerſi ex circũciſione cognita veritate, & voluntate Dei æquo animo paſsi ſunt admitti gentes in eamdem ſecum gratiam. Act.11. His auditis tacuerunt, & glorificauerunt Deum dicentes: Ergo & gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.

Et derelinquam in medio tui populum pauperem. Pro Scribis, & Phariſæis, quos auferã, dabo tibi apoſtolos, & eorum diſcipulos, pauperes, id eſt mãſueros, & humiles, quod ſignificat עני. Inde Iſa. vltimo, vbi nos habemus: Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum, &c. Lxx verterunt: Niſi ad humilem, pro quo in Hebræo eſt idem vocabulum. Cum autem dicit: Et derelinquã, &c. apertè docet ſe loqui de reliquijs illius populi, id eſt, de ijs qui ceteris pereuntibus ſeruati ſunt, vt ait Auguſtinus lib.18 de Ciuitate Dei, cap. 33. de quo diximus Hamos 9.numero.38.

Et ſperabunt in nomine Domini. Vt verè humiles totam ſuam fiduciam in Deo locabunt, non in virtute, aut eruditione ſua, vt Phariſæi: atque ideò non ſibi, ſed Deo tribuent, quidquid fecerint. Eſt autem in nomine Domini, in virtute, ac potentia Domini, vt diximus Mich.5.nu.49. Aut etiam in Domino.

Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem. Oſtẽdit quãta futura ſit ſanctitas apoſtolorum, & diſcipulorum in Eccleſia, ac ſi dicat: Nõ erunt vt prior populus peccator, & hypocrita, ſed ſumma cura vitabunt peccata, & mendacia. Quæ verba non tollunt peccata venialia, ſed oſtendunt ſummum ſtudium puritatis, & innocentiæ. Non enim quodcunque peccatũ dicitur iniquitas, ſed peccatũ mortale, vt loqui ſolet Scriptura, neq; iniquus dicitur, qui gratiam Dei habet, vt 1. Ioh. 3. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum eſt iniquitas. Et ſubdit: Qui facit peccatum, ex Diabolo eſt. Ait etiam: Omnis, qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; loquitur de peccato mortali, quod maximè propriè dicitur peccatum. Quando autem loquitur de venialibus, quæ verè quidem, ſed nõ ita propriè, peccata dicuntur, non negat inueniri in ijs, qui ex Deo nati ſunt, vt cap.1. Si dixerimus, quoniam peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus. De qua re eleganter agit Melchior Canus Epiſcopus Canarieſis, vir eruditiſsimus, lib.4. de Locis Theologicis, cap. vltimo ad octauum. Eodem modo accipit mendacium, cum ait: *Nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa*, videlicet pro graui, & noxio mendacio. Vtrumque explicatur, & confirmatur ex Pſalm. 5. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur
35 mendacium. Ita dictum eſt Matth 7. * Tũc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Diſcedite à me, qui operamini iniquitatẽ, & Sap.1. Os autem, quod mentitur, occidit animam. Nec tamen hæc de omnibus eo tempore conuerſis ex Iudaiſmo intelligamus, ſed de apoſtolis, & magiſtris, & perfectioribus. Quamuis & hoc eriã modo exponi poteſt: Qui conuertentur, firmiſsimè Chriſto adhærebunt, non eũ deſerent, non negabunt, neque mẽdacia & blaſphemias in ipſum dicent, ſicut prius fecerunt Scribæ, & Phariſæi.

Quoniam ipſi paſcentur, & accubabunt. Dictio Quoniam, poteſt ita accipi, vt cauſam nullam indicet, ſed ornatus cauſa ponatur, vt nume. 23. diximus. Quod ſi cauſam indicet, ita cum præcedentibus connectetur. Tanta ſanctitate præditi erunt, quia oues Dei erunt, & regi ſe, & gubernari ſinent à Domino, vt oues, & ſemper ei obtemperabunt. Paſcentur verbo Dei, & accubabũt in Eccleſia, in loco videlicet tutiſsimo: nõ erit, qui exterreat, non timebunt ſibi à lupis, ſperabunt in Domino, & nullo timore turbabuntur, nullis minis, nullis tormentis dimoueri poterunt à Chriſto. Rom 8. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia? &c.

Lauda filia Sion. Putabit quiſpiam verba
36 modo fieri de conuerſis è Iudaiſmo, quòd paulò poſt dicat: Nugas, quæ à lege receſſerant, congregabo, quoniam ex te erant: & quòd eiſdem verbis alloquatur vrbem Ieruſalem Zacha. 9. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem, ecce rex tuus veniet

tibi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibi, &c. Sed omnino hæc verba dicunrur Ecclesiæ primæ congregatæ ex Iudæis, & ex gentibus, cuius figura fuit vrbs Ierusalē, quam eamdē vocat Sion, vt Psal.147. Lauda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuū Sion. Quod dico, ex verbis Prophetæ paulò post plenius intelligetur: Ecce, ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in tempore illo, & saluabo claudicantem, &c. Est ergo sensus: Præ lætitia, & gaudio in laudes Dei prorumpe ô Ecclesia, & ter eamdem rem dicit ad confirmationem, & amplificationem lætitiæ. Cum dicit, Lauda. In Hebræo est רַנִּי, quod propriè significat nūc, vociferare præ lætitia. Lxx, Gaude filia Siō.

Iubilatio. *Iubila Israel.* Iubilatio ex lætitia ineffabili oritur, quæ nec taceri potest, nec verbis vllis explicari, vt docent Hieronymus, & Augustinus in illud Psal. 26. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis, Heb. תְּרוּעָה, vbi Hieronymus vertit: Hostias iubili. Hic autem est. הָרִיעוּ, vnde nomen illud deducitur. Lxx: Prædica Ierusalem, siue vociferare, videlicet præ lætitia.

37 *Abstulit Dominus iudicium tuum.* Id est, supplicium tuum, siue peccata tua, quibus iudicium, id est, damnationem merueras, ponitur enim effectus pro causa. Lxx, Abstulit Dominus peccata tua.

Auertit inimicos tuos. Dęmones, qui te affligebant, auertet à te, & adimet illis imperium, quod in te habebant. Pro Auertit est פָּנָה, id est, euerrit, expurgauit velut scopis, vt non sint ibi amplius. Idem verbum est Isa. 40. vbi habemus: Parate viam Domini, id est, auferte lapides, purgate viam, & vertite, & Gene. 24. vbi nos habemus: Præparauit domum, & locum camelis. Chaldæus: Extirpauit inimicos tuos. Lxx: Redemit te de manibus inimicorum tuorum.

Rex Israel Dominus in medio tui. Semper intra te erit Christus protegēs te. Matth. vltimo: Ecce, ego vobiscū sum omnibus diebus vsq; ad consummationē sæculi. In medio tui, esse intra te, ostēdimus Hab. 3. nu. 6.

Non timebis malum vltra. Non terreberis, facilè omnia pericula cōtemnes freta Dei auxilio.

38 *In die illa dicetur Ierusalem.* Incipiēt statim tyranni insurgere in credentes, sed nō propterea filij tui deficient. Erunt apostoli, & prædicatores, qui dicent Ecclesiæ: Non dissoluantur manus tuæ, id est: Ne deficias in persecutionibus, ne turberis timore, Dominus est in medio tui, qui te non deseret, sed semper proteget, ipse te liberabit à persecutoribus tuis.

Gaudebit super te in lætitia. Gaudebit, cum te viderit in laboribus, & persecutionibus inuicto animo perdurare.

Silebit in dilectione tua. Id est, Silebit ad peccata, quæ commisisti, eo quod te fauore, & dilectione sua prosequatur. Ita Hieronymus, & Hebræi, & Vatablus. Chaldæus: Subijciet scelus tuum cū misericordia sua. Lxx: Innouabit te in caritate sua. Ex quib⁹ apparet omnes hos autores legere: In dilectione sua, sicut est in Hebręo, & ita sine dubio legendum est, quamuis ad sensum parū refert, nam etiam si legatur, In dilectione tua, rectè exponitur, eo quod diligat te; sed apertius tamen est: In dilectione sua. Potest etiam exponi: Quiescet in dilectione sua, firmus, & immobilis erit in illa, semper te diliget. Tertio etiam ita: Cum fueris in laboribus, silebit sæpe, & te pati sinet dissimulans se audire, eo quod diligat te, & coronam tibi quærat.

Exultabit super te in laude. Exultabit super te rex tuus Christus, & patrem suū laudabit, cum viderit patientiam tuam in persecutionibus inuictam, & præclara caritatis, ceterarumque exempla virtutum.

Nugas, qui à lege recesserant, congregabo. In 39
Hebræo est נוּגַי, in cuius interpretatione omnes à translatione nostra recedunt, verendumque putant, Afflictos. Ita R. Dauid, quem sequuntur recentiores. Sanctes quidem Pagninus ignorare se dicit, cur Hieronymus trāstulerit, Nugas. Alij diuinare volunt, & nomē ipsum Hebraicum relictum ab eo esse tradunt, quod plus eo comprehenderetur, quam vno simplici vocabulo Latino comprehendi possit, significare vero afflictos, miseros, & remotos. Sed desinent diuinare, si legere ipsum sui interpretem Hieronymum velint. Id, inquit, quod diximus, Nugas, sciamus in Hebræo ipsum Latinum esse sermonem נוּגַי, nugè, & propterea à nobis ita, vt in Hebræo erat, positum, vt nosse possimus linguam Hebraicā omnium linguarū esse matricem, &c. Hoc etiam de eadem lingua scribit in illud Isa. 7. Ecce virgo cōcipiet. Non eget interprete Hieronymus, perspicuè docet nugas idē Hebraico, ac Latino significare sermone Sed habet tamen hæc eius translatio, & in-

terpre-

terpretatio miram difficultatem: nam neq; ipse ostendit, neque videtur ostendi posse idem significare hæc duo vacabula, sed neque vllus aut veterum, aut recentiorū interpretum, ita transtulit. Accedit quod vbi ipse vertit: * Qui à lege recesserant, in Hebræo est מִמּוֹעֵד, id est, à tempore, aut à sollennitate. Lxx diem sollennem verterunt, & vtroque modo crebro Hieronym⁹ ipse solet vertere. Ad hoc dicimus מוֹעֵד significare etiam testimoniū, à verbo, יָעַד quod significat testari, ita vertit semper Hieronymus in libris legis, cum nominatur tabernaculum testimonij. Lex autem testimonium dicitur, quia in ea, quid fieri vellet Dominus testatus est, vt Psalm. 18. Lex Domini immaculata conuertēs animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Isa. 8. Ad legem magis, & ad testimonium. Illud de nugis est difficilius, sed ex vera vocabuli in vtraque lingua significatione veram, & germanam esse translationem nostram, Hieronymique sententiam intelligemus. Nugas Latini vocant rem nullius momenti, aut pretij, & sermones vanos, atque mendaces. Inde etiam homines ipsos leues, & nugatores, nugas dicimus, vt Cicero libr. 1. ad Quintum fratrem: Nugas maximas omni mea comitate sum complexus, id est, homines leuissimos, homines nihili. Et lib. 6. ad Atticū: Nugas meas amicos habet, id est, meros nugatores, & nullius momenti homines. Apud Hebræos autem verbum יָגָה significat remotum esse, aut separatum. 2. Reg. 20. Amoto ergo illo de via transibat omnis vir, & similiter verterunt Lxx. * Significat etiam abiectum, & contemptum esse. Isa. 51. Et ponā illum in manu eorum, qui te humiliauerūt: ita etiam Lxx, id est, qui te abiectè tractauerunt, aut abiectam esse fecerunt. Thren. 3. Quia si abiecit, & miserebitur. Hinc Proplicta נוּגֵי מִמּוֹעֵד vocat nugaces, & mendaces in legem, id est, eos, qui à lege recesserunt, quam se seruaturos promiserāt: quo modo dicitur Psalm. 17. Filij alieni mentiri sunt mihi. Eosdem etiam vocat nugas, viles, & abijciendos, quasi nullius pretij. Est ergo sensus: Homines mendaces, & leues, & nullius momenti, qui à lege mea recesserant Christum meum reijciendo, & crucifigendo, congregabo, quia pars erant tui, quam ego semper amaui, vt deinceps non sint tibi dedecori, neq; de filijs perditis op

40

41

probrium habeas. Loquitur de prædestinatis Iudæis illius temporis, quo Dominus, & apostoli docebant, qui pars fuerant olim Ecclesiæ, antequam per incredulitatem fidem amitterent: & loquitur Ecclesiæ vel simpliciter, vel certè eam eius partem respiciens, quæ conuersa est ex Iudaismo. De illis autem, qui postea conuertēdi sunt, mox ait: Et saluabo claudicantem, &c. Verū hæc plenius in Zachariæ cap. 8. explicabimus, num. 2. & sequentibus.

Ecce, ego interficiam omnes, qui afflixerunt te 42
in tempore illo. Eodem tēpore, quo hæc fiēt, interficiam per Romanorum fortissimū exercitum omnes Iudæos, qui te, ô Ecclesia, persequebantur, & affligebant. Notum est Paulum, & omnes Euangelij prædicatores apud Iudæos vehementer fuisse afflictos, atque vexatos, sed hos vexatores Romani interfecerunt. Omnes autē dicit maximam multitudinem.

Et saluabo claudicantem, & eam, quæ eiecta fuerat congregabo. Hoc etiam addam prioribus beneficijs, conuertam ad me Synagogam, quæ semper claudicauit, nunc Deum sequi volens, nunc ad idola declinās, nunc Christum, vt verum prophetam venerans, nunc vt maleficum puniens. Sed & nunc claudicat, quia cum velit verum Deū adorare, Iesum filium eius impiè blasphemat. Eamdem vocat eiectā, quia Deus eam abiecerat, & libellum ei repudij dederat, vt vidimus Hos. 2. Eadem verba sunt apud Mich. cap. 4. In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem, & eam, quam eiecerā, colligam, &c. quæ iam suo loco exposuimus. Hæc autem prophetia per partes iam cœpit impleri, sed plenè in fine sæculi implebitur.

Et ponam eos in laudem, & in nomen. Faciā, 43
vt in illis ipsis terris, in quibus prius cōfusi, id est, pudore, atque ignominia affecti, & contemptui habiti fuerant Iudæi, laudentur, & nominētur, magnique ab omnibus fiant, videlicet cum ad Christum conuertentur. Nunc videmus Iudæos, vbicunque versantur, contemni præ omnibus nationibus. Lxx, Et ponam eos in gloriam, & nominatos.

In tempore illo, quo adducam vos. Non incipit hinc noua sententia, vt malè in quibusdam codicibus distinctum est, sed adhærent hæc præcedentibus, docet enim quando congregaturus sit claudicantem, &

eiectam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

electam. Hoc, inquit, fiet tempore illo, quo vos omnes, ô filij Ecclesiæ adducã, & congregabo, id est, eo tempore, quo omnes, qui electi sunt ex gentibus congregabuntur in Ecclesiam, prædicato iam vbiq; Euãgelio, & conuersis omnibus prædestinatis ex gentium populis, & nationibus. Hoc ipsum docuit Paulus Rom. 11. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt nõ sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret.

44 *Dabo enim vos in nomen, & in laudem.* Laudabimini ab omnibus populis terræ, & nominabimini, ac celebrabimini in omnibus nationibus, cum conuertero captiuitatem vestram, id est, cum vos à captiuitate Diaboli liberauero, & ad libertatem filiorum Dei adduxero. *Coram oculis vestris*, id est, videntibus vobis vestram captiuitatem, & inde vos ad hanc filiorum Dei libertatem traduci. Cum igitur hoc fecero, laudabimini ab omnibus populis terræ, videbunt enim vos diuina gratia protegi à periculis, & diligi, magnique fieri à Deo, & exultare in persecutionibus, & laboribus. Sed tunc vos maximè admirabuntur, & laudabunt, cum videbunt vos solos ad dexteram iudicis stari, & præmijs cœlestibus honorari, & vt Dei filios in æternam Patris hæreditatem vocari.

TROPOLOGIA.

45 Quæ de Domini resurrectione dicũtur, & de reprobatione Iudæorum, deque vocatione gentiũ, aliter exponenda non sunt, (vt enim ait Hierony.) in Mal. cap. 1. Regula scripturarum est, vbi manifestissima prophetia de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare, quæ scripta sunt. Sed quoniam resurrectio Christi typus est resurrectionis animæ à peccato, & de hoc pauca dicamus. Quemadmodum cum peccamus, Christus in nobis quodãmodo moritur, ita resurgit in nobis, cum nos à morte illa peccati resurgimus. Quando ergo Dominus resurgit in vno quoque nostrũ, congregat gentes, & regna, id est, dæmones, & cogitationes peccatorum, quæ in nobis [illegible], vt simul pereant, & effundat super [illegible] indignationem iram, & omnis terra [illegible]etur in igne zeli eius, id est, mala, quæ [illegible]ima nostra produxerat, depascat ignis caritatis, & pœnitentiæ, vt non vltra fructificet peccato. * Tunc reddit nobis labium 46
electum, vt desinamus de mortalibus, & caducis loqui, æterna cogitemus, & ex abundantia cordis de æternis loqui gaudeamus, nomen Domini semper inuocemus, neq; vnquam ex ore nostro idolorum nomina audiantur, neque confidamus diuitijs, aut amemus voluptates, sed toto corde Dominum Iesum inuocemus, neque iudicemus nos scire aliquid, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Fit etiam crescente caritate, & animam plenius occupante, vt omnia, quæ in homine sunt, ferniant Domino humero vno, id est, intelligentia, & voluntas, & sensus, & corporis membra humerũ vno animo supponant oneri Domini leui, & sub iugo suaui Christi iucundè laborẽt. Psal. 102.
Hoc sentiebat, qui ait: Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Humero vno Deo vt seruiamus, Deut. 6.
hortatur nos ipse illis verbis: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua.
* Sed vt sciamus de nemine, dum quidem 47
hic viuitur, esse desperandum, & ne quemquam pro suorum peccatorum magnitudine Diabolus in desperationem deijciat, & desperans semetipsum tradat impudicitiæ, & iniquitati; docemur nunc tam potentem esse Dei gratiam, vt sanare omnes, & longissimè exulantes, ac turpissimis flagitijs denigratos ad se adducere possit: tantã misericordiã, vt adducturus etiam sit. Ideò ait: *Vltra flumina AEthiopiæ inde supplices mei filia dispersorum mearum deferent munus mihi.* AEthiopia quid, nisi vitiorum nigrorem, & turpitudinẽ significat, iuxta illud: Numquid non vt filij AEthiopum vos estis mihi filij Israël? Septem autẽ flumina AEthiopiæ, septem peccata capitalia vulgo dicta indicant, quorum caput Nilus, qui niger, & turbidus est iuxta nomen suum, vt latius exposuimus Ham. 6. num. 44. &. 45. amore proprium significat caput, & originem malorum, in septemque flumina, id est, in septem hæc vitia diuiditur, quæ omnia pars quædam, & deriuatio sunt proprij amoris, ac nisi vel magno æstu arescant, vel obiecto aliquo retardentur, in mare procurrent AEgyptiacum. * Sic hæc vitia, nisi gratia 48
Dei arescant, & pœnitẽtia, atq; abnegatione sui, & amore Dei retardentur, in mare

Nili aquæ proprium, qui deluitur in septem flumina, id est, in septem capitalia peccata.

magnum malorum defluent, id est, in vitã perditissimam, & in virtutis contemptum, atque odium, de quo Salomon: Impius cũ in profundum venerit peccatorum, contẽnit: & denique inde in profundum inferni. Et quoniam mali inter hæc flumina vitam agunt, & nisi exeant, citò hanc vltionem diuinam sensuri sunt, dictum est: Ecce, ego ad te Pharao rex AEgypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum. Inter & trans hæc flumina est AEgyptus, & his irrigatur. Denique trans hæc flumina sunt perditissimi quique, & à Christo remotissimi, & inde etiam venient supplices ad eũ illi, qui per varia malorum genera dispersi errabant, de quibus scriptum est: Errauerũt in solitudine, in inaquoso, viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt. Esurientes, & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad Dominũ cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eripuit eos.
49 * Errabant in solitudine segregati à vita & conuersatione sanctorũ, non inueniebant verbem, in qua habitarent, quia nusquam pacem veram animi inuenire in peccatis valebant. Esuriebant verò cibo priuati, id est, corpore, & doctrina Domini sitiebãt, quia non accipiebant Spiritum sanctum, qui fieret in eis fons aquæ salientis in vitam æternam. Deferent Deo munus cordis contriti, & humiliati, & animi ad omnia pro eo perferenda parati, quod est magnũ, & Deo gratissimum sacrificium. Cum vero proprium sanctorum sit, nunquam prorsus veterum peccatorum obliuisci, sed eorũ memoria confundi, sicut Dauid ait: Et peccatum meum contra me est semper, & Paulus: Ego enim sum minimus apostolorum, qui nõ sum dignus vocari apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei: mirũ est quod sequitur: *In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me.* Sed videamus quod statim additur, fortè enim inde solutionem habebimus difficilis quæstionis: *Quia tunc auferã de medio tui magniloquos superbiæ tuæ.* * Qui 50
sunt magniloqui superbiæ nostræ, nisi superbæ cogitationes, quæ animum nostrũ vehementius excitant ad superbiam, vt cũ recordamur generis nostri, nobilitatis, ingenij, eruditionis, potentiæ, aut si quæ præclarè, & cum virtute gessimus. Addit: *Et non adicies exaltari amplius in monte sancto meo.* Illi exaltantur in mõte sancto Dei, qui gloriantur se templum Dei habere, id est, Christianos se esse, & filios Ecclesiæ, neque factis, & vita dignitati, & gloriationi respõdent suæ, quasi satis sit Christianos esse, & intra Ecclesiam contineri, nisi vitam agant Christiano nomine, & Ecclesiæ filijs dignã. His Dominus ait per Ieremiam: Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. Tales sunt hæretici huius temporis, qui fide sola se putant saluos fore, id est credẽdo se saluos futuros, quia in Christũ credunt, qui pro peccatis nostris passus est. Confidunt in verbis mendacij, & illis sanctus apostolus Iacobus inquit: Quid prodesit, fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides saluare eum? * Tales etiã sunt ma- 51
li Christiani, & eadem Iacobi verba magis ad illos pertinent: nam hæretici iactãt quidem fidem, sed non habent, Christiani habent, sed nihil ex ea emolumenti capient, si desint opera. Promittit præterea: *Et derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenũ, & sperabunt in nomine Domini.* Populus pauper, & egenus sunt humiles, & mansuetæ cogitationes, vt manifestè exposuit Hieronymus: Pro superbis, inquit, vanisque nominibus relinquetur in nobis populus mãsuetus, & humilis, vt nihil arrogans, nihil tumens, nihil quod Deo displiceat, cogitemus, &c. Cum ergo ablatæ fuerint è nobis superbæ cogitationes, neque exaltauerimꝰ nos in mõte sancto Dei, hoc est in solo nomine Christiano, sed tantum amauerimus iustitiam, vt pro ea persecutionem quamuis pati minimè recusemus, & cũ vase electionis dicere possimus: Pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis, & nihil cogitauerimus arrogans, sed probè nosmetipsos cognouerimus, & Dei esse quidquid habebimus boni, senserimus, nõ confundemur super cunctis adinuentionibus, quibus in Deum præuaricati sumus. Ier. 7. 1. Cor. 12.
* Nam licet peccatorum nostrorum recor- 52
demur, & dignos esse nos omni confusione intelligamus: illa ipsa peccata confusione sua ad bona opera nos excitant, & ad maiorem gloriam parant, quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum vocati sunt sancti. Non erunt ita nobis confusioni Rom. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

coram supremo iudice, non coram Sanctis, non coram vniuersorum hominum cœtu, & Deus misericorditer omnia remittens omnium obliuiscetur, sicut legimus: Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatũ. Quod autem sequitur: *Reliquiæ Israel non facient iniquitatem*, &c. vsque ad illud: Nugas qui à lege recesserunt, totum est morale, neque aliter interpretandum est, quam historicè sumus interpretati. Tantum illud ad eos referamus, qui vocati sunt à Deo, & de magnis peccatis liberati, propter quod recte dicuntur reliquiæ Israel, vt videant quam animi puritatem retinere semper debeant. Et quod de Ecclesia dicitur. *Lauda filia Sion, iubila Israel*, &c. ad iustificatorũ animas accõmodemus: * *Nugæ vero, qui à lege recesserunt*, inferiores animæ potentias significãt, quæ peccandi consuetudine depraua tæ caduca, & terrena sectabantur, & virtutibus aduersabantur, & male spiritui obtemperantes opprobrio cũ, atque ignominia afficiebant. Quas Deus per gratiã suam ita congregat, vt non regnet peccatũ in mortali corpore nostro, neque obediamus concupiscentijs eius, sed ipsæ pro suo captu, & pro huius conditione mortalitatis obtemperent spiritui. Et quoniã quos vehementius diligit, ita à peccatorum seruitute liberat, vt illis quoque occasiones adimat peccandi, siue dæmonum rabiem compescendo, siue amicos, & eos qui socij peccatorum, aut hortatores, aut instrumenta sunt, è medio tollendo, siue honores, aut voluptates, aut diuitias auferendo, aptissimè ait: *Ecce ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in tempore illo.* Nam qui nobis peccandi causa sunt, quamuis amare nos videãtur, & gratificari nobis velle, quamuis lucrũ ditates afferant, affligunt nos, si verè loquendũ est, & pro horæ voluptatula æternis nos tradunt gehennæ doloribus. In eo quod sequitur *. *Et saluabo claudicantem*, &c. magnopere considerandæ, & laudandæ est charitas, & humanitas Dei nostri erga suos, amat enim verè, & ex animo, ideoq; quos amat, omnibus cumulat beneficijs, neque prætermittit quidquam in quo eis gratificandum esse putet. Nouit ingenium caritatis, quæ semper bonorum, quibus ipsa fruitur, consortes cupit, non enim æmulatur, non agit perperam, non inflatur. Itaque vt

Pſal. 31.

53

54

Ioseph non est passus fratres suos se diuite esurire, neque illa frumenti inopia, quæ vbique erat, laborare, sed ad se cum suis omnibus venire iussit, vt suæ copiæ participes essent: ita qui caritate diuites sunt, & veris bonis abundant, ægre ferũt fratres suos, quos Deo secum genuit Ecclesia, illis carere, & sub Diaboli potestate fame cruciari, & ad Deum omni ratione qua possunt, adducere festinant. Immo vero ita interdũ ardenter concupiscunt, vt abijci se postulent, si cereri abijciendi sint, vt Moyses, cuius vocem nouimus: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quẽ scripsisti: aut ipsi separari æternum à Deo optent, vt illi non separentur, sicut ex pluriorum sententia Paulus, qui ait: Optabã enim ego ipse anathema esse à CHRISTO pro fratribus meis. * Propterea nũc in consolationem suorum, qui ex toto corde reuertuntur, aliorum quoque salutem pollicetur, qui instabiles errabant, & claudicabant in duas partes, nunc mundo, nunc Deo simul seruire cupientes, & ideo meritò à Deo eiecti erant. Hoc est quod ait: Et saluabo claudicantem, & eam, quæ eiecta fuerat, congregabo, vt latius expoſui Mich. 4. num. 68. &. 69. Atque ita congregat, vt laudentur ab omnibus, & exemplo, atque ædificationi ceteris sint in illis ipsis locis, in quibus paulo ante propter vitę turpitudinem fuerant detestabiles. Quæris quãdo hoc futurum sit? In tempore illo, quo adducam vos, & in tempore, quo congregabo vos. Quotidie sane hoc facit nam propter desideria, & gemitus piorum conuertit ad se impios, sed plenè, atque integrè faciet in fine sæculi, quo cum ceteris, quos ante adduxerat, congregabit omnes clamantes, & eiectos, qui electi erant ad vitã æternam vbicunque illi sint, quacunque mole peccatorum grauentur, qui vt pedibus ægris, & claudis serius, quam reliqui venerant. * Tunc omnes electos suos dabit Dominus in laudem, & in nomen, & verè illud de eis dicetur: En populus sapiẽs, & intelligens, gens magna: Et illud: Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter Sanctos sors illorum est. Quid de illo extremo die loquor, quo videbimus eos, uersam

Gen. 45.

Exod. 32.

Rom. 9.

55

56

Deut. 4. Sap. 5.

Virtus mala quam sit in se turpis, & quam damnosa sui cultoribus.

uersam nostram captiuitatem, & glorioſe de omnibus hostibus visibilibus, & inuisibilibus cum rege nostro triumphabimus: cum nunc etiam videamus paucos esse in ijs, qui induuntur purpura, & byſſo, & epulantur quotidie splendide, qui cum se paulum colligunt, non inuideant sanctis viris mundi contemptoribus, & Christi paupertate ditissimis? Atque vt olim Alexander Magnus confessus est, se Diogenem libenter futurum fuisse, nisi Alexander esset: ita nunc multi ex his, qui quidem non omnino desipiunt, vellent esse illi, quorũ probitatem, & tranquillitatem animi, & omnium rerum contemptionẽ, securitatemque mirantur. Habet eam dignitatem vera virtus, & cum splendorem, vt quamuis tegatur, eluceat, & desiderio sui animos hominum commoueat, & magni etiam ab inimicis suis fiat. Nihil autẽ erit, quod miremur, si huius rei causam quæramus; nam Christo vero Dei filio specioso forma præ filijs hominum quid potest pulchrius, aut amabilius cogitari? Quid ergo mirũ, si pulchri, diuitesque videãtur, qui Christum induerunt, & vestibus ornati fratris sui primogeniti desiderabilibus gratissimi omnium oculis appareant, & ipsi etiam patri sint, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus?

57

Matth. 6.

Apoc. 3.

Thesaurizent ergo alij thesauros in terra, vbi ærugo, & tinea demoliuntur, & vbi fures effodiunt, & furantur: nos veras, & nunquam interituras diuitias comparemus, id est, solidas virtutes, quibus Christo Deo nostro, qui est imago Dei viui, similiores efficiamur in dies. Induamur eius vestibus, vt nõ nudi ignominioſe inueniamur. Suadeo, inquit, tibi emere à me aurũ ignitum, probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ. Christe Iesu Domine Deus noster, seruator noster, vita nostra, in te sunt omnes thesauri diuitiarum Dei, & sine te nemo dives est, facile est in oculis tuis subitò honestare pauperem, effunde super nos diuitias misericordiæ tuæ, vt sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis, vt tecum sine fine regnemus in cœlo, cum Patre, & Spiritu sancto, qui tecum vnus sunt Deus; cui gloria, & honor in sæcula sæculorũ, Amen.

L DOCTO-

Universidad de Deusto
Biblioteca

DOCTORIS FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV in Haggæum prophetam Commentarij.

PROOEMIVM, QVANTVM SANCTI PATRES reliquis præstiterint in explanatione Scripturarum.

1 QVoniã in Sophoniæ proœmio de expositoribus quibusdam dixim[a], quos, aut omnino fugiẽdos, aut cautissimè legẽdos putabamus, ne sceleris argueremur, si taceremus, & hæc cõmentariorũ nostrorum proœmia ijs ferè dicare constituimus, quæ ad Scripturarum sanctarum rectam sanamque intelligẽtiam pertinere viderentur: video non defuturos fortasse, qui scire aueant, quos maximè autores ad eam comparandam sequendos iudicem. Atque hoc quidem mihi satis ex ijs, quæ & in alijs, & in eodem loco dixi, intelligi posse videbatur: sed dicam apertius haud inuitus, & de re, quam in primis vtilem censeo, non tam meum, quam omnium verè eruditorum, & piorum iudicium proferam. Veteres Ecclesiæ doctores omnes tã Græci, quam Latini, ad Scripturæ expositionẽ adhibendi sunt, ex nouis verò non omnes, sed qui veterum doctrinam, & probatissimũ illud exponendi genus imitantur. Itaq; patres, quos Deus posuit in Ecclesia doctores, & per quos Spiritus sanctus, quasi per lectissimos, & maiestate Scripturarum, ac sua dignissimos interpretes, tot nobis, & tam abscondita mysteria patefecit; non maximè, sed soli pene in hoc genere sapiũt: ceteri, quo propius ad hos accedunt, eo sunt sapiẽtiores, & crebrius legẽdi, quoniã illud est in vno quoq; genere præstãtissimo, ac melius, q̃ propius optimo est. Quo verò sunt dissimiliores, eo magis contemnendi sunt: nã, qui aliã, planeq; diuersam scribẽdi, atq; explanandi rationẽ de industria secuti sunt, ne vidẽdos quidẽ arbitror, nisi ab eruditioribus, qui iuxta Apostolum potentes sint exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicũt, arguere, vt eorũ errores detegẽtes omnes seriò doceãt, quantũ illi delirent, qui sperãt se sacros libros sine his dubijs ac principibus Dei posse intelligere. 2 Video dicturũ fortasse insipiẽtẽ in corde suo præiudicatam patrũ autoritatem hoc efficere, vt ceteris præferendi videantur, sed si res per se ipsa iudicetur, id est, si librorum, & recentiorum sine nominibus, & quasi ignoti legantur, multos posteriores memoriæ, atque adeò huius ætatis scriptorum, non solum cum ijs, qui ante mille annos scripserũt, conferri posse; sed eriã superiores iudicari. Non dubito, quin ita plures fortè, quã putam[a], sentiãt; tametsi dicere nisi inter familiarissimos nõ audeant. His sanè dicim[a], & nos veritatis amatores esse, neq; errore vulgi, aut opinione multorum duci velle in iudicãdo, sed hoc ab eis petere paulisper vt audiãt dum causas iudicij nostri, & quã ipsi toto cœlo errẽt, exponimus. Primũ si ea spectem[a], quæ ad intelligẽdum, & ad docendum maximè valent, ingenium, iudicium, grauitatem, ac maturitatem in iudicando, laborem, industriam, eruditionem multiplicem, eloquentiam; quis poterit vlla ratione cum veteribus patribus cõparari? * Legamus Irenæum, Athanasium, Hilarium, Basilium, Nazianzenum Gregorium, Ambrosium, Hieronymum, Chrysostomum, Cyrillum, vel scripturam enarrentes, vel cum hæreticis disputantes, quid potest excogitari acutius? quid ingeniosius, aut copiosius? Nam quid de Augustino dicam, qui ita de se ipse scripsit. Et quid mihi proderat quod omnes libros artium, quas Liberales vocant, tunc nequissimus malarum cupiditatum seruus per me ipsum legi, & intellexi quoscunque legere potui? Et postea: Quidquid de arte loquendi, & differendi, quidquid de dimensionibus figurarũ, & de musicis, & de numeris, sine magna difficultate nullo hominũ tradente intellexi, scis tu Domine Deus meus. Addit & mox: Non enim sentiebam illas artes, etiam ab studiosis, & ingeniosis difficillime intelligi, nisi cum eis easdem conabar exponere, & erat ille excellentissimus in eis, qui me exponentem non tardius sequeretur. Iudicium vero sanctorum patrum, & grauitatem, & eloquentiam omnes eorum libri loquuntur: nihil temere affirmant, incerta pro certis non tradunt, nihil dicunt quod vel scripturæ testimonio, vel probabili ratione non confirment. Eruditio sæcularium literarum in illis admiraculum vsque insignis, & præstans, lege vbique Hieronymum, lege Clementis Alexandrini volumina, Eusebij Cæsariẽsis libros de Præparatione Euangelica, Tertulliani contra gentes, Lactantij, Cypriani, Hilarij, Augustini de ciuitate Dei, Theodoreti Cyrenensis episcopi de Græcarũ affectionũ curatione, & multos alios, inueniesque quod Hieronymus in epistola ad Magnum oratorem vrbis Romæ plurimis alijs commemoratis scripsit: Qui omnes inquit, in tantum philosophorum doctrinis, atq; sententijs suos referciunt libros, vt nescias quid in illis primum admirari debeas, eruditionem sæculi, an scientiam scripturarum. * De labore, quem in sacrarum literarum cognitione posuerunt, quid attinet dicere, cum illis se totos dediderint, in eis consenuerint, & mortui sint, in eis ita profecerint, ac si nihil vnquam præterea didicissent? Quid sine scripturæ testimonijs dicunt? quid illos in ea fugit cum confirmare, aut infirmare aliquid volunt? vt omnia habent in numerato? vt memoriter pronũtiant? vt acutè, & subtiliter exponunt? Quid reliquit in Græcorum, Hebræorum, Latinorũ Bibliotheca Hieronymus, quod studiosè non legerit? aut quomodo omnia nõ legeret qui ab incunte fere ætate vsque ad primum & nonagesimum ætatis annum his studijs insudauit? Sic Origeni, Eusebio, Ambrosio, Augustino, & reliquis omnibus idem fuit vitæ finis, atque studiorum. Basilius, & Gregorius Theologus ad monasterij solitudinem, otiumque confugientes tredecim annos remotis omnibus Græcorum sæcularium libris solis diuinæ scripturæ voluminibus operam dederunt, vt est apud Ruffinum in ijs, quæ Eusebij Ecclesiasticæ adiecit historiæ. Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Chrysostomus, Cyrillus, & alij, qui Ecclesiæ præfuerunt, tametsi episcopalis officij functione, ac laboribus distinerentur, vsque ad extremam senectutem libros in scripturæ explanationem edebant, nec persuadere sibi poterãt nec fas esse ducebant, aliquid vnquam de vtilis, atque iucundi laboris contentione remittere. Quis vnquam recentiorum scriptorum ita aut ardenter, aut indefesse in scripturæ lectionem incubuit? Quis paribus ad scribendum præsidijs instructus accessit? Sed hæc nunc quidem missa faciamus, in quibus sanctos patres superiores esse nemo sanæ mentis dubitabit, ad aliud veniamus in quo ita præstant, vt comparatio non modo stulta, verum etiam inuidiosa cum primis, & contumeliosa, atque adeo sacrilega futura sit. Sanctitatem, & pietatem loquor, quæ quantum ad solidam, ac veram scripturæ intelligentiam conferat, explicari satis non potest. * De quo eleganter apud Cassianum collatione decimaquarta, capite nono, Nesteros abbas: Aliud namque est facilitatem oris, & nitorem habere sermonis, & aliud venas, ac medullas cœlestium intrare dictorum, ac profun-

4 Lib. 11. hist. Eccl. c. 9.

5

Universidad de Deusto
Biblioteca

da, & abscondita sacramenta purissimo cordis oculo contemplari, quod nullatenus humana doctrina, nec eruditio sæcularis, sed sola puritas mentis per illuminationem sancti Spiritus obtinebit. Hoc idem cap. 10. &. 11. &. 13. & duobus sequentibus copiosius asserit, & confirmat. Et Bernardus ad fratres de monte Dei: Quo enim spiritu Scripturæ factæ sunt, eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt. Nũquam ingredieris in sensum Pauli, donec vsu bonæ intẽtionis in lectione eius, & studio assiduæ meditationis spiritum eius imbiberis. Nunquam intelliges Dauid, donec ipsa experientia ipsos psalmorum affectus indueris, sicque de reliquis. Bernardi sentẽtia quã sit vera, passim experimur. Si enim quid loquaris, quod nõnihil aut obscuritatis habeat, aut ambiguitatis: qui ab eo longè cogitatione abest, nequit percipere, tenere sensum tuum non potest. At si fortè in eadem re cogitatione versetur, continuò quid dicas, agnoscit. Quid apertius dici potuit, quam: Ecce, ascendimus Lerosolymam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis: tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget? At, quia de hoc non cogitabant, & id maximè auersabantur, non intellexerunt. Et ipsi, inquit, nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant, quæ dicebantur. Verum cum eadem de re multo obscurius loquitur apud Iohannem, continuò turba intelligit: in qua videlicet erant multi, qui de eo in crucem agendo secum, aut deliberauerant, aut tunc etiam fortasse cogitabant. Dixit enim Dominus: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis: Oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Ita sancti patres, quoniam mysteria Christi, & cœlestia præmia, & Dei voluntatem semper in animo volucbant, cito verba scripturæ intelligunt: ceteri quanto longius ab huiusmodi rerum meditatione absunt, tanto absunt, & ab Scripturæ intelligentia, & ab spiritu, quo illius autores scripsere. Præterea, si illud inter omnes constat, omnibus artibus ediscendis vtilissimam esse animi puritatem, & tranquillitatem, quanto hæc vtiliora esse existimabimus ad Scripturam, quæ diuina est, & cuius vera cognitio non humanam solum industriam, & diligentiam, sed eius etiam opem desiderat, qui aperuit apostolis sensum, vt intelligerent Scripturas? * Verum hoc ipsum magis explicemus. Dedit Ecclesiæ suæ Deus Scripturas prophetarum, & apostolorum magnis mysteriorum obscuritatibus opertas, vt intelligi sine doctoribus nequeant, atque ijs quidem doctoribus, quos ipse spiritu suo illustrauerit. De quo ita Hieronymus in Epistola ad Paulinum de institutione monachi: Totum quod legimus in diuinis libris, nitet quidem, & fulget etiam in cortice, sed dulcius in medulla est. Qui edere vult nucleum, frãgat nucem. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Si tantus Propheta tenebras ignorantiæ cõfitetur, qua nos putas paruulos, & penè lactentes inscitiæ nocte circundari? Hoc autem velamen nõ solum in facie Moysi, sed in Euangelistis, & in apostolis positũ est. Turbis Saluator in parabolis loquebatur, & contestans mysticũ esse, quod dicebatur, aiebat: Qui habet aures audiẽdi, audiat. Nisi aperta fuerint vniuersa, quæ scripta sunt ab eo, qui habet clauẽ Dauid, qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit; nullo alio reserãte pandentur. Hæc Hieronymus, apud quem eadem sæpe, & apud alios patres videas. Iam hinc facilè intelligemus, qui sint præstantiores ad scripturam magistri. * Si spiritu Christi ad eas opus est, vide, quæso, vtrum Iudæis eum potius dandum existimes, quam purissimis animis, & vera religione, ac pietate præstantibus. Immò vide, an vllo modo spiritum Christi habere potuerint capitales inimici Christi Iudæi, increduli homines, auari, crudeles, & omnibus vitijs contaminati. Num habebunt hæretici, qui à Christo defecerunt, & cum fide omnia dona perdiderunt? Sed & recentes scriptores, quanto inferiores sanctitate patribus sunt, tanto fere minus ab eodem spiritu videntur illustrati. Doctores Christus Ecclesiæ suæ daturus, quos potius eligeret, quam quos amabat vnicè, & à quibus se vnicè amari intelligebat, qui cum cupiditate cognoscendi Scripturas studium, laborem, diligen-

Luc. 18.

Ioh. 12.

diligentiam, ardens gloriæ Dei, & fraternæ vtilitatis desiderium, deniq; miram animi puritatem, & in carne vitam angelorum coniunxerant? Arcana amicis maximè deteguntur, sicut ait Dominus: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum, cùm futurus sit in gentem magnam, & robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? Scio enim quod præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini. Et apostolis ait: Qui autem diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Et: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. * Est etiam aliud, quo maximè hæc omnia confirmantur: Apostolos verbo expositionem Scripturæ discipulis suis tradidisse, quam illi alijs, ac deinde ij sequentibus quasi per manus tradiderunt. Itaque quo propius sancti patres ab apostolicis temporibus abfuerunt ceteris, eo copiosior ad illos, & purior, & incorruptior scripturarum venit intelligentia. Quare etsi ceteris omnibus pares essent posterioris ætatis scriptoribus (quibus longè superiores sunt) hoc sine controuersia vincebant, quod multo præstantiores magistros habuerant, & scripturas non tam pro suo ingenio, quam pro maiorum traditione explicabant. Rectè ergo monet Ecclesiasticus: Nõ te prætereat narratio seniorũ, ipsi enim didicerunt à patribus suis: quoniam ab ipsis disces intellectum, & in tempore necessitatis dabis responsum. De eisdem dictum est: Verba sapientium sicut stimuli, & quasi claui in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt à pastore vno. Pastor vnus CHRISTVS est, sicut manifestè expositum est sanctus Ezeciel: Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas; seruum meum Dauid, ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ea igitur, quæ docent patres, à CHRISTO acceperunt per priorum magistrorum traditionem. Vide autẽ, an non ipsi quoque patres à maioribus suis hæc se accepisse dicãt, & id semper obseruẽt, vt quæ ab illis didicerunt, doceant. Magnus Dionysius Pauli Apostoli discipulus initio cælestis hierarchiæ hæc scripsit: Itaque IESVM inuocantes paternam lucem, quæ est, quæ vera est, quæ illuminat omnem hominẽ veniẽtem in hunc mundum, per quem ad patrẽ principale lumen accessum habemus, ad sanctissimarum scripturarum intelligentias, prout illas à patribus accepimus, contuendas pro viribus pergamus: & quas illi nobis, vel per signa, vel per intelligentię sacratioris arcana tradiderunt, cælestium spiritum distinctiones & ordines, in quãtum possumus, speculemur. Clemens martyr, & discipulus Petri in Epist. 5. Ierosolymitanis scribit: Et ideò oportet ab eo intelligẽtiam discere scripturarũ, qui eam à maioribus secundũ veritatẽ sibi traditã seruat, vt ipse posit ea, quæ rectè susceperit, cõpetenter asserere. Irenæus. Agnitio vera (inquit) est apostolorum doctrina, & antiquus Ecclesiæ status in vniuerso mundo, & character corporis CHRISTI, secundũ successiones Episcoporũ, quibus illi eam, quæ in vno quoq; loco est, Ecclesiam tradiderũt: quæ peruenit vsq; ad nos custodita sine fictione, Scripturarũ tractatione plenissima, neq; ablationẽ recipiens, lectio sine falsatione, & secundũ scripturas expositio legitima, & diligens, & sine periculo, & sine blasphemia. Et de Gregorio, atque Basilio ad scripturarum studia conuersis hæc ait Ruffinus: Solis diuinæ Scripturæ voluminibus operam dabant, eorumq; intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed ex maiorum scriptis. & autoritate sequebantur, quos & ipsos ex apostolica successione intelligendi regulã suscepisse constabat. Quorũ præcipuè in prophetas cõmentarios discutientes, thesauros sapientiæ, & scientię recõditos in vasis fictilibus perquirebãt. * Hiero. in omniũ ferè plogis cõmentariorum veteres cõmemorat, quos sit in expositione secuturus: & grauiter reprehẽdere solet eos, qui absq; Dei gratia, & doctrina maiorũ scientiã sibi vendicant scripturarum. Cassiodorus in præfatione libri Institutionis diuinarũ lectionũ ita monachos suos hortatur: Quapropter dilectissimi fratres indubitanter ascendamus ad diuinã scripturã per expositiones probabiles patrũ, velut per quandã scalã visionis Iacob, vt eorũ sensibus prouecti ad cõtemplationẽ domini efficaciter peruenire mereamur. Sed quid mirũ veteres patres maiorum suorum inhæsisse vestigijs, cùm ipsa etiam generalia concilia in Spiritu sancto legitimè congregata, cùm de quauis quæ-

Lib. 4. c. 63

Lib. 11. hist. Eccl. c. 9.

10

Universidad de Deusto
Biblioteca

stione agitur, nihil prius habeant, quam vt sanctorum patrum de ea re sententiæ recitentur, vt in actis Florentini Concilij factũ videmus? Idem in Concilio generali Ephesino factum esse docet doctissimus vir, & eloquentissimus Vincentius Lirinensis his verbis: Exemplum adhibuimus sancti Concilij, quod ante triennium ferme in Asia celebratum, vbi cum de sanciendis fidei regulis disceptaretur, ne qua illic forsitã prophana nouitas in modum perfidiæ Arimínensis obreperet: vniuersis sacerdotibus, qui ducenti fere numero conuenerãt, hoc catholicissimum, felicissimum, atque optimũ factu visum est, vt in medium sanctorũ patrum sententiæ proferrentur, quorum alios martyres, alios confessores, omnes vero Catholicos sacerdotes fuisse, & permansisse constaret, vt scilicet ritè, atque sollenniter ex eorum consensu, atque decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, & profanæ nouitatis blasphemia condemnaretur. * Hæc vincentius: Meritò ergo dixi veteres Ecclesiæ doctores omnes ad Scripturæ expositionem adhibendos esse, ceteros non omnes, sed qui magis hos imitarentur, magis esse legendos, qui autem ab eis de industria recessissent, ne videndos quidem, nisi à doctis, qui possent refellere. Dicam igitur non arroganter. vt Volcatius ille Sedigitus, qui de Latinis comicis iudicauit, sed verè, nihil sentire si quis contra sentiat. Obtemperemus itaque sapiẽti, qui ait: Ne despicias narrationem presbyterorum sapientium, & in prouerbijs corũ conuersare, ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus. Dicturus eram, qui in quoque genere essent maximè sequendi, sed iamdudum prologi modum excessimus, præsertim in breui propheta. Differamus in prologum Zachariæ, vt iam sanctum Haggæum loquentem audiamus: quem nobis sensum præclaræ suæ prophetiæ à patre luminum vt impetret, suppliciter precamur.

11

Eccli. 8.

ARGVMENTVM PROPHETAE.

Cap. I.

Reprehendit Iudæos, quòd dicerent nondum esse tempus templi ædificandi, cum ipsi sibi iam domos pulchras exædificassent, docetq; sterilitatem terræ, & morbos tam hominum, quam iumentorum ideo eos pertulisse, quod segnes essent in templo ædificando. Deinde monitis Prophetæ ad ædificationem diligenter accinguntur.

Cap. II.

Hortatur, & excitat eos Deus ad ædificationem templi, promititque, cum Christus Dominus venerit, se impleturum gloria domum illam, maioremque futurã gloriã domus posterioris, quã prioris. Docet etiã quantũ sibi Iudæi displicuerint, cũ nõdum templum ædificabũt, & quanta deinceps futura sit eorum felicitas, postquam ædificare cœperunt.

Cap. I.

1. Esd. 4.

*IN anno secundo Darij regis, in mense sexto, in die vna mensis: factum est verbũ Domini in manu Haggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, dicens: Hæc ait Dominus exercituũ, dicens. Populus iste dicit, Nondũ venit tempus domus Domini ædificandæ. Et factum est verbum Domini in manu Haggæi prophetæ dicens: Numquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus vestris laqueatis, & domus ista deserta? Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras. Semi- Deut. 28. Mich. 6.
nastis multum, & intulistis parũ: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & nõ estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hæc dicit Dominus exercituũ, Ponite corda vestra super vias vestras, ascendite in*

montem,

montem, portate ligna, & ædificate domũ: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit Dominus. Respexistis ad amplius, & ecce factũ est minus: et intulistis in domum, & exufflaui illud, quam ob causam dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, et vos festinatis vnusquisque in domum suam. Propter hoc, super vos prohibiti sunt cœli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum: & vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcunque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, et Iesus filius Iosedec sacerdos magnus: & omnes reliquiæ populi vocem Dei sui, & verba Haggæi prophetæ, sicut misit eũ Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Domini. Et dixit Haggæus nuntius Domini, de nuntijs Domini, populo dicens, Ego vobiscum sum dicit Dominus. Et suscitauit Dominus spiritũ Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorũ de omni populo: & ingressi sunt, & faciebãt opus in domo Domini exercituum Dei sui.

1

HISTORIA.

In anno secundo Darij regis. Non meminit regum Iuda, vt ceteri, quoniam, cum hæc fiebant, rege carebant Iudæi, & regibus Persarum parebant. Siquidem anno quinquagesimo tertio, ab initio regni Iosiæ, & vndecimo regni Sedeciæ, Nabuchodonosor rex Babylonis vrbem excidit, & templũ euertit: deinde post annos LXX, regnante iam Cyro rege Persarũ: Iudæi reuersi sunt Babylone in Iudæam, & templi fundamenta iacere cœperunt, vt Hesdræ. 3. videmus. Mox per aliquot annos opus impeditum est vsq; ad secundum annum Darij filij Hystaspis regis Persarum, vt ex Hesdræ 4. & 5. cap. manifestum est. Hic est Darius, de quo Propheta noster loquitur, & quẽ Hebræi fabularum amatores, & veræ historiæ ignorantissimi contra omnium historicorum fidem filium fuisse tradũt Esther reginæ. Ex his argumentum prophetiæ huius intelligitur. Nam cum Hesdras cap. 4. interruptũ fuisse dixisset opus templi vsque ad secundum annum Darij regis Persarum, continuo cap. 5. ait: Prophetauerunt autem Haggæus propheta, & Zacharias filius Haddo prophetantes ad Iudæos, qui erant in Ierusalem in nomine Dei Israël. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuãtes eos. * Vnde vterque prophetauit anno secundo Darij, sed Haggæus mense sexto, Zacharias octauo, vt initio suæ prophetiæ indicant. Prophetauerunt autem partim Iudæos obiurgando, quod cum iam tempus ædificandi templi impletum esset, & ipsi optimas ædes haberent, minimè essent de templi ædificatione soliciti, partim exhortando, ne timore regis Persarum retardarẽtur ab opere. Iosephus vndecimo Antiquitatum, capite quarto: Iudæis autem solicitis, & metuentibus, ne regem pœniteat iussisse reparari Ierosolyma, duo prophetæ, qui tum erant in populo, Haggæus, & Zacharias bono animo eos esse iubebant, nec à Persis quidquam timere, quandoquidem ipsi compertam haberent super hac re Dei voluntatem. Quibus credens populus assiduus erat in opere nulla die id intermittens, &c. Dicit autem Iosephus eos metuisse, ne regem pœniteret, quoniam Iudæorũ hostes ad Darium scripserunt, conantes impedire templi ædificium. Ceterum secundus annus Darij vigesimus septimus fuit Tarquinij superbi septimi, atque vltimi regis Romanorum, vt scribũt Hiero in procœmio huius prophetæ, & Eusebius in Chronicis. Qui post octo annos

Argumentũ prophetiæ huius.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

(vt ait Hieronymus) expulsus est à Bruto, ac deinde Rempub. per annos quadringẽtos sexaginta quatuor vsque ad Iulium Cæsarem consules administrauerunt. *Fuerunt igitur à secundo anno Darij vsque ad Iulij Cæsaris imperij initium anni quadringenti septuaginta duo. Quibus si addamus quinque cum mensibus septem Iulij Cæsaris, vnum autem, & quadraginta Augusti, quo seruator, & redemptor humani generis natus est, fiunt ab initio prophetiæ Haggæi & Zachariæ vsque ad felicissimum Domini nostri Iesu Christi natalem anni fere decẽ & nouem supra quingentos. Ex dictis etiã manifestum fit Haggæum prophetasse anno plus minusve centesimo quinquagesimo à Sophonia, quem suo loco vaticinatũ fuisse diximus, ante decimum octauum annum Iosiæ regis Iuda. Nec me fugit seriò, quemdam ex expositoribus affirmare hũc Darium, cuius anno secundo prophetauerunt Haggæus & Zacharias, non fuisse filiũ Hystaspis, sed Darium Longimanum illius neporem: sed hoc quantum à vero abhorreat ex Iosepho, & multis alijs ostendemus in illud Zach. 1. Iste iam septuagesimus annus est.

3 Anni ab Haggæo prophetæ ad Christũ.

Paul. Palac.

4 *In mense sexto.* Cui pars Iulij apud nos, & pars Augusti respondet. Nam cum eo tempore iam fruges in horrea intulissent, nec benignas, vt sperabant, sed parcissimas, opportunè Prophera causam sterilitatis exponit, & sumpta inde occasione eos reprehẽdit, quod ædificationem templi negligerent, sicut paulo post ait: Ponite corda vestra super vias vestras. Seminastis multum, & intulistis parum, &c.

In die vna mensis. Id est, Prima die mensis, cum recens erat dolor sterilitatis, & magnus, & opportunior, atque vtilior erat reprehensio. Vnum autem dicere Hebræos pro primo, notum & vulgatum est, vt Gene. 1. Et factum est vespere, & manè dies vnus; & Ioh. 20. Vna autem Sabbathi valdè diluculo, pro quo alij dicunt: Prima Sabbathi. Quam locutionem ex parte imitantur Latini vnum aliquãdo pro primo vsurpantes, vt Cicero in libro de Senectute: Plato vno, & octogesimo anno scribens mortuus est.

Vnus.

5 Sanctes Pagninus in thesauro v. Y. Manus.

In manu Haggæi prophetæ. Sunt, qui putẽt prophetiam, si fortis sit, Hebræis manum vocari, atque ita illud exponunt Ezec. 1. Et facta est super eum ibi manus Domini. At non est fortis, aut terribilis Haggæi prophetia, & tamen ait: In manu Haggæi. Vt ergo varias interpretationes omittamus, manus in Scriptura dicitur prophetia quæuis, nec solum prophetia, sed etiam omnis locutio, præsertim qua aliquid præcipitur, quia sicut manus mouet, ita mouet locutio præcipiens, vt 2. Reg. 14. Numquid manus Ioab tecũ est in omnibus istis? Id est, Num Ioab præcepit tibi, vt hæc diceres? Atque hunc planè esse sensum, responso suo mulier indicauit: Per salutem animæ tuę domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dextram est ex omnibus his, quæ locutus est Dominus meus rex. Seruus enim tuus Ioab præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. Iosue. 17. Dominus præcepit per manum Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorũ. Hesdræ. 3. Steterũt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid regis Israel, id est, verbis Psalmorum, quibus Dauid frequenter omnes ad laudem Dei hortatur. * Pro quo Iosephus. 11. Antiq. ca. 4. ait. Accedentes sacerdotes ornatu suo cum tubis, & Leuitæ, Asaphique progenies canebant sacros hymnos in Dei laudem à Dauide quondam institutos. Inde manus Domini super aliquem fit, cum Dominus ei loquitur, & aliquid præcipit, vt 3 Reg. 18. Et manus Domini facta est super Eliam, accinctusque lumbis currebat ante Achab. Cũ igitur nunc ait factum esse verbum Domini in manu Haggæi ad Zorobabel, significat, Loquente Haggæo, siue per locutionẽ Haggæi. Ita illud intelligitur Hos. 12. Et in manu prophetarum assimilatus sum, id est, In locutionibus prophetarum varias vobis similitudines obtuli, vt me amaretis, & ad me redireris. Ceterum Haggæus festiuum quo propheratur, & prophetiæ ipsi aptissimum fuit.

6

Ad Zorobabelem filium Salathiel. Iudæi reges iam non habentes tribuum suffragijs duces, & gubernatores populi in Iudæam redeuntes elegerunt Zorobabelem, & Iesum summum sacerdotem, vt scribit Iosephus. 11. Antiq. c 4. Iesus enim erat filius Iosedec, qui cum Iudæi Babylonem abducti sunt, summum sacerdotium gerebat, & cũ ceteris captus est, vt legimus primo Paralipomenon sexto: quare iure hereditario patri

7 patri succesit. *Eodem iure Zorobabel in ducatũ succedebat, quòd filius esset Salathielis filij Iechoniæ regis Iuda: quamuis nouj Hebræi cum quibusdam ex suis sectatoribus hunc Salathielis filium fuisse negant, sed neporem, filium videlicet Phadaiæ, quem Salathielis filium esse volũt. Hoc inde sibi persuadent quod. 1. Paralip. 3. Zorobabel filius Phadaiæ dicitur. At non vident Phadaiam non filium esse Salathielis, sed fratrem, ita enim legimus ibidem: Filij Iechoniæ Asir Salathiel, Melchiram, Phadaia. In Hebr. quidem & apud Lxx legitur: Filij Iechoniæ Asir, Salathiel filius eius, & Melchiram, & Phadaia: sed quamuis in omnes se se partes vertant, nequeunt efficere quod volunt, non est Salathielis filius Phadaia, sed frater. Dicamus igitur cũ multis ex nostris duos fuisse Zorobabeles, alterum Phadaiæ filium, alterum Salathielis. Ita in geneagolia Matthæi, & Lucę alter est Zorobabel pater Abiud, alter, qui pater est Resæ, & tamen vtriusque pater vocabatur Salathiel; neque idem homo erãt, sed duo, alter ex stirpe Salomonis, alter, qui est apud Lucam, ex stirpe Nathan filij Dauid. Immò & tertium legimus Salathielem de tribu Ruben Iudith. 8. Nobis satis esse debet Zorobabelem, cum sæpe nominetur in Iosepho, & in libro Hesdræ, & in Haggæo nusquam alterius filium appellari quam Salathielis. Et Matthæum disertè dicere: Salathiel autem genuit Zorobabel: quo loco nullus ex patribus obseruauit generationẽ vnam esse prætermissam, sicut in alijs locis adnotarunt.

Zorobabel et filius Salathiel.

8 *Nondum venit tempus.* Iam diu venerat, sed cum multi opus impediuissent, ipsi præmetu, ac socordia putabant nondũ venisse tempus à Deo præstitutum, quoniam si venisset, nullus impediret. Est autem Venit, præsentis temporis בא, & Lxx, ἥκει.

Et factum est verbum Domini. Priora verba Zorobabeli, & Iesu dicta sunt, vt intelligerent nequaquam Deo placere populi socordiam: sed hæ nunc vniuerso populo dicuntur. Hieronymus: Habito paulisper silentio ad id, quod dixerat populus, profertur Domini quasi cogitata responsio.

In domibus laquearis. Hieronymus, id est, ornatis, atque compositis, & quæ non tam ad vsum sunt, quam ad delicias. Chaldęus: In domibus, quę rectæ sunt tabulatis cedrinis. Lxx, κεκονιαμένοις, id est, concauis, quod eleganter Hieronymus vertit, laqueatis, id est, laquearibus ornatis.

Et domus ista deserta. Hieronymus: Et habitaculum meum, in quo fuerunt Sancta Sanctorum, & Cherubim, & mensa propositionis, pluuijs irrigabitur, squalebit solitudine, sole torrebitur?

9 *Ponite corda vestra super vias vestras.* Recogitate diligenter facta vestra, & videbitis non me, sed vosmetipsos calamitatem vobis attulisse. Via pro opere sæpe ponitur, Iob. 40. Ipse est principium viarum Dei. Psalm. 13. Contritio, & infelicitas in vijs eorum. Ponere autem cor super aliquid, aut ponere super cor, est diligenter meditari, & considerare. Isa. 47. Non posuisti hæc super cor tuum, nec recordata es nouissimi tui. Ezec. 40. Filij hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia, quæ ostendam tibi. Idem intelligitur cum absolutè dicitur: Ponere cor, vt Dan. 6. Et pro Daniele posuit cor, vt liberaret eum. Haggæi. 2. Ponite corda vestra ex die ista, & in futurũ, à die vigesima quarta noni mensis, à die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum.

Via.

Ponere cor, aut super cor.

Comedistis, & non estis satiati. Non satiamini prę inopia cum comeditis, quia timetis cirò vobis defuturum triticum.

Et non estis inebriati. Copiam ebrietatis nomine significare solet Scriptura, vt Gene. 43. Biberuntque, & inebriati sunt cum eo. Significat eos parum vini è vineis percepisse.

Et non estis calefacti. Parum lanæ habuistis præ paucitate onium, vt vestes habere non possitis, quæ satis sint ad frigoris iniuriam repellendam.

Et qui mercedes congregauit. Quicunque siue ex negotiatione, siue ex labore suo, mercedes, & lucra congregare voluit, ita pecuniæ eius perierunt, ac si misisset eas in saccum, siue in marsupium pertusum, id est, ruptum, aut perforatum. Quidam, vt Pagninus, & Vatablus, verrendũ hic putãt. * Qui prętio se locat. Sed si ita verendum est, cur non vertunt continuò: Et qui prętio se locat, prętio se locat in sacculum pertusum, nam idem omninò verbum est vtroque in loco? Rectius Hieronymus: Et qui mercedes congregauit, & Lxx similiter: καὶ ὁ συλλέγων συνβολὰς εἰλόγησεν, id est, Et qui mercedes congregat.

Ponite corda vestra super vias vestras. Con-

10 *

siderare quæ feciſtis,& quid pro eis acceperitis,& mutate conſilium,& templum ædificate, videbitis contra omnia læta ſuccedere.

Aſcendite in montem. Vt ligna deferatis ad ſtructuram templi. Lxx : Aſcendite ſuper montem,& præcidite ligna. Chaldæi. Conſcendite montes,& afferte ligna,& ita omnino eſt in Hebræo,nam pro,Parate ligna, eſt,Afferte ligna,ſiue Afferetis ligna. Quaſi dicat:Mittite ad Tyrios,vt præcidant vobis ligna cedrina de Libano ad templum ædificandum. Efficite,vt eant ad Libanum Tyrij, & Sidonij,ita enim fecerant antea,vt videmus Heſd.3.

Et acceptabilis mihi erit. Grata mihi erit domus , quam ædificabitis , & ibi exaudiam preces veſtras , & omnia aduerſa in proſpera conuertam.

11 *Et glorificabor, licit Dominus.* Ibi laudabor ab hominibus,ibi me magnum oſtendam magnis vos beneficijs afficiendo. Alludit ad felicitatem,& proſperos euentus, quos Salomon precatur orantibus in templo. 3. Reg.8. Sciendũ eſt autẽ verbo Hebr. אֶכָּבֵד id eſt,glorificabor,deeſſe in fine literam ה quam habere debeat , & ideo Hebræi in margine cum ה ſcribebant,vt docerent ita eſſe legendum in contextu. Elias Leuita in præfatione tertia in Maſſóret affirmat ipſum prophetam Haggæum admoniſſe Iudæos ſui temporis vt cum ה legerent, אֶכָּבֵד ſe autem ſine ה ſcripſiſſe,quod quinque res,ſeu quinque ornamenta,quæ in primo templo fuerant , deeſſent in ſecundo. nam ה quinta litera Hebræis quinque ſignificat,vt Græcis ε. Ira refert ex Elia Iohãnes Iſaac lib.1.defenſionis veritatis Hebraicæ contra Lindanum. Eandem maiorum ſuorum traditionem,id eſt,detractam eſſe ה propter quinque,quæ deerant, retulerũt R. Danid,& R. Salomon. Quinque autem res fuiſſe dicũt,arcam,vrim , & thummim, quæ erant in rationali ſummi ſacerdotis, ignem cœleſtem,præſentiam diuinam (id eſt,gloriam Dei, quæ aliquoties in ſanctis ſanctorum apparere ſolebat inter Cherubin) Spiritum propheticum. Hoc idem referunt ex Thalmudicis libris Galatinus lib. 4. de arcanis catholicæ veritatis capit. 9. & Porchetus in 1. par. victoriæ aduerſus Hebræos.c.7. Et quoniã illis quinq; deficientibus minus glorificatus eſt Deus in ſecundo templo,non eſt integrè ſcriptum verbũ illud,quod ſonat, Glorificabor.* Hæc Hebræi,quæ multis ex noſtris probantur, & acuta,atque elegantia videntur. At tantum myſterium Hieronymum oculatiſſimum hominẽ fugit, quẽ nihil ex Hebræorũ traditionibus fugiebat: nondum videlicet illi gratioſam fabulã excogitauerãt. Poſteriores Iudęi,vt indoctiores,ita etiã impudẽtiores ad nugandum fuerunt , & audaciores. Sed videamus eorum commentum. Ignẽ cœleſtem defuiſſe dicunt in ſecundo templo:intelligunt autem illum,qui ſemper ardebat in altari,& lignis quotidie nutriebatur à ſacerdotibus Leu.6. qui è cælo datus eſt,vt videmus. Leu. 9. & ideo cap.10. Nadab,& Abiu filij Aharon interfecti ſunt à Domino,quod thuribulis ignem alienum impoſuiſſent,id eſt, ignem non acceptum ex eo,qui cœlitus datus fuerat. Non miror hoc ab Hebręis dici,qui libros Machabæorum in canonem diuinorum librorum nõ recipiebant . Sed à Chriſtianis dici miror, quibus iam de illorum librorum autoritate dubitare non licet : & ſi primum caput ſecundi libri legant,videbunt ſacrum ignẽ abſconditum fuiſſe à ſacerdotibus in puteo alto vallis,cum Ieruſalem direpta eſt à Chaldæis: ac deinde poſt reditum è captiuitate nepotes illorum ſacerdotum inueniſſe aquam craſſam,qua Nehemias ſacrificia aſpergi iuſsit,& ſole fulgente,qui prius erat in nubilo,accẽſus eſt ignis magnus,ita vt omnes mirarẽtur. Atq; ita ignem ſacrũ receperunt,& ſeruauerũt diligenter. Quare mirandum eſt Genebrandum hominẽ eruditum hoc ipſo loco Machabæorum indicato ſcripſiſſe in.2. libro ſuæ Chronographiæ,nunquam comparuiſſe ignẽ hũc, ex quo in puteum miſſus eſt à ſacerdotibus.* Vrim & thũmim vocãt ipſi lapides, qui erant in Rationali pontificis,& quibus reſponſa dabant ſacerdotes,ſiue ipſum Rationale cum lapidibus,vt ex citatis autoribus intelligitur . Hos autem minime defuiſſe in ſecundo templo contra iſtorum omnium commentum docet Ioſephus libro.3.Antiq.ca.9. Cuius de gemmis pontificalium veſtium verba ſubſcribam . Ex lapillis enim,quos pontifex in humeris geſtabat(Sardonyches erant, quorum naturam nulli non notam narrare ſuperuacuum puto)micabat alter quoties litatum eſſet , ita qui dextrum humerum occupabat , tantumque fulgorem emittebat , vt proculetiam

12

Ignis cœleſtis nõ defuit in ſecũdo templo.

Quæ de, fuerint in 2. templo.

13 Vrim & Thummim

etiam intuentibus conſpiceretur, idque præter naturam ſuam, & conſuetudinem. Quod certè admirationem meretur apud omnes, niſi ſi qui ex contemptu religionis ſapientiæ opinionem aucupantur. Sed mirabilius eſt, quod nunc dicturus ſum. Per duodecim gemmas, quas in pectore pontifex inſutas eſſeni geſtat, in bello victoriã prænuntiare Deus ſolebat. Nam priuſquã exercitus ſe moueret, tantus fulgor ex eis emicabat, vt toti populo facilè innoteſceret adeſſe Deum, opemque, & auxilium ſuum inuocantibus eſſe allaturum. Quapropter Græci, qui à noſtra religione non abhorrent,cum hoc miraculum pro compertiſsimo habeant, ità, vt negari non poſſit, eſſena vocant Λόγιον hoc eſt oraculum. Deſijt tam eſſen,quam ſardonyx fulgorem emittere annis ducentis,antequã hæc commentaremur , irato Deo propter legũ ſuarum præuaricationẽ. Hactenus Ioſephus, vnde recentiorum Iudæorum imperitorũ veræ hiſtoriæ commenta conuincuntur.

14 * De arca non ſatis conſtat, fuerit ne in ſecundo templo. Secundi Mach.2. capite legimus ab Ieremia propheta abſcõditã fuiſſe in ſpelunca , ſacerdotes locum notare voluiſſe : vt autem (inquit) cognouit Ieremias, culpans illos dixit, quod ignotus erit locus , donec congreget Deus congregationẽ populi, & propitius fiat, & tunc Dominus oſtendet hæc, & apparebit maieſtas Domini,& nubes erit, ſicut & Moyſi manifeſtabatur. Hanc prophetiam quidam impletam negant, vt Lyranus , & Dionyſius Carthuſianus in eundem locum , & Genebrardus loco citato,& qui hanc traditionẽ Hebræorum veram arbitrantur. Accedit & Dorothei martyris, atque epiſcopi Tyri autoritas in Synopſi de vita,ac morte prophetarũ , & Epiphanij , qui in bello de prophetarum vita , & interitu, in vita Ieremiæ affirmat , arcam abſconditam ab Ieremia abſorptam fuiſſe à petra,neque apparituram, aut inde proditurã vſque ad finem ſæculi. Alij dubitant,vtrùm poſt exitum è captiuitate Babylonica manifeſtata fuerit arca, an in fine ſæculi, cum Iudæi conuertentur, ſit manifeſtanda,vt Petrus Comeſtor in hiſtoria libri Iudith cap. 3. & Canus noſter libro 2. de locis Theologicis cap. 11. * Mihi haud improbabiliter dicere videretur, qui eam contenderet , manifeſtatã fuiſſe, poſtquam è Babylonia venere Iudæi, diuque in

15

16

17

ſecundo templo fuiſſe ſeruatam. Moueri enim meritò poteſt verbis ſecũdi libri Machabæorum, quem Eccleſia vt canonicũ, atque diuinum iure veneratur. Ignotus,inquit,erit locus, donec cõgreget Deus congregationẽ populi,& propitius fiat,& tunc Dominus oſtẽder hæc. Cum hæc Ieremias locutus ſit in tranſmigratione Babylonis, de quo populo intelligemus, niſi de populo Iudæorum,& de qua congregatione, & propitiatione , niſi de ea , qua ſoluta captiuitate Lxx annorũ paulatim in Iudęa congregati ſunt ? Quorſum enim in fine ſæculi , oſtendatur Iudæis arca ? An vt iterum ad Iudaiſmum redeant? Poſt ſolutionẽ autẽ Babylonicæ captiuitatis , vtilis erat arca Iudæis ad inſtaurationem religionis , ad leuationem præteritorũ malorum , ad ſpem meliorem diuinæ propitiationis: in cõſummatione mundi quę illius vtilitas? * Sed citius fortaſſe tota controuerſia finietur, ſi meminerimus eundem Ieremiam prædixiſſe nullam tempore noui teſtamenti futuram Iudæis arcæ memoriam. Cumq; multiplicati,inquit,fueritis, & creueritis in terra, in diebus illis, ait Dominus, non dicent vltra, Arca teſtamẽti Domini, neque aſcendet ſuper cor , neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltra. Sed quæris, cur huius inuentionis arcæ Ioſephus non meminerit? Cur abſconſionis non meminit? Cur de igne cœleſti Nehemiæ dato nihil dixit? Multa de his rebus tacuit. Cum Ieruſalem incenſa eſt à Chaldæis , nihil de arca dixit,neque de Cherubim,neque de candelabro,nihil cum ſecundi templi conſtructionem narrat, nihil cum de eodẽ ab Herode reædificato ſcribit. Sed cur omiſit liber ſecundus Machabæorum? Fortaſſe nota erat illis,ad quos ſcribebatur, arcæ inuentio. * Altera eſt cauſa, quam paulò poſt explicabo, ſi prius admonuero cum capta eſt Ieroſolyma à Tito , nullam fuiſſe arcam in templo, vt planè indicat Ioſephus lib.6. de bello cap. 6. vbi cũ dixiſſet in ea parte templi , quæ Sancto Sanctorum proxima erat, fuiſſe tunc menſam propoſitionis , & candelabrum , & thuribulum : mox hæc ſubijcit: Intima verò templi pars viginti cubitorum erat,diſcernebatur autem ſimiliter velo ab exteriore, nihilque prorſus in ea erat poſitum, inacceſſa verò,& inuiolata, & inuiſibilis omnib⁹ habebatur , Sanctiq; Sanctum vocabatur. Quare longè à vero eſt,

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod loco indicato Genebrardus affirmauit secutus mendacissimum librum Thalmud, loco arcæ Iudæos lapidem posuisse prominentem è terra tres digitos, & supra habentem thuribulum. Magis autem miror historiæ Scholasticæ autorẽ in historia libri Iudith cap.3. pro certo definijsse fuisse tunc in templo arcam,& inter spolia à Romanis abductam cum mensa, & candelabro. Dicit hoc legi,sed vbi legerit,neq; ipse
18 indicat, neque ego inueni. * At quid moramur, cũ Iosephũ habeamus, triũphi Titi nõ scriptorẽ tantũ,sed etiã spectatorẽ, cui⁹ libri septimi de bello Iud. cap.24. hæc sunt verba: Spolia verò alia quidem passim ferebantur, eminebant autem ea, quæ apud Ierosylimam in templo reperta sunt, mẽsa aurea ponderis talenti magni, & candelabrum similiter quidem auro factum, &c. Post hæc autem portabatur lex Iudæorum nouissima spoliorum. Quomodo arcam, quæ omnium pretiosissima erat, omisisset Iosephus,qui ceterorum meminisset?Quare falsum est quod plurimi Romę affirmãt, in arcu triumphali Titi,qui nunc cũ in scriptione integra extat, sculptam esse inlapide arcam, quam laureati gestant sacerdotes, aut alij captiui: neque enim arca est,vt nobis etiam sæpe visa est artificum manus spectantibus,sed mensa illa aurea,quam Iosephus portatam fuisse dicit in triumpho.
19 * Suspicor equidem arcam ab impio Antiocho fuisse ablatam è templo cum alijs, de quibus.1. Mach. 1. scriptum est: Et intrauit in sanctificationẽ cum superbia,& accepit altare aureum, & cãdelabrum luminis, & vniuersa vasa eius, & mensam propositionis, & libatoria, & Phialas. Et mox: Et accepit argentum,& aurum,& vasa concupiscibilia. Quod si tunc arca ablata est,meritò autor secundi Machabæorum id præterijt, ne recentis calamitatis commemoratione molestum vulnus refricaret. Potuit etiam postea à Pompeio, potuit alijs casibus auferri,in re enim incerta sola relinquitur diuinatio. Verũ hoc fortasse probabilius,& verius:prope consummationẽ sęculi esse manifestandam, cum Iudæi conuertentur per Eliam,& Henoch, vt docent Epiphanius,& S. Dorotheus Episcopus,& martyr in Synopsi, & alij, quos paulò ante nominauimus. Manifestabitur autem, vt certius cognoscant conuersi Iudæi se credendo in Christum veteres patriarchas, & prophetas imitari, ac veros esse Abrahæ filios, Mosisque discipulos,cum viderint Ieremię prophetiam suo tempore expletam, & se arcam habere, qua maiores sui diu caruerant. Etenim Elias,& Henoch in Ierusalem interficientur, vt scriptum est Apocal 11. ibi ergo docebunt, & eo confluent Iudæi tempore Antichristi ex omnibus gentibus putantes verum Messiam iam venisse: atque in eadem vrbe conuertentur, & tunc arca manifestabitur. De qua conuersione dictum putamus illud.2.Machab. 2.Ignotus erit locus,donec cõgreget Deus congregationem populi, & propitius fiat, & tunc Dominus ostendet hæc. Quod autem ex Iere. cap. 3. obiecimus, ita dilui potest,dixisse eum tantum non esse arcam ita colendam,aut in pretio habendam, vt tempore legis scriptæ habebatur. Ex his satis Hebræorum fabula exploditur de quinque rebus, quæ deerant. Sed cur literæ ה dempta est ab Haggæo, hoc enim nondum explicatum est?Ad sensum quem ipsi volunt, & quomodo ipsi scribũt, deest quidem ה, sed ad verum sensum, quem Hieronymus & Lxx reddiderunt,nihil deest.Scribũt ipsi וְאֶכְבְּדָ alij ita: וְאֶכְבֶּד vt significet,Glorificabo eam,sed scribendum est sine ה, vt scripsit Propheta וְאֶכָּבֵד, id est,glorificabor,vt verterũt Lxx & Hieronymus,atq; ita nulla litera desideratur.

20 *Respexistis ad amplius.* Hieronymus: Cum iam candescerent segetes, & messiũ tempus instaret, & frumenta vos tenere in manibus putaretis, messuistis vacuos culmos, & inanes stipulas sine spicarum frugibus congregastis,&c id est, Putabatis vos multum cõgregaturos, & multò minus quam putabatis congregastis.

Et intulistis in domum, & exufflaui illud. Hieronymus: Sed hoc quoq; ipsum, quod de multa segete & infinitis aceruis fuerat electum,intulistis in domum,& mea virtute dispersum est: exufflaui enim illud,& redegi ad nihilum, quia frumentum emortuum,& vacui folliculi quæ vtilia esui sunt, farinam, & similam nõ habebãt,&c. Sumpta est metaphora à ventis,qui frugibus nocent,& spicas adurunt,inanesque reddunt, vt Isa. 40. exiccatum est fenum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Chaldæus: Ego vero immisi in ipsum maledictionem.

Quam ob causam? Quam vos causam pu-

tatis

tatis esse tantorum malorum?

Et vos festinatis vnusquisque in domum suam. Magna diligentia curatis res vestras, & domum meam negligitis. Festinatis in domos vestras, vt illas operosè ædificetis, &
21 vobis,ac vestris necessaria quæratis.

Et vocaui siccitatem super terram. Hieronymus:Pro siccitate,Lxx,Romphęam,id est, gladium, transtulerunt, sed & in Hebraico tribus literis scriptum reperi חרב, quod si חָרָב legimus gladium sonat, si חֹרֶב, καῦμα, quod nos trãstulimus,siccitatem,licet melius in vrentem ventum transferri possit. Et re vera quoniam sermo de terra est, & de agrorum sterilitate, magis mihi videtur ventus vrens in præsenti loco intelligi debere,quam gladius,&c.Quod ait Hieronymus:Melius transferri possit,intellige, Melius,id est,apertius,nam חֹרֶב propriè siccitatem significat.

Et super homines,& super iumẽta. Quoniã fame homines,& iumenta paulatim arescũt, & consumuntur. Præterea ex siccitate, & inflammatione aëris morbi multi pestiferi, & in hominibus, & in iumentis gigni solent.

Et super omnem laborem manuũ. Super omnes hortos, & arbores, quæ manu,& industria hominum conseruntur, & conseruantur. Possumus etiã intelligere omnia opera hominum perire ipsis marcescentibus, & nihil præ infirmitate facere valentibus.

Et omnes reliquæ populi. Omnes, qui ex illa magna multitudine, quæ Babylonem migrauerat, relicti fuerant, & in Iudæam redierant.

Et timuit omnis populus à facie Domini. Id est, Dominum, notus est & vulgatus Hebraismus,de quo diximus Hos.10.nu.54.

Nuntius Domini de nuntijs Domini. Nunti⁹, id est legatus,dicitur Propheta, quia voluntatem Dei populo annuntiat. Quod autem ait; Nuntius Domini de nuntijs Domini, idem est,ac si diceret: Propheta de prophetis,vt ait Hieronymus,id est,vnus ex numero prophetarum. Lxx: Angelus Domini in angelis Domini. Ex quo cõstat Lxx & Hieronymum nequaquam legisse, vt nunc est in Hebræo בְּמַלְאֲכוּת יְהוָה, id est, in legatione,sed בְּמַלְאֲכֵי, vt sit pluralis nominis מַלְאָךְ nuntium significat; tametsi vsitatius sit מַלְאָכִים, sed multis nominibus accidit, vt habeant vtramque in plurali terminationem. Verum, vt quod sentio, & quod verius arbitror,dicam, latet hic Hebraicæ linguæ mysterium, quæ femineis nominibus pro masculinis interdum vtitur ad rei præstantiam significandam. Ita Salomon dicitur in libro Ecclesiastæ קֹהֶלֶת, id est, concionatrix, hoc est, elegans,ac pulcher concionator: solent enim feminæ in quoque genere esse pulchriores. Et Psalm. 67. Dominus dabit verbum Euangelizantibus. Heb הַמְבַשְּׂרוֹת, id est, Euangelizatricibus, vt ostendat præstantissimos prædicatores Euangelij esse à Deo eligendos, quod noui Hebræi, & eorum discipuli non intelligentes mira confingunt: vereres, quia melius intelligebant, vtroque loco masculino genere vsi sunt. Ita nunc Propheta, vt se de veris, & probatissimis prophetis esse ostẽdat, maioremque sibi apud timidum populum fidem conciliet,feminino genere dixit: De nuntijs Domini.

Hebræi femininis nominibus vtuntur pro masculinis, ad rei præstãtiã significandam.

Ego vobiscum sum, dicit Dominus. Nolite quemquam timere, nemo vos impedire poterit. Est autem notandum in hoc propheta, & in Zacharia sæpius repeti. Dicit Dominus, quia populus nimis timid⁹ erat eo tempore, & autoritate, ac vi verborum Domini erigi debebat, vt obseruauit Hieronymus initio Zachariæ.

Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel. Excitauit,& mouit interius animum Zorobabelis, & aliorum, vt continuò omni timore deposito aggrederẽtur opus domus Domini. Erat autẽ vtilis, ac necessaria hæc excitatio animorum propter aduersarios, qui omni studio contendebant impedire, ne quidquam operis fieret in templo.

In die vigesima quarta. Male hæc verba in multis exemplaribus in secundo capite po
23 nuntur, cum omnino pertineant ad præcedentia,& initium secundi capitis esse debeat: In septimo mense, vt incipere videmus apud Hieronymum,& in Glossa Ordinaria, &, vt ego in antiquo codice manu scripto reperi. Nec potest id in dubium vocari,cum Hieronymi, Theodoreti, Ruperti, Lyrani, omnium denique expositorum concors sententia sit eos ingressos fuisse, vt facerent opus in domo Domini, in die vigesima quarta sexti mensis, secũdo anno Darij regis. Quod ita intelligendum est, eo die cœpisse materiam præparari, nam ipsa templi structura non est cœpta ante diem vigesimum quartum noni mẽsis,sicut cap. 2.ait Propheta: A die vigesima quarta noni

Universidad de Deusto
Biblioteca

mensis, à die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini. Differendi autem duos, & viginti dies causa fuit, vel quod fortè non omnia primo die mensis dixit Propheta, sed quædam etiam aliquo ex sequentibus: aut quod interea inter se consulebant, & se inuicem exhortabantur, donec tandem vigesima quarta die materiâ præparare cœperunt intra aream, & prima fundamenta templi, vel quod illis diebus ligna ex Libano afferri curarunt. Idem vitium irrepsit in capit. 27. Ieremiæ, quod eo loco Hieronymus adnotauit, nam cũ ita incipiat: In principio regni Ioacim filij Iosię regis Iuda, hęc verba pertinent ad finem. c. 26. vt historiæ illius tempus indicetur. Caput autem. 27. incipere hinc debet: Factũ est verbũ istud ad Ieremiã à Domino, &c. Quod nisi feceris, pugnant inter se verba, nã ii verbũ istud factum est in principio regni Ioacim, quo modo iubetur Propheta mittere catenas ad legatos regum, qui venerunt ad Sedeciam regem Iudæ? Ita & hic legitur in eodẽ codice manu scripto, nisi quod ibi incipit caput. 27. ab his verbis: Hæc dicit Dominus ad me, cum ab illis incipere debeat. Factũ est verbum istud ad Ieremiam, quoniam in fine cap. 26. non refertur visio, aut prophetia, sed res gesta narratur.

De germano sensu huius capitis, & sequentis.

24 Puto, me primo præludio hoc apud veros rerum æstimatores, qui nõ sunt ex contentione, sed acquiescũt veritati, obtinuisse, vt probatissimum exponendi genus censeatur quod nos cum Hieronymo, & ceteris Scripturæ tractatoribus, & secuti hactenus sumus, & sequemur. Sed incidi in Iohannis Eckij viri optimi, & eruditissimi, & de Catholica Ecclesia optimè meriti commentarium in hunc prophetam, in quo tametsi communem hanc expositionem reijcere non audet, alteram ei præponit longè diuersam. Et quidem si Allegoricã existimaret, nihil aduersus Hieronymum, & aduersus nos diceret, qui Allegorias cum Historia amplectimur: sed omnino Historicã esse iudicat; quoniam post hanc communem explanationem hunc suę titulum prefigit: Alia, & alrior explanatio, deinde tertiæ hũc: Sensus mystici, & spirituales. Mox ait: Postremo loco veniamus ad sensus mysticos, & tropologicos, & anagogicos: quibus verbis satis, ac super ostendit secũdam illam expositionem suam non mysticam esse, id est, Allegoricam, neque Tropologicam, neque Anagogicam, sed Historicam. Adde quod, vt hanc constituat, communẽ illam argumento quodam è medio tollit. 25

* Eius expositio est, quam Rupertus sequitur, vt de templo corporis Christi loquatur Propheta, & de Ecclesia: verbi causa; cũ Prophera ait: Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ, significat populum Iudæorum non fusceputum esse Christum, cum venerit, ac si dicat: Populus Iudæorum dicit: Nondum venit tempus Messię, nondum venit tempus, quo domus Dei, id est, corpus Christi, ædificetur in vtero virginis Marię. Atque ita reliqua. Inuitus equidem contra optimum Ecclesiæ propugnatorem disputo, quem plurimi facio, & vt germanum Ecclesiæ Catholicæ filium, & Lutheri, ceterorumq; hæreticorum acerrimum hostem & amo, & veneror. Sed quoniam communi omnium expositioni, atque adeò veritati, aduersâ tur, & video nonnullos huic exponendi ratione vehementer applaudere, paucis eos vehementer errare demõstrabo, qui hanc eius expositionem Historicam arbitrãtur, nam de ipso exponẽdi genere multa in primo præludio iam dixi. * In eo autem maximè labuntur Eckius, & qui ei assentiuntur, quod non satis animaduertunt quid spiritualis expositio sit, quid Historica, & alteram pro altera sine delectu accipiunt mi- 26
scentes omnia, & protinus ad Historicam pertinere putantes, quidquid apud veteres patres ex prophetis expositum offendunt. Nec vidit Eckius Ruperti explanationem, quam amplissimis verbis collaudat, non esse Historicam, sed allegoricam, vt Sixtus Senensis lib. 4. Bibliothecæ sanctæ de operibus eius adnotauit. Vnum ex Eckio quæro, an re vera puret Haggæum de templo Ierosolymitano loqui, quod euersum fuerat à Chaldæis, & Iudæos reprehendere, quod segnes essent in eo reædificãdo? Ipse quidem nõ negat, nam cum hoc argumentum Prophetæ à maioribus traditum retulisset. Subijcit: Argumentum præcedens congruere literæ Prophetæ nemo ignorat, qui tractatores eius, vel per transennam viderit: quos reijcere tantos in Scriptura heroas, nunquam in animum meum induxero, sed eos veneror, vt par est, & obseruo. Quod si alium sequar sensum, & peregrinã

afferam sententiam, protestor me id facere absque tantorum patrum nora, & iniu- 27
ria, &c. * quamuis postea parum sibi constans & Rupertum sequẽs negat à Prophe ta reprehendi Iudæos de ædificandi negligentia, quod minimè culpabiles essent, nã si opus intermissum est vsque ad secũdum annum Darij, hostium culpa intermissum est, non Iudęorũ. Ex quo fit alios reprehendi, qui in culpa sint, & de alio templo verba fieri. Ita fluctuat Eckius, & circumfertur omni vento doctrinæ, modo refragari patribus nõ audet, modo infirma ratione cogitur damnare, quod probauerat. Sed hunc missum faciamus. Quis erit ita hebes, & communis sensus expers, vt cũ audit Haggæum loquentem Zorobabeli, & Iesu. Populus iste dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ: & reprehendentem Iudæos, quod ipsi habitarent in domibus laqueatis, & domus hæc sit deserta, ideoque eos inopia, & sterilitate laborasse, & audisse Zorobabelem, & Iesum, & omnes reliquias populi, ac verbis Haggæi excitatos ingressos esse, & laborasse in domo Domini: possit sibi persuadere, non loqui eum de hominibus illius temporis, neque de templo illius vrbis. Non quæro nunc, an alium quoque sensum hæc verba habere possint; sed, an hunc, quem dico habeant? 28
* Quod si quis tam stupidus sit, vt neget, ergo Zorobabel, de quo loquitur Propheta, non erat re vera ille filius Salathielis, sed alius per eum intelligitur, neque de Iesu loquitur, sed de alio, nec populus illius ætatis sterilitate, & egestate afflictus est; sed alter, qui erat successurus, nec Zorobabel, & reliqui, qui tunc viuebant, verbis Haggæi excitati sunt ad laborandum in domo Domini. Quis hoc orthodoxus ferat? quis audiat? certè Ecclesia non ferret, sed Scripturæ veritati aduersari pronuntiaret. Quæris vnde id iudicem? Cũ verba Scripturæ propiè accepta aliquid enuntiant, quod à recta doctrina fidei, aut morum minimè discrepet, ac bene cum præcedentibus, & cum sequentibus cohæret, ille omninò Historic° sensus est, vt eruditè docet Augustinus lib. 3. de Doctrina Christiana, cap. 10. & 11. alioqui nihil habebimus in Scriptura constans & firmum. Quod autem plano Scripturæ 29
Historico sensui repugnat, hæreticum est. * Si planum esse negas, nec te verba Prophetæ mouent, quibus nihil potest dici expressius, audi Hesdræ historiam id ipsum factum esse narrantis ab illius ætatis hominibus, quod Propheta fieri hortabatur, & quod factum docet. Prophetauerunt autẽ Esd. 5.
Haggeus propheta, & Zacharias filius Haddo prophetantes ad Iudæos, qui erant in Iudæa, & Ierusalẽ in nomine Dei Israël. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuãtes eos. Et postea: Seniores autem Iudæorum ædificabant, & pro- Esd. 6.
sperabãtur iuxta prophetiam Haggæi prophetæ, & Zachariæ filij Haddo, & ædificauerunt, & constituerunt iubente Deo Israël, &c. Ergo prophetia Haggæi de templo illo ędificando fuit. Ratio vero Ruperti, qua se victũ fatetur Eckius, per infirma est, non fuisse dilatum opus templi negligentia, & culpa Iudæorum, ideoque minimè eos reprehẽdi à Propheta. Immo verè culpabiles erãt, quoniam cum opus fuisset impeditum à Cambyse Cyri filio, eo etiam mortuo cessauerunt vsque ad secundum annum Darij, quod minimè debuerunt, cũ prædixisset Ieremias post annos Lxx templum fore ædificandum (vt intelligitur ex cap. 29. Ieremiæ simul cum 30.) qui iam diu impleti erant. * Neque metus vicinorum 30
hostium obstare eis debebat contra Dei prophetiam, neque enim, etsi multum conarentur, impedire possent. Quemadmodum secundo etiam anno Darij impedire tentauerũt Hesd. 5. sed parum eis successit. Adde quod idem Darius prius copiam Iudæis fecerat ædificandi templũ, vt legimus in. 3. Hesdræ. c. 4. & apud Iosephum. 11. Antiquit. cap. 4. qui primo anno Darij copiam factam scribit; quare meritò secũdo anno mense sexto reprehenduntur Iudæi, qui cũ iam possent templum ædificare, suas potius domos struebant magnificè, nihil de Dei domo cogitãtes. Quod ergo Rupert° dubitat, an populus ille dixerit nõdum venire tempus domus Dñi ædificandæ, & seminasse multum, atque intulisse parũ propter intermissionem operis templi (pace religiosi, atque eruditi viri dixerim) nec tali viro dignum, nec ferendum est. Quoniam igitur negari non potest, & de templo Ierosolymitano loqui Prophetam, & hominibus suæ ætatis loqui, reliquum est, vt dicat Eckius simul hæc de templo corporis Christi, & de Ecclesia, quæ est domus Dei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

31 & de futuris Iudæis dici. * Tunc quæram, puteť ne templum illud figuram fuiſſe corporis CHRISTI, & Eccleſiæ, & quod illi tunc dicebant de templo ſuo, figuram eſſe eius, quod Iudæi dicturi erant de CHRISTI corpore, & de Eccleſia? Non poſſunt ire inficias, quoniam concors eſt omnium parrum ſententia, & Apoſtolus ait: Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Cū ergo hæc de CHRISTO, & de Eccleſia exponuntur, nō Hiſtorica explanatio eſt, ſed Allegorica. Nam ſi figura eſt, illa, quæ tunc fiebant, ſignificāt quæ futura erāt in CHRISTI aduentū: hæc eſt autem definitio ſenſus ſpiritualis, vt ſit ille, qui per res ipſas ſignificatur, ſicut Hiſtoricus eſt, qui ſignificatur per verba. Nec enim nomen Zorobabel ſignificat CHRISTVM, ſed filium illum Salathielis, nec domus Domini ſignificat corpus CHRISTI in hoc loco, ſed templum illud; at filius ille Salathielis figura erat Chriſti & Chriſtum ſignificabat, & res illa, quę domus Dei erat, figura erat corporis CHRISTI, & Eccleſiæ. * Potuit hoc Eckius in Ruperto legere, vel in ipſo initio, docet eñ ſicut Nabuchodonoſor in ꝓphetis aſsimilatur Diabolo, quia populum captiuum duxit, ita Zarobabelē, & IESVM filium Ioſedec & ceteros filios tranſmigrationis ſignificare illos patres, & populum, qui de hoc mundo tendentes ad Deum, hoc meruerunt, vt de carne eorum naſceretur CHRISTVS, templumque non manu factum. Quod ſi apertiora verba vult, non multo poſt ait idem Rupertus: Quomodocunque tunc res ſe ſe habuerit, ſpiritualiter vt cœptum eſt, intelligere curemus verba Spiritus ſancti. Hieronymus in huius prophetæ commentarijs, & Zachariæ, crebro inculcat Zorobabelem, & IESVM figuram portaſſe CHRISTI regis, & ſacerdotis ſummi. Verum id, quoniam in patribus paſſim occurrit, qui rem recte intelligebant, & recte loquebantur, ſatis erit locum indicare apud Cyrillum lib. 5. in Gene. vbi ſenſum huius capitis hiſtoricum confirmat, deinde ad allegoriam venit Zorobabelis, & IESV, quos notam, atque imaginem, id eſt, figuram fuiſſe teſtatur IESV noſtri. Merito itaque dixi demonſtraturum me aduerſarios vehementer errare, demonſtraui enim à definitione, quo nullum eſt certius, aut firmius argumentum: & in hoc eos maximè labi, quod non ſeeernerent ſpiri-

Col. 10.

32

tualem ſenſum ab hiſtorico, neq; animaduerterent quid inter eos intereſſet diſcriminis. Sed quoniam de hac ipſa re copioſius aduerſus quoſdam diſputauimus Hoſ. 11. à nu. 3. vſque ad. 12. & dubia quædam explicauimus, quæ ſuboriri diligenti lectori poſſent, ad ſpiritualem potius expoſitionem veniamus.

TROPOLOGIA.

33 Cum populus Dei ſub regibus ſuis erat, & Deo parebat, magna fuit copia prophetarum, at cum Babylonem abducitur, & regibus ſeruit alienis, pauci prophetæ ſunt, & tēpus venit, de quo dictum eſt: Iā nō eſt ꝓpheta, & nos non cognoſcet amplius, & apud Danielem ſancti: Et non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta. Sed quantumuis alienus rex imperet, ſemper ſibi Deus relinquit quoſdam, qui genua non curuent ante Baal, ad quos ipſe loquatur, & per eos inſtituat, ac doceat ceteros. Non defuit ijs, qui in vaſtata Iudæa relicti ſunt Ieremias, neque captiuis apud Babylonem Ezeciel, & Daniel, regnante licet impio Nabuchodonoſor. Et nunc in anno ſecundo Darij regis loquitur Haggæo, & per eum Zorobabeli, & Ieſu filio Ioſedec, & reliquijs populi. * Eodem etiam anno fit verbum Domini ad Zachariam. Quam mira eſt Dei noſtri bonitas, quam ineffabilis humanitas! Quaſi viuere ſine amicis nō poſſet, nec alios quam homines in terra viuentes haberet, ſemper ſibi reſeruat quos amet, quibus loquatur, per quos reliquam multitudinem ad ſe paulatim adducat. Qui ſint hi ex nominibus intelliges. Sicut poſtea locutus eſt Zachariæ, quod ſonat memor Dei, id eſt, illis, qui Dei recordantur, quorum voluntas eſt in lege Domini, & in lege eius meditātur die, ac nocte, & dicēt: Si oblitus fuero tui Ieruſalem, obliuioni detur dextera mea; ita nunc loquitur Haggæo, id eſt, feſtiuo, in quo illi intēlliguntur qui celebrant feſtiuitates Domini, ſicut in Nahum dictum eſt, celebra Iuda feſtiuitates tuas, & omne opus ſeruile non faciunt in eis. Hieronymus: * Sed quia Haggæus interpretatur feſtinus, omnis qui poteſt feſta celebrare, non in fermento veteri malitię, & nequitiæ, ſed in Azymis ſyncerităris & veritatis, poteſt Dei recipere ſermonē Habeamus & nos mundas manus, & vocemur ἐξαπόστολοι, id eſt, feſta celebrantes, & ad nos fiet ſermo Dei, &c. Per Haggæum au-

Pſalm. 73.

Dan. 3.

Semper Deus relinquit quos loquatur, & per quos alios doceat.

Pſal. 1.

Pſal. 136.

Nah. 1.

34

35

tem

tem ſit verbū Dei ad Zorobabelē, & ad Ieſum filiū Ioſedec, Zorobabel dux, Ieſus ſacerdos, ſed ambo magna animorū cōſenſione plurimos Babylone eduxerūt in Ieruſalē. Ad eos maxime ſit Dei ſermo, ideſt, eos Deus maxime inſtituit, & eis vt amicis arcana ſua reuelat, qui flagrāt deſiderio cœleſtis Ieruſalē, & terię viuentiū, ac publicæ ſalutis, omnemq; operā in eo ponunt, vt homines populi Dei Babylonē, ideſt, peccatorū cōfuſionem, relinquant, & in promiſſam regni cœlorū patriā feſtinent*. Et quoniā multum quidē ad id iuuat pietas, & religio ſacerdotū, ſed plenè atq; integrè fieri nō poteſt impijs regibus remp. moderantibus, & ad ſuæ impietatis imitationē multitudinē trahentibus: ſi autē rex ſit pius, & cum ſacerdotibus conſentiēs, omnes electos ſequi quodam modo verbo, & exemplo ſuo cogūt: iure ad populum Babylone abducendū Zorobabel dux, & Ieſus ſacerdos eligūtur, iure ad Zorobabelē, & Ieſum ad aliorū ſalutem loquitur Deus. Nomina etiā conueniūt ſeruatoribus populi Ieſus ſaluator, Zorobabel Iſte magiſter Babylonis, vt ex Hebręis docet Hiero id eſt, magiſter eorū qui Babylone verſantur. Vide autē quā vtilia per hos populū doceat. *Populus iſte dicit: Nondū venit tēpus domus Domini ædificandæ.* Hier. Diligēter attēde quod non Zorobabel, vel Ieſus hoc dicāt, ſed populꝰ, qui adhuc ſub Dario rege cōſtitutus necdū iugum ſeruitutis excuſſerat.* Domum Domino ædificamus quando animam noſtram ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus emundantes, ſanctum & impolutum Deo in nobis domicilium præparamus; de quo Paulus: CHRISTVM, habitare per fidem in cordibus veſtris: Fidē autem intelligit, quæ per caritatem operatur, vt ipſe in epiſt. ad Galatas interpretatus eſt. De hoc etiam ait: Qui autē cōſenſus tēplo Dei cum idolis? Pura eñ eſſe debet anima noſtra ab amore rerū terreſtriū, & nullū idolū habere, quæ domus eſt Dei. Addit autem: Vos enim eſtis tēplum Dei viui, ſicut dicit Deus: Quoniā inhabitabo in illis, & inambulabo, & ero illorū Deus, & ipſi mihi erunt populus. Huius domus Dñi ædificationē Sancti nō differunt, ſed ardēter optāt, vt verba indicāt ſancti Prophetæ: Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum

Deus alios, per quos alios docet.

Semper Deus relinquit quos loquatur, & per quos alios doceat.

Res eadem multarum figura eſſe poteſt.

36

37

38

39

ſtrati mei: Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationē: Donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. * At peccatores differūt de die in diem, ſemper dicunt. Nondum venit tēpus domus Domini ædificandæ, ſatiari prius voluptatibus, & morem animæ ſuæ gerere volunt, tempus expectant, quo ſine dolore relinquant quod amant. Hierony. Qui ſemel decreuit inſtaurare templum Dei, huic omne tempus aptum eſt ad ædificandum: nec rex Diabolus poteſt impedire, nec hoſtes per circuitum, nec pietas ſimulata parentum, affinium, liberorum, ſtatim vt conuerſus inclamaueris nomen Domini, dicet: Ecce adſum, &c. Sed quærat lector ſtudioſus quomodo Iudæi iam diu Babylone egreſſi figura peccatorum ſint, quorum ciuitas eſt Babylon? Verū ita accipiat, res eadem diuerſis rationibus diuerſorum figura eſſe poteſt, immo & contrariorum, ſicut leo figura Chriſti eſt propter fortitudinem, & regiam poteſtatem: & Diaboli propter crudelitatem. Iudæi ergo, quatenus Babylonem relinquunt, & Ieruſalem veniunt, boni ſunt, & figura bonorum: ſed in eo quod peccant, figura peccatorū ſunt, id eſt, in eo qđ opus domus Domini negligunt & ſibi magnificas ædes comparant. Quare de illis capiru. 2. Propheta cum reſpondiſſent ipſi pollui, & contaminari quidquid ab homine polluto tangeretur, continuo ſubijcit: Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciem meam, dicit Dominus, & ſic omne opus manuum eorum, & omnia, quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. Sed hoc etiam notandum. Non omnes, qui Babylone exeunt, & altare habent, in quo victimæ immolentur, vt hi continuo domum Domino ædificant. Fundamenta quidem iaciunt, ac velle ædificare, planeque ædificaturi videntur, ſed rege profano, & impio prohibente, viciniſque hoſtibus bellum minitantibus relinquunt, quod cœperant, & ab ædificando templo abſtinent. Multi è peccatorum confuſione exeunt, in altari cordis ſui victimas bonorum operum Deo immolant: ſed aliud eſt fundamenta templi iacere, aliud ædificare templum, aut domum Domino. Templum domus Dei eſt, in qua ſolus Deus colitur, vnde profana excluduntur, quædam etiam quæ pietatis ſpeciem habent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iohan. 2. & Matth. 21.

ideoque bis Dominus eiecit è templo vendentes colũbas, & boues, & oues, & nummularios, eũ illa nõ nisi ad sacrificia vendere tur.* Deniq; nõ domus rerũ sæcularium esse debet, sed orationis, sicut scriptum est: Domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. Quare ędificare domũ Domino, si omnino propriè loquamur, eorũ est, qui se totos Deo consecrãt, & omnes à se curas amandant, vt soli Deo vacẽt, totique eius sint, quod perfectorũ est. Multi autẽ, qui Deo grati sunt, &iã in altari cordis bona opera offerunt, statuũt apud se totos se Deo dicare, q̃ est fundamenta rẽpli iacere, sed princeps mundi huius, tanquã alter Cambyses, & tentationes hinc inde insurgentes, vt Samaritæ illi hostes Iudæorũ, ita eos deterrent, vt à domo erigẽda abacti, & cœptã perfectionis viã deserentes, & in futurum differẽtes diem de die trahant, & dicant: *Nondũ venit tempus domus Domini ædificandæ.* At Zorobabel, & Iesus, id est, perfectiores, nõ dicũt: Sed, vt omnes, qui dicũt, erroris & segnitiæ suæ admoneantur, iterũ fit verbũ Dñi ad Haggæũ, qui festa Dñi celebrat, & celebrare omnes cupit. *Numquid tempus vobis est, vt habitetis in domibus laqueatis, & domus ista deserta?*

Isa. 56.

40

41

In domibus laqueatis habitamus, quando id maximè curam⁹, vt voluptatibus præsentibus perfruamur, & optima quæque in hoc mũdo possideam⁹, obliti nos esse viatores, nec habere hic manentẽ ciuitatẽ, sed futurã inquirere. Qui autẽ hoc faciunt, locum dom⁹ Dei desertũ esse sinunt, nõ præparantes domũ, & perit eis tẽpus, quod datũ erat ad ædificandũ, id est, exiguũ, & breue, quod vitæ cõcessum est spatiũ, sine vtilitate abire patiuntur, ita viuẽtes, ac si non viuerẽt. Hiero. Omne enim tẽpus, in quo nõ virtutibus, sed vitijs deseruimus, perit, & quasi non fuerit, reputatur in nihilum. Si quis ergo de nobis in voluptate & luxuria sæculari suã contigerit domũ, iste templũ Deo nõ ædificat, nec habet Dñs in eo, vbi caput suũ reclinet: & cũ vulpibus ædificet domũ, habitaculũ quondã Dei patitur esse desertũ, &c. Contra electi, & perfecti non possunt in animũ suum inducere, vlla vt voluptate fruantur, ne ijs quidẽ, quæ necessariæ sunt, nisi Dño domũ ædificauerint. Sicut de Dauide legimus: Factũ est autẽ cum sedisset rex in domo sua, & Dñs dedisset ei requiẽ vndiq, ab vniuersis inimicis suis, dixit ad Nathã prohetã: Videsne q̃ ego habitẽ in domo Cedrina, & arca Dei posita sit in medio pelliũ? * Et apertius in Psalmo: Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascẽdero ad lectũ strati mei: Si dedero somnũ oculis meis, & palpebris meis dormitationẽ: Donec inueniã locũ Dño, tabernaculum Deo Iacob. Sed q̃n multa patimur, quæ virare sæpe possemus, si opera nostra cogitaremus, vriliter eos admonet: *Ponite corda vestra super vias vestras.* Cur autem admoneat, statim indicat: *Seminastis multũ, & intulistis parũ, &c.* Videas permultos, qui mala sua, siue, vt ipsi loquũtur, infortunia lamẽtẽtur, & causas quęrãt, nec vnquã inueniãt, quia non ponunt corda sua super vias suas. Egent, sterilẽ esse annum causantur: repulsam patiũtur in honorib⁹, abalienatos à se aliorũ animos causam esse dicũt ambitus, prensationes aduersariorũ. Moritur filius, aut vxor, morbos, & insciti am medicorum accusant, moriuntur pecora, & iumẽta, de cœli queruntur inclemẽtia. At si cogitarẽt nihil præter Dei voluntatẽ, ne in minimis quidẽ fieri, curæ illi esse omnia, & in mores suos, atq; in vitę turpitudinẽ oculos conijcerẽt, facile cernerent se ꝓpter peccata sua puniri, sicut dixerũt fratres Ioseph: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrẽ nostrũ, videtes angustiã animę illius, dũ deprecaretur nos, & nõ audiuim⁹. Idcircò venit super nos ista tribulatio. * Ita hi nunc videbãt sterilitatẽ, & inopiã suã, ac tantũ in cœlũ, & aërẽ reijciebãt, quasi nõ esset vlla causa superior, quæ inferiores pro arbitrio suo moueret, & regeret. *Seminastis multũ, & intulistis parũ.* Illi multũ seminãt, & parum inferũt, qui multũ in bonis operibus laborare videtur, & tamẽ parũ ꝓficiũt, & crescunt. Quod illis etiã, qui in peccato sũt, rectè cõuenit, qui cũ dom⁹ suæ curã iustã habeãt, sacris quotidie intersint, cõciones diligẽter audiãt, eleemosynas benignè largiãtur, q̃a horũ pleraq; prauo fine corrumpũt, nec vt Deo, sed vt hominibus placeãt, faciũt, perit q̃ seminãt, & pauca demũ seruãtur, quę bona sunt, & ex eis fructũ, atq; emolumẽtũ aliquod ꝓcipiũt. Nõ quo hæc illis ad virã æternã prosint, aut propriè mercede digna sint, sed quo Deus bonus, & benignus per hæc illis & bona huius temporis donat, aut auget, & ad eorum animos ad pœnitentiam excitandos misericorditer excitatur.

42 Psal. 131.

43

Semina sua multa, & infructuosa parua.

44

* Sed apertius hoc videmus in illis, qui de

Babylone reuersi sunt, vt ait Hier. & necdũ ædificauerunt templũ Dei, sed ædificationẽ eius quotidie differẽtes dixerũt: Nondũ venit tẽpus domus Dñi ædificandæ: nec ea primi sunt, neq, adhuc plena libertate donati, verũ quasi in meditullio quodã positi seminauerũt multũ, & intulerũt parũ. Perfectis, & ijs qui domũ Dñi ædificauerunt, nihil fere seminis deperit, quia Deũ ardenter amãtes, & omnia eius causa quærẽtes, siue comedãt, siue bibant, siue aliquid aliud faciãt, omnia in gloriã Dei faciũt. At qui affectibus turbãtur, quos nõdum vicerũt, & partim Deo, partim mũdo viuẽtes semp in pugna sunt, & segnes sunt ad templum ædificandum, multum seminant, & parum inferunt, quia gloriæ, vel honoris amore, ceterisque naturæ motibus sæpe transuersi aguntur, & segniter, ac tepidè omnia faciũt, & quæ sua sunt q̃rũt potius, quam quę Iesu Christi. Legem nõ seruãtibus ait Dñs ꝑ Mosem: Frustra seretis sementẽ, quę ab hostibus deuorabitur. Et postea: Immittamq; in vos bestias agri, quæ consumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatẽ cũcta redigãt. Hostes sunt affectus animæ indomiti aduersus spiritũ pugnãtes, bestiæ agri, magna peccata virtutes depopulãtia. Sed possunt hęc quadãtenus ad eos etiã referri, de quibus nũc loquebamur.* Eisdẽ nunc dicitur: *Comedistis, & nõ estis satiati,* quia quibusdã bonis operibus nutriri, & roborari videtur, nõ tamẽ ita satiãtur, vt firmis, & integris viribus sint, cito tẽrationibus grauioribus succũbunt. Idcirco etiã Moyses ait: Et comederis, & nõ saturabimini. Iustis autem dicitur. Dabo vobis pluuias tẽporibus suis, & terra gignet germẽ suum, & pomis arbores replebũtur. Apprehẽdet messium tritura vindemiã, & vindemia occupabit sementẽ, & comederis panẽ vestrũ in saturitate. Terra gignit germẽ suũ, quãdo corpus nostrũ profert castitatẽ, & abstinentiam, & subijcit spiritui. Arbores replẽtur pomis, quãdo virtutes omnes germinãt, & gratis fimos ex se fructus edũt. Cetera de tritura: & de vindemia iã exposuimus Ham 9. n. 50. & 51. *Bibistis, & non estis inebriati,* qui enim huiusmodi sunt, spirituali lætitia ex bonis operibus orta perfundi incipiunt, sed non inebriantur, quia tẽrationibus victi cito ab illis desistũt, & iterum cõscientia cruciãte dolẽt. Eadẽ ratione dicit: *Operuistis vos, & nõ estis calefacti,* quia illis operibus, quasi ve-

45

Cant. 1.

ste cõtecti nuditatẽ suam operiunt, vt non appareat eorum turpitudo, & incipiunt quodãmodo calescere, sed paulo post peccatis occupati rursus frigẽt.* At qui spiritu feruent, & lampades caritatis habeant, quæ sunt lampades ignis, atque flammarũ, horrea licet vehementius spirante, & cum ingefaciẽte illo, qui est ab Aquilone, vnde pãditur omne malum aduersus populũ Dei, nequaquam frigescit, sed maiorem in dies motu, atque agitatione concipit calorem. Liber & magni Gregorij hom. 10. in Ezec. expositionem subscribere: Multum cordi suo seminat, sed parum infert, qui de mandatis cœlestibus vel legendo, vel etiam audiendo multa cognoscit, sed negligenter operando pauca fructificat. Comedit, & non satiatur, qui verba Dei audiens lucra, vel gloriam sæculi concupiscit. Benè autẽ non satiari dicitur, quia aliud mandit, & aliud esurit. Bibit, & non inebriatur, qui ad vocem prædicationis aurẽ inclinat, sed mẽtem non mutat. Solent enim per ebrietatem bibentium sensus mutari, &c. Atque hi quidem, de quibus hactenus diximus; pauperiores erant, & viuere in diẽ videbantur, ac tantum modo quærere præsenti tẽpori victũ, & vestitum. Sunt tamẽ alij, qui plus se profecisse putãt, nec satis sibi existimãt comedere, & bibere, & vestiri, se cogitant in crastinum, & mercedes cõgregare volunt, id est, diuitias virtutũ, & spiritus, vt quietius viuant, & nullis tentationibus ad priorẽ paupertatẽ reuocẽtur. De his ait: *Et qui mercedes cõgregauit, misit eas in sacculũ pertusum.* * Recte mercedes dixit, quoniã multo labore partæ sunt huiusmodi diuitiæ, & licet gratiam mereri nemo possit (si cñ ex operibus, iam nõ est gratia) merẽtur tamẽ iusti bonis operibus vt illa gratia magis, ac magis augeatur. Has mercedes in sæculum pertusum congregat, qui in animam humilitate carentem immittit. Anima cñ nostra quasi sacculus quidam est, in quem argentei, & aurei nummi, & gemmę mitti possint, sed inuidia Diaboli per peccatum primi parentis perforatus, quot habet occasiones cadendi, tot habet foramina, per quæ nummi decidant. Hæc foramina obstruit humilitas, quia Deus qui superbis resistit, humilibus autẽ dat gratiã, accuratissimè ꝓtegit, & cõseruat humiles, sicut ait Dauid: Custodiẽs paruulos Dñs, humiliatus sum & liberauit me. Hinc multi, qui

47

Animæ sine humilitate sacculus pertusus.

Prou. 3.

Psal. 114.

florere

Universidad de Deusto
Biblioteca

sle-
ce virtutibus videbãtur, nonnunquã in
tam pudẽda peccata incidũt, vt non solum
alijs admirationẽ magnã commoueãt, sed
ipsi etiam de se stupescãt voluisse subito se
q̃ nũquã voluerãt, & fecisse q̃ oderãt. Sed
quid mirũ pecunias in sacculum pertusum
missas minimè, cũ quęrũtur inueniri? In sac
culo quippe pertuso videtur, quãdo pecu
nia mittitur, sed quãdo amittit nõ videtur.
48 *Apud Gregor. in tertia parte Pastoralis cu
ræ admonitione. 22. ille in sacculũ pertusũ
mercedes cõgregat, qui quid alijs largiatur
cõsiderat, nõ autẽ quid ipse rapiat. Sed nos
sancti patris venerabilibus vestigijs insistẽ
tes de omnibus accipiamus, qui bona, quæ
faciunt ante oculos habent; culparũ vero,
quæ inter bona opera irrepunt, obliuiscun
tur. Qui perinde faciũt, ac si pecuniã multo
quidẽ labore quæsitã, sed acutis fortè silici
bus; aut ferreis cuspidib⁹ admistã confusè,
& sine delectu mitterẽt in sacculũ. Dirũpe
retur ille, vt necesse erat, ferri aut silicis acu
mine, & pecuniæ laberentur. Etenim, dũ in
hac mortalitate sum⁹, terra nostra profert
quidẽ flores, sed profert & tribulos, & quia
in multis offendimus omnes, nisi conscien
tiam nostrã assiduè discutiamus, & quoti
dianas labes pœnitẽtia diluamus, sicut spi
næ simul exortæ suffocauerũt sementẽ pa
tris familias; ita illæ paulatim crescentes in
graviores nos deducẽt, & bona opera disi
pabunt. Hinc Dauid ait: Quæ dicitis in cor
dibus vestris, & in cubilibus vestris cõpun
gimini. *Quod Hieronymus ibidẽ ita exponit:
Quod in die cogitando peccatis, nocte ex
piate per lacrymas. Et Chrysosto. hom. 2. in
Psal. 50. Habeto codicẽ conscientiam tuã,
& scribe quotidiana peccata. Quãdo accu
bueris super stratũ tuum, & neminem infe
stum pateris, antequã veniat tibi somnus,
profer in mediũ codicẽ confectentiã tuã, &
renunciẽre peccata tua, si quid in verbo,
siue in facto, vel in cogitatione peccasti.
Hoc enim dicit Propheta: Quæ dicitis in
cordibus vestris, &c. Et post pauca: Dicito
in corde tuo, & in anima tua: Expẽdim⁹ diẽ
ô anima, quid boni fecimus? aut quid mali
operati sum⁹? Et si quid boni feceris, gratias
age Deo, si quid mali, de cetero ne facias.

Possunt & de peccatoribus hæc omnia
exponi, qui eũ opera suo genere bona sæpe
faciant, comedebant quidẽ, quia paulò fir
miores reddebãtur ad bonũ, bibebãt, quia
gaudebant, operiebantur se, quia nõ ita nudi,
vt ante videbantur; sed quia bona ad perfe
ctũ non adducebãt, non satiabãtur, nõ ine
briabantur, non calefiebant. Congregabãt
mercedes, quaten⁹ labore illo ditiores suo
modo fiebãt, sed quia nec humilitatẽ habe
bant, nec peccata, quibus tenebantur, eogi
tabant, mittebant eas in sacculũ pertusum.
*Notandũ etiam quod sequitur, iterũ ait:
Ponite corda vestra super vias vestras. Multa
enim beneficia à Deo obtinere, multa in
commoda vitare possemus, si poneremus
corda nostra super vias nostras, & diligẽter
oĩa, quæ nobis accidunt, meditaremur. De
quo statim dicit: Respexistis ad ampli⁹, &c.
*Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate
domum.* Dicat aliquis mõtem esse sublimia
virtutum, virtutes ego existimo ligna esse,
quibus domus Domini ædificãda est: pro
pterea aliquid aliud monte significari arbi
tror, sublime quidẽ illud, & arduum (neque
enim mõs planus est, aut sine labore ascen
ditur) sed aliquid tamẽ aliud. Hoc, quãtum
cõsequi possum, abnegatio nostri est, quã
spiritualis doctrinæ magistri mortificatio
nẽ vulgato nomine appellãt. Mõs est, quia
ardua est, sed si domus Dñi ædificanda est,
hinc sunt ligna portãda: nisi enim nosmet
ipsos abnegemus, & ea fortiter vincamus,
quæ singularũ virtutũ exercitationi obstãt,
& repugnãt; hoc est, nisi obsistam⁹ iræ, nisi
coerceamus iniurię acceptę dolorẽ, aut ef
frenatæ cupiditatis impetũ, quid in nobis
potest esse virtutis? qd habere possumus, q̃
ad ędificiũ domus prosit? *Hoc alijs quidẽ
verbis, sed sẽsu eodẽ dixit Dñs: Si quis vult
post me venire, abneget semetipsum, & tol
lat crucẽ suã, & sequatur me. Nec dixit: Si
quis vult perfectus esse, ne abnegationem
perfectorũ putaremus esse, nõ etiã incipiẽ
tiũ: sed, si quis vult venire post me, nemo
veniet, nemo ꝓgredietur vel passũ, nisi se
abnegare incipiat. Quantũ abnegauit, tãtũ
& ꝓgressus est. Si autẽ semel statuamus ab
negare nos, sãltẽ vbicunq; lex, & ratio præ
scribũt, omni virtutũ genere præstabimus,
& ligna ex hoc mõte pulcherrima præcidẽ
mus, vt ędificemus domũ Dñi. Et quia nul
la est domus ita ædificata Deo gratior, aut
acceptior, ait: *Et acceptabilis mihi erit, & glori
ficabor.* Cœlum, inquit, mihi sedes est, terra ve
rò scabellũ pedũ meorum, sed nõ ita Dei
gloria ꝑspicit in cœlorũ creatiõe, atq; in sã
ctificatiõe iustorũ. Hi sũt cœli, q̃ vere enar
rãt gloriam Dei. Cœlos ipse fecit, vt in illis

Virtutes li
gna, quibꝫ
ædificatur
domus Do
mini.

Abnegatio
mons, vn
de ligna
portanda.

Matth. 16.

cœlis

cœlis spiritualibus semper habitaret atque
ideo in horũ creatione maxime gloriaꝝ, si
cut legimus in Isa. Et omnẽ qui inuocat no
mẽ meũ, in gloriam meã creaui eũ, forma
ui eũ, & feci eum. Ter dicit ad amplificatio
nem, vt doceat se maximè lætari quòd eos
creauerit: sicut è cõtrario propter impios
dixit: Pœniteret eũm me fecisse eos. *Respexistis
ad amplius, & ecce factum est minus.* Sæpe nos
Deus vocat ad grandia, & magna nobis in
nostra cõuersione pollicemur, sed postea
desidia lãguẽres, & domus Dñi ędificatio
nem differentes ex magna, & inusitata vo
catione vita cernitur minor etiã quã vsita
ta, & cõmunis. Quod nisi nosmetipsos ma
turè excitemus, & ambulemus dignè voca
tione, qua vocati sumus, verendũ est, ne il
lud quoq; quod habebamus, amittamus:
ait enim: *Et intulistis domum, & exuffflauit illud.*
Insurgunt calamitates, & labores persecu
tionis, & ignominiæ, aut finit Deus fauorẽ
auræ popularis, & inanis gloriæ exufflare
opera nostra, & subito redduntur inania.
Hier. Quoties vidi ego tã in doctrina, quã
in cõuersatione de quibusdam sperata plu
rima, & postquã ventum est, vt haberent tẽ
pus messium, ideſt, tẽpus docendi, vitamq;
suam in exemplũ præberent populorũ, de
excelso præcipitatos, & minus inuẽtum in
eis, quã opinio sibi omnium promittebat.
Vnde accidit, vt paulatim negligentia sub
repente paruũ quoq; ipsum, quod videbã
tur habere perderẽt, &c. Hoc ipsum aperte
Dñs docuit: Qui enim habet, dabitur ei, &
abundabit: qui autẽ non habet, & quod ha
bet auferetur ab eo. *Hinc etiã episcopo
Ecclesię Sardensis dicitur: Scio opera tua,
quia nomẽ habes quod viuas, & mortuus
es. Esto vigilãs, & cõfirma cetera, quę mo
ritura erãt: nõ enim inuenio opera tua ple
na corã Deo meo. In mẽte ergo habe qua
liter acceperis, & audieris, & serua, & pœ
nitentiã age. Si ergo nõ vigilaueris, veniam
ad te tanquã fur, & nescies qua hora veniã
ad te. Omnium horum malorũ originem
demõstrat Dñs cũ dicit: *Quia domus mea de
serta est, & vos festinatis vnusquisque in domum
suã.* Nam cũ sæculi huius commoda quæri
mus, & Dei gloriæ obliuiscimur, neque tẽ
pium illi paramus, quid mirũ, si Deus etiã
profectus nostri obliuiscatur? Videant qui
lucra quęrũt animarũ, ne quę sua sunt quę
rãt, non quæ Iesv Christi ne oculos in
gloriã hominũ, aut in honores, aut in diui
tias cõijciant, ne implere marsupiũ, aut cẽ
sum augere potius quærãt, quã domũ Do
mino in illorũ animis ædificare, quos do
cẽt. Sit oculus purus, ac simplex, Deum in
tueatur, gloriã eius vnam spectet, totus in
eo sit, vt cognoscãt homines Deũ verũ &
quẽ misit Iesvm Christvm. *Respicim⁹
ad amplius, & ecce postea fit minus, immo
& frumentũ Dñi in horrea inferrimus, &
ipse Dñs illud exufflat. i. paucos lucrifacimus Iesu Christo, & ex his ipsis quidã ina
nes & vacui inueniũtur. Quã obcausam di
cit Dñs: Equidẽ eã esse existimo, quod fe
stinam⁹ vnisquisq; in domos nostras, & do
mus Dei deserta est, hoc est, vt vno verbo
dicã, qđ nos interdũ magis in hac negotia
tione quęrimus, quã Deũ. Multis autẽ mo
dis, ijsq; valde occultis natura etiam in Dei
operibus se ipsam quærit, quos gratia dete
ger, & spiritus Dñi docebit eos, qui ambu
lãt corã eo in corde perfecto. Qui autẽ eru
diri noluerint, sponte sua cæci laborabũt,
& seminabũt multũ, & inferẽt parũ, negoti
ũ Dei se egisse putabũt, cũ egerint suum.
Qui speciosa quærũt in cõcionibus potius
quã vtilia, qui vitia dissimulãt, & suauẽ ac
meditatã cantilenã auribus instillãt audito
rum, in quorũ oratione illud videas quod
in Albutio ferre non potuit Lucilius:

*Quam lepide lexeis compostæ, vt tesserulæ, omnes.
Arte pauimento, atque emblemate vermiculato:*

Et Ciceronis similes videri malũt quã Pau
li: vtrũ ne in domos suas festinare censebis
an domũ Dñi ædificare? Qui potentiũ ca
ptãt amicitias, in magnas domos sese insi
nuãt, pauperiores fugiũt, qui blãdiuntur di
uitib⁹, qui eis omnia permittũt, qui inurba
nũ putãt cũ his de Deo miscere colloquia
qui dicta factaq; sęculariũ imitãtur; nego
tiũ ne Dei agũt, an suũ? Nõ hęc de certo ali
quo hominũ genere dico, sed malũ, quod
in omnes, qui animarũ saluti cõsulunt, po
test irrepere, quodq; & à me, & ab omnib⁹
seruis Dei longissime abesse cupio, demon
stro. *Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne
darent rorem.* Quę rorem? Hiero. Ego hunc
arbitror esse rorem, de quo in benedictio
ne dicitur ad Iacob. Det tibi Deus de rore
cœli, & rorem Hermon, qui descẽdit super
montẽ Sion, & descẽdit nõ de aere, in quo
multiplex volat aquilarũ, & accipitrum, &
vulturũ numerus, sed de cœlo, vt si cui⁹ ani
ma ardet ꝑturbationib⁹, & Diaboli iaculo
vulnerata est, refrigeretur hoc rore, & ęstus

Isa. 43.

Gen. 32.

54

55

Concionatores verborum, & plausus studiosi.

Cic. in 3. de Oratore, & in Oratore.

Gen. 27.

Psal. 132.

Luc. 8.

Psal. 4.

49 Noctu quid quid per diem fecimus cogitandum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

suos temperet. Quo retento terra quoque non affert germen suum; neque enim sine rore Christi potest vlla anima afferre frumenta, &c.

56 Terra. Montes. Triticum, vinum, oleum.

Et vocaui siccitatem super terram, & super montes. Terram modo vulgus hominū intelligamus, montes vero, qui alijs eminent potentia, aut eruditione, aut diuitijs. In tritico, vino, & oleo, & omnibus, quæ profert humus, omnia virtutum opera, quibus anima nutritur, & cōfirmatur, accipim°. Quædam animam confirmant, vt triticum corpus, vt spes, fides, caritas, aliq, vt vinum, lętificant cor hominis, vt obedientia, humilitas, abnegatio sui, quæ miram voluptatem, atque lætitiā homini afferunt: aliæ leniunt, & emolliunt, vt oleum, cuiusmodi sunt septem dona Spiritus sancti, quibus ita duricies nostra mollitur, vt facilè ab spiritu Dei moueamur. Sed quia oleum etiam curādis plagis aptissimum est, rectè in eo intelligemus pœnitentiam, quæ vulneribus animæ medetur, & maximè adhibitis comitibus suis oratione, ieiunijs, eleemosynis perfectam restituit sanitatem. Hominis nomine quod est in homine præcipuum intelligit, id est, rationem, sicut nomine iumenti, id quod nobis cum iumentis, commune est, id est, sensum, siue inferiorem animæ portionem. Laborem manuum cum accipio, quo alijs vtiles sumus, & eos laborando Christo lucrifacimus. * Super hæc omnia vocat Deus siccitatem, id est, ventum vrentem, cum finit sæuire fortiores tētationes, quibus harum virtutum opera langueſcūt, & quasi exurūtur, & ipsa ratio deterior fit, dum ignorantia, prauisque iudicijs impletur, & voluntas infirmatur ad bonum, tum animæ inferior portio elata, & quasi dominans rationi cedere, & subijci recusat: & labor manuum nostrarum perit, quia multa, & erudita in concione dicētes neminem à peccato liberamus, vel certè amittimus citò, quos multo labore fueramus lucrati.

Pœnitētia oleum.

Homo.

Iumentū.

Labor manuum.

57

1. Ioh. 4.

Et audiuit Zorobabel, &c. Zorobabel & Iesus audiūt, nō timēt, popul° autē timet à facie Dñi. Perfectorū est nō timere, qa perfecta caritas foras mittit timorē, imperfecti timēt, & quāuis pfectè nō amēt, salubriter timore terrentur, donec eò & ipsi veniāt, vt perfecta caritas foras mittat timorē. Signū autē salutis est, siue audire, siue timere. Et quidē Dominū non audierant, sed audiētes Propherā nuntiū Domini nō fuerunt incredu-

Luc. 10.

li, sed intellexerunt Deū in ministris suis loqui, quos qui audit, Deū audit, & qui contemnit, Deum contēnit. Et quoniā qui credunt, magis semper Dei gratia confirmantur, vt magis intelligāt, quod crediderint, & in fide confirmētur, seipsum vocat Prophetā nuntiū Domini de nūtijs Domini, quod hactenus non fecerat. Deinde dicit: *Ego vobiscum sum, dicit Dominus.* * Ostendit gratum sibi fuisse timorē illum, & à timore ad caritatem eos excitat illo amoris pignore: Ego vobiscū sum. Arduum videbatur inter aduersantes & impediētes hostes templū ædificare. Sed nihil timēdum est, cum Deus nobiscū est, aggrediamur difficilia opera virtutū, cōtendamus intrare per angustā portā, nullis difficultatibus, nullis tentationibus, nullis Diaboli insidijs, artibusq; deterreamur. AEdificemus domū Domini: Ego vobiscum sum, dicit Dominus. Dominus mihi adiutor, ait Sanctus, nō timebo quid faciat mihi homo. Et: Si consistāt aduersum me castra, nō timebit cor meū. Sed optimè hic etiam obseruauit Hieronymus, nō esse dictum Zorobabeli, & Iesu: Ego vobiscum sum (semper enim cū perfectis est, & etiam si occiderit ipsos, sperabunt in eo) sed populo dicitur, qui timuerat à facie Domini, & illa promissione erat eius animus exuscitādus. *Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel, &c.* Docemur etiā perfectos viros indigere Dei auxilio, & sine Christo nihil facere posse, idcirco eorū spiritus excitatur. Hieronym°: Suscitatur etiā spiritus populi, qui iis ante dormiebat: nō corpus, non anima, sed, vt diximus, spiritus, qui magis ædificare scit templū Dei, &c. * *Et ingressi faciebāt opus in domo Domini exercituum Dei sui.* Pulchrè dicit, Ingressi, dum enim tēplo Dñi intra nos ædificādo nō vacabamus, extra nos eram°, & cū maximè curare nostra videbamur, nihil minus curabamus; qui enim diligit iniquitatē, odit animā suā. Quomodo curare nostra possumus, cū à nobis absumus, nec quid nobis facto opus sit, cogitamus? Prodigus filius dum substātiam suam perdidit viuendo luxuriosè, non curabat sua, quia erat extra se: quando curauit? quando rediit ad se, sicut in Euangelio Lucæ legimus: In se autem reuersus dixit: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Surgam, & ibo ad Patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in cœlum, & coram te,

Luc. 15.

Prima

Prima die mensis locutus est ad eos Haggæus, ipsi vero ingrediuntur die vigesima quarta. Itaque (vt notat Hieronymus) duo & viginti dies interiecti sunt, quot & literæ sunt apud Hebræos. Necesse enim habuerunt doceri, quæ essent elementa principij sermonum Dei, quæ eos prohiberent dicere: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ, &, vt prouocarentur ad ponendum corda sua super vias suas, & recordarentur quanta propter negligentiam fuerāt ante perpessi. At vbi plenè his instructi sunt, sine mora, & sine timore ędificant.

CAP. II.

IN die vigesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darij regis. In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini in manu Haggæi prophetæ, dicēs: Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filiū Iosedec sacerdotem magnum, et ad reliquos populi dicens: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? numquid non ita est, quasi nō sit in oculis vestris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus, & confortare Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum, & facite: quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum. Verbum, quod pepigi vobiscum, cū egrederemini de terra AEgypti: & spiritus meus erit in medio vestrū, nolite timere. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridā

Et mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cūctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. In vigesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darij regis, factum est verbum Domini ad Haggæum prophetam dicens: Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Interroga sacerdotes legem dicens: Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: nūquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt: Non. Et dixit Haggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nūquid cōtaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur. Et respondit Haggæus, & dixit: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuū eorum: & omnia, quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. Et nunc ponite corda vestra, à die hac, & supra antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini: Cum accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierent decē: & intraretis ad torcular, vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti. Percussi vos ven-

Exod. 10. & 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

to vrente, et aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum: & non fuit in vobis, qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, à die vigesima & quarta noni mensis: à die, qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum, Numquid iã semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die ista benedicam. Et factum est verbum Domini secundo ad Haggæum, in vigesima et quarta mensis, dicens: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens: Ego mouebo cœlum pariter & terram. Et subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium: & subuertam quadrigam & accensorem eius: & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. In die illo, dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel fili Salathiel serue meus, dicit Dominus: & ponam te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

Eccli. 49.

HISTORIA.

1 Annus duplex apud Heb.

¶ *In septimo mense.* Duplex fuit apud Hebræos anni initium, sicut & duplex annus, sacer, & vulgaris. Annus sacer numerabatur ordine solennitatum, incipiebatq; fere ab æquinoctio verno, cui pars Martij nostri cũ parte Aprilis plerumque correspondet. Exho. 13. Hodie egredimini mense nouarum frugum. Heb. In mense הָאָבִיב est autem אָבִיב idem quod virens, quasi dicat: In mẽse, quo omnia iã virẽt, ideo LXX verterunt ἐν μηνὶ τῶν νέων, id est, In mẽse nouorum, hoc est initio veris, de quo Ouidius:

2. Metam. *Verque nouum stabat cinctum florente corona.*

Et alibi:

Omnia tunc florent, tunc est noua temporis ætas: 1. Fastorũ
Et noua de grauido palmite gemma tumet.
Et modo formatis operitur frondibus arbor:
Prodit & in summum seminis herba solum.

Ex quo deprehẽditur error Sanctis Pagnini pudendus sanè in tali viro, qui transtulit: Hodie egredimini in mense Iulij. Nec potuit reuocari testimonijs Scripturæ, vniuersorumque Iudæorum consuetudine; & auctoritate, qui Paschæ tempus Martio, vel Aprili semper tribuunt, atque eo tempore patres suos exijsse ex AEgypto, agnumque immolasse sine vlla dubitatione consentiunt. * Sed hoc illi imposuit, quod cum R. Dauide putauit אָבִיב esse spicam cum culmo: intellexitque dici mensem spicæ, id est, spicarum, atque eum esse Iulium, quod eo, inquit, mense frumenta sint spicata. At Exhod. 9. legimus: Linum ergo, & hordeum læsum est, eo quod hordeum esset virẽs. Hebr. Eo quod hordeum אָבִיב. In nostra trãslatione nihil potest esse apertius Deute. 16. Obserua mensem nouarũ frugum, & verni primum temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo, quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de AEgypto nocte. In Hebræo autem tantummodo legimus: Obserua mensem הָאָבִיב, & facies Phase Domino Deo tuo, quoniã in mense הָאָבִיב eduxit te Dominus Deus tuus ex AEgypto nocte. LXX: Obserua mẽsem nouorum, & facies Pascha Domino Deo tuo, quoniam in mẽse nouorum eduxit te, &c. Itaque Hieronymus אָבִיב primo loco vertit, Nouarum frugum, altero vertit, Verni primũ temporis, quo. s. virent omnia, quod idem est. Sanctes etiam hic transtulit: Obserua mensem Iulij, quoniam in mense Iulij eduxit te Dominus. * Scio Hieronymũ transtulisse Leu. 2. Spicas virentes, sed hac ratione, quod אָבִיב significat virens, siue id spica sit, siue quid aliud, ibi autem contextus indicabat de spicis esse sermonẽ, ideoq; Hieronymus explicationis causa trãstulit: Si autem obtuleris munus primitiarũ frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni. Quare LXX vim vocabuli semper spectantes ita reddiderũt: Si autem obtuleris sacrificium primitiarũ Domino noua torre facta, &c. Vt autẽ cõuincere posit Sanctes spicas hoc vocabulo significari, nunquam ostendet aridas spicas ita dici, sed virentes: mense aurem Iulio arent spicæ. Ita & si incertum esset, quo

3

menſe

mense Iudæi vel ex AEgypto exierint, vel agnum immolare soliti sint, si non constaret Dominum mense Martio Pascha celebrasse, & se ipsum agnum immaculatũ pro nobis immolãdum obtulisse, minimè vertere debuit mense Iulij, sed mense Martio.

4 * Constet ergo (vt eo redeamus vnde digressi sumus) mensem, quo Hebræi ex AEgypto exierunt, Martiũ esse, quem Hebræi Nisan, Græci Xanthicum vocãt, vt his verbis docet Iosephus. 2. Antiquitat. cap. 5. Deus autem iussit Mosem edicere populo, vt paratum habeant sacrificium, pręparatũ tertia decima Xanthici mensis in quartam decimam, qui apud AEgyptios Pharmuthi vocatur, idem Hebræis Nisan, & Macedonibus Xanthicus. Hic idem initium est anni sacri. Exhod 12. Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Atque ideo aduersus Sanctem disputaui, vt de initio anni sacri cõstaret. Ex quo perspicimus alium fuisse annum Hebræis, antequam ex AEgypto egrederentur, quo tempore initium habuit sacer annus. Is igitur annus, qui ante sacrum erat in vsu, vulgaris dicitur, quem, quãtum ad publica negotia, & res sæculares attinet, Moses, vt prius erat, reliquit. Ita Iosephus libr. 1. Antiquit. cap. 4. Moses autem, inquit, Nisan, qui est Xanthicus, mensem primum in suis fastis ordinauit, quod per hunc Hæbræos ex AEgypto eduxisset. Eundem etiam omnium, quæ ad rem diuinam pertinerent, exordium fecit: alioqui quod ad nundinationes rerum venalium, reliquamque dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu innouauit. * Huius anni initium (vt quidem plurimi aiunt) September fuit. Sed Hiero. Ezec. 1. prope principium affirmat apud Orientales omnes Octobrem esse primum mẽsem. Quod diuersum nõ est, quoniam menses Hebræorum erant iuxta Lunæ cursum, id est, cum noua Luna incipiebant, & ideo nostri menses non ex æquo respondẽt illis, sed sicut primus mẽsis anni sacri partem habet Martij, & partem Aprilis, ita primus anni vulgaris partem habet Septembris, & partẽ Octobris. Ex his quæstio exoritur non contẽnenda, tam ad hũc, quem modo interpretamur locum, quam ad alios similes in hoc propheta, & in reliquis: Vtrùm menses anni sacri accipiendi sint, cum dicunt: Quarto, aut quinto mense, an verò vulgaris. Lyranus quidem, & Va-

5 Initia anni vulgaris.

tablus menses anni vulgares accipiũt: nam in fine primi capitis sextum mensem Februarium esse dicunt à Septembri videlicet incipientes. Eorum argumentum est, templi fabricam inchoatã esse. 24. die mensis sexti, id est, ad finem Februarij, & initio veris, quod rẽpus magnis ædificijs inchoãdis aptissimum est. Si autem de mensibus anni sacri intelligeremus, cœpta esset fabrica. 24. die Septembris proxima hyeme, quo tempore magna ædificia incipi nõ solent. * Nos etiam id confirmare possumus, quoniam modo nõ agitur de festis diebus, quare nihil nos cogit, vt de anno sacro intelligamus. Accedit quod cum Ezeciel. c. 1. ait: Et factũ est in trigesimo anno, in quarto, in quinta, mensis. Hieronymus quartũ mensem Ianuarium interpretatur. Apud Orientales, inquit, populos post collectionem frugum, & torcularia, quãdo decimæ deferebãtur in templum, October erat primus mensis, & Ianuarius quartus, &c. At idem Hieronymus initio, & fine primi capitis, & initio secundi, & in principio Zachariæ de mensibus anni sacri manifestè intelligit, atque ita in locis fere omnibus Scripturæ esse intelligendum pro certo habeamus, vt sæpe Scriptura ipsa docet. Verum, vt rem oculis subijciamus, hæc sunt nomina mẽsium anni sacri apud Hebræos.

6

Primus נִיסָן —— Nisan, qui Græcè Xanthicus dicitur, cui correspondet apud nos, vt dictum est, pars Martij, & pars Aprilis, atque ita de ceteris mensibus.
Secundus אִיָּר Iiar.
Tertius סִיוָן Siuan.
Qnartus תַּמּוּז Thamnuz.
Quintus אָב ab
Sextus אֱלוּל Elul
Septimus תִּשְׁרִי Thisri.
Octauus מַרְחֶשְׁוָן Merhesuan.
Nonus כִּסְלֵיו Chisleu. —— Ita recẽtiores Iudæi scribunt, ego cum LXX, & Hieronymo Chasleum scribendum censeo, vltima litera consonante: scribunt enim LXX χασλιὼ.
Decimus טֵבֵת Tebeth.
Vndecimꝰ שְׁבָט Sebath. —— LXX, & Hieronymus Sabath.
Duodecimus אֲדָר Adar.

7 Si ergo hoc eodẽ ordine numerari in Scriptura ostendimus planè cuicerimus menses anni sacri in illa esse intelligendos. Hoc autem ostendere facile est, Zacha. 1. In die

Universidad de Deusto
Biblioteca

vigesimaquarta vndecimi mensis sabath, in secundo anno Darij. & cap. 7. Et factum est in anno quarto Darij regis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Chasleu. Duo hinc fiunt, Haggæum, qui eodem anno cum Zacharia cœpit prophetare, de eisdem etiam mensibus anni sacri loqui cum illo. Quod apertius ex ipso Haggæo cognosces postea nu. 69. Alterum est, quod quidam volebãt, in his duobus prophetis menses Darij intelligi debere, vt à mense quo Darius regnare cœpit, cœperit & annus, commẽtitium esse, cum palam Propheta numerum mensium anni sacri indicet, 1. Mach. 4. Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni, hic est mensis Chasleu. Esther. 3. Mense primo, cuius vocabulum est Nisan. Et cap. 8. Erat autem tẽpus tertij mensis, qui appellatur Siuan. Et capi. 2. Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri, mense decimo, qui vocatur Tebeth. Et cap. 14. Quarta decima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis. * Videmus in his locis, tametsi de festis diebus nullus sermo sit, menses anni sacri numerari, idque sine dubio ita factum esse intelligendum in omnibus libris ab Exhodi volumine, in quo narratur egressus populi ex AEgypto, & anni sacri initium. De mensibus libri Geneseos, etim nondum erat institutus annus sacer, dubitari potest: sed arbitror Mosem accommodasse se consuetudini suæ ætatis, & institutioni Domini, & iuxta annum sacrum numerasse menses: tametsi Iosephus. 1. Antiqui capi. 4. iuxta vulgaris anni consuetudinem numerare videatur. Argumentum Lyrani, & Vatabli facile soluetur, si dicamus Zorobabelem, & Iudæos, cum præceptum Domini vrgeret ignauiam reprehendentis, continuo opus aggressos esse, neque expectasse tẽpus, quo magna ædificia inchoari solent: Meritò enim sperare poterant tempus operi aptũ daturum, qui iubebat operari. Quãuis Vatablus quidẽ correxit initio Zacharię quod dixerat, nam mensem octauum à Martio numerandum docet, itaque pro nobis potius est* Magis mouere potest, quod Hieronymus scripsit, mensem quartũ apud Ezechielem esse Ianuarium. Verum si dicamus Prophetam, quia tunc erat captiuus Babylone, menses iuxta morem Babyloniorum & omnium Oriẽtalium computasse, quid contra obijcere poterunt aduersarij? Sed, quoniam quod verum esse intelligo, tacere nõ debeo, facile cuiuis probare possum Ezechielem, vt & reliquos prophetas, de mẽsibus anni sacri loqui: In primis illud capi. 45. negare potest nemo. In primo mense, quartadecima die mẽsis erit vobis Paschæ sollẽnitas. Et cap. 24. vbi nulla est de festis diebus mentio. Et factum est verbum Domini ad me in anno nono, in mense decimo, decima die mensis, dicens: Fiilj hominis scribe tibi nomen huius diei, in qua cõfirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie. Si autẽ videre volumus quid hic significet, & quomodo menses anni sacri numeret, legamus cap. vltimo lib. 4. Regum, vbi idem annus, & mensis, diesque signantur: Factum est autem anno nono regni eius, mense decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circumdederunt eam, & extruxerunt in circuitu eius munitiones. *Et cap. 29. In anno decimo, in decimo mense, &c. Decimum mensem testatur ibi Hieronymus esse, quem Hebræi vocant Tebeth, qui decimus est in anno sacro. Illud etiam cap. 33. Et factum est in duodecimo anno, in decimo mẽse, quinta die transmigrationis: Hieronimus confert cum anno & mense excidij Ierusalem, & de mensibus anni sacri intelligit. Quare ne plura testimonia proferam. Non dubito quin vbique de eisdem mensibus loquatur, etiam in suæ prophetiæ initio: cur enim ibi de mensibus anni vulgaris, in alijs de mensibus anni sacri loquatur? aut quid afferri potest, cur aliter illũ locũ, quam ceteros omnes in eodẽ propheta interpretemur? Hieronymus autem in principio Ezechielis versabatur in Allegoria de Domino, qui trigesimo ætatis anno venit ad baptismum, & aperti sunt cœli, sicut Ezechiel anno trigesimo erat iuxta fluuium Chobar, & aperti sunt cœli. Et quia in quarto mense hoc vidit propheta, Hieronymus vt seruiret Allegoriæ, quartũ mensem accepit anni vulgaris, id est, Ianuarium, quo Dominus baptizandus venit ad Iordanem: Hieronymus enim liberã vult esse allegoriam, neque in ea rigorem historiæ esse seruandum.

Postremo adnotandum est nomina mẽsium, quæ retulimus, Chaldaica esse potius quam Hebraica, idcoque non fuerunt in

vsu

vsu apud Hebræos ante captiuitatem Babylonicam, neque inueniũtur nisi in libris post illam conscriptis, vt in Hesdra, Esther, Zacharia, Machabæis. Ante captiuitatẽ autem mẽses numero notabatur, Primus, Secundus, &c. vt apud Romanos Iulius prius Quintilis à numero dicebatur, quod quintus mensis esset, Augustus sextilis, ac deinde reliqui eodem ordine. Hoc Hebræi, & ex nostris multi docent. Sed intelligamus frequentius ita notari in Scriptura, alioqui non dubito, quin sua etiam nomina habuerint, vt ex eadem intelligitur. Mensem primum, dici mensem אָבִיב, iam ostẽdimus ex Exhodi. 13. & Deute. 16. De mense secundo. 3. Regum. 6. legimus: In anno quarto, mense Zio, ipse est mensis secundus. Et ibidem: Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio, & in anno vndecimo mense Bul, ipse est mensis octauus, perfecta est domus. Siue autem Zio dicamus, siue Ziu, quod est Hebraicè יו, vltima nõ consonans est, sed vocalis, quoniam Lxx verterunt non ζίω sed ζίφ. Et cap. 8. In mẽse Ethanim, in sollenni die, ipse est mẽsis septimꝰ. Quare non est dubitandum reliquos menses sua etiam nomina habuisse, quamuis in Scriptura non legantur. Habemus igitur Prophetam nostrum semper de mensibus anni sacri loqui, & mensem septimum esse Septembris partem cum parte Octobris. Cum autem dicat In mense septimo, vigesima prima mensis factum est verbum Domini, intelligimus initio Octobris factum esse.

Quis in vobis est derelictus. Cur hoc dicat intelligimus ex Hesd. 3. vbi cum fundamenta templi iacta essent, & plurimi prę gaudio vociferarentur, continuò additur: Plurimi etiam de sacerdotibus, & Leuitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius, cum fundatũ esset, & hoc templum in oculis eorum, flebãt voce magna. Gloriam autem dicit magnificentiam, & splendorem.

Et quid vos videtis hanc nunc? Id est, Qualis vobis videtur hæc domus, quam nunc videtis? Nullius pretij vobis videtur comparatione prioris. Mos Hebręorum est, cum primum aliquem alloquuntur, dicere: Quid tu? aut quid vos? Subauditur autem Dicitis, aut Iudicatis, aut quippiã huiusmodi? Vt Iud. 18. Reuersique ad fratres suos in Sara, & Esthaol, & quid egissent sciscitãtibus, &c. in Hebręo est: Et reuersi sunt ad fratres suos in Sara, & Esthaol, & dixerunt eis fratres eorum: Quid vos? scilicet, egistis: aut, Quid vos dicitis? Prou. 30. Quid dilecte mi? Quid dilecte vteri mei? Quid dilecte votorum meorum? scilicet, dicis, aut vis? Latini hoc passim, vt apud Ciceronẽ: Quos postquam saluatui, Quid vos, inquam Brute, & Attice nunc? Quid tandem noui? Et quod pueri in Terẽtio didicimus: Quid vos? Quo pacto hic? Satisne rectè? Ita nũc in Hebræo est: Et quid vos videres ipsam nunc? Numquid non quasi non sit in oculis vestris? id est, Quid dicitis, aut quid iudicatis videntes hanc domum nunc? Certe nullius pretij vobis videtur, & perinde eam habetis, ac si non esset. *Ex quo non leuis mihi suspicio est Hieronymum vertisse: Et quid vos videntes hanc nunc? non autem: Et quid vos videtis, quamuis scio & ita posse verti. Leo Hebræus: Et quid vos, qui videtis eã nunc? Nisi dicamus Hieronymum Hebraico more subaudiri relatiuum voluisse, ac si diceret: Et quid vos, qui videtis hanc nunc? Potest etiam intelligi: Quid videtis hãc nunc? Id est, Quare eam aspicitis, cum vobis ita esse videatur, ac si non sit? Nam מָה, quod est in Hebræo, etiã significat Cur, aut Quare, vt apud Latinos, Quid, vt Iob. 7. Cur nõ tollis peccatum meum, & quare non aufers iniquitatem meam? Meritò autem dixit: *Quis in vobis relictus est, &c.* Vt paucissimos esse indicaret. Siquidem iuxta veriorẽ supputationẽ, quam Zach. 1. explicabimus, à desolatione templi, vsque ad secundum annum Darij, id est, vsque ad annum, quo hæc Propheta vaticinabatur, septuaginta anni numerãtur, itaque octogesimum annum eos agere oportebat, qui prioris templi meminissent. Nam illud Hesd. 3. Plurimi etiam de sacerdotibus, & Lenitis, & principes patrum, & seniores, qui viderant templum prius, &c. Minus mirum est, cum id ante aliquot annos factum fuerit.

Et nunc confortare Zorobabel. Nolite deficere, nec propterea animum despõdeatis, & ab opere cessetis, quod ista domus minor videatur priore. Crebro dicit Scriptura: Et nunc, tãtum ad continuationem sententiæ, vt Isa. 49. Et nunc, dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi. Hos. 2. Et nunc reuelabo stultitiam eius. Isa. 5. Et nũc ostendam vobis, quid ego faciam vineæ meæ. Meritò autem quæri potest, quomo-

do vix

Cic. in Bruto.

Ter. in Andr.

13

14

Et nunc.

Universidad de Deusto
Biblioteca

do vix iactis fundamentis templi secundi lugebant senes, & illud erat in oculis eorũ, ac si non esset. Respondendum est facilem sumi totius domus ex fundamento coniecturam, nam videbant ædificari impolito lapide, Hesd. 5. Notũ sit Regi isse nos ad prouinciam Iudæam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito. De primo autem templo scriptum est. 3. Regũ. 6. Domus autem, cum ædificaretur, de lapidibus dolatis, atque perfectis ædificata est. Et Iosephus. 8. Antiq. cap. 2. Iecit igitur rex in altissimam terræ profunditatem fundamenta è saxis validissimis, quæ contra omnem temporum iniuriam resistere possent, ita vt cum contigua terra coalita solum ac fundamentum imponendis substructionibus præberent, non minorem admirationem habitura, quam quæ supernè ad amplitudinem, pulchritudinem, & magnificentiam
15 operis per artifices elaborata sunt. *De parietibus autem, ita ait: Tota vero structura ex lapidibus politissimis constabat, ita ad vnguem inter se quadrantibus, vt intuentibus nullum vsquam mallei, aut cuiusuis fabrilis instrumenti vestigium appareret, sed connata potius omnia, quam arte congesta viderentur. Præterea templum secundum altitudinem habuit sexaginta solum cubitorum, Hesd. 6. Cyrus rex decreuit, vt domus Dei ædificetur, quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolent hostias, &, vt ponant fundamenta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta, & altritudinẽ cubitorum sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres. At primum templum altitudinem habebat duplo maiorẽ, vt Iosephus autor est. 8. Antiq. cap. 2. & lib. 15. cap. 14. & ex 2. Paral. 3. apertè hoc intelligi putat cum multis Beda in libro de tẽplo Salomonis. c. 6. & 8. Quare necesse erat fundamenta secundi templi multò esse angustiora, quam primi.

16 Populus terræ.

Omnis populus terræ. Cum dicitur, Omnis populus terræ, notum est illius terræ intelligi, de qua tunc sermo est, quos Latini vocant indigenas. Nec tamen omnes hoc nomine intelliguntur, sed populus quatenus à principibus distinguitur. Gene. 23. Surrexit Abraham, & adorauit populum terræ, filios videlicet Heth. Et de eisdem ait paulò post: Et locutus est ad Ephron circumstante plebe eius. Iere. 44. Reges vestri, & principes vestri, & populus terræ. Et. c. 52. Et septem viros de ijs, qui videbant faciem regis, &c. Et sexaginta viros de populo terræ.

Et facite. Scilicet, opus in domo mea, vt ait Hieronymus.

Verbum, quod pepigi vobiscum. Hebræi hæc verba referunt ad id, quod præcesit: Et facite, vt sit sensus: Et facite verbum, quod pepigi vobiscũ, id est, fœdus, quod inter nos initum est, vt vos sitis meus populus, & me solum colatis, & ego sim Deus vester. *Sed durum admodum est, vt postquam dixit: Et facite, quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum, redeatur ad id, quod anteceserat. Et facite, præsertim cum apud Hebræos, & Græcos, & Latinos, & apud Chaldæum sententia finiatur in illis verbis: Dicit Dominus exercituum, & noua hinc incipiat: Verbum quod pepigi, &c. Vatablus subaudit, Faciam: Verbum faciã quod pepigi vobiscũ. Mouet hos autores articulum את, quod est in Hebrẽo, notam esse accusatiui, atque ita verbum nõ primi casus esse, sed quarti. At rectè ipsi norunt, cum nominatiuo quoque hunc articulum את poni nonnunquam, vt Nehem. 9. vbi dicitur: Nos autem impiè egimus. Reges nostri, &c. 1. Regum. 17. Et veniebat Leo, vel Vrsus. 4. Reg. 6. caderet ferrum securis in aquam. Atque ita nõ Hieronymus modo, sed & Chaldæus in nominandi casu positum intellexerunt, sic enim vertit Chaldæus: Et facite, quoniam verbum meũ erit vobis auxilio, dicit Dominus exercituum. Verbum quod decreui vobiscum, cũ eduxi vos ex AEgypto, & prophetæ mei docebunt vos, ne timeatis. Hieronymus ita exponit: Ego enim sum vobiscum, & sermo meus, quem pepigi. Hoc ergo ait: Ego sum vobiscum, nõ deero vobis, & sermo meus, siue fœdus meum, quod pepigi vobiscum, cum egrederemini ex AEgypto, erit pariter vobiscum, hoc est: Non deseret vos fœdus meum, & verbum meum, semper vos comitabitur, vbique præstabit quod promisi, vbiq; vos tuebitur, ac liberabit: quasi dicat: Recordabor verbi, quod promisi, & liberabo, ac seruabo vos. *Verbum autem est illud Exhod. 6. Et assumam vos in populum, & ero vester Deus, & scietis quod ego sum Dominus Deus vester, &c. Et multa alia in hanc sententiam inueniuntur. Rectè etiam ita interpretabimur, & sensus est idem: Ego vobiscum sum, verbũ quod pepigi, id est, hoc est verbum quod pepigi vobiscum,

17

18

biscum, me Deum vestrum futurum, & liberaturum vos.

Et spiritus meus erit in medio vestrum. Chaldæus, & Hebræi de spiritu prophetiæ intelligunt, sed nos cum Hieronymo, & Theodoreto, & alijs de ipsa persona Spiritus sancti intelligamus, cuius gratia protegerentur, & sanctificarẽtur. Hoc etiam obseruandum. Quãdo Deus promittit spiritum suũ, docet eum, cui promittit sibi fore gratissimum, & omnibus bonis spiritualibus abũdaturum, vt Isa. 42. Ecce seruus meus, suscipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eũ, & ca. 44. Effundã enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam; effundã spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam.
19 *Optimum, & expressissimum hic habebamus sanctissimæ Trinitatis testimoniũ si tantum verba illa: Quod pepigi, posita nõ essent: nam Pater ait: Ego vobiscum sum: & de Spiritu sancto: Et spiritus meus erit in medio vestrum. De filio si diceret: Verbũ meum vobiscũ, nihil esset expressius. Sed præterquã ϕ L x x pro verbo ῥῆμα vertere-
Ἀδὲ ους runt, quod non solet filij nomen esse, sed cum dicit: Verbum quod pepigi vobiscum, manifestè verbum pro fœdere accipere videtur, vt. 1. Paral. 16. Sermonis, quẽ præcepit in mille generationes, quem pepigit cum Abraham. Quod magis etiam indicãt verba Hebraica: est enim in Heb. verbum, quod percussi vobiscum, fœdus autẽ percutitur: & apud Hebræos, & apud Latinos, vt adnotauimus Hos. 10. num 9. & 10. Seruata tamen verborum proprietate exponere possumus: Fœdus meum, id est, res, quam fœdere inito promisi, quæ per antonomasiam filius intelligitur. Hunc autem promisit cum adhuc erant in itinere, Deutero. 18. Propheram de gente tua, & de fratribus tuis, &c. Quod si vrgere verbum volumus, non in itinere tantum, sed etiam eo ipso die quo egressi sunt ex AEgypto, promisit in figura agni immolandi. Hieronymus: Sacramẽtum cernite Trinitatis: Ego sum vobiscum, & spiritus meus, & verbũ, in quo posuit testamentum, cum egredemini ex AEgypto, sed nihil necesse est hæc comminiscì, aut ad hæc duriora confugere, cum statim de filij persona perspicue dicat Propheta: Et veniet desideratus cunctis gentibus.

20 *Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum.* Locus est valde difficilis, quem, si varias expositiones attulero, obscuriorẽ fortasse reddam. Dicam igitur breuiter, quantum rei obscuritas feret, quod sentio. Nequaquam arbitror Propheram de signis, & prodigijs, quæ in Christi passione visa sunt, verba facere; tametsi Ambrosius lib. 3. Epistolarum, Epist. 12. & quidam alij, ita senserint, & Hieronymus; sed in expositione Allegorica, quomodo & Ambrosius intelligendus est. Etenim postquam ea commemorauit, subijcit: Et veniet desideratus cunctis gentibus; ante igitur quam veniret, mouendi erant cœli, & terra. Nec de secundo Domini aduentu loquitur, vt quidã existimant, quoniam statim addit: Et implebo domum istam gloria. Prius ergo signa futura erant, deinde venturus erat desideratus cunctis gentibus, & postea domus illa implenda erat gloria, quæ siue templum secũdum sit, siue Ecclesia, certe ante aduẽtum secundum impleta est gloria. Adde quod hæc expositio validum nobis telũ adimit in corda inimicorũ regis, id est, in Iudæos, quo conuincantur transisse iam tempus, quod aduentui Messiæ præstitum erat, vt paulo post dicemus. * Moueri vero, siue
21 Commouere, & mouere. commoueri dicuntur ea, in quibus res nouæ, & admirabiles fiunt, quarum admiratione, & stupore excitantur, & quasi pulsantur, vt Psalm. 67. Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto, terra mota est. Quasi dicat: Vehementer admirata est, res miras, & prodigiosas vidit. Vt autem admiratione, sic eriã tristitia, aut gaudio, aut quouis alio affectu homines commoueri dicuntur, & ad hominum similitudinem res etiam inanimatæ, vt Psalm. 113. Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Psal. 95. Lætentur cœli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius (scilicet lætitia) gaudebunt cãpi, & omnia, quæ in eis sunt. Adhuc igitur, inquit, vnum modicũ, id est, post modicum tempus, vt Iohannis 14. Adhuc modicum, & mundus me iam non videt. Quod tempore primi aduentus, id est, post quingentos annos futurum est, post modicum futurũ dicit: quoniã quod nobis, qui angustis temporis finibus claudimur, longissimũ est, cum æternitate Dei comparatum, valde modicũ est, vt Hab 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veniens veniet, & non tardabit. Et Paulus Hebr.10.de secundo aduentu: Adhuc enim modicum,aliquantulumque,qui venturus est veniet,& non tardabit.Inde etiã Iohannes de toto noui testamenti tempore dixit: Filioli, nouissima hora est. Et Petrus: Vnum vero hoc non latcat vos carissimi, quia vnus dies apud Dominum,sicut mille anni,& mille anni sicut dies vnus: quod ex Psalm.89.desumpsit. * Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna,quæ præterijt.Deinde ait. *Mouebo cœlum, & terram.* Cum Dei filius descendit in terras, cœlum mouetur lætitia, & admiratione, ac timore. Angelos enim, quibus gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente,quanta lętitia credimus, exultasse;cum omnium redemptorem peccatorum ad redemptionem, & salutem humani generis descendere viderunt? Quanta in illis fuit admiratio altissimæ sapientię, & demissionis tantæ maiestatis? quantus timor, id est, reuerentia illius ineffabilis, & immensę bonitatis? Adde quod magna angelorum multitudo è cœlo descendit verbo carne facto, ac in vtero beatissimæ virginis latente,magna etiam, cum eodem nato cecinit: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonę voluntatis. Terta mota est, sicut Dauid futurum prædixerat Psal.95. Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit,id est,gaudeat,& exultet terra tanti Regis aduentu, norint omnes hunc esse, qui redempturus est genus humanũ, & regnaturus à ligno. Prodigia quoq; maxima vidit circa illa tempora. Iosephus.15 Antiquit.cap.7.& libr.1.de bello Iud.ca.14 autor est septimo Herodis anno, quo tempore Augustus Cæsar cum M. Antonio pugnauit apud Actium, maximum in Iudæa terræmotum factum esse, qualẽ ad illa vsq; tempora passa nõ est, & quo magna hominum multitudo perierit. * Tres soles simul orti sunt, & in vnum orbẽ paulatim coierunt, vt scribit Iulius Obsequẽs Romanus historicus, in libro de Prodigijs,cap.128.ac inde, vsq; ad finem libri, multa ciusdẽ temporis prodigia persequitur. Denique non possumus dubitare tum commotam esse terram, & mare, & aridam: quoniam quo tempore Augustus imperare cœpit, cuius anno quadragesimo primo Dominus atq; seruator natus est, totus bellis orbis arsit pugnãte primum eo cum Bruto, ceterisq; C.Cæsaris interfectoribus, deinde cum socijs Triumuiratus, Lepido, & Antonio, mox cũ varijs nationibus, quas Romano subiecit imperio,vt breuiter videmus apud Eutropium,libro.7.suæ historiæ,vt multos omittamus.Quo tumultu bellorum & mare,& insulæ mota sunt,& omnes gẽtes:donec tandem pacato orbe, & in seruitutem Romanorum redacto pax maxima consecuta est prædicta ab Isa cap. 2. & à Michæa cap. 4. Eo igitur tempore mare etiam nualibus pugnis commotum est; quarũ illã nobilissimam apud Actium elegantissimis carminibus celebrauit maximus poëtarũ: Vbi

——*Ope Barbarica,Variisque Antonius armis*
Victor ab Auroræ populis,& littore Rubro
AEgyptum viresque Orientis,& vltima secum.

* Bactra vexit cõtra Augustum Cæsarem. Quorsum hæc omnia? vt homines tot portentis magnum quippiam,& insolitum expectarent, & tot bellis, atque commotionibus vniorbis pareret, & pax vbique oriretur promissa Christi aduẽtui, & Christus nasci,& cognosci, Euangeliumque in toto posset orbe prædicari. Ceterum vbi habemus, Aridam, in Heb, est חָרָבָה, quod non desertum significat, vt quidam putant,seu Aridam, aut Ariditatem, vt Exhod. 14: Et vertit in siccum.Ezec 30. Et faciam alueos fluminum aridos. Heb. Aridam,aut, Siccitatem. Quare rectè in arida,quatenus mari opponitur, insulas intelligimus, vt intellexit Augustinus.18.de Ciuit. cap.35. Quod autem sequitur: *Et mouebo omnes gentes,* satis ex dictis intelligitur,omnes enim gentes commotæ sunt Romanis inter se diuisis, & bella gerentibus. Sed commotionem etiam illam significari arbitror,de qua Luc.2. scriptum est: Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis: videlicet nascebatur nouus rex,cui regnum vniuersi orbis erat tradendum. Alia etiam commotio fuit cœli, & terræ, & maris, & omnium gentium è lætitia magna exorta aduentus seruatoris, qui facturus erat cœlos nouos, & noua omnia,& vniuersa erat illustraturus, & ornaturus. Metaphoricè enim inanimata lætari dicuntur, cum aliquid venit, quod eis bono, atque ornamẽto futurum est.*De quo Psal.95. Lætentur cœli, & exultet terra,commoueatur mare, & plenitudo eius, gaudebunt campi, & omnia, quæ in eis

Luc.2.

23

24

2.Ænei.

25

in eis sunt. Tunc exultabũt omnia ligna siluarũ à facie Domini, quia venit, quoniã venit iudicare terram. Quod ait: Quia venit, Hieronymus de primo interpretatur aduentu, de secundo autem quod sequitur: Quoniam venit iudicare terram.

Locus Pauli Hebr. 12.

Rectè autem à nobis hunc locum fuisse explicatum, Pauli apostoli verba indicabũt ad Hebr.12. Videte ne recusetis loquẽtem. Si enim illi non effugerũt recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de cœlis loquentem nobis auertimus. Cuius vox mouit terram tunc, nunc autem repromittit dicens. Adhuc semel,& ego mouebo non solum terram, sed & cœlum. Quod autem, Adhuc semel dicit, declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea, quæ sunt immobilia. Pro eo quod nos iuxta Hebræum habemus: Adhuc vnum modicum, Apostolus L.xx imitatus dixit: Adhuc semel, nam מְעַט vtrumque significat,vt Num.10. Si semel clangueris, & Iob. 33. Semel loquitur Deus. Hebręorum verborum sensus est,semel faciam, & citò faciam. Cur autem dixerit: Semel, statim dicemus: Sensus Apostoli est: Videte ne sicut olim Hebræi recusauerunt,id est,repulerunt, & auersati sunt Moysem loquentem in terra, id est, hominem, qui non venit de cœlo, sed de terra erat, vos recuseris Christum, qui de cœlo est,& vobis loquitur. * Cauete ne illius dicta contẽnatis, nam si puniti sunt, qui Mosis præcepta violarunt: quanto acerbius punientur,qui Christum ipsum audire noluerint? Cuius vox manentis quidem in cœlo, sed per angelum in monte Sina loquentis, cum lex illa ferebatur, mouit terrã, partim terrore prodigiorũ, quę visa,& audita sunt, partim lætitia, quod legem à summo Deo acciperet. Sed postea per Haggæũ prophetam promittit ad aduentum suum,qui nouam vniuerso orbi legẽ erat laturus,se non solum terram moturum, sed etiã cœlum, vt intelligatur cum, qui venit, non esse de terra terrenum, sed de cœlo cœlestem, ac multo maiorem esse Mose, per quem lex vetus data est. Subtiliter autem interpretatur Paulus verba illa: Adhuc semel,in hunc modum. Cum dicit: Adhuc semel, significat in hoc aduentu suo legem se laturum perpetuam, & nullo tempore mutandam, ac legi priori dissimilẽ, quæ transitura erat, & finienda. Ideo dixit: Adhuc semel,ac si diceret,iam semel legem dedi, terramq; mouí,sed iterum cœlum etiam commouebo, semel,inquam, quoniam nulla post hãc lex feretur. *Declarat mobilium translationẽ, id est, his verbis declarat abrogandam esse legem illam, quæ mobilis erat, & ceremonias mobiles habebat, Christum venturũ significantes,quæ translatæ sunt post Christi passionem tanquam factæ,id est, tanquã iam impletę. Sacrificia enim,& ceremonię veteris legis Christum significabant venturum,& immolandum:quæ meritò mutata sunt postquam venit, & immolatus est: & manent præcepta, atque sacramenta nouæ legis,quę sunt immobilia,id est,quibus alia succedssura non sunt. Scio nobiles autores hęc de die iudicij interpretari etiam in Paulo, quod ego, vt verum fatear, intelligere non possum. Nã si de primo aduentu Haggæus loquitur, de eodem sine dubio Paulus locutus est. De primo autem loqui Haggæum autores nihilo ignobiliores prodiderunt, vt Hiero. Rupertus,Ambrosius,libro.3.Epistolarum, Epist.12.& Augustinus 18.de Ciuita. cap.35. Cyrillus lib.5.in Genc. & alij, qui de Ecclesia huius rẽpetis interpretantur illud: Magna erit gloria domus istius, &c. Et multi, atque doctissimi viri, qui cõtra Iudæos scripserc,vt Galatinus lib. 4.cap.9.&.10. Porchetus in prima part. victoriæ contra Iudæos, cap.7. Hadrianus Finus in suo Flagello Iudæorum, lib.5.cap.2. * Quod ex Propheta ipso apertè, vt mihi videtur intelligitur. Nam si de die iudicij dicitur: commouebo cœlum, & terram, & mare,&c.quomodo rectè sequetur: Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria? si dicant tunc implendam esse gloria Ecclesiam in cœlum translatam: quorsum rogo statim ait: Meũ est argentum, & meum est aurum. Magna erit gloria dom' istius nouissimæ, plusquã primæ? Præterea,quorsum de secundo aduentu loquatur nunc Haggæus? Quid ea re conficiat? Quid ad præcedentia,& sequentia mentio de die iudicij pertineat, quibus de ijs consolandis agitur, qui dolebant humilius videri templum secundum primo? Postremo vtrumque confirmat,quod Paulus post ea,quæ sunt exposita,subiecit: Itaq; regnum immobile suscipientes habemus gratiam,per quã seruiamus placentes Deo, id est,Nos relinquentes veterem legem, & ad nouam transeuntes iustificati sumus, &

26

27

28

Universidad de Deusto
Biblioteca

placemus Deo: Hoc videlicet docet quod Gala. docuerat apertius: Nos natura Iudęi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis.

29 4 *Et veniet desideratus cunctis gentibus.* Hinc sumitur aduersus Iudæos inuitabile argumentum Messiam venturum fuisse stante secundo templo, neque vllo modo iam expectari debere, postquam illud destructum est. Vide Porchetum, Galatinum, Hadrianum locis indicatis. Propterea confirmauimus nullo modo de secũdo aduentu intelligi debere, sed de primo. Quod Iudæi, quoniam negare non possunt, alia via vim argumẽti eludere nitũtur. Negant de Christi aduentu sermonem esse Prophetę, quoniam non dixit: Et veniet desideratus cunctis gentibus, sed: Et venient desideriũ omnium gentium, atque ita exponunt: Commouebo omnes gentes, & venient ad videndam huius templi magnificentiam cũ desiderio omnium gentium, id est, afferentes quidquid pretiosum, & pulchrum apud se habebant ad offerendum. Itaque subaudiunt ב, id est, cum, vt non legamus, 'Desiderium, sed, Cum desiderio, id est, cum rebus pulchris, & desiderabilibus. Suspicari quis posset locum à Iudæis fuisse depravatum, quod vnius literæ additione fieri potuit, nam אבֹ, id est, veniet, si legatur ואבֹ sonat hic, venient: nisi Lxx interpretum obstaret autoritas, qui verterũt: Et venient electa omnium gentiũ; quam lectionem referunt Hieronymus, & Augustinus. 18. de Ciuita. cap. 45. Et alij, eamdemque, tametsi ab Hieronymo reiectam sequitur Vatablus, & exponit: Venient ad Christũ gentes desi
30 derarissimæ, & electæ à Deo. * Sed quid miramur Iudæos hæc dicere? ipse Galatinus aduersus Iudæos disputans transtulit: Et venient cum desiderio omnium gentium. Primùm, nihil id quidem obstaret, etiam si ita legendum esset, aut enim cum Porcheto diceremus, propter duas naturas diuinam, & humanam positum esse verbum plurale, Venient, aut, quia Christus cũ ab omnibus gentibus desideraretur, desideria erat potius, quam desideriũ. Adde quod multa bona allaturus erat, & multa gentes desiderabant, vt conceptionem eius, & natiuitatem, doctrinam, miracula, passionẽ, resurrectionem. Quare Propheta rationẽ potius sensus habens, quam vocabuli, plurale verbum dedit nomini singulari, vt sæpe faciunt Hebræi, cum simile quippiã occurrit, quod notandum est à nobis Mich. 1. Num 35. Mihi autem magna suspicio est locum esse corruptũ à recentioribus Iudæis, cuius pondere, & vi vehementer vrgebantur. Etenim Hieronymus verba Lxx interpretum referens ait, & quidem bis, melius haberi in Hebræo: Et veniet desiderat⁹ cunctis gentibus. * Præterea hanc lectionem: Et venient, in illis recentioribus Hebræis inuenimus, qui multo maiori quam veteres odio Christianorum flagrabãt: nam veteres, ita, vt nos intellexerunt, & ita, vt nos legerunt, vt videmus apud Galat. lib. 4. ca. 9. Cuius hæc verba sunt: In libro Sanhedrim, in capite Helec, sic ad verbum dicitur: Rabbi Akiba exponebat: Adhuc vnũ modicum est, & ego commouebo cœlũ, & terram, & adducam desiderium cunctarum gentium. De diebus Messiæ, & de rege Messia, & de tempore, quod fuit post destructionem primæ domus. Alia expositio: Adhuc vnum modicum est: modicum scilicet regni vẽturi Israël, post destructionem prioris domus. Et post illud regnum, ecce, ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & omnes gentes, & postea veniet Messias. Hæc omnia ibi. Vbi per duas veterum Thalmudistarum expositiones palam ostenditur prophetiam hanc de Messia debere intelligi, quemadmodum, & nos ipsam intelligendam esse dicimus. 32 * Hæc Galatinus. Video etiam nonnullos ex nouis interpretibus ita vertisse, vt nos habemus: Pagninus: Et veniet desiderium omnium gentium. Leo Hebræus, tametsi perfidus & impius: Et veniet, qui desideratur ab omnibus gentibus. Eckius affirmat Petrum Nigri Germanum in disputatione Ratisponensiũ ante annos sexaginta, nunc vero ante annos centum, cum Iudęis disputantem vertisse: Et veniet desiderium omnium gentium: impium etiam Munsterum transtulisse; Venietque cum eo quod desiderabile est cunctis gentibus. Aut ergo hi omnes probatiorem lectionem agnouerunt, quam diximus: aut certe non dubitarunt, etsi in Hebræo legeretur: Et venient, sensum esse eundem, ac si scriptum esset: Et veniet. Nec nos moueat trãslatio Lxx, qui sæpe sensum potius, quam verba reddunt.

Cum

Cum ergo intelligerent desiderium pro re desiderata accipi vulgato more Hebræorum, vt Gen. 49. Donec veniret desideriũ collium æternorum, & Psal. 20. Desideriũ cordis eius tribuisti ei. Res autem desiderata intelligi potest, siue quam alij optãt, siue quæ pulchra est, & optabilis, atque hoc posteriori sensu ipsi acceperunt, intellexerũtque hoc significari rẽ desideratã venturam omnium gentium. Quod cum esset obscurius, maluerunt vertere pluraliter: Et venient electa omnium gentium.

14 Sed cur Christvm appellat desideratũ cunctis gentibus, siue desiderium omniũ gentium, quem soli Iudæi nouerant, soli expectabant? Hæc ratio tantum apud Augustinum valuit. 18. de ciu. c. 35. vt cum præcedentia in primo Christi aduentu impleta esse dixerit, non dubitauerit hæc de secundo aduentu interpretari. Vt enim, inquit, desiderarus esset cunctis gentibus, prius oportuit eum dilectum esse credentibus. Idem sensit cap. 48. Primum illud probabiliter responderi potest, in omnibus nationibus fuisse electos, qui fidem Christi venturi habebant, & eum desiderabant, vt Iob in terra Hus, & eius amici, apud Græcos Sybillæ, & multi earum carminibus instructi. Verum hoc potius dicendum arbitror. Desideratus cunctis gentibus dicitur, quoniam omnes gentes illius aduentu, & redemptione multum indigebant: & vna quæque res quasi pondere naturæ appetit id, quo maxime indiget. Tale est illud quod Aristo. 8. ethicorum ad Nicomachum ca. 1. refert ex Euripide, amare imbrem terram, cum arefacta est & cœlum venerandum plenum imbre amare cadere in terram. * Simile est quod legimus Hos. 2. Exaudiã cœlos (scilicet, optantes imbribus terram perfundere) & illi exaudient terram (optantẽ pluuiam) & terra exaudiet triticum, videlicet, quod copiose nasci, & crescere cupit. Eodem modo dixit Paulus Rom. 8. Scimus autem quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque ad huc, &c. Et Psal. 103. Expectabunt onagri in siti sua. Et: Catuli leonũ rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi. Ita etiam de Domino seruatore Gene. 49. Et ipse erit expectatio gentiũ, Isai. 42. Legem eius insulæ expectabunt. Denique vsitatum est in scriptura, vt homines etiam nihil tale cogitantes, eum affectum habere dicantur, quem vulgares ho

mines eos habuisse iudicarent; si id, quod futurum erat, cognoscerent, vt multis testimonijs confirmauimus Hamos. 2. num. 19. & sequentibus. Cum autem Christi aduentus tam salutaris omnibus gentibus fuerit, sine dubio illum desiderarent ardentissime, si nossent.

Et implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ.

Hic locus vehementer terruit Hebræos, sed & nostros quoque terruit. Hebræi quidem nesciunt, quo se vertant, vt ostendant gloriam secundi templi maiorem fuisse, quam primi: Ideo confugiunt ad tertium templum à Messia suo ædificandum, cum venerit. Verum eorum fabula satis ex verbis Prophetæ refellitur, siquidem contemnentibus ædificium secundi templi ait Dominus. Nolite timere, &c. Et Implebo domum istam gloria. Magna erit gloria domus istius nouissimę, magis quam primæ. Manifeste itaq; loquitur non de templo ædificãdo, sed de eo, quod tũc ædificabant. Alij quibus paulo sanior erat mens, cũ hoc viderent, maiorẽ fuisse gloriã secũdi tẽpli dixerũt, quoniã primum templũ quadringentis decem annis stetit, secũdum vero quadringẽtis viginti. Alij dicunt gloriam maiorẽ fuisse in ædificio, & vtrũque verũ esse cõfirmat Dauid Kimhi. At cum secundum templum ex impolito lapide ædificatum fuerit, & sexaginta solũ cubitos altitudinis habuerit, vt superius ex Esdra confirmauimus, ostendendum eis erat quomodo hoc ædificiũ maius, & gloriosius fuisset illo Salomonis: * Nã qui de annis vtriusque templi loquuntur, ridiculi 36 sunt qui tã magnificã promissionẽ de gloria secũdi tẽpli in decẽ diuturnioris durationis annos conferant, quasi perexigua tẽporis diuersitas quidquam splendoris aut homini, aut templo, aut rei cuiuius conciliare possit, præsertim si vincatur in ceteris. Nostri hæc animaduertentes, & nullum fere exitum inuenientes partim de Ecclesia exponunt, quam secundam domum esse volunt, cuius maior est gloria quã synagogæ, vt Ambr. ca. 12. li. 3. Aug. lib. 18. de ciuit. capit. 45. & 48. Cyrillus libr 5. in Gene. & veteres alij. Partim de templo ipso secundo exposuerunt, de quo manife-

N ste

Universidad de Deusto
Biblioteca

ste Propheram loqui existimabant, cuius hanc maiorem gloriam esse interpretatur, quod in illud Dominus noster Iesus Christus & infans adductus sit sæpè, & vir in eo docuerit, ac miracula fecerit, quod vniuersam primi templi gloriã facile superat. Ita exponit Rupertus, Lyranus, & Burgensis, vt ex additione eius tertia intelligi potest. Porchetus in prima parte Victoriæ c 7. Galati. lib. 4. c. 10. Hadrianus Finus lib. 5. Flagelli Iudæorum. c. 2. Iohannes Eckius, Paulus Palacius. Atque hinc Iudæos prorsus conuinci arbitrantur, transisse iam tempus aduentus Messiæ, quoniã secundum templũ euersum est, & ille secundi templi tempore venturus promittitur, cuius causa domus hæc posterior glorioſior esset futura, cum ceteris omnibus prior domus fuerit illustrior. * Mihi diu de hac re cogitanti verũ videtur, quod vtriq; è nostris dicũt, sed ita, vt modo explicabo. Sensum quidem altiorem, & sacratiorẽ, & quem potissimũ Spiritus sanctus intẽdit, id est, spiritualem, siue Allegoricum, non dubito esse de Ecclesia, quemadmodum sancti Patres interpretantur. Historicum autem per verba significatum, & per ipsa etiã ab Spiritu sancto intentum, de templo ipso secundo Iudæorum: vt autẽ bene, quæ de his sensibus dicimus teneantur: vide, quæ in primo præludio diximus, num. 20. & sequentibus. Ac nẽ quis miretur, sententia hæc omnino Hieronymi fuit, qui expositionem de templo prius ad verba suæ translationis accommodauit, alteram de Ecclesia translationi Lxx adiunxit, vbi spirituales semper sensus edisserit. Immo & Rupertus, qui allegoricos sensus vbique fere consectatur, hunc de templo Historicum esse confitetur, quem vbi exposuit, ad Allegoriam more suo reuertitur. Verum ego non arbitror significari templum, quale ædificatum est à filijs captiuitatis, sed quale post multos annos reædificatum est ab Herode, vt Rupertus intellexit, cuiusque gloriã maiorem fuisse confirmo, quam eius quod est à Salomone conditum, & ex seruatoris maximè præsentia, & ex ipso ædificio, etiam si nũquam Christus Domin⁹ in illud fuisset ingressus. * Mirũ hoc multis videbitur, sed spero me illis omnibus probaturum, qui rectè rationum pondera examinãt, nec contentionis studio ducuntur, sed veritatis. Principio illud veniat in mentem, quod c. 1. nu. 28. confirmauimus, dubitari nullo modo posse, quin sensus ille Historicus sit, qui verbis propriè acceptis conuenit, & præcedentibus, ac sequentibus aptus nihil falsum, nihil absurdum continet. Hunc autem nihil falsum, aut absurdum continere mox luce ipsa meridiana clarius indicabo. Ijs, quæ præcedunt, & quæ sequuntur, nihil aptius adhæret: immo nihil, nisi hic sensus adhæret. Nam cum Iudæi mœrerent, atque deflerent, quod templum ædificabãt humile, & impolitum, & cum illo priori minimè conferendum, Dominusq; eorum animos erigere vellet ad ædificandum, ac operari iubere: quid tandem eos conduceret, maiorem futuram esse gloriam Ecclesiæ, quam Synagogæ? Deliceret hoc potius eorum animos, quam erigeret. Quot, quantisq; miraculis opus fuit, vt æquo animo postea ferrent legem veterẽ abrogari, nouamq; pro ea substitui? * At si polliceatur Propheta domus illius, quæ pauperior, atque humilior videbatur tantas diuitias, tantum splendorẽ fore, vt vincat priorẽ, alacres ad opus domus Domini, promptiq; reddũtur. Deniq; qui audiuit: Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? Et quid vos videtis hanc nunc? Numquid nõ quid vos videtis hanc nunc? Numquid nõ ita est, quasi non sit in oculis vestris? Qui hoc, inquam, audiuit, & de templo illo sine dubitatione dici nouit: cum audit statim: Et nunc confortare Zorobabel, &c. Implebo domum istam gloria: magna erit gloria domus istius nouissimæ magis, quam primæ: quomodo persuadere sibi posset de alia domo, ac non de templo eodem verba fieri? Video latere hic altiorem sensum, sed sub hoc humiliori latet, & per hunc significatur: idcirco hic Historicus, ille Allegoricus est. Quorsum igitur dicturas gloriosius fore templum secundũ, admiscuit illa, quæ ad rem pertinere non videbantur. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridã, & mouebuntur omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus? Rectè quidem hoc quæritur, hæc ipsa verba magis & explicãt, & confirmãt quod dixi. * Promittuntur magnam illi domui gloriã, tempus, causamq; signari oportuit. Ac si diceret: Vos ædificate domum, ego eam ab his paruis, & tenuibus principijs ad magnam gloriam proueham, non quidem nunc; prius cœlum, & terram,

terram, & mare, & aridam, & gẽtes omnes commouebo, & veniet Christus desideratus cunctis gentibus: tunc implebo domum istam gloria. Et re vera sic priorẽ domum in primis illustrauit quod scriptũ est. 3. Reg. 8. Factum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum Domini, & non poterant sacerdotes stare, & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini: quanto illustrior, & glorioſior fuit domus posterior, quam non nebula obtexit quæ Dei præsentiam indicaret, sed Deus ipse nube carnis obductus adijt, quæ diuinam eius vocem dicentis audiuit, quæ miracula magna vidit? Hactenus mihi cũ Paulo ante indicatis autoribus cõuenit: sed addidi alterã causam ex ipsius ædificij magnificentia, & pulchritudine, quam mihi continuo videtur Haggæus explicare cum ait: Meum est argentum, & meum est aurum, quod ab his autoribus gloriam domus ex sola Christi præsentia colligentibus explicari rectè nullo modo potest. * Ita enim fere exponunt illi, & Burgẽsis in additione tertia. Non loquor de gloria auri & argenti, nam hæc vbicunque sint, mea sunt, & do cui volo, possemque ijs domum hãc exornare, si vellem. Cui extortam istã, & violentam expositionem probabunt? Nec aurum daturus, nec argẽtum, quorsum oportuit dicere, suum esse vtrumque? An ignorabamus Domini esse terram, & plenitudinem eius? Si nullam verbis vim afferamus, nonne in promptu cuiuis esse potest dictũ esse ne illi propter illius temporis inopiam diffiderent maiorẽ futuram gloriã eius domus, quam prioris? Ita igitur est, ac si diceret: Si vobis hoc alius promitteret, merito forte dubitaretis an ita diuitijs abundaret vt rem tantam præstare posset: sed me promittente, cuius est aurum, & argẽtum etiã si magnis, & incredibilibus expẽsis domus sit ædificanda, quæ potest esse causa dubitãdi? Certe Hierony. ita intellexit, & Chrysostomus hom. 34. in priorem epistolam ad Corinthios. * Quare vt initio ædificationis excitauit Deus Cyrum, & Darium, vtrũque ethnicum, vt & copiam, & expensas præberent templo suo tempore ædificando: ita cum tempus proximum erat quo domus illa implenda erat gloria, id est, decimo octauo anno regni Herodis (cuius trigesimo secundo magnus humani generis Seruator natus est, vt autor est Eusebius in chronicis) idem Herodem locupletissimum regem incitauit, vt templum magnum, & pulcherrimum extrueret, & quidem tanta numinis præsentia, vt traditum posteris sit, octo annos, quibus ædificatum est, nunquam interdiu pluisse, sed noctu tantum, ne ædificatio impediretur, vt scribit Iosephus libro. 15. Antiqui cap. 14. & alter Iosephus filius Gorionis libro. 5. historiarum Iudaicarum, capit. 26. Cumque, (etiam si templum à Zorobabele ædificatum euersum fuerit à fundamentis ab Herode autore Iosepho,) noua in eodem loco reposita sint, statimque templum sine interruptione, ac sine mora extructum, recte non duo templa numerantur ab autoribus, sed vnum, atque idem, quod secundum dicitur. Nam ita consuetudo loquendi obtinuit, vt vrbes, ac templa, præsertim continuo in eodem loco reædificata, pro eisdem numerentur, adeo vt de templo à Chaldæis diruto, & post L x x annos ædificari iterum cœpto nunc Propheta dicat: * Quis in vobis est relictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? Ita Iudæi dicunt Ioh. 2. Quadraginta sex annis ædificatũ est templum hoc, cum iã illud esset euersum, & alterũ ędificatum octo annis. Sed quoniã idem templũ erat, & dicebatur, vt Christũ vehementius argueret de quadraginta sex annorum mora, quam de octo dicere maluerunt, cum vtrumq; possent. Ita Ioh. 10. porticus Salomonis dicitur in templo, cũ constaret ante multos annos dirutã penitus fuisse quam Salomon ædificauerat. Simile est illud Esd. 5. Nos sumus serui Dei, cœli, & terræ, & ędificamus templũ, q̃ erat extructũ ante hos annos multos, quodque rex Israel magnus ædificauerat, & extruxerat. Verũ in hac re Iohan. Eckij, prudẽtiã & bonitatẽ requiro, qui vnus, (quod sciã) post hominũ memoriam negare ausus est templum ab Herode fuisse vnquã extructũ, Iosephũ hoc dixisse, ceteros errantẽ secutos fuisse. Ita ne qđ mille quingẽtis annis nemo vocauit in dubium, nemo nõ credidit, leuibus & nullius momenti cõiecturis inficietur Eckius? Nemo, inquit, præter Ioseph. dixit. Dixit & Iosephus filius Gorionis, & de eo multa scripsit li. 5. c. 24. & duob⁹ sequẽtibus. * Dixit & Hier. in. c 11 Zach. initio fere: Dixit Rup. & ante eũ Egesippus antiquissim⁹ auror lib 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de excidio Ierosolymitano, cap. 35. Templum, inquit, ornauit, omnem illum circa templum loci ambitū circumuallauit muro, geminatisque spatijs includit immenso ædificandi sumptu, & exquisito decore. Indicio erant magnæ circa sacrarium porticus, quas extruxit ex fundamentis. Nec minor tuendi, quam ornandi intentio: siquidem castrum Aquiloni communiuit subiacens, quod vocauit Antoniam, &c. In eo autem quod ait: Ornauit templum, forte Ornauit, dixit pro restauravit, alioqui à fundamentis ædificasse docent Iosephus, lib. 15. Antiquit. cap. 14. & alter filius Gorionis, lib. 5. cap. 25. Quemadmodum in eo etiã errauit Egesippus, quod quinto decimo anno Herodis id factũ dixit, cum ex vtroq; Iosepho constet fuisse anno decimo octauo. Hoc idem dixerunt postea innumeri. Ipse potius vnum proferat, qui negauerit. Sed si solus Iosephus dixisset, cuius fidem in historia laudant Eusebius, & Hieronymus, & veteres: quis sacerdoti, & erudito homini de recenti historia, & de re maxima, & celeberrima paulò ante suam ætatẽ gesta in vrbe totius Iudææ clarissima scribenti fidem non haberet? Tam demens erat, vt notissimum, & impudentissimum mendacium vniuersis Iudæis auderet obtrudere? Tantum ne Herodis memoriæ faueb ãt, vt opus insigne parrum suorum impio regi, & omnibus ingrato adscribi paterentur? Pudet his refellendis immorari, cũ Hesdras cap. 6. doceat templum secundum ex impolito lapide fuisse ædificatum, nec altitudinem plusquam sexaginta cubitorũ habuisse: Iosephus autem, qui, vt sacerdos, quotidie templum sui temporis videbat, & in illud ingrediebatur, ceteris omnibus, qui secum viderant, tam Iudæis quam Romanis, palam scribat. 15. Antiquit. cap. 14. è maximis, & pulcherrimis lapidibus fuisse constructum, altitudinemq; habuisse centum, & viginti cubitorum: qui viginti cubiti, inquit, aliquando post fidentibus fundamentis decesserunt, eosque denuò addere curauerunt nostri Neronis temporibus. * Templum secundum sexaginta cubitis latum fuit, vt videmus Hesd. 6. quod Herodes centum cubitis latum fecit autore Iosepho filio Gorionis lib. 5. ca. 25. Quid? cum vnus ex discipulis ait, Mar. 13. Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ: impolitos lapides, & ante quingentos annos in ædificiõ collocatos ostendisse tibi videtur, an recentes, & pulchros, & artificiose elaboratos?

Templum Herodis magnificentius templo Salomonis.

Vnum superest ad integram loci huius explanationem, quod hactenus consulto distuleram, templum Herodis operosius, & magnificentius fuisse illo Salomonis, vt meritò eius rei causa dixerit Domin⁹: Meũ est argentum, & meum est aurum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, magis quam primæ. Difficile hoc videtur, cum Salomonem ditiorem Herode fuisse constet. Sanè si ea, quæ fecit Herodes consideres, & quæ fecit Salomon, haud ægerrimè assentiar, id quod multos decepit: at si vniuersa, quæ Herodis templum habebat inspicias, quæ ex veteri superfuerant, & quæ habuit templum Salomonis, sine dubio maius, & pretiosius fuit templum Herodis. Dicam etiam apertius, quoniam multi, vt dicebã, in hoc lapsi sunt. Si templum Salomon ædificasset quale fuit, cum ab Herode perfectum est, multo pluris illi stetisset, & maius, ac pulchrius fuisset, quam id, quod ædificauit: siquidem præterea, quæ fecit Herodes, habuit multa ex prima, & secundæ domus ædificiis, quibus omnibus in vnũ collatis pretiosius, & magnificentius templo ipso Salomonis euasit, vt nũc explicabo. * Templi primi longitudo sexaginta cubitorum fuit addito vestibulo, seu porticu. 3. Regum. 6. Longitudo templi Herodis fuit centum cubitorum, vt vterque Iosephus scripsit, alter. 15. Antiquitatum, cap. 14. alter lib. 5. Historiarum Iudaicarum, cap. 25. Constabat autem (inquit Iosephus) structura è lapidibus cãdidis, firmissimisq; magnitudine viginti quinq; cubitorum in longum, octo in altum, latitudine vero cubitorum duodecim. Consentit omnino & alter Iosephus filius Gorionis, atque addit: vnam & eandem mensuram habebant omnes lapides à fundamento ædificij vsque ad summitatem eius. Et quoniam parietes primi templi intrinsecus auro tecti erant, quãtam auri copiam in hoc Herodis intus fuisse existimabimus, cum de exteriori templi facie, hæc memoriæ prodiderit Iosephus lib. 6. de bello Iudaico. c. 6? Exterior autem facies nihil quod animus, aut oculi mirarentur, non habebat. Crustis enim aureis grauissimis vndique tecta ad primos ortus (ita enim ex Græco legendum est) igneo splendore lucebat, vt cũ intuerentur oculi, quasi solis radijs auerterẽtur. Hospitibus quidẽ adeũtibus procul mõti niueo similis videbãtur: nã vbi deaurauit nõ erat tẽplũ, cãdidissimũ erat. In summo autẽ aureis verub⁹ horrebat acutissimis, ne ab insidẽtibus auibus pollueretur. Nõnullorũ autẽ saxorũ eius lõgitudo quadragintaquinque cubitorum erat, altitudo quinq;, latitudo sex, &c. * De vestibulo hæc ibidem ait: Prima vero eius porta septuaginta cubitis alta erat, & viginti quinque lata, neq; fores habebat, cœlũ ẽm vndique conspicuũ, lareque patẽs significabat. Erãtque totæ frontes inauratæ, ac prima ædes omnis perlucebat extrinsecus, auroque circũ interiorẽ sani partẽ splendida cũcta cernẽtibus occurrebat. De porta eius partis tẽpli, quæ dicitur sancta, hæc: interior vero porta tota inaurata erat, vt dixi, & circũ eã auratus paries. Desuper autẽ habebat aureos pãpinos, vnde racemi statura hominis depẽdebant. Alter vero Iosephus ita scripsit: Fecit etiam rex colũnas argẽteas, & bases earũ argẽteas, capita autẽ earũ fecit aurea. Fecit insuper vitẽ de auro mũdo, & posuit in summitate colũnarum cuius põdus erat mille talentorũ aurcorũ. Erat autem vitis ipsa facta opere ingenioso habẽs ramos perplexos, cuius folia, & germina facta erãt ex rutilãti auro, botri autẽ ex auro fuluo, & grana eius, aecini, atque foliculi facti erãt ex lapidibus pretiosis, totũque opus erat fabrefactũ opere vario, vt esset mirandũ spectaculũ, & gaud. ũ cordis omnibus intuẽtibus ipsam. Multi quoque scriptores Romani testãtur se cã. vidisse, cũ desolaretur tẽplum, &c. * Intra hãc portã erat altare aureũ, & (vt Iosephi ibidẽ verbis vtar) tria mirabilia, & prædicanda opera cũctis hominib⁹, cãdelabrũ, mẽsa, thuribulũ. Mensa autẽ erat aurea põderis talẽti magni, & candelabrũ aureum, vt idẽ narrat lib. 7. de bello Iud. c. 24. taliaq; hæc fuerũt, vt in põpa triũphi Titi Cæsaris portarẽtur. Opinor iã videre lectorẽ magnã esse gloriã domus nouissimæ magis, quã primæ, & iure dicũ esse: Meũ est argentum, & meũ est aurum: sed maiora restant. Atrium tẽplo addidit Salomõ de quo. 3. Reg. 6. Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri. Et. 2. Parali. 4. Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grandem, & ostia in basilica, quæ texit ære. Hæc ita nobis exposuit Iosephus lib. 8. Antiqui. c. 2. Circumdedit deinde templo septum quoddam triũ cubitorum altitudine, quod nostra lingua Gison vocamus, exclusurum profanam multitudinem, & solos sacerdotes admissurũ, &c. Hoc vocatur in Paralipomenis Atriũ sacerdotum. * Deinde addit: Extra hoc septum erat fanum (hoc vocat scriptura basilicam grandem) porticibus magnis, ac latis cinctum, & portis altis patens, quarum singulæ singulos ventos spectabant, &c. Dici autem non potest, ac vix etiam oculis credi, quam mirandum fuerit illud exterius fanum. Vallibus enim expletis tam profundis, vt ad prospectum oculi caligarent, & aggesta ad quadringentos cubitos terra, cã vertici montis, in quo templum extructũ est, æquauit. Hanc cinxit duplicibus porticibus, quas columnæ è natiuo saxo sustentabant, & laquearia cedro expolita tegebãt. Fores vero habebant omnes ex argẽto fabricatas, &c. Hæc quę certè mirãda sunt, in primo templo fuerunt, sed quod in illis est maximum, & mirabilissimum, mansit in templo Herodis, id est, illa profundissimarum vallium expletio, & terræ ad quadringentos cubitos aggestio, vt vertici mõtis æquaretur, in quo templum extructum est. Additasunt autẽ his plura atque maiora: quæ melius verbis Iosephi in eodem loco explicabuntur. * Fanum, inquit, conditum erat, vt dixi, supra durissimum collem. Et initio quidem vix templo, atque arcæ sufficiebat iacens in summo planities, quod vndique præceps erat, atque decliuis. Cum autem rex Salomon, qui etiam templum ædificauerat, muro eius partem ab Oriente cinxisset, vna porticus aggeri est imposita, (quæ Iohan. 10. ob id vocatur porticus Salomonis) & manebat ex alijs partibus nudum, quoad sæculis posterioribus semper aliquid aggeris accumulante populo coæquatus collis latior effectus est. Perrupto autem septemtrionali quoque muro tantum assumpsere spatium, quantum postea totus fani ambitus incluserat. Triplici autem muro colle circumdato spe maius opus extructum est, in quo longa sæcula consumpta sunt, omnesque thesauri sacri, quos toto orbe missa Deo munera repleuerant, tam in superiore ambitu, quam inferiore templo ædificatis: cuius quod humillimum fuit, trecẽtenis cubitis munierãt, in quibusdã vero locis plurib⁹, &c. Saxa vero

Universidad de Deusto
Biblioteca

quadragenum cubitorum magnitudinis erant, nam & pecuniarum copia, & populi largitas maiora dictu conabatur, quodque nunquam posse perfici sperabatur, diuturnitate, ac perseuerantia explicabile videbatur, &c. * Ita totus collis muro cinctus est ambitus sex stadiorum, & ex omni parte multæ, & magnificentissimæ porticus ædificatæ sunt, quarum meminit Egesippus, & quarum pulchritudinem, & magnificentiã Iosephus lib. 6. de bello. cap. 6. & lib. 15. Antiquita. cap. 14. describit eleganter, & alter Iosephus loco indicato. Etenim atrium extructum est, quod ethnicis etiam patebat, deinde alterum Iudæis, iisque secundum legem mundis cum parte feminis separata. Deinde tertium, quo soli sacerdotes introibant. Horum atriorum porticus multiplices, & portas, ac fores, ceteraque ornamẽta, quę ab his autoribus commemorantur, & à me breuitatis causa prætereuntur, tantum habent sumptus, & splendoris, atque magnificentiæ, vt vix humanis viribus, atq; opibus tantum opus perfici potuisse videatur. In angulo etiam Septemtrionalis, atq; Occidentalis lateris muri illius (quo totum collem, in quo erat templũ, cingi diximus) arx erat quadrangularis munitissima olim à Machabæis facta ad pontificalium vestiũ custodiam, quam Herodes munitiorẽ reddidit ad templi tutelam, & in M. Antonij honorem vocauit Antoniam, vt ibidẽ ait Iosephus. Denique Iosephus Gorionis filius, cum multa de templo dixisset, libro. 5. cap. 25. hæc ad extremum subijcit, cap. 26. Porro templi huius ædificium solum in genere descripsimus, & vix medietatem eius, immo tertiam partem signauimus: tã magnum, & egregium fuit opus illud. * Satis opinor demonstrauimus maiorem fuisse gloriam secundi templi, quam primi, & tãtum opus nullius diuitijs fieri potuisse, nisi eius qui ait: Meum est argentum, & meum est aurum. Sed vasa aurea & argẽtea primi templi putabit quis defuisse secundo, cum diripuerint ea Chaldæi. Non defuerũt, omnia enim Cyrus restituit, cum Iudæos liberos misit, vt templum secundum ædificarent, vt videmus Hesd. 1. & 6. Rapuit quidẽ ea postea Antiochus Epiphanes. 1. Machabæo. 1. verum alia pro eis posita sunt à Machabæis. 1. Macha. 4. Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum. Ac ne putemus è viliore forte materia vasa fuisse confecta, Iosephus. 12. Antiquit. ca. 11. eamdẽ historiam his verbis narrat: Intulit in illud vasa noua, candelabrum, mensam, & altare incensorũ ex auro fabrefacta omnia. Verũ de his iam satis, verba tantũ Hiero. subijciamus ad confirmationẽ omniũ. Veniet desideratus cunctis gentibus Dominus noster atque saluator. Tunc implebo domum istam gloria maiore, quã priorem, & semper vobis addam. Et ne forsitan sponsorem puteris infirmum: meum est argentum, & meum est aurum, & meæ sunt cunctæ opes. Ego in ornamentum templi aurum, argentumq; donabo, vt maior fiat huius domus gloria, quam prioris.

Et in loco isto dabo pacem. Multi hanc pacẽ intelligere non possunt, cum tempore secundi templi multis bellis afflicti Iudæi fuerint, & pacem spiritualem interpretantur. Quem sensum & nos accipimus, sed spiritualem pacem ad spiritualem interpretationem referimus, id est, ad pacem in Ecclesia futuram. Historiæ sensus est de pace Iudæis data, vt templum reædificare, & omnibus suis numeris absoluere possent. Hieronymus: Porrò, quia scio ad ædificationẽ inclytæ domus, & quę superatura sit domũ pristinam, nihil ita facere, vt pacem: ideirco & hanc spondeo, dabo enim in loco isto pacem. De hac pace Herodes templũ ædificaturus loquitur apud Ioseph. lib. 15. Antiq. cap. 14. Nunc quoniam, Deo volente, ego rerum potior, cui otium, pecunia prompta, magni redditus suppetunt, &, quod maximum est, Romanorum orbis dominorũ amicitia, dabo operã, vt quod maiores sub alieno nutu viuentes non satis accurauerunt, suppleam, & quidquid deest ad honorem Dei gratè, ac piè persoluam. Et apud alterum Ioseph. lib. 5. cap. 24. En Dominus dedit nobis requiem per circuitũ, & dilationem, sicut vident oculi vestri hodie. Et postea: Nunc autem non est Satan aliquis, aut occursus malus, ideò construxi ciuitates magnas, & celebraui nomen vestrum.

TROPOLOGIA.

Allegoria iã est paulò antè explicata. Templũ Salomonis dirutũ à Chaldæis synagogã significat à dęmonib⁹ dirutã, & subuersã per incredulitatẽ, qua Christũ sibi ꝓmissũ recipere noluit. Sed mox Zorobabel, & Iesus, q̃ figura Christi sunt, domũ alterã ædificãt multò opulẽtiorẽ, & gloriosiorẽ priore, quæ re, quę est Ecclesia, in qua est vera pax, & vera remissio peccatorũ. Quare ad Moralem expositionem veniamus, recordemurque quid sit ædificare domũ Dñi, & quibus lignis ædificanda sit. quod cap. 1. nu. 39. &. 50. abunde viderur explicatũ. In sexto mense, in quo nullæ sollennitates Domini sunt; atq; adeò ad finem mensis, incipiunt facere opus in domo Dñi exercituum, vt cap. 1. vidimus, sed cõtinuò sequitur mensis septimus, in quo magnæ sollennitates sunt, vt est in. 23 ca. Leui. Etenim cũ operari incipimus in domo Domini, & viriliter cũ carne nostra, & cum vitijs dimicauimus, laboramus, & affligimur, & sæpe nulla apparet cœlestis consolatio, quæ nos labore illo, & difficultate leuet. At non est diffidendum, neq; Diabolo, aut carni nostræ nullã leuationem promittentibus credamus, cito venient sollennitates Dñi, & solatia mitter, aderitque laborantibus, & festa celebrabimus domus Israel, id est, participes erimus consolationis sanctorum. * Et quidẽ opus mense primo erat inchoandum, neque in sexti mensis finẽ differri debuerat, sed quãuis multum temporis voluptatibus, & sæculi curis dederimus, ac sero conuertamur, nõ diu differet solatia benignissimus pater. Et quoniam incipientes hac arte solet inimicus oppugnare; orationem, & abnegationem, & cetera opera virtutum tum quidem perfici posse, cum Deus tentatorem deterret, & feruet deuotio, sed paulo post hæc ipsa, quæ placent, onus intolerabile futura tentatore redeunte, & refrigescente deuotione: merito iterum eos alloquitur per Haggæum in mense septimo, vicesima prima die mensis, ipsi autem cœperant vicesima quarta die mensis sexti. Nequaquam diu Deus obliuiscetur operantium in templo suo, cohibebit Diabolum, si ita eis vtile sit, aut si tentare sinit, vires ad vincendum suggeret, fouebit deuotionem animi, si non sensibilem, quam vulgus agnoscit, & solam deuotionem vocat, certe eam, quæ vera deuotio est, id est, alacritatem, & fortitudinem animi ad Deo seruiendum, & omnia pro eo perferẽdum: modo nos nobis non desimus, neque laborem operandi remittamus. * De quo extat apud Isaiam præclara sanè Domini exhortatio, & promissio. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel: Abscõdita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum trãsiuit? id est. Ego laboro, & dura patior, & Deus me deserit, & in medio certamine relinquit, nullis consolationibus, nullis nouis præsidijs pugnantem iuuat; quæ cogitatio sæpe iustorum animos inuadit & vires quodammodo infirmat. Sed quid respondet Dominus? Nũquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dñs, qui creauit terminos terræ, non deficiet, neq; laborabit, neq; est inuestigatio sapientię eius. Qui dat lasso virtutẽ, & ijs, qui nõ sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadẽt; qui autẽ sperant in Dño, mutabunt fortitudinẽ, assumẽt pennas sicut aquilæ, current, & nõ laborabunt, ambulabunt, & nõ deficiẽt. Dñs, inquit, sempiternus Deus est, semper viuit, atq; operatur, ipse creauit terminos terræ, ideoque potẽs est ad faciẽdũ quidquid velit. Nec labore vllo modo fatigabitur, vt hac causa deterreatur ab adiuuãdo quos velit, neq; ignoratione omittet, quia nouit omnia, & scit quid cuique rei faciẽdæ opus sit. * Ne deficiatis timore, aut tẽtationibus cedatis, ipse dat lasso virtutẽ, & robur. Pueri, id est, adolescentes, quã uis viribus valeãt, & iuuenes, qui fortiores sunt, defatigabuntur, & deficient, ideſt, omnis humana vis deficiet tandem, & cadet: at qui sperant in Domino, neque vnquam laboribus, aut tentationibus animum despondent, aut spem suam à Deo tollunt, subinde nouas vires capient, & cum delassati, victique videbuntur, nouas pẽnas accipient, & renouabuntur vt aquilæ. Hos igitur, qui iam laborare cœperant in domo Domini, alloquitur per Haggæum, per quem iam eorum spiritum suscitauerat, vt iterum susciter, quia Deus nunc per ministros suos, nunc per se non desistit eorum corda ad progrediendum in via virtutum commouere, quos videt iam suis verbis obedire cœpisse, & de profectu suo cogitare. *Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima?* Templum Salomonis, quod cecidit, templum, quod in anima nostra Deo quondam ædificaueramus, significat: quod aliquando Chaldæis, id est, aduersarijs potestatibus, & mundi rectoribus tenebrarum harum oppugnantibus ruit. Sed vt domus ædificabatur, quam ipsi, qui ædificabant, contemnebant, & paruũ, atque ignobilem futurã arbitrabãtur, re tñ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tentatio eorum, qui quondam perfecti eē essent ceciderunt.

vera glorioſior futura erat, quam prior: ita qui ex alto ruerant, & magnis Spiritus ſancti diuitijs ſpoliati ab hoſtibus ſunt, cū iterum templū, quod ceciderat, erigunt, tentari deſperatione quadam ſolent. Vident quod fuerant, & quanta amiſerint, conſiderant, & cum vehementiores illas Spiritus ſancti motiones, & deteſtationem peccatorum, ac ſæculi contemptionē, quæ quondam habebant, non ſentiant, ſegnes ad ædificationem domus Domini fiunt, quia talē ſe ædificaturos eſſe deſperant, qualem amiſerunt. Præſentem profectum, orationem, pœnitentiam, acſi nulla eſſent, vident. Et quoniam hæc eorum ipſorum, qui prius templum diruerant, cogitatio, & tentatio eſt, quam ipſi, qui patiuntur, Dei reprehendentis eſſe interdum iudicant, vt noxiū nobis errorē adimat, ait: *Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus, & confortare Ieſu fili Iosedec ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ.* * Non eſt illi deſperationi cedendum, ſed progrediēdum ſemper, paulatim dom⁹ fit priore glorioſior. Quæ cauſa confidendi? *Quoniam ego vobiſcum ſum.* Non ſoli laboratis, ego ſimul adero, nolite timere. *Verbum quod pepigi vobiſcum, cum egrederemini de terra Ægypti.* Cum primum vos ad me vocaui, vt non crudeli Pharaoni, ſed mihi ſeruiretis, me ducem veſtrū futurum promiſi, ac nunquam vos derelicturum. Præſtabo quod promiſi, nuſquam abero. *Et ſpiritus meus erit in medio veſtrum.* Spiritus, qui deducat vos in terram rectā, qui vires ſubminiſtret, qui animos excitet, & viuificet. Sed, vt magis nos in ſpem bonam cōcitet, docet vnde tanta domus huius gloria emanabit. *Et veniet deſideratus cunctis gentibus.* In omnibus iuſtis eſt Filius Dei cum Patre, & Spiritu ſancto, ſicut ipſe pollicitus eſt: Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eū, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus. Sed quemadmodum duobus modis fuit in mundo, ita etiam duobus modis eſt in ſanctis. * Antequam homo fieret, in mundo erat, ſicut ait Iohannes: In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum nō cognouit. Ipſe loquebatur per angelos, & per prophetas, ſicut ait: Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipſe, qui loquebar, ecce, adſum. Sed non videbant eū homines, non bene cognoſcebant. At vbi Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, tunc vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. Tūc ait Iohannes: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de Verbo vitæ. In quibuſdam iuſtis ita eſt, vt abeſſe quodammodo videatur, & audiri potius quam videri: nō ſe ſe apertè demonſtrat, non ſatis cognoſcitur, non tanti, quanti oportebat, fit; quia non ſolus diligitur, ſed multa cum eo amantur, nec plenè datū eſt illi cor, nec familiaria adeò cum eis colloquia miſcet, vt cum illis, quibus ait: Vos autem dixi amicos, quia omnia, quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis. His illud dici poteſt: Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. * At in alijs ita eſt, vt in amiciſſimorum domibus, vbi cognoſcitur, amatur ſolus, & eius cauſa cuncta relinquuntur, vbi dicitur: Mihi autē adhærere Deo bonum eſt, ponere in Domino Deo ſpem meā. Et: Quid enim mihi eſt in cœlo, & à te quid volui ſuper terram? Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum: vbi mirabiliter docet, quia quietè & amantiſſimè auditur, vbi multis modis ſe prodit, vbi dextræ iungere dextram datur, (vt cum poëta ſummo loquar) & veras audire, & reddere voces, vbi quamuis nō certa fide, magnis tamen, & probabiliſſimis coniecturis adeſſe cognoſcitur. Et quia venire Deus dicitur cum nouo modo, eſt vbi prius erat, cum hoc poſteriori modo eſt in iuſtis, tunc venit deſideratus cunctis gentibus; talis enim venit, vt omnibus, à quibus agnoſci incipit, mirabiles amores excitet ſui, nec ſit vllus tam barbarus, & agreſtis, cui non excitaret, ſi cognoſceretur. Tunc vere domus impletur gloria, & ſplendore divino, & fit maior gloria domus huiuſmodi poſt pœnitentiam ædificatę, quam illius prioris. Impletur ſpiritualibus diuitijs, ardet amore, optat diſſolui, & eſſe cum Chriſto, cupit duriſſima quæque pro eius amore perpeti, nihil timet, niſi ſeparari culpa ſua ab eo, quem amat, omnia, vt ſtercora arbitratur, vt Chriſtum lucrifaciat: & agnoſcit, ac veram eſſe ſentit illam vocem: *Meum eſt argentum, & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum.* * Tunc vere fit quod ſequitur: *Et in loco iſto dabo pacem.* Pacē videlicet Chriſti, quæ exuperat omnē ſenſum, & cuſtodit

corda

Ioh.14.

60

Ioh.1.

Duobus modis Deus eſt in ſanctis.

Iſa.52.

Ioh.1.

1.Ioh.1.

Ioh.15.

Ioh.1. 61

Pſal.72.

Pſal.72.

62

corda noſtra, & intelligentias noſtras. Pacem, quæ pignus, & obſes illius eſt, de qua Iſaias ait: Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Sed ante quam veniat deſideratus cunctis gentibus, illud fiat oportet quod ait: *Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes.* Cœlum ſuprema animi portionem intelligamus, in qua Deus maximè ſedet, & qua cognoſcitur, & amatur; terram corpus noſtrum terreſtre: de quibus rectè illud accipiemus: Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum. Nam cum corpus Deo in anima ſedenti ſubijcitur, & ſpiritui paret, ſcabellum pedum Dei eſt, Marc, cor hominis profundum, & ſapientiæ opinione elatū, cogitationibus quaſi aquis abundans, vt diximus Nahum 1. num. 23. De quo Iſa. 29. Væ, qui profundi eſtis corde, vt à Domino abſcondatis conſilium, quorū ſunt in tenebris opera, & dicūt: Quis videt nos? & quis nouit nos? * Arida, id eſt, inſulæ, eſt quod in hoc mari ſolidum apparet, & habitationi aptum eſt, atque fructiferum, id eſt, firmæ & ſolidæ cogitationes de temporarijs & caducis ſpernendis, de conſectandis æternis. Omnes gentes ſunt ceteræ animæ vires, & membra corporis. Cœlum commouetur, cum ratio diuina ſapientia illuſtratur, atque integrè de omnibus iudicat, & ardere animus incipit amore cœleſtiū. Terra mouetur, cum corpus ieiunijs, & vigilijs ſpiritui parere cogitur. Mare, & arida mouentur cum profundè quid ſimus meditamur, & deſinimus ſapientes nobis videri, cum cogitata Deo pandimus, & ignorantiam confitētes ab eo duci cupimus, & tandem in humilitate quaſi in ſicco conſiſtimus, & quaſi in tuto, vt nullis deinceps ſuperbiæ fluctibus agitemur, aut agitati minimè obruamur. Humilitas autem cognitione diuinæ maieſtatis, & prauitatis noſtrę conſideratione commouetur, ſed quo magis his commouetur, eo firmior redditur, atque immobilior. Omnes gentes mouentur cum omnes animæ vires internę, & externæ cum membris corporis à vanitate ſæculi traducūtur ad officia pietatis, vt ſint arma iuſtitiæ Deo, non arma iniquitatis ad iniquitatē. Huiuſmodi commotiones cū fiunt per magnam, & ineffabilem Dei miſericordiam, venit deſideratus cunctis gentibus, & tota domus implebitur maieſtate gloriæ ipſius: quod vtinam nobis cito præſtet, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius.

HISTORIA.

In vigeſima & quarta noni menſis. Non deſiit varie eos admonere, vt magis, ac magis excitentur ad opus. Sed modo Prophetæ loquitur Deus, & ideò verbum fit ad Haggeum, cum autem populo loquebatur, fiebat verbum in manu Haggæi. 64

Interroga ſacerdotes legem. Conſule eos de lege, vulgus diceret: Iuterroga caſum conſcientiæ. Hieronymus: Conſidera ſacerdotum eſſe officij de lege interroganti reſpōdere: ſi ſacerdos eſt, ſciat legem Domini: ſi autem ignorat legem, ipſe ſe arguit non eſſe Domini ſacerdotem, id eſt, bonum, & idoneum ſacerdotem.

Si tulerit homo carnem ſanctificatam. Vt alacriores fiant ad ſuſcepti operis conſummationem, docet hactenus ſibi omnia eorum opera diſplicuiſſe, dum templum non ædificabant, idque ſimilitudine quadam patefacit ex ſacrificijs deſumpta, & autoritate ſacerdotum ipſorum confirmata. Eſt autē huiuſmodi. Si quis in ora, ſiue in ſummitate veſtis ſuæ poſuerit carnem ſanctificatam, id eſt, carnem Deo oblatam hoſtię immolatæ in altari, & ipſa ſummitas veſtis poſtea panem tetigerit, aut pulmentum, (quo nomine omnis cibus intelligitur, qui pani additur) num cibus ille iuxta legē ſanctificabitur, aut ſanctus eſſe dicetur, eo quod cōtactus ſit ab illa veſte? * Reſponderūt ſacerdotes non ſanctificari, quoniam veſtis quidem ſanctificatur iuxta illud Leu. 6. Legitimum, ac ſempiternum erit in generationibus veſtris de ſacrificijs Domini: Omnis, qui tetigerit illa, ſanctificabitur: at ſanctitas non tranſibat è veſte in cibum, quoniam non dixit lex: Omnis, qui tetigerit tacta, ab illis ſanctificabitur, ſed: Omnis, qui tetigerit illa. Deinde alteram quæſtionem proponit. Si pollutus in anima tetigerit huiuſmodi cibos, polluenturne cibi? Pollutū in anima vocat eum, qui ex contactu hominis mortui immundus eſt; nam pollui in aliquo, eſt pollui ex eius contactu, vt ſæpe videmus Leu. 1. & pollui in anima, eſt pollui in homine, ſæpe enim anima pro homine ponitur per ſynecdochen. Num. 9. Ecce autem quidam immundi ſuper anima hominis, qui non poterant facere Phaſe, &c. 65

Pollutus in anima.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sacerdotes responderunt contaminari cibos illos, & pollui, immundosque censeri, quoniam Num. 19. scriptum est: Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet. Mox Dominus infert: *Sic populus iste, & gens ista*, id est, vniuersi homines isti immundi fuerunt hactenus coram me. Sciendum est autem Iudæos, etiam si templum non haberent, altare extruxisse, in quo hostias immolarent, vt videmus Hesd. 3. & sensus est: Omnia, quę mihi offerebatis, nō erant sanctificata, nec mihi placebant, quoniam & si vos carnes sanctificatæ sanctificare possent, non tamē ideirco sanctificabātur munera, quæ offerebatis, nec opera, quæ faciebatis, vt ex prioris quęstionis solutione cōstat. * Sed nunc addo ex solutione posteritoris, immunda fuisse omnia, quæ faciebatis, & quæ offerebatis, quia vos immundi eratis, & quidquid tetigerit immūdus, redditur immundum. Rectè hoc ex secunda responsione colligitur, verū ex prima concluditur eos non esse immundos, sed sanctificatos, quia carnes sanctas tangebant. Respondet Hieronymus, populum non tā fuisse sanctificatum hostijs, quas offerebat, quæ templo diruto prodesse non poterāt, quam pollutū peccato, quòd domos suas ædificaret, & domum Dei negligeret. Sed adhuc obijci potest: Iuxta legem hi erant mundi, neque erat quidquam in lege, quod immundos redderet, neque enim cadauer tetigerant, vt essent polluti in anima: cur ergo immundum sit, quod ab his tangitur? Diximus principio similitudinem è sacrificijs desumi, nō ergo de sanctitate legis, quę sanctitas carnis erat, neque de immunditia legis sermo est, sed de vera sanctitate, & de immūditia vera ex similitudine legalis mūditiæ, & immunditiæ. Iudæi putabant se satis Deo facere, quòd altare haberent, & hostias in eo immolarent, atque ideo de peccato accusari non posse. Dominus immundos esse docet, & grauiter peccasse, quòd tamdiu templi ædificationem distulissent, atque inde eorum munera, & opera polluta, & ingrata Deo debere iudicari. * Ac si diceret: Vos estis immundi, quia immundum tetigistis, id est peccatū, non obediendo Deo, sicut ait Isaias cap. 52. Exite inde, pollutum nolite rangere, quod de peccato Paulus intellexit. 2. Corint. 6. Idcirco quidquid tangitis, immūdum, & ingratum Deo redditis. Loquitur autem nō in vniuersum de omnibus eorum actionibus, sed de donis, quæ offerebant, & hostijs, quas immolabant, & de ijs, quæ ad Dei cultum pertinebant, quæ ingrata Deo erant, quia non fiebant in templo vbi Deus fieri præceperat. Cum autem ita sitis immūdi, non possunt opera vestra mundari ex eo, quod altare habeatis, & carnes sanctas comedatis, sicut Iere. 11. ait Dominus: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Numquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es?

66

67

Et nunc ponite corda vestra à die hac. Ab hac die vigesima quarta noni mensis, quidquid retro gestum est, mente complectimini, vt scientes causam, cur vobis hactenus male cesserint omnia, cum deinceps prospera successerint, causam quoque prosperitatis intelligatis. His superioribus annis, vnde quis putabat se viginti modios tritici collecturum, decem tantum colligebat. & vnde putabat se quinquaginta lagenas, siue amphoras vini habiturum, habebat viginti. Hoc factum est ante quam poneretis lapidem super lapidem in ædificio templi. postquam autem posuistis, ex voto omnia succedunt. * Modius sexta medimni pars est, & chœnices capit octo. Amphora capit duas vrnas, seu congios octo. Sed hæc minutius non explico, quòd in Hebr. nullum mensuræ nomen sit, sed tantum numeralia nomina viginti, & decē, quinquaginta, & viginti, quomodo nos loqui solemus. Putabat se habere viginti, & ne decem quidem habuit. Hieronymus autem exempli causa addidit modios, & vrnas, & ideò alij interpretes alia nomina mensurarum addiderunt eadem causa, videntes nihil certi significari in Hebræo.

68 Modius. Amphora.

Percussi vos vento vrente. Hoc etiam dixit cap. 1. Et vocaui siccitatem super terram, & super montes, &c. Percussi fruges vestras vento vrente, quo spicæ tumescētes omni penitus succo priuantur, & vruntur, qui frugum morbus propterea vredo dicitur. Aurigo est cum ex nimio humore culmi pallescunt, & grana in cinerem ferè vertūtur. De quibus diximus Ham. 4. vbi sunt eadē verba num. 20. & 21. Itaque, Percussi vos, dixit, quia fruges eorum percussit. Quamuis rectè etiam interpretabimur: Vos percussi vento vrente, qui morbos vobis attulit, grandine verò, & aurugine opera manuum vestrarum, id est, fruges, & arbo-

res,

res, & cetera, quæ seminastis.

Qui reuerteretur ad me. Id est, Qui mihi obedire vellet, & ad templi ædificationem accingi.

69

Ponite corda vestra ex die ista in futurum. Vt videatis quam prosperè vobis cuncta eueniant, quia templum ædificatis.

A die qua fundamenta iacta sunt. Prima tēpli fundamenta iam erant iacta, cum primū Babylone reuersi sunt, Hesd. 3. Sed vix bene iacta erant, quia erant valdè humilia, hoc autem anno secūdo Darij cœperunt opus prosequi, & fundamēta erigere, quod nūc vocat iacere fundamenta.

Numquid iam semen in germine est? Nono mensi Hebræorum respondet apud nos pars Nouembris, & Decembris, quo tempore semen frugum nondum germinat, id est, in herba est, nondum protulit spicas, & vineæ, & ficus, & malogranata non floruerunt. Ex quo satis perspicitur Haggæum de mensibus anni sacri semper loqui. Hoc ergo ait: Nulla sunt adhuc signa in frumento, & in arboribus, vnde futura vbertas possit cognosci, nā si quid appareret, multis modis lædi, & intercipi posset, antequā ad maturitatem veniret. Ex hac tamen die polliceor vobis annum fore vberrimum, quia domum meam ædificare cœpistis. Hoc est quod dicit: *Ex die ista benedicam*, nam benedictio copiam, & vberratem significat, Genesi. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. 2. Corith. 9. Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus (id est copiosè) de benedictionibus & metet. Inde Luc. 1. Benedicta tu in mulieribus, id est, fecundissima, vno partu fecundior, quam ceteræ multis, quomodo dixit quidam:

Nec genitrice tua fecundior Ilia paventum,
Toi bona per partus quæ dedit vna duos.

70

* Pro In germine, in Hebræo est בַּמַּגוּרָה significat autem hoc nomen thecam frumēti, vt interpretatur Hieronymus: & nunc pro spica ponitur, quæ grana, & frumērum continet. Hebræi interpretātur: Numquid iam semen est in horreo? Quasi dicat: Non est in horreo, sed terræ mandatum est. At hoc nihil ad id, quod agit Propheta: hoc enim idem dici potuit, cū iam spicas produxerat: multo elegātius noster interpres: Numquid iam semen in germine est? Quare quod Hieronymus ait: Quod melius Hebraicè dicitur: In folliculo, vt thecam frumenti significet; nō assentior: melius transtulit, In germine; neque enim initio Decembris in Iudæa semen sub terra latitat in folliculo, sed in herba est, vt dixi, & nondū in germine, id est, nondum spicas protulit. Ab Hieronymo itaq; dissentimus, vt cum Hieronymo, & cū Ecclesia, quæ eius translationem probauit, sentiamus. Dixi iā Hos. 11. num. 29. & cap. 12. num. 6. Hieronymum ipsum melius quædam interdum transtulisse, quam exposuisse, ex quo valdè translationis nostræ præstantia cognoscitur. Ex dictis liquet illa: *Et adhuc vinea, & ficus, &c.* nō esse legenda cum interrogatione, ne contrarium Prophetæ menti sensum efficiant.

Ego mouebo cœlum pariter, & terram. Qui varias obscurissimi loci expositiones videre volet, Eckij commentarium legat, ego, vt soleo, illis omissis, quod probabilissimū puto, dicam. Ex initio intelligimus prophetiam esse de tempore, quod beatum Christi Dei nostri natalem consecutum est: *Ego mouebo cœlum pariter, & terram*, quæ superi° ex contextu ipso Prophetæ, & ex Paulo docuimus de tempore proximo primo aduētui esse intelligenda. Quare mihi non probantur, qui de alijs temporibus exponunt. Sensus ergo est: Cum ego mouebo cœlū, & terram, vt filius meus veniat, subuertam solium regnorum, id est, multorum regna destruentur, vt AEgyptiorum, & aliorum, qui potentissimo Romanorum imperio subiecti sunt eo tempore, vt historiæ variæ docent Latinorum, atque Græcorum. Sed & *fortitudinem ipsius regni gentium cōteram.* Regnum gentium per Antonomasiam vocat regnum Romanorum, quod sibi cetera omnia subiecerat. Hoc autem statim post Constantini magni mortem, sed multo apertius in Honorij & Arcadij imperio paulatim minui, atque confringi cœpit varijs gentibus Romanorum ditioni, atq; protestati se subtrahēribus, donec omnino perijt. Subuertit Dominus quadrigas siue Romanorum, siue auxiliarium & ascensores, & descenderunt equi, id est, ceciderunt, siue interfecti sunt, vt interpretat° est Chaldæus, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui, id est, vnusquisque gladio & armis fratris sui. * Quod & si ad exteras etiam nationes referri possit, à quibus Romanum imperium deletum est, ad bella potius ciuilia referendum arbitror. Nam bellis ciuilibus primo extenuari cœpit Romanorum

71

72

imperium

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperium: deinde exhaustum, atque consumptum est, imperatorum ducibus aduersus dominos suos in prouincijs bella commouentibus, deinde etiam Romæ. Lege Blondum in prioribus septem libris, primę Decadis historiarum ab inclinatione Romanorum imperij, & Marcum Antonium Sabellicum libr. 9. Enneadis septimæ, & libro primo, & sequētibus Enneadis octauę.

Descendere. Hæc iuxta nostram trāslationem diximus; nam in Hebræo & in Chaldæo non est, Regni gentium, sed Regnorum gentium, & idem amplificationis, & firmitatis causa reperitur. Sed non est dubium in his regnis etiam Romanum intelligi, quod omnium maximum erat. Puto autem Hieronymum legisse in Hebræo: Regni gentium, alioqui sicut priori loco transtulerat, Regnorum, ita etiam hic transtulisset: nisi fortè regnū Romanum propter magnitudinem regna appellari intellexit iuxta Scripturæ consuetudinē, de qua dixim⁹ Mich. 5. nu. 37. Porrò in eo, quod ait: Et descēdēt equi, &c. ellipsis est, integra enim locutio est, descendere in mortē, aut in lacū, aut in infernū, vt Prou. 5. Pedes eius descendūt in mortē. Psal. 27. Et assimilabor descēdentib⁹ in lacū. Et. 29. Saluasti me à descendēntib⁹ in lacū. Inde ab hominib⁹ etiā ad iumēta translatū, Descēdere pro mori, etiam si iumenta nō descendant

73 *In die illa assumam te Zorobabel.* Prædicit id, quod Danielis. 2. apertius prędictum est, cadentibus omnibus regnis, & Romano imperio euersō regnū Christi diuina prouidentia fore conseruādum. Quidam hic volūt in Zorobabele Christum intelligi, quibus non multum equidem repugnauerim, cum sciam nomen figuræ dari solere rei figuratæ. Verum quoniam Prophetæ dictū est: Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, & ioi filius Salathielis sine dubio significatur, non arbitror tam cito commutari nominis significationem, vt iam non filium Salathielis, sed Christum putemus indicari. Quare non ad Christum, sed ad Zorobabelem hæc nunc dici existimo. Quod planum atque euidens fiet, si consuetudinem Scripturarū animaduertamus, quam adnotauit Chrysost. homil 8. in Matth. & Euthy. in cap. 2. eiusdem Euangelistæ in illud: Ex AEgypto vocaui, &c. Solere alicui quædā promitti, quæ non in eo, cui promittuntur, sed in eius posteris implēda sunt. Hi autem, quibus hęc promittuntur, principium fere generis sunt, & capita. Gen. 12. In te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Non sunt autem benedictæ in Abraham, sed in Christo filio Abrahā. Et cap. 15. Ego Dominꝰ, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. Quod nō est impletum in Abraham, sed in eius posteris. cap. 27. Esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. * Nec hoc impletum est in Iacob, ipse potius incuruatus est ante filiū matris suæ, id est ante Hesau: Impletū est tamē in Iudæis, qui dominati sunt Idumæis. Denique in benedictionibus patriarcharū, Gene. 49. multa huius obseruationis exempla sunt. Cum ergo post reditum è captiuitate Zorobabel in genere Dauid, vnde nascitur erat Christus, quasi quoddā principium iā, & caput esset, promittitur ei, quod in Christo ex eius posteritate nascituro implendum erat, regnum enim Christi ceteris regnis cadentibus floruit, & illis imperauit, & vsque in finem mundi, & in æternum florebit, sicut Dan. 2. legimus: In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum. Ex his verba nostri Prophetæ intelliguntur. In illa die, cum non solum alia regna cadēt, sed Romanum etiam delebitur, assumam te, vt regnum seminis tui, id est Christi, nō cadat, sed ponam te quasi signaculum, id est, conseruabo illud, quomodo seruare homines solent annulum signatorium, quem in digito gestant, & diligenter custodiunt. * Ex quo illud Iere. 22. quod magnæ cuiusdā amplificationis est: Si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulꝰ in manu dextera mea: inde euellam eum. Huiusmodi annulus in his locis dicitur חותם, à חָתַם quod significat claudere, vel obsignare, vt Canticorum. 8. Pone me vt signaculum super cor tuum. Hoc autem faciam, quoniam elegi te, id est, quia amaui te, & volui, vt ex genere tuo Christus rex regū nasceretur. Chaldæus: Quoniam in te mihi complacui. Hebræi, & quidam alij de regno Persarum hæc omnia interpretantur, quod sublatum est ab Alexandro Magno, à quo Iudæi læsi non sunt. At non poterunt probare aut in Zorobabele, aut in eius posteris impletum esse, quod ei

Quædam vni promittuntur, & alteri præstantur.

74

75

Reg.

promitti-

promittitur, quoniam eo tempore iam diu mortuus fuerat Zorobabel, & sacerdotes gubernacula Iudææ tenebant. Nam Machabæi, qui postea regnarunt, non de Iuda fuerunt, sed de Leui. Quidam in Zorobabele dominatum Iudæorum intellexit, sed durum id admodum est, & insolens in Scriptura.

76 Psal. 120.

TROPOLOGIA.

In vigesima & quarta mensis. Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israel. Vigesima prima mensis septimi eos alloquitus fuerat, non diu obliuiscitur, rursus allō quitur vigesima & quarta mensis noui, ne deuotio langueſcat, aut tentatione vincatur, atque opus inceptum relinquat, Dei quippe perfecta sunt opera, & sine pœnitentia sunt eius dona, & vocatio. Quam bonus Israël Deus ijs, qui recto sunt corde! Hortatur iterum, atque iterum, suscitat eorum spiritus, docet etiam malorum originem, vt caueant in posterum; docet quomodo sibi placeant, & bonis omnibus abundent. Qui fornicantur, aut furantur, aut peierant, satis sibi sunt suorum scelerum conscij, non luduntur simulata specie sanctitatis, vt se iustos, piosque censeant. At qui boni videntur, & altare habent, in quo victimas Deo immolent, id est, in ara cordis suis nonnullas Deo victimas mactant, à vindicta abstinentes cum læsi sunt, aut à carnis voluptatibus, aut alia id genus Dei causa facientes; nonnunquam Deo displicent, & peccato aliquo tenentur, quod non agnoscunt, & quo eorum opera commaculantur. vt hi, de quibus Prophetæ nostro sermo est. * Non putabāt ingrata Deo esse dona sua, & sacrificia, & erant tamen ingratissima: docet eos Deus per Prophetam, quia cœperant operari in domo Domini. Magna ergo Dei misericordia est, cum ignorantiæ suæ, aut peccati sui huiusmodi homines admonentur, quod nunc facit Dominus. Hoc ipsum accidit ijs, qui Dei gratia maiora peccata vitant, & perfecti esse volunt, & in ijs ferè versantur, quæ perfectionis sunt, in quibus interdum post multorum annorum labores exiguus profectus cernitur: & quibꝰ Paulus ait: Etenim cum deberetis magistri esse propter tempus, rursum indigetis, vt vos doceamini, quę sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Vtide id fit, nisi ex nimio sui ipsi⁹,

77

78

79

aut rerum huius sæculi amore, qui, vt noxius, & pestilens humor optimorum ciborum salubritatem, & efficientiam impedit? Latet quidem sæpè causa morbi; sed ita latet, vt facilè videri possit, modo oculi nō desint ad videndum. * Et, quia Deus bonus est, & non obliuiscitur operis eorum, & dilectionis, quam ostenderunt in nomine ipsius: vel per se, vel per ministros suos, eos commonefacit, vt videant, quod non videbant, & corrigant quod peccabant. Idcircò ait: *Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui.* Caro sanctificata profecto sunt opera regularis disciplinæ, religioseque vitæ, quæ Deo immolātur, & si contingantur purè, sanctificant, animumque magnis Dei donis præparant. In vestimento feruntur, cum exterius tantum disciplina obseruatur. Quæ hac ora vestimenti tanguntur, non sanctificantur, quia, qui interioris religionis oblitus exteriori placere hominibus cupit, animas fratrum Christo non lucrifacit, & si bonæ sint natura sua, & vsui Christi aptæ, quemadmodum vinum, & panis, & oleū salubres cibi sunt, & apti, vt sanctificentur, & vsui hominum deseruiant. * Non, inquam, lucrifaciūt animas, quoniam, qui intus religiosus non est, facilè se prodit, & dictis aut factis ostendit, qui sit, cum difficile sit semper gestare personam, & naturam, consuetudinemque cohibere: & quantū simulato illo exemplo ædificant, tantum, aut multo etiam magis, cum deteguntur, destruunt. Multo facilius, ac citius, qui contaminati sunt, contaminant, quæ attingunt; quoniam, qui pollutus est in anima, quia mortuum tetigit, id est, operibus mortuis adhæsit (nam tactus huiusmodi opera significat, vt ait Augustinus in libro contra Fulgentium Donatistam, cap. 16) omnino pollutus est, non extrinsecus modo, sed etiam intrinsecus, & mala non simulatè, sed ex animo facit, bona simulat. Rectè autē dictum est à quodā:

Paulum interesse censes ex animo omnia
Vt fert natura faciat, an de industria?

Terentius in Andria.

Præterea, vt ibidem dixit Augustinus, procliuius ad imitationem malorum curritur, quam ad virtutes bonorū animus excitatur: sicut melli plurimo parum absinthij iniectum velocem amaritudinem trahit, mellis verò etiam si duplum injiciatur, non poterit eius obtineri dulcedo. Sed, vt redeamus vnde diuertimus: vnde contenti

natur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

natur, qui habet altare, & hostias immolat? Ex desidia ædificādi templum, & ex nimio amore, quo sibi, ac rebus suis inhæret.
80 Amor proprii, fons omnis immunditiæ.
* Omnis animorum nostrorum immunditiæ fons est amor proprius; efficit enim, vt templum Domino minimè ędificemus, contēti hostias qualescunque immolasse, id est, vt licet quædam Deo demus, multa tamen nobis reseruemus, nec toti Dei simus. Hoc autē inde fit, quod multis, quæ iucunda sunt, carere nolumus, & nos plusquam par est diligentes, illa etiam plusquā par est diligimus; ex quo paulatim omnia flagitia, & scelera oriuntur. Rectè ergo ait Propheta: *Et nunc ponite corda vestra à die hac, & supra ante quam poneretur lapis super lapidem in templo Domini.* Nos etiam si modo iā templum Domino in nobis ædificauimus, aut ædificamus, ponamus super cor qualia nobis acciderint, dum nō ędificabamus: quoties in grauiora peccata securi ruim⁹, quoties terga Deo vertimus, quoties conscientia accusante angebamur, quam insuauē, & acerbam vitam agebamus, quia nondū
81 lapis super lapidem ponebatur. * Lapidem super lapidem ponit, qui cum iam semel apud se statuit templum ædificare, non differt ignauè, sed ad præclarum opus accinctus opera iungit operibus, vt ait Hieronymus, virtutesque virtutibus. Tunc qui viginti expectabat, decē habuit, & pro quinquaginta lagenis vini vix viginti percepit. Percussi sumus vento vrente, & aurigine, grandine, &c. quæ, quoniam cap. 1. nu. 44. vsque ad. 57. abundè exposuimus, ad sequētia transeamus.

Ponite corda vestra ex die ista, & in futurū, &c. Postquam lapidem super lapidem ponimus, & opus feruet, omnia læta sunt, & prospera, & vnde homines nihil magnum sperarent, magna Domino benedicente prouenit vbertas: sicut his, cū nulla essent signa, vnde sperari fertilitas posset, magnū Dominus, & copiosum prouentum pollicetur.

Numquid iam semen in germine est? & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non florut: ex die ista benedicam. * Hoc de
82 Opera iustorum, etsi parua videātur, fructum maximum afferunt. iustorum operibus cum eo fructu collatis, quem in futura vita habebunt, rectè intelligi potest. In quibus, quæ magna sunt, & ex virtute quadam præstantissima exorta, magnum etiam, & nō vulgarem fructum pollicentur, vt cum Abraham patriā Deo obediens reliquit, nescíens quo iret, cum eidē filium luce ipsa cariorem immolare voluit, cum sancti propter Christum mortificantur tota die, æstimantur sicut oues occisionis. At quædam vulgaria videntur, vt mediocria iciunia, eleemosynæ, orationes, paupertas, quæ vitari quidem illa non potest, sed æquo tamen animo fertur. Deniq; siue in hæc intueri velimus, siue in illa, & omnino in Christianæ vitæ professionem: quis vnquam crederet æternam his felicitatem in cœlis parari, claramque Dei omnipotentis visionem, in quem desiderant angeli prospicere? Carissimi, inquit Iohannes, nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus autem, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniā videbimus eum sicuti est. Quare nondum apparuit? Quoniam semen nondum est in germine. Semen sunt bona opera: Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua. Vbi semen fuerit in germine, & fructum suum fecerit: Venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos. * Simile est regnum cœlorum grano synapis, quod accipiens homo, seminauit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminib⁹, cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cœli veniāt, & habitent in ramis eius. Nam quæ Euangelium præcepit, minima videntur, & infirma, sed seminata in agro cordis nostri, & operibus quasi manu tractata mirabilē efficiunt felicitatē, cum qua nihil sit quidquid in hac vita præclarum, ac beatum videtur. Olus vocat totam vitæ sęcularis fedetur. Olus vocat totam vitæ sęcularis fecesset, atque languescit. Ex minimo semine fit arbor, id est, fructus exoritur, quem, nisi Deus docuisset, nemo speraret, & in hac arbore æternum requiescunt iusti, qui vt volucres cœli se se è terra leuarunt, quorum, quamuis in carne viuentium, conuersatio fuit in cœlis: quibus Deus ex die illa benedixit in sæculum, & in sæculum sæculi. Sed de operibus quoque iustorum, & de fructu, quem in hac etiam vita producunt, aptissime interpretabimur. * Cum nos in minimis abnegamus, cum modicū ex necessario victu, potuque adimimus, cum parua quidem peccata, sed quæ tacere possimus, coram fratribus confitemur, cum excusare quod male fecisse videmur, nolumus, cum prępositorum nostrorum voci,

1. Ioh. 3.

Psal. 125.

83 Matth. 13.

Locus Matth. 13.

84

sine vlla mora obtemperamus, & literam, quam scribere cœperamus, obediendi studio inchoatam relinquimus, cum vilioribus vestibus gaudemus: quis putaret magnum fructum inde sperandum? Nihil mirum, semen nondum est germine, nondū vinea, & ficus, & malogranatum, & oliua floruerunt. Rectè sanè hæc commemorata sunt, quæ fructum ferunt omnium præstantissimum, & ad humanam vitam tuendam accommodatissimum. Si tamen herbam frutescenti aspiceres, nec fructum eius nosses, herbam pecorum putares, & has arbores, si non nosses, ligna crederes foco seruanda. Ita, quæ dixi, & id genus multa, non solum parua, atque contemnenda, sed ridicula etiam videbuntur inexpertis. At quos fructus Deus bone, quam mirabiles, quam amabiles ferūt? *Ex die ista*, inquit Dominus, *benedicam*, & eius benedictione vltra, quam credi possit, augentur, inde perfecta sui abnegatio, inde admirabilis temperantia, & abstinentia, inde honoris contemptio, humilitas, paupertatis amor, obedientia grandior, &, vt vno verbo dicam, gloriosissima illa, perfectaque nostri ipsorum victoria, procreantur. * Nam hæc parua, sed maiorum desiderio propter Deum suscepta, ipso benedicente paulatim crescunt, & examara, tenuique radice dulcissimus, atque vberrimus fructus exoritur. Superest, vt amplissima præmia, quæ ædificantibus templum Domini in Zorobabele promittuntur, qui dux fuit ædificantium, audiamus. *Ego mouebo cælum, pariter & terram*, de qua motione in hoc ipso capite diximus, nume. 62. & 63. Magnum est cœlum, terramque moueri in nobis. Quid indeē Domino pro nobis pugnante, & egrediente in virtutibus nostris, inimicos nostros ventilabimus cornu, cadent persecutores iustorum, victoresque cum Christo regnabimus. *Subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium.* Cadent, qui regnabant in hoc mundo, diuites superbi, tyranni, ventris amatores, & voluptatum carnis, molliter dēlicatèque viuentes. Decident illa sua falsa, & momentanea felicitate, & à caducis delicijs ad nūquam finienda tormenta ducentur. * Fortitudo quoque regni gentium conteretur, quia illud etiam regnum peribit, quod his omnibus dominabatur, id est, regnum Diaboli. Quadrigæ, & ascensores earum, & equi, atque equites occumbent, id est, omnis apparatus militiæ Diaboli, quo in seruos Dei pugnabat, & omnes ministri, quibus ad fines regni sui propagandos vtebatur, hæretici, bonorum morum corruptores, inimicique sanctorū. De hoc legimus in Habacuc: Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo. Percussisti caput de domo impij, denudasti fundamentum eius vsque ad collum. Maledixisti sceptris eius venientibus vt turbo, ad dispergendum me. Sed hoc & victori gloriosius, & nobis iucundius. Quomodo descendēt, vere enim descendent in profundum inferni? *Vir in gladio fratris sui.* Etenim coram supremo iudice mutuo se omnes accusabunt, quod sibi mutuo scandalo fuerint, & fomenta præbuerint libidinum, atque arma iniquitatis ad iniquitatem. Filij parentes accusabunt, frater fratrem, amicus amicum, virum vxor, vxorem vir, mulierculæ impudicos adolescentes, illi effectrices, sociasque turpissimarum voluptatum. Dum ergo quisque fratris sui accusatione damnatur, quid aliud, quam fratris sui gladio trucidatur? * At non sic ædificantes templum Domini, non sic, sed: *In die illa assumam te Zorobabel filius Salathiel seruus meus, dicit Dominus.* Cum illi mutuis vulneribus concident, te ô Zorobabel, & omnes, qui tecum templum Domini in se ipsis ædificarunt, assumam, & protegam, & filius iniquitatis non apponet nocere vobis. Tunc vos ita seruabo, quasi annulum in manu mea, & alijs ad æterna supplicia damnatis, vos in manu mea dextera, imagine mea signatos in regnum proucham, quod vobis paratum est ab origine mundi: quia vos elegi, non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & in vobis complacuit animæ meæ. O vocem iucundam, & omni harmonia suauiorem, quam vt audiamus, nihil est tam asperum, tam durum, tam acerbum, quod non summa alacritate perferri debeat, sicut ait Habacuc: Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum. * Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te. Beatus, qui vigilat ad fores tuas, & obseruat ad postes ostij tui. Beatus, qui ædificat domum tuam. Quid nos agimus segnes domos laqueatas ædificantes nobis in hoc sæculo, in quo non habemus manentem

Hab. 3.

87

Hab. 3.

88

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciuitatem, in quo nihil est firmum, in quo nihil est, nisi labor, & dolor? Quis est in nobis de vniuerso populo Dei? Sit Deus illius cum ipso, ascendat in Ierusalem, non quæ est in Iudæa, sed in Ierusalem, quæ est in cœlis, votis, & ardẽtibus suspirijs in eam ascendat, & ædificet domum Domini Dei Israël, ipse est Deꝰ, qui est in Ierusalẽ. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuent eum, vir de loco suo, argento, & auro, & substantia: nemo ædificantes impediat, si ipse ædificare dignus nõ est. Sed non est prætercundum, quam ampla, quam beata futura sit merces eorum, qui non contenti domum Domino in seipsis ædificare, etiam in alijs ædificant expulsis inde Chananæis, vt veniat dilectus in domum suam, & dominator ad templũ
89 sanctum suum. * Quid istis dabitur, si talia illis promittuntur, qui in se ędificant? Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ in toto corde meo, in consilio iustorum, & congregatione, quòd puerum tuum indignum, & abijciendum adducere dignatus es in societatem Iesu Filij tui Domini mei, quam vergente mundo in senium protulisti per Ignatium seruum tuum fidelem, virum secundum cor tuum, qui fecit omnes voluntates tuas. Hæc est enim voluntas tua sanctificatio nostra, vt homines cognoscant te Deum verum, & quem misisti Iesum Christum, & sine timore de manu inimicorum suorum liberati seruiant tibi in sanctitate, & iustitia omnibus diebus corã te. Per te ille, vt sapiens architectus, fundamentum posuit, fundamentum quod nemo potest aliud ponere, nisi id quod ab eo positum est, quod est Christus Iesus, vt eius amore flagrãtes filij, quos dares seruo tuo, & sub eo stipendia facientes contra aduersarias potestates, contra hæreticos, contra vitia pugnarent, memores se missos, vt te duce dissoluant opera Diaboli, & parent tibi populum acceptabilem sectatorẽ bonorum operum, * Habebas in Ecclesia tua
90 veteranos tuos, clarissimorum filios ducũ, bonos validosque bellatores, sed hostium numero crescente, & filijs iniquitatis conuenientibus in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius, subsidiarij milites mittendi fuerunt, qui iuuarent eos, qui portauerant pondus diei, & æstus, vt coniuncti omnes templum Dei tuerentur, & pugnarent cum incircumcisis. Quis mihi det, vt ambulem dignè vocatione, qua vocatus sum, & in me primum, deinde in fratribus meis ædificem domum Domino Deo meo? Quis mihi tribuat, vt videã vniuersos milites tuos sub vno imperatore Iesu Christo, & eius vicario Pontifice Romano summa animorum consensione, & eodem animorum ardore aduersus Pharaonem, & exercitũ eius dimicare, vt currus, & ascensores proijciantur in mare, & regnet in omnibus Christus tuus, qui se tradidit pro hominibus? Cur dimidantur vnius regis, & eiusdem exercitus milites? In magni regis castris variæ nationes militant:

Quam variæ linguis, habituram vestis, & armis.

Quid refert hoc ne, an illo vestimenti genere, his, aut illis armis militemus, si omnes eodem crucis signo muniti, eisdem votis, contra eosdem hostes, & pro eiusdem regis gloriam militamus? * Da nobis Pater luminum, vnde omne datum optimum, & omne donum perfectum est, vt caritate fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes, solicitudine non pigri, spiritu feruentes, spe gaudẽtes vno tibi spiritu, vno humero seruiamus. Da nobis labium electum, vt te laudemus, fratres nostros ædificemus, mutuo nos exhortemur ad caritatem, nec diligamus verbo tãtum, aut linguis sed opere, & veritate. Multos ministros malitiæ suæ, multos cooperatores, multos discipulos habet Diabolus in hoc sæculo nequam, habeamus dilectionẽ inuicem, vt cognoscant homines discipulos te habere, & imitatores. Tolle radices amaritudinis, vt in caritate radicati, & fundati alij de aliorum gloria atque profectu, de aliorum victoria, vti fratres germanos decet, exultemus, & te communem Patrẽ adoremus, nostrũque putemus esse quidquid faciũt fratres, & commilitones
92 nostri. * Eiusdem corporis mẽbra sumus, in eadem Ecclesia viuimus, à communi Christianorum vita ad perfectiorem pariter vocati sumus, simul nos victuros speramus in summa, & indissolubili caritate in regno cœlorum in æternum: cur in huius vitæ breuissimo curriculo animis diuidamur? Nouas acies quotidie educit Satanas nouis dolis instructas, de vrbibꝰ, & de prouincijs, quæ olim Christi erant, triumphat, ardent bellis omnia, cadunt à latere nostro mille, & decem millia à dextris nostris, non

hostium

Quam æquum, & quam Ecclesiæ vtile sit omnia reliqua hominum mortalium caritate cæptari.

Virgilius Æneid.

91 Rom. 12.

hostium millia, sed nostrorum: & nos milites Christi tot stipendijs, tot honoribus ab eo aucti ciuilia inter nos bella concitemus, nostra quæramus, & quæ Iesu Christi sunt perdi, dissiparique patiamur?

Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.

* Quid possit accidere hostibꝰ nostris gratius, aut iucundius? Hæc duo rogaui te, ne deneges mihi antequã moriar pater misericordiarũ pro me, & pro omnibꝰ seruis tuis, quos nõ alienos arbitror, quacũq; veste induãt, sed meos, patres meos, fratres meos, quos amo, & veneror, vt veteranos tuos, quos nouis in dies gratijs diuitiarum tuarum augeri cupio, quos ego dum viuam semper votis, & precibus iuuabo, & quorum precibus, ac sacrificijs plurimum opro adiuuari. Maneant Domine his literis consignata pignus caritatis meæ, & obseruantiæ erga illos, & oratio mea, qua clamaui ad te, vt quicunque hæc legerit, leuet mecum vocem, & clamet, & quod ego peccatis nõ mereor, ipse à te impetret per Iesum Christum Dominum nostrum. Si enim hoc nobis dederis, cito renouabitur, vt aquilæ iu- Isai. 35.
uentus Ecclesiæ tuæ, & florebit sicut illiũ. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda, & laudans: & quę erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum Tibi laus & gloria cum Filio, & Spiritu sancto in sæcula sæculorum,
Amen.

O FRAN

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN ZAchariam prophetam Commentarij.

PROOEMIVM, QVI AVTORES SINT IN HIstorica Scripturæ explanatione maximè sequendi.

1 IN Zachariæ prophetiam vastam sanè, & profundã ingredimur, in qua nõ Delio natatore, vt aiebat Socrates, sed Spiritus sancti ductu, atque aura indigemus, è cuius thesauris erupit hæc abyssus, vt scindat aquas ante nos, & educat nos per abyssos, quasi equum in deserto nõ impingentem, quasi animal in campo descendens, vt faciat sibi nomen gloriæ. Id quod ego precibus eiusdem sancti Prophetæ, quem iam nunc inuoco, impetraturum me esse confido. Ad quem priusquam veniã, de eo, quod in proœmio Haggæi promisi, qui patres sint in vno quoque genere sequendi, pauca dicam. Quamuis neque de omnibus loquar, sed de ijs tantum, quorũ extant in diuinos libros commentarij, atq; in his de paucis, ac nobilioribus. Ac prius quidem de illis, qui in Historici sensus explanatione versantur, mox de spiritualium sensuum scrutatoribus differemus. * Illud principio firmum, constansque sit, in veteris testamenti libris, eos esse præferendos, qui linguam Hebraicam norunt, in nouo, qui Græcam. Non est huius loci demonstrare quantam vim habeat ad integrã Scripturæ intelligentiam cognitio linguarum: qui experti sunt sciunt, ac prædicant vbique inexpertis, vt sciant, librum vel paruulum legant ex Hispanica in Latinam linguã conuertam, aut ex Latina in Hispanicam à peãto vtriusque interprete. Conferant diligenter translationem quamuis accuratam, & & fidelem, cum authentico, multa, quæ in illa non intelligebant, intelligent, alia, quæ benè perceperant, melius atque exactius tenebunt. Habet enim vna quæque lingua suas proprietates, quæ verti in aliam nequeant, vocabula, quæ integrè reddere non possit interpres, locutiones multas, & consuetudines, quas hominesaliarum linguarũ ignorant. Itaque magnos interdũ viros torquent voculæ, & locutiũculæ, in quibus inesse recondita mysteria suspicantur, quas illius idiomatis periti minimo negotio interpretantur. Quod cùm expertus esset Augustinus colligere hęc vocabula, & has formulas cœpit septem libẽ libro. 2. Retracta. capite quinquagesimo quarto hæc scripsit: Septem libros de septem libris diuinarum Scripturarum, id est Moysi quinque, & vno Iesu Naue, & altero Iudicum, feci, notatis locutionib⁹ singulorum, quæ minus vsitatæ sunt linguæ nostræ; quas parum aduertendo, sensum quærunt, qui legunt, diuinorum eloquiorum, cum sit locutionis genus: & non nunquam exculpunt aliquid, quod à veritate quidem non abhorreat, non tamen id sensisse autor, à quo scriptum est, inuenitur, sed genere locutionis hoc dixisse credibilius apparet. Multa autem in scripturis sanctis obscura cognito locutionis genere diluescunt. * Idem libro 2. de doct. Christ. capit. 10. docet duabus causis non intelligi, quæ scripta sunt, si aut ignotis, aut ambiguis signis, id est, verbis obteguntur. Deinde capit. 11. ait: Contra ignota signa propria magnum remedium est linguarum cognitio. Et Latinæ quidem linguæ homines, quos nunc instruendos suscepimus, & duabus alijs ad scripturarum diuinarum cognitionem habent opus Hebræa scilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas. Et paulo post: sunt enim quędam verba certarum linguarum, quæ in vsum alterius linguæ per interpretationem transire non possunt. Et capi. 13. sed quoniam & quæ sit ipsa sententia, quam plures interpretes pro sua quisque facultate, atque iudicio conantur eloqui, non apparet, nisi in ea lingua inspiciatur, quam interpretantur, & plerunque à sensu autoris deuius aberrat interpres, si non sit doctissimus. Igitur aut illarum linguarum, ex quibus in Latinam scripturam peruenit, perenda cognitio est, aut habendæ interpretationes eorum, qui se verbis nimis obstrinxerunt, non quia sufficiunt, sed vt ex eis libertas vel error dirigatur aliorum, qui non magis verba, quam sententias interpretando sequi maluerunt. Et capit. 14. De ambiguis autem signis post loquemur, nunc de incognitis agimus. Quorum duæ formæ sunt, quantum ad verba pertinet: namque aut ignotum verbum facit hærere lectorem, aut ignota locutio. Quæ si ex alienis linguis veniunt, aut quærenda sunt ab earum linguarum hominibus, aut linguę ędem, si & otium est, & ingenium, edisscendæ, aut plurium interpretum conferenda collatio est. Et cap. 16. In translatis vero signis, (id est, in verbis metaphoricè positis) tiqua forte ignota cogunt hęrere lectorem, partim linguarum notitia, partim rerum, inuestiganda sunt, &c. * Hęc sere omnia appositis, & vtilibus scripturę exemplis confirmat Augustinus, quę breuitatis causa prętereo: sed hæc tamen retuli, quoniam ad id, quod agimus, sunt valde accommodata. Ex quibus alterum canonem habere possumus, pluris faciendos esse in veteri testamento eos, qui cum Hebraica lingua Græcam copularunt, & in nouo, qui cum Græca coniunxerunt Hebraicam, quam qui alteram harum tantum didicerunt. Nam & quosdam veteris testamenti libros Græce solum nunc quidem scriptos habemus, vt Iudith, Tobiam, Sapientiam, Ecclesiasticum, duos Machabæorum: & qui in nouo testamento habẽtur, maxime Euangelium Matthęi, & epistola ad Hebręos, qui Hebręo sermone primum scripti sunt, & si Græci sint, facile indicant autores suos Hebręos fuisse, qui Græce loquentes multa tamen Hebręorum more dixerunt. Tertius canon ita his duobus consequens & aptus est, vt me etiã tacente intelligatur: vtrisq; expositoribus prędferri debere, qui cum Hebraica, & Græca Latinã etiam linguam probè calluerint. Nam Hebręi, Græcique authores Latinorum verborum proprietatem, & obscuritatẽ explicare non possunt, & multa sine dubio sunt in Latina nostra translatione, quę aut reprehenduntur, aut impropriè dicta existimantur, aut omnino non intelliguntur, quia Latini sermonis vis minime tenetur. Etenim nostrę translationis sermo, & si planus, ac subrusticus sępe videatur, interdum ita propriè, & eleganter quędam exprimit, vt satis percipi non possit ab ijs, qui linguę proprietatem ignorauerint. * Verum, quoniam scripturę obscuritas nõ ex verbis tantum oritur, de quibus hactenus diximus, sed etiam ex rebus, quę in ipsa memorantur, vt ait Augustinus libro secundo de doct. Christ. capit. 16. & res ipsę partim profanę sunt, partim sacrę: quartus de profanis canon sit; illos expositores maximè quęrendos esse, qui ad studium scripturarum cognitionem sęcularium literarum, historięque prędsertim adiunxerint. Historia quidem tam Iudaica, quam Ethnica in omnibus libris opus est, si recte intelligendi sunt, sed sunt non-

Isai. 53.

2 1. Canon.

Vtilitas linguarum.

3

4 Secundus Canon.

5 Tertius Canon.

Quartus Canon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nonnulli, qui aut vix, aut nullo modo cognoscí sine ea possint, vt libri Danielis, & Machabæorum, & huiusmodi non pauca occurrunt in ceteris prophetis. Multi mores gentium, multi ritus sacrificiorum, fœderum, bellorum cognoscendi sunt. Quid dicam de situ prouinciarum, & vrbium, & natura locorum, quæ docet Geographia, id est, de cuiusque prouinciæ proprietatibus, quas tacitè attingere solet Scriptura, cum de hominibus illarum prouinciarum loquitur, vt apud Paulum fieri adnotauit Hieronymus in Commentarijs Epistolæ ad Galatas? Rerum ignorantia (inquit Augustinus) facit obscuras figuratas locutiones, cum ignoramus, vel animantium, vel lapidum, vel herbarum naturas, aliarumve rerum, quæ plerumque in Scripturis similitudinis alicuius gratia ponuntur. * Et paulò post: Numerorum etiam imperitia multa facit non intelligi translatè, ac mysticè posita in Scripturis. Quæ ille copiosè comprobat exemplis. De rebus sacris, id est, ad fidem, moresve pertinentibus, quæ propriæ Scripturarum sunt, quintus esto: magnopere ceteris omnibus anteponendos esse, qui præter ea, quæ dicta sunt, adhibuerint quoque ad explanationem Scripturæ subtilitatem explicandi res difficiles, & in quibus, vel hæretici labuntur, vel nostri labi possunt, & sacra illa Spiritus sancti mysteria enucleatius exponunt. Quæ hactenus diximus, ita demum intelligenda sunt, si paria sint cetera. Nec enim Iudæorum magistri cum quoquam ex sanctis patribus, qui Hebraicè nescierunt, comparandi sunt: quoniam, & si linguam suam egregiè calluissent, cuius multa ignorarunt, nec ingenio admodum valent, nec aliarum scientiarum, aut linguarum cognitione præditi sunt, vt omittam, quæ vel maxima sunt, fidem, & Spiritus sancti illustrationem. Sed neque recentiores è nostris, qui Hebraicè sciunt, pares Græcis patribus putandi sunt; quoniam, & si linguæ illius peritia vincant, vincuntur ceteris. Idem de reliquis esto iudicium. * Quare hoc pro sexto Canone sit, vt quoniam difficile est multos vtroque præstare, id est, scientia verborum, atque rerum, insigniores in vtrisque eligamus, simulque ad Scripturæ intelligentiam adhibeamus, vt eo quod est in quoque præstantissimũ, aditus abscondita Spiritus sancti sensa plenius, & vberius eruamus. Septimus est, expositorum, atque adeò omnis generis scriptorum præstantiam, non ex prolixitate librorum, neque ex opinionum varietate, quas recensent, esse existimandam (neq; enim id eruditionis magnæ est, sed multæ, atque indigestæ lectionis) verum ex electione verorum, solidorumque sensuum, ex diligenti & exacta singulorum examinatione, ex analysi, siue resolutione ad sua principia, quantum res patitur, quoniam scire est rem per causam cognoscere. Itaque quemadmodum gulosi homines, non quod multa deuorent vegetiores, robustioresque sunt, sed infirmiores: ita qui multa legerunt, nequaquam doctiores iudicandi sunt, nisi quæ legerunt, quasi bene præmansos cibos cogitatione, & discussione, quasi calore concoxerint, & quod optimum est, ac saluberrimum in memoriam quasi sanguinem in venas miserint, cetera foras amidauerint. At hoc pauciſsimorum. Libros opinionibus onerare multorum. Ita multi libri scribuntur, & passim noui Scripturæ expositores prodeunt; facilè enim est aliena referre, & transcribere integras paginas, in quibus non meditandum, sed scribendum, non iudicio, sed calamo opus sit. His septem canonibus, & quid afferre debeant, qui in sacra Scripturarum adyta siue ingredi ipsi volunt, siue alios inducere, & quid de veteribus, atque nouis Scripturæ tractatoribus iudicandum sit, aperuimus. Quanquam de nouis hoc mihi pro multis, verisimilisque canonibus est, quod in prologo Haggæi dixi, quo similiores veteribus sunt in verborum, & in rerum explicatione, eo esse meliores, & magis legendos: quo dissimiliores, eo peiores, eo minus esse tractandos. In quibus multi mihi (vt verum fatear) displicent, quod difficiles, & arduas quæstiones fugiunt, res parum examinãt, alij multis propositis sententijs lectorẽ dubium, & anxium relinquunt, omnes fere Latinam vulgatam translationem; eũ commodum sibi videtur, deserunt; alij crebrius, alij rarius. Multi librum aliquem Scripturæ exponendum assumunt, non tam, vt exponant, nihil enim fere dicunt, nisi quod vbique inuenias, quam vt

Hiero. ad Galat. 3. in prin. & in proœmio lib. 2. Comment.

Secũdo de doct. Christia. c. 16.

6 Ibidem.

5. Canon.

7 8. Canon.

1. Canon.

conciones sine nomine concionum venditent. Nolo cuiusquam laboribus detrahi, gratiæ omnibus agendæ, & sumendum èquoque quod bene & vtiliter dixit: verũ quoniam de optimis Scripturæ tractatoribus agebamus, lector videbatur admonendus. * Sed ad veteres redeamus. Ex his perspicimus in ijs, quæ ad vetus testamentum attinent, neminem, siue ex Græcis, siue ex Latinis Hieronymo parem esse iudicandum: qui linguas Hebraicam, Chaldaicam, Græcam, Latinam præclarè cognouerit. Historiæ omnis, & omnino sæcularium literarum peritissimus fuerit, totam fidei, morumque doctrinam non cognouerit modo, sed constanter etiam contra hæreticos semper defenderit. E Græcis vnus fere Origenes contra morem suæ gentis, vt ait Hieronymus, Hebraicæ linguæ cognitionem assecutus est, & is maximè excelleret, sed præterquam quod homo Ecclesiæ non fuit, totus fere in mystica expositione versatur. Ceteri multum quidem iuuant etiam in veteri testamento, sed minus quam Hieronymus, & minus quam ipsi in nouo, quoniam nec Hebraica nos docere potuerunt, & Lxx interpretum translationem secuti sunt, quæ in multis dissidet ab Hebræo, & à nostra. In Psalmis vtriliores Græci sunt, quod eum librum, ita vt est conuersus Græcè ab Lxx & Græca, & Latina decantet Ecclesia. Itaque de Hieronymo meritò dicere possumus, quod de Terentio scripsit Afranius in Compitalibus: Terentio non similem dices quempiam: quamuis in quatuor Pauli Epistolarum Commentarijs, minus mihi placet, quam in veteri testamento. * In vtroque mirandi, sed maximè in nouo, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus, tam suauitate, & copia, quam omnis generis eruditione. Ex his ceteri multa mutuati sunt, Theophylactus, Euthymius, OEcumenius, docti quidem, sed quam illi tres minus. Theophylactus, Chrysostomi, reliqui & huius, & aliorum patrum dicta fere compilarunt. Theodoretus variæ quidem eruditionis, sed vbique concisus, & ieiunior, & à Iudæorum sententijs non admodum abhorrens multa lectori reliquit aliunde quærenda. Chrysostomus nusquam non ingeniosus, & doctus, in Epistolis Pauli, & alios vicit & seipsum. Cyrillo mea sententia nihil habet Græcia eruditius. Augustinus, tametsi Hieronymo in expositione psalmorum minimè placuit, & nec nunc satis placet, seusum literæ germanum quærentibus mirabilis est, & subtilis, citò legentem in sublime erigit, nec dormitare sinit, acutè omnia, & dilucidè exponit, & ad rerum sacrarum subtilitatem, & cognitionem semper adhibendus. In quo etiam valdè vtiles sunt quidam ex posterioris sæculi autoribus, vt Beatus Thomas, Albertus Magnus, Bonauentura, qui linguarum præsidio destituti rerum scientia maximè excelluerunt. * De Ambrosio, & Gregorio suo loco dicemus. Hilarius grauis, & eruditus, sed brevis, & obscurus. Beda, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, Gregorij sententias collegit in multis, in ceteris haud multum dissimilis eisdem. At non erit finis, si de omnibus dicendum sit, tantum moneo, vt, qui serio Scripturis studere volet, in singulis libris veterum commentarios videat, quoscunque poterit: iuniorum paucos, eosque probatissimos, & qui veteribus similes esse studuerunt. Nicolaus Lyranus mihi quidem nunquam videtur prætereundus, est enim dilucidus, & brevis, & eruditus. Alfonsus Abulensis Episcopus, vbicunq; Cõmentarij eius extiterint, auidè legendus est: suppeditat enim rerum copiam mirabilem, quærit plura, quã vllus vnquam quæsierit; colligit dicta multorum, optimè eligit, copiosè tam aliena confutat, quam sua confirmat, grauis, pius, & capacissimi iudicij, vt mirer vehementer tam mirabilem eum, tamque raram eruditionem comparare potuisse, cum eius ætate tanta esset in Hispania paucitas eruditorum, tam rara bonarum cognitio literarum. Iam dudum mihi videor prologi modum excedere, atque idcirco quod de mysticorum sensuum scriptoribus dicendum erat, in proœmium Malachiæ differamus. * Duo tamen de Hieronymo non prætermittam, quæ ad eum vtiliter legendum, & intelligendum multum adiumenti afferent. Primum est solere eum in proœmijs aliorum librorum, sed maximè eorum, quos scripsit in Paulũ, enumerare autores, quos secutus sit, quorũ postea sententiã sine nominibus proponit, nihil definiens, sed integrum lectori iudicium relinquẽs, & quidẽ

Hiero. Epistola. 92.

10

Nicolaus Lyranus.

Alfonsus Abulensis.

11 Duo ad Hieronymi lectionem notãda.

non raro, etiam si valde absurdæ sint, & à regula Catholicæ fidei discrepantes. Denique accusat illũ Rufinus in inuectiua, quasi eadem cum Origene sentientem in Commentarijs Epistolæ ad Ephe. cui ita respondit in prima aduersus eum apologia: Ego in Commentarijs ad Ephesios sic Origenem, & Didymum, & Apollinarium secutus sum, qui certè cõtraria inter se habent dogmata, vt fidei meæ non amitterem veritatem. Commentarij quid operis habẽt? Alterius dicta edisserunt, quæ obscurè scripta sunt, plano sermone manifestant, multorum sententias replicant, & dicũt: Hunc locum quidam sic edisserunt, alij sic interpretantur, illi sensum suum, & intelligentiam his testimonijs, & hac nituntur ratione firmare, vt prudens lector cum diuersas explanationes legerit, & multorũ vel probanda, vel improbanda didicerit, iudicet quid verius sit, & quasi bonus trapezita, adulterinæ monetæ pecuniam reprobet, &c. Itaque Hieronymus non oscitantem, aut ineruditum lectorem postulat. Videat igitur, qui eum legit, quos sequatur autores, quod ex prooemio cognoscet, & cum inuenerit aliquid, quod Origenis errores, aut Apollinarij, aut Didymi sapiat, etiam si ille non reijciat, sciat non esse Hieronymi. In quo multi errãtes ea illi tribuunt interdum, quæ ipse execrabatur. * Alterũ est, in Commentarijs prophetarum dum historiam exponit, ea maximè nobis tradere, quæ accepit ab Hebræis. In quibus, si quid falsum putat, reijcere continuò solet, quæ autem non reijcit, probat. Hoc ex eodem Hieronymo didicimus, qui initio cap 2. Nahum hæc scripsit: Testis est mihi Dominus, me omnia, quæ secundum Hebraicum edissero, non de proprio sensu loqui, quod arguitur in pseudoprophetis, sed Hebræorum sequi expositionem, à quibus nõ modico tẽpore eruditus debeo meis simpliciter indicare, quæ didici. Et in illud Zachariæ. 8. Et factum est verbum Domini exercituum: In hoc loco nostrorum multi multa dixerunt, & inter se dissonantia, &c. Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatem de fonte magis, quam de riuulis quærere: præsertim cum nõ prophetia aliqua de Christo, vbi tergiuersari solent, & veritatem celare mendacio, sed historiæ ex præcedentibus, & sequẽtibus ordo texatur. Et initio libri secundi in Zachariam semel proposui arcana eruditionis Hebraicæ, & magistrorum Synagogæ reconditam disciplinam, eam duntaxat, quæ scripturis sanctis conuenit, Latinis auribus prodere. Immò & aliquando Historicam expositionem quam ipse sequitur, & probat, Iudaicam appellat, quod Iudæi historiæ adhæreant, & ad altiores sensus non assurgant, vt Nahum secundo, cum multa in illo capite de Niniue exposuisset, quæ vera, & germana expositio est, ad extremum ait: Hæc Iudaicè dicta sint, id est, Historiæ sensu, quẽ Iudæi solum contectantur. Quare cum aliũ ipse sensum subijcit, non vt Hilotenicum, sed vt mysticum subijcit, quod semper facere solet, cum translationem LXX edisserit: in fine autem eiusdem expositionis, Hæc, inquit, diximus, vt potuimus, interpretationi Allegoricæ seruientes. Hæc si quis non obseruauerit in Hieronymo, sæpè fluctuabit incertus, & circumferetur omni vento doctrinæ. Sed iam aliquando sanctum Zachariam loquentem audiamus.

ARGVMENTVM PROPHETAE.

Cap. I.

Hortatur Propheta Iudæos, vt toto corde reuertantur ad Dominum, & audiant eius prophetas, ne, si patres suos imitati fuerint, similiter quoque puniantur. Deinde duabus visionibus, altera equitis stantis inter myrteta, altera quatuor cornuum, & fabrorum venientium, vt ea remouerent, pollicetur eis pleniorem libertatem, & ædificationem vrbis, & templi, & magnam copiam bonorum omnibus ciuitatibus Iudæ,

Cap. II.

Sub metaphora vrbis Ierusalem prophetat de Ecclesiæ fœlicitate, & de multitudine magna hominum, qui in ea futuri sunt, & gentiles, atque Iudæos ex vniuerso terrarum orbe conuocat ad eam, seque opera eorum, qui conuertentur ex Iudæis, vsurum dicit ad conuersionẽ gentium. Promittit etiam semper se futurum in Ecclesia.

Cap.

Cap. III.

In visione Iesus filius Iosedec à Diabolo accusatur apud Deum, & remissionem peccatorum accipit, beneque in posterum spe rare iubetur de se, & de populo suo, si Dei præcepta custodiat. Mox promittitur Christi aduẽtus, & passio, fructusque passionis.

Cap. IIII.

In visione candelabri, & lucernarum Ecclesiam gentiũ Christo adiunctam, & gratia lucentem significat, Iudæorumque reprobationem, sed continuo in duabus oliuis conuersionem Iudæorum in fine sæculi futuram, Ecclesiæque ædificij consummationẽ coniuncto cum gentilibus populo Iudæorum per Christum prænuntiat.

Cap. V.

In visione voluminis volantis magna furum, & periurorũ supplicia prædicit. Deinde in altera visione de Iudæorum excæcatione, & punitione propherat, deque vltima eorum cæcitate, & iniquitate, cum Antichristum Babylone recipient.

Cap. VI.

In visione quatuor quadrigarũ, de quatuor monarchiarum successione vaticinatur, in coronis autem impositis Iesu filio Iosedec, de æterno Domini seruatoris regno, ac sacerdotio prophetat, & de bonis, quæ eos manent, qui hunc regem agnouerint, & ei munera obtulerint.

Cap. VII.

Consuluntur sacerdotes, & prophetæ quarto anno Darij, an etiã tunc esset quinto, & septimo mense ieiunandum, sicut fiebat tempore captiuitatis. Cuius quæstionis occasione docet Dominus displicuisse sibi ieiunia Iudæorum, quia mandata sua contemnebant: &, vt præsentes corrigantur, commemorat, quæ præceperat Iudæis ante captiuitatem, quæ, quia non fecerunt, in mala grauissima, quæ per propheras priores comminatus fuerat, inciderunt.

Cap. VIII.

Explicat magna bona, & copiam spiritualium donorum, quæ genti Iudæorum, & toti Ecclesiæ daturus est Deus in aduentu Christi, & vaticinatur multitudinẽ gentium venturam esse ad Euangelium.

Cap. IX.

De successu prædicationis Euangelicæ loquitur, & de gentium vocatione, maximèque illarum, quæ & vicinæ, & inimicæ erant Iudæis. Prophetat etiam perspicuis verbis de ingressu Domini in Ierusalem, cum venit ad passionem sedens super asinam, & pullum, de conuersione duodecim tribuum, de imperij Christi dilatatione, de patribus è limbo per eum educendis. Deinde Iudæos exhortatur, vt venientem Christum recipiant, promittitque se ex eorum genere ministros Euangelicæ prædicationis esse sumpturũ, qui orbem conuertant, & subijciant Euangelio. Addit in fine dignitatem sacramẽti corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi.

Cap. X.

Iudæos hortatur, vt doctrinam Euangelicam à Deo postulent, qua ab omnibus erroribus, & superstitionibus liberandi sunt. Multa etiam dicit de dignitate populi Iudæorum, ex quo Christus nasciturus erat, & apostoli omnium credentium magistri, qui orbem Deo subiugaturi erant. Postremò de cõuersione, & salute decem tribuũ apertè vaticinatur.

Cap. XI.

Prædicit excidium vltimum Ierusalem, & abiectionem illius gẽtis, cuius abiectionis hanc causam reddit, quod Christus Dominus fuerit ab eis emptus ad mortem triginta argenteis. Prophetat etiam de Antichristo, quem cæci Iudæi accepturi sunt, & de eius supplicio.

Cap. XII.

Propherat de prosperitate Ecclesiæ, & de calamitatibus, quæ oppressuræ sunt eius persecutores, de passione Christi, & de extrema damnatione impiorum Iudæorum.

Cap. XIII.

Vaticinatur de passione Christi, & de idolis, ac pseudopropheris per eam exterminandis, de morte eius, de fuga apostolorum, de populo Christiano seruando, & protegendo à Deo, & igne afflictionum examinando.

Cap. XIIII.

Prophetat de excidio Ierusalem, & de captiuitate Iudæornm, de fructu magno prædicationis Euangelicæ in gentibus, de excæcatione, & extrema damnatione Iudæorum; iterum de successu prædicationis Euangelicæ, de magnitudine Ecclesiæ, de supplicijs persecutorum illius, de sanctitate, & deuotione fidelium in ea futurorum.

O 4 CAP.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. I.

IN mense octauo, in anno secundo Darij, factum est verbū Domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens: Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituū, Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum: & cōuertar ad vos, dicit Dominus exercituū. Nolitis sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit Dominus exercituū: Conuertimini de vijs vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. Patres vestri vbi sunt? & prophetæ, numquid in sempiternum viuent? Verumtamen verba mea & legitima mea, quæ mandaui seruis meis prophetis, numquid non comprehenderūt patres vestros? & conuersi sunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras: fecit nobis. In die vigesima & quarta vndecimi mensis Sabat, in anno secundo Darij, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens: Vidi per noctem, & ecce vir ascendēs super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & post eum equi rufi, varij & albi. Et dixi: Quid sunt isti Domine mi? Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me. Ego ostendā tibi quid sint hæc. Et respondit vir, qui stabat inter myrteta, & dixit: Isti sunt, quos misit Dominus, vt perambulent terram. Et responderunt angelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit. Et respondit angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, vsquequo tu non miserēberis Hierusalem & vrbium Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est. Et respondit Dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me. Clama dicens: Hæc dicit Dominus exercituum, Zelatus sum Hierusalem & Sion zelo magno. Et ira magna ego irascor super gētes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. Propterea hæc dicit Dominus: Reuertar ad Hierusalem in misericordijs: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpendiculū extendetur super Hierusalem. Adhuc clama dicēs: Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Hierusalem. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc? Et dixit ad me: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Hierusalem. Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros. Et

Esa. 21. 31. 45. Iere. 3. Ezec. 18. 20. 33. Osee. 14. Ioel. 2.

Instit. 1.

dixit: Quid isti veniūt facere? Qui ait dicēs: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum: & venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gētium, quæ leuauerunt cornu super terram Iuda, vt dispergerent eam.

HISTORIA.

1 *In mense octauo.* De tempore atque argumento huius prophetæ diximus initio Haggæi, & de mensibus quinam essent intelligendi, initio cap. 2. eiusdem Haggæi.

Ad Zachariam filium Barachiæ. Nonnulli putant nostrū Zachariam esse, de quo Dominus ait Matth. 23. Vsque ad sanguinē Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templum, & altare, vt in eumdem locum Matthæi retulit Hieronymus. Ex his Chrysostomus fuit in homilia de natiuitate S. Iohannis Baptistæ, quę est in 2. tomo Quibus Vatablus, & alij ex recentioribus assentiuntur. Mihi iterum, atque iterum de hoc cogitanti, & Euangelistam cum Euangelista conferenti valdè hoc probabile videtur. Non videbatur olim, sed nunc id, vt verius credam, Lucæ verba me mouent. Nam & si apud Matthæum Dominus de sanguine omnium iustorum loqui videatur, Lucas cap. 11. docet de sanguine loqui prophetarum. Propterea (inquit) & sapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas & apostolos (qui etiam prophetæ fuerunt) & ex illis occident, & persequētur, vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est 2 à constitutione mundi, à generatione ista, à sanguine Habel vsque ad sanguinem Zachariæ, qui perijt inter altare, & ædē. * Quare rectè hoc de filio Ioiadæ pontificis Zacharia dictum videri posset, quem in atrio domus Domini lapidibus obruī iussit Ioas rex Iuda. 2. Paralip. 24. Si Ioiadas etiam Barachias appellatus est. At hoc maximè obstat, quod Dominus, vt à primo prophetæ occisō cœpit, id est, ab Habele, ita in vltimo desinere debuit. Post Zachariam autem filium Ioiadæ Isaias Serra sectus est, & Ieremias apud Taphnas in Ægypto lapidibus est à populo necatus. Cur igitur hos duos omitteret Dominus? An quod non essent ob eorum cædem etiam Iudæi puniendi? vt inquiratur (inquit) sanguis omnium prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi. Quidam occisos esse alios post filiū Ioiadæ non negant, sed ad eum vsque venisse Dominum dicunt, quod ceteri commemorati in Scriptura non essent. Quid refert non commemorari in Scriptura, cū occisos fuisse cōstaret omnibus? Cur aliorum sanguis inquirendus erat multo ante fusus: non autem eorum, qui & sanctitate, & prophetia multo erant clariores, & quorum cædes erat recentior, & magis in hominum memoria, atque in ore versabatur? * Infirma est etiam illa Iansenij defensio in Concordia, cap. 84. Scripturam tantum explicare pœnitentem vindictæ in Habele, & in Zachariam in Habele cum dicitur: Ecce vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: in Zachariā, cum moriens dixit: Videat Dominus, & requirat. An non etiam aliorum sanguis inquirendus est, qui vindictam non petierunt? Quid, quod nec Habel vindictam petijt? Si autem petijt, quia eius sanguis clamabat ad Deum, & omnium prophetarum sanguis à Iudęis effusus similiter clamat, & vindictam petit. An non est hoc in Scriptura positum. Quid refert? Nūideò minus clamat ad Deum, quod scriptū non sit? Rectius ergo, & multo probabilius dicitur de nostro Zacharia verba fieri in Matthæo, quem Barachiæ filiū esse constat, & post eum neminem ex prophetis occisum legimus. * Video nihil de eius morte ab Scriptura prodi, sed video etiā præter hunc nullū extitisse Zachariam, qui & prophetā esset, & Barachiæ filius. Video Christum, apostolos, Stephanum protomartyrem multa addere veteri historiæ, quę nos, nisi ipsi addidissent, nesciremus. Hoc igitur nunc Christo docente de Zacharia filio Barachiæ cognoscimus. Adde, quod series sacræ Historiæ interrupta est eodem tempore ab Hesdra, & Nehemia vsque ad Machabæos. Quare & mors Zachariæ, & multa alia temporibus illis gesta monumentis literarum mandata non sunt. Si ex Hiero. in Matth. ca. 23. obijcias huius prophetæ tempore vix templi ruinas fuisse in promptu est responsio: templum sexto anno Darij absolutum esse, vt docemur Hesdræ. 6. Zachariam autem etiam anno quarto eiusdē Darij prophetasse, vt ipse cap. 7. scriptum

Gene. 4

2. Para. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

reliquit: itaque si duos præterea annos vixit, non ruinas, sed integrum, perfectúque templum vidisse. Non vixisse autem quis audebit dicere aut vnde, si dixerit, probabit?

Filij Haddo. Esdræ 5. legimus: Prophetauerũt autem Haggęus propheta, & Zacharias filius Haddo, quod ex hoc loco intelligitur, filius enim erat Barachiæ, & Barachias filius Haddo. De Haddo ita Hieronymus: Nec ambigitur iuxta Paralipomenon librum quin ipse sit Haddo, qui missus est ad Ieroboham filium Nabath, sub quo altare dirutum est, & manus regis aruit, rursumque ad preces illius restituta est. Eadem verba transcripsit collector glossæ. Locus Paralip. quem citat Hieronymus est in libro 2. cap. 9. Reliqua autem opera Salomonis scripta sunt in verbis Natham prophetæ, in visione quoque Haddo videntis contra Ieroboham filium Nabath: ex quibus colligit Hieronymus Haddo fuisse virum illum Dei, qui venit ad Ieroboham. 3. Regum. 13.

6 *Sed de hoc nihil certi habem⁹, vt recte ait Lyranus. Illud est certum, si hic est ille Haddo, non potuisse auum esse Zachariæ, constat enim plusquam quadringentos annos inter vtrumque fluxisse. sed dicendum est fuisse aliquem inter Prophetas maiores insignem, & prophetiæ gloria clarum, cuius propterea filius dicatur aut ipse, aut eius pater Barachias. Sed multo mihi probabilius est Haddo, de quo nunc sermo est, patrem fuisse Barachiæ, sed illustrem virum fuisse, & notiorem Barachia, ideoque ipse etiam commemoratur.

Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. Additio nominis, Iracundia, amplificationem iræ habet. Deinde Super poni pro Contra, sæpe adnotauimus: Ait ergo: Multum Deo displicuerunt patres vestri, quorũ peccatis ita est prouocatus, vt eos captiuos abduci voluerit, & templum, vrbemq; euerti. Hoc autem dicit vt ipsi, qui audiũt, magno studio semper Deo obsequantur, nec imitari velint patrum suorum iniquitatem, ne similiter puniantur, vt ex verbis sequentibus intelligitur. Itaque Zacharias, vt ait Cyrillus, quasi pædagogus mittitur ad filios, qui nec scelera patrum viderant, nec calamitates.

7 *Conuertimini ad me.* Conuertimini ad me per veram pœnitentiam, & ego conuertar ad vos, id est propitius vobis ero, in meã vos gratiam recipiam, & multis beneficijs afficiam. Iam conuerti cœperant, vicesima enim quarta mensis sexti ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini, vt vidimus Hag. 1. sed hortatur ad perfectiorem pœnitentiam, & vt in hac conuersione maneant, ac si diceret: Semper ad me conuertimini, nunquam ad me terga vertatis. Verba enim in scriptura sæpe permansionem significant in illa temporis differentia, in qua ponuntur, vt diximus Hos. 1. n. 35. Pugnare videntur quodammodo cum his verbis illa cap. vltimi Threnorum: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Sed pugnam, quæ apparebat, scitè diremit sacrum Consilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. hic verbis: Cum dicitur in sacris literis: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, libertatis nostræ admonemur; cum respondemus: Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur, Dei nos gratia præueniri confitemur.

Ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetæ priores, &c. Pleni sunt huiusmodi admonitionibus libri prophetarum. Quam verum autem sit, quod ait. *Et non audierunt, neque attenderunt ad me,* videmus in sine Paralipomenon: Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos per manum nuntiorum suorum de nocte consurgens, & quotidie commonens, eo quod parceret populo, & habitaculo suo. At illi subsannabant nuntios Dei, & paripendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla curatio.

Patres vestri vbi sunt, & Prophetæ? Numquid in sempiternum viuent? Locus est satis ambiguus, neque enim constat de vtris prophetis loquatur, de bonis ne, an de malis, & falsis, qui populum ante captiuitatem decipiebant negantes eos à rege Babyloniorum esse capiendos, vt videmus Iere. 27. Et sive de his loquatur, sive de illis, non bene videntur cum ijs connecti, quæ sequuntur: Verum tamen verba mea, &c. Hieronymus, Cyrillus, Rupertus, Lyranus, & Interlinearis de falsis prophetis interpretantur: Theodoretus, & alij, de veris. * Sed nos de falsis intelligamus, nam cum statim dicat: Quæ mandaui seruis meis prophetis subindicat illos priores non fuisse seruos suos. Vbi sunt patres vestri, & prophetæ vestri, qui vos decipiebant magna pollicen-

tes? Per irrisionem hoc dictum est, ac si diceret: Videte quem exitum vtrique habuerint, partim enim in bello, partim in captiuitate consumpti sunt. Numquid quantũuis libertatem, & pacem, & vitam pseudoprophetæ pollicerentur, victuri erant in æternum? At verba quæ cõtra illos ego per prophetas meos locutus sum, nõ sunt mortua, sed hodie etiam viuunt, & vt viua comprehenderunt patres vestros, nec potuerũt effugere donec fierent omnia, quæ comminatus sum. Videtis vrbem dirutam, templi vix nuda fundamẽta habetis. Ne ergo contemnaris vos prophetas meos, sicut patres vestri. Viua dicuntur verba, cum efficiunt quod sonant; perire autem, sive transire, cũ id non efficiunt, vt Matth. 24. Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea nõ præteribunt. Hic sensus valdè confirmatur ex Ierem. 27. ad quem locum alludere videtur noster propheta: Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Non seruietis regi Babylonis: quia mendaciũ ipsi loquuntur vobis. Quia non misi eos, ait Dominus, & ipsi prophetant in nomine meo mendaciter, vt eijciant vos, & pereatis tam vos, quam prophetæ, qui vaticinantur vobis. * Video bene etiam de veris prophetis hęc posse explicari in hunc modum. Patres vestri mortui sunt, quamuis diu se in pace victuros putabant: prophetæ etiam, qui illos admonebant, mortui sunt, homines enim erant, & moriendum erat eis. At quamuis illi, vt homines transierint, verba mea non transierunt, quæ locutus sum per prophetas. Quare cum vobis iterum per prophetas loquar, credite verba, quæ per mortales prophetas loquor, non fore moritura. Legitima vocat præcepta, quæ dicuntur חקים ab statuendo. Hæc autem præcepta sæpè numero cum comminatione ponuntur à prophetis, & ideò ait: Comprehenderunt eos, id est, euenit quod ego sum comminatus præcepta mea transgredientibus, non effugerunt. Ita dictum est Psalm. 39. Quoniam circundederunt me mala, quorũ non erat numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ.

11 *Et conuersi sunt, & dixerunt.* Multi ex patribus vestris vaticinia prophetarum meorum vera in se comprobãtes conuersi sunt ad me per pœnitentiam, & hoc ipsum confessi sunt dicentes: Quemadmodum Deus per prophetas prædixerat, sic pœnas de nobis sumpturum, prout peccata nostra merebantur, ita fecit, impleta sunt omnia, quæ prophetæ vaticinati sunt. Danie. 3. Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia, quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Ierusalem, quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra, &c. Vide etiam cap. 9. eiusdem Danielis. De adinuentionibus diximus Soph. 3. num. 31.

Factum est verbum Domini ad Zachariam. Verba Dei videtur subscripturus, nec tamẽ verba subscribit, aut Deum inducit loquentem, sed visionem, quam vidit, ipse in persona sua narrat: *Vidi per noctem, &c.* Insolitum hoc nobis videtur, quia nisi verbis, loqui nescimus. At Deus ita rebus, vt verbis loquitur, visio ipsa, sive res in visione repræsentatæ verba quædam Dei sunt. Ita Ezec. 1. In quinta mensis, &c. factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum secus flumen Chobar, & facta est super eum ibi manus Domini. Expectabit aliquis verba, at non refert verba, sed visionem: * Et vidi, & ecce 12
ventus turbinis veniebat ab Aquilone, &c. E contrario, quia verba Domini res, & facta sunt, & ita ea audiebant prophetæ, ac si res ipsas præsentes iam intuerentur, ita de verbis loquuntur, ac si de factis loquerentur, vt Isa. 1. Visio Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam, &c. Visio autem, quam vidit, verba Domini sunt, quæ audiuit. Audite cœli, & auribꝰ percipe terra, &c. Etenim verba non videntur, sed audiuntur, nec visio verborum est, sed rerum. Et cap. 2. Verbum, quod vidit Isaias filius Amos super Iudam, & Ierusalem. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, &c. Cap. 13. Onus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. Super mortem caliginosum leuate signũ, &c. Colligamus ergo hinc canonem ad intelligendos, & explicandos prophetas vtilissimum. Prophetę in suis visionibus, sive prophetijs, quæ rerum sunt tribuunt verbis, & quæ verborum sunt, tribuunt rebus, quomodo iam exposuimus. Ex quo loci huius obscuritas elucidatur, quæ cur expositores non vel multum mouerit, ignoro. Reg. Prophetæ quæ rerum sunt, tribuunt verbis, & vice versa.

Vidi per noctem. Quòd visio ista nocte cõtingat, obscuritas visionis ipsius significatur, sed mihi magis videtur significari præsens status populi Iudæorum. Tunc enim 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

afflictæ erant eorum res,& quasi in obscuro iacebant. Sed vt noctem dies consequitur, ita hac visione prædicitur illis ventura paulo post consolatio ædificatis vrbe,& templo. Illud etiam satis probabiliter dicere possumus hanc visionem de futura prosperitate Ierusalem,& Iudæorum nocte fieri, quoniam cito erat cæsura, & infelicem exitum erat habitura. Nã post paucos annos filius Dei ab obstinatis Iudæis reiectus, & in crucem actus est, cuius facinoris causa vniuersa gens aut extincta est, aut capta à Romanis, & vrbs ipsa cum templo solo æquata. Docet enim Gregorius.2.Mor. ca. 2.Scripturam solere per tempus rei gestæ exitum eius indicare, vt.3.Reg.3. Salomoni noctu data est sapientia, quia cito eam erat amissurus, aut certe magnis peccatis obscuraturus. Iudas noctu ad proditionem exijt Ioh.13. quia ex eo quod faciebat mortem sibi erat,& æternam caliginem paraturus.

14 *Et ecce vir ascendens super equum rufum.* Hunc virum Hebræi, vt refert Hieronymus putant esse Archangelum Michaelẽ, qui custos erat populi Iudæorum, vt ex Danie 10. intelligimus. Idem ait Theodoretus,& mihi videtur valde probabile. Certũ est enim hunc virum, qui etiam stabat inter myrteta, esse angelum Domini, sicut paulo post ait Propheta: Et responderunt angelo Domini, qui stabat inter myrteta, &c. Constat etiam fautorem esse populi Israel, sequitur enim: Et respondit angelus Domini,& dixit: Domine exercituum, vsquequo non miserebris Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es? Quare recte dicitur esse Michael custos illius populi. Equo insidere dicitur, vt celeritas eius significetur ad omnia Dei iussa obeunda, & ad faciendum omnia, quæ ad illius populi pertinent salutem: & vt cito significetur ventura populi consolatio. Rufus equus, quoniam equus animal est ad bellum aptissimum, vt eleganter describitur Iob.39. & rufus color, atque sanguineus, vltionem de hostibus Israel à Deo sumendam significãt de qua vltione in fine huius capitis loquitur propheta. Hoc probari videtur optimè ex Apoc.6. Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum datum est ei, vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficiant. & ex Zach.6. In quadriga prima equi rufi, qui (vt ait Hieronym.) Chaldæos significabant bellatores & sanguinarios. Sunt etiam equi rufi duri ad laborem, significaturque angelum non fore defatigãdum, donec omnia, quæ dicta sunt, perficiat.

15 *Et ipse stabat inter myrteta.* In loco myrtis consito, siue inter myrtos, vt est in Hebræo, vt intelligamus hinc inde fuisse myrtos multas, ipsumq; inter eas stetisse. Lxx verterunt: Inter duos mõtes vmbrosos, id est, habentes vmbrosas arbores, & densarum frondium, hac enim periphrasi Hebræi solent significare myrtos. Vnde Leui.23. pro eo quod nos habemus: Et ramos ligni densarum frondium, Chaldæus dixit: Et myrtum. Est autem myrtus pulcherrima arbor, & odorifera, & semper inter pretiosas arbores nominatur in scriptura. Isa.41. Dabo insolitudine cedrum,& spinam, & myrtũ, & lignũ oliuæ. Et cap.55. Et pro vrtica crescet myrtus. Lyranus adnotat vbi nos legimus Leu.23. Fructus arboris pulcherrimæ, in Heb. esse fructus myrti, quod desumpsit ex prologo quodam in Zachariam. Ac ibi legitur; Fructus arboris הֲדָר, id est, pulcher, vt verterunt Lxx & Hieronymus, (quam Hebræi citrum esse volunt; Caldæus Fructum arboris citri. Sed Hieron. in illud Zacha.14. Et omnes qui reliqui fuerint. affirmat cedrum intelligi à Iudæis arborẽ pulcherrimam Leuiti.23.) nisi forte ibi pro cedro citrus ponenda sit: myrtus autem dicitur הֲדַס. In myrtis autem ex sententia multorum viri iusti intelliguntur propter pulchritudinem, & fragrantiam bonorũ operum. Ita Esther vocata est הֲדַסָּה, id est, myrtus, aut myrtea propter pulchritudinẽ, & probitatem Hesther.2. Qui fuit nutrici[a] filiæ fratris sui Hediſſæ. Significant itaque myrti, siue myrteta viros iustos, qui erant in Iudæa,& qui relicti erãt Babylone, vtrorumque enim curam gerebat hic angelus. 16

Quæ erãt in profundo. Chaldæus pro in profundo, vertit: In Babylone, quem fere sequuntur recentiores. Abundabat enim aquis Babylon. In Heb. est בְּמִצֻלָה, nomẽ autem מְצוּלָה multis locis legitur in scriptura,& semper profunditatẽ significat aquarũ: quare ne à vocabuli proprietate recedamus, intelligamus angelum stetisse in lacu, siue fluuio profundo, qui ex vtraque ripa myrtos habebat. Atque eo significari puto calamitosum, & periculosum statũ Iudæorum, qui Babylone quidem tenebãtur captiui,& quasi serui, expositique inui-

diæ Chaldæorũ, in Iudæa verò à finitimis gentibus premebantur, & impediebantur ædificare templum, & vrbem. Ita enim loqui solet Scriptura, cum quemquam magnis calamitatibus opprimi, & obsideri significat. Psal.68. Saluũme fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meã. Infixus sum in limo profundi. Et ibidem: Eripe me de luto, vt non infigar, libera me ab ijs, qui oderunt me, & de profundis aquarum. Alludit autem ad naturã myrtorum, quæ loca humida amant, ex quo illud Virgilij:

——*Et amantes littora myrtos.*

Cum igitur angelus equo insidens est inter myrtos aquis obsitas, significatur proxima liberatio, & salus, & velle angelum eos extrahere ex locis illis profundis, & aquosis, id est, ex illis calamitatibus & periculis. Quod optimè intelligitur ex illo Habac.3. Viã fecisti in mari equis tuis, in luto aquarũ multarum, id est, quantumuis iusti cooperti sint aquis calamitatum, tu venies equis tuis ad profundum, in quo sunt,& inde eos educes. 17

Et post eum equi rufi, Varij, & albi. In equis etiam ipsorum equorum sessores intelligi satis ex eo cernitur, quod Prophetę respondetur: Isti sunt, quos misit Domin[s], vt perambularent terram. Sunt igitur angeli custodes aliorum regnorum, sicut Daniel.10. legimus angelos duos, quorum alter princeps erat Persarum, Græcorum alter. Hi dicuntur perambulare terram, quoniã vnusquisque proninciam, aut regionẽ sibi commissam perlustrat, & eius curam habet. Ita dicebãt illi Iob.14. Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat, id est, tantummodo sunt illi curæ res cœlestes. Et de Satan legimus Iob.1.& 2. Circuiui terram, & perambulaui eam, quod varij Dæmones varias prouincias quasi commissas accipiant, vt eas ad malum pertrahant: ita contraria ratione de bonis angelis dicitur: Isti sunt, quos misit Dominus, vt perambularent terram. Eodem modo locutus est Hesiodus libr.1. operum, & dierum, de angelis custodibus hominum, quales ipse intelligebat, cuius carmina refert, & probat Plato in Cratylo.

Quæ quidam Hesiodi interpres ita conuertit:

Continuo facti sunt diui mente Tonantis,
Atque colunt terras hominum custodiam agẽtes,
Qui nunc quid iuste obseruant, quid fiat iniquè,
Aere vestiti, peragrantes vndique terram.

*De coloribus equorum quidam non putant curiosè esse quærendum, sed varijs coloribus varia angelorum ministeria notari. Qui sanè magno se labore liberant, sed studioso lectori non satis faciunt, maximè cũ id à veteribus non fuerit omissum. Equi rufi angelorũ significant regna illa sibi commissa sanguinaria esse, & ceteras nationes bello cædeque infestãria, quales tunc erant Medi atque Persæ. Equi albi tranquilla regna,& læta indicant: nam albus color lætiæ, & pacis, & prosperitatis index est: Eccles.9. Vade ergo,& comede in lętitia panẽ tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida. Apoc.6. Et ecce equus albus, & qui sedebat super illũ habebat arcũ, & data est ei corona, & exiit vincens, vt vinceret. Equi variorum colorum, significant varios aliarum prouinciarum status, variaque ingenia, quod nũc alios bello inuaderent, nunc in pace quiescerent, neutrum tamen firmum haberent, sicut rufi,& albi. * Nec enim tres equi intelligendi sunt post primum equum rufum venire, vt Hebræi intelligebant, sed in vno quoque colore multi, siquidem non ait: Et post eum equus rufus, varius, & albus, sed: Equi rufi, varij, & albi. Deinde cum angeli aiunt: Perambulauim[s] terram,& ecce omnis terra habitatur, & quiescit; ostendunt angelos adesse omnium prouinciarum, aut certe multarum,& nobilissimarum. 18 Albus color.

Qui sunt isti Domine mi. Angelum alloquitur, qui hanc sibi visionem demonstrabat, vt ex continuo sequentibus intelligitur.

Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me. Nõ recte quidã interpretãtur: Angelus, qui loquebatur mecum. Multò melius Hieronymus, & Lxx verterũt: In me, id est, Intra me, qui mihi cœperat reuelare, quæ hactenus scripsi. Atque hunc sensum recipiunt patres, vt Augustinus in Enchiridio, cap. 59.& libro.9.de Genesi ad lite. cap.2. & Gregorius libr.28. Moralium, cap.6.& alij, qui ex hoc loco confirmant, cum varie Deus hominibus loquatur per angelos, aliquando ita loqui, vt nulla corporea species ap- 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

pareat, sed ipsa angeli substantia sit intra hominem, cui loquitur.

Ego ostendam tibi. Id est, Efficiam, vt cognoscas, Heb. Videre te faciam, Michaële videlicet aperiente, qui maior est, & populi tui curam gerit.

20 *Et respondit vir.* Angelus, qui loquebatur in Zacharia, suggessit Michaëli, vt responderet. Virum vocat, quia viro similis erat.

Isti sunt, quos misit Dominus. Iam hoc exposuimus num. 17. & 18.

Et responderunt angelo Domini. Voluit Michaël, vt ipsi angeli de se loquerentur, & quod ipse dixerat, confirmarent. Simul intelligendum est tacitè ex eis quæsijsse, quis esset status ceterarum prouinciarum, vt indicat eorum responsio.

Et ecce omnis terra habitatur, & quiescit. Omnes in locis suis habitãt, nec bellis terra turbatur, fuit enim pax, cũ hæc visio ostensa est Prophetæ, licet postea bella consecuta fuerint. Sed quæritur, cur equi rufi apparuerint, si tunc bella non erant? Et respondendum videtur equos rufos non indicare bella, quę tunc gererentur, sed illarum prouinciarum ingenium, & crudelitatẽ, quòd bella gerere amarent, & sanguinem humanum fundere: quemadmodũ Zach. 6. Equi illi rufi non bella significant, sed Chaldæorum ferocitatem, & violentiam, & crudelitatem.

Vsquequo tu nõ miseberis. Cum hæc prophetabat Zacharias, nec templum extructum erat, neque Ierusalem ædificata, aut muris septa satis, vt ex cap. 5. Hesdræ intelligitur. Ex quo videmus, quales ceteræ vrbes Iudęę esse potuerint, cũ pauci ad illud vsq; tempus redijssent, qui inhabitare, & reædificare tot vrbes possent.

21 Quomodo computentur Lxx anni Ieremię & Zachariæ.

Iste iam septuagesimus annus est. Incidimus in celeberrimam quęstionem, & qua vix vlla sit in Scriptura nobilior, quo tempore completi fuerint septuaginta anni, de quibus Ieremias, & Zacharias loquuntur, & quando cœperint. Quanta sit autem difficultas, illud ostendit, quod Daniel sapientissimus propheta, cum intellexisset, magni id facere videtur: ita enim inquit cap. 9. In anno primo Darij filij Assueri, &c. Ego Daniel intellexi in libris numerorum annorũ, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalẽ septuaginta anni. Quo magis nos orare decet, & clamare ad Dominum, vt per sanctum Michaëlem archangelum, cuius nunc verba interpretamur, & per beatos prophetas Ieremiam, Danielẽ, Zachariam, lucem à patre luminum accipiamus ad tantas tenebras illustrãdas. Controuersia autem tota oritur ex verbis Ieremiæ, & Zachariæ, Ieremias cap. 25. scripsit: Et erit vniuersa terra hęc in solitudinem, & in stuporem, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. Et ca. 29. Cum cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducã vos ad locum istum. * Atque hæc quidem verba facilè explicaremus, cœpisse septuaginta annos ab vrbis desolatione, & complectos fuisse primo anno Cyri, quo soluta est Iudæorum captiuitas. Sed contradicere haud obscurè videtur Zacharias, qui post annos non paucos ait: Iste iam septuagesimus annus est, quo verbo mirum in modũ torsit ingenia eruditorum, hodieque torquet. Si varias autorum sententias, & exquisitas atque excogitatas verborum Zachariæ: Iste iam septuagesimus annus est, explicationes in medium afferre, ac refutare vellem, iusti penè voluminis disputatio esset. Dicam ergo paucis, quod ex multorũ librorum lectione, & quam potui diligentissima consideratione tandem collegi, ne sit alijs, vt mihi, diu in hac re laborandum. De alijs annis sermo est Ieremiæ, de alijs Zachariæ. Prophetia Ieremię de Lxx annis, cap. 25. & 29. explicata, à primo anno Nabuchodonosor incipit, qui incidit in annum quartum Ioakim regis Iuda, & initio regni Cyri terminatur. Zacharias vero conqueritur annum illum, qui secũdus Darij erat, esse septuagesimum, ex quo Ierusalem euersa est. Domine exercituũ, inquit, vsquequo tu non misereberis Ierusalem, & vrbium Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus est, id est, ceteræ vrbes habitantur in terra, vrbes Iuda, & Ierusalẽ desertæ sunt, & habitatoribus suis carent iam septuaginta annis, pauciss imi redierũt ex canta populi multitudine, muri Ierusalẽ non sunt ædificati, vrbes omnes desolatæ adhuc sunt, iam septuagesimus annus agitur, ex quo Ierusalem, & vrbes Iudą desertę sunt. Itaque sine vlla distinctione legendũ est: Quibus iratus est iste iam sepuagesimus annus est? * Non igitur pugnant inter se prophetæ, cum de re alia, atque alijs annis loquantur. Si ergo ostenderimus à primo anno Nabuchodonosor vsque ad primum Cyri Lxx annos computari, quos prædixit Ieremias: & à desolatione vrbis, & templi, vsque ad annum secundum Darij, quo hęc vaticinatus est Zacharias, totidem annos fuisse, finita est difficilis, & molesta controuersia. Hoc nunc demonstrabimus, & ipsa veri confirmatio alias opiniones minimè veras esse declarabit. Sed anni regum primùm enumerãdi sunt, qui his tẽporibus regnauerunt, vt inde veritas plene comprobetur. In quo verum, & nõ Scripturæ modo, sed omnibus etiam historijs vtile documentũ obseruandum est, annos vitæ, aut regni alicuius interdum integros solum numerari, interdũ etiam imperfectos, vt, si quis octo annos regnauit & octo menses nonnunquam dicatur octo annos regnasse, qui videlicet integri fuerunt, nonnunquam nouem, quia annus imperfectus pro perfecto numeratur. Quare cum vno anno tantum differunt scriptores de eodem loquentes, aut duobus, nequaquam differre putandi sunt. * Et quoniam innumeri sunt in historia humana errores, quos melius animaduertimus cum à diuina corriguntur: notandum post Nabuchodonosor duos tantum reges fuisse Babylone vsque ad Cyrum, ij sunt Euilmerodach filius eius, & Balsassar nepos: quoniam Iere. 27. scriptũ est de Nabuchodonosor: Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filij eius, donec veniat tempus terræ eius, & ipsius, id est, donec Babylon capiatur à Medis, & Persis, & imperium posterorum Nabuchodonosor finiatur. Fictus ergo Metasthenes facessat, qui post Nabuchodonosor numerat Euilmerodach, & filius eius Regasar, & Iabassardach, & Balsassar. Facessat etiam Berosus, non fictitius iste, qui nunc circumfertur, sed verus ille, & vetus, cuius verba retulit Iosephus lib. 1. contra Apionem Alexandrinum, & ipse Iosephus, qui eum sequitur ibidem, & lib. 10. Antiquit. cap. 12. qui Euilmerodach filio Nabuchodonosor successisse volunt Niriglissoroorum maritũ sororis suæ, à quo interfectus est; huic autem Labosardachum filium, deinde populi suffragio hoc extincto electum esse Babyloniũ quemdam Nabonidum ex eadem gente, quẽ Scriptura Balsassarem vocat. * Horũ sententiam retulit Hieronymus in cap. 5. Danie. in princ. nihil addens è suo, quo vel probare, vel improbare videatur; tametsi in caput illud quintum, Nabuchodonosor proauum fuisse dicat Balsassaris non semel. At in cap. 27. Ieremiæ, cum verba, quæ nũc retulimus, explicaret; correxit sententiam confessus Euilmerodach filium esse Nabuchodonosor, Balsassarem vero nepotem. Correxit, inquam, sententiam, quoniã post commentarios in Danielem editos scripsit in Ieremiam, vt ipse testatur in proœmio lib. 1. in Ieremiam. Hos igitur tantum nominabim⁹ in regno Chaldæorum, auũ, filium, neporem. Demum ab hac disputatione remoueamus commentitium Metasthenem, qui vel nomine ipso indicat commentum, cum nullus fuerit vnquam Metasthenes: Megasthenes dicere debuit, qui finxit, si ludere legẽtes volebat. Nam si hũc sequamur, octoginta nouem annos dabimus Nabuchodonosor, & eius posteris contra sacræ Scripturæ veritatem, vt postea ostendemus. Remouendus etiam videbatur Iosephus, qui multo plures dat, sed eius codex tam Latinus, quam Græcus, numeros habet deprauatos, vt ex eiusdem Iosephi verbis in eodem libro, c. 12, & libro 1. contra Apionem cognosci potest.

26 Nabuchodo. 45 an.

Nabuchodonosor quadraginta quinq; annos regnauit, vt omnes tam Hebræi, quã Græci, Latinique consentiunt: Iosephus, & Berosus locis citatis quadraginta tres dicunt, sed annos integros numerant, vt iam admonuimus. Res est aperta, & sine controuersia, scimus enim eius anno. 19. vrbẽ & templum fuisse succẽsa ex. 4. Reg. vltim. Et paulò post: Factum est vero in anno trigesimo septimo transmigrationis Ioachin regis Iudæ, mense duodecimo, vigesima septima die mensis subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno, quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iudæ è carcere. Mortuus ergo est Nabuchodonosor. 37. anno transmigrationis regis Ioachin, quæ facta est vndecimo anno ante desolationẽ templi. 4. Regum. 24. Si hos vndecim deducamus, supersunt à desolatione vrbis, vsque ad annum 37. transmigrationis Ioachin, quo mortuus est Nabuchodonosor 26. qui additi decem, & nouem annis regni eiusdem Nabuchodonosor (siquidem anno eius decimo nono desolata est vrbs) fiunt omnes quadraginta quinque. Sed Berosus, & Iosephus videntur præterijsse annum decimum nonum eius, qui in desola-

Universidad de Deusto
Biblioteca

27 Euilmerodach. 23. an.

tione vrbis integer non erat, & annum extremum, atque. 43. annos tribuerunt Nabuchodonosor.

Euilmerodach quot annos regnauerit, ex scriptura non habemus, autores variãt. Receptissima omnium sententia viginti tres ei tribuit, quæ Hebræorum est in sua Chronographia, quam vocant סֵדֶר עוֹלָם, cap. 29 & in suis commentarijs, eamque sequuntur Porcherus in. 1. parte victoriæ cõtra Iudæos, capit. 3. Galatinus lib. 4. capi. 15. Eckius in Resolutione de septuagenario, quam posuit in fine ca 1 comment. in Haggæum, Vatablus Hagg. 1. & denique recentiores expositores.

Balsassar. 3. an.

Balsassari tres anni negari non possunt, quoniam Dan. 8. scriptum est: Anno tertio regni Balsassar regis visio apparuit mihi. Sed plures ei non tribuunt autores, quos nunc nominabam. Alij, qui plures volunt, nec magis probant quam hi, & nullos sectatores habent, quare prioribus acquiescendum est.

28 Cyrus. 30. an. sed capta Babylone. 3.

Cyrum, qui Balsassaris extincti regnũ occupauit, triginta annos regnasse certũ est. Herodotus libro. 1 prope finem viginti nouem tradit, sed annum virimum præterijt, quod integer nõ fuisset, quod ipse indicat cum ait: Cum vndetriginta omnino regnasset annos, trigesimum enim non omnino regnauit. Iustinus libr. 1. triginta fuisse confirmat, & Eusebius in Chronicis, Hieronymus in cap. 1 Zach. & in cap. 7. Danielis, in illud: Et ecce bestia alia similis vrso. Nicephorus Constantinopolitanus episcopus in sua Chronographia, capi. 7. M. A. Sabellicus Enneadis secundæ lib. 6 & multi alij. At Hebræi, & autores omnes, quos num. 27. indicaui, tres tantum regnasse volunt. Sed facile controuersia dirimitur, si dicamus, viginti septem quidem regnasse antequam Chaldæorum monarchiam possideret, postea vero tres. Finus Hadrianus lib. 5. Flagelli, cap. 5. sex & viginti regnasse dicit ante imperium Babylonis, postea quatuor. Certe tres post captam Babylonem regnasse nemo dubitat, cum ca. 10. sit apud Danielem: Anno tertio Cyri regis Persarũ verbum reuelatum est Danieli.* Hoc quoniam plurimum refert, & à nemine, quod sciam, confirmatum est, ex hoc satis intelligi potest, quod Cyrus bellum Chaldæis nõ intulit, donec post multos regni annos magnis victorijs vires, & potentiam suã auxe-

29

rat. Herodotus lib. 1. Porro Cyrus, vbi continentem vniuersæ suæ ditionis fecisset, Assyrijs bellum intulit, Assyriæ cum alia multa sunt magna oppida, tum vero celeberrimi nominis, ac validissimum Babylõ. &c. Et postea ait: tunc vero Cyrum ipsum occubuisse, cum vnum de triginta omnino regnasset annos: vbi satis indicat de vniuerso regno eius se loqui. Et Iustinus libr. 1. Domitis demum plerisque, cum aduersus Babylonios bellum gereret, &c. Berosus quoque lib. 3. Chaldaicorum, vt citat Iosephus lib. 1. contra Apionem, ita scripsit: Egressus Cyrus ex Perside cum magno exercitu vniuersa Asia subacta impetum fecit in Babyloniam vrbem. Quod planè videbit, qui Xenophontis libros de Cyri pædia legerit. Quare triginta anni sine dubio à primi regni eius initio numerandi sunt, vt manifestissimè ostendit Eusebius in Chronicis his verbis. Principium regni Persarum. Cyrus Medorum destruxit imperium, & regnauit Persis subuerso Astyage rege Medorum. Cyrus primus Persarum annis. 30. &c. Sabellicus etiam dicit eum obijsse anno, ex quo regnare coeperat, tricesimo. Præterea Cyrus paulo post captam Babylonem expeditionem suscepit contra Massagetas, in qua occisus est, vt nullo modo triginta anni regni eius ab expugnatione Babylonis possint computari.* De quo Iustinus lib. 1. Cyrus subacta Asia, & vniuerse Oriente in potestatem redacto Scythis bellum intulit. Sed apertius Herodotus libr. etiam primo. Cyro post hanc gentem ab eo subactam, (loquitur autem de Babylonijs.) incessit Cupido Massageras in suam potestatem redigendi. Quæ gens fertur & magna esse, & robusta, ad Auroram, solisque ortũ sita trans Araxem fluuium è regione Issedonorum virorum, sunt qui dicant eam Scythicę nationis, &c. Vterque paulo post narrat eo bello Cyrum perijsse. Ex verbis Herodoti cognoscimus non multo post expugnatã Babylonem bellũ illatum esse Massagetis à Cyro, quoniã eius animus belli cosus, & audax & dominandi cupidus diu quiescere non poterat, sicut eidem dixit apud Herodotum Tomyris regina Massagetarum: Verum tu, inquit, admonitionibus his vti noles, & omnia males, quam otium. Omitto quod eum septimo imperij sui anno mortuum esse scribit Xenophon lib. 8. de pædia Cyri. Neque dubium

30

est

est quin imperij nomine monarchiam intelligat, quam victis Chaldæis adeptus est. Dicam nu. 32. &. 33. de annis eius, quod puto probabilius, nunc hoc tantum ago, triginta annos regni Persarum esse, non imperij Babylonici. Hæc omnia confirmat Iosephus. 11. Antiqui. cap. 2. vbi scribit secundo anno Cyri impeditos esse Iudæos à Curhæis ædificare templum Cyro nesciente, vrpote, inquit, distracto in alia negotia, qui demum Massagetico bello perijt.* Iam ergo anno secundo bellicis negotijs vacabat Cyrus. Deinde addit finitimas nationes scripsisse ad Cambysem, qui in paternum principatum successerat, vt templum ædificari prohiberet. Cap. 3. tradit Cambysem hostibus Iudæorum annuisse, ac deinde ait: Itaque dilatum est id opus per annos nouem, vsque ad secundum annum regni Darij Persarum regis. Hæc Iosephi verba diligenter adnotanda sunt contra grauissimos autores, quos citabo postea, qui non dubitant ab impedito opere templi vsq; ad secundũ annũ Darij quadraginta annos numerare, cũ Iosephꝰ nouẽ fuisse dicat. Quod autẽ Iosephus scribit, confirmat liber Esd. Etenim anno secũdo Cyri, mense secundo cœperunt iacere fundamenta templi, Esd. 3. Continuo audientes hostes Iudæ, & Benamin impedierunt opus omnibus diebus Cyri, Esd. 4. Si autem tunc Cyrus depositis armis Babylone quiesceret, adijssent eum Zorobabel, & Iudæi, à quo se valde amari intelligebant: sed cito in bellum profectus est, & adiri non potuit. Si triginta annos regnauit, cur ita desides fuerunt Iudæi, vt per viginti octo annos nullos ad eum nuntios mitterent quacunque terrarum regione moraretur, cum vehementer premerentur à finitimis? Planè quia cito mortuus est Cyrus, & regnum Cambysi filio reliquit, quem Esdras. cap. 4. Assuerum vocat, qui male Iudæis volebat, & dum vexit opus impediuit, Esd. 4. Is pauciss imos annos regnauit, vt iam nunc videbimus.

Cambysi Chronologia Hebræorum, Porchetus, Galatinus, Vatablus, Eckius, & recentiores multi quatuordecim annos assignant; Herodotus libro. 3. circa medium non nisi octo, & quidem additis septem mensibus, quos magi fratres regnarunt, nã regni eius annis septem fuerunt, & quinq; menses Herodoti sententiam sequuntur

Eusebi. in Chronicis, Hierony. in cap. 7. Danielis, & in primum Zachariæ, Nicephorus in Chronographia. c. 7. Beda. lib. 1. in Esdrã ca. 5 & lib. 2. c. 7. Ado in Chronicis, Sabellicus Enneadis secundæ libr. 7. Verum ego hos autores de tempore, quo solus Cambyses regnauit, verba facere interpretor, qui fortasse etiam quatuordecim fuerunt, vt Hebræi, alijq; tradunt. Mihi verosimile videtur Cyrum secundo anno Babylone exijsse, vt bellum alijs nationibus inferret, siquidem Iustinus ait lib. 1. Cyrus quoque post victoriam compositis in Babylonia rebus bellum transfert in Lydiam, ibi fortuna prioris prœlij perculsum iam Crœsi exercitum nullo negotio fundit, &c. Et paulo post: Interiecto deinde tempore occupato in alijs bellis Cyro rebellauere Lydi, quibus iterum victis arma, & equi adempti, &c.* Deinde bellum in Scythas cõmemorat, in quo & perijt. Iustinus, siue Trogus Pompeius potius cito exijsse Cyrũ indicat in varia bella, quod ego secũdo anno factum arbitror, nã si etiam tum Cyrus Babylone moraretur, legatos ad eũ misissent Iudæi, vt vicinorũ hostiũ iniuriã propulsarẽt. Quod si verũ est quod Xenophon li. 8. de Pędia Cyri scripsit, cũ anno septimo sui imperij cõcessisse morti, cp tẽpus tot bella etiã exigere videtur, dicemus interea Cãbysem pro patre regnasse, & sex annos eius regno addemꝰ, fientq; quatuordecim, ita tamẽ vt ij quoq; Cyri sint, & amborũ regno quindecĩ annos demꝰ. Atq; hoc mihi multo ꝓbabilius videt, quã qđ autores illi dicebãt de tribus annis regni Cyri, quoniã ipsi nihil eorũ, quę dicũt, probãt, nos ex Iusti. Herodo. Iosepho, docemus paucos annos eũ regnasse post partũ Babylonicũ imperiũ, deinde Xenophontẽ testẽ citamus, qui hãc annorũ paucitatẽ certo numero definiuit, cũ dixit septimo imperij sui anno obijsse. Post octauũ annũ Cãbysis, quo regnũ etiã Magorũ cõtinet, regnauit Dariꝰ filius Hystaspis, vt ex Herodo. Iusti. Ioseph. Euse, Hier. Nicepho. Beda, Adone, Sabellico pspicimus, cuius anno. 2. prophetãt Haggæ. & Zachar. Qui autẽ putãt hũc fuisse Dariũ Lõgimanum, longe aberrant, hic enim regnauit quinquagesimo octauo post anno.

His ita constitutis, quæ, & ad alia multa proderunt, & sine vlla confirmatione poni solent, facilè Lxx anni captiuitatis numerantur ab initio regni Nabuchodo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nosor, vsque ad initium Cyri. Quadraginta quinque Nabuchodonosor, Euilmerodach viginti tres, Balsassaris tres, quorum vltimus præteritur, quia imperfectus fuit. De his locutus est Ieremias, vt statim ostendemus. Incipiunt autem computari ab anno primo Nabuchodonosor, quo regnum Babylonicum florere maximè cœpit, & quo Ioakim rex Iuda victus est, & capta vrbs, & tributa imposita, & vasa templi quædam Babylonem translata, vt videmus quarto Regum vigesimo quarto, & secundo Paralipomenon trigesimo sexto, & Daniel cum socijs, & quibusdam alijs captiui abducti, Dan.

Septuaginta anni à desolatione vrbis & templi, vsque ad secundum annum Darii colligũtur ita. Nabuchodonosor viginti septẽ numerato anno decimo nono, cuius mense quinto facta est desolatio, quarto Regũ vltimo, Euilmerodach viginti tres, Balsassaris tres, Cyri septem, Cambysis octo, Darij duo. Secundus enim annus Darij erat septuagesimus à desolatione.

35 Hoc, quod diximus, docent nobilissimi autores, Clemens Alexandrinus in primo Stromate prope medium scriptum reliquit: Et perseuerauit captiuitas annis Lxx vsque ad secundum annum Darij filij Histaspis. Loquitur autem de perfecta captiuitate, quando vrbs desolata est. Hinc citat, & exponit Eusebius in Chronicis, & post eius verba hæc subijcit: Quod autem septuagesimus annus desolationis rẽpli, altero anno Darij fuerit expletus, domesticus testis est Zacharias propheta secundo anno Darij dicens: Iste septuagesimus annus est. Et Hieronymus in proœmio Commentari. in Haggæum: secundo anno Darij Regis Persarum filij Hystaspis septuagesimum annum desolationis templi fuisse completum, quem Ieremias vaticinatus est, Zacharias quoque prophera testis est. Idem docet initio fere capitis primi in Zachariam, & in illud Ezecielis quarto: Et tu dormies super latus tuum sinistrum. Et Augustinus decimo octauo de Ciuitate, cap. vigesimo sexto, & Nicephorus Constantinopolitanus in Chronographia, capite sexto, Theodoretus in capite primo Zachariæ, & in nonum Danielis in principio, & in primum Ezecielis fere in principio. Atque hos autores distinguere annos desolationis ab annis captiuitatis, satis ex eorum verbis constat. Verba Eusebij de annis desolationis retulimus; de annis autem captiuitatis ait: Colligitur omne tempus captiuitatis Iudæorum annis Lxx, qui secundum quosdam à tertio anno Ioakim, vsque ad vigesimum annum Cyri regis Persarum computantur. Porrò secundum alios à Iosiæ Iudæorũ regis anno decimo tertio, sub quo Ieremias cœpit prophetare, vsque ad primum annum Cyri, &c. *Quibus verbis, & si nihil certi statuat Eusebius de initio eorum & fine; perspicue tamen annos captiuitatis separauit ab annis desolationis, quos dixit secundo anno Darij fuisse terminatos. Similiter Hieronymus, cũ annos desolationis nominat, secundo anno Darij finem accepisse dicit, vt in prologo Comment. Haggęi, & in c. 4. Ezecielis. At annos captiuitatis in primo anno Cyri terminat in illud Ier. 25. Et seruient omnes gentes istæ. Sicut Ierusalẽ, inquit, post Lxx annos recipit pristinos habitatores, &c. quod de fine imperij Babylonici, & de initio regni Cyri dici ab eo, satis intelligitur ex loco, quẽ exponit. Et apertius in illud c. 29. Quia hæc dicit Dominus: Cum cœperint impleri, &c. Nisi enim Lxx anni expleti fuerint Cyro rege Persarũ relaxante captiuos, nequaquam in patriam reuertemini, & tunc mea promissa cõplebo, vt reducam vos ad locum istum. Theodoret* in 9. c. Danielis, & in primum Ezecielis, conciliat Ieremiã cum Zacharia, & Hesdra, docetq; vtrumq; prophetam Lxx annos constituisse captiuitatis, sed non ab eodem anno numerare: primo anno incipientes à prima captiuitate, qua victus est Ioakim: Zachariam verò initium capere ab vrbis excidio, & nouissima captiuitate vsque ad secundũ annũ Darij filij Hystaspis. Hæc dixi, ne quis annos captiuitatis, & annos desolationis distingui debere commentum putaret Hebræorum & multorum ex recentioribus, qui eos sequuntur. *Immò & hoc Iosephus tradidit, qui si oscitanter legatur, videtur in primo anno Cyri semper Lxx annorum finem constituere. Is igitur libro vndecimo Antiquitatum, capite primo, ita incipit: Primo anno regni Cyri, qui fuit transmigrationis nostræ Babylonicæ septuagesimus, &c. Recte quidem, quoniam ab anno primo Nabuchodonosor cœpere Iudæi abduci Babylonem, vt dixi numero trigesimoquarto. Et libro decimo, capite vndecimo. Scribit desertam fuisse Iudæam totam cum Ierusalem, & templo per Lxx annos. In priori loco de annis transmigrationis, siue captiuitatis loquitur, in posteriori de annis desolationis. Quare licet annos multo plures numeret posterorum Nabuchodonosor libro vndecimo capite duodecimo, non est dubium deprauatos esse Græcos codices, & Latinos, quoniam ipse semper septuaginta fuisse dicit. Deprauatus etiam est numerus libro primo contra Apionem in verbis Berosi, non enim colliguntur nisi sexagintasex anni, cum ipse Lxx fuisse dicat. Et continuò Ipsephus dicit templum desolatum fuisse annos septem, quod nemo non videt esse vitiatum. Si quando autem Iosephus, aut Berosus ab eo citatus libro primo contra Apionem, Lxx annos computare videntur à desolatione vsque ad Cyrum: intelligamus ab initio desolationis, id est, à primo anno Nabuchodonosor, quo capta est vrbs, & pars vasorum asportata Babylonem, tunc enim desolari cœpit, donec paulo post consummata est desolatio. Sicut transmigrationem Babylonicam vocat initium transmigrationis, vt nunc dicebamus.

Nunc ad Ieremiæ verba veniamus, vt omnia plenius confirmentur, & explicentur quædam, quæ aduersari dictis videri possent. Ieremias sine dubio de Lxx annis captiuitatis loquitur, ab initio Nabuchodonosor vsque ad Cyrum, tot enim annos floruit imperium Chaldæorum sub Nabuchodonosor, & eius posteris, donec per Cyrum translatum est ad Persas, & Medos capite vigesimoquinto. Verbum, inquit, quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ, in anno quarto Ioakim filij Iosiæ regis Iuda, ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis, &c. videlicet paulo ante quam Nabuchodonosor obsideret Ierusalem. Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum, & adducam super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes, quæ in circuitu illius sunt, &c. Et erit vniuersa terra hęc in solitudinem, & in stuporem, & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis Lxx annis. Qui hæc, & superiora audierit, de nouissima desolatione dici putabit, quoniam vsque ad illam non est posita terra in solitudines sempiternas, & in stuporem. At solent multa dici à prophetis, quę non simul fiunt, sed incipiunt fieri, & paulatim ad finem veniunt suum, vt diximus Mich. 2. numer. 60. *Itaque prædicit quod ab illo primo anno futurum erat, ex eo enim cœpit Nabuchodonosor varias subijcere nationes, & est sensus: seruient omnes gentes regi Babylonis Lxx annis, durabit earum seruitus, donec expleantur Lxx anni, qui regno Babyloniorum concessi sunt, non tamen omnes seruient Lxx annis integris, sed quæ citius subijcientur, pluribus annis seruient, quæ serius, paucioribus. Ierusalem septuaginta annis seruiuit, quia primo anno Nabuchodonosor capta primum est. Hoc explicant verba sequentia: Cumque impleti fuerint Lxx anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dñs, iniquitatem eorũ, & super terrã Chaldæorum, & ponã illam in solitudines sempiternas. Tantum ergo Lxx anni dati erant imperio Chaldæorum, qui Balsassare victo, & interfecto à Cyro, terminati sunt: septuaginta autem annos regni Chaldæorum inuenire non poterimus nisi à primo anno Nabuchodonosor inceperimus. Hinc autem incipiendum esse ex altera de eiusdem annis prophetia apud eumdem Ieremiam capite 29. apertius cognoscimus. Hic dum regnum Sedechiæ stabat, & vrbs integra erat, scripsit ad Iudęos, quos Nabuchodonosor abduxerat Babylonem tempore Ioakim, & filij eius Iechoniæ, in hunc modum: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel omni transmigrationi, quam transtuli de Ierusalem in Babylonem. AEdificate domos, & habitate, plantate hortos, & comedite fructum eorum, &c. Quia hæc dicit Dominus: cum cœperint impleri in Babylone Lxx anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum istum. Ii, ad quos, scribit, iam erant Babylone. Si autem Lxx annos futuri erant Babylone, ergo hi anni non sunt ab vrbis desolatione computandi, quia cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

desolatio facta est iam illi aliquot annos Babylone captiui vixerant. Aut certe dicendum esset hos omnes reuersos esse in Ierusalem regnantibus posteris Nabuchodonosor, quod cum omnium patrum sensu, & cum Scripturæ veritate pugnat. Indicant hoc manifestius verba Hebraica; nam vbi legimus: Cum cœperint impleri in Babylone L x x anni, non est in Hebræo & in Chaldæo. In Babylone, sed לְבָבֶל, Babyloni, hoc est regno Babylonis: ita quod est in nostra translatione ad eundem sensum est interpretandum: Cũ cœperint impleri L x x anni in Babylone, id est in regno Babylonis, siue, qui concessi sunt regno Babylonis. * Vidimus Lxx annos Ieremiæ incipere à primo anno Nabuchodonosor. Simulque vidimus in primo anno Cyri finiri. Quod si quis adhuc manifestius videre vult nunc esse completos, legat vltimum caput Paralipomenon, in quo hæc sunt verba: Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi, & filiis eius, donec imperaret rex Persarum, vt impleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret terra Sabbata sua: cunctis enim diebus desolationis egit Sabbathum vsque dum complerentur L x x anni. Anno autem primo Cyri regis Persarum ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri, &c. Hæc vltima verba eadem sunt Hesdræ primo. Hinc & Daniel ait capite nono: In anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum, anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerorum annorum, de quibus factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem L x x anni. * Anno primo Darij auun uli Cyri, qui simul cum Cyro vicit Babylonios, & eis imperauit, cum nec dum Dominus suscitasset spiritum Cyri, vt dimitteret Iudæos, quos eodem anno dimisit. Videns Daniel impletum esse tempus ab Ieremia prædictum, quoniam finitum iam erat regnum Chaldæorum, & ad Medos Persasque translatum, cœpit orare Dominum, ne peccatis populi libertas promissa differretur, sed rediret in Ierusalem, & citò templum ædificaretur. Propterea cum ait: Vt complerentur desolationis Ierusalem L x x anni, non loquitur de desolatione consummata anno decimo nono Nabuchodonosor, sed de desolatione inchoata, quæ videlicet à primo anno Nabuchodonosor cœpit, cum ab eo vrbs expugnata est, & vasa quædam templi cum captiuis asportata in Babyloniam, donec anno vndecimo Sedeciæ, & decimo nono eiusdem Nabuchodonosor omnino vrbs cum templo desolata est. Sed quid magnum intellexit Daniel, cum regnantibus iam Persis, & Medis quisque facilè posset intelligere impletos esse L x x annos Ieremiæ, qui regno Babylonico concessi fuerant, præsertim cum regnaret Cyrus, quem indicato etiam nomine Isaias capite quadragesimo quinto vaticinatus fuerat dimissarum in patriã Iudæos. * Respondendum est, Danielem non ita dixisse, quasi magnum aliquid, & obscurum intellexisset, aut reuelationem de eo accepisset: sed indicat quantum esset, quantumque experat populi libertatem, & ædificationem templi, & vrbis. Solebat legere Ieremiam, & tandem regnantibus iam Dario, & Cyro intellexit impleri L x x annos. Quamuis prophetiæ facilè tum intelliguntur, cum completæ sunt, dum non implentur, sunt intellectu difficiles, quoniam ad varia possunt referri, nec constat hoc ne, an illud voluerit propheta, cum vtrumque voluisse possit, aut fortè aliquid aliud, quod nec hoc sit, nec illud. Dubitare prius poterat quando L x x anni inciperent, incipiente ne regno Nabuchodonosor, an cum Assyriorum monarchiam post aliquot annos transtulit ad Assyrios: nam & ipse Daniel non à regno, sed à monarchia numerauit annos Nabuchodonosor capite secundo. Anno, inquit, secundo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium, vt tibi ex Iosepho interpretatur Hieronymus. Et cum Cyrus iam esset rex Babylonis, non constabat super Cyrum ne visitaturus esset, vt ita populum dimitteret, an super alium, denique multa erant dubia, quæ nunc perspicua sunt. * Ex his duo constant. Primum est, etiam si annos numerare non possemus, non esse dubitandum, quin L x x anni fuerint à prima captiuitate, siue à primo anno Nabuchodonosor vsq; ad Cyri

41

42

Locus Daniel. 9.

43

44

& toti-

& totidem à desolatione consummata vsque ad secundum annum Darij. Alterum est Ieremiam non prophetasse de L x x annis desolationis, quos impleri dixit Zacharias secundo anno Darij, sed tantum de annis captiuitatis. Scio Hieronymum dixisse in proœmio commentario in Haggæum, & initio primi capitis in Zachariam: secundo anno Darij regis Persarum filij Hystaspis septuagesimum annum desolationis templi fuisse completum, quem Ieremias vaticinatus est, Zacharias quoque propheta testis est. Sed scio librum Paralipomenon, & Esdræ, & Danielis de annis captiuitatis completis primo anno Cyri Ieremiam exposuisse. Immo & ipse Hieronymus in capite vigesimoquinto, & vigesimonono Isaiæ eodem modo exposuit, vt iam diximus. Scio etiam commentarios in Ieremiam scriptos esse ab eo post reliquorũ prophetarum commentarios, sicut in prologo commentario eiusdem ipse docet. Post explanationem, inquit, duodecim prophetarum, Esaiæ, Danielis, & Ezecielis ad extremum Ieremiam manum mittimus. Itaque correxit hic quod prius dixerat, sicut omnibus scriptoribus vsu venit.

41 Iudæi

Illud postremo restat explicandum, quomodo Iohannis secundo dixerint Iudæi: Quadraginta, & sex annis ædificatum est templum hoc, quod de templo secundo dicebant, quod secundo anno Cyri cœptum, & diu interruptum, tandem sexto anno Darij absolutum est: cum nos confirmauerimus à primo anno Cyri vsque ad secundum Darij non nisi decem & septem annos fluxisse. Itaque iuxta id, quod diximus viginti annis ædificatum est. Hæc quæstio nobis sanè molesta, facilis Hieronymo erit, & Bedæ, & ceteris, qui cum illo putant Cyrum regnasse triginta annos: addunt enim octo Cambysis, & Magorum, & duos Darij, atque ita vsque ad secundum annum Darij quadraginta numerant à capta Babylone à Cyro. Ita Hieronymus in primo capite Zachariæ, & in quartum Ezecielis, & Rupertus hic. Ita coguntur fateri ab vrbis desolatione vsque ad Cyrum triginta tantum annos fuisse, vt in capite quarto Ezecielis fatetur Hieronymus. Sed abunde comprobauimus triginta annos Cyri non numerari à capta Babylone, sed ab initio regni eius apud Persas, septimoque anno imperij Babylonici obijsse. * Præterea à desolatione vrbis vsque ad initium regni Euilmerodach viginti septem annos computat sacra historia, vt vidimus Daniel tres annos regni Balsassaris nobis tradidit: nihil ergo relinquitur temporis regno Euilmerodach, cui nemo fere est qui non multos annos tribuat. Deinde si à desolatione ad Cyrum non nisi triginta anni sunt, nullo modo poterit Hieronymus efficere L x x annos Ieremiæ, quos vbique confiretur. Nam si à captiuitate Iechoniæ incipiat, vt facit in capite quarto Ezecielis, cum ille vndecim annis præcesserit desolationem, vnus & quadraginta ab eo ad Cyrum vsque computabuntur. Si, vt nos, à captiuitate Ioakim, octo addentur, aut septem. Aliunde incipere non potest longius, quoniam quarto anno Ioakim prophetauit Ieremias venturum esse Nabuchodonosor, cui Iudæi seruituri erant L x x annis. Si autem à desolatione vsque ad Cyrum multo plures triginta fuerunt, fieri nullo modo potest vt à Cyro vsque ad Darium quadraginta computentur. Quare moueri non debemus verbis Iudæorum, quadraginta, & sex annis ædificatum est templum hoc: qui enim hoc dicebant, de vulgo erant, & rem ignotam narrabant, aut certe CHRISTO succensentes, à quo cæci erant à templo prudentes, & scientes mentiti sunt, & plures annos dixerunt, vt maiorem illi inuidiam facerent. Euangelista narrauit quod dixerant, & verum est quod narrat, dixerunt siquidem id, sed ipsi falsum dixerunt. Ita visum est Iohanni Eckio in resolutione de septuagenario in fine capitis primi Haggæi, ita etiam Lyrano, post illam cõputationem de triginta annis Cyri, quam vidit non esse satis firmam. Origenes quoque tomo duodecimo in Iohannem ait: * Quomodo quadraginta, & sex annis extructum fuisse Iudæi dicant templum hoc, si historiam sequamur, dicere non possumus: Iudæis ergo Iudæos obijciemus, illiteratis eruditos, nemo enim eorum, qui sacras literas interpretati sunt, tot annos templo assignauit, sed multo pauciores. Obijciemus & Iosephum,

45

46

47

Universidad de Deusto
Biblioteca

quit opus intermissum fuisse dixit per annos nouem ab anno, quo cœptum est vsq; ad secundum Darij, libro vndecimo Antiquitatum, capite tertio. Denique cum non vulgus modo, sed eruditiores quoque multa de lege, atque prophetis ignorasse, multa malenolè mentitos esse videamus, quæ Euangelistæ tradiderunt, quid mirum est ignorasse quot annis templum fuerit ædificatum, quod & Iosepho, & doctissimis quibusque semper difficillimum fuit? Atque hactenus de Lxx annorum quæstione; in qua consultò immoratus sum, quoniam veritas apud multos varietate opinionum, & argumentorum difficultate ita obscurata est, vt nusquam appareat: apud alios apparet quidem, sed nuda, nullisque munita præsidijs, vt nec nomē suum tueri valeat, nec resistere aduersarijs. Nunc iam ad Prophetæ verba redeamus.

48 *Et respondit Dominus angelo.* Angelum docet Deus, vt per eum Propheta doceatur, vt poscit aptissimus ordo diuinæ prouidentiæ.

Verba bona, verba consolatoria. Hieronym⁹: Bona, de futurorum promissione, consolatoria de præsentium necessitate. Quæ autem sint hæc, statim angelus docet Prophetam.

Zelatus sum Ierusalem, & Sion zelo magno Zelus dicitur dolor cum ira mistus, cum te, quam nos cupimus, alter potitur, aut cū eam male tractari, affligique cernimus. Priori modo accipitur Ezec. decimo sexto. Et auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius, id est, non dolebo, nec puniam te, etiam si te mœchari videam. Et Deuteronomij trigesimo secūdo: Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Vbi nos habemus: Prouocauerunt, & Prouocabo; est in Hebræo idem verbum, quod hic vertitur, Zelatus sum, id est, קנא & sensus est: Dolore, & zelo me affecerunt cum idola adorarent, qui mei erant: at ego eos quoque zelo implebo, cum ipsis relictis gentium populos vocabo, & in gratiam meam recipiam * Posteriori modo accepit Ioel. capite secundo: Zelatus est Dominus terram suam, id est, doluit tam graiter vexari ab inimicis. Et nunc ait: Zelatus sum Ierusalem, &c. Doleo, atque irascor, tam crudeles fuisse Chaldæos, & alias nationes in Iudæos, quod verba sequentia indicant. Sion, & Ierusalem fere semper pro eodem accipiuntur, quando vero alio qua, vt in hoc loco, distinctio subindicatur, Sion dicitur ciuitatis pars superior, in qua erat arx munitissima, & domus regum Iuda. Euersa est autem à Chaldæis, non solum reliqua ciuitas in qua erant minores domus, sed etiam Sion, in qua regum palatia, & nobilium domos diruerant, & cremauerant. *Sion, & Ierusalem.*

Super gentes opulentas. Contra gentes potentes, cuiusmodi sunt Chaldæi.

Quia ego iratus sum parum. Docet cur grauiter eis succenseat. Ego, inquit, irascebar populo meo, & punirt eum volebam, at non ita crudeliter: excesserunt modum, & magna in eos immanitate sæuierunt. Hieronymus: Nunc irascitur super gentes opulentas, quòd ipse tradiderit eos ad corripiendum, illæ vero sæuierint in traditos: hic, vt filium à pædagogo voluerit emendari, illæ, vt hostem interficere, & punire conatæ sint, &c. Similiter loquitur Dominus eidem Babyloni. Isa. 47. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & tradidi eos in manu tua: nō posuisti eis misericordias. Super senem aggrauasti iugum tuum valdè, & dixisti: In sempiternum ero domina. 50

Ipsi verò adiuuerunt in malum. Adiuuerunt iram meam, sed hostiliter delendo Iudæos, & immanius affligendo.

Reuertar ad Ierusalē in misericordijs. Desinceps propitius ero Ierusalem, eamque magna misericordia, & multis beneficijs prosequar.

Et perpendiculum extēdetur super Ierusalem. Iterum ædificabitur, non enim extendunt artifices perpendiculum, nisi cum ædificant.

Adhuc effluent ciuitates meæ bonis. In Hebræo, & in Græco est: Diffundentur, seu spargentur, in bonis, sumpta metaphora à vasis, quæ cum plenissima sunt diffunduntur, seu disperguntur, idque significat.

Effluent bonis. Plures codices habent: Affluent bonis, nec malè id quidem dicitur, sed magis proprium, atque elegans est: Effluent, propriè enim est affluere foras fluere, foras diffundi, siue spargi, vt apud Catonem de re rustica, c. 1. Si habebis aquā, vinum

vinum effluet, aqua manebit, & apud Cic. 1. de diuinatione: Siue deest naturæ quippiam, siue abundat, atque effluit.

Et eliget adhuc Ierusalem, id est, Beneficijs illam afficiet vt electam, licet hactenus reprobari visa sit.

ALLEGORIA.

Quid sit verbum Domini fieri ad Zachariam in anno secūdo Darij, diximus Hagg. 1. num. 33. & 34. In ceteris vsque ad illud: Vidi per noctem, ipsa historia moralis est, & expositione morali minime indiget, sicut docuit sanctus Gregorius in fine libri. 20. Moral. Quæ deinde sequuntur, Allegoricè explananda sunt. Non est tamen prætercūdum quod ait: *Iratus est Dominus super patres vestros iracundia.* &: *Nolitis sicut patres vestri, ad quos clamabant prophetæ priores,* &c. Cū Deus vel morte, vel corporis, aut etiam animæ damnis peccantes plectit, & illis sæpe mederi vult, quos plectit, & ceteros terrere, ne plectantur, sicut ait Dauid: Ostēdisti populo tuo dura, potasti nos vino compūctionis. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui. Nam si iram Dei sæuire in peccatores videmus, saxei sumus, & sensus omnis expertes, nisi timeamus, cum eadē, aut etiam grauiora peccauerimus. Itaque Dei punitio locutio quædam Dei est, & exhortatio ad pœnitentiam ijs etiam, qui nō puniuntur. De quo præclarè ait in Hosee: Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauē, post tergum tuum Beniamin. Ac si dicat: Cum de vicinis tuis peccantibus pœnas sumo, & congregari omnes iubeo, vt venientem propulsent calamitatem, si quo modo possint: intelligite admoneri, quoque ò Beniamin, post cuius tergum hæ ciuitates sitæ sunt. Resipisce Beniamin fili dexteræ, fili fortis, & periculum ex fratribus tuis facito tibi quod ex visu sit, ne in te quoque crescens grassetur incendium.* Sed quoniam domesticis exēplis magis mouemur, patres nonnūquam punitur ne fili puniātur. Sed si filij tū etiā paternę impietatis imitatores extiterint eo grauioribus suplicijs digni erunt, quo Deū non minantem, sed iam flagellantem, & ferientem impudentius contempsere. Tunc fit illud in Isaia repetitum: In omnibus his non est auersus furor eius, sed ad huc manus eius extenta: post quam enim patres, aut amicos nostros percussit, extenta est manus eius, vt percutiat nos nisi peccare desinamus, & præterita mala plangamus plangenda iterum non commissuri. Cur esset post tot pœnas manus eius extenta non tacuit Propheta: Et populus non est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt. Audiamus ergo Prophetas Dei, immo & Deum ipsum per se loquentem, cuius vocem in scripturis audimus, & per Ecclesiarum magistros quotidie in nostris auribus sonantem cognoscimus, ne comprehendant nos, quæ locutus est Dominus exercituum, & sicut cogitauit facere nobis, secundum vias nostras, & secundum adinuentiones nostras faciat nobis. 31

Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum. Hanc visionem Hieronymus, & Rupertus Allegoricè de CHRISTO interpretantur, sed Rupertum omitto, qui nullam rationem habet historiæ, & violenter exponit. Hieronymum sequi optabam, quoniam ducem obscurissimæ visionis, & quæ vere per noctem visa est neminem præterea habebam, qui tamen non quid ipse sentiat, sed quid Ecclesiarum magistri dixerint, nobis ob oculos ponit, intelligit autem veteres scripturæ tractatores, quorum hæc est expositio. In viro sedente super equum rufum CHRISTVM intelligunt, in equo rufo corpus eius cruore passionis infectum, in myrtetis, siue in duobus montibus, (vt verterunt Lxx,) duo testamenta, vel angelos, qui ei in carne posito ministrarunt, vel plurimos sanctos. Equi rufi, varij, & albi apostoli sunt, & viri apostolici, qui missi sunt per orbem: qui dicunt: Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quiescit, quia per Euangelium CHRISTI, quod recepit, pace, & quiete fruitur. Quod autem misericordia postulatur, vt in ista anno septuagesimo misereatur Deus Ierusalem, & vibium Iuda hoc significat, neque vrbes Iuda, id est, animas confitentes Deum, habituras plenam libertatem, & quietē, donec veniat annus septuagesimus, 53

Universidad de Deusto
Biblioteca

quo exeuntes de Babylone huius sæculi dicamus illud: In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati. * Diu mecũ cogitaui quomodo posſem hanc allegoriam ad historiam accommodare, necdum tamen inueni. Etenim cum dicitur: Et ecce omnis terra habitatur, & quieſcit, planè de reliqua terra intelligitur, quæ non pertinet ad Ieruſalem, neque ad vrbes Iuda. Si autẽ Ieruſalem eſt Eccleſia, & terra quieſcit, quia Euangelica pace fruitur, omnis illa terra eadem eſt cum Ieruſalem, & cum vrbibus Iuda. Ipſa ergo Ieruſalem etiã habitatur & quieſcit, nec eſt, quod angelus conqueratur. Præterea Zacharias videt hanc viſionem anno ſeptuageſimo, quo finem sæculi intelligi volunt, & beatitudinem ſanctorum: omnia igitur referenda ſunt ad ea, quæ illo tempore fient, nõ ad ea, quæ iam facta ſunt, aut nunc fiũt. Omitto alia, quæ diligens lector in hac Allegoria deſiderabit, ſi Hiſtoriam intueatur. Ego quod in re difficillima occurrit, ſeruata hiſtoriæ veritate, & proprietate dicã, In Ieruſalẽ, & Eccleſia Catholica intelligi poteſt & populus Iudæorum ad Chriſtum cõuerſus. Quemadmodum enim ea, quæ in illo populo geſta ſunt, frequenter ſignificant quæ gerenda erant in Eccleſia: ita etiam interdum ſignificant, quod in eodem populo futurum erat in rebus ſpiritualibus, vt vrbis euerſio, & Iudæorum captiuitas ſub Nabuchodonoſor ſignificabat eos à Romanis propter Chriſti cædem eſſe deuaſtãdos, & à Deo reiectos in Diaboli poteſtatem, & diuturnam captiuitatem eſſe venturos. * Quare hæc viſio & propriè de populo Iudæorum exponi poteſt, & de vniuerſa Eccleſia. De Iudæis prius exponam*. Videmus nunc in quantis malis ſint Iudæi reiecti à Deo carentes vrbe, templo, ſacerdotio, rege, prophetis, vt eſt in cap. 3. Hoſeæ explicatum. Liberandi ſunt in fine sæculi, vt ibi docet idem propheta, & Paulus manifeſtiſsimè Rom. 11. Viſio ergo eſt in nocte, quia nunc in magnis malis, & in magnis tenebris verſantur, ſed has tenebras dies conſequetur, cum quærent Dominũ Deum ſuũ, & Dauid regem ſuũ. Vir aſcendens ſuper equum rufum Chriſtus eſt, qui non eſt oblitus huius populi, è quo multos Deus elegit, & cuius patres, ex quibus ipſe Chriſtus eſt ſecundum carnem, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in sæcula, Amen. De quibus Paulus, Rom. 11 ſecundum Euangelium quidem inimici propter vos, ſecundum electionem autem cariſſimi propter patres. Equus rufus calamitoſum huius populi ſtatum ſignificat, qui in peccatorum ſuorum ſanguine voluratur, & immundus eſt. Significat etiã vltionem à Chriſto ſumendam de eius hoſtibus, id eſt de Diabolo: ſiquidem propter huiuſmodi vltionem ei dictum eſt Iſa. 63. Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum? Et Apoca. 19. Et veſtitus erat veſte aſperſa ſanguine, & vocatur nomen eius verbũ Dei. * Ita equum rufum ſum interpretatus, vt magis ad hiſtoriã accedam, & vt hic equus cum ſequentibus congruat, vbi ait Prophe ta: Et poſt eum equi rufi, varij, & albi. Sed de Chriſti corpore paſſione cruentato rectè etiam interpretabimur cum Hieronymo, & cũ Ambroſio in libello de Fide Reſurrectionis prope finem. Stabat inter myrteta, quæ erant in profundo, id eſt inter electos Iudæorũ, qui in profundo malorũ, & cæcitatis miſerè iacebant. Myrteta autem dicuntur, nõ propter pulchritudinem, quã tunc habebant, ſed propter eam, ad quam erant electi, & propter id, quod ait Paulus: Secundum electionem autẽ cariſſimi propter patres. Quod autem inter eos ſtat, ſignificat ſe velle eos ex illis malis eripere. Equi rufi ſunt apoſtolici viri, quos De⁹ miſit perambulare terram, vt omnes gentes audiant Euangeliũ, antequam veniat conſummatio, vt pollicitus eſt Dominus Matthæi. 24. Rufi, propter ſanguinem, quem multi pro Chriſto fundent in conuerſione gentium, albi, propter virginitatem, & inſignem corporis, atque animi puritatẽ, varij, propter varias, admirabileſque virtutes, & propter varietatem ſignorum, quibus doctrinam confirmant Euangelicam: ita enim ferè exponit Hieronymus & Ambroſius in libello de Fide Reſurrectionis. Loquimur autem non de equis, ſed de ſeſſoribus equorum, quorum virtutes colores equorum indicant. * Poſſunt etiam in his coloribus virtutes populorum gẽtium eædem ſignificari, quibus equites hi prædicauerant, ſanguinem videlicet martyrij, quem gentes conuerſæ fundent ingruente perſecutione Antichriſti, &c. vt ſemper hiſtoriæ hæreamus. Prædicatores per orbem miſſi reſpondent Chriſto: *Omnis terra habitatur, & quieſcit*, quia intrabit plenitudo gẽtium, vt ait Paulus Rom. 11. antequam conuertatur Iſraël. Et licet tunc multi futuri ſint increduli, & Antichriſti ſectatores, at qs ipſi electi varijs ſint vexandi perſecutionibus, non dubitant dicere: Omnis terra habitatur, & quieſcit, quia cum omnis dicitur, electi ſoli ſæpè intelliguntur, vt Ioh. 12. Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipſum, id eſt, omnes electos, vt Auguſtinus, & alij expoſuerunt. Et in hoc ipſo, quod modo dicebamus ex Paulo: Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc, vt non ſitis vobis ipſis ſapientes, quia cæcitas ex parte cõtigit in Iſraël, donec plenitudo gentiũ intraret, & ſic omnis Iſraël, ſaluus fieret, id eſt, electi omnes ex Iſraël. Et Epheſ. 4. Ad conſummationem ſanctorum, in opus miniſterij, in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. * Quia ergo electi in Eccleſijs ſuis erunt, & nullis perſecutionibus recedent ab Eccleſia, neque turbabuntur omninò, ſed foris turbati, intus diuina conſolatione confirmabuntur, ſicut cum Paulus ſcribebat: Nam & vinctis compaſſi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Et: Non ſolum autem ſed & gloriamur in tribulationibus, rectè dicunt: Omnis terra habitatur, & quieſcit. Tunc reſpondit angelus Domini, id eſt, Chriſtus magni conſilij angelus: *Domine exercituum, vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem*, id eſt, vſquequo manebunt in incredulitate ſua tribus Iuda, & cetera tribus Iudæorum, quibus iratus es vſque in hodiernum diem, vſque ad annum ſeptuageſimum, id eſt, vſque ad finem ſæculi? Annus ſeptuageſimus, quo populus verè liberatus eſt, & vrbis muros, templumq; ædificat, atque optata libertate potitur, finem ſæculi deſignat, quo iuſti inimicorum omnium iniurijs, & tyrannide liberati in Ieruſalem cœleſti quieſcent, nullique ſeruient. * Et quia tunc Dominus hac voce placatus cito ad ſe conuertet Iudæos, ait: *Et reſpondit Dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria*. Dicit ſe contrarijs poteſtatibus iraſci, quòd tam vehemẽter populum illum excæcauerint, velleque deinceps ædificare Ieruſalem, id eſt, erigere gẽtem illam iacentem, vt de Synagoga Sanctã fiat Eccleſia Dei. De vniuerſa Eccleſia paucis mutatis eadẽ viſio exponetur. Prope finem sæculi ſæuiente rabie Antichriſti Chriſtiani in magnis periculis, laboribuſq; verſabuntur; ſed Chriſtus, qui ſuorum nequaquam obliniſcitur, & ſi obliuiſci ad tẽpus, & quaſi nihil videre videatur, ſtat inter myrteta, id eſt, inter iuſtos virtutibus varijs pulchros, vt eos liberet, & è luto aquarum multarum extrahat, ſicut ait in Habacuc. c. 3. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutẽ cum Chriſto tuo, &c. Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Super equum rufum ſedet, quia populi ſui hoſtes interfecturus eſt. * Viri apoſtolici per orbem miſſi, dicunt omnem terram habitari, & quieſcere, quia in omnibus prouincijs, & vrbibus ſoli Chriſtiani vexantur, ceteri quieſcunt, Antichriſto minimè lædente non repugnantes. Tunc magni conſilij angelus perit, vt Ieruſalem, id eſt, Eccleſia Romana, & vrbes Iuda, id eſt, cetere Eccleſiæ huius filiæ, & diſcipulæ requieſcant tantis perſecutionibus liberatæ. Dominus reſpondet verba bona, verba conſolatoria, pollicetur citò eſſe interficiendum Antichriſtum à victore Chriſto, & Eccleſiam pace fruituram. Iterum perpendiculũ eſſe extendẽdum ſuper Ieruſalem, vt muri eius reædificentur, qui corruerant, id eſt, reducendos eſſe nonnullos, qui metu perſecutionum negauerant, & à Chriſto receſſerant. Omnia ſunt manifeſta, illud tantum valdè difficile videtur, quomodo Deus dicatur iratus Eccleſiæ Lxx annis. Quod ita ſoluendum videtur, Lxx anni, quibus populus Dei Babylonicæ ſeruitutis iugũ pertulit propter peccata ſua, totum huius ſæculi tempus ſignificat, quo Eccleſia in exilio laborat, & à Babylonijs, hoc eſt à filijs eiuſdem ſæculi exercetur, & affligitur propter peccata, quibus iram Dei in ſe prouocauit. Et ſi enim interdum non puniendi, ſed probãdi cauſa iuſtos Deus affligat, plerumq; tamen vtrumque efficere vult. * Eſt quidem Eccleſia ſancta, eſt formoſa, ſed nigra, multos habet iuſtos, ſed plures peccatores, quorum peccatis Deus iratus multis eam exercet modis. Ipſi etiam iuſti multa tuendæ vitæ huius, aut temporalium commoditatum cauſa faciunt, quæ tametſi grauia non ſint, Deum tamen prouocant, vt eos cum iniquis plectat, & rerũ, quas plus æquo amarunt, iactura multet, vt eſt præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarè apud Augustinum, lib. 1. de Ciuit. cap. 9. cuius verba, quoniam rem totam continent, subscribam libenter. Excepto enim, inquit, quod vnusquisque quamlibet laudabiliter viuens, cedit in quibusdam carnali concupiscentiæ, & si non ad facinorum immanitatem, & gurgitem flagitiorum, atque impietatis abominationem; ad aliqua tamen peccata, vel rara, vel tanto crebriora quanto minora. Hoc ergo excepto, quis tandem facilè reperitur, qui eosdem ipsos propter quorum horrendam superbiam, luxuriam, & auaritiam, atque execrabiles iniquitates, & impietates, Deus, sicut minando prædixit, conterit terras, sic habeat, vt habendi sunt, sic cum eis viuat, vt cum
62 talibus viuēdum est? * Plerumque enim ab eis docendis, admonendis, aliquādo etiam obiurgandis malè dissimulatur, vel cum laboris piget, vel cum os eorum coram verecundamur offendere, vel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant, & noceant in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas. Ita, vt quāuis bonis vita malorū displiceat, & ideò cum eis nō incidant in illam damnationem, quæ post hanc vitam talibus præparatur, tamen, quia propter ea peccatis eorum damnabilibus parcunt, dum eos in suis, licet leuibus, & venialibus metuunt, iure cum eis temporaliter flagellentur, quamuis in æternum minimè puniantur, iure istam vitam, quando diuinitus affliguntur cum eis, amaram sentiant, cuius amando dulcedinē peccantibus eis amari esse noluerunt. Hæc August. Et quoniam dum durat sęculum, hæc fiunt, & ira Dei nihil est aliud quam punitio, meritò dicitur Deus iratus Ierusalem, & vrbibus Iuda, donec ad meliorem vitam translatę nihil peccent, & plenè diligant Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima
63 sua, & ex totis viribus suis. * Quo in loco notandum est ex sentētia Ambrosij, & Hieronymi, & magistrorum Ecclesiæ, quos citat, & Ruperti, & aliorum, qui Hieronymū sequuntur, Christum vt hominem orare pro nobis; oēs enim interpretantur hūc virum, siue angelum, qui dicit: Domine exercituum, vsquequo non miserereris Ierusalem? Christum significare, à quo hæc verba aliena non iudicant. Sed hoc alterius loci est.

TROPOLOGIA.

Moraliter, Christus est inter myrteta, id est, inter electos suos multis Diaboli tentationibus agitatos, quorum pars est in Ierusalem, qui Babylone, id est, confusione peccatorum relicta venerunt, vt templum Domini ædificarent, sicut in Haggeo latius exposuimus: pars est in Babylonia, id est, sub Diaboli seruitute, sed myrti vocantur, quoniam & si nunc peccato deformes sint, pulchri tandem per gratiam futuri sunt. Venit vt liberet hos quidem à seruitute, illos à vitentationum, quibus premuntur, vt vincant, & triumphent. Qui Babylonis regi seruiunt, liberabuntur, si velint: qui à Diabolo impugnantur, bono animo sint, fortior est Dei gratia, quam tentatio Diaboli, nemo vincetur inuitus; quamuis multas habeat Diabolus artes nocendi, plures, ac potentiores Christus habet iuuandi. * Cum 64
tela ignea emittit nequissimus, & crebris arietibus muros pulsat virtutum nostrarū, versetur nobis ante oculos magni consilij angelus equo rufo insidēs, & pœnas de nostris hostibus sumpturus: nihil hoc duce desperandum, nihil timendum, ne dissoluantur corda nostra, sed sint sicut cor Leo
Isa. 31. nis. Dicite pusillanimis: confortamini, & nolite timere: ecce Deus noster vltionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & saluabit vos. Equi rufi, varij, & albi, sunt fideles serui, & prudentes, qui animas Deo quærunt vndique, & testantur omnem terram habitari, & quiescere, id est, in omni loco, & in omni conditione hominū multos esse, qui Deo adhærentes tranquillitate animi fruantur, vt hac quasi æmulatione ignitos erigant, oppressos tentatione confirment, dū turpe putant se, qui plus à Deo acceperunt, & in statu sublimiore sunt, Diabolo cedere, quem alij conculcant, & conterunt sub pedibus suis. Hos Christus Patri offert, & eorum, vt misereatur, poscit, quibus irat⁹ fuerat Lxx annis, id est, valdè diu, septenarius enim multitudinem significat, vt diximus Mich. 5. nume. 60. quare septuagenarius, qui septem decadas habet, multo maiorem multitudinem indicat, nam decas, siue denarius, numer⁹ perfectus, & plenus est. * Iratus autem Deus dicitur, non ijs 65
tantum, qui semel ceciderunt, nec resurgunt, sed illis quoq;, qui cadunt, & frequenter à Deo erecti frequenter recidunt, & segniter pugnant, nec se illis armis tuentur,

quæ

quæ ipse fortissima contra hostes præbuit. Tunc respondet Dominus angelo, qui loquitur in nobis, id est, angelis custodibus nostris verba bona, verba consolatoria, vt nos bona spe excitent, libertatemque promittant laborantibus; & quo melius de nostra salute speremus, fortiores que simus ad pugnandum pro libertate, cum aduersarijs addit: *Zelatus sum Ierusalem, & Sion zelo magno*, sponsum, & amatorem animarum nostrarum esse se docet, caram sibi esse vitam nostram, molestum quod ita vexemur à Diabolo. Iratus nobis fuerat, quia magnis beneficijs affecti nullam fere grati animi significationem dabamus, sed nobis tantum gratificari studebamus, & ideo nos in potestatem hostium tradiderat, vt mala durissimæ seruitutis experti pluris faceremus libertatem, sicut ait: Nō stillabit furor meus
Osea 11. super Ierusalem per manum Sesac, verumtamen seruient ei, vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarū. Sed Diabolus, quos semel cepit, grauissimè afflixit, & bonis omnibus paulatim spoliabat, & ideò ait: *Quia ego iratus sum parum, ipsi*
65 *vero adiuuerunt in malum.* * Reuertitur ad hu iusmodi animas in misericordijs, & adiuuat eas, vt ædificent in se domum Domini, quæ ceciderat, & extendatur perpendiculum super Ierusalem. Quidam sine perpendiculo ædificant, quia proficere virtutibus cupientes nequaquam vera regula adhibita, quæ lex Dei est, considerāt quid rectum sit, quid obliquum, sed oculis meritēs pro perpendiculo, id est, voluntati suæ, carniq; iudicium relinquentes, quasi rectum amplectūtur quod libet, & quod concupiscentia suadet, sicut mulieres illæ (in quib⁹ procaces animæ, & leues, seque ipsas amantes intelliguntur) dicunt Ieremiæ: Sermonem,
Ier. 44. quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te, sed facientes faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro. At cum Domin⁹ reuertitur ad Ierusalem in misericordijs, & plenè animā occupat, extenditur perpendiculum super Ierusalem, & omnia Dei volūtate definiuntur, pulsaque concupiscentia regnat spiritus, & lex Dei, sicut de beato viro dictū est: In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die, ac nocte. Tunc ciuitates Dei, id est, animæ sanctæ, in quibus Christus rex est, & inhabitator, effluent bonis, non enim tantum habent, quod sibi satis sit, sed etiamnum bonis, & in alios effundunt, quos factis, & dictis incēdunt ad pietatem. Et quia Deus mirum in modū consolatur animas, quę domum Domino ędificāt ad perpendiculum, & alijs vtiles sunt, vt Deus glorificetur in omnibus, atque eas miris replet voluptatibus, semperque nouis beneficijs auget, rectè ait: *Et consolabitur Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem.*

HISTORIA.

Et leuaui oculos meos, & vidi. Leuare oculos est mente attendere ad visionem, quæ in imaginatiōe obijcitur: Cyrillus initio capit. 2. Eleuat oculos Propheta, nō quidem illos, quibus foris cernimus, sed interiores. 67

Et ecce quatuor cornua. In cornu vires, potentiamque victorū significari satis ostendimus Hamos. 6. nu. 41. Ideò hic regna potentia, quæ grauiter læserunt populū Dei, cornua dicuntur, & Chaldæus vertit: Et vidi quatuor regna. Hieronymus, & Hebræi, primum cornu dicunt esse Babylonios, qui euerterunt Ierusalem: Secundum, Medos, & Persas, in quibus Cambyses Iudæos vexauit, tertium, Græcos, qui grauiter eosdē afflixerunt, vt videmus in libris Machabæorum: quartum, Romanos, sub quibus alienigenæ regi Herodi traditi sunt, & eius posteris, deinde tandem deleti sunt à Tito & Vespasiano. At hęc explicatio, tametsi multorum est, multa habet difficilia. Nam Prophera prædicit nunc Iudæis vltionem, quā sumpturus erat Deus de illis regnis, à quibus afflicti fuerant, idcirco dixit: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerūt Iudam, & Israël, non quæ ventilabunt. Quo argumēto motus est Cyrillus, vt opinionem hanc reijceret. At Græci, & Romani nihil tunc Iudæis nocuerant. Deinde fabri, qui statim ostenduntur, veniūt ne ea regna vlterius noceāt Iudæis, & hæc est consolatio, quæ eis promittitur. At post tempus Zachariæ grauius afflicti sunt à Romanis, quam olim à Chaldæis. Quæ autem consolatio esset postquā Iudæi penitus vastati sunt à Romanis, tunc venire fabros, vt eos deterrerent? * Tertiò, 68
Persæ, & Medi boni, & mites fuerunt in Iudæos, & quamuis Cambyses prohibuerit templum, & vrbem ædificari securitati regni sui consulens, nulla tamen alia in re eis molestus fuit. Quomodo igitur de his dici potest: Hæc sunt cornua, quæ ventilauerūt

Iudam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudā, aut quæ leuauerūt cornu ſuper terrā Iuda, vt diſpergerent eam? Quartò. Hęc regna tantum nocuere Iudę, id eſt, duabus tribubus, cur ergo dicit: Hęc ſunt cornua, quę ventilauerunt Iudam, & Iſraël, & Ieruſalē? Propterea multo magis mihi placet expoſitio Theodoreti, quæ quibuſdam etiam Hebræorum placuit, per quatuor cornua quatuor orbis partes deſignari, à quibus potentiſsimæ gentes inſurrexerunt in Iudam, & Iſraël, & magnis eos calamitatibus affecerunt. Ab occidente ſiquidem Palæſtini ventilauerunt Iudæos, à Meridie Idumæi, & AEgyptij, ab Oriente Moabitæ, & Hammonitæ, à Septētrionibus Aſſyrij, & Chaldæi. Quæ gentes omnes, Chaldæis exceptis, no ſolum duas tribus, ſed decem etiam vehementer læſere. Has Propheta pollicetur puniendas eſſe à Deo, quod Iudam, & Iſraëlem iniuria affecerint, vt vidim⁹ Sopho. 2. vbi id quoque ab alijs prophetis prædici oſtendimus.

69 *Quę ventilauerunt Iudam.* Perſtat in metaphora cornuum, nam fortia animātia cornibus ventilant, & ſurſum proijciunt imbecilliora, vt diximus Hamos. 6. num. 41. Hoc eſt: Hæ ſunt gentes, quæ vicerunt, & afflixerunt Iudam, & Iſraël, & Ieruſalem, id eſt, maximè Ieruſalem, in quam, vt in totius terræ metropolin, & principem acrius ſæuierunt.

Quatuor fabros. Inſtructos videlicet malleis, aut alijs ferramētis, vt deterrerent cornua, quod ſtatim explicabimus: ex inſtrumentis enim cognouit Propheta fabros eſſe, & aliquid facere velle artis ſuæ; quærit ſiquidem: *Quid iſti venerunt facere?*

Per ſingulos viros. In Hebræo apertior eſt ſenſus בְּפִי אִישׁ, id eſt, ſecūdum os viri, hoc eſt: quantumquiſque illorum voluit, tanta enim erat eorum potentia, vt Iudæi reſiſtere non valerent. Os pro voluntate capi adnotauimus Hoſeę. 10. num. 17. & Hamos. 6. nume. 20. Ex his ſumi poſſet hic ſenſus noſtræ tranſlationis: Per ſingulos viros, id eſt, per ſingulos principes horum regnorum, quaſi dicat, omnes principes, qui volebant populum Iudæorum lædere, lædebant, & quantum quiſque volebat, lædebat. Verū ſciendum eſt Hebræis פֶּה, id eſt, os, poni aliquoties pro ſingulis, vt ſicut ſingula capita dicimus, & intelligimus ſingulos homines, ita ipſi dicant os ſingulos homines. Sumptum videtur à diſtributione ciborū, 01.

in qua ora nominari ſolent, quia de cibis agitur, quomodo apud Hiſpanos dicunt nonnulli, decem ora domi meæ habeo, id eſt, decem homines alendos. Genc. 47. *Et alebat eos, omnemque domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis. Pro ſingulis eſt in Hebræo לְפִי, id eſt, ad os, ita etiam in Chaldæo, LXX κατὰ στόμα, id eſt, ſecundum corpus, id eſt, ſingulis corporibus ſingulas mēſuras. Hiſpanus diceret, Præbēs cibaria per caput, aut per barbam, id eſt, per ſingulos homines. Propterea nunc vertit Hieronymus, Per ſingulos viros, id eſt, ſinguli viri ventilabant, vel etiam ſinguli viri ex Iſraël ventilabantur, nemo relinquebatur, ita intellexit Hieronymus, & hoc melius conuenit cum eo, quod ſequitur: Et nemo eorū leuauit caput ſuum. Itaque duos ſenſus habent Hebraica.

70

Et nemo eorum leuauit caput ſuum. Ita ventilauerunt Iudam, & Iſraël, ita eos oppreſſerunt, vt nemo ex Iſraëlitis caput leuauerit, id eſt, reſiſtere illis potuerit, & iugum excutere. Leuare enim caput lætorum eſt, atque liberorum, qui vincunt, & more ſuo viuunt, vt Luc. 21. His autem fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Leuare caput.

71

Et venerunt iſti deterrere ea. Iſti fabri ferramentis ſuis inſtructi venerunt, vt deterrerent cornua, & procul à Iudæis abigerent, ne vlterius eis nocerent. Atque ita factum eſt: nam poſt reditum è captiuitate Iudæi vicinas nationes, à quibus læſi fuerāt, ſubegerunt, vt vidimus in Habdia, & in cap. 2. Sophoniæ. Hi fabri angeli ſunt, vt aiūt Hieronymus, Cyrillus, Theodoret⁹, quos ego arbitror principes eſſe cuſtodum Ieruſalē, & aliarum ciuitatum Iudæ. Cur autem fabri ad hoc veniant, aut cuius artis fabri ſint, Commentarij fere nō docent, nos ex verbi Hebraici proprietate explicabimus חָרַשׁ Hebræis quiuis artifex dicitur, ideò ſolet aliquid addi, vt ars intelligatur, vt Iſa. 44. Faber ferrarius lima operatus eſt. Et poſtea: Artifex lignarius extendit normam. Sed cū abſolutè ponitur, ſolet fabrum ferrarium ſignificare, vt. 1. Reg. 13. Porro faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſraël, in Hebræo abſolutè ponitur חָרַשׁ. Ita hic fabros ferrarios intelligere debemus, quoniam cornua, de quibus nūc ſermo eſt, ferrea eſſe intelliguntur, vt 3. Regum. 22. Fecit quoque ſibi Sedecias cornua ferrea, & ait:

Hæc

Hæc dicit Dominus: His vētilabis Syriam, donec deleas eam. Veniebant igitur fabri, vt remouerent cornua.

72 Cornua cornuum.

Vt deijciant cornua gentium. Gentes leuauerunt cornu ſuper Iſraël, id eſt, poteſtatem, & dominatum habuerūt, nam leuare cornua victoris eſt ventilantis, & ſurſum proijcientis victos, vt Pſalm. 74. Dixi iniquis, Nolite iniquè agere, & delinquētibus, Nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altū cornu veſtrum, id eſt, Nolite minores opprimere, & poteſtate veſtra ſuperbè abuti in pauperes, & imbecillos. 1. Reg. 2. Exaltatum eſt cornu meum in Deo meo, dilatatū eſt os meum ſuper inimicos meos. Ita etiā poſſumus interpretari illud Luc. 1. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo Dauid pueri ſui, id eſt, Leuauit cornu ſuum ad ventilandum hoſtes noſtros, & ad ſaluos faciendos nos. Hoc autem cornu eſt Chriſtus, qui eſt ex domo Dauid. Quoniam igitur gentes ſuperbè cornu ſuum leuauerant, & Iudā ventilauerant, nunc fabri deijciunt ea, vt iam non ventilent Iudæos.

Cornu Luc.

Vt diſpergerent eam. Vt ventilarent eam; idem enim verbum eſt in Hebræo, quod ante vertit Ventilare.

TROPOLOGIA.

73 Cornua impiorum per. cutiono-

Quatuor cornua inimicorum noſtrorum, quatuor præcipuę animi perturbationes ſunt, vt rectè interpretatur Hieronymus, quæ ſunt capita, & quaſi matres reliquarum, gaudium, dolor, timor, ſpes, ſiue cupiditas. Hæc ſunt cornua ferrea Diaboli, quibus ventilat Iudā, id eſt, electos, & confitentes Deum, & Iſraël, id eſt, liberius viuentes, & idola huiuſmodi colentes, & ipſam Ieruſalem, in qua eſt templum, & ſacerdotiū, & ſacrificia, id eſt eos etiam, qui ſanctiorem, & perfectiorem vitam inſtituunt, & Euangelica conſilia ſectantur. Quidquid enim mali facimus, quidquid omittimus boni, ideo facimus, aut omittimus, vt gaudeamus poſſeſsione rerū, quas amamus, aut, vt dolorem arceamus, quo afficeremur, ſi non poſſideremus. Timor nos deterret à virtutibus, quas libenter amplecteremur, niſi laborem, & dolorem timeremus. Spes, ſiue cupiditas, nos ad omnia mala incitat, dum inde gaudium, voluptatemque ſperamus. Hæc cornua pauci vident, prius feriuntur, prius ventilantur, quam agnoſcant: propterea Propheta leuat oculos ſuos, vt videat cornua, & Diabolum his in nos irruentem, vt nos ventiler. Eleuatione ergo oculorum (vt Hieronymus ait) opus eſt, & intelligentia ſpirituali, vt videamus contrarias fortitudines, quæ contra nos eleuauerūt cornu ſuum. *Hinc mali homines, & ſeductores, miniſtri Diaboli ſiue fidem peruerrant, vt hæretici, ſiue mores bonos, cornua habere dicuntur, aut cornutis animalibus aſsimilantur, quoniam aliquo horum cornuum Diaboli in ſanctos irruunt, vt ventilent. Vt, circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obſederūt me. Et: Salua me ex ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meā. In lege etiam ſcriptū eſt: Si Bos cornu percuſſerit virum, aut mulierē, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius. Bos percutit, quando is, qui bonus, & nulli nociturus videbatur, eos, quibuſcum verſatur, verbo, aut exemplo ferit, & ad peccatum allicit; habebat enim cornua, quibus noceret, tametſi manſuetudinem ſimulabat. Et, quia nonnunquam huiuſmodi homines non ſolūm infirmos feriunt, ſed etiam fortiores, benè dicit: Si Bos cornu percuſſerit virum, aut mulierē. Bina cornua habere ſolent hæc animalia, quia duobus contrarijs terrent gaudio, ſi facias, dolore, ſi recuſes, ita etiam timore, & cupiditate, ſed altero tandem cornu feriunt, eo videlicet, quod fortius eſſe vident ad ictum. Lapidibus obrui iubetur, vt iterū non feriat, vt totus lateat, ne cornua ipſa mortuo etiam bouc, vel offenſionis cauſa eſſe poſsint, vel doloris. * Qui enim populo præſunt, dare operam debent, vt exemplis ſanctorum, verbiſque Scripturarum, quæ lapides ſunt, quos Dauid aduerſus gigantem pugnaturus è torrente Scripturarum limpidiſsimos elegit, obruatur ille, qui nocuit ceteris, ita, vt neque ipſe deinceps ferire poſsit iam correctus, aut prout decet punitus, & ipſa cornua occultentur, vt iam nulli ſint erroris occaſio, quæ fecerat, aut perſuaſerat. Carnes comedi vetat, quia in ijs, qui vel fidei noſtræ nocherunt, vel moribus, ea etiam fugienda ſunt, quæ profutura videbantur, ne occultum inde quodammodo malum in ſecuros ſerpat. Cum Eccleſia libros hæreticorum igni tradi iubet, & ne ea quidem, quæ bona, & vtilia in eis videntur, legi ſinit, quid aliud facit, quā præ-*

74 Corruptrices animarum cornuris animalibus aſsimilantur.

Pſal. 21.

Exho. 21.

Bos cornu petit.

75

1. Reg. 17.

Libri hæreticorū cornua boum eorum petę.

cipere,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipere, vt bouis cornupetæ carnes non comedantur. Difficile enim est bouem detestari, cuius carnes comedendæ probantur, & non placere autorem, cuius placent scripta. Quatuor fabri, qui Prophetæ ostendũtur à Domino, quatuor virtutes sunt autore Hieronymo, prudẽtia, iustitia fortitudo, temperantia: remouent enim, & fugant illa cornua Diaboli, & eleuata deijciũt. Possumus & alias assignare, quæ aduersus singulas perturbationes militent, pœnitentiam aduersus gaudium, mortificationem, siue abnegationem sui aduersus dolorem, patientiam, aduersus timorẽ, contemptionem sæculi aduersus spem. * Hæc quidem cornua ventilauerunt Iudam, & Ierusalem per singulos viros, vt pauciſsimi sint, quos non vel omnino, vel ex parte vincant, & nemo eorum leuauit caput suum, quia dũ illos victos, & captos tenebãt, resistere nõ audebant: sed ab his quatuor fabris deterrentur, quoniam, qui videt se peccasse in optimum parentem, & mansuetisimum Dominum, amat gemitus pœnitentiæ, & gaudium inane sæculi vitat. Qui sibi displicere, & se abnegare assueuit, vt Deo placeat, contemnit dolorem. Qui patientia gaudet, & laboribus pro Christo ferendis quasi saginatur, non frangitur timore. Qui vidit caduca esse bona sæculi, & se peregrinum esse, & aduenam, sicut omnes patres suos, cupiditatem, & spem vanam repellit. Sed hoc etiam addamus, quod ait Hieronymus: Qui vitia destruunt, virtutes ædificãt, omnesque sancti, qui hæc remedia posidentes instaurant semper Ecclesiam, fabri appellandi sunt. Vnde & Apostolus loquebatur. Quasi sapiens architectus fundamentum posui. Et iratus Dominus de Ierusalẽ ablaturum esse se dicit architectum, & virũ sapientem. Et ipse Dominus Dei omnipotentis Filius, & creatoris omnium, fabri filius appellatur.

Quatuor virtutes, quatuor fabri deterrẽtes cornua.

76

1. Cor. 3. Isa. 3.

Matth. 13.

CAP. II.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixi: Quo tu vadis? Et dixit ad me. Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit longitudo eius, & quanta latitudo eius. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum istũ, dicens: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumẽtorum in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circumitu: & in gloria ero in medio eius. O, ò, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniã in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus. O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis, quia hæc dicit Dominus exercituũ: Post gloriã misit me ad gentes, quæ spoliauerũt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi eius: quia ecce, ego leuo manum meã super eos, & erunt prædæ his, qui seruiebant sibi: & cognoscetis, quia Dominus exercituum misit me. Lauda & lætare filia Sion: quia ecce, ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Et applicabũtur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erũt mihi in populũ, & habitabo in medio tui: & scies, quia Dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit Dominus Iudam partem suã in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

HISTORIA.

Et ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. Non est dubium, quæ scripta sunt in hoc

1

hoc capite, de Ecclesia esse intelligẽda, sed vtrum Allegorico sensu, an Historico, valdè dubium est, quod etiam in multis prophetarum locis solet occurrere. Autores partim huic sensui, partim illi fauent. Nam Cyrillus, & Theodoretus de Ierusalem Historicè exponunt, de Ecclesia Allegoricè, quorum sententiæ subscribere videtur Hieronymus, ait enim: Nos autem iuxta spiritualem sensum hæc omnia interpretamur in Ecclesia. Alij Historicum sensum omnino de Ecclesia esse volunt, vt Philastrius Episcopus Brixiensis in libro de hæresibus, cap. Hæresis de funiculo mensorio in Zacharia propheta, & Lyranus, & quidã alij. Mitto eos, qui Allegoricum ferè sensum sectari solent, Rupertum, inquam, & Glossam vtramque. Quod si Hieronymus attente legatur, hunc potius sensum sequitur; nã initio capitis reijcit sensum de vrbe Ierusalem. Vocauit autem hunc sensum spiritualem, non quod Historicus nõ sit, sed quod sit absconditus, neque is sit, quem superficies literæ præ se fert; ita enim crebro sancti doctores loquuntur, sæpeque dicunt locos aliquos Scripturæ, nõ iuxta Historiam, sed spiritualiter esse intelligendos, cum nullus esse possit locus, qui sensum Historicũ non habeat. * Mihi ad has ambiguitates regula certissima est, quæ me magnis laboribus liberat, vt eum ea, quæ dicuntur, proprie accipi possunt, vt verba sonant, nec quid habent absurdi contra veritatem, aut contra sanam fidei, morumve doctrinam, nullo modo dubitem eum esse Historicũ sensum. Si autem maiora sint, quã, vt possint illi rei conuenire, de qua dicuntur, pro certo habeam alium sensum occultiorem, & sacratiorem esse quærendum, qui quamuis spiritualis videatur, Historicus tamen sit. De quo dixi Hag. 1. nume. 28. & sæpe hac regula vsus sum. Quemadmodum, quæ scripta sunt in Psalm. 71. titulum quidem habẽt Salomonis, verum quoniam tam grandia sunt, vt Salomonis dignitatem longè superent, constat de alio Salomone esse scripta, qui filius Dauid est, & filius Dei. Quare si quis ostendere poterit, quæ dicũtur in hoc cap. vere facta esse in vrbe Ierusalem, sine dubio mihi probabit cum esse Historicum sensum: sed, quia id ostendi rectè non potest, quia longè grandiora sunt. Superest, vt Historicè de Ecclesiæ felicitate interpretemur post salutarem regis nostri aduentum.

Testatur quod dico Iudæi, cum enim aui madnerterent nunquam visa esse in Ierusalem, quæ propheta noster vaticinatur, ad futura tempora Messiæ sui, quẽ decepti semper expectant, omnia referunt. Hoc autem perperuo obseruãt tam Hieronymus, quã omnes orthodoxi scriptores, & nos hactenus pro nostra paruitate obseruauimus, vt plurima, quæ in propheris dicuntur de felicitate Ierusalem, & in ea gesta non sunt: sicut Iudæi ad tempora sui Messiæ, & quidã ex veteribus Judaizantes ad Christi regnũ mille annorũ in terra referunt, ipsi ad vbertatem bonorum spiritualium in nouo testamento, & ad ea, quæ fiunt in Ecclesia, sine dubitatione referãt. Vide cap. 13. Tobiæ, Ioelis tertium, Hamos. 9. & alia multa, de quorum intelligentia hanc regulam tradidimus Hamos. 9. num. 44. Denique hoc in verbis ipsis videbimus, cum exponentur. Illud fortasse apertius, quam vt admoneri debeat, non satis esse quædam conuenire terrenæ Ierusalem, nisi conueniant omnia; nam cum verba Scripturæ apta sint inter se se, & catenãta, cum quædam non conueniunt, ea docent nequeilla, quæ videntur conuenire, de ea re dicta esse. * Etenim in Psalm. 71. multa conueniunt Salomoni, sed quia alia, quæ similiter dicuntur, minimè conueniunt, nõ de Salomone, sed de Christo rege pacifico interpretamur. Et quoniã prophetæ ita de præsentibus agebant, vt futura non omitterent, solent postea, quæ ad illum populum pertinebant, de aduentu Christi, & de mysterijs Ecclesiæ in rebus eiusdem populi adumbratis vaticinari. Ita nunc Zacharias cum de reædificatione, & libertate Ierusalem multa dixisset, transit more prophetico ad Ecclesiam, cuius figura fuit eadem Ierusalem, & prædicit eius felicitatem, ac multitudinem hominũ omnium nationum, qui in ea futuri erant. Cur autem Ierusalem, & genti Iudæorum promittantur, quæ promittuntur Ecclesiæ, initio cap. 8. plenius explicabimus, vnde hæc omnia melius intelligentur. Verba ergo iã exponamus. Cum oculos mentis leuasset, vt attente videret, quod ei Dominus intus ostendebat, vidit virum, id est, angelum viri specie, & in manu eius funiculus mensorum: quare significatum est vrbem esse ædificandam, de qua Dominus ait: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Solent enim artifices antequã

3

Reg.

4

Matth. 16.

ædificent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ædificent, dimetiri ateæ longitudinem, & latitudinem funiculo, qui propterea mensorum dicitur, id est, quo mensores vtuntur ad aream dimetiendam, vt singulæ partes ædificij iustam habeãt magnitudinem. Similis visio est apud Ezec. cap. 40. Et ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius.

Vt metiar Ierusalem, & videam quanta sit longitudo eius. Id est, Quantam habere longitudinem, & latitudinem debeat, vt scilicet capere possit innumerabilem hominũ multitudinem, qui in ea futuri sunt. Allegorica locutione, siue metaphora vrbis Ierusalẽ, docet magnam quãdam vrbem à Christo esse ædificandam, quæ capere valeat innumerabiles ciues ex toto orbe terrarũ confluentes, id est, Ecclesiam.

Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur. Vt nouam renelationem ad me afferret de futuris, vt exposuit S. Dionysius in libello de cœlesti hierarchia, ca. 8. de quo iterum dicemus initio cap. 4.

Et angelus alius egrediebatur. Vidi alterũ angelum venientem in occursum angeli mei, qui reuelationem ei nouam afferebat, vt mihi narraret; erat enim angelus hic superior, & docet, atque illuminat angelum inferiorem, per quem docendus erat Prophera, vt exigit ordo diuinæ prouidentiæ: quemadmodum ibidem interpretatus est Dionysius.

Puer. *Loquere ad puerum istum.* Si puerum alicuius diceret, seruum, aut famulum intelligeremus, vt cum dicitur Luc. 1. In domo Dauid pueri sui, & Act. 4. Aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti. Sed quemadmodum nec seruus, nec famulus sine eo ponitur, cuius seruus, vel famulus est, ita nec puer, cum pro famulo accipitur. 6 * Quod si puerũ vocari dicas, quia discipulus erat illorum angelorum, quoniam Isa. 8. scriptum est: Ecce ego, & pueri mei, &c. memento ibi pueros dici יְלָדִים, quod magis filios significat à יָלַד, quod est Peperit, aut Genuit, vt Hoseę. 1. Et fac filios fornicationum, & Gen. 33. Diuisitque filios Liæ, & Rachel. Aut certè infantibus, & pueris hoc nomen datur, quasi paulò ante genitis. At hic legimus נַעַר, quod propriè nomen ætatis est, & puerum, siue adolescentulum significat, & inde etiam ministrum, quod pueri ministrare maioribus soleant, & facilè faciant, quod iubẽtur. At cum ministrum significat, semper ille additur, cuius minister est: cum nomen est ætatis, absolutè ponitur. Quare mihi nomen esse videtur ætatis, quod tunc iuuenis esset Zacharias. Scio quosdam dicere senem fuisse, cum venit è captiuitate: sed id ex Scriptura probare non possunt, nos in eo, quod dicimus, proprietatem verborũ eiusdem Scripturæ retinemus. Nisi quis dicat cum Glossa Interlineali puerum dici, quia ad comparationem angelorum omnis humana natura, vel scientia, puerilia dicitur: quod desumptũ est ex Hieronymo, in verba paulò post sequentia: O, ô, fugite de terra Aquilonis. Sed mihi placet etiã nunc quod dixi, quoniam angeli non solent viros vocare pueros, vt nunc faciunt. Hoc tamẽ addiderim, solere senes etiam grandiores iuuenes pueros vocare, quod modo angelũ, quasi maiorem natu, facere arbitror.

7 *Absque muro habitabitur Ierusalem.* Tanta erit in ea hominũ multitudo, vt nullis muris possit contineri. Loquitur de ingẽti hominum multitudine, quæ ventura erat ad Ecclesiam, de qua Dauid sub eadem metaphora vrbis Ierusalem, Psalm. 86 inquit: Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic. Numquid Sion dicet: Homo, & homo natus est in ea? id est, dicetur Ierusalem, Plurimi homines nati sunt in te. Iam nunc videre incipimus prophetiam huius cap. non de Ierusalem esse, sed de Ecclesia, neque enim id vnquam contigit Ierusalem, vt sine muris habitaretur, immò muros paulò post ædificauit Nehemias, vt constat ex eius libro, cap. 2, &. 3. & 4. & si quando interrupti fortè erant ab hostibus, continuò diligenter reficiebantur. 1. Mach. 4. Et ædificauerint in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, ne quando venirent gentes, & conculcarent eum, sicut antea fecerunt. Quidam ex nostri temporis scriptoribus, qui probare nititur Historice hæc impleta fuisse in Ierusalẽ, hoc loco haud improbabiliter nostram oppugnat sententiã. Caue, inquit, credas Ierosolymam muris caruisse; habuit enim muros, quos Nehemias ædificauit: sed intellige extra muros habitasse grandem ciuium multitudinem. Nam Iosephus habet, tot ciues extra muros habitasse, vt ea habitatio vocaretur Bezetha, id est, ciuitas noua. * Vbi lector attẽ-

Psalm 86

Isa.

tentissime cõsidera, quod eã nouã ciuitatẽ rex Agrippa muris voluerit ambire, & cũ fundamenta recisset, ne hæc ꝓphetia Zachariæ sua veritate fraudaretur, opus ab eo cœptũ omnino cessauit. Retulit eisdẽ ipsius verbis quid hic auror sentiret. Itaq; sensum esse discit: Absq; muro habitabitur Ierusalem, tãta erit ciuiũ multitudo, vt multi extra muros habitent. Hic ego lectorẽ, quem ipse attentissimum posco, tantum non dormitantẽ volo, vt videat an possit dici habitari absque muro ciuitas, de qua in eodem loco, id est, lib. 6. de bello Iud. ca. 6. Iosephus idẽ hæc scripta reliquit: ciuitas autem trino muro circumdata erat, nisi qua vallibus inuijs cingebatur, ex ea namque parte vnius muri habebat ambitum. Videat etiam an Bezetha habitata fuerit absque muro, de qua hæc sunt eiusdem verba Iosephi: Quinta quartus collis incolebatur cui nomen est Bezetha, situs quidem ex aduerso Antoniæ fossis autem altissimis separatus. Deinde cum dixisset Agrippam regem murum Bezethæ inchoasse, sed metu Claudij Cæsaris, ne res nouas moliri videretur, non vt Zachariæ prophetia impleretur, fundamẽtis tantummodo iactis, ab opere destitisse, murum à Iudæis absolutum fuisse dicit.* Rursus autem, inquit, idem murus etiã Iudæorum studio fabricatus ad viginti cubitos creuit. Et minas quidem binis cubitis, propugnacula vero trinis habebat, totaque altitudo ad viginti quinque cubitos erigebatur. Murum autem supereminebant turres viginti quidem cubitis in latitudinem, viginti vero in altitudinem quadratis angulis structæ, & sicut ipse murus plenæ, ac solidæ. Præterea structura, ac pulchritudo saxorum nihil erat templo deterior. Post altitudinem vero turrium solidam, viginti cubitis elatam, cellæ desuper ac cœnacula erant, aquarumque pluuialium receptacula, & tortuosi, latique singularum ascensus. Hæc Iosephus. Num habitari absque muro Bezetham dicemus? Si ergo non fuit ab Agrippa muris septa ne prophetia Zachariæ sua veritate fraudaretur, fraudata est cũ paulò admodum post septa est. Sed fraudari veritate Zachariæ ꝓphetia nõ potuit, nõ igitur de hac Ierusalẽ vaticinatus est Zacharias* Dices forte ante quã murus fieret, habitata est Bezetha absq; muro. Hoc autor hic nõ dixit, sed murũ nõ fuisse absolutum ab Agrippa, ne prophetia Zachariæ veritate sua fraudaretur. Et merito nõ dixit, nã dũ ciues pauci extra muros habitãr, nõ dicitur ciuitas habitari absque muro, vbi autẽ crescente multitudine murus extruitur, neq; ita dicetur habitari absque muro. Omittõ quod suburbana ædificia muris adiacẽtia pars vrbis sunt, sunt autem vbique vrbes quã plurimæ, quę permulta habẽt ciuium domicilia adiuncta muris, neq; tamẽ propterea quisquam dixit habitari vrbes illas absque muris: & quidem cũ in nonnullis paulo minor ciuiũ numerus habitet extra mœnia, quam intra. Deinde pro, Absq; muro, in Hebr. פְּרָזוֹת quod, si Hebræis credimus, vrbes absq; muro, & munitione, & in planitie positas significat, quod in Ierusalẽ cõuenire nõ potest, quę, vt docet Iosephus lib. 6. de bello. c. 6 in quatuor collibus sita erat natura valde munitis. Et quidã ꝓ, Absque muro, interpretãtur, ac vertunt, Vicatim, quod nullus sit murus, sed multi vici cõiuncti, quę ciuitates sine fine dilatari possunt, itaq; ingens significatur Ecclesiæ capacitas.* Sed quomodo ad Ecclesiã accõmodari poterit, quod sequitur: Prę multitudine hominum, & iumentorum? In ciuitate nemo est, qui nõ videat crescẽte multitudine hominũ, iumentorũ quoq; numerũ, augeri, quę sub hominis cura sunt, & quibus homines egẽt. Quidã (vt ait Hie.) in hominib⁹ intelligũt Iudęos, qui rationabiliter secundũ legem viuebant, in iumentis vero, ethnicos. Alij homines volunt esse eruditos scientia scripturarũ, iumẽta vero simplices quosq; credentiũ, & de his dici Psal. 35 Homines, & iumẽta saluabis Dñe. Mihi etiã iumenta vidẽtur illi dici, qui cũ sint in Ecclesia, more iumentorũ viuũt corpus solum curantes, & præsentia quęrẽtes, negligẽtes futura: multos eñ huiusmodi habet Ecclesia, propter quos dictũ est. Isa. 9. Multiplicasti gentẽ, non magnificasti lętitiam. Qui & ob hoc rectè iumẽta dicũtur, quod prosunt iustis, & corũ causa cõseruantur.

Iumenta.

Et ego ero ei (ait Dñs) murus ignis in circuitu. Quoniã vrbs sine muris expolita est periculis, & hostiũ incursib⁹: nequis talẽ futurã Ecclesiã crederet, quę absq; muro erat habitãda, dicit Dñs se ei ꝓ muro futurũ. i. magna cura eã seruaturũ, atq; defensurũ.* Nec se murũ lapideũ, aut etiã ęneũ futurũ pollicetur, sed murũ igneũ, qui lõge terreat hostes nec accedere vllo modo sinat: Theod. Ero ei murus, qui transiri, & transcendi non posit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

posſit, hunc enim vocat murũ ignis. Nam quemadmodum pyra ingens transiliri nequit, ſic non vinci poteſt, qui gratia Dei cuſtoditur, &c. De hoc ſcriptum eſt Pſal. 124. Dominus in circuitu populi ſui.

Et in gloria ero in medio eius: Vel legendum eſt, In gloriam, vel certe, In gloria poſitum eſt pro In gloriam, vt paſsim in Paulo fieri videmus; & in noſtra traſlatione eſt valdè vſitatum: eſt enim in Hebræo לְכָבוֹד, id eſt, In gloriam, & apud LXX, εἰς δόξαν, quod idẽ eſt. Id eſt, Non ſolum protegam eam, ſed etiam glorioſam reddam, & multa dignitate inſignem. Theodoretus: Non modo ei omne robur ſuppeditabo, ſed & illuſtrem, & admirandam reddam, vt eius gloria per omnem orbem terrarum perueagetur. Licet etiam cum Hieronymo exponere. Eccleſia perfruetur gloria Dei in ſe habitãtis, particeps erit claritatis Dei, & maieſtatem eius multò clarius intuebitur, quam ceterę totius mundi congregationes. Hoc elegantèr dixit Iſaias, cap. 60. Surge, illuminare Ieruſalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. Quia ecce, tenebræ operient terram, & caligo populos; ſuper te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.

13 *O, ô, fugite de terra Aquilonis.* O, vocantis eſt, idem quod Heus, Heb. הוֹי, & ô geminatum contentionem clamoris indicat, ac ſtudium vocantis. Vocat autem ſub nomine eorum, qui Babylone remanſerant, omnes electos, tam ex Iudæis, quam ex gentibus, qui tempore Euangelij erant per orbẽ diſperſi, vt fugiant de terra Aquilonis, id eſt, de Babylone, hoc eſt, de poteſtate Diaboli, & de nequitia ſæculi huius, & concurrant ad Eccleſiam, in qua bonis ſibi à Deo paratis perfruantur. Babylonem vocat terram Aquilonis, quoniam iuxta Scripturæ conſuetudinẽ plagæ orbis, quas Græci appellãt ἀσίαρκα iuxta ſitũ Ieruſalẽ intelligũtur, & templi, vt hic adnotat Hieronymus, & cap. 6 in illud: Egrediebantur in terrã Aquilonis. Iuxta ſitum autem Ieruſalem, Babylon Aquilonaris eſt, vt oſtẽdimus Ioe. 2. n. 41. Hic iam mihi fortaſſe ſuccẽſebit diligẽs lector, & vim me literæ afferre dicet, quod cum Propheta vocet Iudæos, qui Babylone manſerant, Cyro eos dimittẽte, ego electos, qui per orbẽ diſperſi ſunt, vocari cõfirmẽ. At ego ex hoc ipſo loco, vbi ait: Quoniam in quatuor ventos cœli diſperſi vos, apertius etiam expoſitionem hanc continuò comprobabo. Hoc prius dicam, Babylonem vocari aliquoties in Scriptura mundum hunc cũ ſuis diuitijs, & voluptatibus, qui ſanctos ſemper inſectatur, quomodo illud plurimi exponũt, Apoc. 18. Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum, &c. Nec valdè diſsimile videtur quod eſt in Pſal. 86. Memor ero Rahab, & Babylonis ſcientium me. Babylon

14 *Quoniam in quatuor ventos cœli diſperſi vos.* Id eſt, De omnibus mundi partibus, in quibus diſperſi eſtis, ô electi mei, fugite, & venite ad Eccleſiam. Hoc populo Iudæorum conuenire non poteſt: quo modo enim probari poterit, eos fuiſſe per omnes orbis partes diſperſos? Aut, ſi in quatuor mundi plagas diſperſi ſunt, quomodo iubet eos fugere de terra Aquilonis? Quare, vel ex hoc liquet omnia ita eſſe intelligenda, vt diximus. Ceterum in quatuor ventis, quatuor mundi plagæ intelliguntur, vnde venti illi ſpirãt, id eſt, Orientem, à quo ſpirat Eurus; Occidentem, à quo Zephyrus; Septemtriones, à quibus propriè ἀπαρκτίας, qui Latinè Septemtrionarius dicitur, Gellio autore libr. 2. cap. 22. Meridiem, à quo Auſter, ſiue Notus, Matth. 24. Et congregabunt electos eius à quatuor ventis. Hoc idem legimus Iſa. 43. Ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni, Da, & Auſtro: Noli prohibere, affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. Et apertius c. 10. Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſrael, & diſperſos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Et auferetur Zelus Ephraim, & hoſtes Iuda peribunt, &c. Hoc in filijs Iſrael, id eſt, in omnibus tribubus, cœpit expleri prædicantibus apoſtolis, & plenius explebitur in conſummatione ſæculi. Iterum hoc confirmat Propheta. ca. 8. quod ibi exponemus, nu. 10. Sed dicat quis: Si diſperſit eos Deus in quatuor ventos, ergo prius congregati fuerant, & vnus populus erãt, vnde diſperſi ſunt. Reſpõdeo eos, qui ſunt in variis regionibus, & tandem in vnum conuenturi ſunt, rectè etiam diſperſos dici; tales erant filij Eccleſiæ, quod Iohannes manifeſtè docet. c. 11. Sed cum eſſet pontifex anni illius, prophetauit, quod Ieſus moriturus erat pro gente, & non tantũ pro gente, ſed vt filios Dei, qui erãt diſperſi, congregaret in vnum.

O Sion

15 *O Sion fuge.* Pro Fuge, in Heb eſt הִמָּלְטִי, id eſt, liberare, libera te, eripe te tot malis. Bis iã vocauit, vt fugerét de Babylone, nũc tertio vocat. Interlinearis: Tertia aduocatio crebra admonitio eſt ad fugã. Iã dixim⁹ initio Hamos numero ternario magnũ quẽdã numerũ ſignificari ſolere apud Hebrẽos: itaq; tertia vocatio multiplex vocatio eſt, vnde inoleuit in Eccleſia trina monitio ante excõunicationẽ. Quãuis hęc tertia vocatio, ꝑriè ad Iudæos referẽda eſt, vt oſtẽdemus in verbis ſequentibus. Quia hęc dicit Dominus exercituum, &c. Nam cum Eccleſia congreganda eſſet non ſolum ex gentibus, ſed etiam ex Iudæis, immo illi principes, & magiſtri futuri eſſent credentium, nunc eos compellat etiam, vt relicta Babylone, in qua manſerant, redeant in Iudæam cum ceteris, & populum Dei augeant, & CHRISTVM audiant ſuo tempore prædicaturum, & ex eis conuertantur illi, quos Deus patres, & magiſtros elegit credentium. Quod ſi quis obiecerit nobis iuxta noſtram interpretationem Ieruſalem, & Babylonem in hoc capite modo propriè accipi, modo metaphoricè: ſciat ſcripturam in vno ſermone quædam proprie, quædam figuratè dicere ſolere, vt docuit Augu. lib. 2. de conſenſu Euangeliſtarum cap. 30. & ante eum Origenes libro. 3. comment. in epiſt. ad Roma. in illud. ca. 3. *Nũc autem ſine lege iuſticia Dei manifeſtata eſt. Vt Ioh. 4. Non ne vos dicitis quod adhuc quatuor menſes ſunt, & meſsis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt iam ad meſſem. Quis non videt meſſem hic proprie primum accipi, deinde metaphoricè? Et ibidem: Si ſcires donum Dei, & quis eſt qui dicit tibi: Da mihi bibere; tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquã viu am. Et Omnis qui bibit ex aqua hac ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quã ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Videmus hic bibere, & aquam, & corporaliter poni, & ſpiritualiter: Similiter capite. 9. In iudicium ego in hunc modum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident, cæci fiant. His tribus exẽplis regulã confirmauit Origenes, & eo quòd ibidem exponit, quibus ſunt multa ſimilia, vt 2. Cori. 5. Eũ, qui peccatũ nõ nouerat, pro nobis peccatũ fecit, & id genus alia. Quãuis & ſine vlla ſignificationis mutatione poſsit exponi in hũc modum: O Sion, id eſt, O tu pars Eccleſiæ futura, quæ habitas Babylone, id eſt, remota à Deo, & in confuſione peccati poſita, fuge inde. Si quis igitur ita exponere volet, non repugno, modo hæc ad Iudæos referat, vt poſcit contextus ſequentium. Itaque ad gentiles, quaſi ad remotiores bis dicitur, O, o, fugite, &c. ad Iudæos qui erant proximi, ſemel, O Sion fuge, &c. Filiam Babylonis dixit pro Babylone more ſcripturæ, de quo diximus Hoſeæ 10 num. 28.

17 *Quia hæc dicit Dominus exercituum: Poſt gloriam miſit me ad gentes.* Hieronymus: Vox Saluatoris loquentis inducitur, qui omnipotens à patre omnipotente miſſum ſe eſſe dicit, &c. Ita etiam expoſuit Euſebius libr. 6. de Demonſt. Euang. ca. 16. A quo autem miſſus ſit, docet Paulo poſt vt ait Euſeb. cum dicit: Et cognoſcetis, quia Dominus exercituum miſit me. Et eſt ſenſus: Pater meus mittet me ad gentes poſt gloriam, id eſt poſt quam gloriam meam in terris oſtendero magnitudine miraculorum, & reſurrexero, atque aſcendero in cœlum, hæc enim propriè dicitur gloria CHRISTI, vt Iohan. 7. Nondum enim erat ſpiritus datus, quia IESVS nondum erat glorificatus. Tunc CHRISTVS, miſſus eſt ad gentes, vt electi ex illis venirent ad Eccleſiam. Non quidem per ſe miſſus eſt, ſed per apoſtolos ſuos, quibus poſt reſurrectionis ſuæ gloriam dixit: Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ. Ac nequis improprie locutum fuiſſe prophetam exiſtimet, quod CHRISTO tribuat quod apoſtolorum eſt: ſciendum eſt, atque accuratè adnotandũ, quæ de CHRISTO dicuntur in ſcriptura interdum de ſolo capite dici, vt: Ego, & pater vnum ſumus, interdum de ſolo corpore, vt Saule, Saule, quid me perſequeris? Nonnumquã de toto Chriſto, id eſt, de capite, & corpore, vt Iſa. 61. Quia induit me veſtimẽtis ſalutis, & indumẽto iuſtitię circũdedit me quaſi ſpõſum decoratũ corona, & quaſi ſpõſam ornatã monilib⁹ ſuis. *Spõſus nominatur, & ſpõſa. i. caput, & corpus. Hãc regulã docent, & hoc teſtimonio cõfirmãt, Aug. li. 3. de doct. Chri. c. 31. Et Iſido. li. 1. de ſummo bono. c. 25. Ita etiã Pſa. 2. Aſſiterũt reges terræ, & principes cõuenerunt in vnũ aduerſus Dñm, & aduerſus Chriſtũ

Mar. vlt.

Reg.

Reg. Ioh. 10. Act. 9.

18

Universidad de Deusto
Biblioteca

cius, quod in capite impletum est, & quotidie impletur in membris. Quod ergo nũc Christus de se dicit, de corpore eius intelligendum est, id est, de apostolis, & eorum discipulis, vt apertè probatur ex Isa. 49. Vbi Christo dictum est. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israël conuertendas. Ecce, dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Et tamen hæc Paulus Act. 13. de se, & de ceteris prædicatoribus Euangelij interpretatur, cum dicit Iudæis: Sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ; ecce, conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te in lucem gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. *Est etiã in verbis nostri propheræ notandum, confirmari ex eis Christi diuinitatem, cum dicitur: Quia hæc dicit Dominus exercituũ, vbi in Hebræo est nomen יהוה, quod solius Dei esse scimus. Adnotauit hoc Hiero. & in confirmationem profert similem locum ex Psal. 23. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ, vbi idem nomen Dei ponitur. Cum autem dicit: *Ad gentes, quæ spoliauerunt vos*, manifestè demonstrat se Iudæis loqui, qui à multis gentibus vexati, & expoliati fuerãt, vtà Palæstinis, Tyrijs, AEgyptijs, Assyrijs, Chaldæis. Hoc præterea exponendum est, quomodo quod nunc ait: *Quia hæc dicit Dominus exercituum, &c.* Causa sit superioris: ô Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis. Dupliciter causa est, ac si diceret: Venite Iudæi ad Ecclesiam, quia postquam ego vobis prædicauero, & in cœlum ascendero, Euangelium prædicandum est gentibus, illæ venient, & vos simul venite, ne obduremini, & abijciamini. Deinde venite ad Euangelium, quia è vobis electurus sum apostolos, & discipulos, per quos gentes conuertantur. Vt autem cognoscant Iudei per suum ministerium vocandas esse gentes, ait mox: Quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ ijs, qui seruiebant sibi.

19

20 *Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Vitiata est lectio sine dubio, cum legendum sit, Oculi sui, vel eius, vt constat ex Hebræo, & ex Græco, & Chaldæo, & ex Hieronymo, & ex multis Latinis exemplaribus, Complutensi, Regio, & alijs. Cum autem dicit, Oculi sui, duplicem sensum habet: Qui vobis nocet, sibi potius nocet, quam vobis, pupillam oculi sui tangit, quoniam grauiter à Deo punietur. Ita intellexit Cyrillus, & Vatablus, & alij, & quidem satis propriè. Alter sensus Hieronymi, & Theodoreti, & plurium est: Qui vos tangit, tãgit pupillam oculi ipsius Dei, id est, vehementissimè Deum offendit: pupillæ enim similitudine res vnicè dilecta, ac summa cura seruanda intelligitur, vt Psalm. 16. Custodi me, vt pupillam oculi, & Deuter. 32. (ad quod nunc alludere videtur Propheta) circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Tangere autem est, vel minimum lædere. Hieronymus: Tactum pro vexatione, & iniuria accipe, iuxta illud quod legimus: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. *Sed quæritur quomodo his verbis reddatur causa superioris sententiæ: Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos. Nã pro causa statim subijcit: Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi sui. Et ita sunt connectẽda verba. Post gloriam misit me Pater ad gentes, quæ vos spoliauerunt, vt deinceps vobis subdãtur, & pareant, vosque tanquã parentes, & magistros venerẽtur, sicut statim ostendit: Quia ecce, ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ ijs, qui seruiebant sibi. Atq; hoc facit Deus, quia plurimum vos amat, & tali genere victoriæ vult honorare vos, & vlcisci vestras iniurias, quæ illi permolestę fuerunt. Ea enim demũ gloriosissima victoria est, cum hostis supplex manus dat, & se victum fatetur, atque ad pedes victoris se se abijcit.

Pupilla.

Psal. 140.

21

Quia ecce ego leuo manum meam. Leuare manum interdum gratulantis est, atq; laudantis, vt adnotauimus Hab. 3. nume. 41. Interdum est iurantis, vt Gene 14. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli, & terræ, quod à filo ũbregminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt. Deuterono. 32. Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum. Ex quo intelligimus illud Exhod. 6. Et inducxerim vos in terram, super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abraham. * Interdum est orantis, vt Psalmo. 27. Dum oro ad te, dum extollo manus meas

Leuare manum.

22

ad tem-

ad templum sanctum tuum, & Psal. 133. In noctibus extollite manus vestras in sancta. Est etiam aliquid libenti animo facientis, vt Psal. 118. Et leuaui manus meas ad mãdata tua, quæ dilexi. Et vocantis, Isa. 49. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, &c. Et auxiliantis, ac protegentis, si dicatur manus leuari pro aliquo. Ezec. 20. Et leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob, & apparui eis in terra AEgypti, & leuaui manum meã pro eis dicens: Ego Dominus Deus vester. In die illa leuaui manum meã pro eis, vt educerem eos de terra AEgypti. Si autem manus leuatur in aliquem, aut contra aliquẽ, aut super aliquem, quod idem est, tunc est vlciscentis, atque ferientis, vt Psal. 73. Leua manus tuas in superbias eorum. 2. Reg. 20. Homo de monte Ephraim leuauit manum suam contra regem Dauid. 3. Reg. 11. 27 Ieroboham quoque leuauit manum suam cõtra regem. *Ex quo intelligitur illud Iob 31. Si leuaui super pupillum manum meã, etiam cum viderem me in porta superiorem. id est, Non oppressi illum, non violenter tractaui, etiam si in iudicio vincerem, possemque cum, quasi meo iure opprimere. Ita nunc. *Quia ecce ego leuo manum meam super eos*, id est, Cito pugnabo contra eos, & vincam; subijciamque mihi.

Et erunt prædæ ijs, qui seruiebant sibi. Capientur, & conuertentur à Iudæis prædicatoribus, quamuis antea eis seruierint Iudæi, vt iam diximus, & vt exponit Eusebius libro. 6. de Demonstratio. Euangel. capite 16.

Et cognoscetis, quia Dominus exercituum misit me. Tunc ò Iudæi re ipsa cognoscetis me verè fuisse missum à patre, cũ videritis tot gentes conuerti, & tam mirabilia signa edi in nomine meo. Cognoscetis autem dicit; non quod tunc primum essent cognituri, sed cognoscetis, confirbamini in cognitione, & in fide vestra. Vt Exh. 6. Et assumã vos mihi in populum, & ero vester Deus, & scietis quod ego sum Dominus Deus vester, qui eduxerim vos de ergastulo AEgyptiorum. Et. ca. 10. Ego enim induraui cor Pharaonis, vt faciam signa mea hæc in eo, & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quoties contriuerim AEgyptios, & signa mea fecerim in eis, & sciatis quia ego Dominus.

TROPOLOGIA.

Et leuaui oculos meos, & vidi. Et nos leuemus oculos nostros in montes, vnde veniat auxilium nobis, & videamus quæ huius literæ cortice teguntur. Primum, qui animas ad creatorem suum conuertere cupiunt, atque hanc pulcherrimam, & locupletissimam mercaturam exercent, omnẽ aditum quærant, omnia lustrent, nihil inexpertum relinquant, Deum semper inuocantes, eiusque bonitati maxime confidentes. At vbi successus labori non respondebit, ne tabescant dolore, nec deficiant animo quasi frustra laborantes. Vir in cuius manu est funiculus mensorũ, metitur lõgitudiné & latitudinẽ ciuitatis Dei, quę est Ecclesia, p numero corũ, qui in ea futuri sunt. Certum numerum signauit Deus venientium ad Ecclesiam, & in his certum etiam numerum eorum, qui supernæ Ierusalem ciues in tota æternitate futuri sunt. Nihil huic numero deerit. Sed Deus & numerũ, & homines nouit, nos vtrumque latet: id circo toram operam nostram in conuersione hominum ponamus, sed si Deus ex alijs potius, quam ex his, quos instituimus, compleri voluerit, ne molestè feramus, Dei adiutores, & cooperatores sumus, nõ præscriptores, nõ cõsilia rij. Meminerimus verbi Pau. Firmũ fundamẽtũ Dei stat, habẽs signaculum hoc: cognouit Dñs, qui sunt eius. *Priores regis nostri serui multos inuitauerunt ad nuptias filij Domini sui, nec tamen illi venerunt, sed alij, qui postea vocati sunt, quos nunquam illi vocandos fore suspicarentur. Nuptiæ quidem, inquit rex, paratæ sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarũ, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Denique impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Deinde in vnoquoque nostrum spiritus, tanquam vir, (nam sensus, siue concupiscentia, femina potius dicitur) sumat funiculum mensorum, vt animæ longitudinem, ac latitudinem dimetiatur, videatq; infinitam quodammodo esse eius capacitatem, vt quæ Deum, si non comprehendere, capere possit, nec vlla prętera re possit impleri, nisi Deo. Quantumuis diuitiarum copia suppetat, quãtumuis deliciæ affluãt, non impletur anima, sicut ait Salomon: Omnis labor hominis in ore eius, sed anima eius nõ implebitur. Et prius: Dixi ego in corde meo: Vadã, & affluam delicijs, &

24

Qui animas quærunt, ne deficiant, si forte successus non respõderit labori.

2. Tim. 2.

25

Matth. 22.

Animæ nostræ capacitas solo Deo implẽda.

Eccl. 6.

Eccli. 1. fruar bonis. Et vidi quod hoc quoque esset vanitas. Maior est lõgitudo, & latitudo animæ nostræ, quam vt rebus creatis impleri possit, solus creator ei satis est. Quid ergo quærimus magnis laboribus, & magna bonorum spiritualiũ, animarumque nostrarum iactura, quod etiam si ex animi sententia consequeremur, dicturi sumus: Et vidi, quod hoc quoque esset vanitas? Longitudo eius est duratio, quæ in æternitatẽ protrahitur. Vnde fit, vt impleri temporalibus rebus nequeat, & homines nihil ferant ægrius, quam suorum bonorum breuitatẽ, & fugacitatem, eaque quantum possunt, perpetuare contendant. Deum ergo quæramus, ei nos totos dedamus, quem vbi tenuerimus, nihil erit præterea quod requiramus. 26 * Cum spiritus hoc mẽsoris officiũ præstat, & sedem creatori suo metiendo præparat, omnia animæ illi prosperè succedent, crebro ab angelis inuisitur, & noua semper luce illustratur, quod per angelum egredientem à Propheta, vt nouam reuelationem afferret, & per alterum iam afferẽtem optimè significatur. Erigitur à Deo bona spe, & quasi prædictionibus quibusdam suæ felicitatis, & misericordiæ Dei erga se reficitur sæpè, & recreatur, atque illud de se audit: *Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius.* Murus hoc loco non in bonũ ponitur, sed in malũ, quod vrbis dilationi obstet. Multæ animæ parum admodum proficiunt, & in magna interdum mala incidunt, quoniam habitantur cum muro, id est, fines quosdam habent designatos, vltra quos progredi, aut dilatari nolint. Habitat Deus intra illas, & cupit eas semper nouis ciuibus, hoc est, noua prole bonorum operum augeri, hortatur in dies magis, vt maiora pro Dei gloria contra seipsas audeant. sed murum habent, quo claudũtur, & amplificari nõ possunt, quia non se rotas Deo dare statuerunt, & sua, sed partem sui, ac suorum. Quod si quid amplius Deus exigat, negant. Et quoniam idcirco hos terminos præscribunt, quia immodico sui, & temporalium bonorum amore tenentur, hoc amore quasi funiculo molli paulatim eas inimicus in magnas calamitates trahit. At qui nihil sui Deo denegant, sicut ille, qui ait: 27 Psal. 72. * Quid enim mihi est in cœlo? & à te, quid volui super terram? Deficit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ: hi absque muro habitantur à Deo, & pro eius volũtate amplificantur, & mirabiliter crescunt. Quare, qui citò perfectissimi esse volunt, diligenter operam dent, vt hunc murum, quem amor proprius muniuit, aut dissipent omnino, aut certè transgrediantur, sicut ait sanctus Dauid: Et in Deo meo transgrediar murum. Sed, quid est, quod dicit: *Præ multitudine hominum, & iumentorum?* Nam multitudinem hominum, id est, operum bonorum, & homine dignorum, in hac ciuitate fore non dubitamus: sed multitudo iumentorum in anima, quę esse potest, quę illi, aut ornamento, aut emolumento sit? Iumenta irrationabiles animæ motus intelligamus, qui, quo magis illa bonis operibus ditatur, & quasi ciuitas plena dilatatur, eo plures solent à Diabolo inuidente excitari, siue carnis sint, siue iracundiæ, & impatientiæ in persecutionibus, in morbis, in inopia, siue inanis gloriæ, & superbiæ in prosperis. Meritoque iumenta dicuntur, quoniam & irrationabiles sunt, & hominem tamen iuuant; neque enim eos pateretur Deus excitari, nisi in animę quam amat, vtilitatẽ, sicut iumenta hominum causa gignuntur. 28 Rom. 8. * Et quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti, & multiplicaris iumentis homines quoque multiplicantur, id est, opera bona, rectè dictum est: *Præ multitudine hominum, & iumentorum.* Verumne exposita putetur hostium telis, & rapinæ hæc ciuitas, cõtinuò ait: *Et ego ero ei, ait Dominus, murus igneus.* Mur⁹ protegit, & seruat ciuitates, sed murus ignis hostes repellit, ac terret, ciuibus lucẽ, & calorem affert. Nemo erit tam audax, vt se per medios ignes immittat in vrbem hostilem. Terretur Diabolus muro ignis, cum videt hominem seruari à diuina prouidentia, & protegi, neque irrumpere audet, nisi ignis saltem ad tempus amouearur. Agnoscebat hunc murum Diabolus, cum de Iob dicebat: Iob. 1. Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam per circuitum? Deinde amoueri paululum petit, vt eum inuadat: sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Eodem autem igne anima illustratur, & accenditur. Cum enim Dei prouidentiã, & beneficia, custodiamq; in se experitur, plenius cum agnoscit,

Murus in malam partem. Animæ, quæ dilatari nolũt, sed fines certos sibi præscribũt, parũ proficiunt.

scit,& ad amandum vehementius inflammatur. 29 *Et sicut leo fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauebit occursum, igne terretur, ita Diabolus, qui quasi leo rugiẽs circuit quærens quem deuoret, vtroque igne deterritus fugit, id est, cum videt Deum accuratius hominem protegere, ipsumque amore feruere, & nihil esse tam arduum, quod protectoris, & seruatoris sui amore non audeat. Et quia nouis semper ciuibus, nouis victorijs, noua claritate Deus illustrat hanc ciuitatem, bene ait: *Et in gloria ero in medio eius.* Quod vero non simplici, sed duplici vocatione recedere iubet de terra Aquilonis eos, quos ad se vocat, & in quibus habitaturus est: periculi sui admonentur, qui manent Babylone, id est, in confusione peccatorũ, & in terra Aquilonis, nisi cito exeant. Aquilo enim, vt ait Hieronymus, ventus durissimus est, qui durissima habitatorum suorum corda facit, & à quo succenduntur mala super omnes, qui habitant in terra. Propter quod, inquit Paulus. Exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & filias, dicit Dominus omnipotẽs. Omnibus quidem peccatoribus commune est, vt habitent in cõfusione peccati, & in terra Aquilonis, vbi sedes Diaboli est, & longe absunt à seruore caritatis, sed tamen inde in quatuor ventos cœli dispẽguntur Deo permittẽte: vere enim ventus est, quidquid amant, & sicut venti cœli aduersi sibi sunt, ita ipsi aduersa quærunt. 30 * Quidã negotia, & labores amant, vt ad honores perueniant, alij contemnunt honores, & sese otiò, ac voluptati dedunt. Hi diuitias effundunt, vt amentur, magnique videantur, illi solici requęrunt, & quæsitis incubant, & libertatẽ, qua nihil carius habere videntur metallis è terra erutis tradunt. Sed cum omnes fugere debeant Babylone, maxime tamen Sion, id est, ij, qui aliquando Deo seruierũt, sacrificium cordis sui ei obtulerunt, qui posiri erant in specula (ita enim interpretantur Sion) vt inde humana, quasi infra se posita viderent, visaque, & cognita cõtemnerent, & cœlestia specularentur, atq; eorum amore raperẽtur, sicut ait Paulus. Nos vero omnes reuelata facie gloriam Dñi speculantes in eãdem imaginem transformamur à claritate in claritatẽ, tãquam à Dñi spiritu, hoc est. Nos sine velamine Dei maiestatẽ, gloriamque speculantes paulatim proficimus in gloria, & claritate, & similiores Deo reddimur per intelligentiã, & amorẽ rerum cœlestium, vt qui à Dñi spiritu ducamur. Ideo ait. *O Sion fuge, quæ habitas apud filiam Babylonis.* Cur autem hos maxime vocet, ostendit: *Quid hæc dicit Dominus exercituum,* CHRISTVS, qui quatenus Deus est, nihilo patre minor est. * *Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos.* Deus em̃ prius gloriã suã ostẽdit apud domesticos fidei, & apud filios seruorũ suorũ, quos allicit ad se magnis beneficijs, & magnis periculis liberat. Sed quemadmodũ relictis ingratis Iudæis, qui populus eius erant, & filij patriarcharum carissimiq; propter patres, vt est apud Paulum: transiuit ad gẽtes: ita, hos, Rom. 11. de quibus nunc loquimur, si ingrati sint, deserit, & trãsit, vel ad ethnicos, vel ad hæreticos, vt ad fidem reuocet, vel denique ad homines perditissimos, qui nunquam vel minimũ Deo seruierunt. Atque ij sunt, qui spoliauerunt, & affixerunt, persecutiq; sunt iustos. Hoc ergo ait: vos qui me olim studiosè colebatis, fugite, & ne velitis habitare apud filiam Babylonis, quoniam pater postquam gloriã meã apud vos demõstraui, & rebelles fuistis lumini, mittit me ad homines more gentium sine Deo viuẽtes. Cogitate quã turpe, quã inuidiosum vobis futurum sit, si, his ad cœlestia bona admissis, vos filij regni excludamini. Vestra præterea opera vti volo ad hos cõuertendos, vt verbo, exemploque vestro prouocentur. Amat vos Deus, & iniurias vestras ita vlcisci vult, vt qui vos olim persequebantur, & deprædabãtur, modo vobis se tradãt supplices, vosque, vt parẽtes, & magistros, venerentur, atq; ita cognoscatis re ipsa **me à Deo missum** esse ad vestram salutem.

31

HISTORIA.

Lauda, & lætare. Vniuersam ecclesiam ex Iudæis, & gentibus, alloquitur sub nomine Ierusalem, quam lætari, & vociferari præ gaudio laudes Dei iubet, quia ipse de sinu patris venturus est, vt in terris videatur, & cum hominibus conuersetur, vt rectè exposuit Eusebius libro secundo de Demonstr. Euang. demonstr. 18. & lib. 6. capite. 17. Semperque cum ipsis maneat, quomodo in aduentu suo pollicitus est: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad

32

Universidad de Deusto
Biblioteca

consummationem sæculi. Verbum lauda, interpretati sumus Sopho. 3. nu. 30.

Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum. Multi ex Iudæis, sed multo plures ex gentibus, vt factum videmus, & sicut ei promissum erat, Psalm. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

Et possidebit Dominus Iudam partem suam. Hæc, & quæ sequuntur, possumus cũ Theodoreto de populo Iudæorum intelligere: Possidebit Dominus non totum Iudã, sed partem suam, id est, eos, quos ipse elegerat ex illo populo, vt enim ait Paulus, Rom 9. Non omnes, qui ex Israël, ij sunt Israëlitæ. Sed electi ex eis sunt pars, siue hæreditas Dei. Possidebit autem eos in terra sanctificata, id est, in Ecclesia, vel etiam in ipsa Iudæa, & eliget adhuc Ierusalem, semper ex eis conuertet. At Hieronymus, & Cyrillus, de tota Ecclesia exponunt, quod melius cũ eo conuenit, quod præcesserit: *Lauda, & lętare filia Sion, &c. Iudam ergo hæreditatẽ suam vocat omnes filios Ecclesiæ confitentes Deũ, & quem ipse misit Iesum Christũ.

Et eliget adhuc Ierusalem. Semper filios nouos procreabit Ecclesiæ, & ex gentibus, & ex Iudæis.

Sileat omnis caro à facie Domini. Omnes homines pro hac diuinæ misericordiæ, bonitatisque magnitudine Deum colant, & venerentur, seque ei penitus tradant. Hæc verba exposuimus Sopho. 1. nume. 27. & Hab. 2. nume. 45.

Quia consurrexit de habitaculo sancto suo. Nõ sunt verba Christi, sed Prophetæ, quæ quidam de secundo Domini aduẽtu interpretantur, sed contextus exigit, vt magis de primo intelligamus, de quo hactenus locutus est. Omnes homines Deum reuereantur, & colant, quia de excelso cœlorum habitaculo descensurus est in terras, vt congreget Ecclesiam ex Iudæis, & ex omnibus gentibus. Iuuat hũc sensum translatio Lxx interpretum: Quoniã surrexit de nubibus sanctis suis, id est, ex sanctis patriarchis nascetur homo, vt exponit Cyrillus, Theodoretus nubes prophetas esse dicit, qui Christi aduentum prædixerant, sed de priori tamen aduentu interpretatur. Nec tamẽ priorem illum sensum reprehendo, vtrumque sequi licet, neque enim secum mutuo pugnant, tametsi mihi posterior magis probetur: nam illud: Sileat omnis caro à facie Domini, de filiorum potius timore accipi debet, vt suo loco diximus, quam de seruili.

33

TROPOLOGIA.

34 Quantæ sint animæ sanctæ deliciæ, quæ sponti sui præsentia, quantum in hac mortalitate licet, fruitur; nemo vel suspicari potest, nisi, qui expertus est, propterea Dauid ait: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscõdisti timentibus te. Omnibus abscondita est, soli cognoscũt qui riment eum. Propterea, vt eam quodãmodo nobis significet ait: *Lauda, & lætare filia Sion,* vociferare præ ingenti gaudio, lauda. Nam, qui hac spiritus sancti præsentia, copiaque perfruuntur, nequeunt se continere, toti in amando, & in laudando eum sunt, à quo tanta acceperunt. Quidquid in eis est, sonare laudem videtur, sicut canit expertus: Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Benedic anima mea Dño, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quæ autẽ causa laudandi, & lætandi? *Quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui.* Quo nihil tibi, aut optatius, aut felicius cõtingere potest. Psal. 102.

35 Notandum verò quod sequitur: *Et applicabuntur gẽtes multæ ad Dominum in die illa.* *Nemo satis dicere potest, quam vtilis sit humano generi, vir verè bonus, atque perfectus, qui relictis omnibus Deo adhæret, & eius vbique gloriam quærit. Nemo est huiusmodi, qui solus in regnũ cœlorum eat, multos comites defert, aut præmittit, quos verborum vi mouit, aut exemplo attraxit, aut orationibus adiuuit. Verissimumq; est quod scripsit Ambrosius: Peperit filiũ Elizabet, & congratulabãtur vicini. Habet sanctorum editio lætitiam plurimorum, quia commune est bonum. Locutus est Dominus de anima perfecta, in cuius medio ipse inhabitat, & addit statim: Et applicabuntur gentes multæ ad Dominũ in die illa, allicit enim eas miro quodam modo secum ad Deum. Quare si cum in animarum conuersione laboramus, malignus prouentus est, putemus sanè nos peccatis nostris vim semini derrahere, quod est verbum Dei; nam si perfecti essemus, plenissimus fere semper successus esset. Et quoniã magis Deus amat eos, qui plus in agro suo laborarunt, & plures ad se adduxerunt, & nouis in dies gratijs ornat, iterum reperit: *Et habitabo in medio tui.* 36 *Tunc noua luce perfusi Deum in-

Vir verè bonus multos ad Christũ affert.

Ambrosius c. 1. Lucæ.

timè cognoscunt, & amant, & per ea, quæ Deus in se operatur miranda, ita in eius bonitatis, atque maiestatis admirationem excitantur, vt nunc tandem eum sibi nosse cere videantur, quod indicat dicens: *Et scies, quia Dominus exercituum misit me ad te.* Cum autẽ fideles serui, & prudentes, quos constituit Dominus cooperatores suos, & altissimi operis esse voluit ministros, eum adiuuãt, & strenuè pro gloria creatoris sui laborãt, conuertuntur, qui electi erant, è fece peccatorum, & possidet Dominus Iudam hæreditatem suam in terra sanctificata, id est, in Ecclesia, vbi omnes sancti esse deberemus. *Et eliget adhuc Ierusalem,* quoniam plures animæ in dies lucrifient sanctorũ operariorum meritis, & precibus. Optimum epiphonema quod sequitur, ita enim vocauit Cyrillus: *Sileat omnis caro à facie Domini, quia consurrexit de habitaculo sancto suo.* Ac si diceret: Tradat se se Deo in obsequium, & in perpetuam obedientiam omnis caro, veneretur eum, & colat toto corde, desinat esse sua, & sit Dei omnis caro, quia Verbum factum est caro. Mitto creationem, & conseruationem, & beneficia cetera; hoc vnum satis, ac super est, vt sileat omnis caro, quod Verbum factum est caro. * Omnis caro omnis homo est, at non solum silere debet à facie Dei omnis homo, sed quidquid est in omni homine. Sileat mens, si quid aduersus ineffabile sacrosanctæ Incarnationis mysterium, aut aduersus spem, quam habemus beatæ immortalitatis, loqui volet à tentatore incitata, aut si quæ de rebus fidei inciderit dubitatio, sileat, quia Dominus consurrexit de habitaculo sancto suo, & in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est iuxta propheriam Baruch. Quidquid credimus certum est, quia Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit cum surrexit de habitaculo sancto suo. Si immortalem vitam, & beatã speramus, spes non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis ab eo, qui consurrexit de habitaculo sancto suo. Sileat voluntas, & abuti libertate sua desinat, nec libidine sua, sed firmissima, & certissima regula legis Dei omnia metiatur, quia consurrexit Dominus de habitaculo sancto suo, vt hanc nobis legem ferret, & tam ineffabili beneficio diuinæ bonitatis, quod Deus homo fieri voluerit propter hominem, quasi põdere maximo voluntas obruatur, vt nihil iam velit, nisi quod vult Deus. * Sileat ea ipsa, quæ propriè dicitur caro, & desinat loqui contra spiritũ. Si loqui voluerit caro, vt solet, ventris, palatique delicias, si diuitias, si molles vestes, atque pretiosas; sileat omnis caro à facie Dei, qui iacens in præsepio pauper, atq; ignotus, & pannis inuolutus, paupertatem, & temperantiam, & laborem, & humilitatem docet. Nec tam docere videtur, quam cogere, si vel exemplum animaduertamus, quo nos prouocat, vel beneficium, quo nos deuincit. Si turpidinem libidinũ loquatur, Sileat caro, quoniam, qui caro factus est, non castam modo, & pudicam elegit, è qua carnem sumeret, sed etiam virginem perpetuo futuram. Caro Dei, sine peccato quidem, sed naturæ tamẽ nostræ fuit, & nostra est, quare cum carnem nostram libidinosè maculamus, ipsi Dei carni iniuriam facimus. Deniq; manifesta sunt opera carnis (iuxta Apostolum) quę sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. Cum aliquid horum caro loquetur, omne os obstruatur, & subdita fiat omnis caro Deo, dicat ei spiritus, Quasi vna de stultis mulieribus locuta es, propitius nobis sit Deus, non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei.

38 Galat. 5. Iob. 1. 1. Mach. 2.

17

CAP. III.

ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stãtem corã angelo Dñi: et Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dñs ad Satan: Increpet Dominus in te Satan, & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: numquid non iste torris erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli. Qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram Iudæ. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se, dicens: Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Et dixit: Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundã super caput eius, & induerunt eum vestibus: & angelus Domini stabat. Et contestabatur angelus Domini Iesum, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris: tu quoque iudicabis domum meã, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt. Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt: ecce enim ego adducã seruum meum Orientem. Quia, ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem vnũ septem oculi sunt: ecce, ego celabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa dicit Dominus exercituum, vocabit vir, amicum suum subter vineam & subter ficum.

Luce 1.

HISTORIA.

1 *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum.* Et in hac visione magna videtur esse veterum dissensio; quidam enim de Iesu filio Iosedec interpretantur, vt Cyrillus, Theodoretus, & Beda in Epistolam Iudæ, in illud: Cum Michael archangelus; & Euthymius in illud Psalm. 103. Et Diabolus stet à dextris eius. Et Hebræi, quos fere sequuntur Lyranus, & recentiores. Alij de Christo, vt Origenes homil. 9. in Leuit. & homil. 14. in Lucam, Tertullianus in libro aduersus Iudæos in fine, Ambrosius libr. 3. de fide, cap. 4. & serm. 5. in Psalmũ. 118. Chrysostomus hom. 5. ex varijs in Matthæum locis, Gregorius. 20. Moral. cap. 20. & latius Lactantius. lib. 4. c. 14. Hieronymus in Psal. 108. & 109. in illud: Dominus à dextris tuis. At non pugnant patres inter se, vtrumque verum est, sed de Iesu filio Iosedec est sensus Historicus, de Iesu Filio Dei est sensus Allegoricus, vt perspicuè nobis multi ex veteribus tradiderunt. Eusebius libro. 4. de Demonstra. Euange. cap. vlt. Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone versus finẽ, Hieronymus hic, & apertius lib. 2. contra Iouinianum nõ longe à principio, & idem satis indicat in Psal. 109. Augustinus lib. 12. contra Faustum, cap. 36. Theodoretus hic, & Rupertus, & Glossa. Ex quibus capienda est intelligentia aliorum patrum, cũ dicunt Zachariam de Christo loqui, & nihil præterea addunt, intelligunt enim Allegorico sensu. * Lactantium excipio, qui expositionem de Iesu filio Iosedec tollere nititur, sed infirmis, & inanibus argumẽtis, vt erat vir ille parum in Scripturis eruditus. Nunquam, inquit, Iesus filius Iosedec sordidatus fuit, cum fuerit sacerdos, aut perpessus est aliquid aduersi, vt tanquã titio eiectus ex igne putaretur: aut aliquando in conspectu Dei, & angelorum stetit, aut Propheta de præteritis loquebatur potius, quam de futuris. Hæc eius argumenta, & verba sunt. Excipiendus & Tertullianus, qui ita opinionem suam confirmat: Nec poteritis eũ Iosedec filium dicere, qui nulla omnino veste sordida, sed semper sacerdotali fuit exornatus, nec vnquã sacerdotali munere priuatus. Verum hæc argumenta, cum verba ipsa visionis exponemus, quam nullius momenti sint, apparebit. Veteres Ecclesiæ tractatores testes citaui, vt errare eos conuincerem, qui putant Iudæorum esse hæc de Iesu filio Iosedec exponere, patribusq; aduersari: tam longè enim absunt à veritate, vt Cyrillus ne Allegorico quidem sensu de Christo interpretari voluerit, sed dixerit angelum quidem, coram quo stabat Iesus, typum Christi gerere, ipsum verò Iesum filium Iosedec repræsentare totum populum Iudæorum. * Volui etiam, vt veritas tantorum virorum testimonio comprobaretur: mihi enim, etiam tacẽtibus patribus, ex ea regula, quam initio cap. 2. posui, manifestissimum erat hanc esse germanissimam loci explanationem, quæ in Iesum possum ostendere nonnulla, quæ in Iesum filium Iosedec conueniãt optimè, in Christum

2

3

stum nullo modo, vt quod angelus dicit Iesu: Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Et illud: Et contestabatur angelus Domini Iesum dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam, & alia, quæ mox indicabimus. Illud verò non abundè, vel solùm cõuinceret hunc Iesum esse sacerdotem illum socium Zorobabelis, quod ipsi promittitur aduentus Iesu filij Dei? Audi Iesu sacerdos magne, &c. Ecce, ego adducam seruum meum Orientem. Cum autem dicit: Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum; manifestè docet hanc visionem fuisse prophetica, vt quæ in primo, & secundo, & in sequentibus capitibus conscriptæ sunt; ex quo error proditur Lactantij, & Tertulliani, qui historiam narrari putabant, & necesse esse, vt aliquando Iesus sordidis vestibus fuisset indutus. * Peccauerat igitur populus, vt in toto Haggæo vidimus, cuius peccati expers pontifex non fuit, cum ipse eius mores corrigere, & eum ad templum ædificandum, atque ad omnem pietatem excitare debuisset. Accessit & aliud non mediocre peccatũ Iesu, quod filij, & fratres eius contrà legem Dei duxerãt vxores alienigenas, Hesdræ. 10. Et inuenti sunt de filijs sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filijs Iosue filij Iosedec, & fratres eius, &c. Quod peccatum grauiter reprehendit Malachias cap. 2. & fieri, nisi ipso Iesu sciente, atque permittente, nõ potuit. Immò & Iesum ipsum alienigenã vxorem duxisse tradunt Hebræi, & Hiero. lib. 2. contra Iouin. affirmat ipsum typum esse Christi, qui peccata nostra portauit, & alienigenam ex gentibus sibi Ecclesiam copulauit. Verum hoc in Scriptura nõ legimus. Alia præterea fuerunt peccata populi, & sacerdotum, vt in hoc propheta videbimus, & in prioribus duobus capitibus Malachiæ. Propterea visio ostensa est Prophetæ, in qua Deo iudice Iesus accusatur à Diabolo. Quod autem quidam ex Hebræis somniant, hoc tempore Iesum iam mortem obijsse, contra Scripturę autoritatẽ loqui se non vident. Quomodo mortuo diceretur: Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam, & reliqua ad finem vsque capitis? Et cap. 6. manifestè docet Propheta viuere etiam tum Iesum: Et sumes aurum, & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & loqueris ad eũ, &c. * Præterea hæc visio obiecta est Zachariæ anno secundo Darij, vt ex cap. 1. intelligitur: certè ante consummationem templi; nam templum sexto anno Darij consummatum est. Hesd. 6. & prophetia capitis septimi Zachariæ reuelata est anno quarto Darij, vt in eodem capite vidimus: Zorobabelem autem, & Iesum templum cõsummasse Ecclesiasticus indicat cap. 49: Qui in diebus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino paratum in gloriam sempiternam. Hebræis fauere videtur quod scriptũ est Hag. 2. Interroga sacerdotes legẽ, &c. Et responderunt sacerdotes, &c. Si autem pontifex viueret, ipse interrogaretur, & ipse responderet iuxta illud: Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius. At hoc perinfirmũ est, summus enim sacerdos etiam sacerdos erat, & ipse maximè interrogatus intelligitur, cum interrogantur sacerdotes. Alioqui, si ex hoc loco probatur mortuum fuisse Iesum, quod ipse respondisse non dicatur: ergo nullus tunc erat summus sacerdos, quoniam quicunq; pontificatum gereret, respõderet. Nullum autem fuisse tunc nõ falsum modo, sed etiã ridiculum est, cum pontificatus iure hereditario continuò transiret ad filium defuncti: atque ita Iesu ipsi, cum mortuus est, successerit Ioakim filius, vt docet Iosephus. 11. Antiquit. cap. 5. Quare falsum etiam est visionem hanc intelligi de rebus gestis tempore Machabæorum, qui ex posteritate Iesu fuerunt, quoniam de ipso iam mortuo intelligi, aut dici hæc non poterant.

4

5

Malach. 2.

Stantem coram angelo Domini. A quo videlicet defendebatur accusante Diabolo. Erat hic angelus, vt probabile est, custos & adiutor Iudæorum, quem Hebræi volunt esse Michaëlem. Quod autem hunc angelũ Dominus adesse in iudicio voluit, ostendit Iesum, & eius populum defensore indigniisse, cuius precibus veniam impetrarent. Qui hæc de Christo interpretantur, coniecti in angustias affirmant tam Iesum, qui ab angelo protegitur, quam ipsum angelum protegentem esse Christum: nõ quod sint in eo duæ personæ, sed quod idem, atque vnus, & quasi homo sordidatus ostẽditur, & quasi angelus mediator hominum, &

Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei apparere dicatur: his enim verbis corũ sententiam refert Hieronymus. Mihi, si cetera argumenta deessent, hoc vnum satis esset, & viro cuiuis satis esse debet ad credendum sensum Historicum nullo modo esse de Christo: quando quidem angelus, & Iesus, vt diuersæ personæ induuntur, & diuersa agunt, alter accusatur, vt reus, alter eum, vt sanctus, & amicus iudicis defendit.

6 Satan. *Et Satan stabat à dextris eius.* Pro Satan Diabolus verterũt Lxx, significat hæc vox aduersarium, vt 3. Regũ. 5. Nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitũ, & non est Satan, neque occursus malus, שָׂטַן enim Hebræis significat odio habere, aduersari, detrahere, & calumniari, vt Psal. 37. Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Psalm. 108. Hoc opus eorum, qui detrahũt mihi apud Dominum. Et ibidem: Induantur, qui detrahunt mihi pudore. Præterea hic, vbi nos habemus: Vt aduersaretur ei, in Hebræo est idem verbum לְשִׂטְנוֹ, ac si Latinè diceret: Stabat aduersarius, vt aduersaretur ei. Quare valdè propriè ad Diabolum accommodatur, qui nos vehementer odit, & bonis operibus nostris aduersatur, nosq; calumniatur, nobis apud Deum detrahit. Græci, vt more suo nomen Hebraicum declinabile facerent, & suis simile, pro Satan, dixerunt Satanas. Non autem esse scribendum hoc nomen cum aspirato, sed tenui, vt origo ipsa indicat, superuacaneum videretur admonere, nisi viderẽ vix vllum esse codicem ita castigatum, in quo non vitiosè scribatur. Cur autem Satan à dextris Iesu esse dicatur, difficile explicatu est. Hieronymus ex Hebræorum sententia causam esse dicit, quod vera eius esset accusatio: sed cur, qui verè accusatur, dicatur habere Satan à dextris, non exposuit. * Potest autem

7 Stare à dextris. ex loco simili intelligi in Psalm. 108. Et Diabolus stet à dextris eius. Quod ibi ita explanat Augustinns: Stet autem à dextris eius, dictum est, quia opera Diaboli præposuit operibus Dei. Hoc enim cuique nõ immeritò dextrum dicitur, quod præponit, sicut sinistræ dextra præponitur. Ideò de illis, qui sæculi gaudia præponentes Deo, beatum dixerunt populum, cui hæc sunt, rectissimè dictum est: Dextera eorum, dextera iniquitatis, &c. Et Gregorius. 20. Moral. c. 20. ait: Ipso enim locutionis vsu pro dextro habere dicimur, quod pro magno pẽsamus, pro

Psal. 143.

sinistro verò, id, quod despicimus, quod Zacharias apertè insinuat dicens: Et Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei, &c. Si Scripturę consuetudinem obseruemus, inueniemus dexteram esse præstantissimum locum, & proximum dignitate ei, ad cuius dexteram stamus, aut sedemus, vt Psal. 109. Sede à dextris meis, & Psalm 44. Astitit regina à dextris tuis. 3. Regũ. 2. Positusque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius. Vnde etiam illud Matth. 20. Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam. *Præterea 8
esse à dextris est protegentis, ac defendentis ab aduersarijs. Psal. 15. Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniã à dextris est mihi ne commouear, & Psal. 108. Quia astitit à dextris pauperis, vt saluã faceret à persequentibus animam meam. Ex primo horum intelligimus, cum aduersarius occupat propiorem locum Iesu, & potiorem, id est, cum est à dextris, significari habere potiorem causam, & ius vincendi Iesum. Ex altero videmus cõstitui Satan in loco, quem habere solent protectores, in quo indicatur nihil habere Iesum, quo se protegat, sed verè, ac legitimè accusari. Ex vtroque cernitur vera Hieronymi, & Hebræorum interpretatio, Satan esse à dextris Iesu, quia vera erat accusatio. Quod optimè confirmatur ex verbis Psalm. 108. Constitue super eum peccatorem, id est, Effice Domine, vt Diabolus sit illo superior in iudicio, conuincatque legitimè eum debere damnari. Hoc autem sequenti hemistichio ex more Dauidis explicatur: Et Diabolus stet à dextris eius? Et continuò sequitur: Cum iudicatur, exeat condemnatus. Iuxta Augustini expositionem dicere possumus, Satan esse à dextris Iesu, quoniam ille dextera fecerat, quæ erant sinistra, id est, voluntatem suam peccando præposuerat voluntati Dei, terrena cœlestibus.

Et dixit Dominus ad Satan. R. Dauid Dominũ vocari putat angelum, quem sequuntur quidam è nostris. At Hieronymus, & veteres, siue Hebræi, siue nostri Deum esse dicunt, quod multo verius est; nam & nominis proprietas ita seruatur, & in hac visione Dominus, atque angelus diuersę personæ esse indicãtur: Et ostendit, inquit, mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo Domini. Et postea: Increpet Dominus in te Satan, & increpet

9

in te

in te Dominus, &c. Et stabat ante faciem angeli. Nec refert in Hebr. haberi: Et ostendit mihi Iesum sacerdotem, &c. nã & Lxx vertunt, Et ostendit mihi Dominus Iesum, & continuò mentio fit Domini, stantẽ coram angelo Domini.

Increpet Dominus in te Satan. Dominus loquitur, & de se ipso ait: Increpet Dominus in te, ac si de alio loqueretur, quod vulgatũ est in Scriptura, vt Gene. 19. Dixitque Dominus: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum, &c. Scio enim, quod præceperus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iudicium, & iustitiã, vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus est ad eum. Num. 12. Statim locutus est Dominus ad eum, & ad Aharon, & Mariam, &c. Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illũ. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei, palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. Et ne in re, quæ passim occurrit, immoremur, hinc intelligimus quo modo dictum sit Gene. 19. *Igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignẽ à Domino de cœlo. Quam expositionem obiter hic confirmat Hieronymus, docens ita dictum esse: Increpet Dominus in te Satan, sicut dictum est: Pluit Dominus à Domino. Increpet autem in te, hoc significat: Reprimat, atque compescat Dominus increpationę sua tuum furorem, & tuam maleuolentiam, ne qua in re noceat Iesu orãti pro Ierusalem. Habet autem imperatiuus vicem futuri, sicut re vera futurum est in Hebræo יִגְעַר, ac si diceret: Dominus reprimet te, aut ego reprimam te, ne illi noceas, & aduersus cum quidquam possis, quoniam Dominus amat Ierusalem, & elegit eam iterũ, vt reædificetur, & templum iterum erigatur, & vult ei benefacere, sicut cap. 2. dixit: Et eliget adhuc Ierusalẽ. Quod autem bis dicit: Increpet, firmum id, & certum futurum esse indicat, vt ostendimus Sopho. 1. nume. 5. & duobus sequentibus. Est autem increpare cum potestate, & obiurgatione imperare, & ab incepto deterrere. Vnde Matth. 8. Tunc surgens imperauit ventis, & mari: pro quo Lucas cap. 8. Ar ille surgens increpauit ventum, & tempestatem aquæ, & cessauit. Quomodo autem

10

increpauerit, ostendit Marcus cap. 4. Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari: Tace, obmutesce. * In his locis Euangelistarum pro Imperauit, Increpauit, comminatus est, vnum, atque idem verbum est in Græco, ἐπετίμησε, quo etiam hic vtuntur Lxx. Et Nahum. 1. vbi habemus, Increpans mare, Lxx verterunt: Comminans mari, ἀπειλῶν. Cum dicit, Increper in te, imitatus est Hieronymus, vt sæpè solet, Hebraicam locutionem, Latinus enim diceret: Increpet te, quemadmodum & Græcam imitatus est idem libro. 2. apologię contra Ruffinum, vbi sæpè citans similem locum ex Epistola sancti Iudæ apostoli, qui ex his, quæ modo diximus, rectè explicatur: Cum Michael archangelus cum Diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus: Semper legit, Increpet tibi Dominus, Græcè, vt dixi, loquens. Nisi fortè mendosè legatur, Increpet tibi Deus, pro imperet tibi, quomodo citat in Epist. ad Tit. cap. 3. vbi ait Apostolus: Neminem blasphemare. Nec rectè faciunt, qui corrigunt ibi: Increpet te Deus, cũ increpare sit etiam imperare, vt diximus, & noster interpres idem verbum ἐπιτιμῶν, quod etiã est apud Iudam. Soleat vertere Increpare, & imperare, vt ex locis citatis manifestum est.

Numquid non iste torris est erutus de igne? 12
Hieronymus: Cur quasi torrem, quem vulgus titionẽ vocat, Iesum conaris obrũere, qui de Babylonica captiuitate quasi semiustus euasit? Hoc est: Cum Dominus Iesum de captiuitate liberauerit, & de periculis, vt sit suus sacerdos, & vrbem, templumque ædificet, frustra illũ niteris perdere, quem Deus liberare decreuit. Cyrillus: Peccauit quidem Israël, & tuis oppugnationibus captus est. Verum dedit pœnas non mediocres, & vix semiustus ereptus est. Desine ergo criminari misericordiam consecutos, &c. Sumpta est à titionibus similitudo, qui ex igne eripiuntur, ne penitus absumantur. Et ait: *Nonne iste torris est*, pro, Nonne iste ceu torris est, nota similitudinis detracta more Hebræorum, quem sæpè adnotauimus. Quidã hæc verba de Satan dici putat contra omnium, & Hebræorum, & Græcorum, ac Latinorum autoritatem, & contra rerum naturam, & proprietatem, siquidem torris ex igne eripitur, ne si igni reli-

Paulus Palac.

ctus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctus fuerit, totus absumatur, & cum eripitur, ignis, quo ardebat, extinguitur, quod in Diabolum conuenire non potest.

13 *Et Iesus erat indutus vestibus sordidis.* Vestes sordidæ peccata significant, quibus Iesus erat inquinatus; nam cum ei vestes adimũtur, ait angelus: Ecce, abstuli à te iniquitatẽ tuam.

Et stabat ante faciem angeli. Stabat, vt ego arbitror, cum intuẽs, & ab eo auxilium expectans, & petens, ideò sequitur: Qui respondit, &c.

Qui respondit, & ait ad eos. Misertus Iesu, quem Diabolus grauiter accusabat, minoribus angelis præcepit ex persona Dei, vt ait Hieronymus, vt sordida illi vestimenta auferrent, & ex eadem Dei persona ait: Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam. Quamuis & ita potest intelligi: Ostendi ablatam esse à Deo iniquitatẽ tuam, quod ablatio sordidarum vestium designauit: vel abstuli tibi sordidas vestes, in quo iniquitatem tuam ablatam esse à Deo significatum est.

Et indui te mutatorijs. Nouis vestibus, & pretiosis, quæ gratiam significant, vt ait Cyrillus, & virtutes, & dona, vt videmus in filio prodigo, Luc. 15. sicut vestes sordidæ significabãt peccata. Chaldæus: Et indui te iustitijs. Vestes mutatoriæ pretiosiores, & elegantiores esse intelliguntur, quæ non semper gestantur, sed festis diebus, & similibus, 4. Reg. 5. Giezi petijt à Nahaman: Da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Et Isa. 3. inter alia minatur Dominus, se filiabus Sion ablaturum mutatoria, pro quibus Lxx verterunt τὰ περιπόρφυρα, id est, circum purpurea. Mutatoriæ vestes.

14 *Et dixit: Ponite Cidarim mundam super caput eius.* Cidaris hic, sicut etiam verterunt Lxx, ornamentum est, quo caput tegebãt sacerdotes, Hebraicè צָנִיף dicitur à Zacharia, à Mose, Exho. 28. & Leu. 8. & 16. מִצְנֶפֶת, pro quo corruptè legitur apud Iosephum, libr. 3. Antiq. cap. 8. tam in Latino, quam in Græco codice Masna emphthes. Idem vtrumque nomen significat, & ab eodem verbo oritur צָנַף, quod significat ambire, aut circumdare Chaldaicè ab eadem origine מְצַנְפָּא aut מְצַנְפְּתָא Græcè mitra à plerisq; dicitur, vt ait Hieronymus, à Lxx Cidaris. Communis erat summo sacerdoti cum sacerdotibus reliquis, vt est apud Iosephum loco citato, vbi qualis sit his verbis explicat: Super caput autem gestat pileum non fastigiatum, neque totum caput comprehendentem, sed paulò plusquam medium, hic vocatur Masna emphthes (legendum est Masnephthes, aut Misnephthes.) Est autem tali paratu, vt videatur vitta linea sæpè in orbem replicata, & consuta, quam superne alia tela integit vsque ad frontem descendens, & per superficiem verticis suturarum deformitatem occultãs. Hic adaptatur accuratè, ne inter sacrificandum delabatur. * Et in eodem cap. postea cum de proprio summi sacerdotis ornatu agit: Porrò, inquit, pileo, quali ceteri sacerdotes, vtebatur (de quo videlicet iam diximus) super quem exrabat alius cõsutilis ex hyacintho variatus. Hunc aurea corona triplici ordine circumdabat, in qua spectabantur cauliculi aurei. Eiusmodi corona ab occipitio circum tempora vtraque procedebat, nam frontem isti cauliculi non ambiebant, sed, ceu lorum quoddam latum, aureum, quod sacris characteribus Dei nomen inciſum habebat. Hæc Iosephus. Hieronymus in Epist. ad Fabiolam de veste sacerdotali, rotũdum pileolũ esse dicit, quasi sphæra media sit diuisa, & pars vna ponatur in capite, non habet acumen in summo, nec totũ vsque ad comam caput regit, sed tertiam partem à fronte inopertam relinquit, atq; ita in occipitio vitta constrictum est, vt nõ facilè labatur ex capite. Est autem byssinũ, & sic fabrè opertum linteolo, vt nulla acus vestigia extrinsecus appareant, omnia ex Hieronymo. Ex quibus cernimus hoc pileolei genus dissimile esse ei, quo nunc Orientales vtuntur, quod vulgo vocatur Turbãtes, verum pileo, sine cidari summi sacerdotis inuenio hoc nomen semper dari, minotum enim sacerdotum pilei, vt in locis indicatis videre licet, dicuntur מִגְבָּעוֹת, sed credamus Iosepho sacerdoti, & Hieronymo idem affirmanti in Epistola ad Fabiolam de veste sacerdotali, credamus Lxx interpretibus, qui Exhod. 28. vbi nos habemus de summo sacerdote dictum: Stringesque tunicam bysso, & tiaram byssinã facies, verterunt, cidarim byssinã. * Et continuò: Porrò filijs Aharon tunicas lineas parabis, & balteos, ac tiaras, vbi in Hebræo est nomen, quod nunc dixi, ipsi verterunt cidares: itaque licet in Hebræo diuersa nomina habeant pileus pontificis, & reliquorum sacerdotũ, sicut Hieronymus vtrumq; tiaram dixit, ita Lxx cidarin. Leuit. etiam Pileus pontificis Iudæorum.

15

16

8. de

8. de pontifice: Cidari quoque texit caput, Lxx verterunt mitram. Postea in eodem capite: Filios quoque eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, Lxx: Circumposuit ipsis cidares. Et capite decimo sexto: Aharoni iubetur cidarin lineam imponere capiti, vbi similiter Lxx verterũt cidarin. Exhodi verò 39. vertit Hieron.: Fecerũt tunicas byssinas opere textili Aharon, & filijs eius, mitras cum coronulis suis ex byssо. In Hebræo est pro, Mitras cum coronulis suis ex byssо מִגְבָּעֹת וְאֶת פַּאֲרֵי הַקִּטְנֹעֹת וְאֶת הַמִּצְנְפֹּת שֵׁשׁ Quod ad verbum sonat: Et Cidarin ex byssо (videlicet pontificiam) & ornamenta pileorum, scilicet sacerdotum, vbi cum aperte videamus suum nomen dari pileo pontificis, & suum pileo sacerdotum, Hieronymus vtrumque vocauit mitram, Lxx verò transtulerũt: Et cidares ex byssо, & mitrã ex byssо. Quare Lxx, & Hieronymus pro eodẽ accipiunt cidarin, & mitrã, & vtrumque nomen, tam ad pontificalem pileum, quã ad sacerdotalem accommodãt. * Nec immeritò, nam & Hebraicum nomen צָנִיף aut מִצְנֶפֶת, proprium pontificis non est, sed commune multis, nam regiũ diadema מִשְׁנֶפֶת dicitur Ezec. 21. vbi Lxx & Hiero. verterunt cidarin: Tu autẽ profane impie dux Israel, cuius venit dies in tẽpore iniquitatis præfinita. Hæc dicit Dñs Deus: Aufer cidarin, tolle coronam. Et Isa. ca. 3. inter ornamenta mulierum numerat צְנִיפוֹת Hieronymus vittas vertit, & capitis ornamenta sunt, Lxx byssum cum auro, & hyacintho contextam. Ita etiam Græcis cidaris, & mitra, communia vocabula videntur. Hoc autem loco in cidari totum ornamentum capitis pontificalis intelligimus cum corona aurea, & lamina, in qua inscriptum erat, sanctum Domino, quoniam toto pontificis ornatu, sed mundo, nou, vt ante, sordido induitur, vt deinceps sanctè, & pure ministret. Vnde & statim ait: & induite eum vestibus, scilicet, pontificalibus. Hieronymus: Pro cidari in Hebræo legimus צָנִיף, quæ mitra à plerisque dicitur, & in hac volunt intelligi sacerdotij dignitatem, quod ablatis sordibus peccatorum mundum habuerit sacerdotium, &c. Ex quo intelligendum est vestes sordidas, & vestes mutatorias non communes fuisse vestes, sed pontificales. * Porrò in Hebræo, vt quidem nunc legitur, ita est: Et dixi: Ponent cidarin mundam, & est sensus iuxta R. Dauidem, quem fere sequuntur recentiores: Ego Zacharias dixi angelo: Quando quidem iussit tuo vestes ei priores detractæ sunt, & nouæ datæ; iubeo obsecro, vt ei, clarin mundam imponant. Nos in horum sententiam ire non possumus, quoniam si Iudæos sequi volunt, veteres ita legerũt, vt habet nostra translatio, & Hieronymus ita vertit, nec solum Hieronymus, sed etiam Lxx interpretes. Ex quo videmus aliter olim habuisse Hebraicos codices, quam nunc habent, in quibus legimus וְאָשִׂים צָנִיף טָהוֹר. Quare non esset absurdum dicere festinatione librariorum factum esse, vt litera iod, quæ ponenda erat in priori dictione, vt legeretur וְאָשִׂים, posita sit in secunda, vt legatur וְשָׂמוּ, vbi legendũ erat שָׂמוּ ita enim fiet sensus nostræ, & Lxx interpretum translationis: Et dixit, Ponite cidarin. Probabilius tamen videtur Propheram, cum sine punctis scripserit וְאָמַר, ita legi voluisse וְאָמְרוּ, sine vllius literæ additione, quod manifestè sonat: Et dixit. Deinde vbi legitur וְיָשִׂימוּ, prima litera paululum protracta fiet ו, vt sit וְיָשִׂימוּ, hoc est, Et ponite. Ponitur autẽ more Hebræorum Et, id est, litera ו ornatus causa initio sententiæ, vt Psalm. 4. Et scitote quoniam mirificauit, &c. Quod perinde est, ac si diceret: Scitote, nihil enim facit coniunctio ad sensum, vt sæpè adnotauimus Hoseæ num. 9. & in Habdia num. 61. & Ionæ. 1. num. c. 1. Erit ergo sensus: Et dixit: Et ponite cidarin, &c. id est, Ponite cidarin.

17

18

Et angelus Domini stabat. Nunquam ab eo discedens, donec fierẽt omnia, quę ad eius, & populi salutem pertinebant. 19

Et contestabatur. Palã admonebat, quasi adhibitis testibus.

Et custodiam meam custodieris. Id est, Præcepta mea, ponitur enim more Hebræorũ custodia pro re custodita, Lxx, Et præcepta mea custodieris.

Tu quoque iudicabis domum meam. Domũ suam vocat populum Israël, vt Num. 12. At non talis seruus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, & Iere. 12. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. Hoc autem dicit, quoniam postquam Iudæi ex captiuitate Babylonica redierunt, imperium, & gubernatio populi fuit penes pontifices, vt autor est Iosephus 11. Antiq. cap. 4. Sed cur addidit, Quoque, satis enim erat dicere: Tu iudicabis domũ

meam?

Universidad de Deusto
Biblioteca

meam? Putabit quispiam additum esse, vt sit sensus: Tu quoque cum Zorobabele, vel cum his, qui ex tribu Iuda populum simul gubernabant, iudicabis domum meã. Non improbo, sed si verba Hebræa inspiciantur, citò se se alter sensus offeret planior. In Hebræo ita est ad verbum: Et si custodiam meam custodieris, & etiam tu iudicabis domum meam. Hoc est: Si tu gratificandi mihi causa præcepta mea seruaueris, & ego tibi in hoc gratificabor, quod domum meam tu, & posteri tui iudicabitis.

20 Matth. 16. *Sicut Petro dixit Christus: Beatus es Simon, &c. Et ego dico tibi, quòd tu es Petrus. Tu me honorasti, confitendo me Filium Dei, ego quoque te honorabo, ædificando super te Ecclesiam meam. Et continuò sequitur in Hebræo: *Et etiam custodies atria mea*, id est, in hoc etiam tibi gratificabor pro eo, quod mihi gratificat' es in obseruatione præceptorum meorum, quod diu in pontificatu manebis tu, & filij tui, & templum meum cum suis atrijs tuæ curæ concredetur semper.

* *Et dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt.* Id est, Dabo tibi ex hoc angelorum numero, qui ante me adstant, aliquos, quorum circumuallêris auxilio, & ab omni hostium fraude securus sis. Ita Hieronymus. At recentiores, cum R. Dauide, ita vertendum censent: Dabo tibi vias inter stantes istos, vt sensus sit: Cum animus è corpore euolauerit, dabo tibi, vt ambules inter angelos istos, & perpetuò cum illis sis. Chaldæus quoque ita transtulit: Et in mortuorum resurrectione resuscitabo te, pedesq; veloces inter Seraphim istos ambulantes tibi donabo. Varietas hæc translationum oritur ex varietate punctorum vnius vocabuli. Nã si legamus, vt nũc legitur מְהַלְכִים, vertendum erit: Dabo tibi vias: Si autem מְהֲלָכִים vertendum est sine controuersia:

21 Dabo tibi ambulantes. * Quare si verba scripta intueamur, vtrumque sensum habere possunt, at si proferantur, alterum tantũ habent. Cum ergo ab angelo prolata sint, vnum tantum significarũt, nec aliud significare Zacharias voluit, quam quod angelus protulit: non ergo possunt vtroque modo accipi, vt quidam volunt. Si autem alter ex his sensus eligendus est, quis potest dubitare eum esse eligendum, quem cum veteribus Hebræis Hieronymus elegit? Eumdem & Lxx elegerunt, qui ita vertunt: καὶ δώσω σοι ἀναστρεφομένους ἀνὰ μέσον τῶν ἑστηκότων τούτων. Hoc est: Et dabo tibi conuersantes, siue ambulãtes, in medio stantium istorum. Itaque Hebraica sic habent ad verbum: Et dabo tibi ambulantes inter stantes istos, quę possunt in hunc modum facilè explicari. Dabo tibi ex his angelis, qui ambulant inter eos, qui mihi assistunt, quomodo videntur intelexisse Lxx. Idem fere sensus est in nostra translatione: Dabo tibi ambulantes, scilicet tecum, inter stãtes istos, id est, de his, qui hic stant, siue assistunt, vt Psalm. 98. Et Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius, id est, Samuel vnus est ex ijs, qui inuocant nomen eius. Sed cur multi angeli promittuntur Iesuæ vt cum iuuẽt in populi gubernatione, & in multorum hominum quærenda salute, multorum enim salus per multos quæritur.

ALLEGORIA.

22 *Et ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo.* Ex hac visione quædam ad Christum seruatorem nostrum referre facilè est, omnia verò, difficillimum, & quod vix fere vllus fecit. In quo luce manifestius cernitur Historiam non esse de Christo, sed de Iesu filio Iosedec. Sed sciamus vtilem ad Scripturas canonẽ: In sensu Historico, ne verbum quidem minimũ esse debere, quod illi sensui non conueniat, in Allegorico non semper omnia connenire, quoniam, vt Augustinus docet 16. de Ciuita. cap. 2. non omnia, quæ gesta narrantur, aliquid significare putanda sunt, sed propter illa, quæ aliquid significant, etiã ea, quæ nihil significant, attexuntur. Solo enim, inquit, vomere terra proscinditur, sed, vt hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria. Hoc pro veterum patrum expositione dixi; nos enim singula de Christo interpretari tentabimus. Nomẽ Iesu sacerdotis, & officium, & quod populum Babylone deduxit in Ierusalem, rectè quadrant in Christũ. Sed cur Christus stat coram angelo Dñi? Autores veteres, quorum sententiam retulit Hieronymus, angelum Domini aiunt ipsum esse Christũ magni consilij angelum. Quo sanè non video quid dici possit absurdius, cum perinde sit, ac si dicatur: Ostendit mihi Christum stantem coram Christo. Mihi videtur angelus esse Michael custos totius Ecclesiæ, sicut olim erat Synagogæ, quod optimè cũ sensu Historiæ congruit.

Reg. In Allegoria non est necesse omnia semper sensui conuenire.

Et

23 *Et Satan stabat ad dexteram eius, vt aduersaretur ei.* Ad dexteram CHRISTI stat Satan, quia corã Deo peccata humani generis accusabat, & vera erat eius accusatio, & impedire tentabat redemptionem, qua homines tot peccatis obnoxij indigni erant. Itaque CHRISTVM caput in sui corporis persona modo stantem videmus, atque accusatum, de qua exponendi ratione diximus ca. 2. n. 7.

Et dixit Dominus ad Satan: Increpet Dominus in te Satan. Dominus, qui miserat filium suum, vt saluum faceret populum suum à peccatis eorum, nolebat differri, aut impediri redemptionem, ideo increpat Satan, ac frustra illum laboraturum dicit, quoniam ab ipso reprimendus sit, qui elegit Ierusalem, id est, Ecclesiam ex Iudæis, & gentibus congregandam.

Numquid non iste torris est erutus de igne? Veteres Ecclesiæ tractatores ita interpretabantur, referente Hieronymo. CHRISTVS torris est erutus de igne, quia cum in Babylone, id est, in mundo fuerit, non est Babylonio igne consumptus, nec flamma sæculi tactus, id est, peccatis. Idem sensit Rupertus. At non rectè hoc respondet figuræ, toris enim lignum est, quod vri cœpit, & ne totum vreretur, erutum est: CHRISTVS autem nunquam flamma peccati vri cœpit. Lactantius libro quarto capite. 14. torrem esse inquit CHRISTVM, quoniam futurum erat, vt sicut titio igne combureretur, id est, ab hominibus cruciamenta perferret, & ad vltimum extingueretur. Titionem enim vulgus appellat extractum foco torrem semiustum extinctum. Hæc eius verba sunt, quæ retuli. *Itaque torrem vri est

24 CHRISTVM cruciamenta perferre, torrem extingui est CHRISTVM occidi: At torris cũ extinguitur, seruatur, & ardere desinit, CHRISTVS autem cum occiditur, magis patitur, nec seruatur ab extinguẽtibus, sed quantum in ipsis est, totus consumitur. Quomodo ergo extinctio torris figura potuit esse mortis? Nec cogitat Lactantius CHRISTVM apud Deum accusari non potuisse, sed eius corpus, quare accusatio ante redemptionem futura erat, ne homines indigni redimerentur. Libenter quidẽ hic & ceterorum interpretationes audirem, qui de Domino nostro hæc dici tradiderunt, verum vniuersè loquuntur, aut quædam certe attingunt, multa omittunt. Ego corpus CHRISTI esse interpretor, id est, Ecclesiam, quæ igni peccatorum consumebatur, & Domino docente, ac miracula faciente extrahi foco cœpit, multoque ante per eius venturi fidem multi etiam extracti fuerant. Hoc ergo ait: Frustra laboras Satan, nolo humanum genus penitus perire, seruandum est per CHRISTVM meum, & si indignum sit, vt non penitus comburatur. Gregorius quidem libro vigesimo Mor. capite vigesimo paulo aliter exponit, sed ita tamen vt, quamuis ille ad aliud hæc verba referat, videlicet ad synagogam, nos ad Ecclesiam, expositio sit fere cadẽ * CHRISTO, inquit, venienti Satan à dextris stetit, pro magno namque Dominus Iudaicum populum, & pro nihilo gentes habere videbatur. Sed postquam incarnatus apparuit, gentilitas, quæ, pro sinistra habita fuerat, credidit, Iudaicus vero populus ad perfidiam declinauit. Satã ergo à dextris illi stetit, quia illũ ei populũ rapuit, qui dudũ dilectus fuit. Sed quia ipse Iudaicus populus modo perditus in fine est quandoq; crediturus, Propheta testãte, qui ait: Reliquiæ saluæ fiẽt, Satã à dextris suis Dominus remouit dicens: Increpet Dominus in te Satan. Et eiusdem populi liberationem indicans subdit: Qui elegit Ierusalem. Qui nimirum populus, quia ad gehennæ incendia perfidia duce defluebat, sed dum ad fidem reducitur ab eodem æterni ignis incendio liberatur, statim de eo illic subditur: Numquid non est iste torris erutus de igne?

Et Iesus erat indutus vestibus sordidis. Quidam vestes CHRISTI sordidas carnem, quam assumpsit, interpretantur, vt Lactantius libro quarto, capite decimoquarto. Tertulianus in libro contra Iudæos, capite vltimo, Orig. hom. 9. in Leuit. Amb. lib. 3. de fide, capit. 4. Chrysostomus hom. 5. ex varijs in Matth. locis. Grego. 20. Mor. c. 20. causam Chrysosto. hanc reddit, quod carnẽ ex peccatorum genere assumpsit: Gregori vero, quod venit in similitudine carnis peccati. * Atque hoc quidem probabiliter, sed probabilius indutum fuisse vestibus sordidis, quoniam peccata nostra suscepit, & pro eis dolore, atq; ignominia affectus est, vt Euseb. li. 4. de Demonst. Euang. ca. vlt. & Origenes hom. 14. in Lucã subindicant, Ambro. sermo. 5 in Psal. 118. Hieronymus hic, & li. 2. contra Iouinianũ.

26

Universidad de Deusto
Biblioteca

Atque hoc multo aptius conſentit cum Hiſtoria.

Et ſtabat ante faciem angeli. Committens, atque demandans ei cuſtodiam, & curam Eccleſiæ.

Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Quod angeli veſtimenta ſordida auferũt Ieſu; iuxta priorem illam interpretationẽ, quę veſtes ſordidas carnẽ Chriſti eſſe dicebat, ſignificat Chriſto per reſurrectionem reddendã eſſe carnẽ gloriоſam, eiuſdem quidẽ naturæ, ſed alterius gloriæ. Tertullianus quidẽ ad gloriam, in qua venturus eſt in ſecundo aduentu, retulit. Melius Euſebius, qui ita ait: Et Ieſus erat indutus veſtibus ſordidis. Veruntamen ijs depoſitis quo tempore in cœlum aſcendit, ac de ſeruitute noſtra ad ea, quę ipſius propria ſunt, reuerſus eſt tum verò paternæ diuinitatis diademate eſt coronatus, & paterni luminis ſplendidiſsimũ veſtimentum indutus, cidarique diuina, atque alijs pontificijs ornamentis decoratus, &c. * Ad eius etiam corpus aptè hoc accommodabimus, vt enim veſtibus ſordidis erat indutus, cum noſtra peccata ſuſcepit, ita cum ea paſsione ſua deleuit, veſtes ſordidæ ei ablatæ ſunt, & cum electi dealbantur penitus, & peccatorum ſordibus per baptiſmum liberantur. Auguſtinus duodecimo contra Fauſtum, capite trigeſimo ſexto, etiam ad corpus retulit, ſed in fine ſæculi: Corpus, inquit, Ieſu Chriſti, quod eſt Eccleſia, aduerſario in fine temporum per iudicium ſuperato à luctu peregrinationis in gloriam ſempiternæ ſalutis aſſumitur.

Ecce, abſtuli à te iniquitatem tuam. Id eſt, à corpore tuo per te auferetur.

Ponite cidarim. Hæc iam num. 26 expoſuimus ex Euſebio, nã cidaris corona eſt gloriæ, & honoris in capite Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Et induerunt eum veſtibus. Immortalitatis, & gloriæ in reſurrectione, ſed & corpus eius nunc gratia, & virtutibus ornatur, & poſtea etiám immortalitate, & gloria decorabitur.

Et conteſtabatur angelus Domini Ieſum. In verbis præcedentibus finita eſt Allegoria, nec enim cetera conuenire Chriſto poſſunt, niſi violentiſsimè. Nam quamuis ad corpus eius referatur: Si in vijs meis ambulaueris, &c. Non conuenit Chriſto quod ſequitur. Tu quoque iudicabis domum meam, neque enim poteſtas iudicandi in Chriſto ex arbitrio noſtro, aut ex operibus noſtris pẽdebat. *Multo minus quod mox ait: Et dabo tibi ambulantes de his, qui nũc hic aſsiſtunt, quoniam Chriſtus cuſtodem angelum non habuit, neque angelorum indiguit auxilio; quod ſi angelicæ dignitatis homines Chriſto promitti dicamus, id eſt, Apoſtolos, & doctores, quomodo ij tunc aſsiſtebant Deo in illo iudicio, cum nemo dubitet angelos eſſe, qui aſsiſtebant? Denique Rupertus, qui nihil non de Chriſto exponit, fatetur hęc ad Ieſum filium Iosedec dici, & ad Chriſtum nullo modo pertinere.

28

TROPOLOGIA.

Quod ad mores attinet, docemur peccata noſtra nequaquam noſtrum latere aduerſariũ, qui accuſat nos apud Deum omni tempore, ſicut ait Iohãnes: Proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos ante conſpectum Dei noſtri die, ac nocte. Sed præter cæteros hoc attendere debent, qui populo præſunt, in quos magis ſæuire cupit Satan, & multos habent la queos paratos de multis rationem Deo reddituri. Difficillimum eſt bene præeſſe, & pauci hoc faciunt, quamuis præeſſe plurimi optent, quia ars artiũ eſt regimen animarum. Vide Gregorium in prima parte libri Paſtoralis curæ. *Verum quamuis Satan ſtet à dextris, & vehemẽter, ac verè accuſet nos, ne timeamus, ſi corã angelo Domini ſteterimus. Angelus Domini eſt dolor veræ pœnitentię, quem cum Dominus miſericors mittit in animam, quid aliud, quam cœleſtem quemdam, ac veracem ſalutis futurę nuntium mittit? Nam fieri non poteſt, vt is pereat, qui verum à Deo accipit peccatorum dolorem: verè enim etiam Ethnicus poëta dixit:

Quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens.

Neque enim quidquã prætermittet, quod ad peccatorũ expiationem adhiberi oporteat. Continuò Dominus ait: *Increpet Dominus in te Satan, &c.* Ego hanc animam elegi, tua fuerat peccando, ſed ad me rediit per pœnitentiam, deſine illi fruſtra aduerſari, ſtulto labore conſumeris. Torris erat & igne concupiſcenti paulatim cremabatur, & ad æternũ interitum feſtinabat, ſed per meã miſericordiã erura eſt de igne. Veſtes ſordidæ. i. peccata, per pœnitentiã auferuntur, tur, & nouis, longeque pretioſiſsimis animа induitur, vt in filio prodigo videmus, quia cum patri dixiſſet: Pater peccaui in cœlum, & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus: dixit pater ad ſeruos ſuos: Cito proferte ſtolam primam, & induite illum, & date annulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius. * Veſtibus ſacerdotalibus induitur, id eſt, ijs, quas habere deber, qui caſtè Deo ſacrificium offert cordis ſui. Veſtes ſunt gratia, atque virtutes, cidaris munda eſt recta, ac pura intentio, vt iam cœleſtia appetere diſcat, terrena contemnat. Et quoniam qui ſtat cadere poteſt, ſi in accepta iuſtitia permanſerit, promittitur ei: *Tu quoque iudicabis domum meam, & cuſtodies atria mea.* Etenim iuſti, qui aliquando peccatis implicati, poſtea Dei gratia ſoluti feruenter in bonis operibus laborant, iudicant repidos iuſtos, iudicant & peccatores in Eccleſia, quos tacite reprehendunt, & feruore ſuo ignaui iam eorum accuſant, declarãtq; gratiæ vim, & Dei liberalitatem, nec Deo, ſed inertię ſuæ aſsignare debere eos, ſi aut in peccatis adhuc ſunt, aut parum proficiunt in virtutibus. Itaque iam quodammodo in eos ſententiam, quam poſtea audituri ſunt, pronuntiant. Cuſtodiũt etiam atria Domini, quod maximæ dignitatis eſt, quoniam animas fidelium, quæ templa, atque atria Dei ſunt; exemplo ſuo ſeruant, & in officio continent; tum verbis, & precibus ad Deum fuſis à peccatis multis liberant. * Etenim ſi fortiſsimos quoſque Græcorum hoc epitheto ornare ſolet Homerus, ἔρκος Ἀχαιῶν. i. murus, aut vallũ Græcorũ, & de Hectore dixit grauiſsimus, atq; elegãtiſsimus tragicꝰ.

Columen patriæ, mora fatorum.
Tu præſidium Phrygibus feſsis
Tu murus eras, humeriſque tuis
Stetit illa decem fulta per annos.

Non mirabimur ſi viro iuſto dicatur: Et cuſtodies atria mea, quandoquidem & Elias Eliſæo clamãte vocatur currus Iſrael, & auriga eius. Tertia iuſtorum dignitas: *Et dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic aſsiſtunt.* Cum eis ambulant angeli, qui faciem patris vident, & eos ab hoſtibus, & à tentationibus ſeruant. Cuſtodem quidem angelum vnuſquiſque eorum habet, ſed præter hunc ab alijs, & ſi cuſtodes non ſint, adiuuantur in periculis, ac proteguntur, nunc ab his, nunc ab illis pro Domini mitten-

tentis voluntate: ſicut quando in Eliſæi cuſtodiam mons igneis curribus, & equis plenus erat, multi angeli aderant. 4. Reg. 6.

HISTORIA.

Audi Ieſu ſacerdos magne. Propter rei dicẽdæ magnitudinẽ denuo caprat attentionẽ. 32

Tu, & amici tui. Ceteri ſacerdotes, & iuſti viri, qui cum Ieſu habitabant in Ieruſalem.

Quia viri portendentes ſunt. Lxx pro Portendentes, veterunt, τερατοσκόποι, ideſt, prodigiorum ſpectatores, quod Theodoretus interpretatur, ſtudentes rebus diuinis, & edita à prophetis ſigna ſpeculantes. Cyrillus vero, amantes ſigna, quod proprium erat Iudæorum, qui aſsiduè ſigna petebant, vt videmus ſæpe in Euangelio. Ac ſi diceret: Quandoquidem amant prodigia videre, audiant ſignum magnum, de quo nunc dicturus ſum. Atque hoc ego potius dicerem, quam quod cum R. Dauide Vatablus, & quidam dicunt, Viri portenti ſunt, id eſt, digni quibus miracula fiant, vt, ſcilicet futura cognoſcant. Nam hæc eorum interpretatio non poteſt ad verba noſtræ tranſlationis accomodari; Quia viri portendentes ſunt, nec Hebræo ſatis conuenit, vt viri portenti dicantur, qui digni ſunt, vt ſibi miracula, & portenta fiant. Vn de hoc probant, aut quem locum ſimilem afferunt? * Verum, ſi proprietatem verborum obſeruemus, quam multo melius quam ceteræ, retinuit noſtra tranſlatio, aliter hoc erit explicandum. In Hebr. eſt כִּי אַנְשֵׁי מוֹפֵת הֵמָּה, id eſt, Quoniam viri portenti ipſi. Eſt autem מוֹפֵת, portentum, ſiue ſignum aliquod mirabile, quod in rei magnæ ſignificationem fit, vt Deuter. 29. Vos vidiſtis vniuerſa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Aegypti, &c. ſigna illa, potentaque ingentia, &c. 2. Paral. 32. In legatione principum Babylonis, vt interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram, ideſt, de retroceſsione ſolis. Ita etiã apud Latinos portentũ, & portendere, vt apud Cic. 1. de Diuinatione: Nã qđ de ſole oſtẽſum eſt tibi, populo cõmutationẽ rerũ portendit fore. Vt igitur iuxta vulgatiſsimam phraſin Hebræorum, vir ſanguinis, vir ſanguinem fundens, vir miſericordię, miſericordiam faciens, vir virtutis, faciens virtutem: ita viri portenti, viri portendentes, id eſt, futura ſignificãtes, & prænuntiantes. Quoniam igitur Ieſus, & amici eius ſignum erant futurorum, id eſt, fa-

33

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctis suis futura portendebant, nam libertas de captiuitate Babylonis libertatem per Christum afferendam,& humanum genus è confusione peccati educendum portendebat: & ipsi,qui templum ædificabant, significabãt apostolos, & prædicatores Euãgelij ædificaturos Ecclesiam, rectè dicuntur viri portẽdentes. * Hanc expositionem inueni apud Hieronymum, Ezecielis quarto, in illud: Sic comedent filij Israël, &c. Prophetas, inquit, iuxta Zachariam, viros esse portentosos, qui suis operibus futura portendant, &c. In multis locis creberrimè legimus. Sensus ergo est: Quia tu, & amici tui nihil tale cogitantes factis vestris futura portenditis: vt intelligatis quæ futura sunt, & quid pertendatis, audite, quod nunc dicam.

Ecce enim ego adducam seruum meum Orientem. Hæc verba recentiores Hebræi non de Christo, sed de Zorobabele interpretãtur, immò & Theodoretus, Eusebius libro. 4. de Demonstra. Euange. cap. vltimo: Iesum filium Iosedec putat Orientem vocari in figuram Christi, qui verus Oriens fuit. Sunt qui & Hieronymum sensisse idem putent quod Theodoretus, & Hebræi sentiunt: sed aliter se res habet, quoniam in hoc capite, de Christo palam exponit, & in capite sexto, non suam, sed aliorum recitat sententiam: significari autem (inquit) putant Zorobabel; & postea ipse de Christo interpretatur. Communis Hieronymi, & Cyrilli, & multorum sententia est Orientem Christũ dici: & Chaldæus hic, & vbicunque hoc nomen inuenitur (locos paulò post indicabimus) semper vertit Messias. * Quem sensum verba ipsa indicant, quę in Zorobabelem conuenire non possunt. Cur enim vocetur Oriens Zorobabel? Quomodo de eo, qui iã diu erat, possit dici: Ecce, ego adducam seruum meum Orientem, quod de futuro homine intelligitur? Quid hoc attinet ad præcedentia: Quia viri portendentes sunt? Quid ad sequentia: Quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu, &c. Nam expositiones recentium Hebræorum non afferam, quoniam ita ridiculæ sunt, vt neq; refutari debeant, neque referri. Sciamus ergo vbi nos habemus Oriẽtem, in Hebræo esse צֶמַח, in Græco apud Lxx ἀνατολὴν. Et quoniam apud Latinos Oriens de Sole dicitur, sicut & apud Græcos ἀνατολὴ, id est, ortus, plurimi ex Latinis, & ex Græcis putant Christum propter claritatem, quam tenebris mundi attulit, Orientem vocari, scilicet, Solem, vel ἀνατολὴν, id est, ortum Solis, vt Cyrillus, Theodoretus, & in cap. 1. Luc. Theophylactus, Euthymius, Beda, & alij multi, & Greg. lib. 20. Mor. cap. 20. Cyrillus in collectaneis, Hesychius in homilia de sancta Maria Deipara. Denique rarus est autor, qui non ita sentiat. Atque id non parum confirmari videtur verbis Lucę, cap. 1. Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Vbi sine dubio Euangelista allusit ad hunc locũ Zachariæ, & ad illum. c. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius: atque ita posuit, ἀνατολὴ, sicut in his duobus locis reperit in trãslatione Lxx. Quod versus subsequens manifestius declarat: Illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent. * Hic locus planè ostendit, quantum emolumenti afferat ad verã Scripturæ intelligentiam cognitio linguarum: omnes siquidẽ quos nominaui, aliiq; quamplurimi grauissimi, atque doctissimi viri, magna quidem probabilitatis specie, sed decepti tamen sunt Hebraicarum literarũ ignoratione. Quod Hebraicè, vel mediocriter scientibus manifestissimum est, צֶמַח, nomen Christi, quod in his locis, & in alijs inuenitur, nequaquam oriẽtem Solem, aut ortum Solis significat. Sed germẽ, vt eius radix indicat צָמַח, id est, germinauit, quod proprium est arborum, atq; plantarum, vt Gen. 2. Omnemque herbam regionis, priusquam germinaret. Isa. 44. Et germinabũt inter herbas, quasi salices iuxta prætерfluentes aquas. Atq; ita intelligitur illud Psal. 131. Illic producam cornu Dauid, id est, germinare faciam regnum, & potentiã ipsi Dauid: ita enim dictum est, Producam, vt Psal. 103. Producens fenum iumẽtis. Et nomen ipsum צֶמַח Hieronymus idem vertere solet, germen, vt Isa. 4. In die illa erit germen Dñi in magnificentia, & Ierc. 23. Ecce dies veniunt, dicit Dñs, & suscitabo Dauid germen iustum, & cap. 33. Et in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ. * In his locis omnibus est צֶמַח, quod Hieronymus in hoc cap. 3. Zacharię, & cap. 6 vertit Oriens, & est vnum ex nominibus Christi: propterea Chaldæus semper in illis vertit Messiam. Quare non est dubium, Hieronymum idem intelligi voluisse in Germine, & in Oriente. Quod vt planius fiat, referam ipsa verba Hieronymi in capite

34

35

36

Cognitio linguarum vtilis ad Scripturã.

37

Oriens. Germen.

pite textu: Ecce vir, cuius nomen est Oriens, quod Hebraicè dicitur צֶמַח non per ש, sed per ע literam scriptum. Qui idcirco Oriens, id est, ἀνατολὴ, vel ἀναφὴ, siue βλάστημα nuncupatur, id est, germen, quia ex se repente succrescet, & ex radice sua in similitudinem germinis pullulabit, &c. Vides Hieronymum dictionem Hebraicam tribus Græcis idem valentibus explicare, id est, germen significantibus, nec quidquam eum dicere de sole, aut de claritate. Quod si quem mouet nomen ἀνατολὴ, quo vsi sunt Lxx, & Lucas, & tam multos, tamque eruditos decepit: Sciat verbum ἀνατέλλω, Græcis idem significare, quod produco per germinationem, aut idem, quod nobis Orior, & similiter dici de sole, & de hominibus, de herbis, de quacunque alia re, quæ denuò prodit, & apparet, de montibus etiam cum videri incipiunt, vt apud Apollonium libro. 2. Argonauticon.

ὀρέων δ' ἀνίτελλον ὑψίκρημνοι

id est, montium summitates oriebantur, siue apparebant. * Immo verò propriè hoc verbum de herbis dicitur autore Suida, cuius hæc sunt verba: Ἀνατεῖλαι, ἀνθῆσαι ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοτανῶν, id est, Ἀνατεῖλαι (quod est aoristus verbi ἀνατέλλω) floruisse metaphora sumpta ex herbis. Et Homerus lib. 5. Iliad.

τῶσιν δ' ἀμβροσίην Σιμόεις ἀνὰ τάλαι ἔμεσθαι,

id est. His autem ambrosiam Simois producebat ad pascendum. Et ne aliunde quæramus quod in libris nostris habemus, Psalmo. 103. vbi nos habemus: Producens fenum iumentis, Hieronymus vertit: Germinans herbam iumentis, in Græco est ὁ ἐξανατέλλων χόρτον τοῖς κτήνεσι. Psal. 131. Illic producam cornu Dauid. Hieronymus: Ibi oriri faciam cornu Dauid. Græce: ἐξανατελῶ, similiter ἀνατολὴν se accipere pro germine apertissimè declarant Lxx, nam cum Ieremi. 23. in illis verbis: Et suscitabo Dauid germen iustum, pro Germen, vertissent ἀνατολὴν capite. 33. vbi erat idem nomen in Hebræo, & idem penitus sensus, ait enim: Et in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ, ita vt nos habemus, reddiderunt βλαστῆσαι ποιήσω τῷ Δαυὶδ βλαστὸν δικαιοσύνης, id est, Germinare faciam Dauid germen iustitiæ.* Cum autem nemo dubitare possit ita accepisse Lxx hoc nomen, vt diximus, nec illud vocari in dubium potest, ita etiam Lucam accepisse, qui illos sequitur vbique præsertim cum & Lucas ipse, & alij frequentius hoc nomen ἀνατολὴ, si ad solem referatur, non singulari numero, (vt eum dicit: In quibus visitauit nos oriens ex alto) sed plurali, vsurpare soleant, vt Luc. 13. Et veniens ab Oriente, & Occidente. Et Matth. 2. Ecce magi ab Oriente venerunt Ieroso lymam. Et capite. 8. Multi ab Oriente, & Occidente venient. Quod autem statim ait: Illuminare ijs, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: obstat nihil: neque enim ideo dicitur, quod aliquid de sole præcesserit, sed quia is, de quo loquitur, erat lux vera illuminans omnem hominem: Solet enim scriptura relinquere metaphoram, in qua erat, & subito dicere aliquid, alienum quidem ab illa metaphora, sed conueniens tamen rei, quæ per metaphoram significabatur, vt Isaiæ vndecimo: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini, &c. Requiescet super cũ spiritus Domini, non conuenit metaphoræ illi, id est, non conuenit flori, sed Christo metaphoricè significato per florem. * Nahum. 3. loquitur de Niniue, quasi de meretrice: Et reuelabo pudenda tua in facie tua, &c. & statim redit ad vrbem, quæ significabatur in meretrice: Et erit, omnis, qui viderit te, resiliet à te, & dicet: Vastata est Niniue. Habacuc. 1. de rege, siue gente Chaldæorum ita agit, ac de piscatore, sed continuo redit ad rem significatam: Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagena sua, &c. Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere gentes non cessat. Dixi de hoc etiam, & alijs exemplis comprobaui Hos. 2. nu. 87. & Hamos. 9. nu. 22. Ita Lucas, cum in metaphora germinis versaretur cum dicebat: In quibus visitauit nos Oriens, id est, germen, siue ἀνατολὴ, ad aliam transit diuersam quidem, sed non minus Christo conuenientem. Sed cur Christus germen dicitur? Rationem iam ex Hierony. in capite sexto Zachariæ reddidimus, quia ex se repente succresceret, & ex radice sua in similitudinem germinis pullulabit, id est cum omnino videatur paruus, & contemptibilis, repente crescet, & quam magnus sit ostendet: sicut Danie. secundo lapis

38

39

40

Scriptura solet relinquere metaphoram, & transire ad rẽ significatam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruus repente mons magnus effectus est,
41 & impleuit terrã. * Altera ratio, aut hęc eadem potius vberius explicata, huiusmodi
Germen. est. Germen propriè Latinis dicitur surculus, id est, ramulus tener, qui ex oculis arborum enascitur, & succidi soler, vt seratur, & crescat in arborem. Sed nos modo germẽ dicimus id, quod primũ pullular, siue ex arbore, siue ex terra, vt in interpretatione Hebraici nominis, & Græci, diximus. Vocatur igitur Christus Deus noster germen, quod ex radice Iessæ, siue Dauidis, quę videbatur exaruisse nullo iã rege, aut duce ex ea prodeunte, iterum germinet, & pullulet ad regnandum. Quod euidenter ostendunt testimonia, quæ superius retulimus, Psal. 131. Illic producam cornu Dauid Iere. 23. Suscitabo Dauid germen iustum, &. 33. Germinare faciam Dauid germen iustitiæ. In quibus animaduertendum est Dauid semper esse dictum casus, vt ex Græco, & ex Hebræo plane intelligitur, & sensus est, Faciam vt Dauidi, qui iam videbatur aruisse, enascatur, & pullulet nouum germen, quo pristinam regni gloriam recuperet. Propterea dixit: Illic (ita enim legendum est, ἐκῶ Heb. ᵭᵱ ibi) producam, id est, germinare faciã, (vt iam ex Hebræo, & ex Græco indicauimus) cornu, id est, regem Dauidi. * Quare
42 rectè sequitur: Paraui lucernam Christo meo, id est, Dauidi, quem ego vnxi, & regem constitui, paraui in sæculo futuro lucernam, ne gloria regni, & generis eius
Lucerna. penitus extinguatur, quæ iam videbatur obscurari, & perire. Metaphora sumitur à re, quæ in obscuro iacebat, & quasi nulla putabatur, sed adhibita lucerna videri incipit, & gloriam suam priorem quasi denuò capit. Ita etiam dictum est tertio Regum vndecimo: Filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem, id est, vt maneat gloria regiæ successionis in domo Dauid, nec videatur iam eius domus perijsse. Et capite decimo quinto: Sed propter Dauid, dedit ei Dominus Deus suus lucernam in Ierusalem, vt suscitaret filium eius post eũ, & statueret Ierusalem. Ex hoc ergo germine, quod pullulauit de radice Iessæ, vniuersus orbis impletus est sanctis, & ipse, qui germen dicitur, regnũ Dauidi promissum recepit, sicut ait angelus: Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius, &
Luc. 1. regnabit in domo Iacob in æternum.

43 *Quia ecce lapis, quem dedi coram Iesu.* Eundem, quem germen vocauerat, siue Orientem, nunc lapidem vocat, vt sit sensus: Lapis, quem dedi coram Iesu, id est, quem Iesu ostendi, & reuelaui, cum dixi: Ecce, adducam seruum meum Orientem. Ac si diceret; Ille ipse, quem Orientem vocaui, est lapis quidam, quem ego ostendo Iesu, & cuius virtutem admirabilem lapidis similitudine nunc explicabo. Possemus dicere Iesum visionem habuisse, in qua lapidem cum septem oculis viderit. sed quia nec id Propheta narrat, nec locum relinquit, in quo intelligatur, verius est, quod diximus. Sed quorsum lapis nunc vocetur Christus, id est, quid ad id, quod nunc agitur, pertinet nomen, aut similitudo lapidis, autores fere non docent. Ego lapidem dici arbitror, quia futurus erat fundamentum templi, id est, Ecclesiæ, iuxta illud, primæ Corinthiorum tertio: Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Hic lapis erat angularis, connectens duos Ecclesiæ parietes, id est, Iudæos, & gentes, de quo Isaiæ vigesimo octauo: Ecce, ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamento fundatum. Quoniam igitur Iesus totus erat in templo ædificando, per quod Ecclesiam significabat à Christo ędificandam, sicut habemus capite sexto: Ecce vir, oriens nomen eius, & subter ipsum orietur, & ipse ædificabit templum Domino, rectè eum lapidem vocat, id est, fundamentum Ecclesiæ futurum esse dicit.

Car Christus nunc dicatur lapis.

44 *Super lapidem vnum, septem oculi sunt.* Vnus lapis est, & septem oculos habet. Quasi dicat, Multiplex est virtute, & potestate, licet secundum carnem simplex, id est, exiguæ virtutis, & potentiæ videatur. Nec enim vnum ita dicit, quasi de pluribus lapidibus loquatur, sed vnius tãtum meminit. De septem oculis magna cõtrouersia est, sed diiimetur fortasse, si spiritualibus spiritualia cõparemus, & obscurissimi loci intelligentiã ex alijs similibus capiamus. In capite 4 huius prophetæ legimus: Et videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem sunt isti oculi Domini, qui discurrũt in vniuersam terrã. De eisdem oculis vtrobique sine dubio loquitur. Tales ergo sunt

Septem oculi.

oculi, vt licet in lapide esse dicantur, in terram discurrant vniuersam. Hieronymus, & Rupertus septem dona spiritus sancti, quæ plenissimè in CHRISTO fuerunt, tam in c. hoc tertio, quam in quarto significari contendunt. Sunt quibus id non placeat, quoniam oculi nihil videntur habere commune cum donis spiritus sancti: sed respondeti potest ex S. Thoma (seu quicumque alter fuit) in capit. 5. Apoc. recte dona spiritus
45 sancti dici oculos, quia animam oculatã, & vidẽtem, illuminatamque reddunt. * Mihi satis hæc expositio esset, nisi alteram scriptura ipsa indicaret. Zacharias in lapide CHRISTO septem oculos esse tradit, idem inuenimus in capite quinto. Apocalyp. Et vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio seniorum agnum stantem tãquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septem. Deinde qui sint oculi, ita exponit. Qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram. Hos enarratores Apocalypsis eadem dona esse consentiunt, quæ mittuntur in vniuersam terram, quia omnibus hominibus dantur, iuxta illud Sapi. 1. Spiritus Domini replcuit orbem terrarum. Ita Arethas episcopus Cæsareę Cappadocię, Primasius, Beda, Haymo, Rupertus, Ambrosius, Ansbertus, S. Thomas, Lyranus, Ioachim, Abbas, tam in hunc locum omnes, quã in illud cap. 1. Et à septem spiritibus, qui in cõspectu throni eius sunt, & in hæc posteriora verba Victorinus, & Anselmus. Addit Thomas in. c. 5. hos spiritus mitti in omnẽ terram, quia Dominus per apostolos, & discipulos omnibus gratiam spiritus sancti obtulit ad illuminationem animarum. Vt minus sapiens dico, durior mihi videtur hæc explanatio, vt septem spiritus, qui in
46 conspectu throni Dei sunt, & qui mittuntur in vniuersam terram, dona sint spiritus sancti. * Septem angelos magnos potius esse existimo, quibus Deus potissimum demandauit curam, & prouidentiam hominum, qui propterea missi dicuntur in omnem terram, quia quisque partem orbis sibi commissam diligenter perlustrat, & procurat, atque eius cõmoda semper quærit. Hi sunt oculi CHRISTI, sicut diaconi dicuntur oculi episcopi, quia per eos prouidet omnibus hominibus. Sensus ergo est: Hic lapis, quem ostendi per reuelationem IESV sacerdoti, non, vt cerei lapides, sensu carebit, sed habebit septem oculos, id est, totum Ecclesiæ ædificium eo nitetur, & omnia eius membra prouidentia sua continebit, & per septem angelos, quasi per septem oculos, omnia lustrabit, omnibus membris suis prouidebit. Iudicet æquus lector quanto aptior hic sensus sit locorum scripturæ, quos iam protulimus, ex Zacha. 4. Septem sunt isti oculi Domini, qui discurrunt in vniuersam terram, ex Apoca. 1. Gratia vobis, & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à IESV CHRISTO, &c. Quis vnquam vidit pacem peti à rebus inanimis? Quem locum similem proferre poterunt, vbi pax fidelibus optetur à donis spiritus sancti? Quis ita loquitur? Simile est illud Apoca. 5. vbi Agnus dicitur habere cornua septem, & septem oculos, qui
47 sunt, inquit, septem Spiritus Dei missi in omnem terrã. * Verum quoniam spiritus ambiguum nomen est, & angelum significare potest, & donum spiritus sancti: proferam apertiora loca, quæ nullam habeant nominis ambiguitatem, nec detorqueri in alium sensum possint. Tobiæ 12. Ego sum Raphael angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. Apo. 8. Et vidi septẽ angelos stantes in conspectu Dei, & datæ sunt illis septem tubę. Et. ca. 15 &. 16. &. 17. septem etiam angeli memorãtur, quasi curam habentes vniuersę terræ. Vide quam bene his conueniat cum illo. Gratia vobis, & pax ab eo, qui est. & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt. Et rursus hoc: super lapidem vnum oculi septem, quã aptè consentiat cum illo Apo. 5. Habentem septem oculos, qui sunt septem spiritus Dei missi in omnem terram, & cum illo Apo. 3. Hæc dicit qui habet septem spiritus Dei. Ostenditur autem IESV lapis cum septem oculis, quia precibus horum angelorum Iudæi ædificandi erant super hunc lapidem, vt apertius videbimus capite quarto numero vigesimoquinto. Quod autem quidam dicunt septem oculos, aut septem angelos, siue spiritus, multos angelos, aut multos spiritus intelligi, mihi sane nunquam probabunt, nec video cur probare cui quam debeant. Nam si semel, aut iterum diceret scriptura, septem, probabile id

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodammodo videri posset, at cum semper in tot locis eumdem numerum inculcet, sine dubio certus numerus signatur.

48 *Et ecce, ego exlabo sculpturam eius.* In Hebr. est: Et ego aperiam apertionē eius, hæc autem apertio in lapidibus, aut in simili materia, est sculptura. Idem verbum est. 2. Paral. 3. vbi habemus: Et cœlauit Cherubim in parietibus, & Exho. 28. Opere sculptoris, & cœlatura gemmarij sculpes eos nominibus filiorum Israël. Hieronymus elegant er explanat, sculpturā lapidis Christi vult esse vulnera, quæ pro nobis passus est, per quæ iniquitatem terræ abstulit: Ita etiam quidā ex nostris. Iudæi nimis crasse, vt solent, de lapidibus murorum, aut rempli, dici putant, cum lapides templi fuerint impoliti, vt legimus Hesd. 6. Dicit autem: Ego cœlabo, non quòd vulnera ipse fecerit, sed quod Christum suum pati voluit, & permisit, vt eum occiderent Iudæi. Eodem modo dixit Isaiæ. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Et quoniam sculptura magnum lapidum ornamentum est, optimè etiam hoc interpretabimur de donis, & gratijs, quæ Christus homo accepit, quibus eius humanitas insigniter ornata, & decorata est. L x x verterūt: Ego fodio foueam, quod ad passionem Christi retulit Cyrillus, quæ facta est Iudæis fouea, & excœcationis occasio. Sed quoniam in Hebræo non est: Et ecce, ego aperiā apertionem, sed פִּתֻּחָהּ, id est, apertionem eius, & ad lapidem necessario refertur, qui feminini generis est Hebræis, multo melior & expressior est nostra translatio. Vnde Aquila transtulit: Sculpam aperturam eius. Theodotio, & Symmachus: Sculpam aperturam.

49 *Et auferam iniquitatem terræ illius in die vna.* Hæc verba confirmant expositionem præcedentium. Eo die, quo Christus vulneratus, & mortuus fuerit, auferam iniquitatē terræ. Cum autem dicit, Terræ illius, pronomen illius, feminei generis est, vt constat ex Hebræo, & ex Græco, ideoque terrā referre potest, aut etiam lapidem, quem Hebræis eiusdem generis esse diximus, vt sit sensus: Auferam iniquitatem terræ in qua Christus nascetur, vel terræ illius semineo genere, quod idem est, & intelligit Iudæā, in qua primum virtus passionis eniruit, & homines iustificari sunt. Atque vno die auferendam esse iniquitatem dixit; quoniam eo die pretium sufficiens est oblatum ad omnium hominum iniquitatem delendā.

Vocabit vir amicum suum subter vineam. Tūc homines summa pace spirituali, & trāquillitate perfruentur, nemo eos terrebit, nulli casus eorum pectora turbabunt. Metaphora ducitur ex hominibus in pace degentibus, qui cum amicis suis epulantur suauiter in vinea sua, aut sub ficu sua, quod belli tempore non fit. Mich. 4. Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones, &c. Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & non erit, qui deterreat. Quæ ibi num. 45. de pace spirituali exposuimus, qua iusti tēpore Euangelij fruuntur, & de qua sæpè loquuntur prophetæ, vt Isa. 2. Hos. 2. & vltimo, Hamos vltimo, Micheę. 4. &. 5. Dicit autem, *Subter vineam*, id est, Subter vites, aut subter fructus vineæ, vt vertit Chaldæus, & vt eodem cap. 4. Micheæ explicauimus.

TROPOLOGIA.

50 Iure audire iubetur Iesus sacerdos magnus, quoniam multum eius, & amicorum interest percipere, quod dicitur, atque illud primum: *Quoniam viri portendentes sunt.* Sacerdotes enim tales esse debent, vt moribus suis futura prænuntient, vt cum eos in iniurijs patientes, atque gaudentes, beneficos in inimicos, in rebus aduersis tranquillos ceteri animaduerterint, coniiciāt, qualis sit futura in cœlo caritas erga omnes, & tranquillitas animi, atque iucunditas, cum in tantis illi perturbationibus ita sint animo quieto. Cum viderint eos peccata detestari, & in peccatores inuehi, intelligant quam rigida futura sit districti iudicis sententia: cum affligi, & persecutiones pati contigerit, inde reliqui iudicent qualia, quantaque impœnitentes peccatores maneant supplicia, si iusti, & qui se se operibus pœnitentiæ exercent, ita pro leuibus peccatis puiuntur. His sacerdotibus, & ceteris, qui eorum pietatem imitabuntur, addu cet Dominus filium suum Orientem, vt in eis germinet & ramos, frondes, fructusque producat bonorum operum, sub quibus alij recreentur, & exemplis excitati, etiam 51 ipsi arbores fiant. * Hic lapis ostenditur Iesu, vt quoniam in exemplum positus est aliorum, & summus sacerdos est, nihil sit per hoc fundamentum ædificet, quod firmum, & lapideum non sit. Sed ceteros doceat Christo adhærere, caduca contemnere, firma & solida sectari, & se tanquam la-

pides

Sacerdotes quales esse debeant.

(Cor. 3. pides vitos superædificare. De quo Paulus ait; Secundum gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet: fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positū est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamenrum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestū erit; dies enim Domini declarabit. Et Petrus præterea scribit: Ad quem accedentes lapidem viuum, ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum, & honorificatum, & ipsi, tanquam lapides viui superædificamini. Quod vt faciamus prouocat nos quod sequitur: *Super lapidem vnum, septem oculi sunt*, mira enim prouidentia Christus suos custodit, & gubernat, & recta via ducit in patriam perennem, & omnibus bonis impler. * Et quoniam ipse cœlatus vulneribus iniquitatem terræ abstulit: si nos puriores in dies, & pulchriores euadere volumus, cœlari nos sinamus, & passionum eius participes simus, ne crucē exhorrescamus, ne vulnera prō eo, nec mortem, nihil enim in nobis pulchrius, aut elegantius esse potest, quam si sculpturas Domini nostri habeamus, in quibus Paulus gloriatur cum ait: De cetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Quid erit in martyrum corporibus illustrius, quid aspectu iucūdius, quam vulnera, quæ pro Christo pertulerunt? Quid in ipso Domini corpore decentius, aut lucidius, quam plagæ quinque, quas meritò etiam immortalis habere voluit, ne splendore illo beati carerent, qui siderum, & Solis lucem, pulchritudinemque longissimè superat? Lapides sumus, si Christo superædificamur, sed nisi ferro tentationum, persecutionum, laborū cœlamur, impoliti lapides sumus. Deinde, cum cœlati & nos fuerimus, aliorum etiā iniquitatem die vno, id est, celerrimè, auferemus; quoniam omnipotens Deus mira ad aliorum salutem per eos operatur, qui conformes facti sunt imagini filij eius, & multa patiendo ità Deo grati, & amici facti sunt, vt eorū preces celeriter exaudiat, & faciat eos crescere in mille millia. Propter quod Apostolus ait: Nam ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit, sed ante passi, & contumelijs affecti, sicut scitis, in Philippis, fiduciam habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine. Quod sequitur: *In die illa, dicit Dominus exercituum, vocabit vir, &c.* Iam exposuimus Hamos. 9 numero. 53. &. 54. & Micheæ. 4. numero. 53.

CAP. IIII.

ET reuersus est angelus, qui loquebatur in me: & suscitauit me quasi virum, qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius: & septem lucernæ eius super illud: & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput eius, & duæ oliuæ super illud: vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc, Domine mi? Et respondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me. Numquid nescis, quid sunt hæc? Et dixi: Non Domine mi. Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore: sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planū? & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Et factum est verbū Domini ad me, dicens: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: et scietis, quia Dominus exercituum misit me ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos Quis enim despexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terrã. Et respondi, & dixi ad eum: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexterã candelabri, & ad sinistram eius? Et respondi secundo, & dixi ad eum: Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me, dicẽs: Numquid nescis, quid sunt hæc? Et dixi: Nõ Domine mi. Et dixit: Isti sunt duo filij olei, qui assistũt dominatori vniuersæ terræ.

HISTORIA.

1 *Et reuersus est angelus, qui loquebatur in me.* Intelligendum est angelum, qui in Prophe ta loquebatur, exijsse post ea, quæ cap. 3. dicta sunt, vt nouam reuelationem afferret, sicut vidimus cap. 2. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, &c. De quo ita Dionysius scribit in lib. de cœlesti hierarchia ca 8. Cernit nempe Zacharias vnus ex theologis vnum ex primis, vt arbitror, angelis, qui oculis diuinæ maiestatis semper assistunt. (Communis quippè est, vt supra iam diximus, cœlestibus omnibus angelica cognominatio) verba consolatoria de hoc ipso à Domino didicisse, vt dictum est. Alium verò ex inferioribus angelis in occursum primi processisse, vt diuinæ per illum intelligentiæ capax, & particeps fieret. Deinde cum ab eo, veluti ab antistite, diuinum consilium didicisset, vt prophetã quoque doceret fuisse permissum, quod vberrim habitabitur Ierusalem à multitudine hominum, &c. Quare quod Hieronymus ait, hũc angelum nusquam abijsse, nec potuisse esse absq; eo, in quo erat, spirituali sensu dictum est, quo interpretatur hunc angelum esse mentem nostram, de qua ait: Iste enim noster angelus est, qui prudenter intelligens Dei nobis indicat voluntatem.

Et suscitauit me. Hieronymus: Propheta stupore magnę visionis atronitus tota mẽte torpebat, & clarum veritatis lumen videre non poterat. Vnde à visione præterita suscitatur ad aliam visionem, quasi de somno euigilans, vt videat, quod clausis oculis non videbat.

2 *Et dixit ad me: Quid tu vides?* Quasi adhuc non satis euigilantem angelus interrogatione magis exuscitat, vt attentius videat, & obscurisimæ visionis explicationem petat.

Vidi, & ecce candelabrum aureum totum. Huius visionis tanta est obscuritas, vt post varias expositiones scribat Hieronymus in fine capitis: Hæc, vt quiuimus, & vt nostri ingenioli vires ferre potuerunt, locuti sumus; & Hebræorum, & nostrorum varias opiniones breuiter perstringentes. Si quis melius, immò verius, dixerit, & nos libenter melioribus acquiescimus, &c. Potissima obscuritatis causa est, quod non satis constat, vtrum hæc de præsenti rerum Iudaicarum statu, & de templo Ierosolymitano intelligantur, an de Christo, & Ecclesia. Recentiores Hebræi, & Lyranus, de templo, quod tunc ædificabatur, interpretãtur, quod postea falsum esse demonstrabo. Quare id sequendum est, quod veteres patres docent, vt de Christo, & de Ecclesia intelligamus. Sed magna est etiam in hoc opinionum varietas, & nemo (vt ingenuè fatear, quod sentio) mihi in omnibus placet. * Decerpam itaque in hac visione, & in reliquis, quæ supersunt, vt hactenus feci, quod mihi in vno quoque videbitur probabilius, & addam alia, quę deerunt, vt plenam, atq; integram expositionem, si Deus Prophetæ nostri precibus exoratus dederit, habeamus; quantum quidem in re obscurisima fieri licebit. Mihi videtur Ecclesiæ progressum vsque ad finem sæculi hac visione describi, meritoque hæc visio consequitur id, quod in fine cap. 3. scriptum est, vt quoniam Iesus, & amici eius viri portendentes erant, & templum construẽtes, Ecclesiam à Christo ædificandam prænotabant, iamque de Christo, & de eius passione locutus est, quo Ecclesia est ædificata, nũc de ipsius progressu loquatur. Candelabrum ergo aureum est Ecclesia, vt viri Ecclesiastici, Hieronymo referente, testãtur, & Augustinus (seu potius Tychonius) homilia. 8. in Apocalypsin. Eadem est sententia Cyrilli. Quod mihi apertè probari videtur

detur ex cap. 1. Apoc. vbi Iohannes vidit similem filio hominis in medio septem candelabrorum aureorum, & postea ait: Candelabra septem, septẽ Ecclesiæ sunt. * Candelabrum dicitur Ecclesia, quia quantumuis lumini apta videatur, vt candelabrum, non potest habere nisi aliunde afferatur. Aureum verò propter firmitatem, & perpetuitatem, & propter præstantiam caritatis, & doctrinæ cœlestis, quæ non habet admistionem falsæ doctrinæ, vt doctrinę Philosophorum: ideò candelabrum est totum aureum.

4 *Et lampas eius super caput ipsius.* Super caput ipsius, id est, in summo stipite, siue hastili cãdelabri est lampas, quam vocat לַגֻּן, est autem vas rotundum formam habens lenticulæ, quod propterea sæpè in nostra translatione vocatur lenticula. Hæc lampas, quæ maxima erat ceterarum, Christum significat caput Ecclesiæ, à quo Ecclesia illuminatur. Ita Hebræi quoque tradiderũt, & veteres Ecclesiæ magistri, vt Hieronym⁹ affirmat. Ita etiam Cyrillus, & Anastasius Episcopus Nicænus quæstione. 53. earum, quas in Scripturam edidit. De quo Hieronymus interpretatur illud Matth. 5. Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo sunt. Christum ipsum lucernam hic vocari docet; modium, mensuram legis, candelabrum, Euangelij libertatem.

5 *Et septem lucernæ eius super illud.* Super hoc candelabrum prẽter illam maximam, erant septẽ lucernæ, minores videlicet lampades ardentes, in quibus multitudo iustorum significatur, qui sunt in Ecclesia, & dum hoc sæculum septenis diebus voluitur, ad imitationem Christi lucent. Sicut de Iohanne Baptista dictum est Iohannis. 5. Ille erat lucerna ardens, & lucens: & Philipp. 2 de iustis: Inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Septenario autem numero multitudinem in Scriptura significari solere demonstrauimus, Mich. 5. nu. 60. Cyrillus in septem lucernis apostolos, & Euãgelistas, & magistros Ecclesiarum intelligi voluit: sed quia præter Christum non ponuntur nisi septem lucernæ, & non soli apostoli, & Euangelistæ, & magistri lucent in Ecclesia, verius puto esse, quod dixi, quoniam hæc nostra expositio, & eos, quos vult Cyrillus complectitur, & alios addit, qui meritò etiam lucernæ dicantur. Super candelabrũ ergo, siue in candelabro septem lucernæ erant.

6 *Et septem infusoria lucernis.* Septem lucernæ etiam erant super caput candelabri, id est, in summo stipite, siue hastili eius, sed sub illa summa lampade, & septem infusoria habebant. Nam lucernæ, id est, iusti, non possunt ex se lucere, neque conseruare lucem acceptam, nisi aliunde oleum accipiant, id est, gratiam ad bene agendum, & ad resistendum tentationibus varijs: ideò appositæ sunt infusoria, id est, vasa hoc oleũ continẽtia. * Hæc autem septem vasa sunt septem sacramenta, quę cum gratiam contineant, & efficiant, merito vasa dicuntur. Nam vas & receptaculum dicitur, & instrumentum rei efficiendæ, & vtroque modo nouæ legis sacramẽta vasa dicuntur. Recte autem adnotat Cyrillus, lampadem supremam non habere infusoria, sicut septem lucernas: Filius enim Dei (inquit) verum lumen est, quod non mutuatur foris, sed ipse habet naturaliter, de cuius plenitudine nos omnes accepimus. Verum sciendum est in Hebræo ita legi: Septem, & septem infusoria lucernis, &c. Ita etiam vertit Chaldæus, quamuis ex Latina eius translatione id nõ satis intelligitur, sed Chaldæa ita omninò habent, vt Hebræa. Immò & in translatione, quæ est in Commentarijs Hieronymi, eodem modo legitur, & in nonnullis manu scriptis codicibus. Quam lectionem si vera sit, ita interpretabimur, septem, & septem esse quatuor decim, vt Gen. 7. Ex omnibus animãtibus mũdis tolles septena, & septena, masculũ, & feminã; de animãtibus vero immundis duo & duo, id est, septem masculos, & septem feminas, & duos masculos, & duas feminas. Quatuordecim autem infusoria sunt septem sacramenta, & septem dona Spiritus sancti, per quæ (vt ait Hieronymus) oleum misericordiæ Dei, omniumq; virtutum Ecclesia suscipit. Sed ego lectionem Hebraicam, quam modo habemus, vitiosam esse credo, ac vetustiores codices ita habuisse, vt nunc habent Latini. * Si quærat quis, vnde hoc probem: ex veteribus Lxx interpretum exemplaribus probo, quæ tantummodo habent: Et septẽ infusoria lucernarum, quæ erãt super illud, vt ex Hieronymo, Cyrillo, Theodoreto constat. Deinde quoniam Hieronymus in Commẽtarijs septem solũ infusoria ponit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

itaque mendosè scripta est eius translatio. Chaldaica verò paraphrasis, quoniã recentior est, vt ostendi in Habdiam nume. 110. simul cum Hebraicis nouis corrupta est.

Et duæ oliuæ super illud. Non erant oliuę supra candelabrum, sed Super, more Hebręorum, capitur pro Iuxta, vt Psalm. 136. Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Et Lucæ. 4. Et stans super illam imperauit febri. Hoc intelligimus ex eo, quod postea ait Propheta: Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistrã eius? Atque ibi, vbi hoc quęrit Propheta, & angelus respondet: Isti sunt duo filij olei, &c. exponendũ erat, quid duæ oliuæ significent; sed quoniam, nisi hoc explicato, quæ sequuntur intelligi nequeunt, mox num. 8. explicabo.

Super.

Numquid nescis quid sunt hæc? Interrogat angelus bis, vt per responsionem Prophetæ nescire se confitẽtis intelligamus, quam difficilis sit visio, & attentius singula consideremus: aut etiam, vt Prophetam ipsum præparet ad attentius audiendum. Cumq; huiusmodi interrogatio: Numquid nescis quid sunt hæc? fieri non soleat, nisi cum res perspicua est, & eam nõ intelligi miramur: possumus dicere, aut angelum, cui aperta erat visio, mirari Prophetæ tarditatem, aut certè ironicè loqui, sicut interdũ solemus, cum videmus rem esse obscuriorem. Cuiusmodi videtur illud Iohannis. 3, Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?

Non in exercitu, neque in robore. Cogimur ante tempus exponere, quid sint duæ oliuæ, vt hæc, & sequẽtia intelligamus. In quo habemus angeli responsionem, sed ita ambiguam, vt non minus in ea explicanda interpretes laborẽt, quam si responsum esset nihil. Isti sunt, inquit, duo filij olei, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Nonnullas de hac re sententias virorum Ecclesiastí corum retulit Hieronymus, nullam tamen præ ceteris sequens. Ex his vna est, duos filios olei esse Henoch, & Eliam, quam ego veram esse arbitror, ad idque maximè adducor verbis eisdem, quæ Apoc. 11. de eisdẽ viris scripta sunt: Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, in conspectu Domini terræ stantes. Etenim Victorinus martyr in Apoc. docet duas oliuas Apocalipsis easdem esse cum illis, quæ sunt apud Zachariam; itaque Iohannes ad verba prophetæ nostri allusit. Et Gregorius homil. 12. in Ezec. cum dixisset per prædicationẽ Eliæ, & Henoch multos ex Iudæis esse conuertendos, hoc etiam addit: Qui vtrique per Zachariã duæ oliuę, & per Iohannem duo candelabra nominantur. * Arethas quoque, & Thomas in Apocalip. consentiunt easdem esse oliuas apud Zachariam, & apud Iohannem, & Tychonius, qui falso nomen habet Augustini homil. 8. in Apocaly. & Beda ibidem, quamuis Tychonius, & Beda duas oliuas duo testamenta apud vtrumque interpretantur, sed non est dubium Allegoricũ esse hunc eorum sensum, vt satis intelligi potest ex Haymone in eumdem locum, cum Historicè manifestum sit de duobus prophetis verba facere Iohannem, quos communis patrum sententia iure optimo Henoch, & Eliam interpretatur. At id, quod erat difficillimum, autores non exponunt, quorsum mentio horum prophetarũ fiat in Zacharia. Quod mihi ita videtur explicandum. Candelabrum, quod est Ecclesia, videtur à Propheta cum ardentibus lucernis; & tamen templum Iudæorum non dicitur factum, vt in eo candelabrum poniretur, sed fiebat eo tempore, & cum intelligatur; candelabrum videtur, de templo Iudæorũ verbum nullum. Significabat igitur Deus futuram Ecclesiam extra populum Iudæorum, id est, nõ venturos esse Iudæos ad Ecclesiam propter suam incredulitatem, præter paucos, qui cum tam infinita multitudine comparati nulli fere sunt. Itaque toto tempore huius sæculi Christus illuminat suam Ecclesiam, lucernæ ardent, Iudæi manent in tenebris. * Ne autem propheta ipse, & Zorobabel dolerent, quasi penitus reiectis Iudæis, ostendũtur illi duæ oliuæ, id est, duo prophetæ, qui semper Christo assistũt, orantes videlicet, vt populus ille aliquãdo conuertatur, & ab ipso obtinentes, vt per suam rãdem prædicationem in mundi fine resipiscant. De Henoch legimus Eccl. 49. Henoch placuit Deo, & trãslatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. De Elia, cap. 48. Qui inscriptus est in iudicijs temporum lenire iracundiã Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Idem legimus Malach. 4. vt suo loco explicabimus. Idcirco duæ oliuæ dictæ sunt esse ad dexteram, & ad sinistram lampadis, id est; Christi, quoniam Henoch, & Elias mãsuri sunt in vita mortali, quãdiu ferè Christus Ecclesiam in terra illuminabit, id est, vsque ad finem sæculi. Hæc omnia quam rectè secum mutuò, & cum veritate consentiant, perspicitur ex Apoc 11. vbi (si quidem Ambrosij Episcopi, ita enim titulus habet, expositionem sequamur) Iudæorum obduratio, & futura per Henoch, & Eliam conuersio similiter ostenditur ab Apostolo. Et datus est mihi (inquit) calamus similis virgę, dicens: Surge, & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Atrium autem, quod est foris templum, eijce foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus. * Quem locum ita in Commentarijs Ambrosius explicat. Templum esse Ecclesiam, altare perfectos, adorantes in eo ceteram Ecclesiæ multitudinem, cui prædicator Euangelicus doctrinam administrat, secundum propriam cuiusque capacitatem. Per atrium, quod erat foris, ludęos designari, qui extra Ecclesiam sunt, & propter incredulitatem suam traditi sunt Romanis delendi, atque exterminandi. Deinde sequitur: Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Quod his verbis idem autor exponit: Subitò saltum facit ad Eliam, atque Henoch, qui temporibus Antichristi venturi sunt. Et pulchro satis ordine, videlicet, vt qui dejectionem Iudæorũ per figuram atrij protulerat, eorum restaurationem tacitè subnecteret. Constat enim Iudæos in fine mũdi prædicatione Eliç, & Henoch ad fidem Christi esse conuertendos. Et postea: Duo igitur isti sancti modo oliuæ sunt, cum in aliquo loco terræ positi, vbi eos maiestas diuina commorari præcepit, per contemplationis gratiam Deo deseruiunt, candelabra tunc fient, cum ad exeplendum prædicationis suæ officium veniẽt. Hęc Ambrosius. * Quare meritò dicuntur nunc filij olei, aut τῆς πιότητος, vt verterunt Lxx, id est, pinguedinis; significat enim eos fertilitatẽ magnam habituros, multumque fructum allaturos in conuersione Iudæorum, vt Isa. 5. Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, id est, in regno fertilissimo, Lxx: In loco pingui, siue vberi. Aquila vertit, Filij λιπανότητος, id est, splendoris, Theodotio: λιπαρότητος, id est, claritatis, quod pertinet ad lucem prędicationis, & vitæ eorum, qua tenebras infidelitatis è Iudæis depellent. Et rectè omnes verterunt, quoniam in oleo & pinguedo est, & nitor, ac lucis materia. Illud autem: *Qui assistunt dominatori vniuersæ terræ*, superius exposuimus. Assistunt orantes pro Iudæis, vt aliquando conuertantur. Assistunt etiam, quia parati sunt obedire Deo, vt cum iusserit eos prodire ad prædicãdum Iudæis, & ad martyrium perferendum, sine mora prodeant: quomodo capite sexto, Idem propheta ait: Isti sunt quatuor venti cœli, qui egrediũtur, vt stent coram dominatore omnis terræ, vt suo loco exponemus. Nec frustra hic dixit: *Dominatori vniuersæ terræ*, vt ostendat Deum, qui non est Deus Gentium tantum, sed etiam Iudæorũ per orbem dispersorum, & omnium curam habet, etiam Iudæorum salutem curaturum, sicut curauit & Gentium. Quod verò quidã codices habent: Isti sunt duo filij olei splendoris, verbum, Splendoris, obelo iugulãdum est, nam neque in Hebræo est, neque in Græco, neque in castigatioribus codicibus.

His explicatis quorsum tendat tota visio, docent hæc verba: *Hoc est verbum Domini ad Zorobabel dicens: Non in exercitu, neque in robore, sed in spiritu meo.* Hoc est: Tanta magnificentia Ecclesiæ per templum tuum ô Zorobabel significatæ, & tanta claritas, tãta denique populi tui in fine sæculi conuersio, non humanis viribus, aut humana potentia fiet, sed in spiritu meo, id est, virtute spiritus mei apostolos, & prædicatores Euangelij implentis, & ad eorum prædicationem corda hominum permouẽtis, Hoseæ. 1. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo, & non saluabo eos in arcu, & gladio, & in bello. Ita ferè etiam exponit Cyrillus, & expositionem eodem Hoseæ testimonio confirmat.

Quis tu mons magne coram Zorobabel. Rectè hoc cum præcedentibus connectitur, manifestè enim, vt ait Hieronymus, alloquitur Diabolum, siue Antichristum, qui surgebat contra Zorobabel, id est, cõtra Iudæos, quorũ dux erat Zorobabel, & contra eorum salutem, quam vehementer oprabat Zorobabel. Ac si diceret: Frustra tunc consurges contra hunc populum, nam opera, & oratione duarum oliuarum tibi eripietur, & ad Christum conuertetur. Itaque, licet, vt mons magnus te ei opponas, nihil proficies, sed deijciêris, & in planum conuertêris omnes conatus tui in nihilum recident. * Quis tu es corã Zorobabele, quã tumuis mons magnus sis? In planum, scilicet, conuertêris. Chaldæus: Quale tu cum

Zoro-

Zorobabele reputaris regnum stolidum? Nonne sicut vallis? Solent in Scriptura nomine montium magni principes intelligi, vt Hab 3. Et contriti sunt montes sæculi, incuruati sunt colles mũdi ab itineribus æternitatis eius. Psalm. 71. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Cyrillus etiam ait, his verbis increpari Satanam resistentem Christo, & per cõtemptum illi dici: Quis ergo es tu mons magne? ac si dicat: Quamuis multum Christum impedire nitaris, nihil proficies. Itaque Zorobabelem Christum interpretatur, vsitatum est enim in Scriptura, vt res figurata nomen habeat figurę, vt dixi Hoseæ 3 nume. 32. Sed possumus nunc pro ipso Zorobabel accipere, vt iam explicaui, quod mihi magis placet, vt proprietatem vocabuli retineam, dũ licet.

Mont.

Et educet lapidem primarium. Quidam ex nostris nouos Hebræos secuti, ita hoc interpretãtur: Zorobabel imponet templo culmẽ, siue supremum lapidem. At eorum expositio nõ solum veteribus patribus aduersatur, vt Cyrillo, & Hieronymo, qui planè Christum vocari putãt lapidem primarium, sed etiam veteribus Hebræis, qui de Christo quoq; accipiunt, vt videmus apud Hieronymum. Chaldæus quoque ita vertit: * Et emerget Christus, cuius ab æterno nomen dictum est. Pro, *Lapidem primarium*, in Hebræo est: Lapidem capitis eius, significatur autem Christus lapis angularis, qui cum ædificari cœpit Ecclesia, reiectus est à Iudæis, sicut Psal. 117. scriptum est: Lapidẽ quem reprobauerũt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Lapis ergo capitis, siue lapis primarius, dicitur Christus, quia initio positus est in fundamento Ecclesiæ, & quia primarium locũ in hoc ædificio obtinet; & quia feminino genere dicitur in Hebræo: lapidem, ראשה intelligẽdum est, eius scilicet Spiritus Dei, de quo dixit: Nõ in exercitu, neque in robore, sed in spiritu meo: nã רוח, id est, spiritus, femineum nomen est apud Hebræos. Hoc ergo ait: Cũ mons magnus Antichristus insurget contra populũ Zorobabelis, tunc Spiritus sanctus per Henoch, & Eliam, & alios prędicatores proferet lapidẽ illũ antiquũ, quẽ olim in capite ædificij sui Spiritus Dei collocauerat, illiq; docebunt Iudæos, nequaquam eos posse ad ædificium Dei pertinere, nisi super hunc lapidem ædificentur. Lxx verterunt, Lapidem hæreditatis, id est Christũ, cui pro hæreditate promissus erat, non solum populus gentilium, sed etiam populus Iudæorũ. 16

* Sed cur proferri lapis dicitur, cum conuertuntur Iudæi, cum fuerit initio prolatus, & ideò lapis capitis dictus? Quoniam tunc Iudæi cognoscent eum esse lapidem angularem ædificij Dei, & super eum, vt lapides viui, ædificabuntur in templum sanctum Domino. Rectè enim dicitur educi lapis, qui vsque ad illud tempus eis erat absconditus, & cuius virturem ignorabant: quomodo Paulus ait, Galat. 1. Vt reuelaret filium suum in me, vt Euãgelizarem illum in gentibus. Reuelatus quidem iam erat mundo, sed Paulo propter incredulitatem absconditus, & ideo ait: Vt reuelaret filium suum in me. Quod si exponas, In me, id est, per me, nihil refert, erit enim sensus: Vt per me reuelaret gentibus filium suum, illis ergo reuelabatur, quibus ante erat ignotus.

Et exæquabit gratiam gratiæ eius. Legendũ est, gratia eius, vt mox ostendam, & est sensus: Gratia eius, scilicet, lapidis huius primarij, siue Spiritus sancti, vtrumque enim Hebræis est feminei generis, cuius etiã est pronomẽ, Eius. Gratia ergo eius, id est, quã Christus effudet eo tempore in populum Iudæorum, exæquabit gratiam, quam initio Ecclesię effuderat super populos gentilium. Vt enim tunc admisit ad pinguedinem gratiæ Euangelicæ multitudinem gentilium, ita postea admittet multitudinem Iudæorum, vt docet latè Paulus Roma. 11. 17
& nos iã exposuimus Hoseæ 3. in fine. * Hieronymus: Quod autem dicit: Exæquabit gratiam gratiæ eius, hoc significat, nos omnes de plenitudine eius accepimus, & gratiam pro gratia, id est, pro gratia legis gratiam Euangelij, vt æqualem gratiam & par munus & ex Israël credentes accipiant, & populus Ethnicorum. Sed est in translatione non leuis difficultas, quoniam pro, Et exæquabit gratiã gratia eius, in Hebræo habetur, וְתִשְׁאוֹת חֵן חִנָּהּ vbi תשאות non est verbum, vt vertatur Exæquabit, sed nomen significãs clamores, siue acclamationes, quod iuxta R. Dauid, hoc significat: Cum imposuerit Zorobabel supremum lapidem culminis, templumque perfecerit, omnes ei applaudent, & lætis acclamationibus dicent: Gratia, gratia illa, hoc est, Fauntibus, & felicia sint omnia huic lapidi. Hunc sequuntur Pagninus, & Vatablus, & quidã è recentioribus. Non inficior significare hoc

Iohan. 1.

hoc nomen clamores, quod & radix eius שׁאג, quod est, clamauit, & multa Scripturę loca indicant: Quare rectè ita verti potest, vt ipsi volunt, modo non ita, vt ipsi interpretemur, sed in hunc modum: Educet lapidem primarium, & cum Iudæi conuersi fuerint acclamabũt ei, id est, lapidi Christo, (est enim ei feminini generis Hebræis, vt lapis.) Acclamationes autẽ erunt: Gratia, gratia illi, omnia illi sint fausta, omnes eum ament, & colant. * At non animaduerterunt tanti autores (quia veustiores nõ consulunt, sed nouos sequi amant) significare etiam hoc nomẽ æqualitates à שׁוה, quod est æquare. Nec refert hoc verbum cum ה scribi, illud cum א, cum nemo ignoret has literas passim inter se commutari. Docent hoc Lxx interpretes, qui verterunt: AEqualitatem gratiæ gratiã eius. Deinde Iob 36. Si voluerit extendere nubes, quasi tentorium suum, vbi habemus: Quasi tentorium suum, Lxx transtulerũt: AEqualitatẽ tabernaculi sui, in Heb, est תשאות סכתו æqualitates tabernaculi sui, id est, si voluerit, extẽdet nubes ad æqualitatẽ tabernaculi sui, siue æquales tabernaculo suo, quod est cœlum, hoc est; Totum cœlum nubibus conteget. Est igitur ad verbum: AEqualitates gratiæ gratia eius, quod more nostro ita dicitur: Valde æqualis gratia eius erit gratiæ, more enim Hebræorum, vt sæpè dictum est, abstractum nomen ponitur pro suo concreto, vel actiuè, vel passiuè sumpto (liceat enim sic loqui, vt breuius, & apertius loquamur) & pluralis pro singulari ponitur cum res est magna, siue amplificationis causa, vt adnotauimus Mich. 5. nu. 37. & 38. Iraq; si diceret: Gratia, quam effundet tunc Christus in Iudæos, erit æqualitas gratiæ, scilicet, quam prius effudit in gentes interpretaremur. Erit æquans gratiam, aut æquabit gratiã, sed quia dixit; AEqualitates, intelligendum est, valdè exæquabit, perfectissimè exæquabit. * Ex quibus cernitur legendum esse: Exæquabit gratiã gratia eius; quod manifestè docet Hieronymus, cum Hebręorum expositionem referens ait: Et gratia eius lapidis in eos, quos reduxit de captiuitate, exæquabit gratiam, quam in patres eorum semper exercuit.

18

Manus Zorobabel fundauerunt domum istã. Hæc verba vsque ad illud: Et respõdi, & dixi, variè exponũtur ab scriptoribus, sed ita, vt ægre seruetur in illis rerum consequentia, & connexio. Nam, qui hęc de templo materiali exponunt, coguntur fere retexere totam expositionem, cum ad illa verba ventum est: Septem sunt ipsi oculi Domini, quę ad Christum referẽda videntur. Aut si non rerexant, violentas, & ferreas expositiones proferẽt. Qui autem de Christo interpretantur, quem Zorobabelis nomine intelligunt, non poterũt dicere, quomodo in manu Zorobabelis, id est Christi, sit lapis stãneus, id est, Christus, licet quidam (vt ait Hieronymus) lapidem stanneum Christi corpus interpretentur, quod nullis peccatorum fuerit maculis sordidatum. Quam expositionem secuta est Glossa; sed paulò minus absurda est, quam prior, quomodo enim videbũt corpus Christi in manu Christi, nisi ad sacræ Eucharistiæ institutionem referrent, de qua modo serimo non est, sed de ædificio? * Ego hæc de templo Ierosolymitano intelligi posse: nego, licet eum sensum verba ipsa præ se ferre videantur; vt enim diximus, & postea dicemus, nihil hactenus de illo Propheta dixerat, vt de eo intelligamus: *Fundauerunt domum istam*; sed de vltima ædificij Ecclesiæ consummatione agebat, quare eamdem intelligit, cũ ait: Domũ istam. Deinde cũ Darius peramanter eis copiam fecisset templi ædificandi, quod iam cœperant secũdo eius regni anno, & cum hæc prophetabantur forte iam tertius, aut etiam quartus annus esset, nam cap. 7. mox ait: Et factum est in anno quarto Darij Regis factum est verbum Domini ad Zachariam in quarta mensis noni, templumq; sexto anno absolutum fuerit: quãtum erat dicere templum esse perficiendũ à Zorobabel, vt continuò Propheta, quasi rem valde obscuram, & incertam varicinatus esset, subijciat: Et scietis, quia Dominus exercituum misit me ad vos? Præterea quẽ lapidem stanneum visuri erãt in manu Zorobabel? Num lapidibus stãneis templum reædificatũ est, aut vllus vnquam hominũ dixit in templo illo fuisse lapidẽ stanneum? Quod si lapidẽ stanneũ cum Hebræis, arq; Chaldæis interpretẽtur lapidẽ perpẽdiculi, iam diu quo tempore hæc dicebat Prophe ta, missum erat perpẽdiculum. * Legi, cum hæc meditabar, Zorobabel impositurum fuisse culmini templi lapidem angularem, dumque hæc Zacharias diceret, affuisse lapidem stannei coloris, in quo erant sculpti septem oculi ad omnem orbis partem spe-

20

21

ctantes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctantes, eũq; à Zorobabele fuiſſe in totius fornicis ſublimitate locandũ. Miratus ſanè ſum quemquã eſſe, qui tam inſulſum commentum proferre auderet, atque ita proferret, quaſi rem certam, & exploratam diceret. Vt igitur rerum, ac prophetiæ contextum teneamus, aliter hæc explicanda ſunt. Cum Zorobabelem nominat principem populi, populum quoque ipſum intelligit, cuius ſalutem, & incolumitatem totis viribus quærebat Zorobabel, vt cũ paulò ante dixit: Quis tu mons magne coram Zorobabel? Demonſtrauimus autem Haggęi. 2. nu. 73. &. 74. ita ferre ſcripturæ conſuetudinẽ, vt quædam alicui promittantur, quæ non illi, ſed eius poſteritati poſt multos annos præſtanda ſint. Hoc ergo nunc ait: Manus Zorobabel, id eſt, poſterorum eius, & populi ipſius, fundauerunt Eccleſiam, per domum, quam nunc ædificatis, ſignificatam, id eſt apoſtoli, & eorum diſcipuli ex Iudęis, & maximè Chriſtus: & manus eiuſdem poſteritatis, & populi abſoluent ædificium, quoniã Henoch, & Elias in fine ſæculi conuertent Iudæos, & ſtatim ex illis exurgent noui prædicatores, & adiutores horũ prophetarũ, vt initio factum eſt, atque ita gens tota conuertetur, eaque conuerſa conſummabitur ædificium Eccleſiæ. * Et quãuis non eſſet per fideles Iudæos conſummandum hoc ædificium, rectè diceretur: *Et manus eius perficient eam*, quoniam Chriſtus per miniſtros ſuos illud conſummauit, qui & de poſteritate Zorobabelis fuit, & vocari iure poteſt Zorobabel, quaſi per Zorobabelem figuratus, vt paulò ante diximus.

22

Et ſcietis, quia Dominus. Cum rem tantam, tamque mirabilẽ fieri videbitis, re ipſa intelligetis verum me Dei prophetam fuiſſe.

Quis enim deſpexit dies paruos? In Heb. pro Dies paruos eſt יְמֵי קְטַנּוֹת quod ſonat diem paruarum. Ex Hebræis quidam ſubaudiunt, Salutum, aut, Conſolationum, alij, Acclamationum, ſed non rectè meo iudicio, neque ad conſuetudinẽ ſermonis Hebraici. Conſuetudo enim Hebræorum eſt, vt quoniam neutro genere carent, eius loco feminino vtantur, aut etiam maſculino, vt diximus Mich. 5. nu. 17. &. 21. quare ita accipere debemus, ac ſi diceret, Diem paruorum, id eſt, paruarũ rerum. Rurſus dies magnus dicitur, in quo magna, & mirabilia fiunt, vt diximus Hoſ. 1. nu. 137. Itaque dies paruus erit, in quo parua fiunt. Rectè ergo Lxx & Hieronymus pro Diem, Dies (quia ſingularis pro plurali ponitur) pro Paruarum, Paruos interpretati ſunt. Dies parui vocantur ij, quibus Antichriſtus regnabit, & Eccleſiam magna cum potentia perſequetur, tũc enim Deus, qui magna pro Eccleſia ſua facere ſolebat, parua faciet, & vexari eam ab impijs ſinet, vt oblitus, & potentiæ ſuæ, & Eccleſiæ quodammodo videatur * Atque eo magis dies hi parui dicuntur, quo vicini ſunt magis diei magno iudicij. Poſſunt etiam dies parui dici propter illud Matth. 24. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur, non quod breuiores futuri ſint, ſed quod pauciores. Quis ergo deſpexit dies paruos, videns omnes recipere Antichriſtũ, eique Iudæos ſubijci, & exiſtimans iam actum eſſe de eorum ſalute, ſemperque eos in infidelitate ſua manſuros? Dicit quod eo tẽpore multi fidelium cogitabunt.

23

Et lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel. Lapis ſtanneus duobus modis accipi poteſt; primò, vt ſit lapis angularis ædificij Eccleſiæ, de quo hactenus ſermo fuit, ſed metaphoricè dicatur ſtanneus, quoniam ſicut ſtannum ex argento ſecernitur, quòd eius puritatem minuat, iuxta illud Iſa. 1. Excoquam ad purum ſcoriam tuam, auferam omne ſtannum tuum, ita Iudęi ex populo ſuo, & ex prophetis ſuis ſecreuerunt Chriſtum, quaſi impurũ quippiam, ſicut Pſal. 117. ſcripum eſt: Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. * Adiuuat & etymologia, dicitur enim ſtannũ בְּדִיל, quaſi ſeparatio, aut ſeparatum, à בָּדַל, quod eſt ſeparauit. Præterea, hoc habet ſtannum, ſicut ait Hieronymus, vt reliqua metalla ab igne defendat, & ſiue æs ſit, ſiue ferrum, vritur, ſi abſque ſtanno fuerit. Cum igitur Propheta hunc lapidem ſtanneum vocat, quia vt vilis, & impurus reiectus eſt à Iudæis, obiter indicat eodem nomine omnia illius populi mala, & labores ex ea reiectione acciſſe. i. combuſtos eos fuiſſe igne vitiorũ, & calamitatum variarum, quia hoc ſtannum, id eſt Chriſtum, reiecerunt. Significat etiam eos eo tempore, nec Antichriſti tyrannide, nec tentationibus quamuis fortibus eſſe concremandos, cum hoc ſtannũ habuerint, id eſt, cum Chriſto adhæſe-

rint. Ne ergo contemnant dies paruos fideles, & prædicatores, qui tunc erunt, aut de Iudæorum ſalute deſperent, paulo poſt lætabuntur, & videbunt lapidem angularem in manu Zorobabel, id eſt, poſteritatis, & populi Zorobabel, aſſument enim lapidem, quem reprobauerant olim ædificãtes, ſeque lapides viuos ſuper eum ædificabunt, aut prædicatores Iudæi alios ex gente ſua ſuper hunc ædificabunt. * Alter ſenſus eſt minime contemnendus, vt lapidem ſtãneum cum Hebræis, & Chaldæo lapidẽ perpendiculi eſſe intelligamus. Lætabuntur ergo, & videbunt Zorobabelem, id eſt, prædicatores Iudęorum, ſiue CHRISTVM ipſum mittere perpendiculum, vt ædificet partem Eccleſiæ, quæ corruerat deficientibus à fide Iudęis. Cum enim perpendiculum mittitur, iam paries fit, vt Zach. 1. Domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum, & perpendiculum extendetur ſuper Ieruſalem.

Septem iſti oculi ſunt Domini. Qui hæc facient, & tanta bona conciliabunt populo Iudęorum, ſunt ſeptem oculi Dñi, id eſt, ſeptem angeli, qui diſcurrunt in vniuerſam terram, & miſerti cæcitatis Iudæorum per orbẽ diſperſorum ſuis precibus à Deo obtinebunt eorum conuerſionem. Ideo ca. 3. dictum eſt: Quia ecce lapis, quem dedi coram IESV ſuper lapidem vnum ſeptẽ oculi ſunt. Oſtenſus eſt enim IESV cum ſeptẽ oculis, quia precibus, & ſolicitudine ſeptẽ angelorum, de quibus ibi multa diximus, lapis fundamenti ponendus erat, vt ſuperędificaretur populus Iudęorũ. Vel lapis perpendiculi (ſi quis hunc ſenſum magis probet) extendetur ſuper parietem ex Iudæis ædificandum. In Hebr. ita legimus ad verbum. * Et lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel, ſeptem iſti oculi domini ipſi. Hoc eſt. Septem angeli, de quibus paulo ante dixi, lętabuntur quòd id, quod petebant de populi ſalute, impetrauerint, atque ita vt cupiębant, videbunt lapidem ſtanneũ in manu Zorobabel. Et quoniã obliuiſci potuit lector, aut auditor, qui nam eſſent hi ſeptẽ, ſtatim explicat: *Oculi Dñi ipſi.* ſ. ſunt, quos in lapide vidit Ieſus. Eundem ſenſum habent verba, vt diſtincta ſunt in noſtra tranſlatione. Septẽ ſunt iſti oculi Dñi, de quibus dixi, lętabũtur, & videbũt lapidẽ ſtãneum in manu Zorobabel. Ipſi eſn, quia diſcurriũ p ter

24

25

26

27

rã, & vbiq; mala Iudęorũ videbũt, petẽt eorũ conuerſionẽ, & lętabũtur cum viderint.

Et reſpondit. Hoc eſt. Et loqui cœpi vt Mat. 11. In illo tempore reſpondens Ieſus dixit: confiteor tibi pater, &c.

Ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram eius. A dextera, & ſiniſtra cãdelabri ſurgũt, ſed vſq; ad lãpadẽ creſcunt, ſicut prius dixit: Et duę oliuę ſuper illud, vna à dextris lãpadis, & vna à ſiniſtris eius: quoniã manſuri ſunt in vita mortali ferè quamdiu CHRISTVS Eccleſiam illuminabit in terris, id eſt, vſq; ad finem ſæculi, vt ante diximus.

Et reſpondi ſecundo, & dixi ad eum. Rogauit quid eſſent oliuę, ſed quia alia quęrẽda occurrerũt, antequã angelus reſpõdeat, omnia quęrit, vt ad omnia reſpõdeat, quãuis ille ad pręcipuã ſolũ quęſtionẽ reſpõdet cetera Prophetę relinquẽs meditãda, & exercitis intelligenda.

Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum. Video oliuas duas cũ ſpicis. i. invertice plenas oleis, ſicut ſpicę plenæ ſunt granis. Quę res ſignificabat oliuas tũc demum fructum ſuũ eſſe allaturas, cum ad lampadẽ illam, & ad finem peruenirent, id eſt, cum proximæ eſſent morti ſuę, & aduentui Domini extremo.

Quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro? Duę oliuę ſunt iuxta roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria, quia per virtutem CHRISTI, & per eius ſacramenta fructum ſuum erant allaturę. Roſtra hęc Heb. צִנְתְּרוֹת quod noui Hebræi virgæ, ſeu fiſtulę interpretãtur, Lxx μυξωτῆρες id eſt nares, & Hiero. Roſtra. Intelligere ergo debemus ex vtroque latere candelabri exire clauum quemdam aureum latum, & magnũ inſtar roſtri auiũ, aut naſi, in quibus erãt ſuffuſoria aurea. * Suffuſoria ſunt, quæ prius vocauit infuſoria. i. vaſa ex quib⁹, vel perquæ, olcũ funditur in ſeptem lucernas, ideoq; in vtroque loco Lxx eodẽ nomine vtũtur, atque ἐπαρυστρίδας appellant. Hæc ſuffuſoria, ſiue infuſoria ſacramenta ſeptẽ eſſe diximus, quæ merito vocãtur aurea, propter pretiũ ſummũ, & dignitatẽ ſuam, continẽt enim diuitias Chriſtianorũ. i. gratiã. In Heb. eſt. Quid duæ ſpicæ oliuarum quæ in manu duorũ roſtrorũ auri euacuantiũ de ſuper ſe aurũ? atque ita Hebræi, & recentiores vertendũ putant. In manu, ſiue in manib⁹, vt verterũt Lxx, idẽ eſt at q; ad latera quoniam man⁹ ad latera ſunt. * Quod autẽ ſtatim ſequit הַמְרִיקִים מֵעֲלֵיהֶם הַזָּהָב poteſt

28

*

29

Universidad de Deusto
Biblioteca

dupliciter intelligi, quoniã הַיִּצְהָר, quod re vera participium est, potest vt participiũ accipi, & vt nomen, sicut sapiens, & similia nomina apud nos. Si participium sit, vertẽdum est: iuxta duo rostra aurea euacuantia de super se, aut ex se, aurum. Ita hi autores accipiunt, secundum quos duo rostra aurea effundunt oleum in septem lucernas. Et eorum interpretationẽ confirmat Chaldæus in hunc modum vertens: Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duos lecythos aureos, ex quibus effunditur oleũ in lucernas aureas? Immò & Lxx, quorum hęc est translatio: Quid duo rami oliuę, qui sunt in manibus duarum narium infundentium, & retrahentium infusoria aurea? Si autem sit nomen, vertendum est: Euacuantia, id est, vasa infusoria, super ea sunt, id est, super rostra, quo modo Hieronymus accepit. Probabilis sanè vtraque translatio, sed nostra probabilior, quoniam rostra, siue nares, non sunt apta, vt oleum multum contineant, quod postea per infusoria effundant in lucernas, formam potius vrnæ, aut similis vasis habere debebãt, quam rostrorum. Forma rostri apta est, vt ex ea pendeat vas, vel si lata superne sit, vt vas sustineat.

30 * Quod autem interpres Chaldęi lecythos vertit, nihil refert, quoniam nomẽ Hebraicum non lecythum, sed rostrum, aut fistulam, aut nares significat. Immò & Chaldaicum אַסְקְרִישָׁן rostra, & fistulas significat iuxta pluriũ sententiam. Iuxta priorẽ translationem, hæc duo rostra sunt duæ in Christo seruatore naturæ, è quibus oleũ, id est, gratia effunditur in sacramẽta; ex diuina, vt ex causa præcipua, ex humana, vt ex instrumento eius coniuncto. Iuxta nostrã translationem eadem intelligi possunt, quatenus sustinent in se, id est, virtute sua, septem infusoria, id est septem sacramenta. Prętera, quoniam in Hebræo est זָהָב, id est, aurũ, sine præpositione recentiores verterunt: Effundentia ex se aurum, exponuntque aurum dici oleum purissimum, auri puritatẽ, coloremque referens. Sed durum est, & inusitatum, vt oleum aurum dicatur, multo melius Hieronymus, qui vidit more Hebræorum subaudiri מִן, id est, ex, vt in hac ipsa sententia: Iuxta duo rostra זָהָב auri, vel ex auro, atque ita, vt Hieronymus, vtroque in loco acceperunt Lxx & Chaldæus.

Isti sunt duo filij olei. Iam hæc exposuimus num. 8. & sequentibus.

Satis iam dictum videbatur de Historica huius capitis expositione, sed erudito lectori non erit forte satis, quoniam recentiores Hebræi, quos Lyranus, & nonnulli præterea sequuntur, omnia ad templum Ierosolymitanum, & ad præsentem tunc rerum Iudaicarum statum referunt. Quod si ea expositio probabilis videatur, nostra nõ Historica erit, sed Allegorica, ex iisque, quæ à nobis initio capitis secundi, & tertij huius prophetæ dicta sunt, conuincemur. Quod, vt breuiter expediam, nego posse intelligi visionem prophetæ nostri, vt ab his autoribus explanata est. Principio eorũ explanatio, vt Hieronymus docet, veteribus Hebræis, & Ecclesiarum magistris aduersatur. Deinde, si ipsa per se excutiatur, minus habet probabilitatis, quam primo aspectu videtur, nã & falsa assumit, & quædam relinquit, quę conuenienter explicare non potest. Aiunt autores, quos nunc refellimus, visione candelabri cum ardentibus lucernis prænũriari templum feliciter esse consumandũ, quoniã candelabrũ hoc tale est, quale illud, quod in tabernaculo poni iubetur Exho. 25. quod poni non potest, nisi templo iam perfecto: lucernas ardẽtes significare Deũ velle depellere tenebras, id est, calamitates, quas vsque ad illud tempus Iudæi pertulerant. * At falsum est, quod assumunt de candelabro, dissimile hoc est candelabro tabernaculi, & ideò alius significat. Illud habuit septẽ solũ lucernas, hoc iuxta planum literæ sensum habet octo, ait enim: Et lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud. Quare ridiculum est dicere, lampas eius dictum esse pro lampades eius, cum omnes veteres patres ad vnum hanc lampadem secernant à septem lucernis, & diuersum nomen habeat, tam in Hebræo, quam in Græco, sicut res diuersa est. Prętera tabernaculi candelabrum habebat scyphos, & sphęrulas, & lilia, quę hoc non habet: & hoc habet septẽ infusoria aurea, & duo rostra aurea ad latera, in quibus erant infusoria, quibus omnibus verus illud caruit. Adde quod nec docent quid significent septem infusoria, aut duo rostra, ita vt ad rem, de qua agi volunt, vllo modo pertineat. Illud etiam de septẽ oculis nequeunt ad propositum accommodare. Accedit quod in collectaneis ex libro Hesdræ scribit Cyrillus: Ipse est Zorobabel, in cuius manu est lapis stãneus, septem

31 An possint verba huius capitis de templo secundum literam intelligi.

septem autem huius lapidis sunt oculi. Priscum enim Zorobabel nusquam prodidit historia hunc lapidem possedisse. Duas oliuas aiunt significare Zorobabelem, & Iesvm, aut regnum, & sacerdotiũ quoniam apud Iudæos reges, & sacerdotes vngebantur. At Zorobabel non erat rex, ipsique fatentur tempore secundi templi nullam fuisse vnctionẽm regum, aut sacerdotum. Et cum ait: Quis tu mons magne coram Zorobabel? quid pertinet ad præsentia cum eo tempore facultatem haberent ædificandi templum à rege Dario, neque vllus obstaret, sed omnes adiuuarẽt, vt legimus Esd. 6? Sũt & alia huiusmodi, quorũ quędã attigimus n. 20.

TROPOLOGIA.

In visionis huius interpretatione non mihi videtur alius sensus quærendus, quoniam is, quem expressimus, & si literæ est, doctrinam continet ad mores aptissimam neque vllus excogitabitur, qui conueniat aptiorem. Qui vult esse lucerna ardens, & lucens in domo Dei, sicut Iohannes Baptista, qui venit, vt testimonium perhiberet de lumine, vnde ipse ardebat, & lucebat; det operam, vt nunquam vlla ratione à Christo separetur, atque ita neque oleum ei deerit, neque lux. Et enim Christvs oleum habet indeficiens, vt nomen indicat, cui merito dictum est: Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ prę consortibus tuis; & ipse est lux, quæ in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, itaque extra hoc candelabrum, & extra hanc lampadem, id est, extra Ecclesiam, & extra Christvm, neque oleum gratiæ inueniri potest, neque lux bonæ, & Deo placentis vitæ. Fuerunt olim qui lucernæ viderentur, id est, Philosophi, & nũc sunt hæretici, in vestimẽtis ouiũ, intrinsecus autẽ sunt lupi rapaces, sunt & alij fide les quidem, sed similes sepulcris: dealbatis, quę foris parẽt hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossib⁹ mortuorũ, & omni spurcitia. Sed lippis, & cæcis lucernę videntur, at extinctæ sunt, quia oleum non habent, & sine Christo sunt. * Prętera lucernę, quę lucent, & ardent, meminerint se neque oleum ex se habere, neque lucem, sed à Christo accipere, posseque amittere quod habent. Itaq; nemo altum sapiat, sed timeat, & qui stat, videat ne cadat, & sanctum audiat Prophetam: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus. & pereatis de via iusta. Videant etiam, vt lucem acceptam nõ extinguant, sed cum humilitate deregant, vt omnes, qui ingrediuntur, lumen videant. De oliuis postea dicemus. Nunc illud animaduertamus, neminem tantum habere lucis, & cognitionis rerum cœlestium, vt non sit quasi infans, si cum angelis conferatur, semperque nobis opus esse à Deo doceri. Viderat magna Zacharias, & angelũ habebat inse loquentẽ, excitatus ab eo fuerat, quasi vir, qui suscitatur de somno suo, & nequit intelligere visionẽ, sed rei nouitate, & obscuritate cogitur dicere: Quid sunt hęc Domine mi? Nec tamẽ docetur prius quam se nescire fateatur, ne extollatur postea magnitudine reuelationum, sed Dei esse cognoscat quidquid habet. Sed & nos 35 docemur, humilitatem, hoc est veram infirmitatis, & ignorantię nostrę confessionem miram habere vim ad impetrandum. Eleemosynam non ijs, qui diuites videri volunt, sed paupertatem fatentibus suam, elargimur. Quid ait Salomon sapientiam 3. Reg. 3. petiturus? Ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum, & introitum meum. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, &c. Deinde Scopum visionis indicat Propheta: *Hoc est verbum Domini ad Zorobabel: Non in exercitu; neque in robore, sed in spiritu meo.* Zorobabel, vt Hieronymus interpretatur Hagg. 1. sonat Iste magister Babel, seu Babylonis, sonat etiam, dispersio, seu alienatio confusionis. Quoniã visio explicatur, sermo conuertitur ad Zorobabelem, in quo illi ipsi intelliguntur, quos superius significari diximus in lucernis ardẽtibus. i. iustitię & pietatis amatores. Omnes enim iusti magistri Babylonis sunt, quia vel doctrina, vel exẽplo, vel vtroque, docẽt Ciues Babylonis quid agere debeant. i. eos, qui in peccatorũ cõfusione versantur. * Idẽ cõfusionẽ dispergũt, & 36 alienant ab animis hominũ, dũ indefessẽ factis dictisq; probant contemnenda esse fluxa, & caduca sęculi bona, tota animi contentione quęrenda cœlestia. Tales magistros quęrebat qui ait: Sic luceat lux vestra corã Matt. 5. hominibus, vt videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis

Iusti magistri Babylonis dicuntur.

Universidad de Deusto Biblioteca

est. Et Apostolus: Vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione in medio generationis pravæ, & pervers æ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes, &c. Multi enim suscipiunt verbum vitæ, sed sunt sicut cisternæ dissipatæ, quę continere non valent aquas, effundunt illud cum vitam quæsituri (vt acceperant verbum vitæ) mortē quærunt, & viuere in hoc sæculo nequam malunt, quam regnare cum Deo. At qui verbum vitæ fouent in corde suo, & magis viuificant in dies oratione, ieiunijs, & vera sui abnegatione, verbum vitæ continent. Huiusmodi magistros vtinā plurimos tem per habeamus, non enim sunt, de quibus à Iacobo dictum est: Nolite plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. De alijs loquebatur, qui doctores esse volunt, nescientes, nec quæ loquuntur, nec de quibus affirmāt, vel certē qui dicunt, & nō faciunt. Sed in his, vnus est omnium magistrorū magister, qui ait: Nec vocemini magistri, vnus est enim magister vester, Christus. Hic est, qui verè dicitur Zorobabel, cereri ad eius similitudinē. Ei agitur pro membris suis, quæ conformia facta sunt imagini eius, nunc ait Dominus:

37 * Non in exercitu, neque in robore, sed in spiritu meo. Quod tot lucernæ ardeant, & luceant, quod ij, qui paulo ante captiui tenebantur à Diabolo, nunc eum vincant, & victo illudant, quod in terra nati conuersationem habeant in cœlis, & cœlestia consectentur, nō humanæ fortitudinis, sed gratiæ spiritus mei est. Eleganter ergo Dauid sub figura eorum, qui terram promissam ceperunt, de veris Dei militibus loquens, qui apprehendunt vitam æternam: Manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos, afflixisti populos & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuisti in eis. Sed iustis viris, qui Deo militant, & semper votis, atque animis in cœlestem patriam properant, obijcere se sicaduersarius solet, quasi montem quendam ingentem, & arduum, qui non videatur posse superari, sicut Edom transitum negabat suis Israël per fines suos dicens: Non transibis per me, alioqui armatus occurram tibi. * Atque hinc fit, vt

38

40 confirmabit, solidabitque. * Dicat ergo quisque animæ suæ certanti, & quasi defessæ certando, quod de sancto Bohoz dixit Nohemi: Expecta filia, donec videamus quem res exitum habeat: neque enim cessabit homo, nisi compleuerit quod locutus est. Deus est, vt omnia possit, quæ velit, sed hominem pro te factum esse memento, vt non dubites de voluntate. Rursus quoniam sæpe iusti, ita eorum salute poscente, tentationibus anguntur, & amissa deuotione arescunt, & torpent, & quasi destitui diuinis præsidijs videntur; ne vllo modo hac Dei dispensatione frangantur, aut deficiant, addit: *Quis enim despexit dies paruos?* Nemo eos despiciat, nemo animū despondeat, recedere visus est Dominus, sed non abijt, ipse ait: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Dies parui videntur, sed magna in eis fiunt ipsis etiam ignorantibus, in quibus fiunt. Tunc terra obducitur semen, virtutes altiores radices iaciunt, cognoscunt homines qui sint, quantum Deo egeant, quā sint sine ipso pauperes, & miseri. Denique exitus indicabit. *Et lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel.* Videbunt Christvm opus suum non deseruisse, sed ædificasse semper, & tunc ædificare, siquidem lapidem perpendiculi extendit, & semper noua in suis ædificat incrementa virtutum. * Si autem lapis stanneus

41 Christvs ipse sit, vt iam diximus, meminerimus nos sine Christo non posse tot, tamque varijs, tentationibus resistere, quamuis dura nobis, & solida metalla videamur, sine hoc stanno vremur igne concupiscentiæ, atque vitiorum. Et erit lapis stanneus in manu Zorobabel, cum Christvs per prædicatores, & ministros suos paulatim reponit, atque adglutinat sibi lapides super ædificatos, quos impetus tentationum emouerat, atque disiunxerat. Hoc à Deo obtinebunt septem angeli, qui hominum salutem quærunt, vt iam supra exposuimus. Deinde quærit: *Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram, atque ad sinistram eius?* Duæ oliuæ ad duo latera candelabri sunt sancti prædicatores, ex quibus dum quidam aduersus hæreticos disputant, & veritatem Catholicæ fidei communiunt, vt sicut à Romana Ecclesia traditur, incorrupta seruetur, alij fideles sanctis moribus imbuunt, & vitia repellunt, quasi vtrum-

que Ecclesiæ latus tegunt. Qui iure duæ spicæ dicuntur oliuarum, quia tunc vberes, atque amplissimos fructus ferunt, cum altius per contemplationem rerum cœlestium surgunt, longiusque à terrenis cogitationibus absunt. Dicuntur & duo filij olei propter insignem fertilitatē, & ppter lucē, quam ceteris præbent. * *Assistunt dominatori vniuersæ terræ*, quoniam Euangelici prædicatoris officium integre non præstant, qui preces non adhibent ad verba, & antequam populum doceant, ac postquam docuerint, dominatori terręnō assistunt orātes, ac petentes per Iesvm Christvm eorum salutem, quos instruunt. Nec id festinanter, ac perfunctorie, non est enim id assistere, sed diu, cōtentiusque clamantes. Vt enim fructum afferant, quem cupiunt, non in eruditione, non in eloquentia, non in fauore hominum spem suam collocare debent, sed in Dei misericordia, sicut ait Dauid: Ego autem, sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia eius in æternum. Quod si id non faciant, oliuę quidem esse poterunt, sed non erunt fructiferę in domo Dei. Hinc contemnentibus diuina mandata, qui salutares, atque vtiles prędicatores habere non merentur, sed eos qui folia verborum habeant, & placentia auribus ac suauiter sonantia loquantur, propheratMoses: Oliuas habebis in omnibus terminis tuis, & nō vngēris oleo, quia fluent, & deperibunt. Oliuas habet populus Christianus in omnibus terminis suis, quia vbique prędicatores habet, sed sępe non vngitur oleo, quia oleas non fuerunt, sed folia: superbia enim, aut cupiditate, aut inhonestis voluptatibus arentes illud audire merentur de Euangelio: Nunquam ex te fructus nascatur in sempiternū.

42 Psal. 51. Deut. 28. Mat. 21.

Cap. V.

Et conuersus sum, et leuaui oculos meos, & vidi: et ecce volumen volans. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi. Ecce ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, et latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me. Hæc male-

dictio quæ egredietur super faciem omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus eius, & consumet eam, & ligna eius & lapides eius. Et egressus est angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Leua oculos tuos, & vide: quid est hoc, quod egreditur? Et dixi: Quidnam est? Et ait: Hæc est amphora egrediens. Et dixit: Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit: Hæc est impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, et misit massam plumbeam in os eius. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas, quasi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quò istæ deferunt amphoram? Et dixit ad me: Vt ædificetur ei domus in terra Sennar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.

HISTORIA.

1 Prophetiæ partim ad futura pertinent, partim ad præsentia.

Et conuersus sum. Prophetiæ, vt scribit Augustinus lib. 17. de Ciui. cap. 3. partim pertinent ad homines illos, quorum tempore prophetabant sacri vates, partim ad Christi mysteria. Et ideò prophetarũ mos est nunc vitia castigare, & pœnas proponere, nunc Christi mysteria, & Ecclesiæ prædicere. Hieronymus in cap. 2. Hos. Prophetę sic multa post sæcula de aduentu Christi, & vocatione gentium pollicentur, vt præsens tempus non negligãt, ne concionem ob aliud conuocatam non docere de ijs, quę instant, sed incertis, ac futuris ludere videãtur. De quo plura diximus in primo præludio. Cum igitur cap. 3. & 4. multa de Christo, & de Ecclesia, ludæorumque conuersione dixisset, nunc ad populi mores emendandos reuertitur. Et quoniam eo tempore multum homines studebant auaritiæ, & rapinæ, ex qua periuria plurima oriuntur in rebus contrahendis, in hæc duo peccata nũc inuehitur. Considerare oportet (inquit Cyrillus) solitum esse Deum per prophetas loqui, quæ cuique tempori erant maximè necessaria, vt erat hæc visio illi tempori. Ait ergo, *Et conuersus sum*, angelo videlicet interius me mouente conuerti oculos mentis ad aliam visionem.

Et ecce volumen volans. Lxx: Et ecce falx volans. Quam lectionem sequitur Chrysostomus hom. 15. & 19. & 27. ad populũ Antiochenum, & denique Cyrillus, Theodoretus, & omnes Græci causa varietatis est, quod volumẽ מְגִלָּה dicitur, falx verò מַגָּל, quæ duo vocabula, si puncta demamus, & literam vltimam ה, quæ seruilis est, & eidẽ dictioni nunc addi, nũc detrahi solet, nihil differunt. Chaldæus, & recentiores Hebræi pro volumine accipiũt, vt nostra trasslatio, nec dissentiunt vetustiores interpretes, siquidem Aquila, & Theodotio verterunt: Et ecce δρέπανον volans. Symmachus verò: Et ecce κεφαλὶς volans. Est autẽ Diphthera membrana, aut pellis Amalthęæ, in qua veteres fabulabantur Iouem omnium hominũ scribere peccata, vnde factus locus prouerbio: Antiquiora Diphthera loqueris: κεφαλὶς autem, id est, capitulũ, dicitur, quasi initium libri, non integer liber, vt Psal. 39. In capite libri scriptum est de me. Et apud Latinos volumen dicitur libri pars aliqua, vt si Pentateuchum dicamus habere quinque volumina. * Atque hoc nomen, quod à voluẽdo cadit, propriè respõdet Hebraico מְגִלָּה quod similiter à voluẽdo dicitur, id est, à verbo גָּלַל, quoniã veteres in membranis scribebãt, quas cõuoluebãt circa cylindrum, siue axem ligneum, cum scribere, aut legere desierant. Cuiusmodi libris etiã nunc Orientales vtuntur. Inde Ezec. 2. *in qua erat inuolutus liber, & expandit illum*

coram me, qui erat scriptus intus, & foris. Et Luc. 4. Et traditus est illi liber Isaiæ prophetæ, & vt reuoluit librum, inuenit locum, &c. Et mox: Et cum plicuisset librum, reddidit ministro. Vidit ergo Prophęta membranam longam, in qua scripta erant omnia furta, & periuria illius populi, & supplicia pro eis infligenda, quam propterea elegant er Aquila, & Symmachus appellauerunt Diphtheram. Quod autem hæc membrana videtur volans, significat imminere huiusmodi hominibus iam de cœlo supplicium. Chrys. Hom. 27. ad populum Antio. Volans velocissimum vltionis incursum significat: at ex cœlo volare, ex superno tribunali sententiam ferri.

Longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Cur longitudo viginti cubitorum sit, latitudo decem, hanc causam reddidit R. Dauid, quod volumen hoc exijt è vestibulo templi, cuius eadem erat longitudo, & latitudo. Eum quidam sequuntur, vt Lyranus, & Sixtus libro 2. Bibliothecę verbo volumẽ volans. Causa ex Hebræorum officina planè deducta, quæ sine causa dicitur, & comprobari non potest. Vnde ipsi didicerunt è templi vestibulo hoc volumen exijsse? aut quæ fuit causa fingendi? Dicat quis forte, quoniam in hoc vestibulum populus conueniebat, membranam habuisse vestibuli magnitudinem. Sed quis ignoret hoc vestibulum sacerdotum esse, laicisque fuisse inaccessum? Chrys. Hom. 27. citata ita hoc explicat: Multorum vero cubitorum latitudo, & longitudo, vehementiam indicat, & magnitudinem malorum. Hieronymus ad numeros ipsos descendens breuiter exponit. Denarium prospera significare tradit, vicenarium autem, quia ex duobus denarijs componitur, austera, & tristitia nuntiare. Itaque in his numeris læta sociantur tristibus, quia ad hoc Deus corripit, vt emendet, & benefaciat. Quod hic paucis attigit Hieronymus, potest ex alijs eiusdem locis plenius intelligi: In Ezec. 24. non longe à principio denarium numerum esse clementiæ docet, causam autem reddit in capite octauo Zach. prope finem his verbis: Iota enim litera, ex qua sumit nomen Saluatoris exordium, non solum apud Græcos, sed & apud Hebræos, denarium numerum significat. * Et in illud Hagg. 2. Et

Longitudo & latitudo in peccatis, & in supplicijs

6 Maledictio

Hæc est maledictio, quæ egreditur, id est, Hæc est pœna, & punitio, vt ait Theodoretus. Hoc est: Hoc volumen significat supplicium, quod imminet iam peccatoribus. Vt Psalmo. 108. Et dilexit maledictionem, & veniet ei, & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Et induit maledictionem, sicut vestimentum, & intrauit, sicut aqua, in interiora eius. Benedictionẽ vocauit Dei beneficia in nos, maledictionẽ supplicia debita peccatis. Porro legendũ est: Quæ egreditur præsenti tempore, non Egredietur, vt ex Hebræo, & ex Græco satis constat. Egreditur autem hęc pœna à Deo.

Super faciẽ omnis terræ. Nõ vniuersę terræ, vt putauit Theo. sed Israeliticę, ita enim loqui solet scriptura & ita postulat ordo præsentis ppheriæ (vt ait Ruper.) quę iuxta Cyril. Rupe. & alios pbatos autores, nõ cõtra omnes gẽres, sed cõtra Iudęos est. Quod satis ex eo colligitur, quod ait: Et ad domum

Universidad de Deusto
Biblioteca

iurantis in nomine meo mendaciter; soli enim Iudæi iurabant in nomine Dei veri,& alij per idola.

Quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur. Rectè, & perspicuè vertit, quod obscurum erat in Hebræo, vbi habetur: Quia omnis furans ex hoc sicut ipsum succisus est,& omnis iurans ex hoc,sicut ipsum succisus est. Significat autem, Ex hoc,scilicet, quod scriptũ est in volumine, id est,ex peccatis cuiusque, quæ ibi scripta sunt, Sicut ipsum succisus est, id est, sicut volumẽ hoc continet, succidetur, & exterminabitur, hoc est, plectetur ijs pœnis,quas hoc volumen indicat, & continet. * Quare nescio cur Sixtus loco indicato translationẽ mutauerit, & dixerit: Omnis furans ab altero sicut ipse est, occidetur, cũ sit in Hebræo. Ex hoc sicut ipsa, succidetur,& dictum est, Sicut ipsa,quoniam סְגֻלָּה, id est,liber,femi nei generis est, sicut nos propter volumen diximus,sicut ipsum. 7

Educam illud. Id est,Volumen hoc,id est, pœnas hoc volumine contentas, efficiam, vt quod tu modo in visione cognoscis, illi re ipsa experiantur. Quamuis in Hebræo, cum sit: Educam eam,potest & ad volumẽ referri, vt dictum est,& ad maledictionem, cum sit vtrumque nomen femineum.

Et commorabitur in medio domus eius. Non ita veniet, vt cito transeat, sed diu eos affliget,vt verba sequentia indicant.

Et consumet eã, & ligna eius, & lapides eius. Chrysostomus homil.15.&.19.ad populum Antioche. dicit domũ eius, &ligna, & lapides consumenda esse, vt supplicij illius memoria non deleatur, sed quicunque viderit, admoneatur, quantum oderit Deus illa peccata,& quam seuere puniat. Ita nos videmus in magnis criminibus fieri, quorum pœnas acerbiores,& terribiliores esse oportet, vt domus etiam diruatur, in qua illa patrata sunt,vt in hæresi,in crimine lęsę maiestatis. Legendum est autem, Eam, id est, domum, vt videmus ex Chrys. & vt sequentia exigunt. Et ligna eius, & lapides eius.

TROPOLOGIA.

Tota visio moralis est, & altera expositione non indiget. Vide homilias Chrysostomi ad populum Antiochenũ, quas indicamus,hoc est.15.19.27. Tãtum referam expositionem Gregorij, lib.15.Mora,cap.6.& 7.Et quidẽ ipsius verbis, sed paulò breuius: 8

Qui mandata illius memoria retinet, sed nequaquã facit, hic in doctrinæ verbis sententias,quibus dãnetur,tenet.Hinc quippè in Zacharia scriptum est: Ego video volumen volans,&c.Quid namque est volumẽ volans,nisi Scriptura sacra,quę dum de cœlestibus loquitur, ad superiora mentis nostræ leuat intentionem? Quia dum illam super nos esse aspicimus,ima attendere, id est,concupiscere deuitamus. Quę latitudinem decem cubitorum, longitudinem verò viginti habere perhibetur, quia latitudo operationis nostræ simpla est, & longanimitas spei in duplum tenditur; quoniã pro bono nostro opere,& hic nobis mentis requies, & illic gaudia æterna præparantur Veritate attestante,quæ ait:Si quis reliquerit domum,aut agros,&c.cẽtuplum in hoc sęculo recipiet,& in futuro vitam ęternam possidebit. * Quia ergo per hanc duplum nobis pro simplo redditur, rectè hoc volumen per viginti cubitos in longum tendi tur, quod per decẽ dilatatur. Sed quia hæc ipsa sacra eloquia ad æternam damnationẽ sunt eis, qui illa vel scire nolunt, vel certè sciendo contemnunt, rectè de hoc volumine dicitur:Hæc est maledictio,quę egreditur super faciẽ vniuersæ terræ.Et cur maledictio dicatur,adiungit: *Quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur.* Hypocrita igitur, quia secundum verba legis, quæ nouit, viuere contemnit, & de doctrina fauores quærit, fur iudicabitur, quia per hoc, quod iusta loquitur,laudem sibi vitæ iustorum rapit.Hactenus Gregorius. Matth.19. Mar.10. Luc.18. 9

HISTORIA.

Et egressus est angelus. Egreditur, vt vidimus cap.2.& 4. ex Dionysio, vt nouam reuelationem afferat Propheræ. Cyrillus: Ex illa visione falcis exiuit ad hanc mensuræ.

Et dixit ad me; Leua oculos tuos. Hoc dixit Prophetæ postquam redijt nouam reuelationem afferens.Etenim quamuis Prophe ta redijsse eum non dicat, facilè id intelligi potest ex noua visione, quam ei obijcit, & manifestissimè ex eo, quod ait paulò post: Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quo isti deferunt amphoram?Iam ergo redierat, & in eo loquebatur, vt antequam egrederetur. 10

Et vide quid est hoc, quod egreditur. Egredi dicit,quia res ipsæ non vt stãtes,& quiescentes apparebant in visione, sed cum motu, & quasi ambulantes,vt Propheta ipse indicat: Et ecce talentum plumbi portabatur,&c.

Hæc est amphora egrediens. Obscurissima visio est, & in qua opus sit leuare oculos ad Dominũ, vt nobis exponere dignetur. Variæ sunt expositiones, ego lectorem molestia afficere referendo nolo, videat, & iudicet, & quam probabilissimam putabit, eligat; mox videat, an in ea rectè singula cohæreãt, quod erit fortasse difficile inuẽtu. De illis hoc tantum dicam nõ posse me intelligere quod plerique hanc visionem, præsertim in fine, de captiuitate decem, & duarum tribuum explicant, easque in duabus mulieribus intelligi volunt,& ex Ezec. 23. comprobant, vbi in duabus sororibus Ohola,& Oholiba ipso Propheta exponente Samaria, & Ierusalem significantur, id est decem tribus, & duæ: Nam cum iam & decem tribuum, & duarum captiuitas transijsset, & Iudæi in patriam redijssent, quorsum attinebat tã obscura prophetia de re præterita, & quæ iam mutari non poterat? Quomodo simul delatæ sunt mulieres, cum multi anni fluxerint inter vtramq; captiuitatem. * Quomodo in terram Senaar, siue Babylonis, cum duæ tribus tantũ abductæ fuerint Babylonem, de decem scriptum sit.4.Reg.17.Et transtulit Israël in Assyrios, posuitque eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozan,in ciuitatibus Medorum? Ego de futuris Iudæorum peccatis,& excæcatione, in qua propterea quod Dominum seruatorem occiderunt, vsque ad finem sæculi manent, visionẽ cum Ruperto intelligendam esse existimo, tametsi verba nõ pauca aliter explicabo, quod eius expositio dura mihi, & nimium violenta videatur.Hoc rectè cum visione præceden ti connectitur,quod,vt melius intelligatur, sciamus Iudæos in aduentu Christi, & initio prædicationis Euãgelij excæcatos fuisse propter peccata, in quib⁹ pertinaciter perdurabant,id est,propter superbiam,& inuidiã, & insatiabilem auaritiã, & alia huiusmodi. Et peccatũ illud maximum occisionis Christi,ex quo penitus excæcati sunt,& indurati, pœna fuit peccatorũ,quibus antetenebantur, vt Dominus docuit Matth.13. Qui autem non habet,& quod habet auferetur ab eo. Ideò in parabolis loquor eis, quia videntes non vident, & audientes nõ audiunt, & adimpletur in eis prophetia Isaiæ: Auditu audietis,& non intelligetis, & videntes videbitis,& non videbitis: incrassatum est enim cor populi huius,&c. Pro quo in Isaia habemus: Excæca Domine cor populi huius,&c. Et Ioh.3. * Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras, quã lucem;erãt enim eorum mala opera, id est, Propter hæc non crediderunt, neque receperunt lucem. Denique notum est illud Sap. 2. Excæcauit enim eos malitia eorum. Cum igitur reprehendissent Propheta furta, & periuria, quæ maximè in illo populo grassãbantur, & ex quibus multa alia peccata oriebantur, & supplicia eorum commemorasset; addit in hac visione supplicium omnium maximum, id est, excæcationem tempore prædicationis Christi, & post futuram, vt tanta pœna proposita tam ipsi, quam eorum posteri à peccatis deterrerentur, & veram colerent pietatem,paulatimque ad Christum recipiendum populus ille præpararetur, in quam rem magno studio omnes propheræ incumbebant.His ita expositis experiamur, an verba omnia molliter, & aptè possimus explicare. Primum in his, quæ proposuimus, pro Amphora in Hebręo est אֵיפָה, OEpha autem, siue Epha mensura est aridorum capiẽs modios tres, vt docet Hieronymus in Isa. cap 5. de qua iam diximus Hamos.8. nume.13. * Verum hic non certam significat mensurã, sed pro quauis mensura ponitur, vt in eodem loco adnotauimus, quare Lxx absolutè verterunt:Hæc est mensura egrediens,eodemq; modo intellexit Chaldæus. Similiter Hieronymus intelligens, non pro certa mensura, siue liquidorum, siue aridorum poni; sed pro quauis mensura, vertit, Amphora, quæ mensura est liquidorum,& vrnas duas capit,siue octo congios:& crebro inculcat in Commentarijs, Amphora, siue mensura. Quod ergo ait:Hæc est amphora egrediens, perinde est, ac si diceret: Hoc quod modo egredi, & cum motu venire in conspectum tuum vides,mensura quędam est. Sed quorsum egreditur mensura? Quoniã per eam significatur,nunc certus numerus peccatorum, quem Deus in sua præscientia præfixit, vt cum implerus fuerit, continuo vltionem sumat, de quo Gene.15. ait: Generatione autem quarta reuertentur huc, necdum enim completæ sunt iniqui Isa.6. 12 OEpha. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

tares Amorræorum vsque ad præsens tempus, id est, nondum peruenerunt ad eũ peccatorum numerum, qui implendus est, vt vt eos è terra sua eijciam. Inde Hamos primo: super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor, non conuertam eum, id est, iam mihi pœnas dabit, quia numerum illum peccatorum impleuit. Hieronymus planè docet hanc mensurã significare peccata populi Israël in vnũ coaceruata. Apertius tamen Cyrillus, his verbis: Scilicet est benignus, & tolerans malorũ Deus. Si vero quis pergat peccare, & ad finem patientiæ, ac tolerantiæ perueniat, dabit pœnas contemptus, nec poterit vllus eũ liberare, quin par supplicium meritis ferat suis; quod Dominus ludęis significauit, cum dixit: Implete mensuram patrum vestrorum. Mensura itaque illa demonstrabat impletionem peccati populi, &c. *Hæc ergo amphora est mẽsura peccatorum, quæ commissuri erãt Iudæi, vt penitus à Deo desererentur, & abijcerentur, non ad breue tempus, vt in prioribus captiuis. Idcirco sedet in ea mulier, quæ vocatur Impietas, vt statim docet Propheta, quoniam eo tempore nondum erat plena mensura, donec Christum occiderunt, & apostolos persecuti sunt.

Matth. 23.

14

Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. Id est, Vbicumque sint Iudæi, in hanc mensuram oculos conijciunt, ponitur enim oculus pro aspectu more Hebræorum. Ac si dicat apertius: Tam effrenatè ruunt in omnia genera peccatorum, vt ad nihil aliud spectare in omnibus suis operibus videantur, quam vt hanc mensuram celerrimè expleant, & semel omnia peccata luant. Hoc est omnino quod Dominus ait Matth. 23. Itaque testimonio estis vobismet ipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensurã patrum vestrorum. * Citarunt hunc locum hic Hieronymus, & Cyrillus, & arbitror Dominum in eo alluisse ad verba nostri prophetæ, ac si diceret: Implete omnino mẽsuram peccatorum, quã patres vestri implere olim cœperunt, sicut est apud Zachariã, hoc est, cito implebitis, ita enim festinatis malefacere, vt cito vsq. ad summum impleturi sitis. Hoc ostendit translatio Lxx. Hæc est iniquitas eorũ, &c. Video fieri posse, vt quemadmodum Hieronymus ait, pro עֵינָם, id est, oculus eorũ, legerint עֲוֹנָם, id est, iniquitas eorum: sed vtrocunque modo legerint, sensum nostrũ subindicant. Porro vbi quidam codices habent: Hic est oculus eorum, melius legitur in alijs. Hæc est oculus eorum, id est, Hæc mensura, sed quoniam sequebatur, oculus, qui minus attente legebant, scribẽdum putarunt, Hic est oculus. Ita legũt Lxx & Hieronymus, qui ait: Hæc amphora, siue mensura oculus eorum est. Ita etiam legit Gregorius decimo quarto Moralium, capite vigesimo septimo.

15

Et ecce talentum plumbi portabatur. Talentum Græcis, & Latinis nomen est ponderis sexaginta minarũ, siue sex mille drachmarum, verum hic nihil aliud significat quam massam plumbi, aut globum. Vnde paulò post legimus: Misit massam plumbeam in os eius, & in Hebræo est: Misit lapidem plumbi, vbi Hieronymus ait: Ipse est igitur lapis plumbi, qui & talẽtum plumbi, quod nos manifestius exponentes, Massam, vel sphæram plumbi interpretati sumus, &c. Quorsum talentum portetur statim indicabit. Portabatur autem eo modo, quo amphora, siue mensura, ac si per aërem ferretur. Hieronymus: Ecce talentum plumbi, id est, massa, instar lapidis ferebatur, vel suo impetu, vel Domini iussione, vel ferebatur ab alio, cuius nomen tacitum est.

16

Et ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Nunc exponit quorsum egressa sit amphora, siue mensura, & quid sit: nam statim angelus aperuit, quænam esset hæc mulier: Et ait, Hæc est Impietas, Heb. רִשְׁעָה, quo nomine omnis iniquitas in Scriptura significatur, siue contra Deum sit, siue contra homines. Cum ergo dicit Impietatem sedere in medio huius amphoræ, siue mensuræ, significat hanc mensuram fuisse iniquitatum Iudęorum, siue hac mensura impietatem tantummodo cõtineri, quod indicarunt Lxx: αὕτη ἐστὶν ἡ ἀνομία αὐτῶν, id est, Hæc est iniquitas eorum. Fateor hanc lectionem esse codicum Complutensis, & Regij (in quibus Græca sunt valde depravata, nec castigata admodum Latina) nam apud Hieronymum, & Theodoretum, & in Græcis Aldi, tantum legimus: Hæc est iniquitas. Verum quamuis non addatur, ipsorum, rectè subauditur. Cyrillus: Iniquitas describitur nobis habitu mulieris, typus enim voluptatis est mulier, & infirmitatis. Omne autem peccatum committitur, aut voluptate trahẽte, aut infirmitate. Etenim si mens in se firma, & constans consistat,

nunquam

nunquam eliget deflectere ad vitiũ. Theodoretus: Videt peccatum speciem mulieris referens, nam ex voluptate plura peccata nascuntur, &c. * Cum ergo mulier sedeat in medio amphoræ, quis non miretur Origenem Homil. 6. in Genesin hæc scribere: Denique & iniquitas super talentum plumbi sedere monstratur, sicut Zacharias Propheta dicit: Vidi, inquit, mulierem sedentem super talentũ plumbi, & dixi: Quæ est hæc? & respondit, Iniquitas? Vbi hoc legit Origenes? Talentum plumbi per se fertur, vt iam vidimus, mulier, quæ est impietas, siue iniquitas, non in talẽto plumbi, sed in medio amphoræ sedet. Si enim sederet in talento plumbi, quomodo illud angelus misisset in os mulieris, vt statim narrat Propheta? Ita omnia se habent in Hebræo, vt nos dicimus, ita etiam apud Lxx, Lapsus, opinor, memoriæ fuit, quoniam Origenes in Scripturis exercitatissimus memoriter multa referebat, vt fieri solet, atque ita paulò aliter retulit, quam exemplaria habebãt, quod multis ex patribus vsu venit. Magis mirarer Hieronymũ in illud Matth. 11. Venite ad me omnes, &c. dixisse: Grauia onera esse peccati, & Zacharias propheta testatur dicens, iniquitatem sedere super talentum plumbi, &c. quod crebro in libris suis inculcat. In illud Ezec. 22, Et factum est verbum Domini. Et in illud Ecclesiast. 9. Conuerti me, & vidi sub Sole. Et in illud Mich. 7. Quis Deus similis tui? Et in cap. 2. Nah. in illud: Et Niniue quasi piscina aquarum. Et Malach. 3. vbi ait: Inualuerũt super me, &c. nisi viderẽ, & idem illi contingere potuisse quod Origeni, & hanc esse Hieronymi consuetudinem, vt ad spirituales sensus elicien dos sæpè sequatur, quę nõ probat, vt trãslationem Lxx, & aliorum doctorum sententias. Quare hic in Commentarijs longe aliter sensit.

17

18

Et proiecit eam in medio amphoræ. Prius sedebat Impietas in amphora, siue in mensura, ita, vt partem corporis inferiorem haberet intra amphoram, superiorem verò, & maximè caput, haberet extra: quoniam antequam Iudæi Christum abijcerent, & occiderent, & si prophetas occiderant, & grauia commiserant, nondum erat impleta mensura, melior pars corporis huius mulieris, & præsertim caput, extra amphoram erat, maximum omnium peccatorum restabat patrãdum. At cum Christum in crucem egerunt, & apostolos, atque Euangelium hostiliter persecuti sunt, impleta est mensura. Ideò dixit illis Dominus Matth. 23. Itaque testimonio estis vobismet ipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum, &c. Hæc autẽ mensuræ impletio aptè his verbis significatur: *Et proiecit eam in medio amphoræ.* Id est, fecit, vt tota esset intra amphoram, & nulla eius pars extra maneret, vt ita amphora, siue mensura, impleretur.

19

Et misit massam plumbeam in os eius. Id est, Os amphoræ talento illo plumbi obstruxit, ne exiret mulier. Plumbum propter grauitatem suam seueritatem vltionis diuinæ indicat, vt etiam affirmat Theodoretus, quare cum os amphoræ obstruitur plumbo, significatur impietas diu mansura in gente Iudæorum in vltionem peccatorũ, quæ admiserant, & per lõgum tempus deserendos esse à Deo, vt & factum est, quod in eodem cap. 13. Matthæi Dominus subindicat, cum post illud: Et vos implete mensurã patrũ vestrorũ, ad extremũ ait: Ecce, relinquetur vobis domus vestra deserta.

Plumbum.

Et leuaui oculos meos, & vidi. Non aliam visionem narrat, sed quod consequenter vidit in hac ipsa, vt sentit Gregorius. 14. Moral. cap. 28.

Et ecce duæ mulieres egredientes. Exemplo angeli, qui priorem mulierem interpretatus est Impietatem, has duas mulieres interpretor excæcationem, qua mentes Iudæorum captę sunt à morte Domini, & prima prædicatione Euangelij, & indurationem, qua eorum voluntates pertinaciter in incredulitate sua manent, & Christianum nomen oderunt. Quæ interpretatio quam molliter cum præcedentibus, & sequentibus cohæreat, res ipsa indicabit. Has duas mulieres egredientes vidit, quoniam post ea, quæ prius viderat, illas etiam in visione cum motu apparentes aspexit.

20

Et spiritus in alis earum. Hoc est, potestas Diaboli eas mouens, vt ait Hieronymus. Sed propriè spiritus ventum hic significat, ac si diceret: Collegerant multum venti ad volandum, & magno impetu ferebantur, Diabolo scilicet eis vires, & celeritatem suggerente. Etenim quo magis euulgabatur Euangelium, & Christi gloria euadebat illustrior, eó magis augebantur in Iudæis excæcatio, & induratio, & volare cœperunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

perunt, vt statim explicabimus.

Et habebant alas, quasi alas milui. Id est, Magnas, & fortes ad volandum. Pro Milui, in Hebræo est חסידה, Thalmudici miluum album, R. Dauid, & multi ex recentioribus ciconiam esse volunt. Lxx hic Vpupā vocant, Psalm. verò 103. Herodium. Herodij domus dux est eorum: Iob autem 39. & Iere. 8. ipsum vocabulum Hebraicum Hasida reliquerunt. Herodium etiam verterūt hic Aquila, & Symmachus, & Theodotion, immò, & noster interpres Leu. 11. & Deut. 14. & Iob 39. Veteres Hebræi, vt refert Hieronymus, miluum esse putant, quos ipse secutus est Iere 8. vbi habemus: Miluus in cœlo cognouit tempus suum, & in translatione Psalmorum ex Hebræo in Psal. 103. verbis citatis. Herodium autem, siue Herodionem Suidas ciconiam esse dicit, aut ciconiæ similem, Hispani garzam vocant. *Ego hæc omnia vera esse arbitror, quoniam, sicut ante iā non semel dixi, Hebræi per Catachresin idem nomen multis rebus similibus dare interdum solent, & omnia rectè conueniunt: Nam Herodius altissimè volat, & magno impetu ascendit, miluus fortis est ad volandum, & vbi tempus mutandi locum cognouit, sicut ait Ieremias: Miluus in cœlo cognouit tempus suum, velociter volat, nec quiescit donec veniat quo vult Ita mulieres hæ fortiter volant, nec desistent, donec veniant, quo tendunt, id est, in terram Senaar. Eadem explicatio ad ciconias etiam accommadari potest.

Iere. 8.

Et leuauerunt amphoram inter cœlum, & terram. Leuāt, vt in certum locum deferāt, sed leuando inter cœlum, & terram faciunt, vt ab omnibus amphora videatur, quæ prius paucis nota erat. Quid manifestius quam iniquitatē Iudæorum, quę ante multis erat ignota, per eorum excæcationem, & indurationem omnibus innotuisse nationibus? Illi per omnes nationes effusi sunt, & vbiq; Christum execrantur, & omnium terrarū fideles eorum impietatē cognoscunt semper, & vident.

22

Vt ædificetur ei domus in terra Senaar. Id est, in terra Babylonis, vt verterunt Lxx, in terra enim Senaar ædificata est Babylon, Gen. 10. & 11. Impietatem Iudæorum notum est vsque ad Antichristi tempora fore duraturam, vt vidimus cap. 4. Qui cum venerit, recipietur à Iudæis pro suo Messia, vt prædictum est à Domino Ioh. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis mei, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis, quod de Antichristo communis expositorum sententia intelligit, & Hieronymus quæst. 11. ad Algasiam, & Damascenus lib. 4. cap. 27. & Ambrosius in cap. 13 Apocalypsis. Hic Babylone regnare incipiet, & inde contra multos reges pugnabit. Dan. 11. Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersus regem Austri, &c. In quem locū Hieronymus iuxta communem Catholicorū doctorum sensum docet de Antichristo ea dici, qui nasciturus est de populo Iudęorum, & de Babylone venturus, & primum superaturus est regem Austri, id est, AEgypti. Ibi igitur à Iudæis recipietur, & adorabitur, & paulatim ex AEgypto, & ex alijs regnis confluent ad eum Iudæi. Et tandem in templo sedebit in Ierusalem. Dan. 11. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis. Vbi Hieronymus: Quæ vniuersa in typo Antichristi nostri præcessisse contendunt, qui sessurus est in templo Dei, & se facturus, vt Deum. 2. Thess. 2. *Ita vt in tēplo Dei sedeat, ostendens se tanquā sit Deus. Quæ verba exponens Damascenus lib. 4. cap. 27. ait: In templo quidē Dei, non nostro, sed vereri Iudaico, non enim nobis, sed Iudæis veniet. Et ita multi ex veteribus exponunt. Denique regnabit in Iudæa, donec tandē in monte Oliueti à Christo occidatur, vt ex Daniele ostendit Hieronymus in cap. 11. eiusdē in fine. Ergo mulieres deferunt mensuram in terram Babylonis, quia Iudæorum iniquitas nō desinet, nec cadet, donec Babylone Antichristum adoret. Quare cum quærit Propheta: Quo istæ deferunt amphoram? idem est, ac si diceret: Quamdiu duratura est populi huius impietas? Sicut & Isaias cap. 6. cum audisset: Excæca cor populi huius, &c. Addit: Et dixi, vsquequo Domine? Optabāt siquidem prophetę finiri miserabilis populi pecata. Eleganter autem dicuntur eam detulisse excæcatio & induratio, quia maxima hæcillorū impietas, cū Antichristum pro rege susċipient, est in pœnam pertinacissimæ excæcationis, & indurationis eorundem. 2. Thess. 2. *Eo quod caritatem veritatis non receperūt. Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Quod ita, vt diximus, de Iudæis recipien-

23

24

tibus

tibus Antichristum interpretantur Hieronymus ad Algasiam quæst. 11. & Damascenus loco citato. Rectè etiam dicit, In terra Senaar, quoniam illi, qui ædificauerunt Babel impij, & superbi, & quasi Deo rebellare volentes, id fecerunt in terra Senaar, Gene. 11. Et figura videntur fuisse Iudęorū Antichristum recipientium. Quod autem ait: *Vt ædificetur ei domus, & stabiliatur, &c.* Metaphorica locutio est sumpta ab statuis idolorum, quibus domus erigitur, & stabilitur, id est, firmiter ædificatur, & mox statua super basin suam ponitur, vt altior, & honoratior sit, omniumque aspectui pateat. Quod significat impietatem Iudæorum, tūc maximas vires habituram, & magnum imperium, eosque eius rei causa multum esse honorandos ab Antichristo, & eius comitibus. Verbum, *stabiliatur*, nō ad amphoram, aut mensuram referendum est, sed ad nomen, Domus, quod Hebræis masculinū est, sicut & verbum חוכן, id est, stabiliatur.

TROPOLOGIA.

Tota hæc visio ex ijs, quæ dicta sunt, minimo negotio moraliter explicabitur, si quod de Iudæis dictum est, ad eos referamus, qui in peccato sunt, & de pœnitentia minimè cogitāt, sed sua salute neglecta peccata quotidie peccatis addunt. Egreditur amphora, siue mensura peccatorum, quæ facturi sunt, vt tradantur à Deo in reprobū sensum, & in desideria cordis sui in immunditiam, iuxta illud: Vides, quoniam tu laborem, & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas. Simul egreditur plumbum, quia licet Deus peccata dissimulet expectans pœnitentiam, non dormit, neque vltionis grauissimæ, quam de impœnitentibus sumpturus est, obliuiscitur. Crescentibus peccatis impletur mēsura, & in os eius grauis plumbi massa mittitur, quoniā difficillimè isti surgunt ad pœnitentiam, quod & in Euangelio lapis quatriduano Lazaro impositus ostendit. Reliqua, vt dictum est, exponantur. Deferuntur huiusmodi homines ab excæcatione, & indurationē in terram Sanaar, id est, in terram Babylonis, & pudendæ confusionis peccatorum, quam Paulus optimè demonstrat his verbis: Et sicut non probauerūt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea, quæ non conueniunt, repleros omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorū, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Tunc impietati domus erigitur, id est, firmum habet in illis hominibus domicilium, & ponitur super basin, quia sine timore, & pudore peccant, & peccatū suum sicut Sodoma prædicant.

Totam etiam visionem præclarè, vt solet reliqua, exponit beatus paret Gregorius, lib. 14. Moral. cap. 27. & 28. de auaritia, & de superbia, & inani gloria. Sed, quia eius expositio longa est, nec breuiari commodè potest, illuc mitto lectorem, ne tædio sim referendo.

CAP. VI.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes: montes ærei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga secunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij & fortes. Et respondi, & dixi ad angelū, qui loquebatur in me: Quid sunt hæc Domine mi? Et respondit angelus, & ait ad me. Isti sunt quatuor venti cæli, qui egrediuntur, vt stent coram dominatore omnis terræ. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: & varij egressi sunt ad terram Austri: qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire, et discurrere per omnem terram. Et dixit: Ite, perambulate terram, et perambulauerunt terram. Et vocauit me, & lo-

curus

Universidad de Deusto
Biblioteca

cutus est ad me, dicens: Ecce, qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meũ in terra Aquilonis. Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Sume à transmigratione ab Oldai, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domũ Iosiæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone. Et sumes aurum, & argentum, & facies coronas: & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & loqueris ad eum, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Ecce vir, Oriens nomen eius: & subter eum orietur, & ædificabit templũ Domino. Et ipse extruet templum Domino: & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo. Et erit sacerdos super solio suo, et consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini. Et qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo Domini: & scietis, quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri.

Luc. 1.

HISTORIA.

runt, id est, Chaldæorum, Medorum, atque Persarum, Græcorum, Romanorum. Vnus ex huius temporis scriptoribus reiecta hac expositione alteram excogitauit multo minus probabilem, & argumentis confirmare conatus est, sed adeo infirmis, vt mihi non videantur referenda, quoniam ex vera ipsorum verborum, intelligentia facilè refelluntur. Quemadmodum igitur Daniel cap. 2. in statua illa ex varijs metallis confecta hęc quatuor imperia significari docuit, ac deinde quintum addidit Domini nostri Iesu Christi, quod omnium maximum, & potentissimum futurum erat, ita nunc Zacharias in quatuor quadrigis exeuntibus videt eorundem imperiorum successiones, deinde regni Christi meminit, quod ceteris pereuntibus semper stabit. Idque in consolationem Iudæorum, & Christianorum dictum est, vt nouerint hæc imperia Dei consilio in terra floruisse, regnum autem, quod veris Israëlitis promissum erat, potentius istis, atque diuturnius futurum. * Quadrigæ autem dicuntur hęc imperia, propter celeritatem, & violentiã, qua ruebant, id est propter bellicam fortitudinem, qua gentibus alijs debellatis tantam potentiam adepta sunt. Etenim quadrigis veteres vtebantur in prælia, ideoque multa de illis mentio est in Scriptura, cum bellicus describitur apparatus, vt Nah. 3. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis.

Paulus Fa-

Et conuersus sum. Hieronymus: Transiui ad aliam visionem, & oculos cordis mei ad cælum altius sublcuaui.

Et ecce quatuor quadrigæ. Communis autorum sententia est, tam veterum Hebræorũ, vt refert Hieronymus, quam recentiorum, & nostrorum, vt Hieronymi, Cyrilli, & reliquorum ferè in quatuor quadrigis, quatuor magna imperia intelligi, quæ sibi ordine successerunt, & se se mutuo euerte-

Egredientes de medio duorum montium, & montes, montes æreι. Qui sint hi montes non explicuit Hieronymus, tantum dixit esse æneos, id est, insuperabiles, & fortissimos, & qui nulla possint vetustate cõsumi. Ego ita reor hæc esse intelligenda. Quadrigas egredi nihil aliud est, quam diuina prouidentia ita statuente, Chaldæos, vel ceteras gentes, de quibus loquitur, armis, & fortitudine instrui, vt bellum alijs nationibus inferant, sibique subijciãt, quo tempore Deus voluit. Ante egressum autẽ erãt inter duos montes æneos inclusæ, id est, diuina prouidentia tenebantur, quasi septæ essent montibus æneis, & insuperabilibus, ne in alias terras exirent dominatus quærendi causa, donec tandem tempus Dei consilia præstitutum veniret, quo illis ad exeundum porta data est. Quod verò R. Dauid, quẽ quidã sequuntur, putat montes esse Chalybeos, ait siquidem נְחֹשֶׁת esse Chalybem, fallitur,

cum LXX vertant χαλκᾶ, id est, ænea, non solum in hoc loco, sed in alijs sæpè.

1

In quadriga prima equi rufi. Imperium Chaldæorum significatur sanguinarium, & crudele, quod innumeras prouincias vastauit. Nonnulli putant equis quadrigarum colores tribui, quibus nationes illæ maximè vtebantur, vt equi primæ quadrigæ rufi sint, quoniam is color Chaldæis erat in vsu maximè. Quibus si id probare possint, libẽter assentior. De Chaldæis rectè probari potest ex Nah. 2. Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus eius in coccineis. De Græcis quoque probabile est, vt in tertia quadriga dicemus. Sed cur quadrigas commemorans Propheta, nõ meminit eorum, qui quadrigis insident? Respondẽdum est, more Scripturæ, in equis, siue in quadrigis simul intelligi sessores equorum, non enim iungũtur quadrigæ, nisi à sessoribus equorum, aut quadrigarum, vt Exho. 14. Tulitq; sexcentos currus electos, & quidquid in AEgypto curruum fuit. Zach. 1. Et post eũ equi rufi, varij, & albi. Isa. 37. In multitudine quadrigarum mearum, ego ascendi altitudinem montium.

In quadriga secunda equi nigri. Hæc quadriga est regnum Medorum, atque Persarum. Equi nigri sunt, quia graui metu, atque luctu afflixerunt Iudæos, quando exijt edictũ regis Assueri de omnibus Iudæis interficiendis, vt legimus Esther. 3. Antea etiã grauiter eos contristauerant diu impedientes templi ædificationẽ, à secundo anno Cyri, vsque ad secundum Darij filij Hystaspis.

4

* Cyrillus nigros esse dicit, quoniã Persę, & Medi magnã in Chaldæis stragẽ ediderunt, & luctum illis importarunt, nam luctus, & mortis symbolũ est color niger. At quod diximus, Hierony. ac pluribus placet, longèque probabilius est, quoniam non curãt Sacri scriptores, quid alię gentes patiantur, sed quid Iudæis eueniat, alioqui equi tertiæ quadrigæ non albi dicẽdi erant, sed rufi, aut nigri, quoniam multo pluribus cædem, & luctum intulerunt.

In quadriga tertia equi albi. Hoc est regnum Græcorũ, quod ab Alexandro magno cœpit. Equi sunt albi, quoniam ab Alexandro clementer tractati sunt Iudæi, & beneficijs affecti, & templum magnis muneribus auctum, vt autor est Iosephus. 11. Antiquit. c. vltimo, & alter Iosephus lib. 2. historiarum Iudaicarum cap. 6. Et quamuis post aliquot annos diuso Alexandri imperio multis cladibus à Græcis affecti sunt Iudæi, tamen insignes victorias habuerunt tempore Iudæ Machabæi, & fratrum eius: quare rectè dici possunt equi albi, hic enim color conuenit lætitiæ, atque victoriæ, vt cap. 1. diximus, nume. 18. Cyrillus ait equos albos esse, quoniã Græci delicias amabant, quarum indicium erat albus color, vt ait Cœlius Rhodiginus lib. 5. lectionum antiquarum, ca. 12. Et quoniam plurimum Græci vestitu albo vtebantur, & linguam apertam, atque à barbarorũ tenebris alienam habent.

Et in quadriga quarta equi varij, & fortes. In hac Romanum imperium significatur, varijque dicũtur equi, quoniam Romani Imperatores, partim in Iudęos fuere clementes, vt Iulius Cæsar, & Augustus, & Claudius, partim crudeles, vt Caligula, Nero, Vespasianus, Titus, Hadrianus. Pro Varij in Hebr. est בְּרֻדִּים, id est, grandinati, aut grandinosi, hoc est, maculis albis respersi instar grandinis: pro quo Hieronymus Gene. 31. nunc vertit, Diuersorum colorum nunc, Respersi, scilicet, maculis albis. Pro Fortes quomodo etiam vertit Aquila LXX ἐπόμους, id est, veloces, aut multicolores. Chaldæus קְשׁוּטִין, quod fere interpretantur Cinereos colores, sed quoniam קְשַׁט Chaldæis significat Fregit, contriuit (inde enim cinis dicitur קִישׁוּטָא, quoniam contritus & comminutus est) fortè rectius interpretabimur Conterentes, aut Confringentes, id est, fortes, nam hæc est etiam germana nominis Hebraici interpretatio. Intelligendum est autem non eosdem equos varios dici, aut fortes, sed in eadem quadriga alios fuisse varios, alios, quorum non color, sed vis indicatur, vt paulò post dicemus: quoniam fortissimi fuerunt, & Iudæis, quorum iam dissipatum regnum erat, neque nocuerũt, neque profuerunt.

Isti sunt quatuor venti cœli. Multo magis expositores exercet angeli interpretatio, quam verba ipsa, quæ interpretatur. Itaque obscuritas multiplicem peperit interpretationem. Mihi videntur ita hæc commodè exponi: Quatuor quadrigæ sunt sicut quatuor venti cœli (vitiatum est enim notam similitudinis omittere, vt notauimus Hos. 10. num. 27.) Ac si dicat: Hæc quatuor regna ex diuersis partibus exeuntia totum orbem terræ concutient, & concitabunt tumultibus bellorum, sicut quatuor venti

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcipui,& maximi ex diuersis mundi partibus orti totam terram perflant. Et sicut non simul flant quatuor venti, sed nũc hic, & nunc ille, neque vnus totam terram perflat, sed omnes: ita quatuor regna successu temporum bonã terræ partem vnũquodq; concitauit; ita, vt omnia quatuor totã terram merito dicantur concitasse. Possumus autem intelligere, aut singulos ventos cum singulis regnis comparari, quomodo iam exposuimus, aut etiam singula regna cum omnibus ventis, vt de regno Chaldæorum dicatur. Istud est sicut quatuor venti cœli, id est, ita terram concitauit tumultu bellorum, vt quatuor venti, id est, versus omnes mundi partes, extendit dominatum suum magno impetu belli, sicut quatuor venti principales versus omnes regiones magno impetu spirant. *Eadẽ verba legimus fere Dan. 7. sed paulò aliter intelligenda, nisi erratie volumus: Et ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. Quatuor venti ibi sunt, angeli præpositi principalibus regnis, vt Hieronymus, ac reliqui docuerunt, ventique dicuntur propter celeritatem & imperum & quia sibi mutuo regnis suis consulentis resistebant. Inde pugnare dicuntur in mari magno huius sæculi, quod quatuor regnis nõ contigit, nunquã enim simul fuerunt, omnia, vt pugnare possent, sed singula.

Qui egrediuntur, Vt stent coram dominatore uniuersæ terræ. Id est, Quãdo aliquod quatuor regnorum egreditur ad possidendam terram, hoc est, quando Deus illi potestatem quærendi concedet, non concedet eam, vt teneret, & pro suo arbitratu mundum deuastet, sed mittet illud Deus, quo volet, vt eas nationes tãtum bello infestet, quas ipse punire voluerit, & ceteris parcet. Itaque quasi simul quidam assistent hæc regna, suo quodque tempore, coram Deo, cui omnes terræ subiectæ sunt, vt ministrent eius voluntati. Et hoc est propriè stare coram Dominatore omnis terræ, sicut & illud exposuimus cap. 4. Illi sunt duo filij olei, qui assistunt coram dominatore vniuersæ terræ, id est, qui parati expectant eius iussionem, vt inter homines prodeant, & quod iussi fuerint, faciant. Tob. 12. Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. *Dominator omnis terræ dicitur hic Deus, quoniam in ea re, se, vt omnium rex & iudex gerit animaduerten-

Reges tum esse quando ministri Dei sunt.

do in malos per ministros, quos vult, & innocentes protegendo. Quomodo autem hæc regna ministrauerint Dei voluntati, apertissimis verbis sæpè docet Scriptura, vt Isa. 10. de imperio Assyriorum: Væ Assur, virga furoris mei, & baculus meus ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad gentẽ fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei (id est, cui iratus sum, & quem punire volo) mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam. De Chaldæis Ierem. 25. Ecce, ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruũ meum, & adducã eos super terram istam, & super habitatores eius, &c. Seruum meũ dicit, non quod bonus sit, aut Deo placeat, sed quod ei seruiturus erat, & ministraturus in interfectione eorum, quos punire decreuerat. Similia vaticinatur Isaias cap. 45 de Cyro rege Persarum. Denique de Romanis, quorum opera vsurus erat Dominus ad euertendam Ierusalem, ait ipse Matth 22. Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. *Nec vero putandũ est hæc regna, aut hos reges reuelationem à Deo, vel inuisionem habuisse, vt cũ his potius, quam cum illis bellum gereretur, sed intus Deus eorũ animos concitabat, aut concitari permittebat, vt eos debellarent, quos ipse puniri volebat. Et hoc vocat Scriptura assumere, aut conuocare illas nationes. Isa. 7. Et erit in die illa sibilabit Dñs muscæ, quæ est in extremo fluminũ AEgypti, & api, quæ est in terra Assur, & veniẽt, & requiescẽt omnes in torrẽtibus vallium, &c. Ierc. 1. Ecce, ego conuocabo omnes nationes regnorũ Aquilonis, ait Dominus, & venient, & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem. Immò ad hæc bella suscipienda obseruabant multi reges auguria, & diuinationes. Ezec. 21. Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarũ viarum, diuinationem quærens commiscens sagittas, interrogauit idola, exta consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, &c. Hoc præterea notandum, vbi habemus: *Qui egrediuntur, Vt stent*, Vatablũ vertere: Qui egrediuntur ab stando, id est, stabant, & iussi sunt exire, est enim in Hebræo הִתְיַצֵּב quod videtur sonare, Ab stando Sed aduertere debuit vsitatissimum esse

apud

apud Hebræos, vt ב causam significet, idemque valeat, quod Propter, vt ostendimus Hos. 7. num. 3. & Mich. 2. nu. 64. Quare multo melius vertit Hieronymus, vt stent, quod etiã LXX interpretibus placuit.

In qua erant equi nigri. De equis rufis, id est, de Chaldæis nihil dicit, quoniam iam Persæ, & Medi regnabant, & Chaldæorũ transierat imperium. Ita Hierony. & omnes. Quod si quæras cur illorum meminerit in principio sud equorum ruforum nomine; conuenienter id factum esse dicemus, vt Iudæi, qui ab illis vastati, & capti fuerant, scirent cum ij egressi sunt ad imperandum, non temere id factum esse, sed iuxta ordinem diuinæ prouidentiæ. Præterea, vt ex imperij illorum fine intelligerent cetera imperia similiter fore aliquando terminanda.

Egrediebantur in terrã Aquilonis. Medi, & Persę irruerunt in terrũ Chaldæorũ, vt illam sibi subijcerent, vt factum esse videmus Danie. quinto. Babylonem ergo vocat terram Aquilonis, quoniam vrbi Ierusalem Septemtrionalis erat, nam plagas mundi, quas κλίματα vocant, scriptura accipere, & nominare soler iuxta situm, quem habent ad Ierusalem, vt adnotauimus cap. 2. nu. 13.

Et albi egressi sunt post eos, id est, In eandem postea terram venerunt. Sicut enim Medi, & Persæ venerunt in terram Chaldæorum, Babylonemque ceperunt, ita Græci post aliquot annos duce Alexãdro Philippi Macedonum regis filio venerunt in eandem terrã, & victo Dario rege Persarum ditionem possederũt Chaldæorum.

Et varij egressi sunt ad terram Austri. Terram Austri intelligit AEgyptum, quæ respectu Ierusalem erat Australis, sed magna dubitatio est, cur equos varios, in quibus Romani indicantur, exisse dicat in AEgyptum, cum in omnes orbis terræ partes exierint, omnesque sibi subiecerint. R. Daquid ita respondet: Romanos egressos esse in terram Austri, quoniam Iulius Cæsar Græciam bello adortus est, & cõtra AEgyptum prima arma monit, vbi tunc Græci imperium obtinebant, atque is victor imperium à Græcis transtulit ad Romanos. Hunc quidam ex recentioribus sequuntur. At breuiter de re difficili, & quæ multum confert ad locos scripturæ non paucos intelligendos locuti sunt. Vt igitur reteres

Regni Græcorũ initiũ & finis.

tota intelligatur, sciendum est regnum Græcorum non in vno regno, aut in vna vrbe, aut penes vnum principem floruisse, vt cetera imperia. Cœpit enim ab Alexandro magno, qui superauit Darium regem Persarum. 1. Mac. 1. & vt est in eodem libro, duodecim annis regnauit, & mortuus est. Sed cum morti proximus esset, vocauit pueros suos nobiles, qui secum nutriti erant à iuuentute sua, & diuisit illis regnũ cum adhuc viueret. Qui fuerint pueri Alexãdri, docet Iosep. 2. Antiq. c. 1 his verbis. Imperio vero in multos successores dissracto Antigonus Asiam occupat, Seleucus Babylonem cum vicinis gentibus, Lysimachus Hellespontum, Macedoniam Cassander, Ptolemæus Lagi AEgyptum, &c. Hi, & eorũ posteri multis annis regnauerunt, & cum eis diu pugnarunt Machabæi, vt legimus in libris Machabæorum, & dum regnarunt dicebatur regnum Græcorum, vt 1. Mach. 1. Ex his exijt radix peccati Antiochus illustris filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obses, & regnauit in anno tricesimo septimo regni Græcorum. Hæc regna, quæ posteri amicorum Alexandri tenebant, paulatim Romani ditioni suæ adiecere, & cum nullus ex ijs relictus est, tunc omnino finitum est regnum Græcorũ, & Romanorũ regnũ potentissimum effectũ est, vt copiosè docemur. 1. Mach. 8 Hoc vero contigit non tempore Julij Cæsaris, vt ait R. Dauid, & alij ex nostris, (qui cũ tot haberent Romanos scriptores, nequaquã sequi debuerãt Hebræum ignarum historiæ,) sed Augusto imperante. Iulius quidem Cæsar post mortem Pompeij difficillimũ bellum gessit cum Ptolemæo rege Agypti, sed post victoriam regnum Cleopatræ reliquit, & fratri eius minori, neque prouinciã fecit AEgyptum, vt in eius vita autor est Sueton. ca. 35. & Eutropius, lib. 6. Historiæ Romanæ, & Lucius Florus libro 4. Epitomes Romanorum gestorum ca. 2. Augustus vero, qui primus monarchiam apud Romanos obtinuit, & de quo hac causa scriptum est Luc. 2. Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, victis Antonio, & Cleopatra AEgyptum vertit in prouinciam, id est, populi Romani possessioni adiecit, vt idẽ autor in eius vita scribit. c. 17. & 18. & Eutrop. lib. 7. & Florus subobscure eodem lib. 4. cap. 11. & prorsus finitũ est regnũ Græcorum. Quã ob rẽ ve-

T teres

Universidad de Deusto
Biblioteca

teres ferè omnes, ex quibus multorũ sententias refert Hieronymus in capite nono Danielis, cum annos Lxx hebdomadarũ computant, regnum Græcorum terminant in Cleopatra, & regnum Romanorũ incipiũt ab Augusto. Sed hoc magnoperè adnotandum est, Zachariam nõ omnium bellorum meminisse, quæ quatuor regna gesserunt, sed eorum tantum, quibus imperium ab vna gente in alteram translatũ est priori imperio finito. Multa, & magna bella gesserunt Persę, & Medi, sed solum ait: In qua erant equi nigri, egrediebantur in terrã Aquilonis: quia eo bello imperiũ Chaldæis ademptum peruenit ad Persas, & ad Medos. Similiter cum tot gentes subiecerit Alexander, hoc tãtum de eo dictum est: Et albi egressi sunt post eos, quia eo prælio, quo vicit Darium regem Babylonis, imperium à Persis translatum ad Græcos est. Eadem causa de Romanis loquens solius prælij mentionem facit, quo finitũ est regnum Grecorũ, quod manserat in AEgypto, & cœpit monarchia Romanorum, de quo ait: Et varij egressi sunt in terram Austri.

14 *Qui autem erant robustissimi, exierunt.* Quos ante vocauit fortes, nunc robustissimos appellat Hieronymus, in Hebræo idem vtroque in loco vocabulum est. Est autem obscura in his verbis quæstio, ab Hieronymo quidẽ, & à veteribus prætermissa; sed, quæ meritò discutiatur, & explicetur: cum iam de equis varijs, id est, de Romanis, dictum sit: Et varij egressi sunt ad terram Austri, quo modo nunc seorsum de equis fortibus mentionem faciat, quasi alij sint, & nõ ad eamdem pertineant quadrigam. R. Dauid in illud: In quadriga quarta equi varij, & fortes, affirmat non significari his verbis solum imperium Romanorum, sed etiam aliud imperium cum Romano coniunctũ, quod est imperium Ismahelitarum, quos vulgo Mauros dicimus. Confirmat ex cap. 2. Danielis. Porrò, quia vidisti pedum, & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream, regnum diuisum erit, &c. Robustissimos ergo dicit esse Ismahelitas, qui exierunt, & suis viribus freti imperare nituntur vbicunque possunt, ac proinde nulla eis certa regio tribuitur, sed dicitur: Ite,
15 perambulate terram. *Nec defuit, qui hanc sententiam sequeretur, & quidem (quod negandum non est) non exigua specie probabilitatis. Aiunt Mahometum diuisisse Romanum imperium detracta magna hominum, & regnorum multitudine, quã sectæ suæ impietate corrupit, huius regnum vocari fortè, quoniã suis bella gerere præcepit, & vbique armis quærere dominatũ, nec vllum finem facere bellandi, donec secta sua totam terram occupent, & nulla sit de religione dissensio: propterea de eis dictum esse: Quærebant ire, & discurrere per omnem terram. Et: Perambulauerunt terram, quandoquidem totam fere Asiam, & Africam occupant, & Europæ bonam partem; hosque intelligi volunt apud Danielem in parte pedum statuæ terrea, quoniam terrestres homines sunt, & lutei. Ego, & si vellem veterum acquiescere sententiæ, vt equi fortes, siue robustissimi, sint illi ipsi, qui & varij dicti sunt, non video quomodo salua veritate possim. Varios Propheta dicit exisse in terram Austri, & nihil de fortibus dixit, mox ait: *Qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire, & discurrere per omnem terram,* & nihil dicit de varijs. Cumque prius dixerit: Et in quadriga quarta equi varij, & fortes, manifestè docemur vtrosque aliquando fuisse iunctos in eadem quadriga, sed tandem à varijs fortes fuisse seiunctos. * Quare necessariò hoc videtur intelligendum de aliquo regno, quod coniunctum fuit aliquando cum Romano, & postea separatum est. Deinde ceteros omines tunc egredi dixit, cum bellum vltimum confecerunt, quo alienam monarchiam victores occuparunt: Romani autem iam orbem occupauerant, & monarchiam tenebant imperante Augusto, siquidem ipse edixit, vt describeretur vniuersus orbis: alij ergo sunt equi fortes, qui exierunt, & perambulauerunt terram, atque subiecerunt. Accedit quod Romani, ante etiam quam AEgyptum prouinciam facerent, magnam orbis cogniti partẽ iam subiecerant, vt constat ex 1. Machabæorum. 8. & tempore Augusti vniuerso pene orbi imperabant, alioqui non iussisset vniuersum orbem describi. Quomodo ergo de illis dici potest: Qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire, & discurrere per omnẽ terrã? Quod si hi Romani sunt, cur equi fortes, nõ etiam varij exeunt? Accedit Danielis propheria, quæ imperium Rõmanum in fine diuidendum esse docet,

idque

idque significari illius statuæ pedibus partim ferreis, partim fictilibus. Porro, inquit, quia vidisti pedum & digitorum partem testeam figuli, & partem ferream; regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur. Secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto, & digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles, ex parte regnum erit solidum, & ex parte cõtritum, &c. * Nec videtur dubitãdum, quin eadem diuisio imperij Romani à Daniele significata in digitis partim ferreis, partim fictilibus significetur à Zacharia in equis quartæ quadrigæ prius iunctis in eodem curru, postea dissociatis. Nec tamen propterea Ismahelitas significari puto in equis fortibus, vt illis autoribus visum est, sed Gothos, qui primi vires Romanorum fregerunt, & Romam ipsam Halarico rege ceperunt imperante Honorio, quo tempore sanctissimus pater Hieronymus floruit, & innumeras vrbes, atque prouincias populi Romani occuparunt, immo per totam terram, quasi fulgura discurrerunt. Dicam cur ita sentiam. Primum, quoniam cum Gothi exierunt vltimo, integrum erat Romanum imperium, & ab illis primum diuisum est, ac vehementer debilitatum: cum autem Ismahelitæ sequire ceperunt, iam erat imperium diuisum à Gothis. Quare non potest de illis intelligi quod ait Daniel: Regnum diuisum erit, nec possunt ipsi esse equi illi fortes, qui iam sese à Romanis separauerant. Præterea: Gothorum fortitudo, qui prius Getæ dicebantur, omnium scriptorum literis nobilitata est: Ismahelitæ non solent vt fortes celebrari, nec tam armis auctę sunt eorum vires, quam lege omnes turpitudines, vitamque belluinam impune permittẽte. *Denique equi fortes eamdem quadrigam trahebant cum varijs, id est, cum Romanis, non enim quinque quadrigæ exierunt, sed quatuor, & in quarta erãt equi varij, & fortes. Quod quo modo Ismahelitis conueniat, non video, Gothis autem conuenit optime, qui ante quam Romam caperent, sæpe à Romanis imperatoribus victi, & eis subditi, atque adiuncti sunt, & sub Romanis signis sæpe stipendium meruerunt, vt sub Maximino imperatore pugnante contra Parthos, deinde sub Constantino Magno contra Licinium, & sub alijs imperatoribus, atque adeo sub ipso Honorio, cuius tempore-

Romam ceperunt. Scribit etiam Orosius libro septimo capite vigesimo: Vniuersæ Gothorũ gentes rege Athanarico defuncto aspicientes virtutem, benignitatemque Theodosij Romano se imperio dediderunt. Itaque in quadriga quarta erant equi varij, & fortes, quoniam Romani imperij milites, & Romani fuerunt, & Gothi, antequam imperium finiretur, loquitur enim simul Propheta noster de toto tempore imperij. Quando regnum Græcorum terminatum est sub Augusto, nondum illis fuerant adiuncti Gothi, & ideo equi varij soli egressi sunt in terram Austri. * Equi autem fortes, qui quærebant ire, & discurrere per omnem terram, Gothi sunt, qui rupto cum Romanis fœdere proximas eorum prouincias inuaserunt, ac potentiores indies, crescentesque victorijs Romam occuparunt, & per omnem terram discurrerunt. Ideo Propheta non dicit exijsse cum eis equos varios, quia inuitis Romanis Gothi exierunt ad imperandum. Mira est autem in singulis Prophetæ verbis proprietas, *Qui erant robustissimi exierunt.* Quo tempore Romani terræ victores quiescebant, ipsi ad debellandum orbem terræ exibant: & quærebant ire, & discurrere per omnem terram: excitabantur enim naturali immanitate, & fortitudine, & paupertate, nec se poterant intra fines suos continere. Et quidem sæpe hoc ante tentauerant sed à Romanis fuerãt cohibiti, nec potuerãt discurrere, quia nondum impletum erat tempus, quod Deus illorum eruptioni, victorijsque constituerat. Et quia non poterant exire, & discurrere per terram, nisi Deo annuente, vel permittente, recte ait: Et quærebant ire, &c. Sed vbi angelus accepta à Deo potestate dixit: Ite, & perambulate terram, id est, potestatem illis fecit exeundi, continuo exierunt, & per ambulauerunt terram. * Proprie vero, & apte dixit: Discurrere per terram, & perambulare terram, quod de alijs regnis non est dictum, quoniam Gothi immanes, & efferi, & indociles, atque imprudentes natura impetu quodam, & militari feritate, ac siti sanguinis per terram ferebantur, omnia vastabant, omnia ferro prosternebant, vincere potuerũt, sed legibus moderari, prudentiaque cõseruare qđ vicerãt, non potuerũt, ideoq; discursus

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit eorum regnum, magis quam imperium. Inde apud Danielem eorum regnũ, hac etiam ratione testæ, siue parti digitorum fictili assimilatum est, quod fragile, & caducum fuit, citoque comminutum est. Hoc Ismaelitis conuenire non potest, qui plurimis iam annis regnant. In eosdem Gothos ad amussim quadrant, quæ sunt apud Danielem omnia, quæ quoniam huius loci non sunt, omitto. Hæc, quæ de Gothis diximus, atque alia id genus multa, qui videre volet, legat Blondum in septem libris prioribus primæ Decadis Historiarum, ab inclinatione Romanorum imperij. Orosium libro septimo, à capite decimo nono vsque ad finem. Marcum Antoninum Sabellicum à libro nono septimæ Enneadis, vsque ad quintum octauæ, S. Antoninum secundæ partis Summæ Historialis titulo nono, vndecimo, & duodecimo.

21 *Requieſcere fecerunt ſpiritum meum.* Potest hoc ita intelligi, ac si diceret: Requiescere fecerunt animam meã, siue me, id est, rem mihi gratissimam fecerunt in terra Aquilonis Persæ, & Medi euertentes Chaldæorum imperium, qui grauissimè afflixerant populũ meum. Sed magis placet Spiritum pro indignatione, siue furore accipi quomodo verterũt Lxx ἀνέπαυσαν τον θυμόν μου, id est, Requieſcere fecerunt iram meam, aut, vt vertit Hieronymus, furorem meum. Prius enim irascebatur Chaldæis, quod populum suum vehemẽtius vexauissent, sicut ait Zacharias primo: Et ira magna ego irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum. Nunc autem dicit satiatam esse iram suam, nec iam illis irasci, de quibus magnum per Persas, & Medos sumpsit supplicium, ita exposuit Cyrillus. Atque ita sæpè capitur Spiritus, vt iram, indignationemque significet, vt Psalmo. 138. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Isa 30. Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli ad perdendas gentes in nihilum, & capite trigesimo quarto: Quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius congregauit ea. Nec displicet expositio Hebræorum, quam retulit Hieronymus: Requiescere fecerũt spiritum meum prophetalem, hoc est, iam non dicam prophetis, vt contra Chaldæos vaticinentur, vt ante solebam, cum iam sint deleti. Spiritum enim capi interdum pro spiritu prophetico ostendimus Hoseæ nono, numero decimo.

Spiritus pro ira.

TROPOLOGIA.

22 Legi (inquit Hieronymus) in cuiusdam volumine quatuor quadrigas quatuor Euãgelia intelligi, &c. eiusque expositionẽ breuiter refert. Dionysius Carthusianus quatuor Euãgelistas esse dicit. Rupertus equos rufos apostolos, & martyres interpretatur: nigros, eos, qui lugent, & se pœnitẽtię operibus exercẽt: albos, virgines, equos varios, & fortes, pastores, atq; doctores. Quæ ego si sequerer, nõnihil dicerem, quod concionatorum turbæ placeret. Sed quoniam hi autores nullam habẽt rationem sensus Historici, qui semper fundamentum esse debet spiritualis, immò aduersa illi proferũt, & quod cum eo non conuenit, nequaquã Scripturæ sensus, sed autorum, qui protulerunt, commentũ est: & ego vera dicere malo, quam decora, & placentia, omnia ei, qui volet, legenda in suis autoribus relinquo, & de morali expositione pauca dicam. Hieronymus hoc tantum nunc ait: Quæcunq; in quatuor cornibus, & quatuor fabris diximus, etiam in præsenti loco accipiamus. Idem in cap. 1. huius prophetæ docet quatuor cornua, quæ regnauerũt contra populũ Dei, quatuor animi perturbationes accipi posse, quæ passiones vulgo dicuntur: eæ sunt ægritudo animi, & gaudium, metus, & cupiditas. Verum & ad has verba Prophetæ nostri accommodare difficillimum est. 23 Equi Spir. * Ego Hieronymi vestigijs insistens, id est, parum ab hac expositione discrepãs, equos esse arbitror veloces, & concitatos animorum nostrorũ affectus, quibus in bona huius sæculi feruntur. In quo multum verbis Origenis iuuabimur hom. 15. in Iesum Naue. Sed & si passiones corporis, inquit, id est, libidinem, lasciuiam, vel superbiam, ac leuitatẽ, quibus infelix anima, vel, vt equitans vectatur, & fertur ad præcipitia, equos nunc dici, & currus intelligamus, & ipsos esse, qui ex præcepto Dei subneruari iubentur, non erit rationi nostræ contraria intelligentia. Et paulò superius: Denique & filij Israël nunquam equis vsi esse referuntur, & lex nihil de equis, de asinis mandat, vtpotè de animalibus, quæ ad humanos labores iuuandos, & ad onera eorum portanda videntur existere: equi verò magis ad hominum perditionẽ,

hoc

hoc enim est quod per eos in prælijs geritur. Lasciui motus animal, & superbæ cernicis accipitur, &c. Quare sicut regnum Christi omnia sibi imperia subiecit, ita cum Christvs in anima regnat, immoderati affectus pietati, ac legi Dei iam domiti, & quasi occisi parere coguntur. Vnde & in hoc propheta legimus: Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & Saluator, ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinę. Et disperdant quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem. * Et Iosue. 11. Dixitque Dominus ad Iosue: Ne timeas eos, cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel: equos eorum subneruabis, & currus igne combures. Subscribam autem hic pulcherrima Origenis verba ex eadem homilia, vbi locum hunc Iosue interpretatur. Quorum autem equi subneruantur? Est etiam hoc opere pretiũ quęrere. Equos inquit Iabin subneruandos. Iabin autem prudentia interpretatur, vel sensus. Quę est ista prudentia, vel quis sensus, cuius subneruandus est curi? Illius nimirũ, de qua Apostolus, Quia prudentia carnis inimica est Deo, & ille sensus, de quo dicit. Inflati sensu carnis suæ, Iabin vero rex Asor, Asor autẽ aula interpretatur. Hæc est Asor, quæ omnium horum regnorum obtinere dicitur principatum, qui intelligitur princeps huius mundi regnans in aula, id est, super terram, vel quod maius est, in vitijs carnis. Sed & omnium illorum regum, quorum vim secundũ nominũ suorũ interpretationẽ iã ante exposuimus, equi ab Iesv dicuntur interfici, Quorum nos si recte sub Iesv duce militamus debemus in nobismetipsis abscindere vitia, & accepto spiritali gladio subneruare omnem istum equitatum pessimum vitiorum. Sed & currus debemus incendere, id est omnem à nobis arrogantiæ, & elationis spiritum resecare, vt vltra non in equis, neque in armis, sed in nomine Domini Dei nostri inuocemus. * Hæc Origenes, ex quibus, intelleximus qui sunt equi, qui currus, & quæ quadrigę, quandoquidem in quadrigis non sunt nisi equi, & currus. Affectus ergo vitiorum, seu effrenatæ cupiditates, quæ in bona huius sæculi magno impetu feruntur cum superbia, qua rationi parere detrectant, recte dicuntur quadrigæ. Necesse autem est has quadrigas, non in bonam, sed in malam partem interpretari, quoniam quatuor regna, per quæ significantur, destructa sunt à Christo, sicut statua illa Danielis eadem regna significans lapillo, id est, Christi potentia, comminuta est. Deinde hæc regna exitium multis intulerunt, & orbem terrarum bellis perturbarunt, & vi atque tyrannide obtinuerunt, quæ omnia huiusmodi affectibus conueniunt. Qui ergo vel quatuor Euanglia, vel quatuor sanctorum genera interpretantur, præterquam quod multa in sua expositione violenta afferunt, aberrant ab Historię sensu, id est, à fundamento veritatis. Dicuntur autem exire de medio duorum montium æncorum, quoniam vt regna illa exire nullo modo potuerunt vt terram bellis infestarent, nisi Deo iuste permittente, ita affectus sæculares, quos in nobis excitant Diaboli tentationes, & vitia nostra, nõ possunt animã turbare, nisi Deus vel ad exercitationem nostram, vel ad supplicium permiserit. * Custodia ergo, qua tenentur, metaphorice montes æneidicta est, quoniam firma est, & insuperabilis, vt iam exposuimus. * Inequis rufis affectus sanguinis vltionis intelliguntur. In equis nigris affectus hypocritarum, qui cum ieiunant, fiunt tristes, & exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes, & pœnitentia, atque austeritate vitæ, & vestium vilitate, ac tristitia vultus placere hominibus quærunt. & gloriam, pecuniam, honores expiscantur. Equi albi sunt affectus, quos nobis liber Sapientiæ his verbis describit: Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuẽtute celeriter. Vino pretioso, & vnguẽtis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. Coronemus nos rosis antequam marcescãt, nullum pratũ sit, quod non pertrãseat luxuria nostra. Nemo nostrum exors sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitię, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Diximus enim iam mollem, ac delicatam vitam albo colore significatam fuisse apud veteres, & apud Salomonem legimus: Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat, quæ signa

Dan. 2.

26

Sap. 2.

Eccle. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

27 lætitiæ sunt. * Equi varij sunt, ex vtroque colore temperati, nam neque penitus se austeritati, & tristitiæ, luctuique tradunt, neque penitus carnis voluptates sequi videntur. Sed nunc hos, nunc illos imitantes magis quam ceteri, vulgo placent. Equi fortes, sunt affectus superbiæ, qui nemini cedunt, & propriam excellentiam, etiam cũ offensione omniũ vbique quærũt. Hi sunt affectus, qui in mundanis hominibus maximè dominantur, & quos reliqui sequuntur, quique humanas mentes vehementer perturbant, vt meritò per quatuor potentissima regna designentur. Hi sunt quatuor venti cæli, quoniam animos nostros vndique concitãt, tumultibusq; implent. Assistũt autem coram dominatore omnis terræ, quoniam per eos Deus pœnas de ingratis, & inobedientibus sumit, sicut ait Apostolus: Cum cognouissent Deum, nõ sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, &c. Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam, vt contumelijs afficiãt corpora sua in semetipsis, qui commutauerũt veritatem Dei in mendacium, & seruierunt creaturæ, potius quã creatori, qui est benedictus in sæcula, amẽ. Et paulò post, omnes hos affectus nominat: Repleros omni iniquitate, malitia, fornicatione, &c. * Quemadmodum autem ex his regnis secundum primum profligauit, & tertium secundum, atque ita quartũ deleuit tertium: ita equos rufos vincunt nigris quia, qui crudeles natura erant, vindictæque cupidi, religionem, & mansuetudinem simulantes ab vlciscendo abstinent. Nigros excludunt albi contrarietate vitæ. Sed varij potentissimi sunt, quia similes omnibus esse volunt, & simulate lugent cũ lugentibus, gaudent cum gaudentibus, & gratiores, atque amabiliores videntur. Hoc significatum est cum docet Propheta nigros exijsse in terram Aquilonis, id est, vicisse rufos, & albos exijsse post eos, quia nigros superarunt, varios egressos esse in terram Austri, quia penitus albos perdiderũt. Multa hic fortasse quis diceret de terra Aquilonis, in quam isti exeunt, quæ libens prætereo, quoniam equi exierũt in terram Aquilonis, vt eam vastarent, & Aquilonares nationes perderent, non vt in ea manerent. Idem de terra Austri iudicium esto, ne super inane fundamentum fragiles, & statim ruituras domos ædificemus. * Equi fortes, siue robustissimi, quærebant ire, & discurrere per omnem terram, quia nunquam ijs, quæ adipiscitur contenta superbia est, noua semper appetit, & omnia possidere nititur. Immò nec tota terra ei satis videtur esse: In cœlum, inquit, conscendam, super astra Dei exaltabo solium meũ, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Sed quoniã Deus maximè odit crudelitatem, & cupiditatem vltionis, rectè ait: *Ecce, qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meum in terra Aquilonis.* Non quidem quod ipsi grati Deo sint, neque enim Deo grati fuerunt Persæ, & Medi, qui vicerunt Chaldæos, sed fecerunt requiescere furorem Domini, quoniam perdiderunt, & expulerunt equos rufos, qui vehementer nocent semper populo Dei, quoniam misericordię Dei, ac proinde omnibus Dei beneficijs aduersantur, sicut legimus in Ecclesiastico: Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de, peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit reseruat iram, & propitiationem petit à Deo?

Rom. 1.

29

Isa. 14.

Eccl. 28.

HISTORIA.

28 30

Sume à transmigratione. Nunc ad regnum Domini nostri Iesu Christi prænũciandum accedit, quod per aureas coronas capiti Iesu sacerdotis impositas exponit. Transmigrationem autem vocat eos, qui Babylonẽ transmigrauerant, & iam in Iudæam redierant, quod statim explicat dicens: Qui venerunt de Babylone. Lxx: Accipe à captiuitate. Hoc est: Holdai, & Tobias, & Idaias, & Iosias, aurum, & argentum ex Babylone attulerunt, vt templo offerant; abi, & accipe ab eis, & venies in die illa, id est, cum acceperis ab eis aurum, & argentum, & facies coronas in domo Iosiæ, qui fortasse, vel inter eos primus erat, vel aurifex; nam de hoc nihil constat. Hieronymus, iuxta Hebræos ædituum, & custodem templi esse dicit. Cyrillus ait Iudæos, qui Babylone redierant, statuisse gazophylacũ, vt congregarentur pecuniæ ad conficiendum opus ædificij, & ad vestes sacerdotales, & ad sacrificia, electumque fuisse Iosiã, qui hæc custodiret.

Et

Et fac coronas. Hebręi veteres, quos refert Hieronymus, & R. Dauid, quos non desunt ex nostris qui sequantur, existimãt duas coronas fieri iuberi, alteram Iesv sacerdoti, alteram Zorobabeli. Alij vtramq; coronam Iesv sacerdoti fieri dicunt, vt per eum Christvs Dñs significetur, qui rex est, & sacerdos. * Ita senserunt veteres Ecclesiæ doctores, quos citat Hieronymus, & Cyrillus, Lyranus, Vatablus, & alij. Atque hæc sententia multo certior, & probabilior est, quoniam Propheta non meminit Zorobabelis, sed tantum ait: *Et facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni.* Nam quod Hebræi, quos Theodoretus secutus est, putant, nomine Orientis statim significari Zorobabelem, vehementer errant, vt ostendimus capite 3. numero 34. &, 35. Immo & Chaldæus ibi vertit: Ecce vir, Messias nomen eius, pro Oriens, & alij Hebræi etiam de Messia exposuetunt, vt videmus apud Galatinum libro 3. ca. 16. atque vt magis confirmemus, addamus etiam valde probabile esse non duas coronas factas fuisse sed vnam magnam, quæ Iesv imponeretur, vt significaretur Dominum seruatorem magnum regem futurum fuisse, qui propterea dictus est rex regum, & Dominus dominantium. Primum, quoniam Chaldæus vertit: Et facies coronam magnam, nosque ostendimus Mich. 5. nu. 37. pluralem pro singulari poni interdum, cum res magna, & insignis significatur. Deinde quoniam in quibusdã codicibus Græcis legitur: Et facies coronã, quamuis his parum credo, quoniam apud Hierony. Cyrillum, Theodoretum lego, Coronas. * At paulo post vbi nos habemus: Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, &c. Lxx verterunt, corona in omnibus codicibus, & in Hebr. est: Et coronæ erit Helem, & Tobiæ. Et Hieronymus ait: Iubetur autem prophetæ, vt postquam coronã imposuerit, vel coronas, super caput Iesv sacerdotis magni, loquatur ad eum, &c. Quod iterum ante dixerat. Adiuuat & ratio; quoniam Iesv iam imposita erat cidaris, vt vidimus cap. 3. in qua pontifex habebat auream coronam, vt ibidem numero 15. diximus ex Iosepho, aut certe cidaris pontificia coronam habebat, quam iam Iesvs imponebat capiti, ideoque corona regia ei deerat, vt figura esset expressior Christi Dei nostri summi sacerdotis, & regis. Quod si quis malit duas coronas impositas fuisse Iesv, alteram dicemus esse regiam, alteram sacerdotalem, sed ab ea diuersam, quam antea habebat Iesvs, vt esset typus Christi sacerdotis non secundum ordinem Aharon, sed secundum ordinem Melchisedec. Ex auro autem, & argento fiunt coronæ in vnum conflatis, quoniã & hæc pretiosissima metallorum sunt, & Christvs futurus erat rex duorum populorum, id est, Iudæorum, & gentium in vnum copulatorum. Si autẽ fit vna corona, vt significetur duplex eius dignitas sacerdotalis, & regia.

31

32

Ecce vir, Oriens nomen eius. Quasi dicat: Non tibi propter te imponitur corona, sed vt figurã præferas Christi regis. De his diximus multa. c. 3. n. 34. & sequẽtibus.

Et subter eum orietur. מִתַּחְתָּיו quod sonat ad verbum, Desubse, aut de Desub illo. Desubse, ita exponit Hieronymus cum Hebræis: Ex se ipso orietur, vel germinabit, non indigebit alienis præsidijs, vt alia germina, virtute sua multiplicabitur, & ramos quaque versum extendet. Si autẽ vertamus De sub illo, intelligitur, ex illo germinabit nouus populus, siue Ecclesia, & ideo additur: Et ædificabit templum Domino. Hieronymus explicans hæc ex sententia veterum doctorum ait: Subter eum orietur multitudo credentium, & ædificabit domum Domini Ecclesiam. Siue autem hoc, siue illud dicamus, sensus idem est, nam Christvm germinare est ramos producere, & amplificari, rami autem sunt multitudo credentium.

33

Et ædificabit templum Domino. Multo Deo gratius, & acceptius isto, quod vos nunc ædificatis, de quo ait Christvs Matth. 16. Et super hãc petrã ędificabo Ecclesiã meã.

Et ipse extruet templum Domino. Ad veritatis, & firmitatis amplificationem hoc repetit, vt diximus Soph. 1. n. 15.

Et ipse portabit gloriam, id est, Coronã glorię, sicut Psa. 20 scriptũ est: Posuisti in capite eius coronã de lapide prętioso. Ipse vere erit rex, cui omnes pareãt. Lxx, Et ipse accipiet virtutem, id est, gloriam, quę virtutẽ, & magnas res gestas consequitur.

Et sedebit, & dominabitur super solio suo. Verus rex erit populi Dei, iuxta illud Psal. 2. Ego autẽ constitutus sum rex ab eo super Sion montẽ sanctum eius. i. super Ecclesiã. Et Luc. 1. Et dabit illi Dominus Deus sedẽ

34

Universidad de Deusto Biblioteca

Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum.

Et erit sacerdos super solio suo. Simul erit sacerdos, & rex, & thronum sacerdotalem obtinebit iuxta illud Psalm. 109. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.

Et consilium pacis erit inter illos duos. Hebræi, quoniã semel sibi persuaserunt Orientẽ esse Zorobabel, facile explicãr pacem futurã inter Iesum & Zorobabel, & inter pontifices, aduces, qui populum gubernabãt. Sed nos, qui etiã semel probauimus Orientẽ esse Christũ, non Zorobabel, videamus quomodo consilium pacis, id est, fœdus, & amicitia fuerit inter illos duos. Nã Hebræos antiquitatis ignaros non est mirum ignorare, quod Iosephus scripsit. 11. Antiqui. ca. 4. & alijs locis, post reditum ex captiuitate Babylonica nõ penes duces imperiũ fuisse, sed penes pontifices. Primum כֶּסֶא, id est, solium, Hebræis masculinum nomen est, sicut Græcis thronus, quoniam igitur de solio regis, & de solio sacerdotis loquitur, dicit summum consensum futurum inter illos duos thronos, ponitur enim soliũ, siue thronus, pro dignitate, & officio, vt Psalm. 44. Sedes tua Deus in sæculum sæculi, siue, Thronus tuus. * Quasi dicat: Inter dignitatem regiam, & sacerdotalem sæpe erant offensiones, sed nunc erit summa pax, quia in eadem persona erunt. Ita vulgo loqui solemus, vt etiam vulgare, sed elegãs distichon ostendit.

Partus, & integritas discordes tempore longo
Virginis in gremio fœdera pacis habent.

quia, scilicet, eadẽ est mater, & virgo. Nec obstat hoc non posse referri ad solium, cui dixerimus Habac. 1. nu. 12. solere nostrum interpretem relinquere genus nominis Hebraici, licet Latino non conueniat. Quamuis multo etiam facilius possimus explicare, Inter illos duos, id est, inter regem, & sacerdotem, sed ita, vt rex pro dignitate ipsa sacerdotem, sed ita, vt rex pro dignitate ipsa regia ponatur, sacerdos, pro sacerdotali, & redit in idem. Ira intellexerunt patres, quos refert Hieronymus, qui ita exponunt: Et sedebit Christus tam in regali, quam in sacerdotali throno, & consilium pacificum erit inter vtrumque, vt nec regale fastigium sacerdotalem deprimat dignitatem, nec sacerdotij dignitas regale fastigium, sed in vnius gloria Domini Iesu vtrumque consentiat.

Et coronæ erũt Helem, & Tobiæ. Id est, Postquam hoc feceris, coronam capiti Iesu detrahes, iam enim facta est significatio regis Christi futuri, & in templo eam pones, vt aliud significet, vt sit in templo Domini memoriale istis viris, qui argentum, & aurum obtulerũt, id est, vt maneat in templo in memoriam, & laudem eorum, qui dederunt, & per id significetur in memoria æterna futuros apud Deum eos, qui Christum regem agnouerunt, & munera ei obtulerunt, & in vtilitatem Ecclesiæ laborauerũt; ideò sequitur: Et, qui procul sunt venient, & ædificabunt in templo Domini, vt statim exponemus. Sed notandum est, quod omnes fere notant, primo, & quarto viro nomina mutari, nam, qui prius dictus est Holdai, nunc dicitur Helem, & qui dictus est Iosias, appellatur Hen. Hebræi, vt sunt fabularum amatores, affirmant, vt est apud Hieronymum, Hen, id est, gratiam, pro Daniele poni, quem supra non nominauerat, & qui cum munere venerat, & Hananiam, Azariam, Misaelem de captiuitate venientes obtulisse hoc aurum, & argentum, & ideo pro Holdai positũ Helem, id est, somnium, vt ostẽdatur in captiuitate positum Danielem, & tres pueros, regalis somnij mysteria cognouisse, Dan. 2. * Sed omissis fabulis non mihi displicent, qui dicunt hos fuisse binomines, & nunc electa esse nomina, quæ pauciores literas habebant, vt commodius in corona inciderẽtur, vt pro Holdai, quod Hebraicè quatuor habet literas חלדי & Iosia, quod habet quinque יאשיה, incidantur in corona Helem, quod habet tres, חלם, & Hen, quod habet duas חן. Addamus etiam hoc esse factum, vt significarentur dona, quæ accepturi erant, qui Christo munera offerrent, & in vtilitatem Ecclesiæ eius laborarent, sicut hi, qui munera ad templum ædificandum attulerant. Holdai iuxta Hieronymum significat deprecationem Domini, Helem somnium, siue impinguationem. Somnium significat cognitionem rerum occultarũ à Deo dandam per Spiritum sanctum, iuxta illud Ioel. 2. Senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. Somnium etiam est, cum mens in Deo quasi absorpta, quiescentibus potentijs, & sitientibus, in diuina contemplatione, quasi in dulcissimo somno conquiescit. De quo dictum est Cant. 2. Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas,

capreas, ceruosque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit. Impinguatio autem significat magnam gratiæ copiam, & donorum, quæ manere solent in anima, quam Deus ad se leuat per orationem & contemplationem. * Qui igitur prius tantum precabãtur, si munera Christo obtulerint, & pro eo laborauerint in solidis virtutibus, & in vtilitatem Ecclesiæ, magnam copiam accipient spiritualium bonorum. Iosias idem est atque Eleuatio Domini, vt ait Hieronymus, Soph. 1. Hen autem gratia, quia quos Deus ad se prius per orationem, & sancta desideria leuabat, post munera oblata gratia implebit, & magnis bonis augebit. Iedaiæ, & Tobiæ nomina non sunt mutata, vel, quia alia non habebant, vel, quia hæc ipsa satis conuenientia sunt rei, quam nunc dicebamus, significandę. Siquidem Tobias vertitur, Bonus Domini, Iedaias Notus Domini, siue Cognoscens Dominũ; hos enim Deus maximè cognoscit, id est, his maximè benefacit.

Et qui procul sunt venient. Id est, Gentiles, de quibus Ephes. 2. Nunc autem in Christo Iesu vos, qui eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi.

Et ædificabunt in templo Domini. Satis hæc verba indicant omnia intelligi de Christo, & de Ecclesia, nam in templo Ierusalem nunquam hoc factum legimus, in Ecclesia autem & factũ est sæpè, & fit. Magni enim doctores ex gentilitate venientes templum Domini, id est, Ecclesiam, ædificauerunt, verbo, & scriptis hæreses profligantes, & rectam fidei, atque morum doctrinam tradentes, exemploque confirmantes, vt Ambrosius, Augustin⁹, Cyprianus. Hoc ipsum pulchrè vaticinatus est Isaias, cap. 60. Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè, argẽtum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israël, quia glorificauit te. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi.

Erit autem hoc, si auditu audieritis. Hæc bona, quę vobis promissa sunt, venient vobis, si Christum audire, & recipere volueritis. Sin minus abijciemini à Deo, & tantorum bonorum participatione priuabimini, vobisque relictis transibit ad gentes.

Cum equos illos subnerũauerimus, de quibus in proxima visione agebamus, & currus combusserimus, statim regnabit in nobis Christus, cui coronam auream, & argenteam facimus, si regem vere agnoscimus, nosque ei totos regnandos tradimus, si (vt Cyrillus ait) recta fide, & virtutum nostrarum gloria, & gratiarum actione eum coronamus Hieronymus. Imponuntur autem coronæ, vel corona, Iesu filio Iosedec sacerdoti magno, quia nobis proficientibus, & reuertis ad meliora, per singulas virtutes nostras Dominus coronatur: immò nobis virtute pœnitentiæ coronaris Saluator in singulis coronam accipit, &c. Vtrũ quædam sunt in his breuiter notanda. Primum, ne mireris si magni viri, & qui multũ in virtute profecerant, capiantur, & abducantur Babylonem, infirmi enim sumus, & in multis offendimus omnes, & nisi Deus nos seruauerit, nemo seruabitur. Nisi Dominus custodierit ciuitatem (non domum dico, quæ facilè ruit, sed ciuitatem firmam, murisque septam vndique) frustra vigilat, qui custodit eam. Ex quo idem ait. Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos cõfudisti. In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæculũ. * Vide, qui viri fuerint Babylone, Holdai, id est, Deprecatio Domini, Tobias, id est, Bonus Domini, Iedaias, id est, Notus Domini, vel cognoscens Dominum, Sophonias, id est, absconditus Domini, quoniam, & qui orationi vacabant, & qui boni erãt, & liberales in Dominũ, & quos Deus peculiaribus beneficijs cognoscebat, & qui ab eo quasi absconditi seruabantur, interdũ Deo sinente cadunt, vt discãt nihil sibi confidere, & cum timore, & tremore suam salutem operentur, illud semper memoria tenentes. Itaque, qui se existimat stare, videat, ne cadat. Alterũ est, vt Dei bonitatẽ, & fidẽ consideres. Ducti sint hi viri Babylonem, sed nõ etiam Babylone mortui, aut relicti: Qui venerunt, inquit, de Babylone. Multos per viam Domini ire incipientes, graniter Diabolus deterret, & hac cogitatione, vel maximè reuocat, non posse eam vitæ austeritatem, & tristitiam diu perferri, aliquando tandem relinquendam, quam vbi reliquerint, labores illos magnos, quos tunc tolerant, perdi, atque ita magna eos, & dura pati sine causa. Sed vbi hoc malitiæ suæ venenum tortuosus coluber, & serpẽs

40 Deum coronamus, cum cum regem nostrũ agnoscimus.

1. Cor. 10. Desperatio, quam incipientibus initcit Diabolus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

antiquus cuomere cœperit, veniat tibi in mentem sine pœnitentia esse dona Dei, & vocationem. Recordare verbi, quod factũ est ad Zachariam: Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam. * Quod si cadas aliquando pro humana infirmitate, & Babylonem ducatis, non te ibi relinquet bonus Dominus, recordabitur pœnitentiæ tuæ, ieiuniorum, orationum, eleemosynarum, & misericorditer te reducet. Non enim (inquit Paulus) iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Et quidem, si post peccatum mortale obliuisceretur operis nostri, nequaquam esset iniustus, sed non solet obliuisci, quia misericors est; sed inde quasi ansam arripit, vt nos reuocet ad se. Tertium est, vt cũ Babylone redieris, & Deo per pœnitentiam fueris reconciliatus, nequaquam securus otio re dedas, sed argentum, & aurum congreges, vnde coronas Christo facias, cuius gratia liberatus es. Argentum, & aurũ congregare est quidquid boni habeas, siue à natura, siue per gratiam acceptum, quidquid opera, & industria tua perficere, & comparare potueris, Deo offerre, vt magnifacias, & multum in Dei obsequium, labores, & gloriam, non vt hominibus placeas, sed, vt Deo, quod suũ est, reddas. * Deinde cũ ait: *Ecce vir, Oriens nomen eius*, Omnes, qui sacerdotes Dei sunt, id est, qui in altari animæ suæ offerunt Deo cor contritum, & humiliatum (quod sacerdotij genus omnibus Christianis commune est; nam sacerdotiũ, quo corpus, & sanguis Christi offertur, nõ omnium est, sed initiatorum) admonet, vt in via Dei, & in laboribus Christũ intueantur, sicut ait Paulus: Aspiciẽtes in autorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta, atque in dextera sedis Dei sedet. *Oriens nomen eius*, vbi ipse fuerit, reflorebunt omnia, omnia germinabunt; ideò subijcit: *Et subter eum orietur*. Inde rami pulcherrimi exibunt, inde opera virtutum pullulabunt, ne diffidas, si animam tuam arere videris, subter eam orietur, cogita illum, accede ad illum, ora illum. Si lapis es impolitus, aut etiam pollutus, *Ipse ædificabit templum Domino*, præbe te ei dolandũ, & poliendum, & ipse, vt lapis viuus, super ædificaberis. Sed cogita ipsius esse gloriam, & coronam, vt nunquam alium regem agnoscas, solus seruabit te. * Cogita esse sacerdotem, & pontificem, de quo Paulus: Hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellãdum pro nobis. Et postea: Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum, non manu factum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorũ, aut vitulorum, sed per proprium sanguinẽ, introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Quare nulla peccatorum magnitudine, nulla rerum difficultate frangi debemus, vt in desperationẽ trahamur, sed semper eius bonitati, & misericordiæ confidentes, & quẽ habeamus pontificem considerantes, Diaboli tela repellamus, & nos metipsos ad bene de nostra salute sperandum, ad opera tali spe digna, quantum possumus, excitemus. Et quoniam consiliũ pacis erit inter regiam, & sacerdotalem dignitatem in Christo, quoniam idem rex est, & sacerdos, ita nos geramꝰ, vt nec quia sacerdos noster est, in peccata licentius ruamus, nec quia rex est, desperemꝰ, si forte peccauerimus, quia idem sacerdos est, & peccata dimittit, & pro nobis interpellat. * Quæ sequũtur: *Et erunt coronæ Helem, &c.* num. 41. & 42. satis explicauimus. Illud autem: *Et qui procul sunt venient, & ædificabunt in templo Domini*, semper ante oculos habere debent ij, quos Deus magnis peccatis liberauit, vt memores tanti beneficij, quod qui erant longe, facti sunt propè in sanguine Christi, diligenter laborent in domo Domini, & ceteros dictis, factisque ædificent ad gloriam eius, qui vocauit ipsos de tenebris in admirabile lumen suum, & quod ait: *Erit autem hoc, si audieritis vocem Dei vestri*, inanem multorum fiduciam tollit, qui satis esse putant, si Christiani sint, & credãt, nec vllam bonorum operum rationem habentes promissa regni cœlorum præmia consequi se posse sperant. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, sed fidelis esse non desinet, si mittat in tenebras exteriores eos, qui in manibus suis lucernas ardentes habere noluerunt. Promisit quidem regnum cælorum, at audientibus vocẽ suam, & opera sancta ad fidem adiungentibus, promisit. Si quis autem hæc ignorat, ignorabitur, & ad extremum cum suis similibus

audiet

audiet: Nũquam nouî vos: discedite à me, qui operamini iniquitatem.

CAP. VII.

FACTVM est in anno quarto Darij regis, factum est verbũ Domini ad Zachariam, in quarta mensis noni, qui est Casleu. Et miserũt ad domum Dei Sarasar & Rogom Melech, & viri, qui erant cũ eo, ad deprecandum faciem Domini: vt dicerent sacerdotibus domus Domini exercituum & prophetis, loquentes: Numquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo: sicut iam feci multis annis? Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens: Loquere ad omnem populum terræ, et ad sacerdotes, dicens: Cum ieiunaretis, et plãgeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: numquid ieiunium ieiunastis mihi: & cum comedistis & bibistis: numquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? Numquid non sunt verba, quæ locutus est Dominus in manu prophetarum priorum, cum adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opulenta, ipsa, & vrbes in circuitu eius, & ad austrum, & in campestribus habitaretur? Et factum est verbum Domini ad Zachariam, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Iudicium verum iudicate: & misericordiam et miserationes facite vnusquisque cum fratre suo. Et viduam, & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes: & aures suas aggrauauerunt, ne audirent: & cor suum posuerunt, vt adamantem, ne audirẽt legem & verba, quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo, per manum prophetarum priorum: & facta est indignatio magna à Domino exercituum. Et factum est sicut locutus est, et non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituũ. Et dispersi eos per omnia regna, quæ nesciunt: & terra desolata est ab eis, eo quòd non esset transiens, & reuertens: & posuerunt terram desiderabilem in desertum.

HISTORIA.

Et factũ est in anno quarto Darij regis. Quãnis cœperit propheture anno secundo Darij, & nunc quarto anno propheret, non propterea necesse est omnia, quæ hactenus scripta sunt, simul visa, aut prænũtiata fuisse à Propheta, vt capitibus præcedẽtibus existimauit Rupertus. Nam, vt concionatores diuersis temporibus concionantur, & quandoque multum temporis inter hanc, & illam concionem fluxit, quæ simul positæ sunt: ita sacri vates diuersis temporibus fundebãt prophetias interdum tempus indicantes, vt Ieremias, interdum tacentes, vt Hoseæ, & alij multi, qui nominibus regum tempus indicãt totius prophetiæ, sed quoto anno quidque dixerint, tacent. 1

Factum est verbum Domini ad Zachariam. Illud videlicet, quod postea scribit: Loquere ad omnem populum, &c. sed prius narranda fuit causa propheticæ, & verbi.

In quarta mensis noni, qui est Chaseu. De his mensibus diximus Hag. 2. nu. 6. & 7.

Et miserunt ad domum Dei Sarasar, & Regem Melech. Et ornatus causa ponitur, sicut in primo versu: Et factum est in anno quarto.

Porrò

Universidad de Deusto
Biblioteca

Porrò Hebræi, vt refert Hieronymus, putauerunt Sarasar, & Regem Melech (ita enim legendum est, vt est in Hebræo, & in Commentarijs Hieronymi) esse Persas duces Darij regis, sed ex quæstione, & responsione
2 constat Iudæos eos fuisse. * Melius ergo dicemus hos fuisse viros principes ex Iudæis, qui Babylone remanserant. Cum enim audirent templum Domini cœptum fuisse ædificari secũdo anno Darij, in fine quarti anni legatos mittendos censuerunt in Ierusalem ad sacerdotes, & prophetas, id est, ad Haggæum, Zachariam, Malachiam, vt scirent, an ieiunare deberent quinto, & septimo mense, sicut vsque ad illud tempus fecerant. Sciendum est autem Ierusalem captam quidem fuisse mense quarto, at non fuisse incensam vsque ad mẽsem quintum, vt legimus. 4. Reg. cap. vltimo. Rursus eiusdem anni mense septimo interfectus est Godolias, quem rex Babylonis præfecerat ijs, qui relicti sunt in Iudæa, atq; ita dispersi sunt, qui in Iudæa remanserant, partim occisi, partim in AEgyptum fugientes, vt est in eodem capite. Hac causa ieiunabant Iudæi toto tempore captiuitatis quinto, & septimo mense. Cum autem iam quarto anno ædificium templi crescerer, & ad finẽ properaret, & lætitiæ tempus potius videretur quam luctus, quærunt, an ieiunare debeant adhuc. * In Hebræo est: Et misit Bethel Sarasar, & Regem Melech, vnde quidã ex recentioribus interpretati sunt: Bethel, quod est domus Dei, id est, Synagoga, quæ erat Babylone, misit in Ierusalem legatos Sarasar, & Regem Melech. Sed obstãt huic interpretationi Lxx, vt videmus apud Cyrillum, & Theodoretum, & in multis codicibus, & Chaldæus, qui verterunt: Misit in Bethel. Templum verò meritò dicitur Bethel, quia verè domus Dei erat. Et pro templo hic poni Bethel, indicat quod sequitur statim: Ad deprecãdum faciem Domini, id est, vt placarent Dominum, & pro illis orarent.

3 * *Numquid flendum est mihi*. Hieronymus: Et simul considerandum, quod fletus, atq; ieiunium sanctificatio dicitur. Vnde & in Ioel præceptum est sacerdotibus, vt sanctificent ieiunium, & prædicent curationem. Curat enim vulnera delinquentis abstinentia, & ieiunium, & curatos quoque sanctificat. Pro Sanctificare me, est in Hebræo חַנְּזִר, id est, sanctificabor? vt vertunt Ioel. 1.

Lxx, & Hieronymus: & quod etiam verti potest: Separabor? vt idem Hieronymus solet vertere, vt sit sensus: Separabor ne à cibo, & potu per ieiunium? Vnde Chaldæus trãstulit: Numquid prohibebo animã meã à delicijs? Inde Nazarçus sanctificatus, vel separatus. Nazareus.

4 *Et factum est verbum Domini exercituum.* Dixit initio capitis factum esse ad se verbũ Domini hoc ipsum, quod nunc scribit; sed, quia causa legationis interposita est, nunc repetit, quod dicere cœperat, vt fieri solet post longiorem parenthesin.

Ad omnem populum terræ. Ad vulgus, & multitudinem, vt omnes audiant, & agnoscant peccatum suum. Quid sit populus terræ, diximus Hag. 2. num. 16.

Numquid ieiunium ieiunastis mihi? Quasi dicat: Quid necesse est de ieiunio respondere? Si ieiunandum est, vt hactenus ieiunastis, nolo vestrum ieiunium. Ieiunabatis, per hos septuaginta annos desolationis templi, & vrbis, at nõ mihi ieiunabatis, sed vobis. Neque enim ieiunabatis, vt mihi placeretis, sed, aut, vt religiosi videremini, aut, vt sumptui parceretis. Nam, si mihi per ieiunium placere cuperetis, abstineretis ijs saltem diebus à peccatis vestris. Hic locus optimè intelligitur ex Isa. 58. Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur volũtas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites, & ad contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut vsque ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Numquid tale est ieiunium, quod elegi? &c. Intelligitur etiam ex ijs, quę subijcit Propheta: Iudicium verum iudicate, &c. ac si dicat: Si contraria his facitis, nihil vobis proderit ieiunium. Amo ieiunium, sed cui obseruatio mandatorum meorum, & misericordia non desint. * Gregorius in tertia parte Pastoralis curę, admonitione. 20. Admonendi sunt abstinentes, vt nouerint, quia tunc placentem Deo abstinentiam offerunt, cum ea, quę sibi de alimentis substrahunt, indigentibus largiuntur. Solerter namque andiẽdum est, quod per Prophetam Dominus redarguit dicẽs: Cum ieiunaueris, & plangeretis, &c. Non enim Deo, sed sibi quisq; ieiunat, si ea, quæ ventri ad tempus subtrahit, non egenis tribuit, sed ventri post modum offerenda custodit. Eadem scribit homil. 16. in Euang. vbi hoc etiam addit: Illud ergo ieiunium

5

Deus

Deus approbat, quod ad eius oculos manus eleemosynarum leuat, quod cum proximi dilectione agitur, quod cum pietate conditur.

Numquid non vobis comedistis? Non in obsequium meum, sed in voluntatem vestrã comedebaris. Id est, Nec propter me ieiunabaris, nec propter me soluebatis ieiuniũ. Ille Deo ieiunat, qui, vt Ecclesiæ præcepto satisfaciat, & Deo per pœnitentiam placeat, ieiunat. Ille Deo comedit, qui non voluptatis causa, neque immodicè comedit, sed quantum satis est valetudini, & corporis viribus ad Dei obsequiũ, & gloriã conseruandis. Ita sancti, & comedendo placẽt Deo, videmusque, quam verum sit, quod scripsit Apostolus. 1. Cor. 10. Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriã Dei facite. Rupertus: Qui idcirco manducat, vt opus Domini operari valeat, quales ipse vult esse apostolos suos, siue Euangelistas, dicens: Edentes, & bibentes quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua, ille Domino mãducat: & è contra, qui operatur, quamuis opus sanctum, quamuis opus Dei, ob hoc solum, vt manducet, ille nõ Domino, sed sibi operatur, & sibi manducat.

6 *Numquid non hæc sunt verba mea?* Id est, Nõ est noua hæc mea querela, hæc eadem vobis dicebam per prophetas priores, vt per Isaiam cap. 58. vt intelligeretis nihil vobis profuturum ieiunium, nisi simul à peccatis abstineretis. Atque hæc quidem dixi antequam Ierusalem vastaretur, cum integra erant omnia, & omnibus bonis abundabatis. Ac si dicat: Omnia illa bona nunc habetis, nec vnquam amisissetis, si verba illa mea audissetis. Quare & nũc, etiam si multum ieiunetis, si mores non corrigitis, nec mihi placebitis, nec bona, quę habetis, conseruabitis. Cum ait: *Quæ locutus est Dominus, more Hebræorum dicit, pro, Quæ locutus sum, de quo diximus cap. 3. num. 9 & 10. Et in manu omnium prophetarum*, id est, per locutionem prophetarũ, vt exposuimus, Hag. 1. numero. 5.

Et ad Austrum, & in campestribus habitaretur. Ierusalẽ versus Austrum habebat mõtanam regionem, & Carmelum montem, sed ante captiuitatem, non solum campestria eius, sed montana etiam habitabantur præ multitudine hominum, & præ soli fecunditate.

7 *Iudicium verum iudicate.* Subaudiendum est, hæc, quæ vobis loquor, loquebar & patribus vestris, vt illud, quod sequitur, indicat: Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes. Iudices vestri ne accipiant personas, aut munera, sed iustitiam tantum spectent in iudicãdo. Hebræa possunt & ita explicari, vt nihil subaudiatur; est enim in Hebræo: Hæc dixit Dominus, aut, Hæc dicebat Dominus, nam illi præteritum his duobus modis interpretantur, id est, Hæc Dominus dicebat patribus vestris: Verum Lxx ita transtulerunt, vt Hieronymus, & prophetæ crebro præteritum נָאַם id est, dixit, ponunt pro præsenti, vt cap. 6. huius prophetæ: Hæc ait Dominus exercituum dicens: Ecce vir, Oriens nomen eius, vbi etiã Lxx verterunt, Hæc ait Dominus.

Et misericordiam, & miserationes facite. Lyranus misericordiam refert ad affectũ animi, miserationes verò ad opera misericordiæ, quæ præstantur fratribus. At vtrumq; ad opera pertinere ipsa verba indicant, non enim dixit, Habete misericordiam, sed, facite misericordiam, quare hoc significat: Estote valdè misericordes, nullum misericordiæ genus prætermittatis in fratres, vt demonstrauimus Hos. 2. nu. 96. & 97.

8 *Nolite calumniari.* Id est, Opprimere, siue in iudicio, siue extra iudicium, quomodo potentiores opprimere solent pauperes, quod egregie interpretati sunt Lxx μὴ καταδυναστεύετε, id est, ne opprimaris per potentiam. Verbum Hebraicum עָשַׁק, quod Hieronymus sæpè transfert, calumniatus est, propriè significat per iniuriam aliena bona vsurpare, vt Ezec. 18. Pater eius, quia calumniatus est, & vim fecit fratri, &c. Et cap. 22. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter. Isa. 52. Et Assur absque vlla causa calumniatus est eũ. Lxx. In Assyrios violenter ducti sunt. Chaldæus: Et Assur temerè violenter oppressit eum. Leu. 6. Vel vi aliquid extorserit, vel calumniam fecerit. Lxx. Siue aliqua in re læsit. Chaldæus: Aut vim fecerit proximo suo. Et vbi nos habemus statim: Conuicta delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit obtinere, in Hebræo est: Conuicta delicti reddet rapinam, quam rapuit, & violentiam, siue oppressionẽ, quam intulit. Quã ob rem in his locis, & similibus, non sumitur calumniari pro eo, quod est falsum crimen intendere, aut falsis accusationibus Calũniari.

aliquem

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquē in iudicio vexare, ſed pro eo, quod calumniantes quærūt, ſiue quod ex calumnia ſequi ſolet, id eſt, alienis bonis per fraudem, & per oppreſsionem potiri.

Fratri ſuo. Id eſt, In fratrem ſuū. Hoc eſt, ne quærat, aut appetat vindictam.

9 *Et noluerunt audire.* Quæ vobis nunc loquor, loquebar patribus veſtris, dū res eorum florebant, & noluerunt obedire mihi. Dixit enim prius: Numquid non hæc ſunt verba mea, quæ locutus eſt Dominus in manu prophetarum priorum?

Et auerterunt ſcapulam recedentes. Id eſt, Contempſerunt ſermones meos, vt, qui loquentem alterum præ contēptu relinquit, & tergum ei vertit. Iere. 2. Verterūt ad me tergum, & non faciem. In Hebræo eſt: Et dederunt ſcapulam recedentem. Lxx: Et dederunt dorſum contemnens. Chaldęus: Et dederunt humerum ſuum recedentem. Ex quo videmus legendum eſſe: Scapulam recedentem, ſed librarij mendum ſuſpicantes ſcripſerunt, Recedentes. In codice antiquo manu ſcripto reperi, Scapulam recedentē, & apud Rupertū, & ita eſt in tranſlatione Commentariorum Hieronymi, & in ipſis Cōmentarijs, vbi non legitur, Et auerterunt, ſed, Et verterunt ſcapulam recedentem. Atque ita omnino legēdum arbitror, nam dare tergum, & vertere tergum idem eſt. Significat autem, Recedentem, rebellem, contumacem, inobedientem.

10 Aggraua-te. *Et aures ſuas aggrauauerūt.* Aggrauari, ſiue ingrauari dicitur, quod pōdere magno impeditur, & tenetur, ne opus ſuum exerceat. 2. Reg. 3. Et pedes tui nō ſunt compedibus aggrauati. Inde, qui præ malitia, aut obſtinatione animi obedire non vult, aures aggrauare dicitur. Iſa. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et cap. 59. Neque aggrauata eſt auris eius, vt non exaudiat. Similiter dicitur cor aggrauari, cum quis pertinaciter in propoſito permanet. 1. Regum 6. Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit AEgyptus, & Pharao cor ſuum?

Et cor ſuum poſuerunt ut adamantem. In Hebræo: Et cor ſuum poſuerunt adamantem; ſed ſubauditur, Sicut, more Hebręorum, vt ſæpè admonuimus. Hieronymus: Duritiā cordis oſtendit, & cor lapideum, quod noluerint verba Dei ſuſcipere. Adamas enim lapis fortiſsimꝰ, qui Hebraicè dicitur שָׁמִיר, in tantum durus eſt, vt omnia metalla confringat, & ipſe non confringatur ab vllo, vnde à Græcis ἀδαμας, id eſt, indomabilis dicitur.

11 *In ſpiritu ſuo ſancto.* Per Spiritum ſanctū, quem dedit prophetis.

Et facta eſt indignatio magna. Puniuit eos atrociter per Chaldæos.

Et factum eſt ſicut locutus eſt. Paſsi ſunt omnia, quæ Deus prædixerat per prophetas.

Sic clamabunt, & non exaudiam. Mimeſis eſt, id eſt, imitatio verborū, quæ iratus tunc Dominus dixit: Quare quod ſequitur, ait Dominus, ita accipiendum eſt, ac ſi diceret; Dixit tunc Dominus, aut, Dicebat Dominus, vt indicat verbum אָמַר, id eſt, Dixit, aut Dicebat. Lxx ſimiliter verterunt, ait Dominus. Nec mirum, nam, qui res præteritas ſcribunt, paſsim præteritis vtuntur pro preſentibus, ita enim narrant, ac ſi tunc fierent, vt ſæpè tam in alienis, quam in noſtris hiſtorijs videmus. Vt Matth. 4. Ambulans Ieſus iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres, &c. Et ait illis: Venite poſt me, cap. 8. 13 * Et confeſtim mundata eſt lepra eius, & ait illi Ieſus: Vide, nemini dixeris. Ita ſuperius locutus eſt, cum dixit: Hæc ait Dominus exercituum dicens: Iudicium verum iudicate, &c.

Per omnia regna, quæ neſciunt. Per varia regna, quibus imperabāt Chaldæi, erāt enim plurimi, qui in captiuitatem ducti ſunt, & ideò per varia loca diſtributi, & diſperſi ſunt.

Et terra deſolata eſt ab eis. Deſertam reliquerunt terram ſuam.

Eo quod nō eſſet tranſiens, & reuertens. Phraſis Hebræa eſt, id eſt, eo quod nemo relictus eſt, qui per eam ambularet: nam terra duarum tribuum ſine habitatore manſit toto tempore captiuitatis, vt legimus. 2. Paralip. vltimo.

Et poſuerunt terram deſiderabilem in deſertū. Sua culpa fecerunt, vt deſerta, & ſine habitatore relinqueretur terra deſiderabilis, hoc eſt optima, & feraciſsima, vt expoſuimus Hoſęæ nono, numero ſeptimo.

TROPOLOGIA.

13 *Et factum eſt in anno quarto Darij regis.* Anno ſecundo Darij templum ædificari coperat, vixque dimidium extructum fuerat, ſiquidem ſexto anno eiuſdem regis abſolutum eſt, Heſd. 6. & iam Saraſar, & Regem-Melech deſiſtere à fletu, & à ieiunio volūt.

Immò

Immò & populus Ieruſalem, & quod mirabilius eſt, ſacerdotes, in eadem erant ſententia, ideòque legatis Prophęta reſponſurus, populum etiam alloqui iubetur, & ſacerdotes: *Loquere ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens, &c.* Pudendus, & miſerandus error in multis noſtrum, qui cū vix prima templi Dei fundamenta iecerimus, aut certè cum primi ſurgunt parietes, quaſi iam ſatis laborauerimus, ceſſandum putamus à ieiunijs, & vigilijs, ab afflictione corporis, & omnino ab auſteritate pœnitentiæ. Qui exciſæ, atq; incenſæ Ieruſalē, templique ſubuerſi cauſa lugebant, & ieiunabant, certè donec templum viderent conſummatum, & vrbem muris ſeptam, ac plenam domicilijs ciuium abſtinere à luctu, & à ieiunio non debebāt. Et nos ſi cauſa templi Dei in nobis deſtructi lugemus, nunquā deſinemus, donec in nobis fuerit perfectū; ita, vt nihil ſit, aut eſſe poſsit in eo, quod tanti oculos habitatoris offendat, nihil, quod integram ei domus poſſeſsionē adimat, nihil, quod nos eo plene frui prohibeat. * Semper igitur in hac vita laborandum eſt, quoniam hoc nobis integrè in ea non datur. Si propter Ieruſalē flemus, deliciaſque reſpuimus, ſicut ſanctus Prophęta, qui pro omnibus exulibus canit: Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion: tamdiu flendum eſt, quamdiu peregrinamur in terra Babylonis. Qui enim hic lætari cupit, & quieſcere, ignorat profecto ſe eſſe in exilio. Patrię eſt, non exilij frequentia gaudiorum, & requies, atque otium, ciues decent non exules. Et quidem corporis labor, & afflictio habet quouſque progredi poſsit, & debeat, & ab imbecilla, atq; affecta ætate deſiderari magis poteſt, quam exerceri. At ſtudium puritatis animi, humilitas perfecta, plena ſuæ voluntatis, ac iudicij abnegatio, caritas, patientia, & ſimilia, quæ vires corporis non poſtulant, nullam ætatem feriari permittunt, nullum tempus à ſe alienū eſſe patiuntur, in hoc ſtadio & iuuenibus, & ſenibus ad mortem vſque currendū eſt, idem vitæ finis, atque huius palęſtræ futurus, Eccleſiarum, & Academiarum legibus certus annorū numerus laborantibus præſcriptus eſt, quem vbi attigerint, emeriti quieſcant, & ſolitis ſtipendijs fruantur. Quieſcebāt & veterani milites, & rude donabantur. * Chriſti ſeruus, dum à Domino ſuo peregrinatur, non poteſt quieſcere, dū hoſtes habet, quibus cum certet, non deponit arma, dum manet in ſtadio, currit, & ſudat, & emeritorum præmia non expectat in valle lacrymarum, ſed credit videre bona Domini in terra viuentium. Mercatores, agricolæ, milites, nautæ,

——*hac mente laborem*
Se ſe ferre, ſenes vt in otia tuta recedant
Aiunt, cum ſibi ſint congeſta cibaria,

Hora. lib. 1. Serm. Satyra. 1.

vt quidam inquit. Nos, ſaltem dum paruuli ſumus, laborem feramus, vt viri quieſcamus. Paruuli ſumus dum hic viuimus, viri erimus, cum videbimus Deum ſicuti eſt, quemadmodum ſubindicat Paulus vbi ait: Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus, ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus. Quando autē factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro. Omnes autem (vt ait Gregorius. 5. Moral. cap. 3.) qui fodiendo theſaurum quærunt, cum fodere altius cœperint, ad laborem inſtantius inardeſcunt, quia, quo ſe theſauro abſcondito iam, iamque appropinquare æſtimant, eo in fodiendo enixius laborant. * Laborando ergo non deficiunt, ſed magis ad vſum laboris creſcūt; quia quo iam præmia propinquiora conſiderant, eo in opere delectabilius exudant. Vnde bene Paulus quibuſdam abſconditum æternæ patriæ theſaurum quærentibus dicit: Non deſerentes collectionem noſtram, ſed conſolantes, & tanto magis, quāto videritis appropinquātem diem. Cetera vſque ad illud: Et noluerunt attendere, iam expoſita ſunt; tantum conſideremus, quod de ieiunio dicit, & de quouis bono opere ſimiliter intelligi, cum idem ſit de omnibus iudicium. Animaduertendum etiam quantæ inſaniæ, quanti furoris ſit, vt cum in multis peccemus, & pauca faciamus, quibus Deum promereri, atque eius iuſtitiæ ſatisfacere poſsimus; illa etiam ſæpe perire patiamur, quod bonum eſt non benefacientes. Magna res eſt ieiunium, & mirè à patribus, ſed nunquam prodignitate, laudata; ſed, quia ſæpe in illo non Deū, ſed nos ipſos quærimus, meritò Deus nobis dicit: *Numquid ieiunium ieiunaſtis mihi?* Atque horum omnium Deus nos admonet, cum adhuc Ieruſalem habitatur, id eſt, cum anima noſtra nondum gratiam, & ca-

Heb. 10.

16

ſtitatem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritatem, & dona perdidit, sed ipsa diues est virtutibus, & vrbes, quæ sunt in circuitu eius habitãtur, id est, inferiores animæ partes, & potentiæ bonis operibus exercentur, & spiritui seruiunt. * Campestria animæ sunt membra corporis, quæ rationi facilè obediunt imperanti, sicut campestria plana sunt, & apta humanæ habitationi. Montana sunt aspera, & inculta, & quæ difficilè ad habitationem accommodantur, vt concupiscentia, lasciui oculi & impudici, cor ad iram feruens, & similia. Sed vtraque tamen habitãtur, & obediendo rationi fructum Deo gratum proferunt, cum Ierusalem, id est, anima, opulenta est gratia, & virtutibus. Ante igitur quam hæc amittamus, Deus multis modis nos admonet, & errata nostra corrigit per internam reprehensionem, per inspirationes sanctas, per cõcionatores, per scripta piorũ. Sed quantum huiusmodi admoniriones nonnunquam prosint, audiamus. *Et noluerunt attendere, & verterunt Scapulam recedentem.* Contemnimus Deum loquentem, & auertimur, longe aliter Dauid. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebẽ suam. Ita pace animi carent, qui autorem pacis loquentem audire nolunt. Sed vide omnes, qui à Deo recedunt, quo longius absunt, eo semper fieri peiores. Primùm verterunt Scapulam recedẽtem, deinde *aggrauauerunt aures suas*, quod maioris obstinationis est, mox *cor suum posuerunt vt adamantem.* * De quo (vt pulchre ait Rupertus) illud mirandũ, quod cum tantæ sit duritiæ solo perfusus sanguine hirci, quod animal libidinosum est, statim dissoluatur. Vnde congrua similitudo est valde: Et cor suum posuerunt vt adamãtem, quia cum durissimæ ceruicis, & cordis indomabilis essent contra Deum, mollissimi sunt in omnium libidinum fluxum, &c. Quid inde? *Facta est indignatio magna a Domino exercituum,* & non audit audire contemnẽtes. Eijcit eos de terra Iuda, id est, de terra confessionis, vt corde longè sint à sanctis laudantibus Deum, & dispergit eos per omnia regna vitiorum. *Et terra desolata est ab eis,* vel anima, vel corpus (vt ait Hieronymus) non habens habitatorem Deum, *eo quod non esset transiens,* nec reuertens, id est, eo quod non haberent spiritum in se reuertentem, iuxta eumdem Hieronymum. Rupertus hoc esse dicit, quod est in Psalmo:

17

Psal. 84.

18 Cor peccatorum vt adamas.

Spiritus vadens, & non rediens, hoc est, in malum cadens, & à malo non resurgens. * Ergo & hic: Eo, quod non esset transiens, & reuertens, hoc est, eo quod non esset de his transeuntibus in malum, qui reuerteretur in bonum. *Et posuerunt terram desiderabilem in desertum.* Hieronymus: Et terra quondam desiderabilis, quæ erat hospitium Trinitatis, versa est in desertũ, habitationemq; draconum. Rupertus: Quam verò acerba est infeliciũ sugillatio dicere de terra, Desolata est ab eis, &, Posuerunt terram desiderabilem in desertum? Nam verè infelicissimum est, & infelicitatem desolationis pati, & insuper criminis argui, quod ipsi desolationem ipsam fecerint, & quod ipsa contra illos terra iustè videatur deflere, & conqueri, & dicere illis: Non Deus, qui hoc fieri iudicauit, non Nabuchodonosor, qui iudicio Dei super me ascendit, sed vos coloni pessimi, vos fecistis, & ex vobis causa est quod desolata, & in desertum posita sum ego terra desiderabilis, &c. Huc pertinet & illud: Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim: Terram fructiferã in salsuginem à malitia inhabitantium in ea.

Psal. 77. 19

Psal. 106.

CAP. VIII.

ET factum est verbũ Domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum. Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. Hæc dicit Dominus exercituũ: Reuersus sum ad Siõ, & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum, mons sanctificatus. Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc inhabitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem, & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum. Et plateæ ciuitatis complebũtur infantibus, & puellis ludẽtibus in plateis

eius.

eius. Hæc dicit Dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis: numquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum? Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce, ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra occasus Solis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate, & in iustitia. Hæc dicit Dominus exercituum: Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum, in die, qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neq; introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines vnumquemque contra proximum suum. Nunc autem nõ iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit Dominus exercituum: sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum, & cœli dabunt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc. Et erit sicut eratis maledictio in gentibus, domus Iuda, & domus Israel: sic saluabo vos, & eritis benedictio, nolite timere: confortentur manus vestræ. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiã prouocassent patres vestri me, dicit Dominus, & non sum misertus: sic conuersus cogitaui in diebus istis, vt benefaciam domui Iuda & Ierusalem, nolite timere. Hæc sunt ergo verba, quæ facietis: Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: veritatem et iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris: et iuramentum mendax ne diligatis, omnia enim hæc sunt, quæ odi, dicit Dominus. Et factum est verbum Domini exercituum ad me, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Ieiunium quarti, et ieiunium quinti, et ieiunium septimi, et ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium, et in lætitiam, et in sollennitates præclaras: veritatem tantum et pacem diligite. Hæc dicit Dominus exercituum. Vsquequo veniant populi, et habitent in ciuitatibus multis, et vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes: Eamus, et deprecemur faciem Domini, et quæramus Dominum exercituum: vadam etiam ego. Et venient populi multi, et gentes robustæ ad quærẽdum Dominum exercituum in Ierusalem, et deprecandam faciem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum. In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, et apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiscum: audiuimus enim, quoniam Deus vobiscum est.

Ephes. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

HISTORIA.

1 *Zelatus sum Sion zelo magno.* Verba hæc iam capite primo exposuimus, numero quadragesimo octauo: sed ad totius capitis intelligentiam quæritur, vtrum verba huius capitis Historice intelligenda sint de populo Iudæorum, & de vrbe eorum Ierusalem, an vero de Ecclesia? Multi de terrestri Ierusalem intelligunt, & de felicitate Iudæorum post templum, secundum perfectum Historice hæc dicta volunt, vt Hieronymus, Cyrillus, Theodoretus, Lyranus. Quamuis Hieronymus, & Theodoretus affirmant multo melius conuenire in Ecclesiam, & plenius in ea completa esse, sed typice impleta fuisse in populo illo, vt de illo sit Historicus sensus, de Ecclesia Allegoricus. Alij contra sentiunt, quibus libẽtius assentior, quoniã sunt quædam multo maiora, quam, vt possint in Ierusalem terrestrem conuenire, quæ in ipso expositionis progressu indicabimus. Vnde quidam ex Iudeis animaduertentes, quæ hoc capite promittuntur, nunquam præstita fuisse genti Iudæorum, in consummatione mundi sub Messia suo, quem frustra præstolantur, explenda commemorant, vt refert Hieronymus. Et R. Dauid vidit nunquam fuisse expleta in Ierusalem, atque inde in insanam expositionem incidit, complenda esse tempore Messiæ, cum Gog, & Magog venient ad oppugnandum Ierusalem. Alij, cum de Ierusalem exponere cœpissent, postea verbis ipsis Prophetæ coacti sunt mutare sententiam. 2 *Necesse ergo est, vt de Ecclesia intelligantur, de qua loquitur sub similitudine vrbis Ierusalem, vt fecit capite secundo. Sed, vt melius, & quæ in illo capite, & in hoc dicta sunt, intelligantur; & plurimi propherarum loci elucidentur, in quibus sæpè studiosus lector hæsitabit, diligentissime adnotandus, & memoriæ mandandus est canon: inter duas exponendi rationes extremas, quibus verba prophetarum, aut de populo Iudæorum, & terrena Ierusalem explicantur, aut de Ecclesia, medium quamdam esse tenendam multo futuriorem, ac vertorem, vt partim de Iudæis, & Ierusalem, partim de Ecclesia dicta intelligantur. Canon videbitur obscurior, sed explicatione fiet dilucidus. Sciendum est igitur cum Ecclesiam hic nominamus, nequaquam Iudæos excludi, sed Iudæos incredulos. Iudeos enim vocat Ecclesia patres, vt in benedictione cerei: Hæc nox est, in qua primum patres nostros filios Israël eductos de AEgypto mare Rubrum sicco vestigio transire fecisti: & cum canit: Datur manna patribus. Paulus etiam, & quidem ad gentiles, id est, ad Corinthios, scribens ait: Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. * Primi patres Ecclesiæ, primi proceres, primi prædicatores Iudæi fuerunt, id est, apostoli, & eorum discipuli: hi sunt, qui plantauerunt Ecclesiam sanguine suo. Itaque populus Iudeorum fuit radix, & oliua, de qua præcisi quidem sunt rami multi propter incredulitatem, quia noluerunt recipere Dominum Seruatorem, sed mansit radix, & arbor, in quam inseruntur credentes ex gentibus excisi ex suo oleastro, id est, ex amorore idololatriæ, vt egregie, atque copiose, docuit Paulus Romanorum vndecimo: Et rami illi præcisi, id est, Iudæi incredeli, si ad Ecclesiam venire velint, iterum, vt idem Apostolus ait, inserentur in suam oliuam. Quare, quæ per prophetas promittuntur Ecclesiæ sub nomine Ierusalem, non ita accipienda sunt, quasi Ierusalem metaphoricè ponatur pro Ecclesia, sicut posset alia vrbs accipi, aut quasi Ierusalem, id est, gens Iudæorum, sit tantummodo typus Ecclesiæ (quod putasse videntur, qui hunc sensum spiritualem esse dixerunt) ac non etiam particeps illorum bonorum, quæ promittuntur. Sed promittuntur Ierusalem, quoniam re vera illa particeps earum promissionum futura erat in apostolis, & ceteris, qui tunc conuersi sunt, & quotidie conuertuntur, & plenius in consummatione sæculi conuertẽtur. * Atque ita felicitas totius Ecclesiæ promittitur genti Iudæorum, tanquam radici, & principio illius, & tanquam matri ipsius Ecclesiæ, quia ex ipsa exijt Christus secũdũ carnẽ, qui est super omnia Deus benedictus in sęcula: propter quod, ipse ait Ioh. 4. Quia salus ex Iudeis est. Ita Abraliã, Isaac, & Iacob, quasi parẽtibus Iudeorũ promissa est terra, & omnis felicitas ventura Iudeis. Quæ omnia ex regula oriuntur, quam tradidimus Haggæi secundo numero septuagesimo tertio. Nihil enim obstat quę promittuntur, partim capiti, partim posteris præstari. Ita CHRISTO promittuntur multa, quæ nobis præstanda erant, quia caput nostrum est. Hinc fit vt scriptura loquatur de gente Iudæorum, & de Ecclesia, quasi de vno populo, aut de vna gente. Et, vt multa dicuntur de CHRISTO, quæ ei conueniunt vt capiti, quædam quæ nobis conueniunt: ita prophetæ cum loquũtur de Ecclesia, multa dicunt, quæ conueniunt genti Iudæorum in se, alia autem, quæ conueniunt ei, quatenus radix, & mater Ecclesiæ est. Atque hac quasi face adhibita multa, quæ sunt in prophetis perobscura, nisi ego fallor, illustrantur. Ita intelligenda sunt, quæ Isaias prædicit de Ierusalem capite 51. 52. 60. 61. 62. & alia in alijs plurima, nunc ergo de Ierusalem, id est, de gente Iudæorum, quæ est mater Ecclesiæ, ait: Zelatus sum, &c. id est, Doleo quod iniquè, ac duriter tractata sit ab hostibus suis.

3 *Reuersus sum ad Sion.* Placatus sum Ierusalem, decreui eius misereri, habitabo in medio Ierusalem, id est, propitius ei ero, non eam deseram. Cum autem dicit, Sion, & Ierusalem, notum est continens pro contento accipi, neque enim de lapidibus, & lignis loquitur, sed de hominibus. Iam hinc incipimus videre quod diximus, non plene hæc conuenire Iudæis, sed Ecclesię. De Iudeis dictum est Iere. 12. Reliqui domũ meã dimisi hęreditatem meam: & Matth. vigesimo tertio: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Ecclesiæ vero dictum est: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.

Et vocabitur Ierusalem ciuitas veritatis. Quando vnquam Ierusalem post secundum templum appellata est Vrbs veritatis? At Ecclesia ex Iudæis, & gentibus & est, & dicitur vrbs veritatis, quoniam in ea veritas traditur nullis mendacijs adulterata de credendis, & de agendis. Ita Paulus primę Timothei tertio: Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. Iudei autem maxime eo tempore in quod hęc promittebantur, id est, postquam templum secundum extructum est, doctrinam habuerunt multis traditionibus Pharisæorum, & Sadducæorum, & Essenotum valde offuscatam, & peruersis interpretationibus deprauatam, vt in capite quinto, & decimoquinto, & vigesimotertio Matthæi, & in multis Euangelij locis videmus.

Et mons Domini exercituum. Mons dicitur Ecclesia, quasi locus munitus, in quo salui simus à tempestatibus, quas in mari magno huius sęculi mundus & Diabolus concitant, iuxta quod dicitur Genesis decimonono: In monte saluum te fac. Et quia ex ea, vt quæ altior, & cœlo propior est, melius cœlestia cognoscuntur. Tum etiam propter figuram, quia templum Salomonis, quod figura fuit Ecclesię, extructum est in monte Moria. Inde Isaię secundo, & Mich. quarto: Et erit in nouissimo dierum pręparatus mons domus Domini in vertice montium, quod suo loco exposuimus.

Mons sanctificatus. Hebręus. Mons sanctitatis, mons sanctus, in quo verus Deus vera religione colitur, id est, Spiritu, & veritate, quod verè ad Ecclesiam pertinet. Iohannes quarto: Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando neque in monte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis patrem. Sed venit hora, & nunc est quãdo veri adoratores adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Nam & pater tales quęrit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & eos, qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare.

Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem. Adhue ait, quasi dicat, Non sum oblitus Ierusalem, non eam penitus abieci: multi senes, & multę anus erunt in ea, & in plateis habitabunt. Quod in vtroque sexu ad vltimam veniatur senectutem, indicat pacem, & tranquillitatem, & prosperitatem ciuitatis, & loci salubritatem. Quod autem senes, & anus habitent in plateis, in quibus scilicet multitudo ciuium versatur, indicat senes non ingratos futuros iuuenibus, sed omnia illorum consilij agenda, quod est magnę felicitatis in ciuitate. Quando enim senum prudentia non regitur ciuitas, omnia pessum eunt, vt accidit in regno Roboham. 3. Regum. 12. Inde illud Eccle. 10. Væ tibi terra, cuius rex puer est. Hæc in Ierusalem

Reg. Quæ promittuntur Ecclesiæ, promittuntur Ierusalem tãquã radici, & quasi participi illatũ promissionũ futuræ.

fieri potuerũt, sed facta esse quis probabit? In Ecclesia probatione opus non est, semper enim habuit magistros senilis prudentiæ, & magni consilij, quorum sapientia gubernẽtur iuniores, ita, vt eis iuuenes, & acquiescant libenter, & multum habeant honoris, vt in præsulibus Ecclesiæ, & sacrarũ religionum, & in notæ sanctitatis viris videre licer. * Quare merito vt infelicissimũ quippiam cõminatur Dominus Isa. 3. Ecce enim Dominus auferet à Ierusalem, & à Iuda, &c. iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem, principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. Quæ omnia vno ferè senis vocabulo Zacharias complexus est. Atq; vbi hæc inueniuntur, necesse est tranquilliratẽ, & salutem, & prosperitatem inueniri.

Et vir, bæculus in manu eius. Non qualescũque senes erunt, sed vltimæ senectutis, qui baculo indigeant, vt tremẽres artus sustentent. Hoc magis auget, quod diximus, est enim perinde, ac si diceret: Erunt sapientissimi consiliarij in Ecclesia, nam homines quo seniores sunt, eo solent esse prudentiores. Vir autem capitur more Hebr. pro eo quod est, vnusquisq; , vt notauimus Ioe. 2. nume. 6. & alibi sæpè, ideoque, vt supra adnotauimus, legendum est: Vir, baculus in manu eius, vt est in Hebræo, sicut Lxx verterunt: Vnusquisque baculum suum habẽs in manu sua: nisi quis hic fortè diceret, Viri, esse genitiui casus, sed quod ante diximus verius est.

9 *Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus.* Hoc in ciuitatibus pacis indicium, & prosperitatis est, est etiam lætitiæ causa. Significat ergo quotidie noua prole exultraturam esse Ecclesiam infidelibus subinde ad eam venientibus. Indicat quoque obiter lætitiã eorum, qui conuertentur. Vt enim pueri ludunt in platęis, & lætantur, neque vlla cura anguntur: ita fideles initio suæ conuersionis depositа peccatorum, & rerum secularium sarcina, & degustata Spiritus sancti dulcedine exultant curarum obliti, quibus ante cruciari solebant.

Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis. Quo[illegible]am tempus intelligit cũ ait: In diebus illis? Si tempus, quo præstita hæc sunt, tunc non erit difficile, videbũt enim: Si autem tempus, in quo prophetat, dicendũ potius erat, In diebus his. At verò quoniã aliud tempus spectat, illud scilicet, quo Euangeliũ prædicari cœpit ab apostolis, & eos Pharisæi persequebantur, & difficile videbarur hominibus posse illã doctrinam, & illum populũ crescere, meritò dixit: *In diebus illis.* Adiuuat & nomen reliquiarum, quod in eos propriè conuenit, qui ceteris incredulitate sua pereuntibus ad Christum accedentes salui facti sunt, vt diximꝰ Ham. 9. nu. 38. Ait ergo: Multis hoc difficile videbitur, sed mihi facile erit præstare, quod polliceor. 10

Ecce, ego saluabo populũ meum de terra Orientis. Decẽ tribus in terrã Assyriorũ tunc ductæ erant, & duæ in terrã Babylonis, ex quibus iã multi redierãt: vtraq; dicitur in Scriptura terra Aquilonis. Quare de Iudæis intelligi non potest, qui neque in Orientem, neq; in Occidentẽ abducti sunt captiui, sed loquitur planè de filijs Ecclesiæ, tã Iudæis, quã gentilibus, qui ex omnibus mũdi partibus venturi erãt. Ita etiã dixit Zach. 2. Quoniam in quatuor ventos cœli dispersi vos, quod suo loco ostẽdimus de electis ex Iudæis, & ex gentibus dici. nu. 14. Vbi & alia prophetarũ de eadẽ re testimonia protulimus. De gẽtibus autẽ ait Dominus Matth. 8. Dico autẽ vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente veniẽt, & recũbent cũ Abraham, Isaac, & Iacob in regno cœlorum, filij autẽ regni (id est, increduli Iudæi) eijcientur in tenebras exteriores. Quare nemo ex ijs, qui aliter explicant, potest docere, quando hoc factum sit.

Et ego ero eis in Deũ in veritate & in iustitia. Ego ero illis Deus, & præstabo eis veritatem, & iustitiam; veritatẽ implendo promissa; iustitiam in præmijs tribuendis pro meritis. 11

Confortentur manus vestræ. Quoniam hæc manifestè Iudæis illius temporis dicuntur, quidam quasi desperantes posse hanc expositionem de Ecclesia diu sustineri, eam deserunt: sed nobis canonem illum sequentibus, quem numero secundo, & tertio constituimus, & explicauimus, non erit difficile omnia inter se connectere: præsertim cum dixerimus quædam dici Ierusalem, id est, Iudæis, quæ ad eos solos pertineant, quædam verò secundum id, quod illis commune est cum ceteris membris Ecclesiæ, id est, cum vocatis ex gentibus. Illis ergo nunc propriè loquitur, sed ita vt eius, quod ante dicebar, nequaquam

oblitus

oblitus esse videatur. Sensus est. Vos qui audistis verba, quæ his diebus, quibus templũ fundatũ est, loquuntur Hagg. & Zacharias, confortamini, & persequimini opus, quod cœpistis, implendi voluntatem Domini in ædificatione templi, & in abstinendo à peccatis, quibus hactenus fueratis implicati. Nam sicut antequam templum ædificare inciperetis multis vos calamitatibus afflixi, postquam vero cœpistis, omnia vobis prospere eueniunt, iuxta illud Hagg. 2. Ponite corda vestra à die hac, & supra, &c. sic si pietatẽ colatis, nec à Deo recedatis, magna spiritualium bonorum copia perfruemini. Hæc nunc ad contextum, cetera paulatim explicabimus, docebimusque planè promissiones non de temporalibus, sed de spiritualibus bonis fieri.

Merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat. Laborabatis vos agris colendis, & laborabant simul iumẽta vestra, nec tamen erat merces laboris, quia Deo irato summa erat sterilitas, vt late vidimus in Haggæo. Ita exponit Cyrillus.

Neque introeunti, neque exeunti erat pax. Cum extra vrbem, & munitionem vestrã eratis, bellis, & rapinis finitimarum nationum premebamini. Vix ex vrbe exieratis, iam latrones hostes aderant, & cum rediba tis, ad portas ferè vsque vos persequebantur. Ita fere Hier. & Cyril.

Præ tribulatione. Præ infestatione hostium vestrorum.

Et dimisi omnes homines. Non solum extra vrbem erant pericula, sed in ipsa etiam dissensiones erant, & inimicitiæ, & ciues sibi mutuis odijs nocebant. Dimisi omnes homines, &c. i. permittebã omnes in proximos suos insurgere, & mutuò se lædere.

Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam. In posterum non ita faciam, sed magnis vos beneficijs afficiam. Quamuis pro, Nunc autẽ in Heb. est, & nunc quo modo etiam verterunt Lxx. Ponuntur autem hæ duæ particulæ in scriptura non vt tempus præsens indicent, sed vt dicenda continuẽt cum dictis vt, diximus Hag. 2 n. 14.

Reliquijs populi huius. Nomẽ hoc, vt iam dictũ est, indicat ad futuros homines potius hãc promissionẽ referri, quam ad præsentes, sed quia præsentes, & futuri vnus, & idẽ populus erãt, merito his promittitur quod corũ posteris erat præstandum. Atque hoc Propheta haud obscure ostendit, nõ enim dixit, Vobis, sed, Reliquijs populi huius, & vt de futuris hominibus se loqui indicet, subijcit: sed semen pacis erit.

Sed semen pacis erit. Nõ ita affligam homines illius tẽporis, qui ad filiũ meũ conuertentur, sed erũt semẽ pacis, id est, semẽ pacificum, qui mihi ex animo seruient, nec me ad iracundiã prouocabunt. Hoc est quod de eisdẽ dixit Sopho. c. 3. Reliquię Israel nõ facient iniquitatem, nec loquẽtur mendaciũ. Sicut autem semen sanctitatis sunt homines sancti, aut generatio sancta, vt Isa. 6. semẽ sanctũ erit, quod steterit in ea, Hebr. semẽ sanctitatis: ita semen pacis filij pacifici, generatio pacifica, nõ prouocans Deũ ad iracundiã. De eisdem dicitur Isa. 61. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen, cui benedixit Dñs. Quod latius expositimus in loco citato Sophoniæ.

Vinea dabit fructũ suum. Per metaphoras rerum sensibiliũ explicat, vt sæpe solent prophetæ, copiam bonorum spiritualium tempore nouæ legis, vt Hos. fecit ca. 2. Ioel. ca. 2. Hamos ca. vltimo, & multi alij. 14

Et cœli dabunt rorem suum. Loquitur more Iudęæ, in qua magnifiebat ros, quoniam raręerant pluuiæ.

Et possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc. Quasi dicat, Nõ vobis, qui nũc viuitis, hæc polliceor, sed reliquijs futuris populi vestri, i. illis, qui credẽt in Christũ, & seruabũtur, cereris ob incredulitatẽ pereuntibꝰ. Hi possidebũt bona hęc spiritualia, quę sub similitudine temporaliũ nũc ꝓmitto.

Et erit, sicut eratis maledictio in gẽtibus domus Iuda, & domus Israel. Quęrat lector cũ recte possint huiusmodi promissiones temporales intelligi, vt verba ipsa sonãt, cur nos de spiritualibus bonis exposuerimus. Nõ equidẽ quod timerẽ expositionis filũ, qd tenebamus intercidi, si aliter interpretarer, posem eã semper tenere, etiã si tẽporales esse dicerẽ, cũ sim præfatus quędã Iudæis dici, quæ propriè in eos cõueniũt. * Feci quoniam verba ipsa exigebant, cum reliquias populi dicit, cum futurũ esse semẽ pacis, cũ Iudæi post templũ secundum ædificatum grauiter Deum offenderint, & prophetas occiderint, & auaritiæ, ac rapinis dediti fuerint. Deniq; feci quoniã verba, quæmodò interpretabimur, hęrẽt cũ superioribus, & hęc nullo modo ptinent ad homines illius tẽporis, vt iam nũc demõstrabo, quare nec superiora pertinuisse credendũ est. Si quis 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem & contra verborum proprietatem, quam explicauimus, & contra rerum inter se concatenationem, verba illa: Nunc autē non iuxta dies priores, & quę postea explanauimus, contendat de temporalibus promissionibus accipi debere, & illius ætatis hominibus dici, cum eo non magnoperè pugnabo, modo fateatur hæc: Et erit, sicut eratis maledictio, &c. De futuris in Ecclesia Iudæis scripta esse à Propheta. Hoc verba ipsa declarant: Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus domus Israël, & domus Iuda, sic saluabo vos, & eritis benedictio, &c. Cum domus Israël distinguitur, & secernitur à domo Iuda, id est, à duabus tribubus, sine dubio decem tribus significat, vt videmus in libris Regum, & Paralipomenon, in quibus alia est series regum Iuda, alia regū Israël. * In prophetis nihil est vel vsitatius, vel apertius, vt Hos. 1. Non addam vltra misereri domui Israël, sed oblitione obliuiscar eorum. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo. Cum autem notum sit decem tribus nunquam redijsse, nec his bonis potitas esse, quæ nunc Dominus polliceri videtur, sed bonis spiritualibus, quæ per Euangelium data sunt eis in suis regionibus ad Christum conuersis, aut aliquando, id est, in fine sæculi conuertendis, vt latius Hoseę primo longa disputatione demonstrauimus: quis possit dubitare de illis dumtaxat verba fieri, qui in prædicatione Euangelij venturi erant ad Christum? Si quis hoc negat, doceat quando vnquam toto secundi templi tempore domus Israël fuerit salua, & fuerit benedictio. Nec obstat, quod Hieronymus postea in illud: Vt benefaciam Ierusalem, & domui Iuda inquit: Quando israscitur, maledicti sunt in gentibus domus Iuda, & domus Israël, i. omnes tribus, quę captiuitati traditę sunt: postquā autē cogitauit, vt bene faciat, nō facit Iudę, & Israël, id est, duabus, & decem tribubus, sed relicto Israël in captiuitate benefacit Ierusalem, & domui Iuda. * Non, inquam, obstat, quoniam modo & Iudam, & Israël alloquitur: Sicut eratis maledictio in gentibus domus Iuda, & domus Israël, sic saluabo vos, & eritis benedictio. Saluabo vos, inquit, id est, te Iuda, & te Israël. Quod argumentū meritò conuicit R. Dauidem, vt putaret hæc non ad alia, quam ad Messiæ tempora esse referenda. Cum enim dixisset verba illa: Et possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc, posse de illis intelligi, qui secundi templi tempore vixerunt, continuò se ipsum corrigēs subijcit: Aut ad Mesię quidem tempora referri debent, id quod & sequens versiculus apertè euincit, vbi Iudaicæ, & Israëliticæ familiæ meminit; nam Israëlitæ manente adhuc secunda æde nequaquam sunt reuersi, &c. Iam hoc iuxta nostram, veramque interpretationem impletum est, nam Iudæi per orbem dispersi tam ex duabus, quam ex decem tribubus, qui prius erant maledictio, id est, quos prius omnes nationes exsecrabantur, ad Christū conuersi fuerunt benedictio, id est, omnes eos laudauerunt, & magnificerunt, atque ita eos, ac reliquos Christianos admirabantur Gentiles, vt bona sua reliquerint, & se se mille periculis, atque ignominijs exposuerint, vt eorum institutum sequerentur. * Et plenius hoc fiet in consummatione sæculi, cum omnes conuertentur. Quæ diximus, ipse Propheta prædicit in fine capitis: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendēt fimbriam viri Iudæi dicentes: Ibimus vobiscum, audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est. Hoc ipsum etiam inuenies apud Sophoniam cap. 3. ab illis verbis: Reliquiæ Israël non facient iniquitatem, vsq; ad finem, vbi etiam ait: Dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem vestram corā oculis vestris, dicit Dominus. Ex quibus omnibus constat, quæ in hoc capite dicuntur, non aliter intelligi debere, quam à nobis exposita sunt.

16

17

18

19

Sic conuersus cogitaui in diebus istis. More humano loquitur, quasi tunc cogitasset, aut voluisset. Est autem sensus: Quia conuersi estis ad me per pœnitentiam, & templum mihi ædificatis, magnis vos spiritualibus bonis afficiam, modo permaneatis in sanctitate, & præcepta mea semper obseruetis: propterea enim continuò ait: Hæc sunt ergo verba, quæ facietis.

Loquimini veritatem, &c. Vobis nunc benefaciam, & filijs, ac posteris vestris, si hoc feceritis. Et quoniam vnus populus erant præsentes, & futuri, rectè præsentibus promittuntur, quæ præstanda erant futuris, vt iam semel, aut iterum dixi: Si quæras, cur nunc dicat: Vt benefaciam domui

Iuda, & Ierusalem, nec quidquam loquatur de Israël, id est, de decem tribubus causa est quod ad duas tribus venturus erat CHRISTVS, & illis prophetabat Zacharias, admonendęque erant, vt se bonis operibus præpararent, ne aut CHRISTI aduentus differretur, aut ipsis propter depravatos mores parum prodesset. Decem autem tribus procul aberant in terra Medorum, & Persarum, nec ad illas venturus erat CHRISTVS, sed per apostolos Euangelium erant audituræ, ideoque de omnium conuersione vaticinatur in gloriam CHRISTI; at admonere omnes non poterat, sed eas, ad quas missus est.

Hæc sunt ergo verba, id est. Res, quas vobis præcipio, notum enim est verbum sæpe accipi pro re.

Iudicium pacis, id est. Pacificum, de quo nemo iure queri possit.

In portis vestris. In iudicijs vestris, quoniā in portis ciuitatis fiebant olim publica iudicia, vt adnotauimus Ham. 5. n. 35.

Contra amicum suum, id est, contra proximum suum, vt verterunt Lxx eodem enim vocabulo significant Hebræi amicum, & proximum, & pro eodem sæpe hæc capiūtur, vt, diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuū, quod refertur Matt. 5.

TROPOLOGIA.

20

Zelatus sum Sion, &c. Hæc, & quæ sequuntur: *Reuersus sum ad Sion*, supra exposuimus cap. 1. n. 65. &. 66. Reuertitur Deus ad animam, quam peccatorum suorum pœnitet, & habitat in ea, quam prius propter peccata deseruerat, sicut ait: Ecce relinquetur vobis Domus vestra deserta. Et tunc vocatur *Ciuitas veritatis*, sancta enim anima, quoniam frequenter ad Deum accedit per orationem, docetur ab eo, & illuminatur, sicut scriptum est: Accedite ad eum, & illuminamini. Plena est veritate tam in credēdis, quam in agendis, quoniam vera habet iudicia, & incorrupte de omnibus iudicat. Censet caduca sæculi bona esse contēnenda, æterna amanda, & quouis labore quamuis magno quærenda, nihil referre si momēto temporis affligaris, & labores; modo in æternitate quiescas. Cōtra peccatores pleni sunt erroribus, sicut ait Paulus: Tenebris obscuratū habētes intellectum, & alibi: Et obscuratū est insipiēs cor eorū, dicētes enim se esse sapiētes, stulti facti sunt. Non audiunt Dominū nō consulunt veritatem æternam, & ideo corrupte de rebus iudicāt, sicut legimus in Sophonia: Væ prouocatrix, & redempta ciuitas, colūba. Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinā, in Domino non est confisa, ad Deū suum non appropinquauit. Et in Nahum: Væ ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij, id est. Vniuersa mendax, vt verterunt Lxx. * Est etiam altera veritas, de qua Paulus scribit: Veritatem autem facientes in caritate, crescamus in illo per omnia, qui est caput CHRISTVS, atque hac etiam ratione dicitur anima iusti ciuitas veritatis. Et merito ciuitas, quæ multos habet ciues, id est, omni virtutum genere ornatur. *Mons* etiam dicitur propter vitę, morumque sublimitatem, quia vicinior cœlo est, quia munita, quia longe lateque conspicua. *Mons sanctificatus*, in quo, scilicet, (vt prius diximus) Verus Deus vera religione colitur, & adoratur in spiritu, & veritate. Gloriosa dicuntur de hac ciuitate Dei: *Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Ierusalem.* Senes sunt graues, & maturæ cogitationes, quę nihil leue, nihil habēt puerile, qualis sene x ille describitur à summo poeta.

Hic annis grauis, atque animi maturus Alethes.

Aut potius à nostro sapiēte: Senectus ēm venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. Cani autem sunt sensus hominis, & ętas senectutis vita immaculata. Vide quid peccatores faciant, quid loquantur, videbis in singulis ciuitatem plenam pueris, id est, puerilibus cogitationibus. Quid si intro penetrares, & cogitationes videres, ac desideria, varioque affectus, quibus inaniter perturbantur, & modo pueriliter lętantur, modo angūtur, modo exultant spe, mox timore cruciantur, tunc amant, nunc fugiunt quod amabant. * Tota eorū vita lusus est, & quasi cū corpore peritura mens esset, aut nihil homini serio foret agendū, rebus ludicris, & inanibus consumitur. Agnoscas quod bonus poeta de puero ait.

—— *Gestit paribus colludere, & iram*
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.

Hoc mihi attentus spectare Salomon videtur, cum ait: De fenestra enim domus meę per cancellos prospexi, & video paruulos, cōsidero vecordē iuuenē. Et quoniā in sanctis id etiā, quod infirmitatis est. i. cum plus aliquid curę corporis, aut quieti aut alicui affectui concedunt, quam par est, non

Soph. 3.

Nah. 3.

21

Eph. 4.

Anima iusti mōs, & mōs sactificatus

Senes spir.

Virg. 5. Æneid.

Sap. 4.

Pecc atores semper pueri.

22

Horat. in arte poet.

Prouer. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

leuiter id faciunt, sed maturè, & grauiter, & sine leuitate, rectè post senes etiam anus habitare dicuntur in plateis Ierusalem. Hi senes baculum habent in manibus, quo sustententur, quo Dauid processit aduersus Palæstinum, id est, crucem Christi, cui confidunt, quâ eriguntur, vnde vires capiunt, & nihil est tàm difficile, quod non conficiant, sicut sanctus Iacob, qui in baculo suo transiuit Iordanem. Est & baculus spes cælestis retributionis, de quo Dauid ait, iuxta Hieronymum: Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. * Videbitur fortasse aduersari dictis, quod sequitur: *Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in plateis eius*: at non aduersatur, quoniam infantes huiusmodi, & puellæ filij, ac filiæ sunt senum, ac virorum, qui sunt in ciuitate, & ludendo parentes oblectant suos. Filij senilium, grauiumque cogitationum, qui sunt, nisi sanctę, ac Deo placentes actiones, quæ dum ludunt, & huc atque illuc curritant, id est, dum crebro exercẽtur, miram afferunt exercentibus voluptatem; sicut enim ait Sapiens: Bonorum laborum glorioſus est fructus. Et rursus scriptum est Filius sapiens lætificat patrem, filius verò stultus mœstitia est matris suę. Qui de relinquendo sæculo, aut de vita mutanda cogitat, perturbatur dolore, ac tentationibus, dum cogitat, & nondũ statuit facere, quod cogitat: at vbi semel constituit, & contra se ipsum pugnans tandem se Deo dedit, magnam in se experitur animi iucunditatem: Nec mirum, peperit iam filium, & gauder, dum parturiebat, dolebat. Difficilè hoc animæ videtur nuper è peccato egressæ, & ab ijs, quæ amabat, quasi violenter abstractæ, vt in vita, quam instituit, ex rebus, vt tunc quidem videntur, iniucundis, & tristibus tot percipiat voluptates; sed si hoc in oculis eius difficile est, nũ in oculis Dei omnipotentis difficile erit? * Verum, quoniam dolores, quibus angimur, conscientia peccatorum, & solicitudo sæculi procreant, & veris voluptatibus caremus, quia solidis virtutibus nequaquam studemus, sed extra nos egressi in varias, easdemque inutiles curas distrahimur, meritò Dominus postquã gaudia promisit animæ, quomodo ea effecturus sit, docet: *Ecce, ego saluabo populum meũ de terra Orientis, & de terra Occasus solis, & adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalem.* Si Ierusalem anima colens Deum est, & populus, de quo loquitur, est populus Ierusalem, populus nunc erunt cogitationes animæ, & actiones. Debuit autem homo de se ipso cogitare, quid sit, quo tendat, quem sit exitũ vitæ habiturus, & ea facere, quæ ad propositum sibi finem maximè conducũt, nec diffundi in res cito perituras, sed totus secũ habitare, atque intra se manere. Nunc autẽ effundimur quidam in Orientem, alij in Occidentem, semper extra nos. In Orientẽ effunduntur illi, qui lucem, & splendorem scientiarũ quęrunt, & appetentia illa scienti nihil nisi libros curant, omnes euoluũt, auide in rebus etiam minimis veritatem perquirũt, & chartis noctes dieſque impalleſcunt. * Quo plura sciunt, scire plura volunt, & nullum tempus satis, nullus discendi finis est. Nec tamen interea cogitant instare mortis diem, reddendam esse rationẽ districto iudici non subtilitatis scientiarum, sed custodiæ mandatorum, nec quid scierint, sed quid fecerint, nec quantũ alijs præstiterint, sed quantum seipsos vicerint, esse quærendũ. Vitam viuunt philosophorum magis quam Christianorum, & quasi non ad agendum, sed ad discendum nati essent, aut aliena potius discere deberent quam sua, totum tempus in literarum studio ponunt, alijs potius sapiẽtes quam sibi. *Sed fugit interea,* (vt Poeta inquit) *fugit irreparabile tempus,*

& paulatim

——*subeunt morbi, tristisque senectus,*
Et labor, & dura rapit inclementia mortis:

quo tempore cuiuis horum rectissimè illud dicetur: Stulte, hac nocte animam tuã repetunt à te: quæ autẽ parasti, cuius erunt? In Occasum solis effunduntur, qui ceteris, quæ homine erant digna, neglectis totam operam conferunt in diuitias colligendas, & in voluptates, & in eiusmodi bona, quæ natura caduca sunt, & semper ad interitum festinãt. Cum igitur Deus cogitationes nostras, & actiones ab omnibus his curis reuocat ad nos metipsos, vt intra nos simus semper, quod magnum eius beneficium est, populum suum saluat de terra Orientis, & de terra Occasus solis, & adducit, vt habitet in medio Ierusalem. * Et tunc verè est ei in populum, & ipse illi in Deum, in veritate, & in iustitia, quia verè illi præstat, quæ pijs, & veris cultoribus pollicitus est in hac vita, & postea coronat eum corona iustitiæ. Quæ deinde sequuntur vsque ad illud:

Baculus. 1. Reg. 17.
Gen. 32.
Psal. 22. 23
Sap. 3.
Prou. 10.
24
Immodica studium scicndi.
25
3. Georg.
3. Georg.
Luc. 12.
Studiũ colligendi diuitias, & cetera sæculi bona.
26

Et erit, sicut eratis maledictio, exposuimus Hag. 1. num. 44. vsque ad. 57. & cap. 2. nu. 81. & 82. his tantum exceptis: *Neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione, & dimisi homines, vnumquemque contra proximum suum.* Quorum hic sensus est? Antequã templum Domino ædificare in vobis inciperetis, non erat vobis pax, quæ gratiæ comes est, sicut ait Apostolus: Gratia vobis, & pax. Quando exibatis, id est, quando aliquid boni facere incipiebatis, finister finis, & à Deo alienus vestra opera deprauabat, vt quæ bona erant gloriæ causa faceretis, aut ambitionis, aut turpis lucri, neq; in Deũ intueremini. Quod si exeuntibus aliquando latrones parcebant, introeuntibus in ciuitatem, & iter finientibus aderant, vt, vel tunc opera vestra corrumperent efficiendo, vt nimium vobis in illis placeretis, alios que contemneretis, aut quod bono animo cœperatis, propter vosmetipsos; & propter popularem auram finiretis. * Quando initio opera corrumpit, tẽtator fit (vt ait Gregorius. 1. Moralium, cap. 38.) illud: Facti sunt hostes eius in capite. Cum verò antiquus hostis, neque in exordio intentionis ferit, neque in itinere actionis intercipit, duriores in fine laqueos tendit, quem tanto nequius obsider, quanto solum sibi remansisse ad decipiendum videt. De quo Propheta ait: Ipsi calcaneum meum obseruabunt: quia enim in calcaneo finis est corporis, quid per hũc, nisi terminus signatur actionis? Hinc etiam serpenti dicitur: Ipse conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo illius. Caput serpentis conterit, qui prauam eius suggestionem ipso operis initio confringit. Sed ipse mox insidiatur calcaneo, vt quem percutere initio non potuit, ad extremum saltem venenato dente mordeat, & impleat veneno, &c. Sed, quia multos Diabolus habet ministros, per quos, cũ quiescere videtur, acrius interdum nocet, aut deprauata doctrina, aut factis vitiosis, aut sceleratis consilijs, & suasionibus, atq; ij omni hoste peiores sunt, addit: *Et dimisi homines, vnumquemque contra proximum suum.* Nam, quia neque eius inspirationibus paremus, neque exemplis sanctorum, aut mortuorum, aut viuorum mouemur, iustè permittit homines nequissimos, qui hostiliter in bonos mores sæuiant, & ab ijs, quos lædunt, non tolerentur solum, sed etiam inferdum amentur. De illis verbis: Et erit sicut eratis maledictio, &c. Vide Sophoniæ 3. nu 56. & 57. Quæ deinde superfunt moralia sunt, & non sunt aliter exponenda.

HISTORIA.

Ieiunium quarti, & ieiunium quinti. Quoniã cap. 7. nuntij illi quæsierant, an esset adhuc quinto, & septimo mense ieiunãdum, nec tunc illis Propheta apertè responderat, sed arrepta inde ansa eorum ieiunia reprehenderat, nunc respondet, non solum ieiunia illa, sed alia quoque, quæ doloris causa susceptа erant, relinquenda esse, & vertenda in præclaras festiuitates, & in lætissima conuiuia. Ieiunium quarti iuxta Cyrillum, & communiorem sententiam, indictum fuerat Iudæis, quoniam eo mense muri Ierusalem rupti sunt à Chaldæis; ieiunium quinti, quia tunc vrbs incensa est; ieiunium septimi, quia tunc interfectus est Godolias, & penitus è patria sua eiecti sunt Iudæi; ieiunium decimi, quia eo vrbs obsessa est à Nabuchodonosor. Ezec. 24. Quæ omnia ex postremo capite. 4. Regum; & ex Iere. 39 & 52. cognoscuntur. Hieronymus verò vereres Hebræos secutus, & post eum Rupertus, ieiunium quarti mensis esse dicunt, quoniam tunc Moses descendens è monte Sina tabulas legis confregit. Exho. 32. & quia tunc rupti sunt muri ciuitatis. Ieiuniũ quinti, quoniã tunc iussi sunt Hebræi montem non ascẽdere, sed per quadraginta annos longis ad terram sanctã circuire dispendijs, vt morerentur in solitudine. Num. 14. & quia eodem mense vrbs incensa est à Chaldæis. Ieiunium septimi, propter cædẽ Godoliæ. Ieiunium decimi, quia Ezeciel, & ceteri, qui erant in captiuitate, eo mense audierũt templum fuisse subuersum, Ezec. 33. * Nõ desunt, qui Hieronymum hic errasse putent, quòd nimium crediderit Hebræis, commentum esse quod ait, tabulas quarto mẽse fractas, populum quinto iussum esse manere in deserto, decimo, captiuos audijsse templum esse subuersum, neque vllo Scripturæ testimonio probari posse. Periculosum est huiusmodi quippiam Hieronymo obijcere viro in Scripturis exercitatissimo, & qui eas, quasi memoriter tenebat. Quare si attentè illę legantur, verũ esse videbimus, quod dixit. Filios Israel primo mẽse exijsse ex AEgypto notum est ex Exhod. 12. &. 13. & ad montem Sina venisse

28
29
Defenditur Hiero.

Universidad de Deusto
Biblioteca

initio mẽsis tertij videmus Exho.19. Mense tertio egressiõis filiorũ Israël de terra AEgypti in die hac, (i. primo die mensis) venerunt in terrã Sinai. Hinc statim ascendit in montẽ, & fuit ibi quadraginta dieb⁹, Exho. 24. tabulas tũc cõfregit, cũ his dieb⁹ finitis redijt ad populũ cum lege, Exho. 32. Omnino ergo quarto mense fractæ sunt tabulæ, vt scripsit Hieronymus. Seditionem verò illam Hebræorum, vnde vetiti sunt ingredi in terram promissionis, quinto mense ortã fuisse nunc ostendamus. Num. 10. legimus:
30 * Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, eleuata est nubes de tabernaculo fœderis, profectique sunt filij Israël per turmas suas de deserto Sinai. Et postea: Profecti sunt ergo de mõte Domini viam trium dierũ, &c. Iam hic habemus mensis secũdi viginti tres dies. Deinde vno mense manserunt in loco, qui dictus est Sepulchra concupiscentiæ, Num. 11. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis, non vno die, nec duobus, vel quinque, aut decem, nec viginti quinque, sed vsque ad mensem dierum, id est, donec compleatur mẽsis integer. Et capite. 10. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus, & populus non est motus de loco illo, donec reuocata est Mariæ. Si ergo mensi, & viginti tribus diebus mensem, & septem dies addamus, menses tres integros habebimus. Cap. 13. mittũtur exploratores, quod factum esse quarti mensis initio ordo ipse historiæ docet, & quod in eodem loco Scriptum est: Erat autem tempus, quo iam præcoquę vuæ vesci possunt. Quod cum fieri non potuerit ante initium quarti mensis, vt ex verbis Scripturæ indicatis manifestũ est, necesse est quarti mensis initio factum esse, cui in nostris mensibus respondet pars Iunij cum parte Iulij, quo tempore paulò post idus Iunij iã præcoquę vuæ erant sine dubio in terra
31 promissionis. * Quando exploratores redierint, historia non tacuit, Num. 13. Reuersique exploratores terræ post quadraginta dies omni regione circuita, & venerunt ad Moysem. His, quæ viderant referentibus orta est seditio populi, quam continuò vltio diuina consecuta est, qua prohibiti sunt ingredi in terram promissam, & montem ascendere, vt cap. 14. narratur. Manifestum est ergo hoc mense quinto cõtigisse. Nam, quod negant in Scriptura inueniri mense decimo nuntiatum esse Ezecieli de vrbis excidio, mirum est, cum in margine Commentariorum Hieronymi caput. 33. Ezechielis indicetur, in quo hæc scripta sunt: Et factum est in duodecimo anno, in decimo mense, in quinta mensis transmigrationis nostræ, venit ad me, qui fugerat de Ierusalem, dicens: Vastata est ciuitas. Quanto autem dolore homines affici soleant, cum huiusmodi nuntios audiunt, si quis fortè neget, cõmunis sensus loquitur. Sed & apud Nehemiam cap. 1. hoc videmus, cui cum dictum esset Iudæos, qui erant in Ierusalem, in afflictione magna esse, & in opprobrio, & murum Ierusalem dissipatũ, portas esse combustas: Cum audissem, inquit, verba huiusce modi, sedi, & flcui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciẽ Dei cæli. Quid ergo mirum est Iudæos, qui erant Babylone, ieiunasse eo mense, quo ad eos allatum est vastatam fuisse vrbem à Chaldæis? * Quare non est, quod dubitemus causas horum ieiuniorum esse & has, & illas, sicut scripsit Hieronymus. Sed cur, inquis, Iudæi, qui Babylone erant, quærunt cap. 7. an esset iam à ieiunio desistendum, si his causis, quas commemorat Hieronymus, indicta sunt Hebræis ieiunia, cum illæ calamitates tabularum fractarũ, & ingressus in terram promissam prohibiti, iam diu leuatæ essent? Sanè non quærunt illi de ieiunio quarti mensis, aut decimi, sed de ieiunio quinti, & septimi, quibus iam non videbatur ieiunandum, quoniam iucunditas optatæ libertatis, & erectionis templi, atq; vrbis omnem sensum doloris tollere videbatur. At Propheta sumpta inde occasione de ieiunijs etiam reliquis respondet.

In sollennitates præclaras. In Hebræo est: In sollennitates bonas, id est, hilares, vt Psalm. 33. Quis est homo, qui vult vitam, diligit dies videre bonos? &. 105. Ad videndũ in bonitate electorum tuorum, ad lætandũ in lætitia gentis tuæ, id est, ad fruendum hilaritate, qua electi tui fruuntur. Psalm. 103. Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate, id est, lætitia, & saturitate. *Hęc hominibus illius temporis dicuntur, sed continuò transit ad noui testamenti rempus, de quo maximè sermo Prophetæ est. Hæc ieiunia, quæ vobis fuerunt luctuosa, vertentur vobis in lætissimas sollennitates, quas habebitis ex consummatione tẽpli, & ex magnis victorijs, vt videmus. 1. Machab. 4. &. 13. Viri Ecclesiastici etiam ad sollennia

Bonus pro Hilaris.

lennia ieiunia Ecclesiæ hæc referunt, quæ fideles in macerationem carnis pro spe cœlestis regni cum iucunditate obseruarunt. Olim siquidẽ quatuor ieiunia erant in vsu Ecclesiæ, primum in natali Domini, secundum, in quadragesima ante Pascha, tertiũ, in Epiphania, quartum, ab Ascensione vsq; ad Pentecosten, quæ in his Zacharię verbis intelliguntur, vt sentit Philastrius Brixiensis Episcopus, in libro de hæresibus, in capite Hæresis de Zacharia Propheta. Atq; hęc ieiunia cum tam præclaras habeant festiuitates, rectè dicitur: *Erit domui Iudæ in gaudiũ, & lætitiam, & in sollennitates præclaras.* *Alij, vt idem Philastrius refert, de ieiunijs quatuor temporum cuiusque anni scripturam Zacharię intelligendam esse censent. In his videtur esse beatus pontifex, & martyr Calixtus, qui ad hæc ieiunia retulit verba Zachariæ in Epist. 1. ad Benedictum Episcopũ, vnde verba translata sunt in cap. Ieiunium, quod ter. 76. dist. Et apud sanctum pontificem Leonem sermones habemus nouem de ieiunio septimi mensis, de ieiunio decimi mensis, octo.

Veritatem tantum, & pacem diligite. His bonis fruemini, si pacem, & veritatem diligatis. De vtraque loquitur Apostolus Ephes. 4. Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cũ proximo suo, quoniam sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare, sol nõ occidat super iracundiam vestram. Est & veritas, qua vitæ sanctitas omnis continetur, & honestas, de qua in eodem cap. dixerat: Veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus.

Vsquequo veniant populi, & habitent in ciuitatibus multis. Hæc verba in alijs translationibus difficilia non sunt, vt in nostra. Lxx enim apertè transferũt: Adhuc venient populi multi, &c. & Chaldæus, & recentiores interpretes. Verum quoniã in Heb. nõ est tantum עֹד, quod est, Adhuc, sed עֹד אֲשֶׁר (nec refert, had, ne proferamus, an hod, idẽ enim est) quæ duo verè, & propriè significant, Vsque quo, quod inficiari nemo potest, vt Num. 20. Donec transeamus terminos tuos. Ios. 1. Et pugnate pro eis donec det Dominus requiem fratribus vestris. Isa. 6. Donec desolentur ciuitates, Hos. 5. Donec deficiatis, & quæratis faciem meã. In his locis pro Donec, est in Heb. עַד אֲשֶׁר

Quare hoc loco, Vsquequo, idem valet, quod Adeò vt, aut (vt Hiero. explicauit) In tantum vt. Hæc ieiunia vertentur vobis in magnas sollennitates, in tantum, vt veniãt populi multi, &c. Sed possumus etiam magis propriè accipere Vsquequo, vt sit aduerbium temporis, & sit sensus: Pro his ieiunijs, quæ ex tristibus euentibus initia habuerunt, habebitis præclaras, & lætissimas sollennitates partis egregijs victorijs, donec succedant maiores, & vehementiores causæ lætandi, cum scilicet venient populi, &c. * Populi autem, quos venturos fore di 36
cit, & habitaturos in ciuitatibus multis, nõ sunt illi, qui Babylone redierũt in Iudæam, vt multi putant, sed populi gentilium, qui venturi erant ad Ecclesiam, & multitudine sua multas vrbes impleturi, sicut statim ait: Et venient populi multi, & gentes robustę. Hoc ex eo intelligitur, quod Babylone nõ redierunt populi, sed quædam vnius populi pars, & gens Iudæorum nequaquam populi dicitur in Scriptura (gẽtium enim hoc nomen est) sed populus Dei, aut populus Israël, nisi cum in malum nominatur, vt diximus Mich. 1. num. 17. quod modo dici nõ potest. Deinde antequam pars populi rediret Babylone, præter cõsummationẽ templi nullas sollennitates habuerunt, sed tristibus ferè tristia succedebant, vt ex initio Nehemiæ perspicitur: Et venit, inquit, Hanani vnus de fratribus meis, ipse, & viri Iuda, & interrogaui eos de Iudæis, qui remanserant, & supererant de captiuitate, & de Ierusalem. Et dixerunt mihi: Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio, & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. *Ac- 37
cedit, quod eadem fere sunt verba in cap. 2. Isaiæ, & cap. 4. Michææ in principio vtriusque, quæ omnium consensus de Ecclesia interpretatur. Denique Hieronymus, quẽ alterius expositionis patronum esse diximus, manifestè ita hæc explicat paulò post, vt nos dicimus esse intelligenda. Nam in illud: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines, &c. Hæc scribit: Quidam ex Iudæis hæc sub Zorobabel, & post Zorobabel dicunt esse complera. Alij in futurũ tempus differunt, quando Christum sperant esse venturum. Nos autem in aduentu Domini Saluatoris, quando de Maria natus est virgine, & rectius, & verius intelli-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gimus. Denique ſcriptum eſt: Vſquequo veniant populi. Quãdo dicitur, Vſquequo, non de præſenti tempore ſignificat, in quo erant Zorobabel, & Ieſus, ſed de futuro, quando venient populi multi, & gentes robuſtæ, vt quærant Dominum exercituum in Ieruſalem. Hæc Hieronymus, & eodem modo expoſuit R. Samuel in libello, ſiue Epiſtola de aduentu Meſsiæ, cap. 16.

Et vadant habitatores vnus ad alterum. Legendum eſt ſine dubio, Vnius ad alteram: irrepſit enim incuria librariorum mẽdum in Latinos codices. Hoc ex Hebræo manifeſtũ eſt, vtroq; enim loco eſt הלך, quod feminini generis eſt, & vnam ſignificat: Et vadant habitatores vnius ad vnam: Secundo ex tranſlatione Lxx, quæ ita habet: Et congregabuntur, qui habitant ciuitates in vnam ciuitatem. Chaldæus: Et ibunt vnius incolæ cum alterius, ſcilicet, ciuitatis incolis. *Hieronymus etiam exponit: Et vna ciuitas pergat ad alteram, & ſe mutuò cohortentur. Ita quoque verterunt Pagninus, Vatablus. & alij. Significat autem Propheta ardens ſtudium, quo ſe gentes mutuò hortabuntur, vt ad Chriſtum veniant, ſicut videmus Iſa. 2. & Mich. 4. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite, & aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.

Vadam etiam ego. Hieronymus: Et dicente altera ad alterã: Eamus, & deprecemur, &c. reſpõdebit alia ciuitas; Vadam etiam ego, &c. Hoc eſt: Dum vna ciuitas alteram inuitat, tertia, quæ eas audierat, nec inuitabatur, dicet: Ego etiam vobiſcum venire volo. Itaque mimeſis, ſiue imitatio eſt verborum ciuitatis non inuitatæ. Chaldæus: Iſta huic dicet: Ibo etiam ego. Sed planius videtur, & conuenientius, quod alij volunt, hæc verba eſſe ciuitatis exhortantis, quaſi dicat: Ne putes me non ex animo hęc dicere, & te hortari, ſimul tecum ibo, nõ patiar tanti boni expers manere.

Et venient populi multi. Quoniam populos dixerat eſſe venturos, ne pauci putẽtur, aut ignobiles, nũc addit: Et venient populi multi, & gentes robuſtæ; gentes, quæ armis imperium comparauerant, & alijs ſubdi turpe exiſtimabant, ſponte ſe Euangelij legibus ſubijcient.

In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines. Iam hæc verba, neque Hieronymus, neque Cyrillus negare poſſunt, intelligi de tempore Euangelij, quæ tamen pendent ex præcedentibus, ac propterea omnia ſunt eodem modo interpretanda. Eſt enim ſenſus: Hæc omnia, quæ dixi, eueniẽt illis diebus, qui tantæ felicitatis erunt Iudæis, vt decem homines ex varijs gentiliũ nationib⁹, & linguis, apprehendãt; & quoniam quædã interpoſuit; iterum dicit: Apprehendent, ac ſi diceret: Apprehendent, inquam, fimbriam vnius Iudæi, & illum ſequentur, vt cum eo verum Deum adorẽt. Numero denario perfectio, vt ait Cyrillus, ſiue multitudo ſolet ſignificari in Scriptura, vt Gene. 31. Sed & Pater veſter circumuenit me, & mutauit mercedem meam decẽ vicibus. Leu. 26. Poſtquam confregero baculum panis veſtri, ita, vt decem mulieres, (id eſt, multę) in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non ſaturabimini. Iob. 19. Et decies confunditis me. Decẽ ergo homines, multi homines ſunt. * Impleta eſt hæc prophetia cum prædicantibus apoſtolis (vt aiunt Hieronymus, & Cyrillus) qui ex Iudæis erant, magna gentium multitudo conuertebatur ad Euangelium, & eos ſequebatur intelligens Deum, quem prædicabant, eſſe verum Deum, deos autem gentium demonia. Et quoniam Iudæi nõ ſoli apoſtoli, aut alij ex eadem gente dicuntur, ſed quiſquis Chriſtum confitetur, etiam ſi ex gentibus ſit, quotidie expletur hoc vaticinium, cum prædicantibus Chriſtianis gentiles veniũt ad Eccleſiam, relictis idololatrię erroribus. Ita, vt nunc dicimus, Iudæum accipit Paulus Rom. 2. Non enim, qui in manifeſto Iudæus eſt, nec quæ in manifeſto eſt in carne circumciſio, ſed qui in abſcondito Iudæus eſt, & circumciſio cordis in ſpiritu, non litera. Et Philip. 3. Nos enim ſumus circumciſio, qui ſpiritu Deo ſeruimus. Et Apoc. 2. Et blaſphemaris ab ijs, qui ſe dicũt Iudæos eſſe, & non ſunt, ſed ſunt Synagoga Satanæ. Cum fimbriam dicit, id intelligit, quod Iudæi propriũ eſt, & quo à cęteris diſtinguuntur nationibus, ſicut legimus Num. 15. Loquere filijs Iſraël, & dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorũ, ponentes in eis vittas hyacinthinas; quas cum viderint, recordentur mandatorum Domini. De quibus & Dominus ait Matth. 23. Et magnificant fimbrias. Significat itaq; Chriſtianæ religionis cęremonias, & mores, caritatemque fraternam, qua Dominus diſcipulos ſuos cognoſci voluit, placitura eſſe

Numero denario.

Iudæus.

gentilibus, coſque mirum in modum allectura, atque captura. Eleganter etiam adnotat Cyrillus apprehendere fimbriam, id eſt, extremam veſtis partem, pucrorum eſſe, qui patres ſuos ſequuntur, & eorum fimbrias apprehendunt, ne cadant: ita gentiles adhærebunt Apoſtolis, & prædicatoribus Euangelij, & ab eis duci ſe, ac regi ſinent, ne cadant; putabũt enim ſe caſuros eſſe, ſi, vel minimũ ab eis receſſerint. * Cum ait: Fimbriam viri Iudæi, nonnulli virum Iudæum Chriſtum interpretantur, quẽ ſenſum myſticum docet eſſe Hieronymus. Sed certè verbis Prophetæ parum conuenit, à quo certus vir nõ ſignatur, ſed quilibet ex Chriſtianis magiſtris intelligitur; ideòque nec in Hebræo, nec in Græco articulum habet. Indicat hoc etiam, quod ſequitur: Ibimus vobiſcum, quod non de vno, ſed de multis dictum intelligitur. Illud etiã: Audiuimus enim, quoniam Deus vobiſcum eſt, id eſt, cognouimus vobiſcum ô Iudæi eſſe Deũ, & latè hoc vbique nuntiatur eſſe eum verum Deum, quem vos colitis. Cum ergo ſint multa in hoc capite ſublimiora ijs, quæ terreſtri Ieruſalem data ſunt, meritò omnia ad Eccleſiam retulimus, ſed ita acceptã, vt initio capitis explicauimus: quãuis ſint quædam, quæ rectè in Iudæos eo tempore quadrarent, ſi per ſe acciperentur. Quæ tamen nec expoſitioni noſtræ aduerſantur, cum fateamur quædam eis dici, quatenus populus quidam ſunt, alia quatenus initiũ, & quaſi parentes ſunt Eccleſiæ, quę ſunt in expoſitione copulãda, vt à nobis factũ eſt.

TROPOLOGIA.

Quod ait Propheta: *Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, &c.* Hoc ſignificat, quod Dominus ait: Amen, amẽ dico vobis, quia plorabitis, & flebitis vos, ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium. Quocumque enim anni menſe triſtia eueniant, ſiue quarto, ſiue quinto, aut ſeptimo, aut decimo, id eſt, ſiue in adoleſcentia, ſiue in iuuentute, ſiue in virili ætate, ſiue in ſenectute, domui Iudæ, id eſt, veris Dei cultoribus vertẽtur in gaudium, & in lætitiam, & in ſollennitates præclaras, & videbunt, quod dictum eſt à Paulo: Scimus autem, quoniam diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum. Nec de illa modo cœleſtis beatitudinis ſollennitate, quæ omnes continet ſollennitates, hoc intelligendum eſt, ſed de ſollennitatibus etiam huius vitæ, quas ſerui Dei fideles ſentiunt, mundus autem ne ſuſpicari quidem poteſt, quoniam Deum non nouit effectorem ſollennitatũ, & ſuauitatum. Nã quamuis laborare videantur iuſti, & vrgeri tẽtationibus, perſecutionibus, morbis, paupertate, tamẽ Deum habent in ſe, & à dextris ſuis ne commoueãtur, & ſentiũt, quod viro iuſto promiſſum eſt. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. * Quis nõ crederet iuuenes in ardentem Babylonis fornacem iniectos, ſi quo forte tẽpore viuere poſſent, in magnis cruciatibus eſſe victuros? Sed deſcendit ſimilis filio Dei cum illis in fornacem, & excuſsit flammam ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis quaſi ventum roris flantem, & nõ tetigit eos omnino ignis, nec contriſtauit, nec quidquam moleſtiæ intulit. Mittitur Daniel in lacum leonum, ſed, Deus meus, inquit, miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in me. An nõ leones eſſe putamus tentationes Diaboli, perſecutiones malorum, morbos, inopiã & cetera huiuſmodi, quæ magnis doloribꝰ quaſi dentibus mordere, & laniare animã cupiunt eo inſtigãte, qui quaſi leo rugiens, circuit quærens quem deuoret? Sed angelus Domini concludit ora leonum, vt non noceant ijs, in quibus coram Deo iuſtitia inuenitur. Non ſic impij, non ſic, vnde ſtatim ſcriptum eſt: Iubente autem rege, adducti ſunt viri illi, qui accuſauerunt Danielẽ, & in lacum leonum miſſi ſunt ipſi, & filij, & vxores eorum: & non peruenerunt vſq; ad pauimentum loci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt. * Quidquid in malis videbatur eſſe virtutis, aut ſolidi comminuunt labores, & calamitates, & in miſerijs non ſubſiſtent. Ita etiam ignis ille, qui tribus iuuenibus pepercerat, ſeruis Nabuchodonoſor non pepercit, quia tunc peiores fiunt, & obſtinatiores, & in Deum blaſphemant, & in maiora peccata præcipites feruntur. Hoc etiã adnotandum, gaudium, & lætitiam, & ſollẽnitates præclaras ieiunio promitti, quod eius vtilitatem, & dignitatẽ mirificè commendat. Et iure quidem, ac meritò, animũ enim Deo præparat, vitia cohibet, &, quaſi firmiſsimus clypeus, ſagittas, & ictus aduerſarij noſtri ſuſtinet. Hæc autẽ omnia efficit

Pſal. 90.

Dan. 3.

Dan. 6.

Dan. 3.

Dignitas ieiunij.

subtrahēdo carni, ꝙ appetebat, & insatiabilem eius auiditatem freno salutaris continentiæ coercendo. Quam ob rem qui Deo placere cupit, qui gaudium, & lætitiam, & sollennitates præclaras sanctorum quærit, semper sibi aliquid subtrahat; primum de superfluis, deinde de ijs, quæ videntur necessaria. Hoc faciat in cibo, & potu, & semper ieiunabit, in vestitu, in sumptibus domesticis, & habebit, vnde tribuat egenis, in honore, & fiet vere humilis: in verbis, & Iac. 3. fiet perfectus; quia, si quis verbo non offendit, hic perfectus est vir, potens etiam freno
45 circumducere totum corpus.* Idem denique in appetitionibus ceteris conseruet, vt post concupiscentias suas non eat, sed subtrahat illis quantum potest, & fiet perfectus sui abnegator, & portator crucis Christi. Hæc enim omnia abnegatio sui continet, cuius pars ieiunium est, itaque abnegationi promittuntur gaudium, & lætitia, & sollennitates præclaræ, hoc siquidem est veritatem omnino, & pacem diligere. Et quousque venient huiusmodi sollennitates? *Vsquequo venient populi, & habitent in ciuitatibus multis.* Nam, qui hoc fecerit, omnino potens erit verbo, & opere, multos cōmouebit, multos sui imitatores habebit, vt experientia docuit cum in alijs multis, tum in sanctarum religionum fundatoribus. Si autem vnus, qui talis sit, tam multos excitare ad virtutem potest, quid facient multi serui Dei, si animis, & vita consentientes totos se ad Dei gloriam, & ad fratrum vtilitatem conuertāt prius factis, quam dictis docentes? De hoc Sapiens dixit: Multitudo Sap. 6. autem sapientium sanitas est orbis terrarū. Tunc venient populi, & habitabunt in ciuitatibus multis. Nam, qui ad Christū nondum erant conuersi, id est, ad vitam Christiana professione dignam, non habitabāt in ciuitatibus, vt homines, sed more bestiarū errabant in siluis, & in deserto, sicut ait Psal. 106. sanctus Propheta: Errauerūt in solitudine, in inaquoso, viā ciuitatis habitaculi nō inuenerūt.
46 *Sed talibus exēplis prouocati, & incēsi veniāt, & multas implebūt vrbes, id est, multa erūt domicilia sanctorū, vbiq; iusti cernētur. Oēs sese mutuò exhortabuntur ad studia pietatis, ad orationē, ad quærendū sanctis operibus Deū, qui fructus veræ orationis est. Et qui aliū rūc hortabitur, non verbo, neque lingua solum hortabitur, sed opere, & veritate dicens: *Vadam etiā ego*, exemplo præcedens eos, quos sequi iubet. Nec solum venient populi, aut qualescunq; populi, si tales esse studuerimus, sed populi multi, & gentes robustæ, id est, nobiles, & optimates, & proceres, non valentes resistere spiritui, qui loquetur in nobis. In eisdem diebus decem homines ex omnibus linguis, id est, multi ex omni conditione, & ordine, *Apprehendent fimbriam viri Iudei*: hoc enim à Deo non obtinebit, nisi vir vere Iudæus, non secundum literam, sed secundum spiritum, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est, qui circūcisus est corde, id est, qui omnia superua cua, & immunda amputauit petra, quæ est Christ⁹. *Vnus
47 fuit Benedictus, vnus Dominicus, vnus Frā ciscus, vnus Ignatius: at quot homines ex omnibus linguis gentium apprehenderūt fimbriam cuiusque istorum, quasi modo geniti infantes, & rudes omnium se eis tradentes instituendos, regendos, educādos? Videbant eos omnibus vere pietatis insignibus collucere, multumque inter ceteros eminere caritate, quæ insigne discipulorum Christi est: itaq; apprehēdere eorū fimbriā, & tantorū bonorū participes esse cupiebant. Dixerunt: *Ibimus vobiscum*, certi semper, & vbique sequi. Quare? *Audiumus enim, quoniam Dominus vobiscum est*. Qui vos viderunt diuitiarum, & honorum contemptores, & talia facientes, vt diuino amore vos flagrare non dubitarent, multa nobis de virtute vestra renuntiarūt, & Deum vobiscum esse dixerūt, quia nemo potest hæc signa facere, quæ vos facitis, nisi Deus fuerit cum eo. Non expectamus, vt videamus, satis est, quod audiuimus. Quod si nūc pauci fimbrias nostras apprehendunt, nobis assignemus, imitemur eos, quorum filios nos esse gloriamur, & diligenter obseruemus, quæ nobis tradiderunt; teneamus in animis nostris, & in operibus fimbrias, & vittas hyacinthinas, quæ cœlestis coloris sunt, id est, præstet vnusquisq; nostrū, quod proprium instituti sui est, & à suæ vocationis spiritu nō recedat, quæ cœlestis vita est, & cœlitibus gratissima, ita audiēt Deū esse nobiscum, &, vel inuocati nos sequentur.

CAP. IX.

ONus verbi Domini in terra Hadrach & Damasci requiei eius: quia Domini

est

est oculus hominis, & omnium tribuum Israel. Emath quoq; in terminis eius, & Tyrus, & Sidon, assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. Et ædificauit Tyrus munitionem suam, & coaceruauit argētum quasi humum, et aurum, vt lutum platearū. Ecce Dominus possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur. Videbit Ascalon & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniā confusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, et Ascalon non habitabitur. Et sedebit separator in Azoto, & disperdam superbiam Philistinorum. Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius: & relinquetur etiā ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Accaron quasi Iebusæus. Et circundabo domum meam ex his, qui militant mihi euntes & reuertentes, & non trāsibit super eos vltra exactor: quia nunc vidi in oculis meis. Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem: ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator: ipse pauper & ascendens super asinam, & super pullum filium asinæ. Et disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Ierusalem, & dissipabitur arcus belli: et loquetur pacem gentibus, et potestas eius à mari vsque ad mare, et à fluminibus vsque ad fines terræ. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Conuertimini ad munitionē vincti spei: hodie quoque annuntians dupliciа reddam tibi. Quoniā extendi mihi Iudam quasi arcum, impleui Ephraim: & suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponam te quasi gladium fortium. Et Dominus Deus super eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri. Dominus exercituum proteget eos, & deuorabunt, & subijcient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quasi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui: quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius. Quid enim bonum eius est, et quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, et vinum germinans virgines?

HISTORIA.

Onus verbi Domini. Hoc in capite iuxta 1
Hieronymum & Theodoretum, & quosdam alios, quibus assentior, prædicitur gentium vocatio, explicaturque fusius, quod cap. 8. dictum est de multitudine populorum, qui venturi sunt ad Ecclesiam. Cyrillus, & quidam è recētioribus propheriam esse putant de vrbibus, quas Iudæi expugnarunt, postquam Babylone redierunt: sed eōtextus ipse docebit maiora esse, quæ dicuntur, quam, vt illis temporibus conuenire possint, vt videbimus in illis verbis: Et auferam sanguinē eius de ore eius, & in sequentibus. Onus prophetiam esse tristem, & minis plenam, quæ quasi onus quoddā impositum premit eos, in quos profertur, diximus Nah. 1. nu. 1. & sequētibus. Quamuis autem lætum sit, quod de his vrbibus prædicitur, nempe venturas esse ad Christum: onus vocatur, quoniam prædicatores Euangelij quasi hostes introducit pu-

Matth. 11. Mar. 6.

gnantes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnantes, & diripientes; vere enim pugnarunt, non vt homines delerent, sed vt idolatriam & vitia, & Diaboli dominatum euerterent, quo modo sæpe loquũtur prophetæ, vt in Habdia, & Mich. 5. & alijs in locis. Adde quod hoc ipsum multis (vt postea dicemus) inuitis, & dolentibus faciendum erat, qui in magnis calamitatibus illud numerabant.

2 *In terra Hadrach.* Quoniam hoc nomẽ iterum in scriptura nõ legimus, variæ sunt de eo autorum sententiæ. Chaldæus vertit: In terra Australi: Communior sententia est Hadrach esse vrbem Syriæ iuxta Damascum, Cyrillus regionem esse dicit iuxta Hemath, quod fere idem est, nam Hemath vicina est Damasco. Hæc igitur prophetia explebitur in terra Hadrach, magis quã cõtra Hadrach, in cuius vtilitatẽ explenda est.

Et Damasci requies eius. Damascus vrbs est Syriæ potentissima, quæ ab ea dicitur Syria Damasci, vt iam diximus Ham. 1. n 15 Cum dicit *Requies eius*, nõ intelligitur, terræ Hadrach, sed Domini, est enim, *eius*, masculini generis apud Hebræos מנחתו Quasi dicat: Conuerteturad CHRISTVM Damascus, & Domin⁹ requiescet in ea, quasi in dilecta vrbe Chaldæus: Et Damascus conuertetur vt sit de terra domus maiestatis eius, id est, de possessione Ecclesiæ.

Quia Domini est oculus hominis, & omnium tribuum Israel. Quia Domino debẽtur oculi hominis, id est, omnium hominum, etiã si non sint ex tribubus Israel, iuxta illud Psa. 2. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Ac si dicat apertius: Omnium hominum oculi in Deum aspicere debent adorantes, & ab eo omnia bona expectantes, quia omnium creator omnium saluti consulit, sicut ait Apost. Ro. 3. An Iudæorum Deus tantum? Non ne & gentium? Immo & gentium. Vnde & Lxx verterũt.

5 * Quia Dominus respicit homines, & omnes tribus Israel. In Heb. est יהוה quod potest verti, Domini, & Domino, &, Ad Dominum semperque idem sensus est. Dicũtur autem oculi omnium in Deum aspicere debere eo modo, quo dictum est Psalm. 122. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri, ad Dñm Deũ nostrũ, donec misereatur nostri. Ideo igitur Dñs in Damasco requieret, quia, & si terra gentilium sit, non negligit salutem gentium, sed potius iubebit omnibus prædicari Euangelium, vt omnes salui fiant.

Hemath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon. Duplicé esse Hemath diximus Ham. 6. n. 8. alteram metropolin Syriç Cœle, quæ postea dicta est Antiochia, alteram, quæ ab Antiocho Epiphane dicta est Epiphania, vtriusque meminit Hamos capit. 6. prioris in principio, capitis posterioris in fine. Illius, quæ Epiphania dicta est, nunc Zacharias recordatur iuxta Hiero. & Cyrillum, & Theodoretum. Hæc autem erat terminus terræ promissionis versus Septentriones, sed extra terram ipsam, id est, initio Syriç, Cœles in prima mãsione euntibus à terra promissionis in Mesopotamiam, vt scribit Hieronymus in verba Hamos indicata, & in epistola, quæ incipit, Quæris Dardane.* Quare quasi terminus terræ Iudęorum ponitur Ham. 6. Et conteret vos ab introitu Hemath, vsque ad Torrentem deserti. Vt igitur Hemath i. Epiphania Syriç contermina erat Iudęis à Septentrionibus, ita Tyrus, & Sidon ab Occidente vaticinaturque Propheta finitimas has vrbes, sed extra terminos Iudęorum positas, aliquando numerandas esse in vrbibus Dei, sicut vrbes Iudęorum, quoniam credituræ erant Euangelio prędicantibus apostolis, vt quę viciniores essent, & prius quam aliç auditurę. Chaldęus: Hemath quoque conuertetur, vt sit de terra domus maiestatis eius, & Tyrus, & Sidon. Cum autem dicit. *In terminis eius*, pronomen, Eius, feminini generis est, vt manifestum est in Heb. & in Græco, id circo subaudiendum censeo, Requiei; dixit enim. Et Damasci requiet eius. In terminis, siue intra terminos requiei Domini erunt Hemath, Tyrus, & Sidon. Licet etiam cum Hieronymo interpretari: Hemath, in terminis eius, scilicet Damasci, aut terrę Hadrach. De Tyro, diximus Hos. 9. numero. 26. de Tyro, & Sidone Ioel. tertio, numero. 10. &. 11.

Assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. Tyrij, & Sidonij maxime gloriabantur in Sapientia, quod regi Tyri obijcit Dominus per tritionem Ezec. 28. Ecce sapientior es tu Daniele, & omne secretum non est absconditum à te. In sapientia, & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem. In multitudine sapientię tuę, & in negotiatione

tua multiplicasti tibi fortitudinem, & elevatum est cor tuum in robore tuo. Et cap. 27. Sapientes tui Tyre facti sunt gubernatores tui. Pro verbis, quæ modo interpretamur, in Hebr, est: Quoniam sapiens fuit valde, Lxx: Quoniam sapientes fuerunt valde, Sed quoniam hæc verba cum irrisione dicuntur, quod cum opinione sapientiæ tumerent huiusmodi ciuitates, veram tamen sapientiam non haberent, recte Hieronymus vertit. Assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. Sed cum dixerit, Tyrum, & Sidonem futuras esse in terminis requici Domini, quorsum nunc pro causa affertur: Assumpserunt quippe sibi sapientiam valde?* Pro quippe, in Heb. est כי, quod est, Quoniam, Quippe, Quamuis, hinc fit vt Quippe, siue Quoniam, quod idem est, sæpe ponatur pro Quamuis, vt Psalm. 77. Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt; numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? id est, Quamuis petram percusserit. Isai. 12. Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, ideſt, quamuis iratus es mihi laudabo te. Exho. 13. Cum emisisset Pharao populum, nõ eos duxit Deus per viam terræ Philisthim, quæ vicina erat, reputans, ne forte pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere. Pro, Quę vicina erat, in Hebr. & in Lxx. & in Chald. est: Quia vicina erat, id est, quamuis vicina erat, alioqui potius per eam ducturus erat quod vicina esset, & via compendiosior. Ita nunc: Assumpserunt, quippe sibi sapientiam, id est, Quamuis sibi sapientes videantur, Euangelij se simplicitati subijcient.

6 Quoniam pro Quãuis

7 *Et ædificauit Tyrus munitionem suam.* Quod de Tyro, & Sidone dicitur, quia ciuitates gentilium erant, & vicinæ Iudæis, id de alijs ciuitatibus gentium intelligamus. Sed de his potissimum loquitur Propheta, & quia notiores erant Iudæis earum diuitiæ, & potentia, & quia has maxime sibi subijcere optabant, quia in eorum sortem, id est, intra fines terræ eis promissæ cecideranr, & assidue cum illis bellum gerebant. Quamuis quod nunc ædificanda munitione dicit, Tyrus, & Sidon accuratius, & fortius quam ceterę ciuitates fecerunt, quia magis sapientię opinione præstabant, id est, vehementius restiterunt Euangelio. Ædificare munitionem, id est, res munitas, quod est arces, muros, vallum, & cetera huiusmodi, & coacceruare argentum, & aurum, vt abundę suppetant stipendia militibus, ciuitatis est non de deditione cogitantis, sed resistere oppugnatoribus, quantum poterit, volentis. Hac metaphora significat Tyrum, id est, eius principes, sacerdotes, Philosophos, & Astrologos (hæc enim hominum genera maxime aduersari solent prædicationi Euangelij) daturos omnem operam, & toto studio sapientiæ, callliditatis, potentiæque conaturos, vt Euangelio resistant. Sed quia nihil profecturi erant, subijcit: * *Ecce Dominus possidebit eam*: quod ex præcedentibus pendet, ac si diceret: Quamuis sibi valde sapientes videantur, & Euangelio toris viribus resistere conentur, Dominus possidebit eam. Nec temerè his metaphoris vsus est Propheta, sed aptissimè locutus est, erat enim Tyrus munitissima, & auro mirum in modum, atque argento abundabat. Vt ex Isaia vigesimo tertio, & ex Ezecielis vigesimo septimo, cognosci potest. Tria solent maxime obstare Euangelio recipiendo, tumor humanæ sapientiæ, diuitiç, munitio, siue fortitudo, qua homines efferuntur quasi superiores ceteris, & nullius ope indigentes. Hæc omnia Tyro, & Sidoni tribuit, & tamen ait. *Ecce Dominus possidebit eam.*

8

Et percutiet in mari fortitudinem eius. Dominus ei admouebit machinas bellicas, & eam tandem expugnabit: In mari autem dicit, id est, è mari, tota enim tunc mari cingebatur, & è mari erat oppugnanda. Ac si dicat: Quamuis fortis sit, quamuis sit ad eam difficilis accessus, expugnabunt eam tamen bellatores CHRISTI.

Et hæc comedet ignis. Vrbs ipsa cõsumetur, 9
ideſt, exterminabitur ex ipsa idololatria, & sentina vitiorũ, & ipsa absumetur illo igni, de quo Dominus ait Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accẽdatur? Ita Hieronymus, & alij. Noua fortasse, & insolens videbitur horum, & superiorum verborum interpretatio, vt ad tempus Euangelij, & spiritualem verbi Dei victoriam referantur, cum in Habdia, & Sopho. 2. probauerimus vrbes, quarum meminit noster Propheta, expugnatas fuisse à Iudæis Babylone reuersis, & possessas,

Cur Historica censeatur hæc explanatio, quæ potius videtur Allegorica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

atque hoc ipsum verba Zachariæ sonare videātur. Fateor equidem, si propriè essent accipienda, at Metaphorica, seu (vt magis propriè dicam) Allegorica sunt, & aliud sonant, aliud significant. Cogimur autem nō propriè accipere, sed Allegoricè, præcedentibus, & sequentibus, ex quibus vera verborum intelligentia in Scripturis desumitur. Etenim ab illis verbis, quæ paulò post legimus: Et auferam sanguinem eius de ore eius, vsque ad finem capitis, de Christo sunt omnia, vt mox demōstrabimus. * Quę
10 autem à principio capitis iam interpretati sumus, si proprietas verborum seruanda est, non sunt de armorum victoria, sed de victoria verbi Dei. Nam neque filiorum Israël meminit, quorum armis vrbes illæ capiantur, sed Dei, & à Deo possidendas esse dicit. Damascus non hominum requies dicitur, sed Dei, & causa expugnationis eius traditur, Quia Domini est oculus hominis, & omniū tribuum Israël. i. Quia Deus omniū autor omniū saluti consulit. De Tyro. Ecce, Dominus possidebit eam. Accedit quod de eadem victoria Euangelij solent prophetæ ita loqui, vt nunc Zacharias. Exemplo esse potest iuxta multorum expositionem illud Habdiæ: Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Hesau stipula, & succendentur in eis, & deuorabunt eos. Video me aliter fuisse interpretatū, sed ideò nunc hoc exemplo vtor, vt doceam viris eruditissimis non videri nouas huiusmodi expositiones. Multa etiam sunt huiusmodi in capite quinto Michææ, ex quo ait: Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum, &c. vsque ad finem capitis, vt ibi exposuimus. * Denique si Dominus ait: Ignem veni mittere in terram, &
11 Luc. 12. quid volo, nisi, vt accendatur? Si verbum Dei gladius est, vt ait Paulus Ephesi. sexto, non est absurda, aut insolens locutio, eos, qui Euangelium recipiunt, & Deo se totos tradunt, hoc gladio occidi, hoc igni incendi, aut etiam deuorari.

Videbit Ascalon, & timebit. Transit ad vrbes Palæstinorum inimicas etiam, vicinasque Iudæis, de quibus diximus Sophoniæ secundo, numero septimo, & octauo, easque eodem modo à Christi discipulis capiendas esse prædicit. Videbunt ergo Ascalon, & finitimæ vrbes captas esse Tyrum, & Sidonem, & timebunt, ne & ipsæ similiter capiantur, & munient se se aduersus oppugnatores, sed eodem modo capientur. Cum autem dicit, Timebit Ascalon, & Gaza dolebit nimis, & Haccaron, de earum principibus loquitur, id est, de sacerdotibus, & magistris idololatriæ, & ceteris, qui priuatæ vtilitatis causa aduersabantur semper Euangelio.

Quoniam confusa est spes eius. Cum viderit 12
ceteras ciuitates fortissimas victas esse, desperabit se posse resistere, & videbit earum rerum, quibus confidebat, nihil satis sibi esse posse, vt se tueatur, pudebitque in illis fiduciam suam posuisse. Hoc de obstinatis infidelibus, & sectarum suarum studiosissimis, aut vtilitatum suarum amatoribus, vt diximus, intelligendum est.

Et peribit rex de Gaza. Sunt qui regem idolum Gazeorum esse putent, quod regem vocabant, Hieronymus Diabolum potius intelligere videtur. Rectè sanè, sed cur de Gaza potius, quam de ceteris ciuitatibus Diabolus perit? Deinde, etiam si hunc scopulum ita vitemus, quomodo vitabimus proximum: Et Ascalon non habitabitur? Nam hæc simul iuncta aperte significare videntur Gazam esse capiendam ab hostibus occiso eius rege, & Ascalon omnibus ciuibus esse viduandam, vt deserta maneat vrbs olim celebris, quod prædicationi Euangelij non conuenit. Si dicas eijciendos esse infideles, & mansuros fideles, non habitatur vrbs manentibus in 13
ea fidelibus? * Quis dicat vrbem non habitari, si pulsis pristinis habitatoribus alij succedant, antequam pellantur priores? Hæc verba ita obscura sunt, ac difficilia explicatu, vt pene coegerint me totam huius capitis expositionem retexere, & de vastitate, quam à Iudæis passæ sunt Palæstinorum, vrbes post captiuitatē Babylonicam interpretari, de qua manifesta extat prophetia apud Sophoniam capit. 2. & in Habdia, vt suis locis explanauimus. Sed ne hoc facerem, obstiterunt, quæ dixi numero 9. & 10. Illud etiam maximè, quod statim de eisdem Palæstinis ait: Et auferam sanguinem eius de medio eius, & abominationes eius de medio dentium eius, & relinquetur etiā ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, &c. Non enim dicit perdendos esse Palæstinos, sed relinquendos Deo nostro, & duces futuros in Iuda: ꝙ manifestū est pertinere ad vocationē eiꝰ gētis per prædicationem

nem Euangelij. Nam Iudæi disperdiderunt eos bello, neque vnquam hoc, quod Historia sonat, impletum est, vt in societatem assumerentur, & essent quasi duces in Iuda. * Necesse est ergo fateri has locutiones
14 metaphoricas esse, & aliud significare quā sonāt. Rex perire dicitur de ciuitate, quando ciuitas regnare desinit, & in potestatem venit alienorum: & quoniam Gaza ventura erat in ditionem Christianorum recepto Euangelio, ait *Rex peribit de Gaza.* Quod emphasin habet, nam Gaza dicitur quasi fortis, vt ait Hieronymus, & vt notum est etymologiam intuentibus, acsi dicat, Illa fortis se dedet, & seruire CHRISTO, mallet, quam regnare, ita se humiliter geret rex, ac si regiam potestatem non haberet, priuatus potius videbitur quam rex.

Et Ascalon non habitabitur. Sophonias capit. 2. prædixit in loco, vbi olim erat Ascalon, moraturos pastores Iudęorum post captiuitatem: Et erit funiculus maris requies pastorum, & caulæ pecudum, &
15 etit funiculus eius, qui remanserit de domo Iuda, ibi pascentur, in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent. Cum ergo modo ait: *Non habitabitur*, iuxta subiectā materiam intelligendum est, non habitabitur vnquam à Palæstinis semel diruta, sed occupabitur à Iudæis & postea habitabitur à Christianis.

Et sedebit separator in Azoto. Hieronymus adnotat in Hebr. esse: Et sedebit סָיָוּר se autem vertisse, Separator, quo nomine Christum intelligi dicit, qui frumentum à paleis separabit, & pisces bonos à malis, & argentum, & aurum à sordibus, scoriaque discerner. Eritque sensus: Christus regnabit, & adorabitur in Azoto idolis expulsis, & vt iudex futurus omnium timebitur. Nomen Hebraicum Hieronymus ipse Deut. 23. interpretatus est: Non ingredietur mamzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem. Atque illud quidam ex Hebræis deducunt à verbo זוּר, quod est alienum esse, alij à verbo סָיָוּר cuius significationem ignorant, sed ex versione Hieronymi, qui Hebræorum illius temporis sententias sequitur, vt in huius Prophetæ proœmio diximus intelligimus idem esse quod separare. Spurius itaque, qui incerto parre natus est, rectè mamzer dicitur, quasi alienus, & non eius, cuius esse debuerat, debuit enim ex marito procreari: estque quasi separator, quia genus separat, & alienat, cum non sit eius filius, cuius esse debuerat. * Vtroque 16
modo CHRISTVS rectè dicitur mamzer, ideſt separator, quia constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum, & separaturus est oues ab hædis, & nunc etiam separator est, quia quosdam ad se adducit misericorditer, alios iuste in infidelitate, aut in peccatis suis relinquit. Mamzer etiam ideſt, alienus, quia secundum carnem erat ex Iudæis, quos Palestini alienos à se, & inimicos iudicabant. Lxx, Singularem numerum pro plurali acceperunt vertentes ἀλλογενὴς, ideſt alienigenæ, ex alia gente orti, ideſt, Christiani ignoti ante Palæstinis. Chaldęus: Et habitabunt domus Israel in Azoto, qui erant in ea, quasi alieni qui non habent patrem. Qui etiam rectè dicuntur separatores, quia electos prædicatione sua à reprobis separant.

Et disperdam superbiam Philistinorum: Non eos, sed superbiam eorum, efficiam vt humiles se se Euangelij magistris tradant instituendos. Recte etiam sic: Reprimam arrogantiam eorum, qui inter Palæstinos maxime resistebant Euangelio, non enim poterunt auertere eos, qui ad fidem veniunt, & superbia ipsorum cōfundetur.

Et auferam sanguinem eius de ore eius. Licet 17
numerum mutet (quod frequens est in scriptura) sine dubio de eisdem Palæstinis loquitur, vt totus contextus indicat, maximeq; illud: Et relinquetur etiam ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda, & Haccaron, quasi Iebusæus. Quare Lxx nihil immutato numero verterunt: Et auferam sanguinem eorum de ore illorum. Hieronymus sanguinem de ore eorū auferendum, blasphemias intelligit, quod & quibusdā placuit Hebræoū. Sed quoniam continuò ait: *Et abominationes eius de medio dētium eius*, quod de carnibus immolatis idolis etiam Hieronymus exponit, cōmodius ita interpretabimur. Efficiam, vt posthac omnino ab idololatria, & ab eius ritibus recedāt, & vt nō vescātur sanguine, nec carnibus, quę immolatę sunt idolis, vt ante cōsueuerant. Carnes enim vocat abominationes, ideſt, res detestabiles, & abominatione dignas, quia immolatæ erant idolis, quæ abominationes solent in scripturis vocari. Ita videmus Actuum. 15. præcepisse apostolos ijs,

Universidad de Deusto
Biblioteca

los ijs, qui conuersi erant ex gentibus, vt abstinerent à sanguine, & carnibus immolatis idolis, quæ idolothyta dicuntur, vt ita coalescerent cum conuersis ex Iudaismo, & fierent omnes vnus populus. Est ergo, ac si diceret: Palæstini conuersi ad fidem, vnus populus fient cum ijs, qui conuersi sunt ex Iudæis, quos antea odisse vehementer solebant.

18 *Et relinquetur etiam ipse Deo nostro.* Saluus fiet per Christum, quemadmodum & conuersi ex Iudæis. Notãdum est verbum, Relinquetur, quod illis ex Iudæis accommodari solet in Scriptura, qui pereuntibus ob incredulitatem ceteris per fidem Christi seruati sunt, vnde & reliquiæ dicuntur ab Isaia cap. 1. &. 10. & à Paulo Romanorum 9. &. 11, vt sæpè adnotauimus. Eodem igitur verbo vtitur de Palæstinis agens, vt significet gẽtes eamdem gratiam habituras cum ijs, qui ex Iudaismo conuerterentur.

Et erit quasi dux in Iuda, & Haccaron, quasi Iebusæus. Tale aliquid dicit, quale apud Virgilium Dido:

1. Æneid. *Tros, Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.*

Id est, Palæstinus non tractabitur à Deo quasi externus, sed ac si esset vnus ex ducibus, & ex principibus populi Dei. Et Haccaron (quod etiam de cæteris vrbibus Palæstinorum intelligendum est) erit sicut Iebusæus, id est, sicut veteres habitatores Ierusalem olim dictæ Iebus, qui non sunt exterminati à filijs Israël, sed manserunt cum illis in vrbe omnium maxima, & nobilissima. Iosue. 15. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non potuerũt filij Iuda delere, habitauitque Iebusæus cum filijs Iuda in Ierusalem vsque in præsentem diem. Idẽ

19 legimus Iud. primo: * Ita Haccaron, id est, Haccaronis ciues manebunt in Ecclesia, & crescent cum ijs, qui vocari sunt ex Iudaismo. Hieronymus, vt ex eius expositione intelligi potest, & Chaldæus, legerunt: Haccaron erit sicut Iebus, sed in Hebræo, & in Lxx legimus, Iebusæus, & sensus est idem, capitur enim Haccaron pro Haccaronite, & Iebus pro Iebusæo. Respondeant, qui præcedentia de Palæstinis dicta de eorum euersione, & expugnatione hostili per Iudæos interpretantur, quomodo hæc cum illis cohæreant, quæ in eodem contextu, & de eadem gente dicuntur, nec possunt nisi in bonã partẽ accipi. Cyrillus quidem coactus est mutare sententiam, & descendere in eam, quam nos sequendam esse indicauimus.

Et circumdabo domum meam ex ijs, qui militant mihi. Domum meam, id est Ecclesiam, circumdabo militibus meis, vt eam tueantur ab hostium incursibus. Hoc est, Eligam ex ijs, qui veniunt ad Ecclesiam, magistros, & propugnatores reliquorum, qui Catholicam doctrinam tueantur, & Diaboli machinas euertant. * Eligam, inquam, ex ijs, qui militant mihi, & mihi deseruiunt facientes omnia, quæ iubeo: hoc enim significat illud: *Euntes, & reuertentes*, quod est diligenter, & ad dominorum nutum ministrantium, vt Matthæi octauo. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, Vade, & vadit, & alio, veni, & venit, & seruo meo, Fac hoc, & facit. Possumus etiam intelligere hos milites esse angelos, qui nos custodiunt, iuxta illud Psalmi trigesimo tertio: Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum. Vtetque sensus est Hieronymi. Hebræa ita habent: Et circumdabo domum meam, siue, Castra ponam domui meæ, à militia, siue ab exercitu à transeunte, & à reuertente, quæ optimè reddunt sensum Hieronymi, circumdabo domum meam exercitu meo, eo, inquam, qui transit, & reuertitur, vt præpositio לְ significet, Ex. Sed potest etiam significare, Propter, vt diximus Hoseæ septimo, nume. 31. vt sit sensus, Circumdabo domum meam propter exercitũ aduersariorum, propter transeuntes, inquam, & reuertentes, ne ei noceant. Quem sensum cum R. Dauid sequuntur recentiores, sed mihi prior magis probatur, ita, vt expositus est.

21 Exactor

Et non transibit super eos vltra exactor. Exactoris nomine tyrannũ intelligit, qui acerbo dominatu subditos premit, & affligit. Dictus est ab eo, quod magna tributa imponat, & cum crudelitate exigat. Ideo interpres Chaldæi vertit tyrannus, Lxx, ἐξελάσων αὐτούς, id est, vt exposuit Hieronymus) foras eos educens, & vinctos in captiuitatẽ trahens. Isa. 9. Iugũ enim oneris eius, & virgã humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madiã. Et cap. 14. de Nabuchodonosor: Quomodo cessauit exactor, requieuit tributũ? Exactorem autẽ vocat Propheta noster Diabolũ, vt Esaias in verbis modo prolatis ex cap. 9. Diabolus enim, quasi tributum, peccata exigit ab ijs,

quibus

quibus dominatur, vt exposuit Hieronymus. Isai. 9. Hoc ergo ait: Non dominabitur Diabolus Ecclesiæ meæ, non imperabit tributa seruis meis. Quod non in tota Ecclesia expletur, (in qua multi peccatores sunt, & Diabolo pendentes tributa) sed in iustis & perfectioribus.

22 *Quia nunc vidi in oculis meis.* Quoniam nõ dicit, quid viderit, necessario subaudiendum est. Mihi videtur subaudiendum, Vos, Quia vos vidi oculis meis, ad vos oculos meos conuerti, qui prius ita me gerere videbar, ac si mala vestra non viderem, nunc volo vos intueri, & vobis benefacere. Videre enim dicitur Deus cum miseretur, vt Psal. 21. Deus, Deus meus, respice in me, &, 24. Respice in me, & miserere mei. Hoc autem toti Ecclesiæ dicitur, de qua extremis verbis agebat: Et circumdabo domum meam, &c.

TROPOLOGIA.

Hadrach (inquit Hieronymus) ex duobus integris nomen compositum, acutum & mollem significat, חַד enim acutus est, רַךְ mollis, aut tener. Onus ergo verbi Domini fit in terra Hadrach, quia ijs maxime Dominus comminatur, & in hos potissimum animaduertet; qui cum acuti essent, & mentis acumine præstarent, molles & teneri in vitia fuerunt. Nã si heberes & rardi, qui mentem versare in omnem partem, & omnia tempora cogitare non norunt, molles essent, & tentationibus cederent, esset vtcunque ferendum; minus enim ipsi peccarent, & paucioribus nocerent. * At qui mente valent, & præterita, futuraq; considerant, & quid faciant, & contra quem, vident, si faciant digna, plagis vapulabunt multis. Damascus, vt idem Hieronymus ait, est bibens sanguinem, & crudeles significat, quos odit Dominus. Sed quia in ijs, postquam eos semel ad se conuertit, requiescit libenter, vt in gratissimo hospitio, & ad ostendendam vim gratiæ suæ donis sæpe maioribus exornat, bene ait: Et Damasci requiei eius. Causam addit: *Quia Domini est oculus hominis*, &c. Quia creator, & pater est omnium, & omnibus prospicit. At si Domini est oculus hominis, in Dominum solum intueri debet, in eo vno spẽ suam collocare, non in diuitijs, non in potentia, non in nobilitate, nõ in eruditione, Dei enim est oculus hominis, & Deo soli debetur. Hinc Dauid: Leuaui oculos meos Psal. 120. in mõtes, vnde veniet auxilium mihi: Et vt; dubitare nequeas, quos montes intelligat Auxilium meum à domino, qui fecit cœlum, & terram. * Et: Oculi mei semper ad 24. Dominum. Quamuis indigni simus suspectu cœli, Domini est oculus hominis, ipsi Psal. 24. debetur, ipse intuendus, & inuocandus est, non solum quia aliunde habere bona non possumus, verum etiam quia iniuriam illi facimus, si aliunde speremus, aut si ad aliũ oculos leuemus. Prodigus filius sciebat si- Luc. 15. bi patrem merito irasci, sciebat se indignum esse, qui filius eius vocaretur: sed cũ egeret, petere debebat, & ipsi patri, quem non merebatur appellare, iniuriam faceret, si ab alio peteret. Idcirco cum pudore, & timore ad patrem accedit, & benignè admissus est. Et quia salus peccatoribus est nosse, quanta sit Dei misericordia, & quanta vis in emolliendis durissimis quibusque cordib⁹, vt inde ad bene de salute sua sperãdum erigantur, *Hemath quoque, inquit terminis eius, & Tyrus, & Sidõ.* Hemath vertitur χόλος, id est, indignatio, Tyrus, angustia, siue afflictio, Sidon, venatio, ita hæc interpretatur Hieronymus. Hemath ergo, & Tyrus, & Sidon erunt in terminis requiei Domini, quia homines iracundos mitigare nouit, & mansuetos, ac placidos reddit gratia sua, & eos, qui iustos affligunt, siue qui ita graues sunt illis, quibus cum agunt, vt ferri nequeant, caritate incendit, & patientia munit: Venatores, id est, auaros, & ambitiosos à turpi cupiditate reuocat, & omnes, cum vult, possidet * Multum gra- 25 tiæ Dei aduersari solet scientia, quæ inflat, & difficile alienæ sententiæ cedit, aut se tractari, ducique sinit: multum diuitiæ obstant, quæ suffocant sementem verbi Dei, & vel sapientes decipiunt fortitudo, & potentia obliuionem mortalitatis inducere hominibus solent, & ad quiduis audendum animos faciunt: sed hæc omnia possidebit Dominus, & vniuersam hanc fortitudinem percutiet, quamuis valde munita videatur, & difficiles habeat accessus: & si Dominus ignem incendere voluerit, Luc. 10. quem venit mittere in terram, vniuersa hæc deuorabit, & consumptis sordibus, (quia Deus noster ignis consumens Heb. 12. est) animam purgabit, & nitidissimam

Universidad de Deusto
Biblioteca

reddet. *Videbit Ascalon, & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Haccaron.* Ascalon, id est, ignis ignominiæ, libidinosos homines significat, Gaza, id est, fortis, aut imperiū (vt ait Hieronymus) superbos, & imperiosos, & potētiæ sæculari, corporisq; viribus confidentes. Haccaron sterilis, aut eradicata eos indicat, qui crudeles sunt, & nemini benefacere norūt. De quibus omnibus diximus Sopho.2.nu.34. & tribus sequentibus. *Quoties videmus hos omnes
26 tremere, & cōcionatores fugere, ac verbū Dei timere? Sed ipse Saulo, quē ad se adducere statuerat, confidēter dixit: Durum est
Act.9. tibi contra stimulū calcitrare, omnia vincit cum vult. *Peribit rex de Gaza*, quia efficiet vi gratiæ suæ, vt superbi, & imperiosi fastum deponant, seque minimis etiam submittāt,
Isa.11. sicut legimus in Isaia: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, vitulus, & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. An non minat puer paruulus lupos, & pardos, & leones, cum nobilissimi homines, & eruditissimi, & potentes, ac diuites, relictis omnibus cum sæculo ignobilibus, & pauperibus se se in religione tradunt gubernandos, ac regendos? *Ascalon quoque non habitabitur*, quia pro igne ignominioso libidinū ignis amoris Dei exardescet in animis electorum. *Et sedebit separator in Azoto*, quia in Azoto (quod vastitatem significat, aut ignem generationis, vel dilecti, vt eodem loco diximus) impij homines significātur, qui alios
27 verbis, & factis lædunt. * Sed cum Christus in eis sederit, qui alienus illis antea fuit, & separator est, separabit ab eis cupiditatem honoris, & pecuniæ, & quidquid ad alios lędendos prius incitabat, ac relinquet vim illam animi strenuam, & ad quiduis faciendum idoneam, & aptam, vt quemadmodum multum malo exemplo nocuerunt, multosque ad peccata allexerunt, ita
Act.9. postea mutata fortitudine multo plures ad Deum reuocent, & totis viribus pro Dei gloria, & salute animarum laborent. Ita Paulus spirans minarum, & cædis in discipulos Domini ibat Damascum lupus rapax, vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. At sedit separator in Azoto, separauit à generoso illo, & magnanimo pectore caliginem, & cæcam rabiem, cecidērunt ex oculis eis sicut squamæ; mansit viuida animi vis, & vix baptizatus erat, cum iam multos ad Christum adducebat, & per Synagogas conuincebat Iudæos, qui erant Damasci, affirmans, quoniam hic est Christus. * Pulchrum est, quòd sequitur: *Et disperdam superbiam Philistinorum*, non enim est superbia Iudæorum, sed Palæstinorum, neque inueniri debet in populo Dei, qui scit se gratiā eius esse, quod est, & nihil esse omnem hominem, nisi Deum timeat, & mandata eius obseruet. Non est, inquam, populi Dei, neque Iudæorum, id est, Deum confitentium, sed Philistinorum, qui (vt ait Hieronymus) interpretantur cadentes poculo, quod de calice biberint Babylonis, & inebriati corruerint. Poculum hoc, siue calix, superbia est, & appetitus dominandi, quo Diabolus inebriat quamplurimos. Quod autem statim dicit: *Et auferam sanguinem eius de ore eius, &c.* Hunc sensum habet: Abstraham illum ab omni cultu, & honore idolorum, iam non honores, non voluptates, non pecuniam colet, sed Deum, à quo sunt omnia. Sed si verbis adhærere volumus, sanguinem comedunt maledici, & detractores, qui alios linguis, quasi gladijs, occidunt, & maledictis, quasi dentibus, lacerant, sicut ait Propheta: Filij hominum,
29 dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. * Sanguinem etiam habent in ore, qui ore, id est, verbis, alijs vitam adimunt, vt hæretici, & illi, qui bonos mores corrumpunt, & ad peccata carnis, aut vltionis, & similia alios pertrahunt. Et quoniam, qui hæc faciunt, in gratiam idolorum suorum faciunt: nam, qui de alijs detrahunt, ipsi videri volunt meliores, & præstantiores, quod superbiæ est, &, qui alijs peccandi autores sunt, aut voluptates suas explere quærunt, aut ditiores esse, vel honoratiores, rectè cum idolorum cultum, & ceremonias se ablaturum promittit, ait: *Et auferam sanguinem eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius.* Quod cum factum fuerit, qui prius Palæstinus fuerat, coalescet omni
30 no cum veris Dei seruis, *& relinquetur ipse Deo nostro*, id est, Dei gratia ab æterna morte, & à peccatis multis liberabitur. *Et erit quasi dux in Iuda.* Dux enim erit multorum in populo Dei, quē multi mirētur, & cuius exemplū, ac ductum sequātur. * *Et Haccaron quasi Iebusæus*, qui enim eradicari meruerat,

28 Superbia non conuenit populo Dei.

Detractores sanguinem comedunt.

Psal.56.

29 Hæretici sanguinē comedunt.

rat, (quod sonat Haccaron) & arescere, & mitti in ignem æternum, manebit semper cum populo Dei, atque illis bonis fruetur, quæ veris Ierosolymitis promissa sunt. At quoniam omnia, quæ hactenus dicta sunt, eo spectabant, vt initio diximus, vt peccatores minime in peccatis suis desperarent, sed intelligerent miram esse vim gratiæ Dei, & nihil esse tam corruptum, aut perditum, quod non posset eius virtute reparari: & qui hæc audierant, & conuerti volebant, aut conuersi erant, timere de perseuerantia poterant, & viribus suis, quarum infirmitatem experti erant, diffidentes putare se non posse ad exitum peruenire certaminis: elegantissime continuo subiecit: *Et circumdabo domum meam ex ijs, qui militant mihi*, &c. vt tanto exercitus Dei præsidio septi nihil in posterum timeremus.

HISTORIA.

Exulta satis filia Sion. Hæc verba exposuimus Soph.3.num.36. Quoniam magnifica
R quædam, & mirabilia promiserat, tantorum bonorum fontem indicat aduentum, & mortem filij Dei Domini nostri IESV CHRISTI, & exultare, atque iubilare iubet filiam Sion, siue filiam Ierusalem, id est, Ierusalem, vt Hosee.10. explicauimus, nu.28. & Hamos.5.n.4.&.5. Cur autem hæc dicantur Ierusalem, satis initio capit.8. huius prophetiæ explanauimus.

Ecce rex tuus veniet tibi. Hanc prophetiā Euangelistæ Matthæus, & Iohannes docent expletam fuisse, cum paucis ante passionem diebus ingressus est Dominus IESVS in Ierusalem pullo asinæ insidens. Ita enim ait Matth.ca.21. Hoc autem factum est, vt adimpleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Iohan. vero cap.12. Et inuenit IESVS asellum, & sedit super eum, sicut scriptum
R est: Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinę. * In quibus videmus Euangelistas more suo verbis paulum immutatis eumdem sensum retinuisse. Nā quod Iohan. ait: Noli timere filia Sion, perinde est, ac si diceret: Exulta filia Sion, nihil tibi in posterū nocebunt hostes, nihil est, quod iam vllum timeas tanto rege veniente. Matth. ex duobus vnum cō texuit testimonium, vt facere interdū solēt Apostoli, & Euangelistæ (quod notauimus Hos.13.n.33.) vt Paulus Ro.3. Marcus capi.1. sicut scriptum est in Isaia propheta: Ecce ego mitto angelum meū ante faciem tuā, qui præparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, &c. Prior testimonij pars desumpta est ex Malach.3. posterior ex Isa.40. Atq; hoc nō temere faciunt, sed vt ostendant de eadem re loqui duos prophetas, & obscuriorem locum per apertiorem explanent. Celebris erat inter Iudæos locus ille Malachiæ: Ecce ego mitto angelum meum, &c. copulat hunc Marcus cum altero Isaiæ: Vox clamātis in deserto, &c. Vt sciamus in voce clamantis in deserto eum esse intelligendum, de quo Malachias dixit: Ecce ego mitto angelum meum. * Ita Matt. cum Isai.62. scriptum esset: Dicite filiæ Sion, Ecce saluator
33 tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo, quod notissimū erat de Messia dici: assuere eius initio voluit verba Zachariæ, vt intelligerentur de eodē locuti prophetæ, & sciremus eum, qui super asinam, & pullum ingressus est, nō quę piam è minoribus regibus, sed illum ipsum esse, de quo dixit Isaias: Ecce Saluator tuus venit, ecce merces eius cum illo, id est, magnis præmijs donare potest suos: rametsi pauper videatur, & vt pauper asino insideat. Et opus eius coram illo, id est, nō obliuiscetur operis sibi commissi, hoc est, salutis hominū, sed eam sedulo perficiet. Atq; cum pullo vectus ingreditur in Ierusalem, id facit, & id quærit, quod sibi demandatum est, & in vrbem venit, vt morte sua saluos faciat suos.

Ecce rex tuus venit tibi. Ita legendum, vt manifeste constat ex Hebræo. Quod autē
34 in Euangelistis legitur, Veniet, nihil refert, nam &, veniet, verti potest, quandoquidem in illis, & in LXX est, ἐρχόμενος quod præsentis, & futuri significationem habet, vt Matt.11. Tu es qui vēturus es, Græce, ὁ ἐρχόμενος i. veniens, aut venturus, de quo diximus Haba.2.n.6.&7. Hoc autē, qđ est ab omnib⁹ prętermissum merito quęrēdū est, cur cū sępe Christ⁹ venerit in Ierusalē, extremi tātum aduētus meminerit Zach. quo super pullū asinæ ingressus est. Mihi ex superioribus ratio videtur reddenda. Capite sexto cum de quatuor quadrigis loquebatur, in multis cuiusque regni expeditionibus illius tantum mentionem fecit, qua regnū prius euertebatur, & nouū constituebatur,

Cur Zacharias extremi aduentus Christi in Ierusalē meminerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt obſeruauimus ibi, num. 17. Ita ergo nunc de eo aduentu in Ieruſalem loquitur, quo Dominus Ieſus per mortem ſuam ſuperauit fortem armatum, & ſuos ex eius poteſtate liberauit, ac monarchiam ſuam conſtituit. Hic enim fuit extremus eius aduentus è Galilęa in Iudęam, & eo animo venit, vt moreretur, ſicut ipſe indicat Matth. 20. Ecce aſcēdimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte.

35 *Iuſtus, & ſaluator.* Iuſtus, vt te iuſtificet, & peccatis omnibus liberet, ſicut ait Paulus Rom. 3. Vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui ex fide eſt Ieſu Chriſti. Saluator, vt à poteſtate Diaboli, & à peccatis liberatum, in æternæ ſalutis, & pacis regno conſtituat. Euangeliſtæ hæc duo omiſerunt ſenſum præcipuum poſuiſſe contenti; notus enim erat locus, quod & ceteros, & maximè Iohannem, feciſſe animaduertimus in teſtimonijs veteris teſtamenti.

Pauper. Lxx πρᾶος, Græcus interpres Matthæi πραὺς, quod idem eſt, id eſt, mānſuetus, ſiue humilis, Hebræo עָנִי, Iſa. vltimo: Ad quem autem reſpiciam, niſi ad pauperculum? Lxx: Ad humilem, vbi in Hæbræo eſt idem vocabulum. Et meritò humilis pauper dicitur, ſemper enim ſibi pauper, atque egenus videtur.

* *Et aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.* Prius tranſlationē diſcutiamus, in qua multi hærent, deinde cetera explicabimus. Vbi habemus, Super aſinam, in Hebræo eſt עַל חֲמוֹר, quo vocabulo, quoniā aſinus ſolet ſignificari, quidam putant vertendum fuiſſe: Super aſinum. *Euthimius in cap. 21. Matthæi, affirmat in noſtra prophetia non eſſe, Aſinam, ſed ὄνον, id eſt, aſinum, & Ianſenius in Concordia cap. 110. idem dixit, hoc etiam addens, nomen Hebraicum maſculini generis eſſe. At vtrumque nomen maribus, & feminis dari ſolet. De Hebraico apertum habemus teſtimonium. 2. Regū. 19. Dixique ei, ego famulus tuus, vt ſterneret mihi aſinum, & aſcendēs abirem cum rege. In Hebræo eſt: Et aſcendam עָלֶיהָ, id eſt, ſuper eam. Ex quo cōſtat legendum eſſe, vt ſterneret mihi aſinam. Commune enim fere eſt hoc nominibus animalium, vt & maribus, & feminis dentur apud Hebræos, & apud Græcos, & Latinos, vt adnotauimus Hoſ. 10. nu. 14. Quare neq; de nomine Græco dubitari debuit,

36

ſed obliti ſunt; qui hoc dicunt, paulò ante ſcriptum eſſe in eodem cap. 21. Matthæi: Et inuenietis aſinam alligatam, & pullum cū ea, ὄνον δεδεμένην, καὶ πῶλον μετ' αὐτῆς. Et poſtea: Adduxerunt aſinam, & pullum, ἤγαγον τὴν ὄνον. Quamuis ergo nomen Hebraicū, & Græcum ambiguum ſit, nec articulum habeat apud Lxx ὄνος, vnde genus cognoſcatur, certiſsimū eſt, nec dubitare de hoc fidelis, aut debet, aut poteſt, aſinam fuiſſe, quoniam Euangeliſta Matthæus expreſsit. 37

* Sed ipſo etiam tacente res nota eſſe debuit, ſequitur enim ſtatim: Et pullum filiū aſinæ: pullus autem aſinæ non patrem ſequitur, ſed matrem. Et hic pullus filius erat aſinæ, quam ſequebatur, vt ſignificationi cōgruebat, ſicut paulò poſt dicemus; nam Lxx verterunt: Et aſcendens ſuper ſubiugalem, & Matthæus ait, pullā filium eſſe ſubiugalis: Aſcendens ſuper aſinam, & pullum filium ſubiugalis. Præterea, vbi nos habemus: Et ſuper pullum filium aſinæ, in Hebræo eſt: Super pullum filium aſinarū, quæ phraſis Hebræorum eſt, vt pluralem ponāt pro vno ex ſingularibus, vt adnotauimus Habac. 1. num. 5. Iudicū. 12. Et mortuus eſt, & ſepultus in ciuitate ſua Galaad Hebraicè: In ciuitatibus Galaad, id eſt, in vna ex ciuitatibus Galaad. 2. Reg. 17. Forſitan nunc latitat in foueis. Hebræus: In vna foueārū. Ita nunc filium aſinarum, id eſt, vnius ex aſinis, illius nempè, quam ſequebatur: propterea Matthæus dixit: Et pullum filiū ſubiugalis, Iohannes vero: Sedens ſuper pullū aſinæ. Altera etiam phraſis adnotanda eſt Hebræorum, cum nomini animalis generis adiungitur, animal illud ſignificatur nouum eſſe, & adhuc matrem ſuam ſequi. Gene. 38. Mittam tibi hœdū de gregibus. Hebræus: Hœdum caprarum, id eſt, tenerum. Heſd. 6. Et obtulerunt in dedicatione domus Dei hircos caprarum, pro peccatis totius Iſraël duodecim. *Et Alexander, qui vigeſimo fere ætatis anno regnare cœpit, dicitur Danie. 8. hircus caprarum, quia iuuenis erat. Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente ſuper faciem totius terræ. Propterea Lxx nunc verterunt: Et ſuper pullū nouum. Inde Marcus dixit cap. 11. Inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit.

Reg. Pluralis pro vno ex ſingularibus. 38

Nunc illud quærendum reſtat, vtrum ſuper vtrumque iumentum Dominus ſederit, An ſuper vtrumque

Animal Chriſtus ſedens.

derit, an ſuper alterum. Hieronymus in capit. 21. Matthæi ait: In paruo ītlīeris ſpatio non potuiſſe ſuper vtrumque ſedere, ſed ſuper alterum, & probabilius eſſe ſediſſe ſuper pullum. Eadem eſt ſentētia Chryſoſtomi, & Euthymij in eumdem locum, & autoris imperfecti, & Ianſenij in Concordia Euangeliorum, cap. 110. Alij contra ſentiūt ſuper vtrumque ſediſſe, vt idem Chryſoſt. Homil. 65. in Iohannem, Theophylactus in Matthæi, cap. 21. Lyranus in Iohannis. 12. & Caietanus, & alij. Atque hæc poſterior nō ſolum verior, ſed ſola vera ſentētia eſt, atq; adeò pro certa habenda, vt dubitare fas nō eſſe videatur. *Etenim quid apertius eſſe poteſt verbis Prophetæ: *Et aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ?* Super vtrumque ergo aſcendit. Et Matthæus inquit: Et adduxerunt aſinam, & pullum, & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum deſuper ſedere fecerunt. Si ſuper eos veſtimenta poſuerunt, ſuper vtrumque ſedit; ideò enim ponebantur, vt mollius Dominus ſederet. Denique quid obſtat, aut quid eſt in ſenſu abſurdi, vt verba Prophetæ, & Euangeliſtę propriè non accipiamus? Si ſimul ſuper vtrumq; ſediſſe diceremus abſurdum id quidem eſſet; ſed prius ſuper aſinam, & inde ſuper pullum aſcendiſſe magni myſterij ſignificandi cauſa, quid abſurdi habet? Abſurdum fortaſſe cuipiā videatur pullo inſediſſe indomito, & ſuper quē nullus hominum ſederat, ſed hoc ipſi fatentur, & tres poſteriores Euāgeliſtæ palā docent. *Quoniam ergo aſina ſubiugalis Iudæorum populum ſignificabat, qui tulerat iugum legis, pullus autem, ſuper quem nemo ſederat, populum gentilium, qui nulli legi ſubiectus fuerat, vt Iuſtinus martyr in dialogo Cum Triphone, & Origenes tractatu. 14. in Matthæum, & Cyrillus, & ceteri patres tradūt, & vtrumque populum ad ſe Chriſtus adducturus erat, & in cœleſtē Ieruſalē introducturus, meritò ſuper vtrūque ſedet, etiam in breui itinere; neq; enim defatigationis, ſed myſterij cauſa ſedebat. Sed prius ſuper aſinam, quia primi credentes fuere Iudæi, deinde ſuper pullum. Quāuis, ſi quis contēdat prius ſuper pullum ſediſſe, deinde ſuper aſinam, quia prius intratura erat plenitudo gentiū, & poſtea omnis Iſraël ſaluus fiet, vt ſcribit Apoſtolus Rom. 11. probabiliſsimè contendet, & me haud inuitum in ſententiam adducet ſuā.

39

48

Hinc iam ineuitabile aduerſus Iudæos argumentum colligunt Euſebius libr. 8. de Demonſtratione Euang. demonſtratione 4. & lib. 9. demonſtratione. 17. & Chryſoſt. Hom. 67. in Matthæum, Ieſum Dominum noſtrum eſſe verum Meſsiam prænuntiatum hoc in loco à Zacharia, quoniā à tempore Zachariæ vſque ad excidium Ieruſalē nullum regem habuerunt, qui aſinæ inſidens ingreſſus in vrbem ſit, & in quo finem hæc prophetia habuerit, niſi Ieſum Nazarenum. 41

Et diſperdam quadrigam ex Ephraim. Euſebius duobus in locis modo indicatis, & libro ſecundo de Demonſtratione Euange. demonſt. 28. interpretatur hæc de excidio Ieruſalē, quo Deus diſperdidit quadrigas, & equos, & vires Iudæorū per Romanos; duas enim tribus appellari putat per contemptum Ephraim (quod nomen eſt decē tribuum) quod meliori nomine dignæ nō eſſent. Verum neque propriè accipit nomen Ephraim, neque oſtendit vbi datum fuerit aliquando duabus tribubus, neque ſatis hoc conuenit cū eo, quod dicere cœperat: Exulta ſatis filia Sion. *Senſus apertus, & ſatis conueniens eſt, verba fieri de pace, quam per Euangelium homines conſequuntur; nam caritate inter ſe deuincti, & bona ſæculi non magni facientes tranquille, & ſine bellorum tumultu degunt. Vbi autem pax eſt, quadrigarum, & equorum, qui ad bellum parantur, nullus eſt vſus, & omnia bellica inſtrumenta in pacis inſtrumenta vertūtur, vt Iſa. 2. & Mich. 4. Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur vltra ad pręlium. De hac pace multa dixit Hoſęæ. 2. Mich. 4. & 5. & alijs ſæpè in locis. Sed Mich. 5. hoc ipſum pollicetur: Et erit in die illa, dicit Dominus: auferā equos tuos de medio tui, & diſperdā quadrigas tuas, vbi plura diximus. Hoc etiā oſtendit rex non quadrigis, aut equo vectus, ſed aſina, & pullo, quorum non in bello, ſed in pace vſus eſt. Id ipſum, quod Ieruſalem, promittit & Ephraim, id eſt, decem tribubus per terram Medorum, & perſarum, aliarumque gentium diſperſis, quæ ſunt ad Euangeliū conuertendæ, & ſalutem conſecuturæ, vt in Ieremiæ. 31. cap. docemur, & in multis prophetarum locis ante vidimus. Vide Hoſ. 1. numero. 103. 42

Universidad de Deusto
Biblioteca

43 *Et dissipabitur arcus belli.* id est, Quo in bellis maximè vtuntur, vt diximus. Hosææ. 1. numero. 84.

Et loquetur pacem gentibus. Non Iudæis solum, sed etiam gentibus, quibus per apostolos suos annuntiauit Euangelium pacis. Pacificè eis loquetur, & amice eos hortabitur, vt ad se veniãt, & pacem secum ineant. Loqui enim pacem est amice, & pacifice loqui, Psalm. 27. Qui loquuntur pacem cũ proximo suo, mala autem in cordibus eorum. &. 84. Quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Loqui pacem.

Et potestas eius à mari vsque ad mare. Significat Christum per conuersionem gentium in toto orbe esse regnaturum, & vbiq; esse adorandum. Eadem verba de eodem sunt in Psalm. 71. Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Nam in Zacharia non est in Hebræo: A fluminibus, sed, A flumine, vt in Psalmo. Est autem difficile in vtroque propheta, de quibus maribus, & de quo flumine verba fiant explicare. Solet quidem in Scriptura in flumine Euphrates intelligi, sed cur Euphrates terminus terræ ponatur, cum sint extra illum multæ, magnæq; prouinciæ? * Variæ sunt & Hebræorum, & nostrorum interpretationes, sed cur longus sim ea dicendo, quæ non probo? Termini terræ Hebræis promissæ ita describuntur Exho. 23. Ponam autẽ terminos tuos à mari Rubro, vsque ad mare Palæstinorum, & à deserto vsque ad fluuium. Fluuius autem est Euphrates, qui plerumque hoc nomine in Scriptura intelligitur, vt Isa. 7. Radet Dominus in nouacula cõducta in ijs, qui trans flumen sunt, &c. & cap. 11. &. 27. Percutiet Dominus ab aluco fluminis vsque ad Torrentem AEgypti, & leuabit manum suam super flumen. In quibus locis semper ita, vt diximus, interpretatur Hieronymus. Similiter capitur Hesd. 4. 5. &. 6. vbi dicitur, Trãs flumen. Constat hoc etiam ex translatione eiusdem loci Exhodi apud Lxx, & apud Chaldæum, & multo certius ex alijs locis, vbi ijdem termini signantur, vt Gen. 15. Semini tuo dabo terram hanc à fluuio AEgypti vsq; ad fluuium magnum Euphratem. Deutero. 11. A deserto, & à Libano, & à flumine magno Euphrate, vsque ad mare Occidentale erunt termini vestri. Eadem verba sunt Iosue. 1. * Libanus erat terræ promissionis ad Septemtriones, desertũ Arabiæ (de eo enim semper intelligit in his locis) ad Meridiem mare Palæstinorum, siue Mediterraneum, quod etiam magnum dicitur Iosue. 1. ad Occasum, quare & Occidentale vocatũ est. Euphrates erat ad Oriẽtem. Torrens AEgypti, siue deserti ad Meridiem. Nec tamen hæc omnia obtinuit Israël propter desidiam suam, & peccata, vt scribit Hieronym⁹ in Epistola, Quæris Dardane. Quamuis Palæstinos vicerit Dauid, & de Salomone legamus. 2. Paral. 9. Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate vsque ad terram Philistinorum, & vsque ad terminos AEgypti. At ij tributa pendebant Salomoni, terram eorum filij Israël non tenebant. Quoniam igitur Salomon figura Christi regis pacifici fuit, cuius imperium porrectius, & latius fuit, quam vnquã penes Iudæos fuerit; Propheta prædicit omnia illa regna, quæ promissa sunt Iudæis, & in quæ Salomon vtcunque exercuit potestatem, Christo esse paritura. * Hoc ita dicendũ, atque hi termini signandi fuerunt, quia Iudæis, qui semper hæc tenere optarunt, neque vnquam assecuti sunt, magnæ cuiusdam, & raræ felicitatis videbatur. Verum, quia multo plura possessurus erat Christus, cui dictum erat: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: additum est: Et à flumine vsque ad terminos orbis terrarũ. Ac si diceret: Etiã extra terminos regni Salomonis, & terræ Hebræis promissæ producet imperiũ suũ, quomodo de Augusti Cęsaris imperio scripsit Virgilius:

—— Qui rursus Latio, regnata per arua
Saturno quondã, super & Garamantas, & Indos
Proferet imperium. Iacet extra sidera tellus
Extra anni, Solisque vias, vbi cœlifer Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

Itaque cum dicit: A mari vsque ad mare, intelligimus ex locis citatis à mari Rubro, vsque ad mare Mediterraneum. A fluminibus, id est, à flumine Euphrate termino Orientali, & à torrente deserti, qui terminus erat à Meridie, de quo multa diximus Ham. 6. num. 14. vsque ad fines terræ. * Dicturus videbatur: A flumine vsque ad flumẽ, & ex insperato dixit: A fluminibus vsq; ad fines terræ, quod vbiq; regnaturus esset Christus. Intellexit ergo Hieronymus in Hebræo singularem pro plurali positũ esse; & ideò vertit, A fluminibus: quod etiam

Locus Psalmi. 71.

44 Termini terræ Hebræorum.

Flumen.

45

46

Psal. 2.

6. Aeneid.

47

fecerunt Lxx interpretes, & Aquila, vt autor est Eusebius libr. 9. de Demonstratione Euang. demonstr. 17. & libr. 8. demonstr. 4. Et sanè meritò, melius enim significatur latitudo imperij Christi, si dicatur: A fluminibus vsq; ad fines terræ, quam si diceret, A flumine, id est, ab Euphrate, sicut vertit Chaldæus, tunc enim fortasse quis intelligeret: Ab Euphrate vsq; ad fines terræ, qui sunt trans Euphratem, id est, vsque ad vltima regna Orientis. At cum dicit: A fluminibus vsq; ad fines terrę, omnes fines complexus est, quoniam Euphrates Orientalis erat Iudæis, & quadã ex parte Septemtrionalis. Torrẽs autem deserti à Meridie erat, & quodam modo ab Occidente. * Ex hac Hieronymi, & Lxx, & Aquilę translatione cognoscimus in Psalm. 71. vbi eadem verba sunt, etiam si legatur, A flumine vsque ad terminos orbis terrarum, singularẽ positum esse pro plurali: nam & Eusebius lib. 9. modo indicato, demonst. 17. eumdem locum referens legit: Et à fluminibus vsque ad terminos orbis terrarum. Ita etiam legitur in Commentarijs Hieronymi in Psalmos, qui desumpti sunt ex verbis Origenis, & in Græcis biblijs Aldi. Ex his verbis constat Psalmum illum Lxx. nequaquã de Salomone scriptum esse, cui hæc conuenire non possunt, sed de Christo, vt confirmat Eusebius lib. 7. de Demonstratione Euang. demonstr. 7.

48

Tu quoque in sanguine testamenti tui. In hoc loco multum Hebræi à nostra translatione discrepant, ita enim vertunt. Tu quoque in sanguine fœderis tui, emisi vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua. Volunt etiam Tu, pro quo in Hebr. est אַתְּ, feminini generis esse, & tui, & tuos, quia eiusdem generis sunt, non ad Christũ referri, sed ad Congregationem Ierusalem. * Ita etiam vertũt Vatablus, & Porchetus in prima parte Victoriæ contra Iudæos. 18. & Galatinus libr. 8. de arcanis Catholicæ veritatis. c. 20. Sanctes Pagninus, Leo Hebræus, atque alij recentiores. At nec negare possunt ipsi, neq; ignorare אַתְּ .i. Tu, generis feminini, poni interdum pro masculino אַתָּה, vt Num. 11. vbi nos habemus: Sin aliter tibi videtur, &c, & Deuter. 5. vbi dicitur: Loquerisque ad nos, & Ezec. 28. Tu Cherub extensus, & protegens. In multis præterea locis scribitur אַתְּ sine litera ה, quare cum sine punctis scripserint prophetæ, sæpè ita scripserunt cum viris loquẽtes, vt nunc scriptum videmus in Zacharia. Verum totum hunc locum impij Iudæi inuidentes gloriæ Christi vitiauerunt punctis suis, & adiectione vnius minimæ literæ, iod, quam addiderũt verbo שלח ita enim scripsit Propheta, vt sonaret Sillahtha, id est, emisisti, ipsi autem addito ,י, legunt שִׁלַּחְתָּי quod est, emisi. * Deinde vbi Propheta scripserat בריתך vt sonaret Berithcha, id est, fœderis tui, & אסיריך vt proferretur, Asiretcha, id est, vinctos tuos, vtrumq; masculino genere, ipsi alia, quam debuerunt, puncta subscribentes in femininum genus mutarunt בְּרִיתֵךְ, & אֲסִירַיִךְ viderunt enim præclarum dari à Propheta de gloria Christi testimonium. Quæris vnde probem deprauatum esse locum? Quòd lectionem hanc Iudæorum Ecclesia Christi nunquam agnouit. Fideliter vertit Hieronymus quod in Hebræo inuenit, adeò, vt etiam illius temporis Hebræi fatererentur eius in vertendo laborem fuisse veracem, vt testatur Augustinus lib. 18. de Ciuit. c. 43. Nec potuit ignorare, quod pueri tum sciebant, cur ergo vertit: Emisisti, nõ autẽ Emisi? Quod ille sensit, & legit, & Hebræi tunc omnes sentiebant, & legebant, quos ipse maximè sequitur, vt ostendimus in proœmio huius Prophetæ. Immò paulò post exponens illud: Quoniam extendi mihi Iudam, expositionem referens Hebræorum legit, & interpretatur, Emisisti. * Sed bene habet, quod si Hebraica exemplaria corruperunt, Græca Lxx corrumpere non potuerunt, in quibus planè legitur ἐξαπέστειλας, id est, emisisti, atque ita legerũt veteres, vt Origenes tractatu. 14. in Matth. Hiero. Augustin. 18. de Ciuit. cap. 35. Cyrillus, Theodoretus, & Græci omnes. At negant multi Hebræos (bonos videlicet viros, & integros) quidquã in sacris literis mutasse. Hoc alterius temporis, & loci est, sed, qui videre volet Iudæos multa in Scriptura mutasse ex confessione Iudæorum, legat Porchettum in 1. p. Victoriæ cõtra Iudæos, cap. 15. vbi copiosè hoc demonstrat, quamuis in multis exemplis illi minimè assentior. At cur id non fecerũt in superioribus verbis, quibus multo magis conuincũtur: Ecce rex tuus veniet tibi iustus, &c? Quoniam ibi dolus succedere non poterat, non erant apta verba, vt vitiarentur. In his autẽ, quæ nunc exponimus, additione minimæ literę totũ locum deprauarũt; nam puncta,

49

50

51

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ prius nulla erant, facile pro libito subscribere poterant. Leue est hoc in his reis crimen, maiora ausi sunt inuidia, atq; odio cæci, sed non sunt, vt dixi, huius loci.

52 Retineamus igitur inuitis Iudęis lectionem, quā semper Ecclesia Catholica agnouit, in qua Propheta ad Christum, de quo loquebatur apostropham faciens. Tu, inquit, Christe, qui sedens super asinam, & super pullum asinæ venisti Ierusalem iustus, & saluator, non solum eos, qui tum aderāt, sed omnes etiam iustos, qui limbi carcere tenebantur, eduxisti in sanguine tuo, id est, virtute, & vi sanguinis tui. Ita enim sæpè capitur In, vt idem valeat, quod Virtute alicuius, vt Psalm. 43. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo sperne mus insurgentes in nobis. Et Psalm. 17. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum, id est, virtute tua, virtute Dei mei. Rom. 3. Quē proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Cuiusmodi sunt alia quam plurima. Sanguinem testamenti vocat sanguinem pacti, seu fœderis, per quem fœdus cum Deo initum est, & humanū genus autori suo reconciliatum, cum enim fœdera inibātur, sanguis effundebatur, vt diximus Hosęæ. 10. nu. 10 &. 11. Sanguis etiam testamenti dicitur, quia per eum autor vitę moriens æternam nobis hæreditatem confirmauit. * Vtrumque enim significat testamentum, id est, fœdus, siue pactum, vt probauimus Hosęæ. 10. nu. 10. & Hamos. 1. nume. 22. & dispositionē hęreditatis morientis testatoris, vt Hebr. 9. Vbi est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Vtriusque rei causa dixit Christus: Hic est enim sanguis meus noui testamenti. Matthæi vigesimo sexto.

In, pro Virtute alicuius.

53 12

Emisisti vinctos tuos. Captiuos, qui in te crediderant, & te expectabant, vt liberarentur.

De lacu, in quo non erat aqua. Id est, De limbo patrum, vt exponunt Hieronymus, Cyrillus, S. Thomas. 3 part. quæst 52. A. 1. quos sequuntur recentiores. בור, id est, lacum, siue foueam vocant Hebræi carcerem subterraneum, & obscurum, vt Gene. 40. Vt educat me de isto carcere, quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. Inde mansionibus inferorum hoc nomen tribuitur, vt Isa. 40. Verumtamen in infernum detraheris in profundum laci, vt Psal. 87. AEstimatus sum cum descendentibus in lacū. *Sed quoniam lacus interdum habet aquam, interdum non habet, & cum non habet, carcer est, addidit: In quo nō erat aqua. Quasi dicat: Non erat lacus aquæ, sed carcer profundus, & insuperabilis, vnde exire non poterant, nisi à te educerentur.

Lacus.

54

Conuertimini ad munitionem vincti spei. Dixit quid allaturus esset Ierusalem, Christus, id est, pacem & salutem & quid vinctis in limbo: nunc quid post ascensionem facturus sit per apostolos in conuersione gentium, docet, & Iudæos alloquitur, qui Christum sperabant venturum, eosque spe futurorum bonorum consolatur. O vincti spei, id est, O vincti sperantes, qui captiuitate Diaboli tenemini, & libertatē per Christum speratis, conuertimini ad munitionē, id est ad locum munitum, hoc est, ad Ecclesiā, vt exponit Cyrillus, siue ad ipsum Christum, qui arx quædā munitissima est, iuxta illud Psalm. 30. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij, vt saluū me facias, & Prouerb. 18. Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Recipite Christum, ne sitis incredduli, ne inuideatis vobis ipsis tanta bona. Videbantur hæc verba ad eosdem, qui erāt in limbo, referenda, sed ad Iudæos exhortandos conuerti sermonem, vt iam expositi, docet id, quod sequitur: Quoniam extendi mihi Iudam, &c.

55

Hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi. Si fortè vita, ad quam vos Christus vocat, videbitur laboriosa, & expers voluptatum, si persecutiones erunt in ea perferendæ, ne timeatis, reddam vobis pro istis laboribus duplicia, id est, præmia, & gaudia multo maiora, quam fuerunt labores. Sicut Latini decumana vocant, quæ magna sunt, ita Hebræi duplicia, vt Isa. 40. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Et cap. 61. Pro confusione vestra duplici. Iere. 17. Duplici contritione cōtere eos. Est ergo, ac si diceret: Et ego hodie annuntio vobis me duplicia vobis redditurum. Etenim Participiū apud Hebræos, est tempus præsens apud nos, itaque, *Annuntians* pro *Annuntio* ponitur, siue, Promitto, vt etiam ex Hieronymi expositione intelligitur. Leo Iudas: Quia & hodie annuntio, quod duplicia sim tibi redditurus. Mutauit autem numerum, & à plurali transiuit ad

Duplicia.

singularem, vt sæpè adnotauimus fieri in prophetis: sed non sine causa, vt hæc præmia sibi quisque expecter, nec omnibus solum promitti videantur, sed etiam singulis, magis enim mouent singulos, quæ singulis promittuntur.

56 *Quoniam extendi mihi Iudam, quasi arcum.* Iudæi hęc omnia vsq; ad finem capitis ad tēpora referunt Machabęorū, qui egregias de Græcis hostibus victorias reportarunt. Quibus acquiescere videtur Hieronymus, & Theodoretus, sed sine dubio de tempore prædicationis Euangelij loquitur Propheta, vt Lyranus, & recentiores tradunt. Immò & R. Dauid cum retulisset eamdem Hebræorum sententiam, quam Hieronymus subijcit: Vt mea fert opinio, tota sententia futurum adhuc tempus respicit, id est tempus Meßię, &c. Nec immeritò ita sentimus, in toto enim capite loquitus est de Christo, & de gentium vocatione, ad quę nō minus commodè hęc referri possunt, quam præcedentia. Cur ergo contextū, & concatenationem verborū propheticorum dissoluamus; præsertim cum ipse Propheta copulet omnia, & causam nunc reddat eorum, quę dixit, vt verba ipsa

57 declarant: Quoniam extendi mihi Iudam, quasi arcum? * Sensus ergo est: Venite ad Ecclesiam ô Iudęi, recipite Christum, quoniam volo vos honorare, & patres constituere credentium. Volo assumere Iudam, id est, eos, qui conuertentur ex Iudęis, vt sit mihi, quasi arcus quidam extentus, ex quo sagittas verbi, & prædicationis Euangelicæ emittam in gentes, vt eas vincam, & subijciam Euangelio. Ita etiam Cyrillus.

Vnc.

Impleui Ephraim. Hebræorum more locutus est, ac si diceret: Summis viribus tendam Ephraim, quasi arcum, vt magno impetu eiaculetur sagittas. Vnde. 4. Regū. 9. pro eo, quod est in nostra trāslatione: Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram in Hebræo, & apud Lxx est: Et Iehu impleuit manum suam in arcu, & percussit Ioram. Itaque Impleui Ephraim, est, Impleui manum meā Ephraim, quasi arcu quodam, Ephraim erit arcus meus extētus. Cyrillus: Sumptum est ab eo, quod fit in arcu, cum enim neruum, & ferrum arcus adducimus propè papillas, tunc dicuntur iaculatores implere arcum, & fit vehemens iaculatio, &c. Latini etiā ita loquuntur, vt Vegetius libr. 1. de re militari, cap. 15. Et maior, inquit, adhibenda solertia, vt arcum diligenter, ac sapienter teneāt, vt fortiter impleant, vt sinistra fixa sit, &c. Possumus etiā legere, vt manifestè legit Hieronymus: Quasi arcum impleui Ephraim, ita etiam nunc distinguitur apud Lxx. Cum Iuda numerat Ephraim, quoniam etiam ex decem tribubus olim abiectis ministros, & adiutores assumpturus erat Euangelicæ prædicationis; quod prædicātibus apostolis ex parte impletum videtur, & plenius in fine sæculi implebitur, vt sæpè diximus. Ex his fit manifestissimum non dici hæc de tempore Machabæorum, quoniam tunc decem tribus erant in captiuitate, & in miseria.

Et suscitabo filios Sion super filios tuos ô Græcia. Gentiles Iudæi, & Scriptura Græcos vocant, vt diximus Ioe. 3. num. 12. quod sæpè occurrit in Actibus apostolorum, & in Epistolis Pauli. Hoc est, Filios Ecclesiæ, siue conuersos ex Iudæis, vt apostolos fortiores faciam gentilibus, superabunt eos, & conuertent, quemadmodum etiam exposuit Cyrillus. Ita Paulus Act. 17. Athenis disputauit cum Epicureis, & Stoicis, & apud Areopagitas, & conuertit Dionysium magnum Philosophum, & alios plures Corinthi, & in alijs vrbibus.

58

Et ponam te quasi gladium fortium. Cui, scilicet, nihil resistit, filij tui omnes vincent, & adducent ad Christum.

Et Dominus Deus super eos videbitur. Apparebit super eos pro eis pugnās aduersus hostes eorū, siue resistētes eis. Cyrillus: Quod autem auxiliabitur Deus ipsis, planè hic affirmat.

Et exibit vt fulgur iaculum eius. Chaldæus: Et verba eius egredientur quasi fulgura, id est, Diuino quodam splendore homines implebunt, terrebunt, & in admirationem mundum conuertent. Iaculum vocat verba, vt perstet in metaphora bellantis, vt enim alij iaculis, ita prædicatores verbo Dei corda feriunt hominum.

Et Dominus Deus in tuba canet. Cœpit Deū, quasi ducem quemdam describere, qui per prædicatores Euangelij iaculo verbi sui pugnet, & super eos videatur, quia manifestè homines iudicabunt Deum in illis loqui. Idem ergo nunc ait: Dominus tuba canet, vt milites suos cōgreget, & aciem instruat, & in prælium ducat.

59

Et vadet in turbine Austri. Præceder suos, & feretur in aduersarios rapidus, & conci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatus in modũ turbinis ab Austro venientis: pars enim Austri, siue Meridiei, propter humorem, & calorem aptior est turbinibus gignendis. Ita etiam Nah. 1. Dominus in tempestate, & turbine viæ eius.

Dominus exercituum proteget eos. Vt omnibus periculis, omnibus tentationibus, & persecutionibus superiores sint.

Et deuorabunt. Penitus consument hostes suos, vt ignis, nihil eis resistet, omnia superabunt.

Et subijcient lapidibus fundæ. Lxx manifestius trāstulerunt: Et obruent eos lapidibus fundæ. Lapides fundæ sunt verba sacrę Scripturæ, & quæ Spiritus sanctus docet magistros Ecclesiæ, quæ magnis viribus torquẽtur in hostes, iuxta illud Luc. 21. Ego enim dabo vobis os, & sapientiam, cui nõ poterunt resistere, & contradicere omnes aduersarij vestri. Metaphora à fundibularijs militibus sumitur, sed tacitè, vt arbitror, alludit ad lapides fundæ Dauidis, quibus percussit Philistæum 1. Regum. 17. & per quos verba Scripturarum intelliguntur.

60 *Et bibentes inebriabuntur quasi à vino.* Bibẽt copiosè sanguinem aduersariorũ, vt cum quis vinum bibit, vt inebrietur, nec aliter sanguine toti replebuntur quam phialæ, quibus victimarum sanguis excipitur, aut cornua altaris, super quæ idem sanguis inspergitur, vt præceptum est Leuit. 4. &. 16.

Bibere sanguinem. Quod magis expresserunt Lxx vertentes: Bibent sanguinem eorũ, sicut vinum. Sanguinem autem bibere dicitur, qui multum hostium sanguinem fundit, quod magna cum voluptate fieri solet, &, qui ita ardet cupiditate vindictæ, vt sanguinem nõ tam fundere, quam bibere cupere t. Isa. 49 Et cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur, id est, mutuis vulneribus, & ardentibus odijs alter alterius sanguinem fundet. Ita etiã quidam dixit:

Ouidius 13. Meta. ——*Licet execrere meumque*
Deuoueas sine fine caput, cupiasque dolenti
Me tibi forte dari, nostrumque haurire cruorem.

Similiter sanguine repleri dicitur, qui multos occidit, & sanguine eęsorum spargitur, & tingitur, vt Isa. 63. de Christo victis hostibus cum triumpho ascendente: Et aspersus est sanguis eorum super vestimẽta mea, & omnia indumenta mea inquinaui, dies enim vltionis in corde meo, & c. * Idcirco
61 dixit: *Replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris*, quæ tota sanguine victimarum madent. Hac autem metaphora rerum bellicarum describit amplissimam victoriam apostolorum vniuersas prouincias Euangelio subijcientium.

Et saluabit eos Dominus Deus eorum. Maxima cura eos liberabit à periculis, sicut pastor oues. Tacite, docet apostolos, non armis carnalibus, sed verbo Dei, & mansuetudine fore pugnaturos, cum eos ouibus assimilat, quibus multa pericula à bestijs imminent. Quod apertius docuit Apostolus 2. Corinth. 10. Nam arma militię nostræ nõ carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, &c. Sed apertissimè seruator noster Matthæi. 10. Ecce, ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Lxx & alij interpretes verterunt: Et saluabit eos Dominus Deus eorum, sicut oues, populum suum. Et rectè ita verti potest, id est, Saluabit eos, qui sunt populus eius, sicut oues pastor. Sed mihi videtur altior quidam sensus latere in nostra translatione, *Saluabit eos quasi gregem populi sui*, id est, quasi oues, vt est in Hebræo, & in Græco, hoc est, quasi cariorem, & illustriorem partem populi sui, nam in populo Christi, sunt oues, id est, electi, & sunt hœdi, qui tandem separandi sunt ab ouibus: hos igitur quasi secum perpetuò mansuros, & quasi dilectos, & oues, seruabit.

62 *Quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius.* Pro, Lapides sancti, in Hebræo est, Lapides נזר, quæ vox & sanctitatem significat (quam significationem secuti sunt Lxx, & Hieronymus) & diadema, vt 2. Reg. 1. Et tuli diadema, quod erat in capite eius, vbi & Lxx verterũt, Diadema. Propterea verti etiam potest, Quia lapides diadematis eleuabuntur super terrã eius, id est, in Ecclesia seruabuntur à Deo, & in magno pretio habebuntur apostoli, & prædicatores Euãgelij, sicut lapides pretiosi diadematis Christi. Sed aprior est nostra, & Lxx translatio, *Lapides sancti*, & hunc habet sensum. Seruabuntur ab omnibus periculis, quia ipsi sunt lapides viui, & sancti. ex quibus ædificabitur Ecclesia. Lapides eleuantur, cum super ædificãtur lapidi viuo Christo, & quia, cum incipit crescere ædificium, lapides leuantur in altum, rectè ait: *Eleuabuntur*, id est, crescet ædificium Ecclesiæ, egregij lapides ei accedent, cum apostoli iam super ædificati lapidi angulari Christo multos, magnosq; ex gen-

63 ex gentibus superædificabunt. * Ita hos lapides interpretatus est Hieronymus in fine lib. 1. in Epist. ad Ephesios, vbi Apostolus ait: In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino. Cui simile est quod ait Petrus: Ad quem accedentes lapidem viuum, &c. Et ipsi tanquã lapides viui superædificamini.

Quid enim bonum eius est. Quasi dicat: Nõ mirũ est, tunc leuãdos esse lapides sanctos, id est, viros egregiæ sanctitatis, quoniã donauit eis Deus bonum omnium maximũ, quæ habet, frumentum scilicet electorum, id est, panem cœlestem, qui est verum corpus eius, quo eos nutriat, & confirmet, & quasi lapides faciat ad tentationes, & persecutiones ferendas. Donabit etiam vinum sacrosancti sanguinis sui, non quale illud de quo ait Apostolus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria; sed germinans virgines, & miram castitatem corporis, & animæ efficiens. Verba sunt dulcissima, & elegantissima, ac si diceret: Quid boni habet Deus maius eo, quod dat hominib⁹, vt sancti fiant? * Hoc idẽ Lxx explicauere dicentes: Quia si quid pulchrum eius, & si quid bonum eius, frumentum iuuenibus, & vinum boni odoris ad virgines, id est, si quid boni Deus habet, hoc profectò est, quod eis dat, & cum plurimum habeat boni, immò in eo sit omne bonũ, nihil habet melius, aut pretiosius eo, quod nobis dat in sanctissima Eucharistia. De qua hæc verba interpretatur Hieronymus, & Paschasius abbas Corbeiensis in libro de Corpore & Sanguine Domini, cap. 21. Notandũ etiam cum dicit, *Bonum eius, & pulchrum eius*, masculini generis esse, Eius, vt ex Hebræo conflat, & ex Græco, quare necesse est ad Deũ referri, non ad terram, vt quidam è recentioribus expositoribus volebant. Vbi autẽ vertit Hieronymus, *Electorum*, in Hebræo est בחורים, quod propriè significat electos, & inde etiã iuuenes, quod electi sint, id est, fortiores, & robustiores. Et quamuis Lxx verterint iuuenibus, Hieronymus negat verti debuisse, nisi electorum, idque ex veterum Hebræorum sententia, sed recentiores interpretes maluerunt vertere iuuenum, nec causam video, nisi, quod id quoque R. Dauid maluit. Totus hic locus, qui de Sacramento corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi aptissimè, & mollissimè explicatur, quomodo ad Machabæorum res pertinere possit, non video, vt vel inde satis confirmari possit expositio, quam secuti hactenus sumus.

TROPOLOGIA.

Ceterum animæ meritò dicitur: *Exulta satis filia Sion, tubila filia Ierusalem*, quoniam in hac lacrymarum valle, de hoc maximè exultandum est, quod Dominus ad animã nostram veniat, & tanta debet esse exultatio, vt exprimi satis verbis non possit, ideò enim iubetur etiam iubilare. Exultet filia Babylonis misera in diuitijs, exultet in fœtidis carnis voluptatibus, exultet in honoribus; filiæ Sion ea maxima debet esse causa exultationis, quod ad se veniat rex suus, dilectus suus, in quo habet omnia. Quantus autẽ sit is rex, quis enarrabit? Aut quis, si quomodo enarraretur, caperet? at ex ijs, quæ efficit, cognoscetur. *Ecce, rex tuus veniet tibi*, qui te regat, qui tibi consulat, cuius sapientia, & consilio fias sapientissima; regũ enim est consilijs suis iuuare, & dirigere. Vnde Homerus reges crebro appellare solet βυληφόρους, id est, consilium ferentes, & ἀγορητὰς, id est, concionatores, vt de Peleo ait:

ἐσθλὸς μυρμιδόνων βυληφόρος ἠδ' ἀγορητὴς

id est, Bonus Myrmidonum consiliarius, & concionator. * Hic si ad te venerit, nemo te irridebit, nemo dicet: Nunc quare mœrore contraheris? Numquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perijt? *Iustus, & saluator*, vt te iustificet, vt sordes tuas abluat, vt te æternæ salutis participem reddat. Ne tibi hæc tribuas, ab eo expecta, & habebis. *Ipse pauper*, id est, mansuetus, & humilis, vt discas ab eo, quia mitis est, & humilis corde. Adam per superbiã eiectus est è paradiso: tu si humilis fueris, ascẽdes in meliorem paradisum cum magistro humilitatis, & multo plura, atq; meliora tibi afferet humilitas, quã olim in Adam abstulit superbia. Quod autem asinę, & pullo infidens venit, hoc te docere voluit, quod ait Dauid: Vt iumentum factus sum apud te. Nã si iumentum eius fueris, si te ei totam tradideris, si nihil te scire iudicaueris, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, si tergum oneri eius leui supposueris, etiam si immunda sis, vt asinus, etiam si insipiens, etiam si iugo peccatorũ detrita, etiam si ante quasi sine lege vixeris, & super te nullus hominum

65 Anima Christiana vnde exultare debeat.

66 Mich. 4.

psal. 72.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, id est, nihil rationis admiseris, sed more belluarum vitam transegeris, mutaberis in animam aliam, & magni regis senties præsentiam. Quod sequitur: *Et dispergã quadrigam ex Ephraim, &c.* Saris ex Origene expositimus cap. 6. nume. 27. 28. *Et loquetur pacem gentibus.* * Gētes sunt, qui more Ethnicorum, & veluti sine Deo viuūt, sicut ait Ephes. 2. Apostolus: Qui eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israël, & hospites testamentorū, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. His ergo pacem loquetur, quia nemo erit tam perditis moribus, quem non ad se benigne vocet, & cui non pacem promittat sempiternã, si sibi velit acquiescere. Quod sequitur: *Et potestas eius à mari vsque ad mare, &c.* Nõ est (inquit Hieronymus) extenuandum per Allegoriam, sed credendum vere esse completum, secundum illud, quod legimus: Postula à me, & dabo tibi gētes hęreditatem tuam, & possessionē tuam terminos terræ. At possumus, quod de magno mundo Historicè dicitur, Moraliter ad hominem, quem μικρόκοσμον, id est, parvum mundum, vocant, quodammodo accommodare. In quo intellectus, & voluntas, haud impropriè maria appellari queũt, quoniam auiditas summa est in intellectu ad vera cognoscenda, in voluntate ad bona appetenda, & tamen nec intellectus vnquam satiari in hac vita potest, quãuis multa cognoscat, nec voluntas, & si omnibus bonis, aut voluptatibus fruatur, sicut de mari dictum est: Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Flumina duo sunt sensus, & appetitus. * Sensum modo distinctionis causa voco partem cognoscentem, appetitum verò eam, qua cognita per sensus appetimus. Hæc flumina intrant in mare, quia quidquid per intellectũ cognoscimus, aut per voluntatem amamus, hæc duo in animam inuehunt. Fines terræ sunt hominis extrema, id est, membra corporis. Christi ergo potestas est à mari vsque ad mare, & à fluminibus vsque ad fines terræ, quando quorundam electorũ animas, ita Dei gratia perfectè, plenèque possidet, vt in intellectu, & in voluntate, & in parte sentiente, atque adeò in ipso corpore ita dominetur, vt (quantũ in hac mortalitate, & in hoc naturæ corruptæ statu datur) omnia Deo parere videantur. Pergit Christi potentiam nobis ob oculos ponere: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua.* Non est, vt iã diximus, omnis carcer lacus, sed subterraneus, & obscurus, quo illi conijci solent, qui morte damnantur. Ita Ieremias, c. 38. mittitur in lacum, de quo dixerunt principes regi: Rogamus, vt occidatur homo iste. Et dixit rex Sedecias: Ecce, ipse in manibus vestris est. * Et submiserunt Ieremiã in funibus in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum. Sed postea inde eductus regis benignitate collocatus est in vestibulo carceris. Hoc ergo ait tantam esse vim sanguinis Christi, & illius beatæ passionis, vt non solum eos, qui carcere, id est, communibus peccatis tenentur, sed eos etiam, qui sunt in lacu, & in profundum peccatorum venerũt, & desperatæ salutis sunt, posit emittere de lacu, & de vmbra mortis efferre in lucem filiorum Dei. Quare, vt nemo desperet, quamuis flagitiosis imè vixerit, omnes exhortatur: *Conuertimini ad munitionem vincti spei,* etiam si vincti sitis, si tamen spem nõ amisistis salutis, quę est sacra anchora, conuertimini ad Christum, qui est munitio, & fortitudo vestra. Nullos labores vitæ sanctæ timeatis, nullę vos teneant voluptates, ipse vobis reddet duplicia. Cetera, quæ sequuntur vsque ad finem capitis, ita sunt exponenda, vt iam exposuimus, si quod dicebatur de filijs Iudæorum, quos Deus erat ministros ad multorum salutem assumpturus, nos transferamus ad eos, qui ex animo ad Christũ conuertuntur, pro quibus Deus pugnabit, vt alios ad Christum adducant, & ipsi vitia superent, & sanctissimè viuant. * Indocti doctos superabunt, & filij Sion eleuabuntur super filios tuos Græcia, &c. Quod autem ait: *Lapides sancti eleuabuntur super terram eius,* siue voluentur, vt verterunt Lxx, præter ea, quæ diximus, ità exponit Gregorius Nyssenus, homilia septima in Ecclesiasten. Vnde ergo colligemus lapides, quibus inimicum obruamus? Audi Prophetam dicentem: Lapides sancti voluuntur super terrã. Hi autem sunt, quæ à diuinitus inspirata Scriptura ad nos verba deiciendunt, quæ colligere oportet in sinu animæ, vt in tempore ijs vtamur aduersus eos, qui sunt nobis molestiæ quotum est adeò pulcher iactus, vt & hostem interimant, & ab eius, qui iacit manu non separentur, &c. Quamuis ergo hæc potius accommodanda censeo ad illud:

67 68 69 70

Et

Et subijcient lapidibus fundæ.

CAP. X.

PEtite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues: & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbam in agro. Quia simulacra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendacium, & somniatores locuti sunt frustra, & vane consolabantur: idcirco abducti sunt, quasi grex, affligentur, quia non est eis pastor. Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo: quia visitauit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda, et posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælij, ex ipso egredietur omnis exactor simul. Et erunt quasi fortes, conculcantes lutũ viarũ in prælio: & bellabunt, quia Dominus cũ eis: & confundentur ascensores equorum. Et confortabo domum Iuda, & domũ Ioseph saluabo: & conuertam eos, quia miserebor eorum: et erunt sicut fuerunt quando non proiecerã eos: ego enim Dominus Deus eorũ, & exaudiam eos. Et erũt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorũ quasi à vino: et filij eorũ videbunt, & lætabũtur, & exultabit cor eorũ in Domino. Sibilabo eis, & cõgregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut ante fuerãt multiplicati. Et seminabo eos in populis, & de lõge recordabuntur mei & viuent cum filijs suis, & reuertentur. Et reducã eos de terra AEgypti, & de Assyrijs congregabo eos: et ad terram Galaad, & Libani adducam eos: & nõ inuenietur eis locus. Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis: & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum AEgypti recedet. Confortabo eos in Domino, et in nomine eius ambulabunt: dicit Dominus.

HISTORIA.

Petite à Domino pluuiam in tempore serotino. 1
Prosequitur Propheta, quod agebat, de bonis tempore nouæ legis à Deo præstandis. Hortatur autem omnes, vt petãt à Deo doctrinam Euangelij, qua arida totius terræ facies irrigetur, vt intellexit Hieronymus. Conuenit hoc cum eo, quod paulò ante dicebat cap. 9. Cõuertimini ad munitionem vincti spei, ac si diceret: Prius iubebam vos cõuerti ad Christum, ne vincti semper essetis, nunc vos hortor, vt à Deo petatis, vt citò filium suum mittat, & vos doctrina eius dignos faciat; nam si hanc pluuiam non habetis, arescetis, & peribitis, vt accidit incredulis Iudæis. In pluuia doctrina significari solet, vt Deu. 32. Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum: quoniam doctrina ex ore docentis fluit, & ea irrigata corda audientium germinant. Pluuia autem temporis serotini, siue pluuia serotina est, quæ mense Maio cadit, qua fructus ad maturitatem perducuntur. Pluuia temporanea, siue matutina, mense cadit Octobri, cum iacta sunt semina, vt oriantur, & crescant, vt diximus de vtraque Hosææ. 6. nu. 10. & 11. * Quare pulchrè Hieronymus in cap. 28. Iob, in fine, & Cyrillus hic pluuiam matutinam, siue temporaneam, & pluuiam serotinam, dicunt esse vetus, & nouum testamentum. Pluuia tẽporanea fuit doctrina legis data per Moysem, qua semina iacta per patres legis naturæ germinarunt. Doctrina nouæ legis est pluuia serotina, qua fructus maturescunt, & perficiũtur, nihil enim ad perfectum adduxit lex, vt ait Paulus Hebr. 7. perfectio, & maturitas Euangelio relinque

Pluuia. 1

2

Y batur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

batur. Eadem ratione tempus Christi dicitur serotinum.

Et Dominus faciet niues. Pro Niues in Heb. חֲזִיזִים, quo nomine est R. Dauid, & alij Hebræi constãter tradunt significari coruscationem, siue fulgurationem, quæ apparet antequam audiatur tonitruum, & quã pluuia magna consequitur, deducunt enim à verbo חָזָה .i. vidit. Hebræos sequuntur Vatablus, Isidorus Clarius, & recẽtiores interpretes, & August. Eugubinus in ca. 28. & 38. Iob. Nos ex vsu Scripturæ, & translatione veterum interpretũ, vt solemus, quantũ licebit, explicabimus. * Hieronymus Iob. 28. procellas interpretatus est, vbi legimus: Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis sonãtibus. In Heb. est לַחֲזִיז קוֹלוֹת, pro quo Lxx transtulerunt, Ἐν τινάγματι φωνῆς, id est, in concussione vocis, siue in vibratione sonante, Symmachus vero: ἐκ πλήσσου φωνῶν, id est, ad strepitum vocum. Idẽ Hieronymus. Iob 38. vbi eadem verba erãt in Hebræo, vertit: Et viam sonantis tonitrui. Lxx, ὁδὸν ἠχοῦντος ὁμῶ, id est, Viam autem tumultui, siue turbationi. Ex his apparet חזיז propriè esse nubem, non qualemcunque, sed, quæ vento agitata cum concussione, & strepitu, & consequenter cum fulgurarione aquam demittit. Vnde & Thalmudistæ, referente Pagnino in Thesauro, tradunt חזיז esse nubem, & Chaldęus, cum cap. 28. Iob reliquisset ipsum nomen Hebraicum, cap. 38. pro eo, quod est: Et viam sonantis tonitrui, vertit: Et viam nubibus, quæ deijciunt aquas cũ tonitruis. Per quod omnes translationes conciliantur. In eumdem etiam sensum accipiendum est, quod hoc in loco verterunt Lxx: Et Dominus faciet phantasias, quod Hieronymus dicit se ignorare quid sit. Phantasiæ enim vocantur apparitiones, siue coruscationes, vt exposuit Eugubinus in cap. 28. Iob. Vel etiam fulgura, eo quod homines terreant, vt aiũt Cyrillus, & Theodoretus. * Immò vero vbi nunc in plerisque codicibus legitur: Et Dominus faciet niues, Sanctes Pagninus, & autores Hebraici Lexici Bibliorũ Complutensium affirmant Hieronymum transtulisse: Et Domin⁹ faciet nubes: quod minime dixissent, nisi in codicibus vidissent. Mihi certè valdè hoc probabile videtur, & quia ea est nominis notio, vt ex ipso Hieronymo, atque alijs interpretibus demonstrauimus: & quia tempore pluuiæ seroti næ, id est, mẽse Maio niues in terra illa præsertim esse non possunt. Quare, etiam si in Commentarijs Hieronymi, Niues, legamus, vbicunque id legimus, rectè, atque adeò forasse rectius, Nubes legi posset. Conuenit etiam optimè, vt apostolos nubes esse intelligamus, quæ cum coruscatione miraculorum, & sanctitatis hunc cœlestem imbrem in terram effuderint, iuxta illud Isaiæ quinto: Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. De quibus nubibus, vide ibi Hieronymum, & in illud Psalmo nonagesimo sexto: Nubes & caligo in circuitu eius. Quod si quis credere malit tot exemplaribus, in quibus legitur: Et Dominus faciet niues, dicemus eodem vocabulo Hebraico niuem etiam significari metaphoricè, eo quod nix propter candorem valdè videatur, & receptaculum pluuiæ sit, sicut nubes. * Dicemus etiam apostolos, & prædicatores Euangelij niues appellari, quia pleni erant, & quasi onusti ea pluuia, qua ardorem concupiscentiæ in hominibus refrigerarunt, & Christo valde amabiles effecti sunt, sicut Prouerbiorũ 25. scriptum est: Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum. Venerunt enim huiusmodi niues in die messis, sicut Dominus ait apostolis Iohan. 4. Leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem.

Et pluuiam imbris. Solent Hebræi copulare duo nomina idẽ fere significantia, quorum posterius ponitur loco adiectiui determinantis alterũ, vt Dan. 12. Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere, in Hebræo est: In terra pulueris, id est, in terra (vt ita dicam) puluerea, & minutissima in modum pulueris. Psal. 39. Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. Hieronymus vertit: De luto cœni, id est, de luto cœnoso, aut fœculento, de luto valdè immũdo. Ita nũc dicit: *Pluuiam imbris*, id est, non qualẽcunq;, sed fortem, & vehementem: id enim significat גֶּשֶׁם, & Latinis imber. * Vt enim significat גֶּשֶׁם, & Latinis imber. * Vt enim scribit Apuleius in libro de mundo: Imber est agmen aquarum largius ex concretis effusum nubibus. Est igitur, ac si diceret: Dabit pluuiam largissime terram irrigantẽ, & exatiantem. Lxx: Et pluuiam hiemalem dabit eis. De hoc exponit Hiero. illud Iob. 38. Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursũ, & viam sonantis tonitrui, vt pluceret super terram? &c. Hic (inquit) vehementissimus imber

imber saluatoris est Euangelium, qui emisit eloquium suum terræ, vt velociter curreret sermo eius, &c. & eleuatus à sanctis apostolicis nubibus, velut aqua effluens copiosè currit aura sibi flante Spiritus sancti in varijs signis, atque virtutibus viã sibi fidei fecit in nationibus, terrore nominis Dei atque miraculorum tonitruo præcedente.

Et dabit eis singulis herbam in agro. In Hebr. non est coniunctio; Et, neq; in Græco, ideo verbum *Dabit*, & ad præcedentia referri potest, vt legamus: Et pluuiã imbris dabit eis vt apud Lxx, aut ad sequentia, vt retulit noster interpres, sed sensus semper est idẽ, Faciet, vt omnium hominũ agri fertiles sint, & herba pleni, tollet omnem ex animis hominum sterilitatem.

Quia simulacra locuta sunt inutile. Magna controuersia est de Iudæis ne hæc dicantur, vt vult Cyrillus, & alij, an de gẽtilibus. Mihi de vtrisque dici videntur, ita vt non omnia Iudæis, & gentibus accommodemus, sed quibusque quod eis conuenit, vt fit quoties de multis sermo est, vt in Cantico canticorum non omnia quæ dicũtur, iustis conueniũt, neq; omnia peccatorib⁹, sed quædã his, quędã illis, quoniã vtrisq; cõstat Ecclesia. Idem videmus sæpe in epistolis Pauli, & in Ecclesiaste, & vbicunque de multis loquitur scriptura. Iusserat ergo pluuiam petere Euangelicæ doctrinæ, quã electi ex Iudæis, quasi nubes quædã cœlestes per totum orbem effunderent: & vtilitatẽ huius pluuiæ exposuit: Et dabit eis singulis herbam in agro, id est, omnibus, qui eam acceperint, siue Iudæi sint, siue gentes. Quare nunc rectè ait: *Quia simulacra*, &c. ac si diceret: Optanda est hæc doctrina, & petenda, quia sola vobis salutem afferet, sola vos docebit veritatem, & multis erroribus liberabit: nam idola, quæ nunc consulitis, nihil vobis loquentur, quod vtile ad salutem sit. * Hoc totum fere gentibus conuenit, nam Iudæi eo tempore nulla idola habebant, nisi siqui forte occulte idola consulerent, ij que pauci, nam palam, & quasi publica auctoritate, nunquam factum est postreditum è captiuitate, vt probauimus Mich. 5 n. 74. & sequentibus. Quam obrem ad ea tempora, quibus Euangelium prædicatum est Iudæis, referri hæc nullo modo possunt. Qui autem ad tempus ante captiuitatem referret, næ ille nimis violenter faceret, cum dicat hic Prophera: Affligentur quia non est eis pastor. Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo: quæ finitis iam laboribus captiuitatis ante aliquot annos, quorsum nunc dicerentur? Porro simulacra vocat Theraphim, de quibus diximus Hosee. 3. numero vigesimo, & vigesimo primo.

Et diuini viderunt mendacium. Etiam si diuini vestri multa vobis polliceantur, & se à Deo accepisse dicant, nolite eis credere, mendacium est, quod viderunt, id est, quod vidisse se dicunt. Loquitur more Hebræorum, apud quos Videre est reuelationem accipere, & prophetia visio dicitur, & propheta videns, vt diximus Hos. 1. n. 4. & 5.

Et somniatores locuti sunt frustra. In Heb. est: Et somnia locuti sunt frustra. Quod potest ita exponi: Diuini locuti sunt somnia frustra, id est, vane, & mendaciter. Ita intellexerunt Lxx, quorum hæc est translatio: Et diuini visiones falsas, & insomnia falsa loquebantur. Chaldæus similiter vertit: Pseudoprophetæ in prophetia sua falsa mendacia loquuntur: Alter sensus est: Somniatores locuti sunt frustra, quia somnia sua dicebant coniectoribus, & vel nullam solutionem ex eis audiebant, vt videmus Dani. 2. & 5. vel falsam, & inutilem. Atque hunc sensum secutus est noster interpres, nam somniator dicitur ipse, qui videt somnia, vt Gen. 37. Ecce somniator venit.

Vane consolabantur. Prædicentes vobis læta, & prospera, cum nihil vere dicerent. Hæc omnia maiori exparte ad gentiles pertinent, sed pertinent etiam quodammodo ad Iudæos, inter quos, & si non essent idola, erant tamen diuini, & pseudoprophetæ, & coniectores somniorum, sicut & inter Christianos sunt Mathematici, (quos vulgus iudiciarios vocat) & Chiromantici, & alicubi forte Necromãtici, zizania, quæ dormiẽtibus hominibus inimicus homo superseminauit.

Id circo abducti sunt quasi grex. Ita legendũ est, vt habent correctiora exemplaria, non adducti. Hoc est, ideo quasi captiui ducti sunt ab huiusmodi magistris in varios errores, & in superstitiones, sicut grex, id est, sicut oues (vt est in Heb. & in Græco) quæ scilicet, nihil intelligunt, sed pastorẽ sequũtur quocunque ducat. Ita Paul. 1. Corint. 12. Scitis autem quoniam cum gentes essetis, ad simulacra muta, prout ducebamini,

Universidad de Deusto
Biblioteca

euntes. Populus autem Iudæorum, in quæ monstra superstitionum, & errorum à magistris suis inductus fuerit, sæpè legimus in Euangelio.

Assfigentur, quia non est eis pastor. Miserè lacerabuntur à Diabolo, & à vitijs, dum tales magistros habuerint, qui re vera, nec pastores sunt, nec magistri.

Super pastores iratus est furor meus. Eorum magistros ego puniam, & suo honore, atq; officio spoliabo, quia valdè mihi displicēt, ipsi enim erroribus populum imbuunt, & veritati Euangelicæ ijdem vehemētius restiterunt, vt tam apud Iudæos, quam apud gentiles vsu venisse scimus.

11 *Et super hircos visitabo.* Hircos vocat huiusmodi magistros, qui gregi præeunt. Nec vocauit arietes, sed hircos, vt eos ostendat fœtidis esse moribus, & inutiles, ac reprobatione dignos. Dominus quidem Matth. 25. electos vocat oues, reprobos autem hœdos, separauit, inquit, oues ab hœdis: at isti, quia duces aliorum erant sibi similium, nō hœdi dicuntur, sed hirci. Visitabit autē Dominus super illos & alijs pœnis afficiendo, & homines conuertendo ad Euangelium, ita enim sacerdotes, & errorum magistri, & apud Iudæos Pharisæi, & Scribæ, & sacerdotes, sine honore relicti sunt. Quod autem adnotauimus Hosææ. 1. numero. 64. Visitare in bonam, & in malam partem accipi, hic videmus, nunc enim ait: *Et super hircos visitabo*, & continuò: Quia visitauit Dominus exercituum gregem suum.

Quia visitauit Dominus exercituum gregem suum. Causam reddit eius, quod dixit: Super pastores iratus est furor meus, & super hircos visitabo, quia Dominus benefacere vult populo suo, id est, Iudæis, & ex eo educere prædicatores veritatis, qui istorum & errores detegant, & autoritatem eleuent, & insipientiam, atque arrogantiam confundant. 12 * Sed quoniam, Quia redundare solet sæpè initio sententiæ, vt ostendimus Hos. 10 nu. 17. non absurdè diceret, qui affirmaret non reddi hic causam præcedentiū, sed nouam incipi sententiam. Etenim Lxx non posuerunt coniunctionem, Quia, sed absolutè dixerūt: Et visitauit Dominus omnipotens gregem suum, & ab Hieronymo etiam præteritur in Commentarijs.

Et posuit eos quasi equum gloriæ suæ. Id est, Quasi equum suum gloriosum, Lxx: Quasi equum suum decorum, Chaldæus: Et ponet eos quasi equum fortem splendentem in bello, id est, quasi equum pulchrè phaleratum, & ornatum. Equorum fortitudinē, & ornatum ad prælium multum, equitibus prodesse ad victoriam nō est dubium. Vnde Virgilius:

Haud desectus equum duci iubet, hoc decus illi, 10. Æneid.
Hoc solamen erat, bellis hoc victor abibat.

Iob. 39. Gloria narium eius terror. Terram vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio. Huiusmodi equi pulchrè ornari solent in pugnam prodituri. Facit ergo apostolos, & prædicatores Euangelij equos Dei in hostes irruentis fortes, & bellatores, & pulchrè ornatos, quia Deus eos magna gratiæ, & donorum copia ornauit, & ipse erat, qui pugnabat per eos. Hæc omnia de apostolis, & prędicatoribus interpretatur etiam Cyrillus.

Ex ipso angulus, ex ipso paxillus. Docet quanta gloria honoraturus sit populum Iudæorum. Ex ipso, id est, ex Iuda educam angulum, id est, regem, qui est Christus. Romanorum nono: Quorum parentes, ex quibus est Christus secundum carnem. Angulum significare regem, & regnum diximus Sopho. 1. nu. 66. Et Christus verè angulus est, id est, lapis angularis duos parietes connectens, & fundans, ac faciens vtraq; vnū. Paxillus, siue clauus (nam paxillis veteres pro clauis vtebantur) dicitur è quo suspenduntur instrumēta, & vasa ad ministerium domus apta. Ezecielis decimo quinto: Aut fabricabitur ex ea paxillus, vt dependeat in ea quodcunque vas? Significat autem Christum, à quo omnes fideles pendent, & in quo sustinentur casuri sine dubio, nisi sustinerentur, atq; frangēdi. Idcirco de Eliacim typo eius in hoc gerente scriptum est Isa. 22. Et figam illum paxillum in loco fideli, &c. & suspendent super eum omnes gloriā domus patris eius, vasorum diuersa genera, omne vas paruulum à vasis craterarum, vsque ad omne vas musicorum.

Ex ipso arcus prœly. Ex ipso prodibunt fortes viri, & bellatores, vt ait Hieronymus, id est, apostoli, &c. de quibus dixit c 9. Quoniam extendi mihi Iudam, quasi arcum. Ita etiam Cyrillus.

Et ex ipso egredietur omnis exactor simul. Id est, Duces illi, qui vincent populos, & vectigales Christo facient, & tributa exigēt i. libe-

CHRISTO regi seruiant, & eius legem diligenter obseruent. Totum hunc locum ita vertit Chaldæus: Ex ipso rex eius, & ipso CHRISTVS eius, & ex ipso fortitudo belli sui, ex ipso magnificabuntur omnes gubernatores eius simul. Quod autem ait, Simul, potest simpliter ita accipi: Et simul omnes exactores egredientur ex eo, aut potius vt significet apostolorum consensum in vnū tendentium, id est, in gloriam CHRISTI, & in salutem animarum. Tempus etiam indicare potest, nam eodem tempore apostoli sorti iti prouincias per orbem Euangelium deferebant. Et cum dicit: *Omnis exactor*, loquitur de primis ducibus populi Dei, è quibus etiam exierunt alij ab eis ed octi, & ab eorum discipulis.

Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prœlio. Erunt apostoli quasi fortes bellatores, qui hostes suos, id est, hostium suorum cadaueera conculcant in prælio, quasi lutum platearum conculcarent, id est, victores, & animosi, & nihil timentes. Chaldæus: Et fortes domus Israel triturabunt interfectos populorum, quasi lutum viarum in bello. * Animaduerte Prophetā indicare haud obscure se non de prœlijs, & armis propriè loqui, sed metaphorice, id est, nequaquam de Machabęis hæc dici, sed de apostolis, ait enim: & erunt quasi fortes, &c. i similes erūt fortissimis bellatoribus. 15

Et confundentur ascensores equorum, id est, Aduersarij eorum, qui suis viribus freti eis resistere se posse confidebant.

Et confortabo domum Iudæ. Has victorias reportabunt qui è populo Iudæorum eligentur, quia ego cum eis ero, & vires ad præliandum suggeram, ita non debet difficile videri, quod polliceor.

Et domum Ioseph saluabo. Manifeste pollicetur conuertendas etiam esse decem tribus, ideo enim ait: *Conuertam eos, & miserebor eorum, & erunt sicut quando non proieceram eos,* id est, Diligentur à me, & beneficijs afficiētur quemadmodum antequam recederēt à domo Dauid, & adorarent idola impij Ieroboha. De qua conuersione partim iam facta, partim plenius in fine sæculi facienda sæpe in hoc propheta, & in alijs locuti sumus. * Domus autem Ioseph idem est ac domus Ephraim, quoniam Ephraim filius fuit Ioseph, nō quidē ætate, sed dignitate, & benedictionibus aui sui Iacob, primogenitus, ex quo primi reges Israel, i. decē tribuu orti sunt. Inde tribus Ephraim appellatur tribus Ioseph Apoc. 7. Ex tribu Ioseph duodecim millia signati. Tribus autem Manasse fratris eius ætate primogeniti suo nō mine recensetur: Ex tribu Manasse duodecim millia signati.

Et conuertam eos. וְהוֹשְׁבוֹתִים quod R. Dauid compositū esse dicit ex hiphil verbi שׁוּב i. conuertit, & verbi יָשַׁב i. habitauit, atque ita vtriusque seruare significationē, Conuertam eos, & habitare faciā eos. Prior modo vertit Hierony. posteriori Lxx.

Et exaudiam eos. Perentes à captiuitate liberari, vel, Propitius eis ero quacunque in re auxilio meo indiguerint.

Et erunt quasi fortes Ephraim. Sensus horū verborum ex vi nominis גִּבּוֹר, quod in Hebræo ponitur, vbi nunc legitur, Fortes, accipiendus est. Significat enim non vtcunq; fortem, sed insignem fortitudine, & multos vincere valentem. Inde inter CHRISTI nomina ponitur Isai. 9. * Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis. Inde etiam noster interpres solet vertere Potens. Gen. 10. Ipse cœpit esse potēs in terra, (id est, vincere multos, & terras eorum sibi vi subijcere.) Ab hoc exiuit prouerbium, Quasi Nemrod robustus, id est, גִּבּוֹר, venator coram Domino. Psal. 23. Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. Vtroque loco Potens est גִּבּוֹר 1. Reg. 17. Videtes autem Philisthim quod mortuus esset fortissimus eorum (גִּבּוֹרָם) fugerunt. Ob hoc quidam hic vertunt: Et erunt quasi heros Ephraim, & R. Dauid exposuit: Heroicam virtutem factis exprimet. Pagninus: Et erunt veluti potens Ephraim. Hoc etiā simul adnotandū, aut certe in memoriā reuocandū ex Mich. 1. n. 13. cū verbū plurale ponitur cū nomine singulari significāte multitudinē, intelligendū esse verbū illud cōuenire singulis, quę multitudine illa cōtinentur. Vt Exh. 8. Dimitte populū meū, vt sacrificēt mihi, ita enim est in Heb. Gene. 26. Quæ ambæ offenderant animum Isaac, & Rebeccæ. Heb. Et fuerāt offendens animum Isaac, &c. i. Hæc offendebat, & illa. Et capit. 27. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus, & Hebræ. Maledicentes tibi, maledictus, & benedicentes tibi, benedictus, id est, singuli maledicētes sint maledicti: * Ita nunc: Erunt quasi fortis Ephraim, id est, Quilibet è decē tribubus erit fortissimus, erit vt heros quidam,

גִּבּוֹר Fortis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnabit generosè contra hostes fidei, & contra vitia. Ex his omnibus constat non esse legendum fortes, numero plurali, sed Fortis, quamuis Lxx pluraliter verterint μαχηταὶ, id est, bellatores, sed maiorē energiam habet singulariter positū. Hic etiam videmus non loqui Prophetam de bellis propriè, sed ea metaphora vti, siquidē ait: Et erunt quasi fortis, id est, quasi magnus bellator.

Et lætabitur cor eorum, quasi à vino. Lætabūtur maximè, cum viderint victorias suas, & libertatē, quæ per Christum fruūtur. Quod ait: *Quasi a vino*, fortasse non similitudo est, Iohan. 1. sed veritas, vt: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre. Inebriabūtur vino diuinæ gratiæ, & consolationis, & lætabuntur, vt lætari decet eos, qui multum ex hoc optimo vino bibetint.

Et filij eorum. Eorum posteri, & filij videbunt eadem bona, & exultabit cor eorum in Domino, non iam de rebus vanis, & sæcularibus lætantes, sed de donis à Deo acceptis, & de spe futuræ beatitudinis.

19 *Sibilabo eis, & congregabo illos.* Quę sequūtur vsque ad finem capitis perobscura sunt, & varie ab autoribus explicantur, sed, vt sæpè dixi, relictis aliorū sententijs, quod probabilissimum puto, afferam. Hoc ergo nūc ait: Sibilo eos euocabo, id est, exiguo sono, & ferè insensibili, congregabo eos de remotissimis regionibus in Ecclesiam. Sumpta est metaphora, vt ait Cyrillus, ab ijs, qui sibilo dispersas apes congregant, vt Isa 7. Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum AEgypti, & api, quæ est in terra Assur, tametsi ego nusquam hoc fieri apud nos audiui.

Quia redemi eos. Quia statui eos liberare ab omnibus malis. Vel etiam, Quia redemi eos, id est, redimam, sanguinem filij mei.

Et multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati. Decem tribuū homines antequam in captiuitatem ducerentur ab Assyrijs, innumerabiles pene erant: postea verò, fame, & captiuitate, bona ex parte consumpti sunt. At deinde multiplicati sunt, vt ex eis plurimi veniant ad libertatem Euangelij.

Et seminabo eos in populis. Per varios populos eos dispergam, & multiplicabuntur, vt semen fertili terræ mandatum.

20 *Et de longe recordabuntur mei.* Etiam si sint in remotis, & longinquis regionibus, ibi me adorabunt, Psalmo vigesimo primo: Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ.

Et viuent cum filijs suis. Non iam eos captiuitas vlla à filijs suis separabit, sed simul omnes hilarem vitam agent. Ita etiam possumus exponere; Tam ipsi, quam eorum filij ab eis edocti veram vitæ gratiam habebunt.

Et reuertentur. Exibunt, & liberabuntur à captiuitate Diaboli, in qua erant, & venient ad Ecclesiam.

Et reducam eos de terra AEgypti. Quidam hæc de prima illa mansione filiorum Israël in AEgypto dici putant, in qua grauiter afflicti sunt à Pharaone. At quorsum nunc facturum se dicat, quod ante plurimos annos fecerat? Præterea afflictio illa communis fuit decem tribubus cum duabus, nunc autem non loquitur de duabus, sed de decem. Constat autem ex decem tribubus, quando captæ sunt ab Assyrijs, multos euasisse manus Assyriorum, & in AEgyptum fugisse. Hoseæ octauo: Ipsi in AEgyptum conuertentur, &c. & capite nono: Ecce enim profecti sunt à vastitate (id est, propter vastitatem illatam ab Assyrijs) AEgyptus congregabit eos, & Memphis sepeliet eos. *Quoniam igitur partim in AEgypto, partim in terra Assyriorum remanserant, ex vtraque pollicetur se eos reducturum, vt apertè intelligitur ex capite vndecimo Isaiæ, vbi est eadem prophetia: Et desolabit Dominus linguam maris AEgypti, &c. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs. Hoc autē perinde est, ac si diceret: Soluam omnem eorū captiuitatē, à nemine tenebuntur, nemo eis obstare poterit, quin veniant ad me. 21

Et ad terram Galaad, & Libani adducam eos. Terra, quam tenuerunt decem tribus, cis Iordanem per Samariam, & Galilęam protendebatur vsque ad Libanum versus Septemtriones. Vltra Iordanem autē manserāt in terra Galaad tribus Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manassæ, eo quod multa pecora haberēt, & terra esset pascendis pecoribus aptissima, vt videmus Numero 32. Ad hanc videtur polliceri se reducturū decem tribus, sed id neq; factum est vnquam, neq; fortasse fiet in cōsummatione sæculi. Quare ita est accipiendum, ac si diceret: Adducam eos ad terram promissam, siue ad terram suam, intelligit autem patriam

cœlestem

cœlestem fertilissimam, & omnibus bonis abundātem, quæ vocatur terra Galaad, & Libani, quia per hanc terram significabatur, & valde vsitatum est, vt res figurata nomen etiam habeat figuræ, vt diximus Hos 3. 11. 32.

22 *Et non inuenietur eis locus.* Locus dicitur non inueniri in scriptura, quando ipse, qui erat in loco, non inuenitur, sed alio translatus est, vt notauimus Nahum 1. numero. 18. & 19. Ita nunc non inuenietur eis locus scilicet, in terra Assyriorum, neq; in AEgypto, quia nullus in eis manebit, sed omnes liberabuntur, & venient in terram promissam. Confirmat hanc expositionem translatio Lxx: Et in Galaaditem, & in Libanum introducam eos, & non relinquetur ex eis vllus. Nec refert nunc dicamus ne: Locus eorum non est inuentus, an non est inuentus locus eis, eundem enim sensum habet vtrumque. Quod vt magis explicetur, in Heb. non est: Et non inuenietur eis locus, sed: Et non inuenietur eis, quod ita, vt diximus, accipitur, vt Iosuæ. 17. Non poterimus ad montana conscendere, cum ferreis curribus vtantur Chananęi. In Heb. est: Non inuenietur nobis mons, id est, locus in monte, hoc est, Non habitabimus ibi, licet velimus, quia Chananæi obstabunt.

23 *Et transiet in maris freto.* Transiet, scilicet, Ephraim, semper enim de decem tribubus loquitur, quamuis numerum mutet. Hoc est: Cum venient in terram suam pertransibunt mare angustum, & fluctus recedent, vt siccum illis iter præbeant, vt olim mare Rubrum. Et omnia profunda fluminis, hoc est (vt paulo post ex Isa. 11. probabo) omnia Nili ostia, quæ in via se offerent, cōfundentur, id est, arefient, vt Ioc. 1. Cōfusa est vinea, & confusum est triticum, cuius verbi vim ibi adnotauimus numer. 24. Vel etiam confundentur profunda fluminis, eo quod suis aquis iter impediri videant, donec transeant Israelitæ, sicut olim accidit Iordani: Hæc verba satis ostendunt sensum Historicum omnium præcedentium non esse, quem Iudæi volunt, de libertate temporali, & de terra sibi restituenda, neque ad Machabæorum tempora pertinere, sed ita esse explananda, vt diximus. Hoc igitur verba significant, Faciet Deus mirabilia portenta vt eos liberet à captiuitate Diaboli, & in terram viuentium perducat, id est, in cœlum. Nihil erit, quamuis arduum, & insuperabile videatur, quod eis possit obstare, omnia enim pericula, & omnes difficultates Deo adiuuante, & protegente vincent. *Sumpta fortasse videbitur metaphora à viatoribus, quibus neque maria intermedia, nec flumina obstant. At non inde sumitur, sed alludit plane Propheta (vt etiam docet Cyrillus) ad ea, quæ populo Israel acciderunt venienti in terram promissionis, ex AEgypto, quoniam illa figura fuerunt eorum, quę contingunt properantibus in patriam cœlestem. Sicut igitur illis nō obstitit mare Rubrum, quod nunc maris fretum vocat, quia angustum erat, nec Iordanis auctus licet aquis, ita nihil eorum iter impediet. Omnia intelliguntur ex Isaię vndecimo, vbi de eadem re ita scriptum est: Et desolauit Dominus linguam maris AEgypti, & leuauit manum suam super flumen (Nilum) in fortitudine spiritus sui, & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati: Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs, sicut fuit Israeli in die illa, qua ascēdit de terra AEgypti. Describit igitur eorum reditum ex AEgypto, in quo exitus ab spirituali captiuitate designatur, ad similitudinem exitus prioris sub Mose. Eodem pertinet quod continuo ait: *Et percutiet in mari fluctus*, quod non de Deo dicitur, qui & in præcedentibus, & in sequentibus semper in prima persona loquitur, sed de ipso Ephraim. Ipse percutiet fluctus in mari, id est, sistet fluctus, & retardabit vi orationis, & sanctitatis suæ, reprimet, & vincet pericula magna, quæ fere iam illum obruere videbantur, sicut Moses virga percussit mare Rubrum, & stetit. 24

Et humiliabitur superbia Assur. Quid hoc ad Machabæos? Cū bonis sua præmia reddentur, tunc eorum hostes non habebunt vltra in eos potestatem, sed puniētur à me, eo quod electos meos iniuria affecerint. Quod latissime ostenditur Haba. 3. ab illis verbis: Pro iniquitate vidi tentoria AEthiopiæ, &c. *Et sceptrum AEgypti recedet*, id est, nequaquam eis iam dominabitur AEgyptus. Per Assyrios, & AEgyptios, in quorum potestate afflictæ sunt decem tribus, vt diximus, omnes eorum hostes intelligit. 25

Confortabo eos in Domino, id est, Virtute

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domini, vt ostendimus cap.1.Hos.nu.107. & in cap.9. huius Prophetæ.nume.52. hoc est, auxilio meo, quam phrasin adnotauimus Hos.1.nu.107. Idemque significat cum dicit: *In nomine eius*, (id est, virtute eius) *ambulabunt*, & cœptum iter persequentur. Ac si diceret: Ego illis opem feram, vt possint totum iter suæ peregrinationis conficere, & ad cœlestem beatitudinem peruenire. Nomen siquidem virtutem, & potentiã significat, vt diximus Mich.5.numero.49.

TROPOLOGIA.

26 Quoniam totum caput de re eadem est, & alia ex alijs pendent, prius Historicè fuit totum explanandum, vt nonnunquam eadem causã facere solemus, quam ad Moralem veniretur. Pulchrè Própheta omnes exhortatur, vt pluuiam perant à Domino in tempore serotino, id est, sapientiã Euangelicã, sicut ait apostolus Iacobus: Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, Iac.1. qui dat omnibus affluenter, & non improperat: quoniam re vera nemo est, qui ea nõ indigeat, licet non omnes æque intelligant indigentiam suã. Si cuius anima viret virtutibus, & humore cœlesti, cito arescet, nisi hac pluuia irrigetur: quæ autem aret, spinas, & tribulos germinabit, si hæc desit; quia sub maledictione est, boni proferet nihil. Nouit hoc optimè, qui dicebat: Expandi manus meas ad te, anima mea, sicut terra sine aqua, tibi. Non habent hanc sapientiam, qui ingenij acumine in obscurissima quæque, & subtilissima Theologicarum disputationum penetrant, aut qui diu in Scripturarum studio laborantes raram quandam, & inusitatã eruditionem compararunt, nisi accedant caritas, & humilitas, & studium actionis. * Signum sapientis est posse docere, dixit quidam ex ijs, qui docere verbo sciebat, sed veram sapientiã ignorabat, & postquam multa acutissimè docuit, obscuratum est insipiens cor eius, dicens enim se esse sapiẽtem, stultus factus est. Apud nos, nõ qui multa docet, sed, qui multa facit, sapiens est: dixit enim homo sine dubio sapientissimus: Si linguis hominum loquar, & angelorum, caritatem autẽ non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, caritatem autem nõ habuero, nihil sum. Propterea, qui fatebatur se super senes intelligere, adhuc postulat hanc pluuiam dicens: Benedictus es Domine, doce me iustificationes tuas. Doce, dixit (inquit ibi Augustinus) quomodo eas discunt, qui faciunt, nõ quomodo qui, vt habeant, quid loquantur, tantummodo meminerunt. Nam vtique iam dixerat, In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccẽ tibi. Quid ergo adhuc ea quærit discere, quę abscõdita iam custodit in corde, q' vtique nõ feciſſet, nisi ea didicisset? vt quid ergo addit, & dicit: Doce me iustificationes tuas, nisi, quia eas vult faciendo discere, nõ loquendo, vel memoria retinendo. Itaque in hac sapientia vera deuotio etiam intelligitur: Deuotionem autem voco certam, & firmam voluntatem tradendi se Deo, & omnia eius causa faciendi, ac perferendi: quam semper petere à Deo debemus; præsertim cum tepidiores, & remissiores sumus, nec pati debemus quantum situ erit in nobis, vt ad opera Dei lãgueamus. * Sed 28
nulli acceperunt pluuiam temporaneam, Luc.1.
& cœperunt bonum opus, quod non potuere consummare, & natum aruit, quia non habebat humorem. Incipere plurimorum est, progredi quodam tenus, multorũ, ad finem vsque perducere, paucissimorũ. Semen boni operis & capitur, & exoritur in multis emittente Deo pluuiam temporaneam, at facilè arescet, certe non maturescet, nisi adueniat pluuia serotina, qua fruges, & fructus perueniunt ad suam maturitatem. *Petamus ergo pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet nubes*, vt paret terræ pluuiam, aut niues, quibus terram nostram fecundet, & insitum ardorem concupiscentiæ refrigeret, & magna erit in animis nostris fertilitas. Quod si hanc sapientiam nacti fuerimus, statim intelligemus, quod sequitur: *Quia simulacra locuta sunt inutile*. Simulacra, siue idola, nunquam loqui cessant in nobis, cum enim animus ambitione permouemur, nonne idolum maximum, id est, honos, loquitur? Cum pauperatem auersamur, & plura quærimus, aut pretiosiora, quam vsus postulet, cupiditas loquitur, atque ita in ceteris. Sed inutile loquuntur, quid enim prodest homini, si vniuersum mũdum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? * *Diuini viderunt mendacium*, qui adulantes magnos nos esse, & magnis dignos dicunt, & magna, si quęrere

Deuotio.

Idola, quæ loquantur in nobis.

Matth.16.

29

velimus,

velimus, in sæculo esse affecuturos. Mendacium loquũtur, ille verus propheta est, qui ait: Si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Ille propheta verus est, & vere doctor sapientiæ, qui monet. Quærite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis.

Et somniatores locuti sunt frustra. Somniatores sunt, qui superbia tumentes ob eruditionem, aut nobilitatem, siue ob fortitudinem militarem, secum cogitãt, & sibi persuadent se tales esse, vt ad magnos honores, & ad diuitias citò sint prouehendi. Qui frustra loquuntur, quia, non qui verum dicant, & sibi noxias, & inanes cogitationes ex animo extrahant, quærunt; sed adulatores errantes, & in errorem mittentes. *Ideo abducti sunt quasi grex*, nõ quasi homines, sed quasi bruta animãtia, quia oculos habent, & non vidẽt, & audiunt, & non intelligũt. *Affligentur*, sine dubio, & magnis laboribus exercebuntur, *quia non est eis pastor*, nec conuerti volũt ad pastorem, & episcopum animarum suarum. * Horum miseretur Dominus, quia totam vitã stulto labore consumunt, & in rebus nihili solicite laborant, sicut ait Matthæus: Videns autem turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes, sicut oues non habentes pastorem. Tales necesse est iacere, qui non habent pastorem illum, qui ait: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. Habent pastores, id est, consiliarios, & magistros errorum, qui pastores se esse dicunt, sunt autem fures, & latrones, qui non veniunt nisi vt furentur, & mactent, & perdant, super hos pastores iratus est Dominus, & super hos hircos fœtidos, & inutiles, & plenos peccatis visitabit. At qui volunt esse grex Domini, & ab eo duci, qui sunt vere domus Iuda, Christum verbis, factisque confitentes, visitabit eos Dominus, & ponet quasi equũ gloriæ suæ in bello. Qualis sit equus Dei gloriosus in bello, iterum verbis Iob dicamus: Terrã vngula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis, contemnit pauorem, nec cedit gladio. Pugnare debent iusti in vitia, & in peccatores; in vitia resistendo, & vincendo, in peccatores ferẽdo, & commouendo, atque incitando ad virtutem verbis, & factis, quantum cuique dabitur. * At quanta, vis, quis fortitudine præsset, Dei fortitudo illa est, nõ hominis, sicut & Agamemnon Achilli ait:

Εἰ μέλλα παρτιρός ἐσσι θεός πθι σοὶ τό γ' ἔδωκεν.

id est, Si valdè fortis es, Deus cẽ è tibi hoc dedit. Quantumuis pugnet, nõ ipse vincit, sed Deus per eum, sicut ait magnus gratiæ prędicator: Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Idcircò non bellatoribus, sed equis Dei bellantis iusti similes esse dicuntur, quid ergo facit equus Dei? Vngula terrã fodit, cum de cordibus aliorum exemplo suorum operum terrenas cogitationes eijcit, & ea sæcularibus curis euacuat, cum contemnere sæculum opere docet. Vngula terrã fodit, cum alijs persuadens, vt cœlestia appetant, semetipsum semper intrinsecus subtili inquisitione discutit, ne qua immorãte in se diu infima cogitatione polluatur. Exultat audacter, quia sic aduersis nõ frangitur, sicut nec prosperis eleuatur. Aduersa nãque nõ deijciũt, quem prospera nulla corrumpũt. Equus itaque iste & fortis, & sub freno est. Ne ergo prematur aduersis, habet vim fortitudinis: ne eleuetur prosperis, habet pondus desuper insidentis. * Exultat audacter, 32
& exteriora tormenta non metuit, quia internam delectationem quærit, potestatum mundi iracundiã non formidat, quia ipsius quoque vitæ præsentis desideriũ per mentis excessum calcat. Hinc per Salomonem dicitur: Non contristabit iustum, quidquid Prou.12.
ei acciderit. Hinc in eo rursum scriptũ est: Iustus, quasi leo, confidens, absque terrore Prou.28.
erit. In occursu bestiarum, idcirco leo non trepidat, quia prævalere se omnibus non ignorat. Vnde iusti viri securitas rectè leoni comparatur, quia contra se cum quoslibet insurgere cõspicit, ad mentis suę confidentiam redit, & scit, quia cunctos aduersantes superat, quia illum solum diligit, quẽ inuitus nullo modo amittat. In occursum pergit armaris, quia plenumque quieti, atq; inconcussi relinquimur, si obuiare prauis per iustitiam non curamus. Sed si ad æternę vitæ desideriũ animus exarsit: in quantum locus admittit, inquãtum causa exigit, debemus pro defensione iustitiæ nosmetipsos obijcere, & peruersis ad iniusta eorum pentibus, etiam cum ab eis non quærimur, obuiare. * Nam cum iustitiam, quam nos 33
amamus, in alijs feriunt, nos nihilominus sua persecutione confodiunt, etiam si venerari videãtur. Quia ergo sanctus vir, cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

congruum cernit, ictibus pectus obijcit, & venientia iacula, vel moriens retũdit, rectè dicitur, In occursum pergit armatis. Contemnit pauorem, nec cedit gladio: in pauore enim ventura pœna metuitur, in gladio vero iã dolor de præsenti percussione sentitur. Quia ergo vir sanctus ventura aduersa non metuit, pauorem despicit: quia verò nec superueniente percussione vincitur, nequaquam gladijs cedit. Hæc omnia, quæ in verborum Iob expositionem scripsi, ex sancto, & venerabili patre Gregorio decerpsi, ex lib. 31. Mor. a. 21. cap. vsque ad. 25. fere, tametsi breuitati consulens multa reliqui, sed verba non mutaui. *Ex ipso angulus, ex ipso paxillus.* Ex hoc grege confitentium Dominum angulus egreditur, quo nomine illi intelliguntur, qui infirmos confirmant, & dissidentes connectunt, ac copulant, qui quia pacifici sunt, & Christo Dei vero filio

34 similes, filij Dei vocabuntur. *Paxillus parvus, & fortis est, multaque sustinet, qui propterea humiles designat dono consilij polentes, è quibus alij pendent, & eorum monitis fulciuntur, qualis erat Iob, cui dicitur:*

Iob. 4. *Ecce, docuisti multos, & manus lassas roborasti. Vacillantes confirmauerũt sermones tui, & genua trementia confortasti. Arcus* prælij significat eos, qui magno impetu eiaculantur sagittas potentis acutas cõtra hæreticos, contra peccata, cõtra fautores peccatorum. Exactores sunt, qui dictis, vel factis crebro ceteros admonent, vt Deo reddant, quod Dei est, & tributa soluant iustitiæ, & bonorum operum regi sæculorum immortali, & inuisibili. Hæc bona omnia ex hoc grege Dei, & ex his veris confessoribus æternæ maiestatis oriuntur populo Christiano.

Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum. Erunt quasi egregij bellatores, qui omnes suos hostes, quãuis fortes, perinde conculcant, ac si lutum essent viarum, auaritiã, inquam, & cupiditatem carnis illecebras, & honores, & quidquid alios vincere, & conculcare solet, vt de se scribit præclarus

Philip. 3. dux populi Dei: Verum tamẽ existimo omnia detrimentum esse, propter eminentem sciẽtiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimẽtum feci, & arbitror, vt stercora, vt Christum lucrifaciam.

35 *Et confundentur ascensores equorum,* illi videlicet, quos in quadrigis significari diximus cap. 6. nume. 27. &. 28. iusti autem dicent: Hi in curribus, & hi in equis, nos autẽ in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt, & ceciderũt, nos autem surreximus, & erecti sumus. Sed quia omnis iustorum fortitudo cito cadet, nisi Dominus conseruet, & animos eis addat, idcirco pollicetur se hoc facturum: *Et confortabo domum Iuda.* Verum, quia misericors est Dominus, & miserator, ita iustos fouet, & virtutibus, atque animis auget, vt non obliuiscatur peccatorum, quos iustissimè abiecerat, & ideò ait: *Et domũ Ioseph saluabo.* Nec otiosè dixit; Domũ Ioseph, sed, vt intelligerem' respectu sancti patriarchæ, ex quo genus ducebãt, accipere eos misericordiã, qua suis operibus erãt indigni, tantumque apud Deum valere sanctitatem seruorum suorum fidelium, vt propter eam post tot sæcula indignos vocet ad gratiam. Et quia eos, qui perfectè conuertũtur, & dignè peccata deflent, benignissimè accipit Deus, & in pristinam amicitiam restituit, ac si nunquam à se declinassent, hoc etiam subijcit:

36 * *Et conuertam eos, quia miserebor eorũ, & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos, &c.*

Quæ supersunt vsque ad finem capitis perspicua ex dictis sunt, si, vti cœpimus, quæ de decem tribubus dicũtur, quæ à Deo recesserant, ad eos accommodemus, qui peccata reliquerant: & terram Assyriorum, atq; AEgyptum, in quibus illæ captiuæ fuerunt, peccata intelligamus, à quibus tenebãtur. Quę omnia pulchre Hieronymus exponit: Secundum Anagogem, inquit, significat Dominus, & sibilat ijs, qui peccatis fuerant ante captiui, & loquitur ad eos: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & inuenietis requiem animabus vestris, &c. Quid hac significatione, sibiloque clementius, quo dispersus populus congregatur? Congregantur autem, quia Dñs redemit eos, non corruptibilibus argento, & auro ex vana sua conuersatione, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati, Domini Iesu. Vnde loquitur in Psalmo: Exultatio mea erue me, à circumdantibus me. Et iterum: Redemisti me Domine Deus veritatis. Vide in Hieronymo reliqua.

Psal. 19.

Matth. 11.

Psal. 31.

Psal. 30.

CAP. XI.

APeri Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cecidit

cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonũ, quoniam vastata est superbia Iordanis. Hæc dicit Dominus Deus meus. Pasce pecora occisionis, quæ, qui possederant, occidebant, & non dolebant: & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, diuites facti sumus, & pastores eorum non parcebant eis. Et ego non parcam vltra super habitantes terram, dicit Dominus: Ecce, ego tradam homines, vnumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & nõ eruam de manu eorum. Et pascam pecus occisionis propter hoc, ò pauperes gregis: et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decorem, & alteram vocaui Funiculum, & paui gregem. Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variauit in me. Et dixi: Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui deuorent vnusquisque carnem proximi sui. Et tuli virgam meã, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam: vt irritũ facerem fœdus meũ, quod percussi cum omnibus populis. Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerũt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est. Et dixi ad eos. Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proijce illud ad statuarium decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domo Domini, ad statuarium. Et præscidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. Et dixit Dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce, ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum nõ quæret, et contritum non sanabit, & id, quod stat, non enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor et idolũ, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrũ eius: brachium eius aridit ate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

Matth. 27.

HISTORIA.

Aperi Libane portas tuas. Eodem tempore, quo Deus per apostolos, eorumque discipulos magnam orbis terræ partem conuerterat ad Euangeliũ, & fiebant hæc, quæ cap. 9. &. 10. prædicta sunt, id est, quadragesimo anno ab ascensione Domini, infideles Iudæi grauissimo supplicio affecti sunt à Deo, & miserabiliter vastati à Tito Imperatore. Propterea consequenter Zacharias propheta de magno illo excidio Ierusalẽ, & notissima gentis Iudæorum calamitate, in quam se sua sponte coniecerunt Christum crucifigentes, & Euangelicę prædicationi repugnantes. Diximus enim Haba. 3. num. 32. prophetas, postquã de bonis Euangelij locuti sunt, solere apponere supplicia eidem Euangelio non credentium. In Libano amœnissimo monte in Septentrio-

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

nali terrę promiſsionis termino poſito. Cyrillus Iudæam ſignificari putat; ſed omnes ferè tam Hebræi, quam Chriſtiani expoſitores templum potius intelligunt. Euſebius lib 8. de Demonſtratione Euang. demonſtr. 4. hæc ipſa verba referens ait: Nam Libanum in his verbis more ſuo templum ipſum nominat, quoniam in alijs quoque prophetijs oſtenſum eſt Libanū ipſum templum vocari. * Id autem ipſi quoque Iudęi adhuc confitentur, quandoquidem Iſaias huic prophetæ, qui nunc tractatur, ſimilia canens, dixit: Ecce Dominus Sabaoth conturbabit gloriosos cum robore, & excelſi contumelia conterentur. Libanus autem cum excelſis cadet, &c. Idem ait Hieronymus hic, & in cap. 17. Ezecielis, in principio. Atque ita interpretatur, quod illic ſcriptū eſt: Aquila grandis magnarum alarum, &c. venit ad Libanum, & tulit medullam Cedri, id eſt, Nabuchodonoſor venit ſuper domum Dei, & tulit Iechoniam regem, tranſtulitque in vrbem negotiatorum, id eſt, in Babylonem. Addit ibidem: Et crebro templum, quod erat inclytū, atque ſublime, vt Libanus in Scripturis ſanctis Libanus appellatur. Quibus verbis etiam cur Libanus templum vocetur, docet, id eſt, quod inclytum erat, atque ſublime. Altera cauſa eſt, quod templum totum Cedris conſtaret è Libano aduectis, neque enim minoris erat magnificentiæ, quam quod à Salomone conſtructum eſt, vt diximus in cap. 2. Haggæi, & ex Ioſepho intelligitur lib. 15. Antiq. cap. vltim. & lib. 6. de bello Iud. cap. 6. Tertia eſt, quod Libanus, id eſt, לְבָנוֹן dealbationem ſignificat, & hoc nomen habebat mons à niuibus, quibus ſemper albebat. Templū autem procul aduenientibus monti niueo ſimile videbatur, propter inſignē ſaxorum candorem, vt autor eſt Ioſephus lib. 6. de bello Iud. cap. 6. * Euſebius quidē loco modo indicato, vrbem Ieruſalem Libanū dici apud Ezec. cap. 17. teſtatur, quod mihi magis placet etiam in verbis, quę modo interpretamur, vt non ſemel poſtea exponit Cyrillus, quoniam ſtatim ait: Et comedet ignis cedros tuas. In cedris autem principes ciuitatis intelligi nō eſt dubium, cum continuò dicat: Vlula abies, quia cecidit cedrus, quia magnifici vaſtati ſunt, &c. Quoniam ergo Libanus mons erat magnus, in quo multæ cedri erant, & cetera arborum genera, pulchre eo nomine Ieruſalem maximam, & celeberrimam vrbem ſignificat, in qua erant cedri, id eſt, principes totius Iudææ, & nobiles, & diuites, qui in ceteris arboribus intelliguntur. Reliqua etiam conueniunt, nam ipſa inclyta erat, atque ſublimis, multa ædificia cedrina habebat, & tota vrbs propter templum procul venientibus, mons quidam niueus videbatur. Ait ergo: *Aperi Libane portas tuas.* O Ieruſalem fruſtra portas claudes exercitui Romanorū, velis, nolis, aperientur omnes portæ, & vrbis, & templi, & arcium, & ab introeūtibus vaſtaberis. Hinc inter prodigia, quæ præceſſerunt excidium Ieruſalē, Ioſephus ſcribit libr. 7. de bello Iud. cap. 12. Orientalem portam interioris tēpli, cum eſſet ænea, atque grauiſsima, vixq; à viginti viris clauderetur, ſponte ſua ſexta hora noctis patuiſſe in feſto die azymorum. * Refert etiam R. Dauid ex antiquorū Hebræorum traditione, portas templi quadrageſimo anno, antequam vrbs caperetur, ſpōte ſua reſeratas eſſe, tunc q; Iohannem quendam Zachaiten inſignem Iudæorum magiſtrum dixiſſe: O domus, ô ſacra domus, quid hoc ſibi vult, quod tu tibi times? Equidem ſcio interitum tibi, ac vaſtationē imminere, & iam olim vaticinium illud de te editum fuiſſe: Aperi Libane portas tuas. Eamdem hiſtoriam refert Galatinus libr. 4. cap. octauo, ex Thalmud in libro Ioma, & ex Thargum Ieroſolymitano. Refert etiā Lyranus, referunt & alij, teſtemque citant Ioſephum: ſed ego in Ioſepho id tantum reperi, quod dixi, neque tamen annum indicat, neque aliquid præterea addit. Si verū eſt quod Hebræi dicunt, mihi vehemens ſuſpicio eſt portas templi eo die fuiſſe reſeratas ſponte ſua, quo Dominus, atque redemptor noſter expirauit in cruce, & velū templi ſciſſum eſt à ſummo vſq; deorſum. Conuenit enim tempus, id eſt, quadrageſimus annus ante vrbis excidium, quo Chriſtus paſſus eſt: deſolatum enim eſt templū ſecundo anno Veſpaſiani, qui fuit ab ortu Seruatoris ſeptuageſimus tertius, vt tradit Euſebius in Chronicis. Deinde, vt ex omnibus conſtat Euangeliſtis, in feſto die Azymorum paſſus eſt, in quo Ioſephus portas templi patuiſſe ſcribit. Chaldæus: Aperite populi portas veſtras.

Et comedet ignis cedros tuas. Poſſemus propriè cedros capere, quæ exuſtę ſunt in templo, & in palatio, & in nobilium domibus, ſicut

2

Iſa. 10.

3 Ieruſalem Libanus, dicitur.

4

5

ſicut intelexiſſe videtur Chaldęus, qui vertit: Et conſumet ignis munitiones veſtras. Sed quoniā ait: Quia cecidit cedrus, quoniā magnifici vaſtati ſunt, melius cum Hieronymo dicemus perſtare Prophetam in metaphora, vt per cedros, & abietes, & quercus Baſan, ſaltumque munitum, principes, ac ſacerdotes, & populum ſignificet Iudęorum. Eadem eſt ſententia Euſebij loco citato initio huius capitis, & Cyrilli. Principes igitur ciuitatis vocat cedros, quod dignitate emineret inter alios, vt cedri inter reliquas arbores. Similiter locutus eſt Iſaias cap. 2. Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, &c. & ſuper omnes cedros Libani ſublimes, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſan. Et Pſalm. 28. Vox Domini confringentis cedros, & confringet Dominus cedros Libani. Et quoniā cum ſilua conſumitur, & deſolatur, incendio conſumi ſolet, ſeruata eadē metaphora dixit: *Et comedet ignis cedros tuos*, id eſt, occidentur optimates tui.

Vlula abies, quia cecidit cedrus. Sicut cedrus, quia celſior eſt, principes ſignificat, ita abies indicat eos, qui illis dignitate proximi ſunt. Vlula ergo abies, & vociferare præ dolore; ſi enim cedrus cecidit, quæ erat excelſior, tu, quæ minor es viribus, & dignitate, quomodo poteris ſtare?

6

Quoniam magnifici vaſtati ſunt. Principes, & maximi omnium. Lxx, μεγιστᾶνες, id eſt, optimates.

Vlulate quercus Baſan. Baſan regio eſt trans Iordanem, olim Og regis, poſtea duarum tribuum, & dimidiæ, quæ manſerunt trans Iordanem. Erat autem fertiliſsima, & eius quercus erāt inſignis magnitudinis. Significant ergo quercus Baſan diuites, & fortes viribus. Chaldæus: Vlulate Satrapæ prouinciarum. Adiuuat autem & nomen Baſan, quod confuſionem ſignificat, vt eos ſuorū pœnas peccatorum luere doceat.

Quoniam ſuccifus eſt ſaltus munitus. Ieruſalem vocat ſaltum, in quo huiuſmodi arbores erāt, munitum verò dicit, quia vrbs erat munitiſsima, ſicut ea pars Baſan, in qua erāt quercus, erat excelſa, & munita natura. Chaldæus: Quia vaſtata eſt regio fortitudinis veſtræ.

Vox vlulatus paſtorum. Id eſt, Videor mihi iam audire paſtores vlulātes. De hac phraſi diximus Sopho. 1. nume. 64. Paſtores vocat ſemper rectores, & gubernatores populorum, vt notauimus Mich. 5. nume. 31. 2. Reg. 5. Tu paſces populum meum Iſraël. Pſalm. 77. De poſtfetantes accepit eum paſcere Iacob ſeruum ſuum. Atque ita intelligendum eſt in toto hoc cap. 11.

7

Quia vaſtata eſt magnificentia eorum. Dignitas, & diuitiæ, & gloria, & ſuperbia, Hebr. גְּאוֹן, de quo vocabulo diximus Mich. 5. num. 49. Chaldęus: Vox clamoris regum, quia vaſtatæ ſunt prouinciæ eorum, putauit enim Chaldæus ad multos populos hęc referri.

Vox rugitus leonum, quia vaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Quos paſtores vocauerat, eos nūc, (vt Hieronymus, & Chaldæus interpretantur) leones vocat ob crudelitatem, & violentiam, & rapacitatem. Ac ſi dicat: Videor iam mihi audire principes, & gubernatores populi plorantes, & frementes præ indignatione, & dolore, quia vaſtata eſt ſuperbia Iordanis, id eſt, quia Iordanis exaruit, & ipſi ſiti peribunt, hoc eſt, quia diripientur, & peribūt eorum diuitiæ, & quidquid pulchri habebant. Pro ſuperbia eſt idem nomen גְּאוֹן, (de quo modo dicebā) quod ſignificat ſuperbiam, & arrogantiā, & diuitias, ac potētiam, quæ ſuperbiam gignunt. Significat etiam, vt ait Hieronymus, fremitum, ac ſonitum aquæ decurrentis, ideò Lxx verterunt: Quia miſer factus eſt fremitus Iordanis. Chaldęus: Quoniam exſiccata eſt propter eos elatio Iordanis.

8

Paſce pecora occiſionis. Rege, & guberna conſilio tuo homines iſtos, certo interitui deſtinatos, cum venerit exercitus Romanorum, ſi quomodo efficere poſsis, vt illā calamitatem bene agendo deuitent. Pecora occiſionis ſunt, quæ occiduntur, & occiſioni deſtinata ſunt, vt Pſalm. 43. Propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Sed cui nam hæc dicuntur? Cyrillus eiſdem dici putat, qui paſtores, & leones vocati ſunt; legit enim: Paſcite oues occiſionis, cum in Hebręo, & apud Lxx, vt eſt apud Hieronymū, & Theodoretum, & in caſtigatis exemplaribus, legatur: Paſce. Quare Hieronymus, & alij multi, prophetæ hęc dici cenſent. Sed cum pecora occiſionis illi homines ſint, qui Chriſto in terris conuerſante viuebant in Iudæa, non video quomodo paſcat eos Zacharias. Quare ſine dubio Dominum Seruatorē Deus Pater alloquitur, vt rectè ait Theodoretus; contextus enim indicabit in

Universidad de Deusto
Biblioteca

toto hoc capite de Christo verba fieri. Vnde & Hieronymus, & alij paulo post in illa verba: Et assumpsi mihi duas virgas, &c. nō possunt nō fateri Christum esse, qui loquitur. Optimeque hæc in eum conueniunt,
Iohan.10. qui est pastor bonus, & animam suam posuit pro ouibus suis, & qui Matth.15. ait: Nō sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël. Apostolus etiam scribit Romanis, cap.15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum.

9 *Quæ, qui possederant, occidebant.* Hæc pecora possidebant pontifices, & sacerdotes, & Pharisæi, qui, cum essent eorum pastores, minimè eorum saluti, & custodię inuigilabant, sed potius occidebant in suos vsus, & tyrannice omnia in sua emolumenta conuertebant de suo tantum quæstu cogitantes. Quod apertius mox ostendit cum ait: Et pastores eorū non parcebāt eis, &c. Sed totus locus melius ex alijs prophetis intelligetur. Iere. 23. Væ pastoribus, qui disperdunt, & dilacerant gregem pascuæ meæ. Ezec.34. Væ pastoribus Israël, qui pascebāt semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, &, quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Ita hunc locum intellexit Cyrillus, &, vt ego sentio, optimè. In Hebræo est: Possidentes ea occident, & non dolebūt, sed futura pro præteritis ponūtur, quemadmodum Lxx, & Hieronymus interpretati sunt. Et si, vt futura capiantur, idem sensus est, Qui ea possederint, occident, & non dolebunt, loquitur enim de re futura. Chaldæus: Vaticinare aduersus gubernatores, qui constituti sunt ad gubernandum populum meum, & ipsi dominati sunt in eos, quasi in oues occisionis.

10 *Et non dolebant.* In Hebræo est: Non peccabant, id est, non censebant se peccare, & ideò nec pœnitentiā agebant. Lxx: Et non agebant pœnitentiam. Chaldæus: Dicentes: Non imputabitur nobis peccatum.

Et vendebant ea. Quemadmodum ea dicuntur occidere, vt eis vescantur, ita dicuntur vendere, vt inde nummos colligant ad fastum, & ad voluptates, id est, cum iactura salutis eorum quæstum suum curabant.

Dicentes: Benedictus Dominus. Cyrillus: Perinde, ac si Deus concederet ex iniquitate ditari, sic dicūt: Benedict⁹, &c. Videlicet quasi gratias Deo agentes, quod sine peccato, & sine cuiusquam iniuria diuites facti essent.

Et pastores eorum non parcebant eis. Cū pro officio suo tueri deberent oues, ne à lupis lacerarentur, non modo non tuebantur, verum etiam ipsi eas occidebant, & vendebant.

Et ego non parcam vltra. Nec parcam pastoribus, quia oues deuorauerūt, nec ipsis subditis qui nec ita à Deo puniti per malos pastores à peccando abstinuerunt, sed potius pastoribus suis consenserunt, & subornati à pontificibus, & Pharisæis exclamauerūt: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam, 11
Luc.23. * Adnotat autem Hieronymus eū dicit. *Super habitantes terram*, non de vniuerso orbe intelligi, vt Iudæi volebant, sententiam in se pronuntiatam conuertentes in alios, sed de Iudæa, vt etiam R. Dauid ipse exposuit.

Ecce, ego tradam homines vnumquemque in manu proximi sui. Hieronymus: Dimittam vnumquemque contra proximum suum, & mutua se cęde truncabunt. Tanta enim inter ipsos Iudæos erunt bella, atque discordiæ, vt in tres partes populus diuidatur. Legamus Iosephum, & septem Iudaicæ captiuitatis libros, & hāc prophetiam esse completam historiæ veritate cernemus. De miserabili hac totius ciuitatis dissensione, & de intestinis eius bellis, vnde in magnas calamitates, & denique in captiuitatem, & in excidium venit, lege Iosephum lib.5. de bel Iud. cap.2. & lib.6. ca.1. &.4. Ita etiam exposuit Cyrillus.

Et in manu regis sui. Vatablus putat singularem poni pro plurali, & reges dici principes seditiosorum. At res mihi videtur manifesta, regem suum vocat Romanorum Imperatorem, ipsi enim dixerunt: Non habemus regem, nisi Cæsarem, Iohan.19. Ita etiam Rupertus.

Et concident terram. Scilicet, illi, in quorū manum eos tradam, id est, Romani, vt ait Hieronymus, qui Iudææ vrbes euerterunt, & terram vastauerunt, vt late videre licet apud Iosephum. 12

Et non eruam de manu eorum. Ex hoc loco argumentatur Hieronymus cōtra Iudęos, captiuitatem hanc non temporalem futuram, vt Babylonicam, sed perpetuam.

Et pascam pecus occisionis propter hoc, ô pau-

peres gregis. Christus loquitur se velle patri obtemperare, & pascere pecora occisionis curæ suæ commissa, vt omnibus notum sit patrem præstitisse ouibus suis omnia, quæ præstari poterant, easque sua culpa perijsse. Cum autem hoc dicit, apostropham facit ad pauperes gregis, id est, ad eos, qui in se crediturі erant ex illo grege, hoc est, ad apostolos, & reliquos fideles, quos pauperes vocat, quia abiecti erant in illa gēte, & quia humiles fuerunt, nec imitari voluerunt superbiam Pharisæorum, & pontificum. Ita fere exponit Hieronymus. *Propter hoc*, id est, quia pastores non habent, à quibus pascantur, sed à quibus deuorentur.

Et assumpsi mihi duas virgas. Humiles ad se conuersos, vult audire quid fecerit à principio erga hunc populum, & cur illum abiecerit, quem multo tempore amauerat. Ego, inquit, vt verus hominum pastor, & custos, assumpsi duas virgas, id est, duos baculos pastorales, vt gregem meum pascerem. Assumpsi autem non eodem tempore, sed prius vnam, deinde alteram. Primam vocaui Decorem, siue pulchritudinem, secundam Funiculum. * De his virgis variæ admodum sunt sententiæ. Eusebius lib. 10. de Demōstratione Euang. demonst. 4. Virgam, quæ dicitur Decor, putat esse legem Mosis, & vetus testamentum, alteram vero esse multitudinem illius gentis. Cyrillus alterā dicit esse legem vetere, alteram Euangelium. Alij aliter. Mihi Hieronymi expositio sine dubio videtur præferenda ceteris, quæ est huiusmodi. Prima virga, est gubernatio omnium hominum, qua Deus sub Noe omne hominum genus sua benedictione protexit, & ad se vocauit, & omniū pastorem se fecit. Hæc virga dicta est Decor, quia decorum est, & iustum omnes homines ab omniū creatore gubernari. Aut fortasse Decor ponitur pro re decora, quia imperium eo pulchrius censetur, quo in plures habetur. Altera virga est gubernatio vnius populi Israël, quando ex omnibus gentibus illum elegit Dominus in peculium, & in hæreditatem, iuxta illud Deutero. 32. Pars autem Domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Quare meritò vocata est Funiculus. Idem sensit Rupertus. Prima virga sumpta est cum Dominus dixit Noe Gene. 9. Ecce, ego statuā pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos. Atque hæc expositio manifestè confirmatur ex eo, quod sequitur: Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam, vt irritum facerem fœdus meū, quod percussi cum omnibus populis. * Altera virga sumpta est, cum Deus simile pactum inijt cum Abraham, Gen.17. 14
Et statuam pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Daboque tibi, & semini tuo terram peregrinationis tuæ, &c. Hæc expositio etiam manifestè comprobatur verbis Prophetæ: Et præcidi virgam meam secundā, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudam, & Israël. Verum vbi nos habemus, Funiculus, in Hebræo est חבלים, id est, corrumpentes, seu destruentes, quomodo accepit R. Dauid, & eum secuti Vatablus, arq, alij ex recētioribus. At Iudæi malè (vt sępè solent) pūcta subscripserūt, cum scribendum esset חֶבְלַיִם, quæ vox funiculos significat, vt indicant Lxx interpretum, Hieronymique trāslationes. Quod autem Funiculus vertunt, potius quam funiculi, nihil refert, nam hæreditas à funiculis, quibus eam diuisores metiebantur, modo Funiculus dicitur, vt Deuter.32. Iacob funiculus hæreditatis eius: modo Funiculi, aut Funes, vt Psalm. 15. Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hæreditas mea præclara est mihi. *Et virgę commodius nomē erat 15
Funiculus, quam Funiculi. Accedit, quod Funiculi potest dici hæc virga, quia multæ tribus erant, & Funiculus, quia vniuersæ duodecim tribus vnus tunc populus fuerunt, & vna Respublica. Sed, vt ad translationem redeam, equidem nō miror R. Dauid reliquarum linguarum ignarum secutum fuisse Hebraica exemplaria, & qualia inueniebat, interpretātum. Nam, nec nostram translationem legere poterat, quia linguam Latinam ignorabat, neque alios interpretes, quod similiter ignoraret & Græcam. At nobis satis esse debet Hieronymum vertisse Funiculus, itaque ab eius tempore Latinam Ecclesiam legisse, vt putemus ita potius vertendum, & scribendō, quam quomodo scribunt, & interpretantur Hebræi recentiores, cum etiam Hieronymus dicat crebro se ea nobis tradere, quæ accepit ab Hebræis. * Quod si hoc satis non esset, eodem modo verterunt Lxx 16
interpretes, & ita Ecclesiæ legerunt à tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pore apostolorum, ita omnes sancti Græci, ac Latini scripsere. Constat etiam & ceteros vetustissimos interpretes eodē modo transtulisse. Etenim (vt refert Euse. libr. 10. de Demost. Euang. demonst. 4.) Aquila sic conuertit, Vnam vocaui Decorem, & alteram vocaui Funiculum: Symmachus autē: Hanc quidem vocaui decorem, illā autē vocaui Funiculum.

Et paui gregem. Prius pascebam omnes gentes, deinde eriam fœdus iniui cum semine Abraham.

Et succidi tres pastores in mense vno. Tres pastores sunt (vt recte ait Hieronymus) Moses, Aharon, & Maria. Mariam legimus Num. 20. mortuam fuisse in deserto Sin, mense primo. Et ibidem ait Dominus Mosi, & Aharoni: Quia non credidistis mihi vt sanctificaretis me coram filijs Israel, nō introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Atque ita, inquit Hieron., factū est vt è tribus pastoribus alia præsenti morte succideretur, alij sententia mortis futuræ. Ita etiam Ruper.* Nō probatur. R. Dauidi hæc explanatio, nec deest qui illum sequatur, raro incomitatus relinquitur. Negant Mariam dici posse pastorem, quæ nec populum administrauit, neque vllo munere functa legitur præter ceteros. Tres pastores esse dicunt tres Iosiæ regis filios, quorū regnum breuissimo viginti duorum annorum, & trium mensium spatio terminatū est. 4. Reg. 23. &. 24. quod spatium Hyperbolice mensis vnus dicitur, vt Hos. 5 Nunc deuorauit eos mensis cum partibus suis, id est, Breuissimo tempore delebuntur. Verum verborum Hoseæ alius est sensus, vt suo loco diximus, significant enim: singulis mensibus venient ad eos hostes, qui eos cō sument, ea phrasi, qua nos dicimus quotidie fieri, quod fit sæpius. At cum Zacharias dicit: *In mense vno*, omnino certum tempus signare videtur. Sicut ergo si in verbis Hoseæ ostēdere possemus singulis mensibus hostes venisse, qui consumerent, illa esset cereris omnibus præferenda interpretatio, quia verborum proprietatem optime seruaret, ita nūc Hieronymi expositio præstantior est iudicanda, quæ propriè accipit verba, quam altera, quę figurate accipit, & per Hyperbolen dictum putat, In mense vno, pro, Breuissimo tempore.* Cum autē eodem mense mortua fuerit Maria, & mortis sententia in fratres eius Mosem, & Aha-

ronem lata, rectè dicuntur tres pastores mense vno succisi, siquidem consuetudine scripturæ, sermonisque communis, mortuus, atque succisus censetur is, in quem mortis lata est sententia, vt Gene. 2. in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris: mortuus dicitur, quia in mortis iā incurrerat sententiā, & Dñs à Marco. c. 15. crucifixus dicitur hora tertia, quoniā tunc mortis accepit sententiā, vt scribūt Ignatij* martyr in ep. 5. quæ est ad Trallianos, & Clemens, & ipse martyr, libr. 5. Constitutionū apostolicarum, capi. 16. aut iuxta recentiorem translationem. 13. Maria autem rectè numeratur in pastoribus, quia prophetissa erat, & populum, mulieresque docebat. Ex quo satis probabile est multa eius consilio, & autoritate fuisse gesta. Ideo numeratur inter pastores popul. Mich. 6. Et misi ante te faciem tuam Moysem, & Aharon, & Mariā: Vbi Chaldæus ait: Misi ante te tres prophetas: Moysem, vt doceret iudiciorū traditionē, Aharō, vt expiaret populum, & Mariam, vt instrueret mulieres.* Et Exo. 15. legimus: Sumpsit ergo Maria soror Aharon prophetissa tympanum in manu sua, egressęque sunt omnes mulieres post eam cū tympanis, & choris, quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino, &c. Tantique eam faciebat populus, vt cum propter lepram separata esset extra castra septem diebus, nequaquam ille pedem mouent donec reuocata est Maria Num. 12. Denique quod dicunt de tribus filijs Iosiæ, minime in hunc locum conuenire ostendunt verba, quæ sequuntur paulo post: Et tuli virgā meam, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam, & irritu mfactum est fœdus meum, quod percussi cum omnibus populis: nam fœdus, quod percussit cum omnibus populis, non est irritum factū ę:are filiorū Iosię, sed multis ante annis, vt mox dicemus.

Et contracta est anima mea in eis. Sumpta est metaphora ab ijs, quorū cor coangustatur, & constringitur tristitia & angitur, ita vt quodā modo videantur exanimari præ afflictione animi. Ac si diceret, Grauissimum mihi, & molestissimum fuit, quoties irritatus sum ab eis in deserto, id est, a filijs Israel, & ideo eis abstuli tres pastores. Itaque cum dicit: Et contracta est anima mea in eis, si audiatur, quos pascebam, id est, in filijs Israel non autem in pastoribus, vt constat ex sequentibus. Et dixi: Nō

pascam

pascam vos; quod moritur, moriatur, &c.
* Hoc etiā Moses aperte ostendit Deut. 1. his verbis. Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc, &c. Lxx: Et grauabitur anima mea sūper eos. Aquila: Et mutilata est anima mea in eis. Symmachus: Et exanimatus sum in eis, Theodotiō: Exanimata est anima mea super eos. Vtrumque significantius dicitur in Græco. ὠλιγοψύχησεν ἐν αὐτοῖς, Theodotion ὠλιγοψύχησεν ἡ ψυχή μου. Quid sit autē ὀλιγοψυχεῖν, diximus Ionæ. 4. n. 17. Ita retulit Euseb. libr. 10. de Demonst. Euang. demonst. 4. verbum Hebræum קָצַר significat Coangustauit, constrinxit.

Siquidem & anima eorum variauit in me. בָּהֳרָה. i. Tædio affecta est, cito defatigati sunt obediēdo mihi, cito ab obedientia recesserūt filij Israel, & variauerūt in me. Simile est illud Psal. 105. Cito fecerunt, obliti sunt operum eius, & non sustinuerunt consilium eius. Aquila vertit, vt loco citato refert Euse. Etenim anima corū immaturauit in me. Quod dicitur Græce ἐπέφυκεν, ac si diceret: Mollis facta est, vt poma nimis matura, non seruauit constantiam. Symmachus: Et anima eorum inualuit in me, id est, molesti mihi fuerunt recedentes à me, & variantes.

Et dixi: Non pascam vos. Tunc iratus huic populo, dixi illis: Non pascam vos, nulla mihi cura erit salutis vestræ, vt vos seruē, & introducū in terrā promissam, quin potius pērire vos patiar in deserto, vt nemo ex vobis à viginti annis, & supra illuc ingrediatur præter Iosue & Caleb, vt scriptum est Nu. 14. Quod non de vniuerso populo, sed de hominibus illius ætatis dicit, nam filios eorum, qui vegetissimum annum non impleuerant, pauit, & gubernauit, & introduxit in terram promissionis. Atque ita quadraginta annos errauerunt in deserto, quibus hoc factum est, quod nunc ait: quidam enim mortui sunt, alij interfecti sunt ab hostibus alij à serpentibus Num. 21. Alij à fratribus suis interempti sunt vt Nu. 25. Et iratus Dominus ait ad Moysem. Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel. Dixitque Moyses ad iudices: Israel Occidat vnusquisq; proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor.

Quod moritur moriatur. Perstat in similitudine pastoris abijcientis, & relinquētis pecora. Qui in morbum, aut in periculum mortis inciderit, à me non liberabitur, moriatur, nihil mihi curæ erit.

Quod succidatur succidatur. Quod ab hostibus, aut à bestijs rapi, & occidi contingat, occidatur, ego non liberabo.

Et reliqua deuorent, id est, Consumant, vt factum est Num. 25. sicut iam diximus, & in iurgijs eorum, & seditionibus.

Et tuli virgam meam. Postquam assumpsi virgam, quæ vocabatur Funiculus, id est, postquam elegi filios Israel, vt populus meus essent, statim confregi virgam illam priorem, quæ vocabatur, Decor, (vt habent multa exemplaria, in Hebræo enim semper est idem nomen pulchritudinem significans) aut Decus, (quod nunc pro eodem accipit) qua vniuersos homines pascebam, id est abieci alios populos propter idololatriam. Aquila ita vertit: Et accepi virgam meam Decorem, & excidi illam. Quasi dicat: Etiam si initio fuerit populus hic rebellis, & incredulus, tamen nolui eum abijcere penitus, sed potius reliqui alios populos, & cum semper retinūl:
*Hieron: Statim enim vt Israel assumptus est, gentiū turba proiecta est, & vt nata est filia Archisynagogi, quæ postea in Euangelio ægrotare, & mortua esse narratur, hæmorrhoūsa cœpit sanguine fluere, & perpetua infirmitate cruciari. Sensus verborum Hieronymi est. Quando in Abraham elegit gentem Iudæorum, & illi cœperunt credere, tunc populus gentium cœpit sanguine fluere, & ęgrotare, sicut Marci quinto ostensum est, mulier enim sanguinis fluxum per duodecim annos patiens typus erat gentilitatis, filia autem Archisynagogi, quam Lucas capite. 8. duodecim annos habere ætatis scribit, figura erat populi Iudæorum. Cum ergo nascitur filia archisynagogi, id est, populus Iudæorum, tunc mulier, id est, gentilitas, sanguine fluere cœpit, & perpetua infirmitate cruciari. Sed dum Dominus venit vt resuscitet filiam Archisynagogi, tangit eum mulier sanguine fluens, & ante sanatur, quam illa resuscitetur, quia prius sanata est gentilitas, & postea subintrauit populus Iudæorum. Apertius hoc explicat idem Hieronymus in illud Matth. 9. Et princeps vnus accessit, & adorabat eum, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 *Et cognouerunt sic pauperes gregis.* Tunc illi, qui in populo Israël vere humiles, & serui mei erãt, vt Moyses, Aharon, Iosue, cognouerunt gratiam, quã ego huic populo præstabam, vt eum præ ceteris eligerem, atq; ita contestabantur, vt Moses Deuter. 7. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores, sed, quia dilexit vos Domin⁹, & custodiuit iuramentum, quod iurauit patribus vestris. Ex quibus hoc etiam intelligitur, quod ait Zacharias: *Quia verbum Domini est*, id est, cognouerũt hoc esse, quod Dominus dixerat, & iurauerat patribus, Abraham, Isaac, & Iacob, & velle eum implere quod promiserat. Hoc idem alij postea cognouerũt, vt Psal. 75. Notus in Iudæa Deus, &c. &. 147. Qui annuntiat verbũ suũ Iacob iustitias, & iudicia sua Israël. Non fecit taliter omni nationi, & ita in ceteris ꝓpheris.

Qui custodiunt mihi. Qui custodiunt mandata mea in honorem meum. Chaldæus: Qui fecerunt voluntatem meam. Potest etiam verti: Qui custodiunt me, id est, qui me obseruant & venerantur.

25 *Si bonum est in oculis vestris.* Cum ergo iam assumpta humanitate inter eos versarer, dixi sæpè ad hunc populum: Si placet vobis, reddite mihi mercedem aliquam pro tot beneficijs, pro tam diuturna solicitudine, & prouidẽtia vestri. Hoc est, quod semper Christus Iudæos hortabatur, vt se reciperent promissum, & missum à Patre, vt redderent Deo honorem, quem debebant, vt videmus in parabola agricolarum Matth. 21. & cap. 22. in parabola nuptiarum, & in alijs multis. Hinc iam nostrorum explicationes conuenunt inter se se, de Christo esse quod sequitur, nam Chaldæus, & Hebræi mysteria Christi malitiosè occultantes miserabiliter delirant. Quod ait: *Si bonũ est in oculis vestris*, idem est, ac si diceret: Si bonum, vobis videtur, si placet, vt. 1. Reg. 3. Dominus est, quod bonum est in oculis suis, faciat.

Et si non, quiescite. Si non placet, ne faciatis, quasi dicat: Non enim cogam vos cum liberi sitis arbitrij.

Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Id est, Pro mercede, quam petebam, & quam reddere debebant, inierunt consilium, vt me dolo tenerent, & occiderent, & dederũt Iudæ proditori triginta argenteos, vt me traderet. Ita etiam Ruffinus in expositione Symboli. Argentei, quibus venditus est Dominus, pendebant singuli duas drachmas Atticas, vt latius ostendimus Hamos octauo, nume. 18. &. 19. Quid autem sit Appendere, diximus ibidem numero. 15.

26 *Et dixit Dominus ad me, proijce illud ad Statuarium.* Tria sunt in his verbis perobscura. Primum, quomodo Christo dicatur (ipse enim & nunc, & in præcedentibus loquitur) Proijce illud, cum argenteos non Christus proiecerit, sed Iudas. Alterum, quomodo ad Statuarium, cum in templo eos proiecerit ad sacerdotes. Quod si alterius facienda mentio erat, Ad figulum, vertendum videbatur, non ad Statuarium, quandoquidem, vt ait Matthæus capite vigesimo septimo: Sacerdotes dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est. Et consilio inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Ante omnia vocabuli vim exponamus, vt paulatim res tota intelligatur. Pro Statuario in Hebræo est יוֹצֵר, quæ vox significat plasten, id est, formatorem, aut fictorem, siue figulum. Denique, qui ex ligno, aut ex ære, aut simili ex materia statuam facit, dicitur יוֹצֵר, Isa. 44. Plastæ idoli omnes nihil sunt. Pro figuli etiam accipi solet, vt Isa. 29. Quasi si lutum cõtra figulum cogitet: Threnorum quarto: Quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli? * Præterea si in eodem vocabulo prima litera non sit iod, sed aleph, significat thesauri custodem, quæ significatio placet Vatablo, & quibusdam nouis autoribus, dicunt enim quod esse debuerat, mutatũ esse in, א iod, quoniam literæ quiescentes sæpè commutantur inter se. Hoc ex R. Dauide sumpserunt, à quo sumunt plurima: ille autem citat pro se Chaldæum, qui vertit: Proijce illud in domo Sanctuarij Domini sub manu præpositi magni, videlicet templi, vel thesauri. Dicunt igitur proiectum esse argentum ad thesauri custodem, id est, ad sacerdotes, qui curã habebãt thesauri tẽpli, atq; ita dixerunt: Nõ licet eos mittere in corbanã, quia pretiũ sanguinis est. Sũt etiã, qui dicãt vtrũque, in hoc loco significare, & figulũ, & thesauri custodẽ, breuiterq; insinuasse

יוֹצֵר

Zacha-

Zachariam quod postea factum est, id est, delatos fuisse triginta argenteos ad thesauri custodem, & postea figulo datos esse pro agro. At hoc quomodo verum esse possit, non video, aut enim litera, iod, in hoc vocabulo naturalis est verbi, & ita nullo modo significare potest thesauri custodẽ, aut ex mutatione posita est pro א, & ita significabit thesauri custodem, sed fictorem, aut figulum, non significabit. Quod autem dicunt significare thesauri custodem, mihi me dicerent, si veteres interpretes consuluissent, ac non vnum Hebræum omnium linguarum imperitũ sequi maluissent. * Ex his abunde intelligi potest totam fere huius loci difficultatem ex nostra oriri translatione: in Hebræo enim nulla est, quando quidem intelligere possumus: Proijce illos ad figulum, id est, Proijce in templo, vt dentur figulo. Vel Proijce illos ad Deum, qui formator est omnium, id est, Proijce in tẽplo Dei formatoris omnium. Erenim verbum יָצַר vnde hoc nomẽ cadit, sæpe Deo tribuitur in scriptura, vt Psal. 75. A Estatem, & ver tu plasmasti ea. Isa 43. Populum istũ formaui mihi. Zach. 12. Et fingens spiritum hominis in eo. At quorsum dictum sit. *Proijce illos ad statuarium*, non apparet. Accedit quod ipse Hieronymus translationem suam reprehendit. Ita enim ait: Proijce illum ad Statuarium, pro quo in Hebræo legitur יוֹצֵר, id est, τὸν πλάσσοντα, quem nos fictorem, & figulum possumus dicere. Et postea: Pro Plaste, atque fictore Statuarium olim interpretatus sum, verbi ambiguitate cõpulsus quod Statuarium, fictorem que vno sermone significat. Cur ergo (dicat quispiam) defendere tu vis translationem, quam ipse illius autor correxit? Cui ego paucis respondeo; Quoniam Ecclesia illam retinet, quæ vidit correctionem Hieronymi, nec tamen mutare voluit quod prius scriptum erat, sed semper legit: Ad Statuarium: & quam recte legat, statim indicabo. * Ergo Statuarius metaphorice dicitur Deus, vt ait Ruper. & ex Hebræis R. Abraham, quod ipse sit omnium plastes, atque formator. Vt enim Statuarius ex ære, aut alia materia statuam conficit, ita Deus ex materia, quam creauit, formauit hominẽ, & cetera corpora. Immo & Hier. plastem, atque fictorem, siue figulum Deum interpretatur eadem causa. Quasi dicat: Hos triginta argenteos, quibus te emerũt, proijce ad Deum, qui omnes formauit, vt ipse, qui nouit animæ tuæ, corporisque dignitatem, iudicet an digno satis pretio æstimatus sis ab eis, id est, vt videat quanta te iniuria affecerunt. Ita Hierony. & Ruper. intellexerũt. Lxx verterunt: Depone eos in conflatoriũ, id est, in officinam conflatoris, conflator autem intelligitur statuarius, qui conflat metalla, vt ex eis statuas efficiat. Vt Iere. 51. Confusus est omnis conflator in sculptili, quia mendax est cõflatio eius, neque est spiritus in eis, id est, in sculptilibus, & in statuis, quas facit. Hoc autem nihil aliud est quam si diceret: Proijce eos ad Dominum, proijce eos ad conflatorem, siue ad Statuarium. *Quo modo transtulerunt Lxx, trãstulerunt Aquila, & Symmachus, vt refert Euseb. lib. 10. de Demonstr. Euang. dem. 4. propterea que Ecclesia noluit mutare priorem translationem, etiam Hiero. ipso quodãmodo corrigente, quia & germana erat, & veterum, atque doctissimorum interpretum. Quorum verba, quia non sunt in Euseb. Latino satis apte conuersa, Græca ponam Aquila vertit: Καὶ εἶπε κύριος πρός με, κάθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, ἐπιδοκίμασον πρὸς τὸν πλάστην, id est, Et dixit Dñs ad me. Demitte eos in cõflatorium, proijce illud ad plastẽ. Et mox: Καὶ ἔῤῥιψα αὐτὸ ἐν οἴκῳ κυρίου πρὸς τὸν πλάστην. Et proieci illud in domo Domini ad plastem. Plastes autem etiam Statuariũ significat, vt vel illud indicat ex lib. 4. Græcorum epigrammatum Sectione. 7.

Βγκόλον ὐν ὀσίδης τον ἐμὸν ξένε, τόδ' ἔπος αὐτῷ
εἶπον ὅθ' ὁ πλάστης ὡδε μ' ἔπεμψε Μύρων.

Quod licet alter futurus erat pentameter, duobus hexametris ita ad verbum vertetur:

Custodem si forte meum conspexeris hospes,
Dicito ei, plastem hic me vinxisse Myronem.

Notissimũ autẽ est, Myronẽ nõ figulũ fuisse, sed statuarium, cuius buccula ęrea celeberrima est versibus poetarum, & quẽ inter veteres nobiles statuarios numerat Plinius libro. 34. capit. 8. Et Cicero in Verrina 6. Signum (inquit) erat hoc, quod dico, Cupidinis è marmore, ex altera parte Hercules egregie factus ex ære. Is dicebatur esse Myronis, vt opinor. Atque ita omnino Aquilam hic accepisse indicat quod præcesserit εἰς τὸ χωνευτήριον, id est, in conflatorium, quod non est figuli, sed statuarij. Quare male interpres Euse. transtulit: Ad figulũ. *Symmachus vero, ita vt Lxx, vertit:

31

Universidad de Deusto
Biblioteca

ῥῖψον αὐτὸ εἰς τὸ χωνευτήριον, id est, Proijce illud (scilicet argentum) in conflatorium. Et statim: Καὶ ἐῤῥίφη αὐτὸ εἰς τὸν οἶκον κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον, id est, Et proiecti illud in domum Domini in conflatorium. Per conflatoriũ autem, siue fornacẽ, si ita vertere velis, artificem ipsum, id est, conflatorem, vt iam diximus, intellexerunt, sicut est in translatione Aquilæ, & in Hebræo. Conflatorem autem, siue statuarium esse Deum ipsum, satis indicat Propheta, cum ait: *Et proiecì illos in domum Domini ad statuarium*; quis enim alius statuarius, aut conflator erat in domo Domini? Facile etiam dicere possemus statuarium latè sumi hic, & figulum significare, qui fictiles statuas facit, quales faciebant multas figuli, siue fictores, vnde Cicero. 2. de Natura deorum. Reliquos Deos ea facie nouimus, qua pictores, fictoresque voluerunt. Itaque interpretari licet: Proijce illos in templum, vt tradantur statuario, id est, figulo, & nihil supererit difficultatis: sed aptior est alter sensus, & cum ad nostram translationem, tum ad antiquorum interpretum sensum accommodatior, præsertim cũ in Hebræo, & in translatione Aquilæ Statuarius articulum habeat, vt nõ quiuis, sed certus aliquis, & insignis statuarius

32 indicetur. * Nunc primam illam dubitationem dissoluamus, cur Christo dicatur: *Proijce illud ad Statuarium*, cum Iudas proiecerit? Facere dicitur is, qui facit, vt aliquid fiat, & mouet, aut consilio, aut imperio, aut impulsu. Christus autem mouit Iudam, & quodãmodo impulit, vt proijceret argenteos. Nec nunc de peculiari, atque altiore motione loquor, qua, vt Deus, potuit eius animum commouere, si quis vellet dicere speciali Dei auxilio commotũ esse, vt proijceret, & veniam à Deo peteret, quamuis postea ab spiritu desperationis victus est. Reg. Consuetudo communis sermonis est, vt quod facimus impulsi vehementi amore, aut odio, aut misericordia cuiuspiam, aut simili affectu, ipse dicatur facere, cuius impellimur affectu, & qui nobis obuersari ante oculos videtur. Vt, si quis mortui filij desiderium ferre nequeat, dicimus: Non sinit illum filius quiescere, non sinit viuere. Tale est illud Homeri, vnde optimè intelligitur quod dico.

4. Odys. Τῶν πάντων δ' τέσσων οδύρομαι, ἀχνύμενός περ
ὡς ἐνὸς, ὅστε μοι ὕπνον ἀπεχθάιρη καὶ ἐδωδὴν
——μνωομένω,

Facere dicitur, qui facit, vt res fiat.

Id est, Horum omnium gratia non tantum lugeo, tametsi tristis,
Vt vnius, qui mihi somnum inuisum facit, & cibum.

Recordanti: quod de Vlysse absente, & qui an adhuc viueret nesciebat, dicebat Menelaus. * Ita cum Iudas dolore proditionis suæ, & innocẽtis Christi iam damnati commiseratione fecit, vt ad sacerdotes iret, & argenteos proijceret, fecisse Christus dicitur. Ita enim ait Matthæus cap. 27. Tunc videns Iudas, qui cum tradidit, quod damnatus esset, pœnitentia ductus retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus, dicens: Peccaui tradens sanguinẽ iustum. Itaq; *Proijce*, idem est ac Proijcies, id est, facies, vt proijciantur, vt explicauerunt Hieronymus, & Rupertus. Plerique putant hæc verba Zachariæ indicari à Matthæo cum paulò post ait: Tunc impletum est, quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentem: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiauerunt à filijs Israël, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. De quo ita scribit Eusebius in quarta demonstratione, libro decimo. Sæpè indicata: Vbi diligenter considera, cum hæc nõ habeantur apud Ieremiam prophetã, num arbitrari oporteat ea per quandam malitiam ex illo sublata esse, an verò librarij erratum fuisse, qui negligentius sanctorum Euangeliorum exemplaria cõfecerit, & ex negligentia in errorem inciderit, & pro Zacharia posuerit Ieremiam, &c. * Vnde Matthæus prophetiam desumpserit, non est huius loci, dicẽt explanatores Matthæi. Quod ad meũ institutũ attinet, dicã, Nego desumptã esse ex Zacharia. Primũ, quoniam antiquissimi codices Græci, & Latini etiã Eusebij, & Origenis ætate, nomẽ Ieremiæ habebãt, vt in Origene videmus, tracta. 35. in Matthæum. Deinde, quoniã licet de eadẽ re loquatur Zacharias, verba sunt admodum diuersa: Et appenderũt mercedẽ meã triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me: Proijce illud ad statuarium. Decorum pretiũ, quo appretiatus sum ab eis, &c. Tertio, quoniã illa: Et dederũt eos in agrũ figuli, sicut constituit mihi Dominus, nullo modo sunt in Zacharia. Postremo apud Zachariã Christus loquitur, in verbis Matthæi non loquitur Christus, sed propheta ipse.

Decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis.

Ironice

Ironice hoc dixit rei indignitatem intelligi volens. Id est, Iussit me Deus proijcere ad statuarium illos argenteos, hi enim erant pretium, quo estimatus sum ab eis.

Et tuli triginta argenteos. Feci, vt ferrentur à Iuda, & proijcerentur in templum, quomodo iam expositum est numero trigesimo secundo.

Et præcidi virgam meam. Cum me triginta argenteis emissent, & in crucem egissent, decreui eos abijcere, vt iam non essent populus meus, nec meus funiculus, nec ego eorum pastor; ideo confregi virgam Funiculum, qua eos pascebam.

Vt dissoluerem germanitatem inter Iudam, & Israel, id est, Separaui, & elegi mihi quosdam ex eis, reliquam multitudinem reiecì. Hoc autem elegantissime dicit his verbis: *Vt dissoluerem germanitatem inter Iudam, & Israel*. Olim tempore Dauidis, & Salomonis nulla erat diuisio in populo, sed pax, & germanitas. Tempore Roboham diuisus est, & pars secuta domum Dauid dicta est Iuda; pars secuta Ieroboham, quæ & deinde vitulos adorauit, dicta est Israel. Ita cum CHRISTVS venit, non erat diuisio inter Iudæos, sed germanitas cultus, & adorationis, & ceremoniarum: postea diuisi sunt, Iohannes septimo. Et diuisio erat inter eos. Matthęi decimo. Veni enim seperare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, &c. quod capite duodecimo magis explicat Zacharias. In hac diuisione qui secuti sunt domum Dauid, ideſt, CHRISTVM, dicti sunt Iuda, quia Deum confitebantur; qui in infidelitate manserunt, & eum negarunt, dicti sunt Israel. Ait ergo, Confregi virgam, qua eos pascebam, & adduxi ad me Iudam, & abieci Israel, & diuisi sunt mutuo, adeò vt Israel acerbissimis odijs, & iniurijs persecutus fuerit Iudam, id est, Iudæi increduli apostolos, & reliquos credentes.

TROPOLOGIA.

Quæcunque respublica, aut religio, aut domus quæcunq; etiam anima, quæ sublimẽ se esse existimat, & habet, qui se cedros, & abietes, & quercus Basan credant, recte significatur in Libano, quo (vt ait Hieronymus) nihil erat in terra repromissionis excelsius. Sed de republica, siue de religione potius dicamus, quæ excelsior respublica est, eadem enim ad animam facile accommodari poterunt. Quæque religio, id est, religiosorum familia, magna esse studeat, sed magnam se esse nesciat, ne cito per superbiam perdat, quod multi tempo ris labore per humilitatem comparauit. Vt enim scribit Grego. lib. 18. Mor. c. 22. Tanto vna quæque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto pro amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur: Non ne cum paruulus esses in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel? Ac si aperte diceret: Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi: sed nunc quia magnus tibi es, factus es despectus mihi. Vnde & per Prophetam dicitur: Væ qui sapiẽtes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudenter. * Tanto ergo fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi: tanto pretiosior Deo, quanto propter eum vilior sibi, quia humilia respicit, & alta à longe cognoscit. Vide etiam eumdem lib. 34. à capi. 17. ad finem libri. Huic ergo Libano merito dicitur: *Aperi Libane portas tuas*, nam qui in ea sunt huiusmodi, cito Deo permittente aperient portas sensuum suorum, aut Diabolus eis aperiet, & per eas ingredientur illecebræ mentiũ, & ignis concupiscentiæ, & ambitionis; & cupiditatis, (quæ iuxta apostolum, radix est omnium malorũ) comedet cedros, id est, principes olim sanctitate, & cognitione rerum diuinarum. Cum autem ceciderit cedrus, & magnifici vastati fuerint, vlulet abies, id est ij, qui fortes se viribus, & erectos putãt, timeant ruinã suam, quam sine dubio videbunt, nisi ante per pœnitentiæ dolorem ad Deum vlulauerint, Vlulent & quercus Basan, quercus annosæ, quæ altè radices iecerunt in terram, cum surgere viderentur: quercus confusionis, quæ diu in pinguissimo solo, & in cornu filio olei plantatæ, hoc est in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri, tantũ ambitione foliorum, id est, externa religionis, & pietatis specie, & tumore creuerunt. * *Quoniam succisus est saltus munitus*, in quo, scilicet, multę excelsæ arbores consitæ erant, & quem diuina protectio fortiter, diligenterque muniebat. Succisus autẽ est multis cadẽtibus, & à pristina humilitate, & sanctitate per superbiã degenerãtibus. Verũ tanta in sanctorum cõuentu mutatio repente nõ fit, sed dormiẽtibus pastoribus, & ignauè agẽtibus, & ad subditorũ peccata connĩ

Cur humilitatis quãta debeat esse in religionibus.

1. Reg. 15.

Isa. 5.

37

Psal. 137.

Superbi cito corruũt.

1. Tim. 6.

38

Ruina in religionibus vnde.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uentibus, siquidem cum dormirent homines, bono semini, quod cœlestis agricola seminauerat in agro suo, inimicus homo zizania superseminauit. Hoc autem fit cum vocatio in admittendis non diligentissimè inspicitur, sed ille dignissimus, & aptissimus existimatur, qui generis nobilitate, aut eruditione, aut diuitijs præstat: aut admissi hominum, sæculique respectus tolerãtur, qui religiosæ disciplinæ apti non sunt, aut illi segniter instituũtur, & remisse exercentur, qui idonei, si instituerentur, & exercerentur, futuri videbantur. Idcirco pastores grauiori supplicio afficiendos, & potentes potenter tormenta passuros esse docet, dicens: *Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum.* * Nam & in hoc mundo pristina sua gloria, & existimatione decidunt, nihiliq; fiunt, qui omnium ante officijs colebantur: & postea principi pastorũ grauissimas pœnas dabunt relaxatæ disciplinæ. Sed sunt alij in pastoribus, qui cum nihilo sint meliores, aut obseruatiores, ne remissi videantur, sæuiunt in suos, & leones videri malunt, quam pastores: timeri, quam amari: imponunt in humeros hominum onera grauia & importabilia, & digito suo nolunt ea leuare, crudelitatemque quasi velo tegunt zeli iustitiæ. De his ait: *Vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis.* Superbia erat, quæ illos excitabat, vt fremerent, sed erat superbia, & fremitus Iordanis, qui sanctitatis speciẽ præferebat. Et quia Deus misericordia sua, & si indigni sint, qui parebant, expulsis malis, & segnibus pastoribus, alios mittit, ne vlla in re suis defuisse videatur; continuò ait: *Hæc dicit Dominus Deus meus, pasce pecora occisionis, &c.* Pecora occisionis vocat subditos, qui pastorum vitia imitantur, & laudant, aut certe eorum patientia, & lenitate, & segnitia abutuntur ad scelera. * Digni autẽ sunt morte, vt ait Apostolus, non solum qui mala faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, nec excusari possunt subditi, si malis pastoribus similes sint; propterea de ipsis quoque ait: *Et ego non parcam vltra super habitantes terram*, quorum conuersatio debuit esse in cœlis, cum non possent ignorare se non habere hic manentem ciuitatem. Quod autem ait: *Ecce, ego tradam homines vnumquemque in manu proximi sui*, quam sæpè fit? Qui religiosam disciplinam contemnendo, & Dei timorem abijciendo, improbis blandiuntur, aut eorum peccata dissimulant, aut ad altiorem gradum prouehunt, aut denique Deum perdere malunt, quam amicum, in manus eorumdem sæpè traduntur, & ab ijs vehementius affliguntur, quorum opera, & gratia perpetuo se iuuandos esse credebant. Traduntur & in manum regis sui Diaboli, cui Deo relicto paruerunt, atque ita hostes ingressi concidunt terram, id est, religionem perdunt, & factionibus implent, peritque fraternitas, & caritas. * At Deus, qui dues est in misericordia, & cuius opus, atq; institutio sunt sanctæ religiones, memor meritorum, & laborum priorum patrum, per quos eas instituit, & auxit, semper in his gregibus relinquit pauperes, & humiles, ad quos se conuertat, & propter quos alijs quoque benefaciat: Idcirco ait: *Et pascam pecus occisionis propter hoc, ô pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas.* Hæc, & sequentia ita sunt exponenda, vt ante exposuimus, si in omnibus populis, qui pascuntur virga, quæ dicitur Decor, intelligamus reliquam multitudinem populi Christiani, in populo autem Israël, qui pascitur virga, quam funiculum vocat, sacras religiones significari animaduertamus, quæ sunt vere funiculus Dei, quia ei se per vota paupertatis, & castitatis, & obedientiæ consecrant. Prius pascebat Deus omnes populos, antequam conuẽtus piorum formam haberent religionis, id est, antequam tria hæc vota rite, & ex instituto nuncuparentur. Mox in fundatoribus religionum elegit eorum posteritatẽ Deus, & funiculum suum fecit. * Nec putare tamen debemus Deum abiecisse omnino ceteros homines postquam religiones institutæ sunt, aut prorsus irritum fecisse pactum suum cum omnibus populis: nam neque semen Abrahæ ita elegit, vt reliquos penitus abijceret, quandoquidẽ sancti viri fuerunt in alijs populis, vt Iob. Sed quia initio nascentis Ecclesiæ magnus erat in omnibus credentibus feruor caritatis, & deuotionis, quo tepescente, aut magna ex parte amisso religiones subintroierunt, quas Deus maximo amore prosequi cœpit, & in reliqua multitudine multos perire patiebatur, videbatur quodammodo eos reliquisse. Ab his igitur, quos Deus ita præ cæteris amat, vt & si alios amet, quasi non amare eorũ cõparatione videatur, Christ⁹

Matth. 13.

39

40

Rom. 1.

41

42

Quomodo Deus abijciat eos, qui vocationi suæ non respondent.

mercedem tam diuturnæ prouidentiæ, & tanti amoris posceit, vt fidem vsque in finem seruent, religiosam disciplinam teneant, vota sua Domino reddant in conspectu omnis populi eius, & vita respõdeat instituto. * Cum autem illi aut pecuniam, aut honores, aut voluptates professioni suæ, Deoque anteponunt, quid aliud faciunt, quam appendere mercedem eius triginta argenteos? Quos ad statuarium proijci iubet, id est, Deo in tempus suum reseruaturo committit, iuxta illud: Non ne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Mea est vltio, & ego retribuam eis in tempore. In eo autem quod subijcit.

Et præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, quiddam dicit Propheta quod sæpe cogito, nec possum sine timore cogitare. Cum videt Deus tam indignã mercedem sibi rependi ab ijs, quos ante alios amabat, & quos funiculũ suum fecerat, vehementius irascitur, & virgam præcidit, qua eos pascebat, & plures ex illis abijcit. Videãt igitur omnes sanctarũ religionũ alumni vocationem suam, consideret quisque qã sit suæ religionis munus, & institutum, ad quod eam Deus elegit, siue actio sit, siue contemplatio, siue mista ex vtraque vita, & curet, vt nullo modo vocationi suæ desit, & instituto. Si em̃ defuerimus, neque præstiterimus id, ad quod Deus nos vocauit, sine dubio abijciemur, & alios Deus suscitabit, qui nobis dolore, & inuidia tabescentibus, quod nos accepturi eramus, accipiant, & nobis, quasi inutilibus ramis arescẽtibus floreãt. * Timeamus illud, quod sæpe factum est, & fieri nunc etiam potest: Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui, & filiæ. Et ait: Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum generatio enim peruersa est, & infideles filij. Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt invanitatibus suis: Et ego prouocabo eos in eo, qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Hoc etiam scriptum est in Iob: Conteret multos, & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Quæ pulcherrime exposuit beatissimus, & eruditissimus pater Grego. 25. Mor. c 10. & 11. cuius expositionem referã in re tanta, & tã graui, breuiter nonnulla delibans, sed nihil in verbis eius mutans. Hæc, inquit, contritio prius intus agitur, vt post extrinsecus ostendatur. Hac contritione nonnunquam ad huc quorumdam exteriora quasi sana sunt, & iam interiora putruerunt. Scriptum nãque est: Ante ruinam exaltatur cor. * Ibi ergo feriũtur, vbi superbiunt. Vnde scriptum est: Contriui cor eorum fornicans, & recedens à me. Magna autem contritio cordis est hæc eadem elatio superbientis: eo quippe ipso ab integritate salutis corruit, quo iactantia cuiuslibet virtutis intumescit. Conteruntur etiam, quia relictis cœlestibus terram quærunt. Quæ autem maior potest esse contritio, quam deserto creatore creaturam quærere, desertis supernis gaudijs in fimis rebus inhiare? Vnde bene per prophetam dicitur: Humiliat autem peccatores vsque ad terram. Amissis enim cœlestibus terrenum est omne, quod sitiunt, & dum plus videre conantur, minus est quod appetunt. De quibus recte per Iere. dictũ est. Recedentes à te in terra scribentur. At cõtra de electis dicitur: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Ista ergo cõtritio prius serpit in mẽte, vt postmodum procedat in opere: prius fundamentum cogitationis concutit, vt postmodum fabricam operationis allidat. * Notãdum vero est quia dum alijs cadentibus, ad standum alij solidari perhibentur, electorum numerus certus, ac definitus ostenditur. Vnde etiã Philadelphiæ Ecclesiæ per angelũ dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Hac ergo sententia, qua narratur aliorum erigi, aliorum autem vita confringi, & spes nutritur humilium, & elatio premitur superborum: dum & illi bona possunt amittere, de quibus superbiunt, & isti ea percipere, quæ, quia non habebant, contemnũtur. Formidemus igitur in his, quæ accepimus, nec illos, qui illa necdum assecuti sunt, despiciamus. Quid enim sumus hodie nouimus, quid autem post paululum posimus esse nescimus. Hi vero, quos fortasse despicimus, & tarde possunt incipere, & tamen vitam nostram feruentioribus studijs anteire. Timendum itaque est ne etiam nobis cadentibus surgat qui à nobis stantibus irridetur: quamuis stare iam non nouit, qui non stantem nouit irridere. Hunc autem supernorum iudiciorum metum Paulus apostolus discipulorum cordibus incutiens

43

44

45

Prou. 16.

Ezec. 6.

Psal. 146.

Iere. 17.

Luc. 10.

Apo. 3.

46

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Cor.12. 47 Incutiens ait: Qui se existimat stare, videat ne cadat. Omnia ex Gregorio.* Tūc dissoluitur germanitas inter Iudā, & Israël: quia ex multis religionib⁹ eligit illas Deus, quas solicitè vocationi suæ respondere cognoscit, alias reijcit, id est, solitis fauoribus non erigit, sed inertes, & frigētes sedere patitur aliis feruētibus: Et in cadē religione quosdam assumit, quosdam relinquit, illos nouis in dies munerib⁹ auget vocationis suæ memores, hos oblitos, & ignauos torpere Luc.17. ignobili otio sinit, & magis in dies frigescere, Erunt, inquit, Dñs, duo in lecto vno. Vnus assumetur, & alter relinquetur. Lectus est religio, in qua à curis, & tumultibus sæculi securè quiescitur. Assumuntur, qui adhærent domui Dauid, & Deum opere confitētur, relinquitur Israël, id est, recedētes à perfectione Christi, & declinantes ad idola, quæ colunt homines huius sæculi.

HISTORIA.

48 *Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.* Hieronymus, & Cyrillus, quos omnes fere sequūtur, de Antichristo putant esse hanc prophetiam, quod verum est. Prophetat igitur de miseria illius populi reiecti à Deo, qui, quoniam Christum recipere noluit, adeò excæcabitur, vt recipiat Antichristū, sicut prædictum est à Domino, Iohan.5. Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. De quo latius locuti sumus, cap.5. in visione amphoræ. Solent autem prophetæ interdum verbis, interdum factis futura prædicere. Sic Isaias cap.20. nudus, & discalceatus discurrit per vrbem, Ieremias. c.18. Vadit in domum figuli, Hoseas cap.1. accipit vxorem fornicariam. Ita nunc Prophetæ iubetur sumere vasa, id est, instrumenta pastoris stulti, baculum, videlicet, peram, fistulam, sibilū, vt ait Hieronymus iuxta Cyrillum verò, grauem baculū m, nam peritus pastor leuem gestat, ne grauius oues feriat.
Reg. Prophetæ nunc verbis, nūc factis vaticinantur.
49 * R. Dauid & Vatablus vasa pastoris stulti dicunt esse peram pertusam, ex qua omnia decidant; quasi vero pastor hic stultus dicatur, id est, rudis, & imperitus, ac non potius sceleratus, & impius, qui non ignorantia, sed malitia peccat in ouium custodia: alioqui, si rudis esset, & igharus nō significaret Antichristum, in quo non ignorantia, sed summa futura est malitia. Ita enim accipi solet stultus in Scriptura, vt Psalm.13. Dixit insipiens in corde suo: Non est Deus: de quo diximus Hab.1 num.3. Vasa igitur, siue instrumenta stulti pastoris, id est, scelerati, ea esse debent, quæ prorsus eius emolumētis deseruiant, quibus nihil prosint, aut etiā noceant. Vt baculus fortis ad percutiendum, sicut dixit Cyrillus, gladius ad iugulandum oues, pera, in qua tantum cibaria reponat, ac nihil præterea ad ouium vsum. Quod autē ait: *Adhuc*, hunc habet sensum: Post ea omnia, quæ aduersus populū istum verbo prophetasti, hoc etiam adde, vt facto prophetes, assumēs vasa pastoris stulti. 50

Quia ecce, ego suscitabo pastorem. Suscitari, & vires assumere permittam ad regnandū.

Qui derelicta non visitabit. Nullo modo curabit ouium vtilitatem, sed suę tantum voluptati, & ambitioni studebit. Derelicta dicit lassa, & ægrotantia pecora, quæ solent à pastoribus relinqui, & postea inuisi, ac reduci ad reliquū gregē. Pastoris autē nomine significat Antichristū, quoniā doctor, & pastor, & rex, immo & Deus haberi volet. *

Dispersum non quæret. Pro Dispersum est נִדַּחַת, quod R. Dauid, & eum secuti recentiores interpretes, vertunt: Paruum, id est, agnos tenellos non quæret. Verum nō solum Hieronymus, sed etiam Lxx, & Chaldæus interpretati sunt Dispersum. Diuersitas est in subscriptione punctorum, in qua sæpè vidimus errasse Iudæos, legendum est ergo נִדָּח, quod est passiuum participium verbi נָדַח significantis Excussit, Dispersit. 51

Contritum non sanabit. Fractū, id est, oues, quæ crura fregerunt.

Et id, quod stat, non enutriet. Sana pecora nō ducet ad pascua, vt pinguescāt. Lxx: Et integrum non dirigat.

Et vngulas eorum dissoluet. Non modo sana non enutriet, sed etiam baculo grauiter feriet, & vngulas eis diffindet, ac dissoluet, vt ambulare non possint.

O pastor, & idolum. Pro idolo est אֱלִיל, quæ vox significat idolum, nihil, vanū, inutile. Pro idolo sæpè ponitur, quia idolum nihil est: 1. Cor. 8. Quare potest ita accipi, O pastor nihili: Sed aptior, vehementiorque est nostra translatio. O pastor, qui præter figuram nihil habes pastoris, qui non regis, sed peruertis populum: parum enim erat dicere Antichristo: O pastor nihili. Sed grauius aliquid mihi dicere videtur, quod neque ab Hieronymo prætermissum est: O

pastor, qui idolum es, ô pastor, qui pastor videri, & vocari cupis, cū sis certissima pecorum pernicies, cum sis etiam idolum, id est, adorari ab eis velis, vt idolū. 2. Thess. 2. Qui aduersatur, & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita, vt in templo Dei sedeat ostendens se tāquam sit Deus.

Gladius super brachium eius. Gladius, id est, vindicta Dei, super brachium eius, id est, super robur, & fortitudinem eius. Hoc est: Deus eius fortitudinem cōfringet spiritu oris sui. 2.Thess.2. 52

Et super oculum dextrum eius. Veniet etiam vltio diuina super oculum eius dexterum, id est, amittet omnē prouidentiam, & omne sanum, atq; vtile consilium in rebus administrandis, ita, vt omnia, quę facere instituerat, in nihilum tandem recidant.

Brachium eius ariditate siccabitur. Repetit eadem supplicia, vt firmiora, & certiora esse intelligantur, & pro eo, quod dixit: Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius, nunc ait: *Brachium eius ariditate siccabitur*, id est, valde siccabitur, totum robur suum perdet, & oculus eius dexter valde contenebrescet, totam suam sapientiam perdet. De his geminationibus, & repetitionibus multa diximus Sopho. 1. nu. 5. & 6. & 7. & 55.

TROPOLOGIA.

Omnia, quæ de Antichristo dicūtur, ad hæreticos transferre possumus, vt fecit Cyprianus, in libello ad Nouatianum prope finem, & ad Diabolum, & denique ad pessimos quosque pastores, siue Laici sint, siue Ecclesiastici, nec noua indigent expositione. Tantum notandum in Antichristo à Iudæis recepto Deum iustissimè permittere, vt, qui se audire noluerunt, nec veritati acquieuerūt, grauissimè à Diabolo, & à mendacibus magistris decipiantur, sicut ait Apostolus: Ideò mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderūt veritati, sed consenserunt iniquitati. 2.Thess.2.

CAP. XII.

ONus verbi Domini super Israel. Dixit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, et fingens spiritum hominis in eo. Ecce, ego ponā Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circumitu: sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Et erit in die illa: ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes, qui leuabunt eum, concisione lacerabūtur, & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. In die illa, dicit Dominus: percutiam omnem equū in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate. Et dicent duces Iuda in corde suo. Confortentur mihi habitatores Ierusalem in Domino exercituum Deo eorum. In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut facem ignis in fœno: & deuorabunt ad dexteram & ad sinistrā omnes populos in circumitu, & habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem. Et saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio: vt non magnifice glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam. In die illa, proteget Dominus habitatores Ierusalem: & erit, qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid quasi Dei, sicut angelus Domini in conspectu eius. Et erit in die illa: quæram conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Ierusalem. Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalē spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad Iohan.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iohan.19. me, quem confixerunt: et plangent eum planctu quasi super vnigenitũ, et dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, 2. Para.35. sicut plãctus Adadremmon in campo Mageddon. Et planget terra familiæ et familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, et mulieres eorũ seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, et mulieres eorum seorsum, familiæ domus Leui seorsum, et mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, et mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familiæ et familiæ seorsum, et mulieres eorum seorsum.

HISTORIA.

1 *Onus Verbi Domini super Israel.* Quid sit onus, diximus Nahum.1.num.1.& sequentibus. Israel autem quidam dici putant Ecclesiam, vt Lyranus,& Varablus, quod mihi non probatur, sed potius significare puto Iudæos inimicos Ecclesiæ, & ceteros eius persecutores, sicuti accepit capite præcedenti: Vt dissoluerem germanitatem inter Iudam, & Israël. Hoc autem ex toto capite manifestũ est, in quo semper Ecclesiæ victorias prædicit, & totum onus est eorũ, qui illam persequuntur.

Reg. *Dixit Dominus extendens cœlum.* Cyrillus: Solent prophetæ, cum aliquid grande, & difficile ad credendum dicturi sunt, prius dicere Deum esse fortissimum, ac si dicerent non esse de his dubitãdum, quin euenire possint, cum sit Deus, qui eã minatur, potentissimus,&c. Ita nunc ait: Extendens cœlum, id est, Qui tam potens est, vt cœlestia corpora nullo labore creauerit, quasi artifex, qui paulatim pellem extendit, Psal. 103. Extendens cœlum, sicut pellem. Dicitur cœlum extensum propter eius raritatẽ, quæ apparet, & capacitatem, qua cuncta concludit. Inde frequens est in Scriptura Extendere cœlos, id est, facere eos, vt Isa. 42.&.44.& alibi sæpè.

Et fundans terram. Stabiliens,& collocãs, ita, vt firma sit, & immobilis. De quo Ouidius: 2

6.Fastor. *Terra pilæ similis nullo fulcimine nixa*
Aere subiecto tam graue pendet onus.

Et fingens spiritum hominis in eo. Hac periphrasi ostendit se esse creatorem visibiliũ, & inuisibilium, & omnia in sua esse potestate, vt possit de omnibus hominibus facere, quod volet. Spiritum à Deo fingi dicit, quoniam non educitur de potentia materiæ, sed à Deo creatur. Quamuis Augustinus libr. 1. de anima,& eius origine, cap. 14. negat hinc probari euidenter eius creationem. Simile est illud Ecclesia. 12. Et spiritus redeat ad eum, qui dedit illum. Isa. 42. Hæc dicit Dominus creans cœlos,& extendens eos, firmans terram,& quæ germinãt ex ea, dans flatum populo, qui est super eam, & spiritum calcãtibus eam. Ceterum hic pro Fingens, est in Hebræo יֹצֵר, in Græco, πλάσσων, id est, formãs, vnde Plastes, de quibus diximus capite vndecimo, numero. 26. & sequentibus.

Ecce, ego ponam Ierusalem. Ea, quæ de potentia sua quasi proœmij loco dixerat, ad res magnas, quas nunc dicturus est, pertinent, vt credibiliores fiãt. * Ponam, inquit, Ierusalem, id est, Ecclesiam, sicut superliminare crapulæ, siue ebrietatis, aut commotionis, ita, vt hostes, qui ad eam venerint oppugnãdam, mentem amittãt,& insaniant Metaphora sumitur ab ebrijs, quibus superliminare domus in quam ingredi, aut è qua egredi volunt, moueri videtur, & ita ipsi quasi insani cõmoueri se putantes corruũt. Lxx: Ecce, ego pono Ierusalem, sicut superliminaria, quę mouentur. In Hebræo, & in Græco est Ecce, ego pono, sed sensus idem est, etiam si legatur, Ponam, cum de re futura sermo sit. Cur autem Ierusalem Ecclesiam significet, copiosè diximus initio capitis octaui. 3

Omnibus populis in circuitu. Meritò hoc dicit, nam Ecclesia,& in Ierusalẽ, & vbicunq; fuit, semper infestata est à vicinis nationibus.

Sed, & Iudæ erit in obsidione cõtra Ierusalem. Non solum vicinæ nationes, sed ipsi etiam Iudæi, persequentur, & obsidebunt Ecclesiã, hoc est, nitentur euertere. Act.8. Facta est autẽ in illa die persecutio magna in Ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ,& Samariæ, præter

4 præter apostolos. * In alijs etiam eiusdem libri locis videmus, quã immanibus odijs Iudæi prosecuti fuerint nascentem Ecclesiam. Lxx apertius: Et in Iudæa erit obsidio super Ierusalem. Manifestum est Ierusalem vocari Ecclesiam, quando enim aliàs vrbs Ierusalem obsessa est à Iuda? Ita etiam intellexit Cyrillus.

Ponam Ierusalem lapidem oneris. Hieronymus: Mos est in vrbibus Palæstinæ,& vsque hodie per omnem Iudæam vetus consuetudo seruatur, vt in viculis, oppidis,& castellis rotũdi ponãtur lapides grauissimi põderis, ad quos inuenies exercere se soleant, & eos pro varietate virium subleuare: alij ad genua, alij ad vmbilicum, alij ad humeros, & caput, nonnulli super verticem erectis, iunctisque manibus magnitudinem virium demonstrãtes pondus extollant, &c. Est igitur, ac si diceret: Omnes populi volent exercere, & ostentare vires suas persequendo Ecclesiam, & leuantes hunc lapidem, quantum quisque valet. Verum nullus eam persequetur, qui non etiam patiatur persequẽdo,& lædatur, sicut ijs, qui grauissimũ lapidem tollunt, contingit, in quorũ corpore, vel manibus lapis, vel scissurã vel rasurã relinquit, vt ait Hiero. * Ita euenisse videmus Imperatoribus, & regibus multis, quos Deus morte,& morbis, & calamitatibus varijs puniuit, quia Ecclesiam persequebantur. Et hoc est quod dicit: *Omnes, qui leuabunt eum, concisione lacerabuntur.* 5

Et colligentur aduersus eam omnia regna terræ. Hoc in vrbem Ierusalem non conuenit, in Ecclesiam verò optimè conuenit, quæ vbique gentium passa est persecutionem, & omnes se aduersus eam coniungebant.

Percutiam omnem equum in stuporem. Quo tempore Ecclesiam nationes persequentur, ego illi adero, & omnes eius hostes percutiam plaga maxima. Equos, quibus maximè ad bellum confidebãt, percutiam in stuporem, id est, ita, vt omnes, qui percussos viderint, stupeant: & ascensores eorum premente malorum magnitudine vertentur in amentiam. Ita Hieronymus. Verba Hebraica possunt & hũc sensum habere: Percutiam equos stupore,& ascensores percutiam amentia, vt (quẽadmodum ait Varablus) de stupore, & amentia verba fiant, quibus victi capi solent, dum de rebus suis desperantes nesciunt, quo se vertant, aut in quem locum se recipiant, quod idem fere est.

Et super domum Iuda aperiam oculos meos. Aspiciam domum Iuda,& protegam eam. Hieronymus per domum Iuda Iudæos intelligit, qui Christianos persequebantur, ex quibus multi conuersi sunt ad Euangeliũ. Et meritò ita exponit, quoniam paulò ante dixit: Sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. 6

Et omnem equum populorum percutiam cæcitate. Iterum hoc dicit ad maiorem firmitatem. Quantumuis fortes sint, & potentes hostes Ecclesiæ, auertam illos, vt ei nocere non possint. Sumit ab ijs similitudinem, qui cum nocere alijs cupiunt, visu priuantur, & cessare coguntur, vt Sodomitæ, Gene. 19. Quasi dicat: Magnis minis,& magno strepitu, ac fremitu videbuntur velle Ecclesiam obruere, sed nihil eorũ conatus proficient. Per equos, qui multum ad bellandũ iuuant, intelligit omnes adiutores,& artes, atque instrumenta nocendi persecutorum Ecclesiæ.

Et dicent duces Iudæ in corde suo. Cyrillus: Chiliarchos Iudæ (ita enim vertunt Lxx) vocat discipulos, qui præpositi sunt credentibus,&c. Apostolos patres credentium,& belli triumphales duces, meritò appellat duces, sed duces Iudæ dicit, quoniam sunt ex illo populo Iudæorum, qui persequebatur Ecclesiam. Huiusmodi igitur duces,& eorum successores duces populi confitentis Deum, in medio hostium non trepidabunt, sed spem suam in Deo reponent,& in corde suo orantes ab eo petent fortitudinem habitantibus Ierusalem, id est, fidelibus, vt in Deo suo sperantes generosè tyrannis resistant, & omnia aduersa perferãt. Quod est in Hebræo ex parte manifestius אֶמְצָה לִי .i. Conforta mihi, sicut & Aquila vertit, id est, παρέρρωσόν μοι quæ vox orantis Deum est. Lxx intellexerunt ה literam vltimam poni pro א & verterunt: Inueniemus, futurũ facientes verbi מָצָא, quod est Inuenit. 7

In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis. Prædicit Ecclesiæ incrementum, quæ tantis persecutionibus non erat minuenda, sed mirabiliter augenda. * Comburent, inquit, prædicatores Ecclesiæ omnes in circuitu populos, id est, perdent omnem infidelitatem, & igne diuini verbi audientium corda succendent. Sicut cap. 9. dixit de Tyro: Et hoc igni deuorabitur. Solet enim, vt 8

sæpè

Universidad de Deusto
Biblioteca

sæpe vidimus, in successu prædicationis Euãgelicæ vti metaphoris bellantiũ, & vastãtium omnia, vt Mich.5.& Zach.9.&.10. & in multis alijs locis. Quod autem ait: *Ad dexteram, & ad sinistram*, fortitudinem, & successum prædicantium indicat, quibus nemo resistere, aut impedimento esse poterit.

Et habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem. Ita loquitur, ac si de terrena Ierusalem loqueretur, cum de Ecclesia loquatur,& est sensus: Quamuis tyranni,& hæretici adimant Ecclesię vrbes aliquot, vel etiã prouincias, metu, & dolis, ita, vt iam loco suo moueri videatur, & paulatim ex omnibus nationibus eijci: rursus eadem loca obtinebit diffundens se se per prædicatores,& recuperabit, quæ amiserat, & habitabitur Ecclesia in eisdem locis, in quibus ante habitabatur. Quod vtinam per te diebus nostris videamus Domine Iesu in Germania, & Anglia, & in ceteris regionibus, vnde vel omnino, vel ex parte eiecta est Ecclesia.

9 *Et saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio.* Tabernacula Iuda vocat peculiares Ecclesias, quæ à ducibus Iuda, id est, ab apostolis,& eorum discipulis, & successoribus, sunt ædificatę per gentilitatem, sicut olim tabernacula Hebræi ædificabant per eremum venientes. Sicut igitur tunc protexit illa tabernacula ab hostibus, ita nunc proteget Ecclesias.

Vt non magnificè glorietur domus Dauid. Ita mirabiliter Deus seruabit Ecclesias,& fideles in tantis periculis,& persecutionibus,& tantis viribus singulos augebit, vt neque domus Dauid, id est, principes Ecclesiæ, & qui gubernacula tenent, sicut apud Iudæos tenebat domus Dauid, nec gloria habitantium in Ierusalem, id est, primores sanctitate, & eruditione ex ijs, qui sunt in Ecclesia, (nam Hierosolymitani inter Iudæos nobiliores habebantur,& digniores) vllo modo possint gloriari contra Iudam, id est, contra populum fidelem, quasi sua opera facta sit salus,& victoria reportata de fortissimis hostibus: omnibus enim erit manifestissimum Dei virtute, atque potentia mirabili hæc facta esse. * Gloriari contra aliquem, aut super aliquem (est enim in Hebræo עַל, quod vtrumq; significat) est gloriari quòd aliquid ei dederit, aut quòd eo melior, aut fortior sit, vt Roma.11. Noli gloriari adnersus ramos. Et Iudicum.7. (vnde hic locus intelligitur:) Dixitq; Dominus ad Gedeon: Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius, nec glorietur cõtra me Israël, & dicat: Meis viribus liberatus sum.

Et erit, qui offenderit ex eis in illa die, sicut Dauid. Tanta erit Deo cura protegendi filios Ecclesiæ eo tempore, quo illa persecutionibus infestabitur, vt, qui præ humana infirmitate ceciderit, aut deceptus ab hęreticis, aut victus timore pœnarum, exsurrecturus sit postea feruentior, & cautior, & multis lacrymis pro suis peccatis Deo sit satisfacturus, sicut fecit Dauid. Gregor.homi.20. in Ezec. Qui offenderit, erit sicut Dauid, quia peccator ad pœnitentiam redit, &c. Hoc nec de omni tempore dictum videtur, nec de omnibus dictum est, multi enim offenderunt, siue impegerunt, qui non exsurrexerunt, sed dictum maxime est de primis Ecclesiæ temporibus,& de eximię sanctitatis viris, cuiusmodi multi tunc extiterunt. * Ita visum est in beato martyre,& pontifice Marcellino, qui primum thura idolis obtulit timore coactus, deinde, sicut Dauid, cum lacrymis peccatum suum confessus Concilio Episcoporum Sinuessæ, ad extremum constantissime se martyrio obtulit, & gloriose coronatus est, vt scribit sanctus Damasus in Pontificali,& in primo tomo Conciliorum extant acta concilij. 11

Et domus Dauid quasi Dei. Diximus paulò ante in domo Dauid eos intelligi, qui gubernacula tenent in Ecclesia, quoniam domus Dauid est eius posteritas, cui iure regni hęreditas debebatur; significat ergo Ecclesiam abundaturam fuisse optimis pontificibus, & sanctissimis moderatoribus. Propterea, inquit: Domus Dauid erit sicut domus Dei, sicut familia Dei, sicut filij Dei, sancti, & heroicis virtutibus præditi: & sicut angelus Domini in conspectu eorum, (ita enim legendum est, vt constat ex Heb. & ex Lxx, & ex Hieronymo) erunt inter suos, inter fideles, sicut angelus Dei, mites, benigni, casti, angelorum vitam imitantes, hominibus voluntatem Dei nuntiantes, sicut nuntij, & interpretes Dei. Addam[9], & quod ait Gregori[9] hom. 20. in Ezec. Quasi dom[9] Dei erit, quia habitatio efficitur creatoris sui, vt sit sicut angelus in conspectu eius (ita enim legit Gregorius) quia misericordiæ viscera, quę in se expertus est, annũtiando

tiando & alijs propinat. Hoc videmus in multis summis pontificibus, & Episcopis, quorum vitas admirabili sanctitate plenas legimus: nec nostra ætate (Christo gratiæ) desunt nonnulli huiusmodi.

12 *Quæram conterere omnes gentes.* Non dicit, Conteram, ne semel tantum, aut iterum id facturus putaretur, sed, Quæram conterere, id est, semper mihi curæ erit conterere omnes hostes Ecclesiæ, vt nullo modo in eam prævaleant: omni tẽpore hoc præstabo vsque ad finem sæculi.

Et effundam super domum Dauid. Vt hoc fiat, quod polliceor, effundam (id est, copiosè dabo, vt diximus loc.2.num.54.&.55. &, vt exponit Hieronymus, & Didymus libro.1.de Spiritu sancto versus finem) in Ecclesiam meam Spiritum sanctum gratiæ, id est, quo grata mihi sit semper, & ea faciat, quæ mihi placebunt. *Et spiritum precum*, id est, orationis, vt tam domus Dauid, id est, moderatores Ecclesię, quã subditi, quos vocar habitatores Ierusalẽ, nũquam sibi confidant, sed in minimis etiam quibusque ad Dei opem confugiant,& per supplices preces & ab eo obtineant duci, & rectè omnia perficere. Lxx verterunt: Spiritum gratiæ,& misericordię, quomodo legunt omnes Græci patres, vtrumque significat תְּחִנּוֹת a חָנַן, id est, quod significat misereri,& orare.

Et aspicient ad me, quem confixerunt. Postquam locutus est de gratia,& protectione, bonisque fideliũ, loquitur nũc de luctu,& pœna Iudęorũ infideliũ, qui noluerũt Christũ recipere,& semper restiterũt Euãgelio, quod est frequens in prophetis, vt notauimus Habac.3. nu.32. * Hic locus vnus est ex ijs, quibus Hieronymus de defensoribus Lxx interpretum triumphat, quoniam ipsi verterunt: Καὶ ἐπιβλέψονται πρός με ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο, id est, aspicient in me, pro eo, quod insultauerunt. At Iohãnes Euangelista ca. 19. inquit: Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem tranfixerunt. Deceptos autẽ esse Lxx dicit Hieronymus similitudine literarum Hebraicarum ר & ד, id est, D & R; nam si legamus: דָּקָרוּ significat confixerunt, si autem verso ordine literarum legatur רָקְדוּ significat, Saltauerunt. Prophetam priori modo scripsisse confirmat irrefragabilis autoritas Euangelistæ. Quare cũ vtrumque scripsisse non potuerit, sed alterum, manifestum est, aut errasse Lxx interpretes, aut certe deprauatos fuisse postea eorum codices. Quoniam igitur hæc in libris Lxx interpretum non inueniuntur, Græci patres non potuerũt ostẽdere, vnde essent desumpta: immò Euthymius in Iohannem ait, verisimile esse illa fuisse è libris erasa, quoniam non inueniuntur in Scriptura. * Manifestè itaq; Propheta de Christi passione vaticinatur, in qua clauis confixus est, & de hasta, qua latus mortui apertũ est, ad hoc enim citat hanc prophetiam Iohannes, & est sensus: Videbunt me Iudæi Increduli, & lugebunt, me, inquam, quem clauis, & lancea confixerunt. Sed magna quæstio est, de quo tẽpore sit hæc prophetia de aspectu Christi, & luctu magno, de eo ne, quo excisa est à Romanis Ierusalem, an de die iudicij. Quidam de tempre excidij Ierusalem intelligunt, vt Eusebius lib.8. de Demonstratione Euang. demonstra.4. & Cyrillus; alij verò de die iudicij, vt Augustinus. 20. de Ciui. cap.30.& lib.1.de Trinitate, cap.13. Theodoretus, Rupertus, Lyranus,& in Iohãnem Theophylactus, S. Thomas, Euthymius, Lyranus. Hieronymus in eandem videtur ire sententiam cum ait: Tunc dolebunt à se crucifixum, cum viderint in claritate regnantem. His ergo autoribus multo libentius assentior, quoniam propriè accipiunt verbum, Aspicient, non enim viderunt eum vnquam post passionẽ impij Iudæi, donec venientem videant ad iudicium cum potestate magna, & maiestate. * Deinde quoniam manifestè ad hęc 14 15
verba Propheræ alludit idem Iohannes Apocal.1.dicens: Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eũ pupugerunt, & plangent se super eum omnes tribus terræ. In quem locum Ambrosius, & Thomas (aut quicunque alij fuerunt) testãtur, quod ibi ait Iohãnes, illud esse, quod dixit in Euangelio: Et videbunt in quem transfixerunt. Tertio, quoniam Iudęi increduli,& iam Christi mortis obliti, cum excisa est Ierusalem non aspexerũt ad Christũ, nec ob eius cædem se se mala illa pati existimabant, sed propter peccata seditiosorũ, & aliorum, qui tunc erãt in ciuitate, vt existimauit Iosephus libr.7. de bello Iud. ca.18. & apertius lib.6.cap.16.vbi locutus de sacri legijs, quæ tunc fiebant in ciuitate, ait: Nõ equidem recusabo dicere, quod dolor iubet. Puto si Romani contra noxios venire tardassent, aut hiatu terræ deuorandam

fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisse ciuitatem, aut diluuio perituram, aut fulmina, ac Sodomæ incendia passuram: multo enim magis impiam progeniem tulit, quam quæ illa pertulerat. Denique eum eorum pertinacia desperata, totus populus
16 interijt, &c. * Dicet aliquis, Iohannes docet impletam esse hāc prophetiam Domino in cruce pendente, quomodo ergo ad diem iudicij pertinet? Duo sunt in hac prophetia, alterum est Dominum fuisse lanceæ militis configendum, alterum est Iudæos visuros fore ipsum, quem per militem confixerāt. Quod prius est, impletum est, & ad hoc illā affert Iohannes in Euāgelio: alterū explebitur in die iudicij, & ad hoc eādem affert in Apocalypsi. Ita enim ait in Euangelio: Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua. Facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur: Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia Scriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Duo dixit, & duo probat, nō fracta fuisse Domino crura probat, quia scriptum erat: Os non comminuetis ex eo. Lancea latus eius fuisse aperiendum probat, quoniam scriptum erat: Videbunt in me, quem transfixerunt, id est, scriptum erat eum fuisse transfigendum. Vnde Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos, cap. 20. tantum profert hoc testimonium Zachariæ, vt probet crucifigendum fuisse Dominum à Iudæis. Verum tria sunt in Iohanne notanda. * Primum est, de priori loco Exhodi dixisse illum, Facta sunt enim hæc, vt Scriptura impleretur, re enim vera impletum
17 est in Christo, vt in veritate, quod prius cœperat fieri in figura. At cū verba refert Zachariæ, non dicit impletā esse Scripturam, sed: Et iterū alia Scriptura dicit: &c. Quoniā incipiebat tunc impleri Domino transfixo, sed altera pars restabat implēda in die iudicij. Alterum est: Videbunt in me, more Hebræorum dictum esse pro Videbūt me, quod notauimus in Habd. numero. 64. Tertium est, Iohannem more suo citando Zachariam non fuisse de verbis solicitum, sed de sensu.

Planctus vnigeniti. *Et plangent eum planctu, quasi super vnigenitum.* Id est, Planctu maximo, qualis fieri solet cum vnigenitus in familia aliqua moritur. Luctᵘ enim magnus assimilatur in Scriptura luctui vnigeniti, Hamos. 8. Et ponam eam quasi luctū vnigeniti. Iere. 6. Filia populi mei, accingere cilicio, & conspergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum. * Plangent autem in die iudicij, 18
cum eum venientem in maiestate viderint, quòd eum occiderint, & rebelles fuerint lumini, videbunt enim se ob hoc conijci in æternas miserias. Ideo Lxx verterunt: Et plangent super se planctum, hoc est, seipsos lugebunt, suas calamitates lamentabūtur, & Christum à se in crucem actum fuisse plangent, quòd inde tot sibi mala exorta sint. Hoc est, quod ait Dominus Matth. 24. Et tunc parebit signum filij hominis in cœlo, & tunc plangent omnes tribus terræ. Et apertius Iohannes Apoc. 1. Et plangent se super eum omnes tribus terræ.

Vt doleri solet in morte primogeniti. Qui est columē familiæ, & spes posteritatis, & quia primus natus est, vehementius amabatur.

In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut planctus Adremon. Legendum est, vt ex Hebræo constat, & ex Hieronymo, Hadadremmon. Hieronymus: Hadadremmon vrbs est iuxta Iezrahelem, quæ hoc olim vocabulo nuncupata est, & hodie vocatur Maximianopolis, in campo Mageddon, in quo Iosias rex iustus à Pharaone cognomento Nechao vulneratus est, super quo lamentationes scripsit Ieremias, &c. * De his 19
lamētationibus legimus 2. Paral. 35. Et vniuersus Iuda, & Ierusalem luxerunt eum, Ieremias maximè, cuius omnes cātores, atq; cantatrices vsque in præsentem diem lamētationes super Iosiam replicāt, & quasi lex obtinuit in Israël, &c. Plāctus mortis Iosiæ dicitur planctus Hadadremmon, cui similis futurus dicitur planctus in die iudicij, quo vniuersi Iudæi increduli amarissime lugebunt, sicut luxerūt omnes in morte Iosiæ. Dicitur autem planctus futurus in Ierusalem, quonam Ierosolymitani flebūt, & præterea iudicium futurum est in eadem vrbe, in valle Iosaphat, vt ostendimus loclis tertio.

Et plangent terra. Ita legendum est, vt est in Hebræo, & in emendatis codicibus, nō (vt male habetur in Complutēsibus, & in Regijs) Plangent terræ. Significat autem: Plangent omnes reprobi.

Familiæ, & familiæ seorsum. Id est, Omnes familiæ, aut innumeræ familiæ, separatæ inter se, vt statim dicet. Ita Apoc. 1. Et plangent se super eum omnes tribus terræ. De

hac phrasi Familiæ, & familiæ, diximus Ioc. 2. numero. 3.

Familiæ domus Dauid seorsum. Cyrillus: Nō significat stetisse vtriūq; seorsum, mares hinc, illinc feminas, atque ita lamentum fecisse: ridiculum enim, & stultum est hoc: sed potius docet vnamquamque tribum, cum feminis eius tribus propriam, & peculiarem aliquam causam lamēti habere, &c. Hoc etiam addere possumus; temporibus luctus, & calamitatis alicuius maximè solere homines omnem à se abalienare voluptatē, & ideo seorsum viros, seorsum vxores lugere, vt Hieronymus confirmat ex Ioe. 2. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Significatur ergo hac similitudine luctus ille maximus, & inconsolabilis futurus, in quo nihil poterit esse, quod afferat voluptatem, & vnamquamque tribum ex his, quę hic nominantur, peculiarem luctus causam habituram. Nominat autem familias, quę in cæde Domini patranda præcipuæ fuerunt autoritate, & potestate. Eæ sunt, familiæ domus Da
21 uid, id est, primores Ierusalem, & nobiliores, qui erant ex domo Dauid. * Familiæ Natan, siue is sit propheta, qui increpauit Dauid. 2. Reg. 12. vt putant Origenes tracta. 30. in Matth. & Hieronymus, & Cyrillus; siue (quod multo probabilius est) filius Dauid, cuius genealogia texitur Luc. 3. nam familia Nathan nobilissima erat, & dignitate proxima regiæ, quoniam Nathan erat germanus frater Salomonis. 1. Paral. 3. Inde 3. Reg. 4. Azarias filius Nathā super eos, qui assistebant regi, Zabud filius Nathan sacerdos, amicus regis Familiæ domus Leui, ex quibus erant pontifices, & sacerdotes. Familiæ Semei, ex quibus sunt Scribę, & Pharisæi. Hieronymus: In Semei doctores accipiuntur, ex hac enim tribu magistrorum agmina pullularunt, &c. Sed sciendum est pro Semei Lxx posuisse Simeon, qui magister est Pharisæorum simul cum Akiba, & Hillel, vt idem Hieronymus scribit ad Algasiam, quæstio. 10. Et cum in Isa. 8. in illud: Hæc ad me locutus est Dominus, scribat ex Sammai, & Hillel, quorum postea scholam suscepit Akibas, ortos esse Scribas & Phariseos, manifestè colligimus eundem esse Semei, & Sammai, & Simeon, siue tria nomina habuerit, siue errore describentiū orta fuerit varietas. * Rectè ergo in familijs Semei intelligimus Scribas, & Phari-
22 sæos, qui præter ceteros quęsierunt, vt Dominus crucifigeretur. Ceteræ familiæ, quæ subornatæ dixerūt: Non hunc, sed Barrabam, non fuerunt silendæ, cum sint similiter plancturæ, sed, quia nullum habebant priuilegium dignitatis, vt ait Hieronymus, sine nomine positæ sunt. Huiusmodi luctus, ita, vt à Propheta descriptus est, nō est certè factus in die passionis Domini, vt quidam volunt, sed probare nullo modō possunt: nec in excidio Ierusalem probabunt esse factum, in quo omnia erant perturbata in ciuitate, & ne flendi quidē tempus erat, attoniti potius tantis, & tam insolitis malis stupebant, & quasi alienata mente erant. Lege vltimum Iosephi librum de bello Iudaico. At in diem iudicij optimè conuenire iam satis docuimus.

TROPOLOGIA.

Onus Verbi Domini super Israel. Duplex est 23
Israel apud apostolum Paulū, alter, de quo i. Cor. 10. Israel duplex.
ait: Videte Israël secundum carnem, ij videlicet, qui carnem ex Israël, & ex sanctis patriarchis habent, non pietatem: alter, de quo scribit ad Galatas: Pax super illos, & Gal. 6.
misericordia, & super Israël Dei, qui fidem, & opera sanctorum patrum imitātur. Propterea negat omnes, qui ex Abraham, aut ex Israël genus ducunt, esse Israëlitas: Non Rom. 9.
enim, inquit, omnes, qui ex Israël, ij sunt Israëlitæ, neq;, qui semen sunt Abrahæ, omnes filij. Ita Christianorum duplex est genus, alterum, quasi secundum carnem, qui filij Christianorum sunt, & sacro baptismate abluti, sed fidem habent mortuam, & opera indigna Christianis. Alterum est secundum spiritum, & secundum veritatem, qui Christū pro viribus imitantur, & quod corde credunt, & ore confitentur, factis comprobant. Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum, qui secundum spiritum; ita & nunc, vt ait Apostolus. * Nam mali bonos, 24
vt sibi dissimiles, & quorum vita tacite dā- Gal. 4.
nantur, vehementer oderunt, & auocare à virtute cupiunt, & sibi similes facere, vixq; alios nocentiores hostes habet perfectio Euāgelica, quam istos, qui domestici sunt, & inimicitias tempore suo dissimulant, & minus metuuntur, difficiliusque vitantur. Contra hos igitur est onus Domini, contra Israël secundum carnem. Elegans proœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutum & ei, quod agitur, aprum; *Iuxit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, &c.* Vt sciat ma videlicet iustos opus Dei esse accurate elaboratum, & ab eo esse sustentandum, cum Deo pugnare, qui eum illis pugnare. Cœlum anima iusti est, quę est sedes Dei, cœlum, inquit, sedes mea, & anima iusti sedes est sapientiæ, quæ transfert se in animas sanctas. Extendit ergo Deus cœlũ, quia animam iusti dilatat, & capaciſsimam reddit, vt terrena, & ſimas sub ſe habeat, illiſque maior & ſolius Dei ſedes ſit. Extendit cœlũ, quia anima iusti rerum ſublimiũ, & æternarum eſt conſideratione latior in dies effecta pro nihilo ducit, quidquid dare homines, aut auferre poſſunt. * Cum autem cœli ſint ita extenſi, vere enarrant gloriam Dei, quem mire factis ſuis glorificãt, & ad idem faciendum reliquos vehementius commouent. Sed quoniam inferior eiuſdem animæ portio, quæ terræ propior eſt, & terrenis affectibus mouetur, & pulſatur, nunc in hanc, nunc in illam partem verti ſolet, & facile à rationis præſcripto recedit: ne per magnam Dei gratiam, qua fideles ſeruos ſuos donat, perque bonorum operum aſſiduam exercitationem multũ ex illa mutabilitate amittit, & bono aſſueſcit, & obedire ſpiritui diſcit, recte dicit: *Et fundans terram;* Non quo omnino firma ſit, & immobilis, quod huius peregrinationis nõ eſt, ſed, quod cum anima peccatori ſi comparata firma, & ſolida iudicari poſsit. Tunc ſit illud: Quia ipſe ſuper maria fundauit eam, & ſuper flumina præparauit eam. Mare eſt præſens ſæculum propter fluctus, & pericula in eo verſantium, flumina ſunt bona eius, quæ fluunt, priuſque effugiunt, quam teneri poſsint, ad quæ flumina exules ſancti fleant, dum à patria illa, in qua nihil fluit, ſed ſtant omnia, abeſſe ſe vident discentes: Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & flenimus, dum recordaremur tui Sion. * Super hoc mare, & ſuper hæc flumina fundatur terra, quando etiam inferior portio terrena contemnit, & ſiue læta ſint, ſiue triſtia, non magnopere curat. Verum mortalis infirmitas, & ſi magnos in virtute progreſſus fecerit, ſi ſibi relinquatur, varie affici, & vehementer quati, & quaſi vultũ ſæpe mutare ſolet. Propterea addit: *Et fingens ſpiritum hominis in eo.* Vt enim fictor, & plaſtes, aut lutũ, aut terram, aut quãuis aliã materiam in vſum ſuum vertit, & flectit, & quã cupit formam, in eam inducit: ita Deus animam noſtram vertit in formam, quam velit, vt eam, quam diu opus eſt, retineat, ac ſeruet, ſiue lætitiam aſſumere oporteat, ſiue ægritudinem, ſiue conſtãtem, & immobilem voluntatem, ſiue ſeueritatem, ſiue quiduis aliud. Sicut lutum, inquit, in manu figuli, ſic vos in manu mea domus Iſraël. Hanna mater Samuelis mutabatur, ſed finxit Deus ſpiritum eius poſt orationem, & abiit mulier in viam ſuam, & comedit, vultuſque illius nõ ſunt amplius in diuerſa mutati. * Poſtquam ſpem ſucceſſus iuſtorum perſecutoribus ademit, mala, quibus ſe ipſos afficiunt, & lædunt, dum lædere alios volunt, ita exponit: *Ecce ego ponam Ieruſalem ſuper limmare crapulæ omnibus populis.* Qui Ieruſalem, id eſt, animam iuſtam, aut cõgregationem iuſtorum lædere volunt, priuſquam quidquam efficiant, in ipſo ingreſſu turbantur, & mouentur, vt ebrius, & omnis ſapientia eorũ deuoratur. Furunt odijs, effutiunt indigna loco, genere, animo ſuo, tentant multa fruſtra, ſupplices orant, quos minimè vellent, adulantur, ea dũt, vt ebrij, in peccata multa, ridentur ſæpe, & exſibilantur. *Sed & Iuda erit in obſidione contra Ieruſalem.* Hoc cum admiratione dictum eſt, quòd non ſolum alij perſequantur iuſtos, ſed ipſi etiam interdum, qui populus Dei ſunt, à quibus protegi, & defendi debuerant. At male rebus ſuis conſulunt: *Ponam Ieruſalem lapidem oneris cunctis populis.* Partículæ ex petra exciæ lapides ſunt, petra autẽ erat Chriſtus, lapides ergo ſunt iuſti, ſed lapides oneris ſunt lenantibus, ſicut ait ſtatim: *Omnes, qui leuabunt eum concisione lacerabuntur.* * Lapis grauiſsimus, ſi leuetur, & proijciatur, firmitate ſua nõ læditur, nihil enim offendit durius ſe, at qui leuat, & proijcit, manus radit, & deterit, immo & lacerat. Quid nocet iuſto, qui eum leuat, & proijcit? Lapis durus eſt, firmitatem habet à petra, non frangitur, non conteritur, quia nõ contriſtabit iuſtum, quidquid ei acciderit. Nec modo non contriſtatur aduerſis, ſed etiam lætatur, ſicut ait Paulus: Et rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis, cognoſcentes vos habere meliorem, & manentem ſubſtantiã. Et Iacobus: Omne gaudium exiſtimate, fratres mei, cum in tentationes varias incideritis. Qui eos afligunt, lacerant animam ſuam, & peccatis eruentãt, fiunt deteriores, & obſtinatiores,

& grauius, etiam in hoc ſæculo ſæpè puniuntur. Eodem ferè pertinẽt, quæ ſequuntur: *Percutiam omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem eius in amentiam.* * Aſcẽſores ſunt tyranni, & potentes, & præcipui perſecutionis autores, equi ſunt eorum miniſtri, per quos in bonos irruunt. Quoties legimus tyrannos, velut in amentiam verſos, videntes patientiam, & fortitudinem martyrum, & ſe, vel à virgunculis, & pueris vinci, atque rideri? Quoties miniſtri ſtupore correpti hæſerunt neſcientes quid facerent martyribus, & eorum conſtantiam admirantes? Poſſumus equos, & aſcenſores tentationes peccatorum, & Diabolum per eas in ſanctos pugnantem interpretari, vt diximus capite ſexto, numero vigeſimo ſeptimo, & vigeſimo octauo, cuius conatus nihil in eos proficiet. Quæ ſequuntur vſque ad illud: Et aſpicient in me, quẽ confixerunt, ſaris iã ſuperius expoſita ſunt. Quæ autem inde ad finem vſque capitis ſcripta ſunt, etiam ad perſecutionem iuſtorũ pertinent, quia de Chriſti perſecutione dicuntur, & Chriſtum perſequũtur quoque, qui eius membris nocẽt, ſicut ipſe teſtatus eſt: Ego ſum Ieſus Nazarenus, quẽ tu perſequeris. * Cũ ergo Deus ad iudicandũ venerit, venient ſancti eius cum eo, & fulgebunt ſicuti ſol, & amicos iudicis, gloriaque plenos aſpicient, qui eos confixerunt, & dolebunt, & plangẽt ſe ſuper eos omnes tribus terræ. Planget terra, id eſt, homines terreni, qui ſemper de terra cogitarunt, & terrena amarunt, & cũ poſſent fieri cœlum, terra fieri maluerunt. *Familiæ domus Dauid ſeorſum, &c.* Origenes tract. 30. in Matthæum: Arbitror autem per hæc oſtẽdi differentias eorum, qui videntur in fide fuiſſe, & in ſuo agmine, non autem placuerunt Deo. Familiæ domus Dauid ſignificant (vt ait Origenes) reges, & magnates, ſed & eos, qui ex principibus Eccleſiaſticis iniqui in bonos fuerunt, recte intelligemus. Familiæ domus Nathan ſunt nobiliſsimi quique, & potentiſsimi, qui autoritate plurimũ apud Principes valent. Familiæ domus Leui mali ſacerdotes ſunt. Familiæ Semei, doctores populi, & cõcionatores ſuperbi, & quicũq; doctrinæ, & ſanctitatis fallaci opinione intumeſcentes ſanctos perſecuti ſunt. In ceteris promiſcuũ vulgus intelligitur malorum, & inimicorũ ſeruorũ Dei, quos ſimilis luctus, & ſimilis manet damnatio.

CAP. XIII.

IN die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ieruſalem in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum: Diſperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra: & pſeudoprophetas, & ſpiritum immundum auferam de terra. Et erit: cum prophetauerit quiſpiam vltra, dicent ei pater eius, & mater eius, qui genuerunt eum: Non viues: quia mendacium locutus es in nomine Domini: & configent eum pater eius & mater eius, genitores eius cum prophetauerit. Et erit: in die illa confundentur prophetæ vnuſquiſque ex viſione ſua cum prophetauerint, nec operientur pallio ſaccino, vt mentiantur, ſed dicet: Non ſum propheta, homo agricola ego ſum: quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea. Et dicetur ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum? Et dicet. His plagatus ſum in domo eorum, qui diligebant me. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meum, & ſuper virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: percute paſtorem, & diſpergentur oues: & conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duæ in ea diſpergentur, et deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiã partem per ignem, &

Zach. 12.

Ezec. 30.

Matth. 26. Mar. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vram eos ſicut vritur argentum: et probabo eos, ſicut probatur aurum. Ipſe vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam, Populus meus es, & ipſe dicet, Dominus Deus meus.

HISTORIA.

In die illa erit fons patens domui Dauid. Quoniam obiter de paſsione Chriſti Domini noſtri locutus fuerat dicens: Aſpicient in me, quem confixerunt, & continuo de ſupplicio infidelium Iudæorum verba fecit, redit nunc ad Chriſtum, & expreſsius de eo, & de paſsione eius loquitur. Verum autem eſſe, quod dicimus, verba illa aperte demonſtrant: Percute paſtorem, & diſpergentur oues, quę Dominus, atque ſeruator in paſsione ſua de ſe interpretatus eſt, vt mox dicemus. Nec mouere quēquam debet, quod de die iudicij capite proximo locutus, nunc dicat: *in die illa erit fons patens:* quaſi de eodem tempore loquatur, quod forteſſe mouit Lyranum. Solet enim Scriptura copulare tempora valde inter ſe diſiuncta his verbis: In diebus illis. In die illa, vt probat Chryſoſtomus hom. 10. in Matthæum, & hom. 37. & Euthymius in cap. 3. Matthæi, aiunt enim tunc non ſignificari tempus præcedens, ſed tempus in quo facta ſunt, quæ ibi narrantur. Videmus hoc Matth. 3 in principio, & ſæpè apud Prophetas. * Hoc etiam probabiliter dici poteſt, hæc omnia ſimul dicta eſſe à Propheta, vt ad idem tempus neceſſario ſint referenda, ſed ſæpè inter vnam, & alteram prophetiā menſis, aut annus, aut longius etiam tempus labebatur. Itaque nouam prophetiam nunc ſcribi intelligamus, quæ non pertinet ad ea, quæ dicta ſunt, & cum in noua prophetia ponitur. In die illa, nec ad præterita refertur, dies certa ſignatur, & omnibus nota, id eſt, quæ in omnium ore, & ſermone verſatur, qualis eſt dies, ſiue tēpus Meſſiæ, aut ſimile aliquod tempus, quod auditores intelligerēt. Eſt ergo ſenſus: In die illa celeberrima in ore prophetarum, & quam omnes ardentibus votis optant, hoc eſt, cū impletum fuerit tempus aduentus Meſsiæ præſtitutum à Deo, erit fons patens domui Dauid. Quamuis & illud facilè dici poteſt, In illa die. i. nō in hac, de qua proximè agebam, ſed in illa, de qua loquebamur paulo ante. c. 12. In die illa ponā duces Iuda, ſicut caminū ignis. Exemplū videbimus. c. 14. in illis verbis: Et erit in die illa exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem. Fons Chriſtus eſt, vt optimè exponit Gregorius homilia. 20. in Ezec. Fons, inquit, occultus eſt vnigenitus Patris inuiſibilis Deus, fons verò patēs eſt idem Deus incarnatus. Idē ſenſit libr. 6. Epiſtolarum. c. 186. Atq; hoc ex ipſius Domini verbis probari poteſt. Iohan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, vbi fontem ſe eſſe dicit. * Sed apertius. c. 7. Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Et Galatinus libro quarto, cap. vltimo, referens verba, quæ continuò ſequuntur: Et erit in die illa, dicit Dominus exercituū, diſperdam nomina idolorum de terra, ait: Vbi omnium Iudæorum ſententia textus de Meſsia loquitur. Dicitur autem Chriſtus fons propter Spiritum ſanctum, quem dedit, qui ſitim concupiſcentiæ reſtinguit, vt ex verbis Iohannis indicatis ſatis intelligi poteſt. Deinde propter baptiſmum, & ſacramenta cetera, quibus homines purificat: & propter doctrinam Euangelicam, quæ etiam ſuo modo purificat, Iohannis decimo quinto: Iam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. Cur fons patens? Quia neminem prohibebat, omnes ad bibendum vocabat, Iohannis ſeptimo: In nouiſsimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus, & clamabat dicens: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. * Patebat autem domui Dauid, & habitantibus in Ieruſalem, quia ibi maximè clamauit, & ad ſe omnes vocauit, ibi illuſtriora miracula edidit, & ibi crucifixus eſt. Vocatis autem primoribus, & nobilioribus, ac ſapientioribus, & reliqui ſimiliter vocati intelliguntur.

In ablutionem peccatoris, & menſtruatæ. Id eſt, Vt mundentur ab omnibus peccatis quicunque ad ipſum accedere voluerint. Menſtruata, vt ait Hieronymus, nihil erat in lege immundius, quæ, quidquid tangebat, immundum faciebat. Et quamuis omnem peccatorē ſignificare poſsit, propriè mihi videtur ſignificare gentilitatem, quæ ſemper erat immunda, & ſanguine peccatorum ſuorum fœdata. Peccatorem autem vocat populum Iudæorū, vt expoſuit Lyranus: cum enim peccatum ſit legis transgreſsio, magis propriè hoc nomen conuenit in populo Iudæorū, qui prę-

ter legem

ter legē naturæ, etiam legē habebat ſcriptā, quā non habebat gētilitas. Prius ergo in ablutionē peccatoris, deinde etiā patuit in ablutionē mēſtruatæ, prius eñ ablui cœpere Iudæi, deinde ſubintroierūt & gentes*. In Hebræo eſt: Erit fons patēs domui Dauid ad peccatum, & ad menſtruā immunditiā, Hiero. vertit apertius. In ablutionem peccatoris, & menſtruatæ, id eſt, נִדָּה, quæ vox ſignificat immunditiam menſtruam, à נָדַד elongauit, quod menſtruata à viro, & à templo elongaretur.

Diſperdam nomina idolorum. Eodem tempore quo fons hic per prædicationem apoſtolorum oſtenſus eſt gentilibus, idolorū cultus ſublatus eſt (vt ait Cyril.) omnibus ad Euangeliū concurrentibus, & pſeudoprophetæ, vateſq; à dęmonibus afflati ceſſarūt, & oracula toto orbe celeberrima cōticuerunt, adeo, vt Plutarchus libellum ediderit de defectu oraculorum, quæ iā ætate ſua, id eſt, imperāte Traiano defecerāt. Et ipſi immūdi ſpiritus tam de animis, quam de corporibus hominum exire coacti ſunt apud gentiles, & apud Iudęos.

Et erit cū prophetauerit quiſpiā. Tanta religione tūc Deū colent, vt ſi quis pſeudo, ppheta decipere homines voluerit ſimulata propheria, ipſi eius parentes zelo gloriæ Dei incenſi nō ſint eū laturi, ſed ſententiā mortis in eum proferent dicentes: Non viues, ideſt, non eſt fas vt viuas, dignus es morte, quia cū mēdacium loquaris, dicis te à Deo accepiſſe, & ab eo mitti. * Id eñ eſt loqui in nomine Dñi, ideſt, virture & poteſtate Domini, & ſicut ab eo miſſus, aut prolato nomine Dñi, dicebāt eñ prophetę: Hæc dicit Dñs. Loquī autē de hæreticis, & deprauatæ doctrinæ diſſeminatoribus, quos parentes, & conſanguinei curabunt per magiſtratus occidi, ne veneno ſuo populos corrūpant. Eſt autem vulgatum in ſcriptura vt etiam falſi prophetæ dicantur prophetæ, quia & ipſi prophetæ videri cupiebāt, & à ſuis propherę vocabantur, vt. 3. Reg. 18. Ego remanſi propheta Dñi ſolus, propheræ autem Baal quadringēti, & quinquaginta viri ſunt. Et ca. vlti. Ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarū eius. Deut. 13. Si ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnū vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignū, atq; portētum, & euenerit, quod locutus eſt, & dixerit tibi, Eamus, & ſequamur Deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis, nō au-

dies verba prophetæ illius. * Videtur autē Propheta noſter ad hunc locū alludere cū ait: Nō viues, quia mendaciū locutus es in nomine Dñi, &c. ibi enim legitur: Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuę, aut filius tuus, aut filia, ſiue vxor, quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus, quem diligis vt animam tuā, clam dicens: Eamus, & ſeruiamus dijs alienis, &c, Non acquieſcas ei, neque audias, nec parcat ei oculus tuus, vt miſerearis, & occultes eum, ſed ſtatim interfícies. Et ne priuata autoritate hoc faciendū putaretur, addit: Sit primum manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum. Ex quo intelligitur iuſtiſsime occidi, & comburi hæreticos, idque Deo placere.

Et configent eum pater eius. Idem verbū דָּקַר eſt in Heb. quod & ca. 12. eſſe diximus, vbi habemus: Et aſpicient in me, quem confixerunt, ac ſi diceret: Lanceis eū configēt, hoc eſt hoſtiliter vſq; ad mortem perſequentur. Emphaſin autem habet poſt Pater eius, & mater eius, dicere Genitores eius, ac ſi dicat: Quantumuis eum genuerint, quantumuis cum vt parentes ament.

Confundentur prophetæ vnuſquiſque ex viſione ſua. Scilicet cum viderint non admitti, nec probari ſua vaticinia, ſed ſe potius contumelijs, & verberibus affici à ſuis.

Nec operientur pallio ſaccino vt mentiantur. Quoniam ſaccus inſigne pœnitentiæ eſt, & prophetæ (vt ait Hieronymus) quando populum ad pœnitentiam prouocabant, eo induebantur, vt Iſaias, cui capit. 20. præcipitur, vt auferat ſaccum de lumbis ſuis; qui religioſiores videri volebant in pſeudoprophetis, ſacco amiciebantur, vt melius eis populus crederet. Propterea ait. *Nec operientur pallio ſaccino*, ſiue villoſo, vt eſt in Hebræo, aut pelle cilicina, vt eſt apud Lxx. *Vt mentiantur*, id eſt, vt tuto poſsint mētiri, & credat populus.

Sed dicet: Non ſum propheta. Timore ignominiæ, atque plagarū dicet is, qui ante prophetabat. Ego nequaquam ſum propheta, ſed agricola, & ab ineunte ætate verſatus ſum in agris colendis.

Quoniam Adam exemplum meū ab adoleſcentia mea. Nunquā ſectatus ſum prophetiā, ab adoleſcētia mea imitatus ſum, & p exēplo mihi propoſui Adam, qui terram colendo in ſudore vultus ſui veſcebatur pane ſuo. Quoniam אָדָם & primum parentē

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat, & quemlibet hominẽ, Lxx verterunt, non Adam, sed Homo, quasi dicat: Hic homo, aut ille docuit me agriculturã.
9 *Sed sine dubio melius intelligitur primus parens, qui exemplum agriculturæ omnibus est, quoniã si dicat: Homo, nec ille intelligatur, decurtata videtur oratio. Pro Adam exemplum meum, in Hebræo est אָדָם הִקְנָנִי, quod Pagninus vertit: Adam docuit me, vt essem pastor. Interpres Chaldęi: Homo docuit me, vt essem pastor. Leo Hebræus: Vt quem Adam ab Adolescentia mea instituit, vt passiones colerem. Vatablus exposuit: Docuit me artem pastoralem. Cum enim הִקְנָנִי propriè significet, Possidere me fecit, id est, possidere me docuit, subaudiendum putarunt, Pecora, aut artem pastoralẽ, aut agros colendos. Vtrũque copulauit R. Dauid, alij alterum: melius tamen subaudimus: Agros colendos, quemadmodũ intellexit Hiero. propterea ꝙ paulò ante ait: Homo agricola ego sum, Præterea cũ ait: Homo agricola ego sum, pro Homo non ponitur אָדָם, sed אִישׁ, ex quo magis probatur Adã postea non pro quouis homine poni, sed ꝓ primo parẽte.

Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum. Lxx. Et dicam ei, quoniam וְאֹמַר si scribitur ita וְאָמַר, sonat: Et dicet, scilicet aliquis, pro quo Hieronymus vertit: Et dicetur. Si autem legatur וְאָמַר, sonat: Et dixi, siue, Et dicam. 10 *Hieronymus hæc verba intelligit de illo, qui se prophetã negabat, quem alter interrogat: Quid sibi volunt plagæ istæ, & hæc vulnera, quæ in medio manuum tuarum sunt? Quare adhęres patibulo? Cur manus tuæ transfixę sunt clauis? Et ille respondebit: Hæc vulnera, & has accepi plagas parentum meorum iudicio condemnatus, & eorum, qui me amabant, quoniam mendacium prophetabã, & populum decipiebam. Eadem est sententia Cyrilli, & Theodoreti, & Hebræorum, & Lyrani, & Vatabli. Eandem expositionẽ postulare ipse contextus videtur. Fateor illam esse probabilem, sed probabilius mihi videntur exponere, qui de Christo exponunt. Primum, quoniam Ecclesia Romana in missa quinque plagarum proponit nobis hæc verba Zachariæ, & omnino ad plagas Christi videtur referre: nã si de pseudopropheta propter mendaciũ crucifixo intelligeret, minimè ad Christũ pertineret pro veritate, & pro gloria Dei crucifixum, neque Historico sensu, neque Allegorico.* 11
Secũdo, quoniã nemo potest dubitare de Christo statim dici: Framea suscitare super pastorem meũ, quod nullam haberet connexionẽ cũ præcedentibus, sed ex abrupto inciperet: si autẽ ita accipiatur, vt dicimus, rectè omnia connectuntur. Tertio, quoniã boni autores ita interpretantur, vt Rupertus, S. Thom. in illud Psal. 21. Foderunt manus meas, &c. R. Samuel in Epistola de aduentu Messiæ. c. 7. Galatinus lib. 8. cap. 17. & alij. Lxx etiã hoc sensisse videntur, ita vertentes. Quid plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet. Quibus percussus sum in domo dilecti mei, id est, in populo Iudaico, qui erat dilectus meus. Quarto, quoniã cũ ille se non prophetã esse dixerit, sed agricolã, quo falsũ pœnitere se prioris erroris declarabat, non eũ in crucẽ tollerent parẽtes. Ergo, quia de Christo dixerat: Erit fons patens domui Dauid, & per eũ tollẽda esse idola, & pseudoprophetas exterminãdos, ex occasione longiorem parenthesin fecit Prophera de pseudoprophetis, qua finita reuertitur ad Christum, de quo sermo erat, & ad ipsum respiciens ait: Et dicetur ei, &c. Ita solet fieri in Scriptura, præsertim apud Paulũ, vt cum ait Ephes. 3. Huius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, &c. Semper pendet oratio, nec constat, quò pertineat illud. Huius rei gratia, donec post longissimã parenthesin redit eò, vnde digressus fuerat: Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ Domini nostri Iesu Christi. 12

In domo eorum, qui diligebant me. Hæc passus sum à Iudæis, qui colebant, & diligebãt me olim cum increduli non erant.

Framea suscitare super pastorem meũ. Quoniã mirabantur cũ tanta passum esse, cui dicebant cũ admiratione, & cõmiseratione: Quid sunt plagæ istæ, &c. Causam Deus Pater docet, statuisse se, vt Christus morte traderetur, & desereretur à suis, vt per ei⁹ passionẽ æternã vitã cõsequerẽtur electi. Hæc verba impleta esse, cũ Dñs à Iudæis cõprehensus, & ab apostolis relictus est in manibus eorũ, à quibus erat occidẽdus, ipse Seruator exposuit Matth. 26. Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte, scriptũ est enim: Percutiã pastorẽ & dispergentur oues gregis. Et Mar. 14. Omnes scãdalizabimini in me in nocte ista, quia scripũ est: Percutiã pastorẽ, & dispergẽtur oues. Et quoniã sæpe Imperatiui pro Futuris ponuntur, 13 Ref

præsertim

præsertim apud propheras, vt quod Isa. ca. 6. ait: Excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude: Matt. c. 13. & Luc. Act. 28. ita referunt: Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & nõ videbitis, &c. Zacha. dixit: Percute, Euãgeliſtæ: Percutiã. * Itaq; sensus est, Framea, id est, gladius suscitabitur super pastorem meum. Percutiã pastorẽ, id est, percuri sinã à Iudæis. Gladium autẽ vocat mortem, persecutionem, vulnerationem, vt supra, c. 11. Gladius super brachiũ eius dextrũ. Ita etiã Psal. 21. vbi de passione CHRISTI sermo est: Erueà framea Deus animam meam, & de manu canis vnicam meam. Similiter illud intelligitur Ham. 9. In gladio moriẽtur omnes peccatores terræ. Quod (vt Hiero. hic ait:) iuxta literã penitus stare non potest, (id est, accipiendo proprie gladiũ) multi eñ peccatores naufragio pereunt, alij veneno, hi aquis suffocantur, illos consumit incendiũ. Ita nunc Hier. refert hæc, & interpretatur. In prophera legitur: In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qđ dictum est, quoniã pleriq; in bello perierũt at non omnes gladio, sed peste alij, & fame, quæ omnia in gladio intelligit: Quare percussio hæc, de qua loquitur Propheta, cœpit quidẽ, cum Dñs comprehensus est, & tunc oues pastoris dispergi cœperunt, sed in morte plene consummata est prophetia, quæ antea paulatim implebatur, & apostoli semper fuere dispersi vsq; ad diem resurrectionis vespere. * Ita Iustinus martyr in dialogo cum Tryphone. Quin etiam, inquit Zacharias propheta prædixit fore, vt hic CHRISTVS percuteretur. eiusque discipuli dispergerentur. Id quod euenit. Postea enim quam cruci suffixus est, discipuli, qui eum sequebantur, dispersi sunt, atque disiuncti ad eum diem, quo à mortuis excitatus est. &c. Ambro. sermo. 2. in Psal. 118. & aliter hunc locum exponit, percusso pastore, id est, CHRISTO mortuo, totũ orbem terræ replendum fuisse grege CHRISTI, prædicãtibus videlicet apostolis, & conuertentibus vbique multos: & synagoam tunc fore saluam, cum se huic dispersioni & ipsa sociauerit, quę repleuit omnem mundum. Quem sensum, quia nihil pugnat cum priore, qui certissimus, & germanissimus omnium est, non censeo respuendum. In eo Ambrosij latet & hic: Percutietur CHRISTVS, & oues eius. i. apostoli, dispergẽtur per terras. Sed nec ille R. Samuelis in epist. de aduẽtu Messiæ. c. 19 prorsus contẽnendus est, Crucifixo Christo, qui pastor erat Iudæorũ, vt late vidimus. ca. 11. Iudęos dispersos esse per orbẽ terræ postquam capti, & venditi sunt à Romanis. 14

Et super virum cohærentem mihi. Pro cohærentem mihi, est אֲמִיתִי, quod Hier. frequenter vertit Proximum, vt Leui. 6 Negauerit proximo suo depositũ. Et vertit hic Theo. Aquila: Super virũ συμφιλόν μu. i. contribulẽ meũ. Symmac. Super virũ populi mei. Lxx: Super virum ciuẽ meũ. Quære cum hęc verba sint patris, qui vocat filiũ proximum, socium, contribulem, popularem suum, manifeste ostenditur æqualitas, & consubstantialitas patris, & filij. 15

Et conuertã manum meã ad paruulos. Eiusdẽ patris verba sunt, & hoc est, quod ait: Non deserã apostolos, qui in passione fugerunt, conuertã ad eos manũ meã, & rursus ad pastorẽ, & præceptorẽ suũ reduc. Paruulos eos vocat, quia pauperes erant, & humiles, aut potius propter pusillanimitatem, qua in passione exterriti Dñm suũ reliquerunt.

Et erũt in omni terra dicit Dominus, partes duæ. Tempore, quo passus est Domninus duæ partes erant in omni terra. i. duo populi diuisi, alter Iudæorũ, alter gentium. Hæ partes peribunt, quoniam Iudæi, si in sorte sua, & in lege sua manserint, nec ad Christum venerint, æterna morte damnabuntur; similiter & gentiles. * Tertia pars relinquetur in ea, id est tertius populus, qui est populus Christianus, qui de his duobus repẽte succreuit, hæc seruabitur ceteris percuntibus. Ita Hieronymus partes has interpretatur, cuius expositionem verisimam esse aperte declarant verba omnia, quæ sequũtur vsque ad finem capitis. Quod ad verba attinet, posset ita verti apertius. Et erit in omni terra, partes duæ in ea dispersentur. Sed iuxta nostram translationem. *Erunt in omni terra duæ partes,* & subaudiamus, Quę, vt passim faciunt Hebræi, vt sit sensus: Erunt in omni terra duę partes, quæ in ea dispersentur, & deficient, ideſt, peribunt: Dispersentur autem ab hoste humani generis. Tertia pars relinquetur in ea. i. hãc hostis non dispersit, huic nocere non poterit. In Cõplutensi codice, & in Regio legitur, Dispergẽtur, sed mẽdosè, castigatiora exemplaria habent: Dispersentur, quod etiam inueni in quodam manu scripto, He 16

Universidad de Deusto
Biblioteca

bræo יִבָּרְתוּ, id est, succidentur.

17 *Et ducam tertiam partem per ignem.* Populū hunc Christianum, quem mihi reliqui, varijs tentationibus, & laboribus exercebo, & probabo, vt fiat quasi aurum purissimū. Ignis. In igne labores, & pericula, & tormenta intelliguntur, vt Psal. 65. Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut eximinatur argentum. Et ibidem: Transiuimus per ignem, & aquam, & eduxisti nos in refrigeriū. Isa. 43. Cum ambulaueris in igne, non combureris. Tertullianus in Scorpiaco contra Gnosticos, in medio: Audio, inquit, & alibi dicentem Deum, Vram illos, sicut vritur aurum, & probabo illos, sicuti probatur argentum, vtique per tormenta ignium, & suppliciorum, per martyria fidei examinatoria.

Ipse inuocabit nomē meum. Cum dicit, *Ipse*, subaudiendum est, Populus, ex eo, quod sequitur: Populus meus es. *Ipse inuocabit nomē meum*, non aliū Deum agnoscens quā me, me adorabit, à me omnia bona expectabit.

Populus meus es. Legendum est in tertia persona, Est, Heb. Et dicam: Populus meus ipse, scilicet, est, est enim הוּא pronomen tertiæ personæ, similiter est in Chaldæo. Lxx: Et dicam: Populus meus iste est. Ipse me colet, vt Deum suū, & ego illum, vt populum meum, fouebo, & illi semper consulam.

TROPOLOGIA.

18 Christus fons patēs. *In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalem.* Cum multa, & præclara nomina Scriptura Christo tribuat ex mirabilibus effectis, nō temere vllum inuenias gratius, aut amabilius, quam quod nūc est apud Zachariā: Fons patens. Si quid ex hoc fonte emanet, quæris, memento cum esse Iesum, quare & fons salutis erit. Semper ex eo fluit salus, perennis fons est, nullis hominum peccatis arescit; si quis accedere volet, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino, quantumuis sitiat, restinguet sitim, quantumuis sordidus sit, abluetur. Poterat autem esse fons salutis, sed abscōditus, quē, aut nemo, aut pauci inuenirēt, nunc autem fons patēs est, omnibus obuius, neminem prohibens, nemini pulcherrima fluēta denegās. Quin & alios fontes efficit, quia semper fluit, fontes etiam salutis, sed ex se scaturientes, id est, sacramēta septem, de quibus scribit Isaias: Hauritis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Et: Omnes sitiētes, venite ad aquas. * Patet domui Dauid, id est, sequētibus Christum, & eū regem agnoscētibus, qui nō declināt ad idola Ierobohā. i. sæculi huius. Et habitantibus Ierusalē; ij autem Ierusalē habitant (vt ait Greg. hom. 20. in Ezec.) qui in visione pacis intimę mentē figunt, Ierusalē enim visionē pacis interpretantur. Sed libet S. Gregorij verba ex eodē loco referre. Peccator, & mēstruata est, vel is, qui delinquit in opere, vel mens, quæ labitur in praua cogitatione. Mēstruata nāq; ista pollutio est, quia & aliena carne nō tangitur, & sua carne inquinatur. Sic itaq;, sic est omnis anima, quæ, & si malum opus nō agit, polluta tamen cogitatione sordescit. Vnde etiam per Prophetam alium sub Iudęę specie de anima immūdis desiderijs occupata dicitur: Omnes, qui quærunt eam, non deficient, in mēstruis eius inuenient eam. Maligni quippe spiritus quærentes nō deficiunt, cum inferre perditionē cupiunt, & nulla bonæ cogitationis rectitudine repelluntur. Atque in mēstruis suis animam inueniunt, quando in pollutis cogitationibus positam facile ad peruersam operationem trahunt. * Dicatur ergo: In die illa erit fons patens domus Dauid, habitantibus Ierusalem (ita legit Gregorius) in ablutionem peccatoris, & mēstruatæ, quia apertus iam nobis est fons misericordiæ redemptor noster, vt peccatorem lauet à peruerso opere, & menstruatam mentem diluat ab immunda cogitatione. Patet igitur fons, curramus cum lacrymis, lauemur hoc fonte pietatis. In hoc fonte ipse quoque Dauid lotus est, cum redijt ad lamenta pœnitētiæ post maculas grauis culpæ: ipsum quippe inuenire fontem quærebat cū diceret: Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Iesus enim Hebraicè, Latinè, Salutaris dicitur. Et quid est, quod sibi lætitiam Iesu reddi postulabat, nisi quod hūc ante culpam contēplari cōsueuerat, eiusq; contemplationis gaudia in culpa perdiderat? Vnde rectè post pœnitentiam visionis eius lætitiam sibi reddi quærebat. In hoc fonte misericordiæ lota est Maria Magdalene, quæ prius famosa peccatrix, post modum lauit maculas lacrymis, dererśit maculas corrigendo mores. In hoc fonte misericordiæ omnibus aperto lauit Petrus cp negauerat, quia fleuit amarè. * In hoc fonte misericordiæ in fine suo lotus est latro, qui semetipsum in morte reprehendens, à culpa

Isa 12. Isa. 55. 19 Iere. 2. Psal. 50. Luc. 7. 20 21

culpa sua ablutus est confessione veritatis. Cur ig itur pigri sumus? Cur torpentes, & frigidi remanemus, qui in hoc fonte pietatis tantos iam se lauisse cognouimus? Ergo ne in mundatione nostra desperabimus, qui tot exempla misericordiæ in pignore tenemus? Et cessamus veniā quærere, atq; cum lacrymis fiduciam habere, qui tantorum iam emundationem spei nostræ pignus accepimus? Quęrere enim misericordiæ fontem debuimus, etiā si clausus esset: pater, & negligimus? Hæc sanctus pater, cuius verba libentissime, si quādo occurrūt, transcribo, quasi lumina meorum scripturum futura. Iuxta nostram vero interpretationem peccatorem intelligere possumus, qui sub lege se esse recordatur, & cum timore peccat: menstruatam autem animā, quæ gentium vitam imitatur, quasi legem nullam haberet, & esset sine Deo in hoc mundo. Qui bibunt ex hoc fonte non sitiunt bona terrena, quia fit in eis fons aquę salientis in vitam æternā, *atque ita disperdūtur nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra.* * Contemnunt enim diuitias, conculcant honores, oderunt carnis voluptates, id sitiunt, quod bibere cœperunt, sicut ait Sapientia: Qui edunt me adhuc esurient, & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui in hoc fonte crebro lauantur, nolunt iam inquinari cultu idolorum, sed in dies puriores facti discunt non memorare nomen eorum vltra. Recte etiam ait. *Et pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra,* quia qui abluti sunt, habent in se magnum prophetam, qui surrexit in nobis, & ab eo vera docentur, nec laborant scire mendacia pseudoprophetarum, sicut præceptum est populo sanctorū: Gentes istæ, quarū possidebis terram, augures, & diuinos audiūt, tu autē à Dño Deo tuo aliter institutus es. Prophetam de gēte tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dñs Deus tuus: ipsum audies. Cur putas CHRISTVM hic dictum esse prophetā, cum posset honoroficentiora nomina habere? Sanè quoniā ex omnibus Dei nominibus semper ea vsurpat scriptura, quæ sunt rei, de qua agitur, accōmodatissima. * Cū autem omnis homo natura scire desideret, præsertim futura, quod diuinitatis cuiusdam videtur, ideoq; multis se vanitatibus, & superstitionibus implicet: vbi huiusmodi vanitates prohibebantur, recte CHRISTVS dictus est propheta, ac si diceret: Tu cupis futura prænoscere, dabit tibi Deus Prophetam, quo docente quidquid tibi de futuris pręscire vtile est, cognosces. Docuit nos manere animas post mortem, bonos in æterna beatitudine, malos in sempiternis miserijs futuros: purgatorio igni detergi maculas iustorum, quæ non essent in hac vita detersæ, corpora nostra, & si in puluerem vertantur, iterum ab animis in perpetuā societatem assumenda, venturū esse iudicij vniuersorum diem, qui idē sæculi vltimus sit. Hæc nos Propheta noster docuit, quæ scire nemo posset: si quid præterea cuiquam expediat, adhuc docebit, his amplius fili mi ne requiras. Recte ergo dicit præsente vero propheta auferendos esse de terra pseudoprophetas. Spiritus vero immundi non poterunt in mundis, & ablutis habitare, qui nolent locum dare Diabolo: auferentur ergo de terra. * Pseudoprophetæ multi sunt in nobis, nam hæretici, & fallaces magistri omnes pseudoprophetæ sunt: & consanguinei, atque amici, qui nos specie amicitię à religione suscipiēda, & à perfectione vitæ auocant, & à laboribus pœnitentiæ ad vitam traducunt molliorem, etiam si in peccata non inducant, pseudoprophetæ sunt: quare multo magis illi, qui peccandi nobis autores, aut socij, aut instrumenta sunt. Cum vero hominibus tacentibus harum rerum cogitationes in nobis sentimus & illæ pseudoprophetæ sunt. Cum nobis iusti, ac perfecti, & honore digni videmur, cum ceteros præ nobis contemnimus, cum longam nobis vitam pollicemur, & huiusmodi cogitationes pseudoprophetæ sunt. Si ergo veri prophetæ auditores. & discipuli sumus: cū quempiā horū pseudopropheterū loquentē audierimus, ac prophetantē, siue pater noster sit, siue mater, etiā si carissimus sit, etiā si vehemēter nobis placeat, dicam⁹ ei: *Nō viues.* Dicamus autem nō verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate, repellamus illū amicū, extinguamus illa cōsilia, nō acquiescas ei, dicit Dñs, nec audias, neque pareat ei oculus tuus, vt miserearis, & occultes eū, sed statim interficies. Ne occultes noxiā cogitationē dic patri spirituali, dic cōfessario, dic sapiēti magistro, prudēti, & Deū timēti amico. Nihil diabolo gratiꝰ facies, quā si eiꝰ cōsilia occultes. Lapidibꝰ obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à dño Deo tuo, qui eduxit te de

24 Pseudoprophetæ. 25 Deut. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

te de terra AEgypti, de domo seruitutis. Lapidibus, inquam, ex sacra Scriptura desumptis, & consilijs, verbisque Christi, de quibus diximus cap. 9. nu. 70. Ita fiet, vt *confundantur prophetæ vnusquisque ex visione sua, cum prophetauerint, nec operietur pallio saccino, vt mentiantur*. Illi confundentur, & multo magis eorum instigator, & excitator Diabolus, sed præstat illos confundi, quam te, cū coram summo iudice fueris. Dic cū Ieremia
Ierc. 17. Confundantur, qui me persequuntur, & non confundar ego; paueant illi, & non paueā ego. Pallio saccino operiuntur, vt mentiantur, siue homines sint, siue motus animi, quicunque veniunt ad nos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, cum vitia se se contegunt veste virtutum, cum Deo gratū videtur, quod ingratum est. * Quamuis autem quisque istorū
26 dicat: *Non sum propheta, homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea*, minimè credamus. Sæpè enim artificiosè dissimulant dolos, & ad laborē nos hortari videntur dicentes se agricolas esse, & labore, atque opere delectari sæpè dicū Adam esse exemplum suum, & imitatores sanctorum patrum videri volūt, & ea à nobis exigere, quæ sancti fecerunt, & tamen mentiuntur. Sæpè etiam fit, vt sancta sint, quæ monent, atque perfecta: sed Diabolus supra vires nostras esse non ignorās optat, vt suscipiamus, quod nos in superbiam efferat, aut, quod citò cum aliorum scandalo relinquamus, aut, quod nos ipsos tentatum, & relictum in desperationem deducat. Excitat incipientes, & imperfectos, vt grandia sanctorum exempla imitentur, & dum humiles imitari imprudenter tentāt, fiunt superbi. De quo exempla sunt non nulla in prima, & secunda collatione Cassiani, vsque adeò verum est illud: Altiora te ne quæsieris. Vtroq; ergo modo decipiūt nos pseudoprophetæ, aut ad id hortando, quod malum est, & si bonum videatur, aut ad id, quod est re vera bonū, sed supra nos est, & admirandum potius eo tempore est, quam imitandum. * Quæ supersunt, non
27 sunt alia expositione attenuāda, at notāda sunt maximè. *Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in medio manuū tuarum?* Sæpè enim, nisi omnium mortaliū ingratissimi esse volumus, de opere redēptionis nostræ cogitare debemus, & Christo cum dolore, & cum gratia maxima dicere: Quid sunt plagæ istæ in medio manuū tuarum? Quis sit, qui passus est, quid, & pro quibus passus est, quid facere debeat, qui tam immortali beneficio est obstrictus: aspicientes (vt ait Paulus) in autorē fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē cōfusione contempta. Recogitate enim eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Nondum enim vsque ad sanguinem restitistis aduersus peccatum repugnantes. Et quoniam his plagatus est in domo eorum, qui eum diligebant, discamus non solum benefacere, sed & pati ab ijs, qui nos diligebant, & in quos benefici fueramus. * Et si
28 Christi discipuli sumus, ne angamur cum framea suscitabitur super nos, cū relinquimur ab amicis, & prodimur à socijs: Christus enim passus est pro nobis, nobis relinquēs exemplū, vt sequamini vestigia eius. Debemus etiam manū conuertere ad parvulos, & misereri eorum, à quibus deserti, aut læsi sumus, & illos ad viam reuocare: exemplum enim dedit nobis, vt quemadmodum ipse fecit nobis, ita & nos faciamus. Postremo aurum, & argentum nos esse meminerimus, qui Dei gratia pertinemus ad tertiam partem, quę relinquetur in terra, duci debere per ignem, vti sicut argētum, probari sicut aurum, vt nequaquam exanimemur calamitatibus, & laboribus, & persecutionibus, sed illis alacriores, & constantiores effecti, inuocemus nomen Domini nostri Iesu Christi, per quem saluati, & liberati sumus, & dicamus: Dominus Deus meus, vt ipse dignetur dicere: Populus meus est.

Eccli. 3.

Mors Christi sæpe cogitanda.

1. Pet. 2.

Iohan. 13.

CAP. XIIII.

ECce dies Domini venient, dicit Dñs: et diuidentur spolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gētes ad Ierusalem in prælium, et capietur ciuitas, et vastabuntur domus, et mulieres violabuntur: et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, et reliquū populi non auferetur ex vrbe. Et egredie-

egredietur Dominus, et prœliabitur contra gentes illas, sicut prœliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa super montem oliuarum, qui est contra Ierusalem ad Orientē: & scindetur mons oliuarū ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem præruptu grandi valde: & separabitur medium montis ad Aquilonē, & medium eius ad Meridiem. Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum: et fugietis sicut fugistis à facie terræ motus in diebus Oziæ regis Iuda: et veniet Dominus meus, omnesque sancti cū eo. Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies vna, quæ nota est Domino, nō dies, neque nox: & in tempore vesperi erit lux. Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem: medium earum ad mare Orientale, et medium earum ad mare nouissimum: in æstate, & in hyeme erunt. Et erit Dominus rex super omnem terrā: in die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum, de colle Remmon ad Austrum Ierusalem: et exaltabitur, et habitabitur in loco suo, à porta Beniamin vsque ad locum portæ prioris, & vsque ad portam angulorū: & à turre Ananeel, vsque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea, & anathema non erit amplius: sed sedebit Ierusalem secura. Et hæc erit plaga, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnauerunt aduersus Ierusalem. Tabescet caro vniuscuiusque stantis super pedes suos, & oculi eius contabescent: in foraminibus suis, & lingua eorum contabescet in ore suo. In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manū proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem, & congregabūtur diuitiæ omnium gentium in circumitu, aurum & argentum, & vestes multæ satis. Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium iumentorum, quæ fuerint in castris illis: sicut ruina hæc. Et omnes, qui reliqui fuerint de vniuersis gentibus, quæ venerunt contra Ierusalem, ascendent ab anno in annū, vt adorent regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum. Et erit, qui non ascenderint de familijs terræ ad Ierusalem, vt adorent regem Dominum exercituum, non erit super eos imber. Quòd & si familia AEgypti non ascenderit, & nō venerit: nec super eos erit, sed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum AEgypti, & hoc peccatū omnium gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorū. In die illa erit, quod super frenum equi est sanctum Domino: et erunt lebetes in domo Domini, quasi phialæ coram altari. Et

3. Reg. 16. Amos. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

erit omnis lebes in Ieruſalem & in Iuda ſanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolantes, & ſument ex eis, & coquent in eis, & non erit mercator vltra in domo Domini exercituũ in die illo.

HISTORIA.

1 *Ecce dies Domini veniet.* Præcipua huius capitis obſcuritas, quæ magna eſt, ex eo oritur, quod non ſatis liquet de quo tempore loquatur Propheta, adeò, vt Hieronymus dicat: Iudæi hæc ſub Gog dicunt eſſe complenda, alij temporibus Macedonum, & AEgyptiorum, diuerſarumque gentium ex parte tranſacta. Nos temporis varietatẽ Domini ſententiæ relinquentes, quæ ſcripta ſunt explicemus, &c. At id eſt, quod agimus, non poſſe intelligi, quæ ſcripta ſunt, niſi de temporis conſtet varietate. Quidã clauem ſe inueniſſe putat ad huius capitis adyta aperienda, verba videlicet eiuſdem: Reuertetur omnis terra vſque ad deſertum, de colle Remmon ad auſtrum Ieruſalem, &c. quibus verbis prædicitur Ieruſalem habitanda late, poſtquam ciuibus ſuis ſpoliata fuerit, quod non eſt factũ, niſi tempore Machabæorum, atque ita de vaſtatione vrbis, ſub Antiocho Epiphane agere Prophetam cenſet.

Paulus Palat.

Hoc, cum verba eadem à nobis exponẽtur, perſpicietur nullam habere vim ad conficiendum, quod autor ille voluit, nunc ſatis erit Euſebij in eam verba ſub ſcribere, libro ſexto de Demonſtratione Euang. cap. 18. vbi hæc ipſa verba indicans: * Quod ſi quis, inquit, dicat ſub Antiocho Epiphane hæc completa fuiſſe: etiam, atque etiã conſideret, vtrum poſsit reliqua etiam, quæ ex hac propheria ſuperſunt, ad Antiochi tempora referre. Cuiuſmodi illud eſt, quod populus ſeruitutem ſit paſſus, quod pedes Domini in mõte olimarum ſteterint, &, vtrum Dominus in die illa in regem fuerit in omnem terram, &, vtrum nomen Domini ambierit omnem terram, & ſolitudinem, quo tempore Syriam Antiochus obtinuit, & quæ reliqua ſunt de eodem oraculo, quem finem ſortita ſint, aliquo modo conetur oſtendere, &c. Mihi, vel primis verbis abundè refelli hæc ſententia videbatur: Et congregabo omnes gentes ad Ieruſalẽ in prælium, quod de exercitu regis Antiochi, quomodo dici poſsit, non video. Veriſsima ſententia eſt prophetiam eſſe de vltimo excidio Ieruſalem, quod duce Tito paſſa eſt à Romanis, vt docet Euſebius lib. 6. de Demonſtratione Euang. ca. 18. & lib. 8. demonſtratione. 4. & Cyrillus, & Theodoretus, & Rupertus, & quidam è recentioribus, & in eandem propendet Hieronymus. * Quoniam igitur de paſsione Domini locutus eſt capite præcedente, & duas partes peritu- 3
ras eſſe dixerat, nunc de tẽporali vnius perditione loquitur, id eſt, de perditione Iudæorum, qui Chriſtum recipere noluerũt, & explicat apertius, quod cap. 11. dixerat: Aperi Libane portas tuas: poſtea loquitur de perditione alterius partis, cũ ait: Et egredietur Dominus, & præliabitur. Et quoniã poſt paſsionem cito venturus erat dies deſolationis Ieruſalem, ait: Ecce, dies Domini veniet, quo, ſcilicet, Deus potentiam ſuam oſtendet, & pœnas de inimicis ſuis ſumet. Quid ſit dies Domini, diximus Sopho. 1. numero. 28. Euſebius libro. 6. loco indicato, diem Domini dici affirmat tempus aduentus Chriſti, qui eſt lux vera, & omnes illuminauit, quo tempore omnia expleta ſunt, quæ de vrbis vaſtitate prædixit Zacharias, id eſt, quadrageſimo anno à paſsione Domini.

Et diuidẽtur ſpolia tua in medio tui. Hæc vrbi Ieruſalem dici ſatis conſtat ex ſequentibus: Et congregabo omnes gẽtes ad Ieruſalem in prælium. O Ieruſalem ita diripieris, & vaſtaberis, vt ſecuriſsimi hoſtes ſpolia tua inter ſe diuiſuri ſint in medio tui. Hieronymus: * Solet hoc frequenter accidere, vt, 4
quæ ſubito impetu direpta ſunt, foris in agro, aut in ſolitudine diuidantur, ne fortè hoſtes ſuperueniant. Hic autem tantũ malorum pondus incumbet, vt, quæ direpta ſunt, in ciuitatis medio diuidantur pro ſecuritate victoriæ.

Et congregabo omnes gentes. Summatim perſtrinxit prius totam calamitatem: Veniet dies Domini, & diuidentur ſpolia tua in medio tui: nunc id, quomodo faciendũ ſit indicat, quaſi per partes. Congregabo omnes gentes, id eſt, exercitum maximum, & florentiſsimum Romanorum ex variis nationibus congregatum, vt ſatis intelligitur ex Ioſepho, lib. 3. de bello Iud. cap. 1.

Et vaſtabuntur domus, & mulieres violabuntur.

Vide. *Vrbs.* Hieronymus: Et hæc populo Iudæorũ vniuerſa conuenient, quia attulerunt reges terræ, & principes conuenerũt in vnũ aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius. Et poſtea: Hæc omnia planiſsime Ioſephus, qui Iudaicam ſcripſit hiſtoriã, & multo maiora, quam legimus in prophetis, eos ſuſtinuiſſe commemorat. Cornelius quoq; Tacitus, qui poſt Auguſtum vſque ad mortem Domitiani vitas Cæſarum triginta voluminibus exarauit.

Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem. Hoc nunquam Antiocho capiente Ieruſalem factum eſt. Hieronymus: Quomodo autem media pars capta ſit ciuitatis, & reliquus populus in vrbe permanſerit, & illo tempore, & alijs approbatur: Septemtrionalem vrbis, & inferiorem partem eſſe captam, montem autem templi, & Sion, in quo arx erat, integra remanſiſſe. Cyrillus: Nihil aliud eſt hoc, quam quod aiunt, peperciſſe Romanos duces ijs, qui habitabãt ſuperiorem ciuitatem, & ſupplices procubuerunt. Euſebius libro ſexto de Demonſtratione Euang cap. 18. Tunc ſane credibile eſt dimidium ciuitatis perijſſe obſidione, vt ait prophetia. Haud vero ita multo poſt eũ Hadrianus imperaret, Iudaico rurſus exorto tumultu, quę reliqua fuerat pars dimidia ciuitatis, rurſus obſeſſa expellitur, adeò quidem, vt ab illo tempore vſque in hodiernum diem penitus inſtabilis omnis illis factus ſit locus, &c. Hieronymi verba non ſatis intelligo quid velint, cõſtat enim ex Ioſepho, libr. 7. de bello Iud. cap. 16. Romanos vtramque cepiſſe vrbem, ſuperiorem, & inferiorem, at templum dirutũ fuit, 6
& nihil fere manſit integrum. * Quare Rupertum nunc quidem potius ſequendum cẽſeo, qui facile docet quomodo vera ſint verba prophetæ. Captiuorum numerum, & mortuorum Ioſephus tradit lib. 7. de bello, cap. 17. Et Egeſippus cum eo ſentit libr. 5. de Excidio Ieroſolymitano, cap. 49. Et captiuorum quidem omnium (inquit Ioſephus) qui toto bello comprehenſi ſunt, nonaginta, & ſeptem millium comprehenſus eſt numerus: mortuorum verò per omne tempus obſidionis, vndecies centum millia. Horum plerique gentiles fuere, ſed non indigenæ, ab omnibus enim regionibus ad azymorum diem feſtum congregati bello ſubito circumfuſi ſunt, &c. Itaque eo tempore non ſolum ex omnibus Iudæorum vrbibus, ſed etiam ex plurimis prouincijs Paſchæ celebrandi cauſa Iudæi conuenerant. Ex his externi fuerunt magna ex parte, qui fame & peſte abſumpti ſunt, qui cibaria non attulerant, neque peſtem illam, fatiſque præuiderãt. Ciues multo diutius vixerunt, & ideò ex ciuitate dimidia pars cecidit, dimidia venit in captiuitatem, vt ſcribit Propheta. * Exiſtimo autem Dimidiam non dici Mathematice, ſed plus minuſue, vt vulgo loquimur. Itaque quod eſt in Hebr. יִוָּתֵר, quo verbo prophetæ perſæpè vtuntur pro eo, quod eſt occidi, propriè hic accipitur: Non ſuccidetur ex vrbe, non auelletur inde, quia peribit in vrbe, propterea Hieronymus eleganter tranſtulit: Non auferetur ex vrbe. 7

Et egredietur Dominus, & præliabitur. Euſebius loco dudum indicato, & Cyrillus ita intelligunt, Dominum egreſſurum, vt faueat Romanis, & cum illis pugnet aduerſus Iudæos. Sed neque verbis hoc conuenit, neque contextui. Ait enim: Et præliabitur contra gentes illas, quod notum eſt referri ad id, quod paulo ante dixit: Et congregabo omnes gẽtes ad Ieruſalem in prælium. Sine dubio ergo Romanos nunc intelligit, & ceteras gentes, quæ pugnabant contra Iudæos. Contra gentes autem has pugnauit Chriſtus, vt eas ſibi ſubijceret per Euangelium.

Sicut præliatus eſt in die certaminis. Dies certaminis, omnibus ferè cum Hieronymo conſentientibus, eſt, quo AEgyptios demerſit in mare Rubrum Exho. 14. Ita enim Idololatriam Romanorum, & aliatũ gentium, rituſque omnes infidelium demerſurus erat, id eſt, penitus ablaturus, vt nihil in eis maneret infidelitatis. * Solet enim Scri 8
ptura in beneficijs, quæ exhibenda narrantur, recordari iam olim Hebræis exhibitorum, vt Hoſ. 2. Et canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ, & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra AEgypti. Iſai. 11. Et erit via reſiduo populo meo, qui relinquetur ab Aſsyrijs, ſicut fuit Iſraëli in die illa, quando aſcendit de terra AEgypti. Et cap. 10. Zacharię: Et tranſibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, &c. Reg.

Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum. Locus eſt difficillimus, & qui pro varietate ingeniorum variè exponitur. Illa mihi plus habere probabilitatis expoſitio videtur, quæ pedes Chriſti Domini ſtetiſſe

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicit ſuper montem oliuarum in die illa, id
Mar. vlt. eſt, in die aſcenſionis, & in eo dixiſſe ſuis du
cibus: Euntes in mundum vniuerſum præ
dicate Euangelium omni creaturę. At cum
iam locutus eſſet de excidio Ieruſalē Pro
pheta, nō videtur profecto regredi ad rem
iam diu tranſactam, id eſt, ad hiſtoriā aſcen
ſionis, ſed potius aliquid cōmemorare eo
dem tempore faciendum, quo vrbs vaſtata
eſt, quod ipſe videtur exigere contextus: *Et
egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes
illas. Et ſtabunt pedes eius ſuper montem oliuarū.*
Tunc ſtabunt cum egredietur ad prælian
dum contra Romanos. Ita igitur commo
9 dius, vt arbitror, explicabitur. * Cum Do
minus egreditur, & ſtat ſuper montem oli
uarum, relinquit proculdubio Ieruſalem,
ideò enim egredi dicitur, & tranſit ad vici
nas nationes, quas oderant Iudæi, ita enim
Act. 13. dixerunt apoſtoli, poſtquam in Iudæa præ
dicauerant: Vobis oportebat primum lo
qui verbum Dei, ſed quoniam repellitis il
lud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ,
Mons oli- ecce, conuertimur ad gentes. Mons oliua
uarum. rum ſignificat Eccleſiam gentium, vt do
cet Ambroſius in illud Luc. 21. Cum appro
pinquaſſet Ieſus Ieroſolymis, ſed latius Eu
ſebius libro ſexto de Demonſtratione, cap.
18. nihil enim vſitatius in prophetis, quam
huiuſmodi figuræ locutiones. Plantauerat
Dominus prius vineam, id eſt, populum Iu
dæorum, vt videmus latè Pſalm. 79. & Iſa. 5.
Sed cum illa pro vuis ruliſſet labruſcas, aliū
(inquit Euſebius) agrū ſibi cōſtituit in præ
ſenti, quod Oliuetū nominatur, quaſi eū,
qui oleum, & miſericordiam à Deo ſit con
ſecutus, & à Chriſto plantis ſemper viren
tibus conſitus, hoc eſt ſanctis, luciſque al
Pſalm. 51. tricibus animis, quibus liceat dicere: Ego
autem ſicut oliua fructifera in domo Dei.
10 * Hic vero oliuarum mons contra Ieruſa
lem eſſe dicitur, quoniam in locum vete
ris, ac terrenæ Ieruſalem, ac religionis, quæ
in illa ſeruabatur, ſucceſsit, & à Deo conſti
tutus eſt poſt ruinā Ieruſalē. Cum ſupra igi
tur oraculū dixerit de Ieruſalē, quod ciui
tas capietur, meritò non in Ieruſalem pe
des Domini ſtaturos dicit, cū ea ſemel eſſet
ſublata, ſed migrantes ab ea in montem,
qui eſt contra Ieruſalem, qui oliuarum vo
catur, ibi ſtaturos docet. Quod etiam pro
Ezec. 10. phera Ezeciel diuino ante ſpiritu edoctus
contemplatur, dicit enim: Et eleuauerunt
Cherubim alas ſuas, & rotæ, quæ eis adhæ
rebant, & gloria Dei Iſraël erat ſuper eis, &
aſcendit gloria Domini de medio ciuitatis,
& ſtetit in monte, qui eſt cōtra ciuitatem.
Idem Euſebius paulò poſt docet, cur dica
tur eſſe ad Orientem, nam montem quidē
oliuarum, ſcimus eſſe ad Orientem Ieruſa
lem, hodieq; videtur, ſed quorſum id nunc
dicatur, cum pro Eccleſia figurate ponitur,
dubitari poterat, quod his verbis explica
tur ab Euſebio: * Sancta Chriſti Eccleſia, 11
& moris in quo fundata eſt (de quo loqui Matth. 5.
tur Saluator dicens: Non poteſt ciuitas ab
ſcondi ſupra montem poſita) pro ea, quæ
cecidit, neque amplius ſurrexit, Ieruſalem,
ſtructa, atq; erecta, dignaque habita, in qua
pedes Domini inſiſtant, non ſolum eſt con
tra Ieruſalem, ſed etiam ab ea ad Orientem
vergēs: quippe quæ eius luminis, quo Deū
pie colimus, radios excipiat, & multo ipſa
Ieruſalem anterior facta ſit, ipſique iuſtitiæ Malach. 4.
ſoli propinquior, de quo dictū eſt: Timen
tibus autē me orietur ſol iuſtitiæ. Hæc Eu
ſebius pulcherrime. Quibus hoc addamus:
Eccleſiam gentium dici etiam montem
oliuarum propter fertilitatem, & prouen
tum magnum fidei, & virturum ex ea
conſecutum. Quod ſi eſt ad Orientem
contra Ieruſalem, profecto Ieruſalem, id
eſt, gens Iudæorum relinquitur ad Occa
ſum, vt quæ excæcata ſit, & veri luminis
ſplendorem amiſerit. Atque hoc plane Do
minus ſignificabat interdiu manens in Ie
ruſalem, & noctu tranſiens in montem oli
uarum, Iohannis. 8. & Lucæ. 21. Se videli
cet poſt mortem ſuam tranſiturum ad gen
tium Eccleſiam, in qua miſericordiam ſuā,
& ſua dona diffuſurus erat. 12

*Et ſcindetur mons oliuarum ex media parte
ſui.* Cum iam dictum ſit mōtem oliuarum
figurate poni, facilior erit horum verborū
explicatio, neque enim oportebit nos defa
tigari quærendo quando ſciſſus ſit mons.
Tranſeunte Chriſto ad gentes per prędica
tionem apoſtolorum, totus mons concuſ
ſus eſt, & ſciſſus, id eſt, verbū Dei vehemen
ter gentilitatem commouit, & magnam in
ea rerum mutationem effecit, ac denique
totus mundus ceſsit Euāgelio. Solet enim
Scriptura permutationem rerum firmiſsi
marum, & natura immobilium metapho
ricè ſignificare magnam mutationem in
ſtatu, & rebus hominum. Vt Iſa. 64. Vtinā
dirumperes cœlos, & deſcenderes, à facie
tua montes defluerent (id eſt, ſuperbiſsimi

tyranni,

tyranni, & ſapientes ſæculi contremiſce
rent) aquæ arderent igni, id eſt, frigidiſsima
pectora peccatorū igne diuini amoris in
cenderentur. Pſal. 17. Commota eſt, & con
tremuit terra, & fundamenta montiū con
turbata ſunt, & commota ſunt, quoniam
iratus eſt eis. Quibus verbis ſignificat ma
gnam in hominibus terrenis, & in princi
pibus commotionem, ac turbationem fu
turam Deo pugnante prò gloria filij ſui, &
13 ei omnia ſubijciente. * Eſt igitur, quod nūc
ait Propheta, ac ſi diceret: Non poterit fer
re gentilitas vim verbi Euangelij, ſed cedet
ei, & quantumuis prius ſuperbia intumue
rit, ſubijcier ſe illi. Explicabo hoc magis ex
emplo, vt verbum forte Euangelij tale ali
quid vi ſua facturum dicatur metaphoricè,
quale in Alpibus fecit Annibal, cum tranſi
Vide Liuy. ret in Italiam; de quo Iuuenalis:

*—— Oppoſuit Natura Alpemque, nimbemque
Diduxit ſcopulos, & montem rupit aceto.*

Hiſtoria eſt apud Liuium, lib. 1. tertię Deca
dis, ſtatim poſt medium. Ad magnā ſiquidem
rupem minuendam, per quam ſolam
tranſire milites poterant, ingentem arbo
rum ſtruem ſuper eam accendit, ardentia
que ſaxa infuſo aceto putrefecit. Denique
hoc eſſe exiſtimo prorſus, quod Iſa. cap. 40.
de re eadem prophetauit exponente nobis
Iohanne Baptiſta apud Lucam cap. 3. Om
nis vallis exaltabitur, & omnis mons, & col
lis humiliabitur, & erūt praua in directa, &
aſpera, in vias planas, id eſt. Altiſsimi quiq;,
& ſuperbiſsimi cedent Euangelio, & depri
ment, atque humiliabūt ſe ſe eius legibus:
gentes aſperæ, diſtortæ, & intractabiles mi
teſcent ad Chriſti doctrinam, & præbebūt
14 ſe tractabiles, & formandas apoſtolis. * Ve
rum hæc ſciſsio montis oliuarum dupliciter facienda intelligi poteſt: primo ita, vt
vna pars voraginis reſpiciat ad Orientem,
& altera ad Occidentem, & in hac voragine altera rurſus fiat, cuius altera pars ver
gat in Aquilonem, & altera ad Meridiem.
Ita intellexit Hieronymus ſecutus veteres
Hebræos, & Cyrillus, & Theodoretus, atq;
id magis probatur Paulo Burgenſi in addi
tione prima huius capitis, vt, ſcilicet, mons
diuidatur in quatuor partes, in modū cru
cis. Secundo intelligi poteſt, fieri tantum
vnam voraginem, ſed ita, vt dimidiæ partes
illæ montis moueantur, & conuertantur
altera ad Auſtrū, altera ad Meridiem: quod
magis recentioribus Hebræis, & multis ex
noſtris placet, immo & Euſebio. Atq; hoc
mihi videtur propius accedere ad verba
Prophetæ: *Et ſcindetur mons oliuarum ex me
dia parte ſui ad Orientem, & Occidentem prærupto grandi valde.* Vnius ſciſsionis, aut voragi
nis meminit, aut vnius prærupti. Mox non
dicit, Scindetur, ſed: *Et ſeparabitur medium
montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem.* Id eſt, ex illis duobus medijs, alterum
paululum inclinabitur ad Aquilonem, al
terum ad Meridiem: nam, quæ vi aliqua
ſcinduntur, non conſiſtunt prorſus in eo
dem loco, quo antea, ſed paululum in hāc,
aut in illam partem inclinātur. * Quod pla
nius etiam eſt in Hebræo ויגר, Et recedet, 15
& apud Lxx, qui ita vertunt: Et inclinabit
media pars montis ad Aquilonem, & me
dia pars eius ad Auſtrum. Similiter Chal
dæus: Et euelletur media pars montis ad
Aquilonem, & media pars eius ad Auſtrū.
Atque hac ſeparatione, ſiue inclinatione
duarum partium montis ad Aquilonem,
& ad Auſtrum ſignificatum eſt, non om
nes, qui credunt, ſaluos futuros, ſed ex vni
uerſa gentilitate quoſdā ad Auſtrum perti
nere, id eſt, ſalutem eſſe cōſecuturos, quoſ
dam eſſe damnādos, qui pertinēt ad Aqui
lonem, iuxta illud Eccleſiaſtæ. 11. Si ecide
rit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem,
in quocunque loco ceciderit, ibi erit Ita
eriam accepit Hieronymus Auſtrum &
Aquilonem. Si priori modo intelligas, ſi
gnificatur Euangelium recipiendum eſſe à
gentibus in quatuor mundi partibus. Et in
his prius nominantur Oriens, & Occidens,
quia potiores partes ſunt, & priores apud
omnes, cum partes mundi numerātur. Sed
mihi multo magis placet quod dixi. Immo
& inclinationem mediorum montis ad
Aquilonem, & ad Auſtrum Euſebius quo
que refert ad Euangelium in tota gentilita
te prædicandum, non in præcipuis modo
partibus, id eſt, in Oriente, & Occidēte, ſed
etiam in Meridie, & in Septemtrionibus.

Et fugietis ad vallem montium eorum. Mani- 16
feſtum mendum eſt, & legendum omni
no, *Montium meorum*, vt conſtat ex Hebræo,
& ex Lxx, ceteriſque & veteribus, & nouis
interpretibus, & ex tranſlatione, quæ eſt
apud Hieronymum, atq; ex eiuſdem com
mentarijs. Senſus eſt: Tunc cum ſcindetur
mons Oliueti (hoc eſt, cum Euangelium in
vniuerſo orbe recipietur) vos Iudęi illo fra
gore perterriti non ad illud venietis, ſed in

veſtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestra incredulitate manentes fugietis ad vallem montium meorum, id est, ad vallē, quam efficiunt mons Sion, & mons templi, quos nunc vocat mōtes suos, vt ait Hieronymus, quoniam in altero erat melior pars ciuitatis suæ, in altero templum. Hac fuga significatur Iudæos non esse admissuros Euangelium, nec tamen longe recessuros fuisse ad idolorum cultum (idololatris enim dicitur: Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi) sed fore, vt fugerēt ad proximam vallem montium Dei, id est, mansuros fuisse in vmbra veteris testamenti, & in ceremonijs illis, quas, vt à Deo traditas venerātur, & in hac valle tutos se futuros putant. Eusebius loco citato, id est, lib. 6. de Demōstratione. c. 18. At enim in his verbis, quæ tandem potest esse vallis montium Dei, nisi quę olim antea celebratur ex lege Mosis in Ierusalē corporalis, & Iudaica adoratio?

Ephes. 2.

17 *Quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum.* Id est, Quoniam vallis illa mōtis Oliueti, quæ præruptis hinc inde montibus cingitur, ideoque vallis montium dicitur & ipsa, peruenier vsque ad proximum montem, qui est mons templi, vt exponit Hieronymus. Ac si dicat: Quoniam illa vorago mōtis Oliueti erit maxima, ita, vt perueniat vsque ad mōtem templi, vos ad vallem fugietis stupefacti. Significat Iudæos, quo magis gentilitas Euangelium accipiebat, & latius conuersionis eius fama nuntiabatur, eo pertinacius adhęsuros fuisse legi, & ceremonijs suis. Itaque alia est vallis montium Dei, alia vallis montium, quæ diuisione mōtis Oliueti in duas partes fiet. Porrò vbi habemus nos: vsque ad proximum, in Hebræo est, vsque ad אצל, quod nomen Lxx, & Aquila, & Theodotio ita reliquerunt, vt erat in Hebræo, proprium loci esse iudicantes. Solus Symmachus (inquit Hieronymus) Proximum interpretatus est, quem & nos secuti sumus: eundem tamen locum signari putandū est ab his interpretibus, id est, montis templi extremū.

18 * Hoc etiam sciēdum, totum hunc locum, (vt & ipse Hieronymus fatetur) aliter conuersum esse ab alijs interpretib⁹. Lxx enim vertunt: Et obturabitur vallis montium meorum, & adiungetur vallis montiū vsq; ad Asaël. Et ita reliqui. Etenim vbi scriptū est in Propheta נסתם si legamus נסתם vt legunt Hieronymus, & Hebræi, &, vt modo habēt Hebræi codices, significat Fugietis, si autem נסתם significat ἐμφραχθήσεται vt reliqui transtulerunt, id est, Obturabitur, replebitur. Sensusque erit: Vallis montium meorum, id est, adoratio, & ritus Iudaicę legis, obturabuntur, id est cessabunt, quoniam accedent ad Asal, id est, ad montē Oliueti, qui dicitur Asal, id est, opus Dei, ita interpretatur Eusebius. Hoc est, lex vetus obscurabitur luce nouæ, & figura cedet veritati. Sed mihi magis placet, quod vertit Hieronymus, quoniam induratio Iudæorum prædicitur, quæ venientibus ad Euangelium gentibus maxima fuit, & statim ponitur bis idem verbum, vbi ait: Et fugietis, sicut fugistis. Quod si hæc sequenda est, altera erit reijcienda: quamuis enim literæ à Prophera scriptæ, vtrumque sensum admittant, verba ab eodem prolata, non vtrumque admittunt sed alterum, quoniā alterum tantum dixit.

19 *Et fugietis, sicut fugistis.* De terræ motu temporis Hoziæ regis Iuda, diximus Hamos. 1. in principio. Tunc dimidium montis ad Occidentem vergentis reuulsum est, & transijt ad montem Orientalem, vt scribit Iosephus. 9. Antiquitatum, cap. 11. Ille terræ motus figura huius fuit, qui nunc describitur, & fuga illa Iudæorum fuit figura huius fugæ, & recessus ab Ecclesia, & ideò nunc illius meminit.

Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti eius cum eo. Hęc de extremo iudicio apertè dicuntur, legimus enim in Epistola Iudæ apostoli: Prophetauit autem de his septimus ab Adam Henoch: Ecce, venit Dominus cum sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios. Et Ecclesia canit: Ecce, venit Dñs, & omnes sancti eius cum eo, & erit in die illa lux magna, quibus ad hæc nostri Prophetæ haud obscurè alludit. Et Hieronymus exponens, quod statim ait: Et erit in die illa non erit lux. Manifestè, inquit, de secūdo Saluatoris prædicatur aduentu. Idē sensit Cyrillus. Est ergo sensus: * Vos fugietis ad vallē, & tutos vos fore putabitis sub vmbra legis, & ceremoniarum: at cum minus expectabitis, veniet Christus ad iudicandum, & pœnas dabitis infidelitatis vestræ, reque ipsa cognoscetis quantum à vestro, & ab eo, quod vobis vtile erat, aberraueritis. Scio equidem Eusebium libro. 6. de Demonstratione Euang. cap. 18. & libro. 10. demonstratione. 7. de primo Domini aduentu interpretari, quod & Theodoretus facit: verum persuadere mihi non possum, veram esse eorū intelligentiam. Quorsum enim post prędictum excidium Ierusalem, & conuersionem gentium, indurationemque Iudæorum diceret de primo aduentu: *Et veniet Dominus Deus meus, &c?* Deinde quomodo in primo aduentu dici potest, venisse omnes sanctos eius cum eo? Eusebius hos sanctos apostolos esse dicit, aut etiam angelos, de quibus dictum est Matthæi. 4. Et ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Hoc, quod posterius est, placuit & Theodoreto. At quomodo venerunt omnes angeli cum eo, cum pauci venerint ad ministrandum ei? * Deinde Scriptura, cum sanctos, & angelos venire cum Christo dicit, semper de secūdo aduentu loquitur, vt Matth. 25. cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo. Et in Epist. Iudæ: Ecce, venit Dominus cum sanctis millibus suis. De primo autem aduentu, nescio an alicubi id legatur, certè ipsi locum nullum indicant.

21

Et erit in die illa, non erit lux, sed frigus & gelu. Eusebius, & Theodoretus, & Theophanes Græcus etiam autor in Symphonia veteris, & noui testamenti, cap. 11. affirmant hanc diem esse, qua Dominus crucifixus est, in qua non fuit lux, quia tenebræ factæ sunt ab hora sexta, vsque ad nonam, sed frigus, & gelu, quod tunc solito maius fuisse dicit Theophanes, & hoc, inquiunt, Iohannes expresit cum de Petro scribit: Quia frigus erat, & calefaciebant se. Ita etiam interpretantur quod sequitur: *Non dies, neq; nox.* Dies non erat, quia tenebris rectū erat cœlum, neque nox, quia post nonam reditura erat lux, de quo statim ait: Et in tempore vesperi erit lux. * Sed bona venia doctissimorum hominum dixerim, sonum tātum verborum auscultasse videntur, non quid contextus præcedentium, & sequentium exigeret, considerasse. Sensus mea sententia germanus, & optime cum virisque cohærens huiusmodi est. In die illa, cum Dominus venerit, vt iniurias suas vlciscatur, nequaquam fugere poteritis; nō enim erit vobis lux, sed omnia plena tenebris videbuntur, & erit frigus, & gelu, quo torpebitis, & fugere nō licebit, sed necesse erit supplicium excipere aduenientes. Duo maximè fugam impediunt, tenebræ, & frigus, siue

22

gelu. De tenebris legimus Exho. 10. Et factę sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Ægypti tribus diebus. Nemo vidit fratrē suum, nec mouit se de loco, in quo erat. Et Psalm. 34. Fiant viæ illorum tenebræ, & lubricum. Frigore autem torpent membra, etsi vehementius sit, moueri nequeunt, tū pluuiæ, & fluuij iter intercludunt fugientibus, propter quod dictum est Matthæi. 24. Orate autem, vt non fiat fuga vestra in hieme. * Vbi habemus Frigus, in Hebræo est יקרות, pro quo Pagninus, & Vatablus, & recentiores secuti R. Dauid verterunt, Pretiositatum. Nō erit lux pretiositatum. Sed ignorauit R. Dauid huius vocis significationem, quæ ætate Hieronymi Hebręis nō erat ignota, nec Hieronymo. Proptrea Lxx verterunt similiter: Non erit lux, sed frigus, & gelu. Et Symmachus: Nō erit lux, sed frigus, & glacies, vt refert Eusebius libr. 6. de Demonstratione, cap. 18.

23

Et erit dies vna. Veniet ille dies iudicij, qui soli Domino notus est, Mar. 13. De die autem illa nemo scit, &c.

Non dies, neque nox. Correctio est, dixerat enim: Et erit dies vna, ac si dicat, Diem vocaui, sed neque propriè dies dici potest, neque propriè nox, quia breuissima mora iudicium fiet, ita, vt neq; dies dici possit mora illa, neque nox. Præterea non erit dies, neque nox, sed partim dies, partim nox, sanctis erit dies, reprobis nox.

Et in tempore vesperi erit lux. In fine huius diei erit lux sanctis indeficiens, cum corporum, & animarum gloria ornati, & fulgentes sicut sol, ascendent cum Christo in cœlum. De nocte, & tenebris impiorum non loquitur, ac si non essent, cum sint in infernum rapiendi, & sub terra regendi.

TROPOLOGIA.

Animæ interfectrici, & sanguinem fundenti, qualis erat Ierusalem, id est, ei, quæ & se peccatis polluit, & alijs offendiculo est, vt cadant, & polluantur, merito dicitur: *Ecce dies Domini venit*, mire enim secura est, &, quasi innocens sit, nihil timet, aut certè futuri supplicij oblita ducit in bonis dies suos. Sed quam grauia mala immineant, & non timenti, docet: *Et diuidentur spolia tua in medio tui.* Sæpè Diabolus spolia ex anima rapit, id est, caritatem, castitatem, temperantiam, aut aliud donū Dei: sed rapit, & fugit;

24 Interfectores animarum quæ pœna maneat.

timet

Universidad de Deusto
Biblioteca

timet orationem eius, ieiunia, vigilias, ſanctam lectionem, timet conſilia bonorum. Aut, ſi ipſe non fugit, ipſa iacturam ſuã ſentit, & quid amiſerit, videt, luget, ieiunat, & ad ſacram confeſsionis anchoram confugit, vt hoſtem fuget, & ſpolia recipiat. At multi ſunt ita non ſolũ Dei, ſed & ſui ipſorum obliti, vt rapinam aut non ſentiant, ſicut eſt in Holee: Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit: aut non deſleãt, eijcere inde Diabolum victoria ſuperbum minime curent, ſed voluptate peccati inebriati, modo eo fruantur, quod volunt, libere in anima ſua verſari hoſtes patiuntur, & ſpolia in medio ſui diuidere, vt ſpiritus fornicationis auferat caſtitatẽ, ſpiritus gulæ temperantiam, ſpiritus ſuperbiæ humilitatem, atque ira de ceteris.* Sunt autem huiuſmodi homines ita ſtolidi, vt imitari ſanctos viros, quorum facta mirantur, nullo modo audeant, quod vitam ſanctorũ multis, ac difficilibus tentationibus plenam eſſe credunt: ſe autem ſine tentationibus viuere arbitrantur; quibus nullo tempore vacant, ſed quoniam ſtatim eis cedunt, non ſentiunt. Quare vt quanta ſint ſua pericula intelligant, & timeant, audiant quod ait Dominus.

Hoſ.7.

25

Et congregabo omnes gentes ad Ieruſalem in prælium, & capietur ciuitas, & vaſtabuntur domus, & mulieres violabuntur. Domus ſunt animæ potentiæ, quæ peccatis mirum in modum deprauantur; intelligentia enim torpeſcit, & hebetatur ad bonum, immo & interdum excæcatur, ſicut ait Paulus. Obſcuratum eſt inſipiẽs cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Voluntas infirmior, & ad malum redditur pronior, appetitus effrenatior, & præcipitantior. Mulieres ſunt pulcherrimæ quæq; , & oculis omnium gratiſsimæ virtutes, vt caſtitas, humilitas, modeſtia, quæ vitioſis actionibus violatæ pulchritudinem perdunt, & gratiam.* Et quoniã ex bonis operibus quædam pereunt in anima, quę ſcilicet perijſſe nemo cognoſcit, niſi qui amiſit, vt feruens oratio, internus peccatorum dolor, interna ſui contemptio: quædam autem palam in poteſtatem hoſtium veniũt, & captiua ducuntur, vt cum eleemoſynæ propter inanem gloriam fiunt, cum ambitionis cauſa humiles ſumus, cum diuitias ad voluptates comparamus, & ad faſtum, quas prius pauperum, & templorum cauſa quærebamus, Propheta inquit.

Ro 1.

26

Et egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Ita de Ieruſalem ſcripſit Ieremias: Manum ſuam miſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Et iterum: Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei, vocauit aduerſum me tempus, vt contereret electos meos. Sed qui in has miſerias inciderint, ne concidant animo, neque de libertate deſperẽt.* *Egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, ſicut prælиatus eſt in die certaminis.* Cum Deus aduerſus Pharaonẽ, & AEgyptios pugnauit, viuoſque demerſit in mare Rubrum, docuit ſe pugnare ſemper pro confidentibus in ſe, certamen illud quaſi ſpecimen quoddam eſſe voluit, vt confidat populus Dei, ſciatque tandẽ Pharaonem & AEgyptios, id eſt Diabolum, & peccata demergẽdos eſſe videtibus, & gaudentibus electis: quare merito vocatus eſt Dies certaminis. Egredietur igitẽ Deus, & pugnabit cõtra tẽtationes, & peccata, quæ ſpoliauerunt Ieruſalem, & tandem vincet, & ſubijciet ſuis, ſicut ſcriptum eſt: Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum quoniam cognouit nomẽ meum. Si autẽ is, qui cecidit, noluit adijcere, vt reſurgat, ſed auertatur à Deo auerſione contentioſa, vt Ieruſalem. *Stabunt pedes eius in die illa ſuper mõtem oliuarum, qui eſt contra Ieruſalem ad Orientem,* * tranſibit ad homines, qui gentiliſi more viuebant, eiſque miſericordiam ſuã præſtabit, & magnam fertilitatẽ habebũt, & erunt ad Orientem, hoc eſt veri luminis ſplendore perfundentur, cõtra Ieruſalem. i. in cõſpectu eorũ, qui populus Dei eſſe ſolebãt, ſed ab eo auerſi ſunt manentes in Occaſu, id eſt, in tenebris peccatorum. De quo diximus ſatis cap 11. nu. 44. vſque ad finem capitis. Tunc autem *ſcindetur mons oliuarum ex media parte ſui,* vt enim ait Greg. hom. 10. in Ezec. cum veritatis veſtigia in mente audientium figuntur, ipſa mens in ſui conſideratione turbata cõmouetur. Hinc Pſalmiſta pro peccatoribus exorat dicens: Qui ſedes ſuper Cherubim, moueatur terra. Hinc pro afflictis, & pœnitentibus deprecans ait: Commouiſti terram, & conturbaſti eam, ſana contritiones eius, quia mota eſt. Terra quippe commota, & turbata eſt, peccator de cognitione reatus ſui anxius,

Thren.3

Ibidem.

27

Ieremi.

Pſal.90.

Pſal.59.

28

& ad

& ad pœnitentiæ lamenta perductus. Peccanti etenim homini dictum eſt: Terra es, & in terram ibis. Hactenus Gregorius. * Magna igitur commotio, & inſignis conuerſio in peccatoribus indicatur his verbis: *Et ſcindetur mons oliuarum ex media parte ſui ad Orientem, & ad Occidentem præruptus grandi valde*; quoniam verbum Dei intrans in animam, eam ſcindit, ac diuidit, ita vt inter Orientem, & Occidentem ſit magnus hiatus, & quamuis non ſpernat, quæ ad hãc mortalitatem pertinent, quæ recte ſignificatur per Occidentem, ſed corpus, quantum oportet, curet, & curam rei familiaris non negligat, tamen tota intentione pergat in Orientem, & primum quærat regnũ Dei, & iuſtitiam eius, ſciatque quantum inter hæc, & illa interſit. At quoniam non omnes, qui ita commouentur, perſeuerant in bono, ſed paulatim tranſeunte illa commotione in curas ſęculi, & bona caduca declinant: *medium montis ſeparatur ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem,* multi enim ſunt vocati, pauci vero electi. * Sed cũ peccatores conuertuntur, illi, qui prius erant iuſti, & iam reiecti ſunt, ne reiecti videantur, ad iuſtitiam quidem non accedunt: ſed fugiunt ad vallem montium Dei, & in vmbra virtutum, & externa quadam iuſtificatione, & bonitate, quæ oculis hominum placeat, confident, & conquieſcunt, cum veri adoratores in ſpiritu, & veritate debeant adorare. His ait: *Et fugietis ad vallem montium meorũ*, &c. Terrentur aliorum profectibus, & admirantur tantam mutationem dexterę Excelſi, admirantur terræ motum, non tamen imitantur, ſed fugiunt à facie terræ motus, ſicut in diebus Hoziæ regis Iuda. Verum ſimulata, & perſonata ſanctitas aliquando detecta in publicum omnium conſpectum prodibit: id circo ait: *Et veniet Dominus Deus meus, & omnes ſancti cum eo*, vt à vera ſanctitate iudicetur. Nec fugere poterit, ſed inuita tenebitur, & orietur timẽtibus nomẽ Dei ſol iuſtitiæ.

29

Ioan.1.

30

Mat.10.

HISTORIA.

Et erit in die illa, exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem. Nunc redit ad id, quod agebat de reiectione Iudæorum, & de vocatione gentiũ. Quare cum dicit, In die illa, non refertur id ad diem iudicij, de qua proximus erat ſermo, ſed ad id, quod ante dicebat: Ecce dies Domini venit, &c. Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper montem oliuarum. Sed de hac locutione diximus iam initio capit. 13. Aquas viuas, id eſt, ex iuſto fonte ſemper manantes, de quo dixit capit. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitatoribus Ieruſalem; doctrinam Euangelicam intelligit, quæ egreditur de Eccleſia, vt totus mundus irrigetur, ſicut ait Iſaias cap. 11. Replera eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes. Ita aquas interpretatur Hieronymus hic, & in cap. 47. Ezec. Euſebius libro. 6. de Demonſtra. Euang. ca. 18. In ipſo igitur Domini huiuſcemodi die egredietur, inquit, aqua viuens (ita eſt apud LXX) de Ieruſalem. Hæc autem eſt rationalis, & ad bibendum ſuauis, & vitam ſuppeditans, & ſalutaris CHRISTI doctrinæ potio, de qua ipſe in Euangelio, quod Iohannes ſcripſit, Samaritanam illam mulierem inſtruens loquebatur: Si ſcires quis eſt, qui dicit tibi: Da mihi bibere, tu petijſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuã: &c. Et ſtatim affert illud: * Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum. Et: Si quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Idem libro. 10. demonſtratione. 7. dicit obſcuratis mentibus Iudæorum completa eſſe, quæ ad hoc oraculum pertinent, dum aqua viuens erumpit ex Ieruſalem, & in omnes gentes progreditur fecundus, & vitæ apportator Euangelicæ doctrinæ ſermo. Quod vero in his locis putat Euſebius, & multis videri poteſt, has aquas exire de Ieruſalem, quoniam de Sion exiuit lex, & verbum Domini de Ieruſalem, & inde in omnes terras delatum eſt, non ita intelligitur, ſed Ieruſalem vocatur Eccleſia, vt Hieronymus interpretatur, de qua fluunt huiuſmodi aquæ: propter quod Ezec. c. 47. aquas vidit egredientes è templo. Hoc autem inde comprobatur, quod hinc vſque ad finem capitis nuſquam Ieruſalem pro vrbe capitur, ſed pro Eccleſia. Deinde quod has aquas ſemper futuras eſſe docet Propheta, & ſemper inde exituras: nunc autem ſemper ex Eccleſia fluunt, non ex Ieruſalem.

Ioh.4.

32

Ibid.

Ioh.7.

Medium earum ad mare Orientale, id eſt. Per totum orbem terræ diſpergentur, vt Euſe. locis citatis exponit, & Auguſti. in libro cõtra Fulgentiũ Donatiſtã. c. 6. Ibũt ad dexteram, & ad ſiniſtrã, verſus Orientẽ, & verſus Occidentẽ. Loquitur autẽ perinde, ac ſi de ipſa Ieruſalem loqueretur, quę erat inter hæc duo maria, & totus fere populus Dei his duobus maribus erat cõcluſus. Mare Orientale eſt

33

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Mortuum vocant, quod nihil in eius aquis possit viuere, vt ait Hieronymus: mare nouissimum dicitur Mediterraneum, quod ducit ad AEgyptum, & littora facit Palæstinæ. Arbitror autem vocari nouissimum respectu maris Mortui, quod ingredientibus olim Hebræis in terram promissionis se se primum obtulit.

In æstate, & in hieme erunt. Id est, Nullo tẽpore deficient, vt interpretantur Eusebius, & Augustinus locis citatis, & Cyrillus. Meminit æstatis, & hiemis, quoniam his maximè temporibus solent aquæ, & fontes arescere, hieme, gelu: æstate, calore. * Siue Ecclesia prosperas res habeat, siue tyrannorũ, & hæreticorum persecutionibus infestetur, nunquam in ea deerit doctrina Christi incorrupta.

34

Et erit Dominus rex super omnem terrã. Christus vbique regnabit, & adorabitur expulsa idololatria. Ita Eusebius, & Augustinus locis citatis.

In die illa erit Dominus vnus. Vnus Deus vbiq; adorabitur creator cœli, & terræ reiectis idolis gentilium. Tantum erit vnus Deus, & vnum erit nomen eius, id est, non audientur nomina idolorum, sed nomen veri Dei. Et hoc est, quod dixit cap. 13. Disperdam nomina idolorum de terra. Quãuis autem Deus noster multa nomina habeat, omnia vnum nomen censentur, quia ad vnam, eandemque rem significandam vsurpantur.

Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum. R. Dauid, quẽ è recentioribus multi sequũtur, vertendum putat: Circũdabitur omnis terra, sicut planities, quã interpretationem verba Hebraica etiã admittũt, quamuis eorum sensus cõmentitius videtur. Is est: Tollentur mõtes, qui erãt circũ Ierusalẽ, & redigentur in planitiẽ, vt ab omnibus videri, adiriq; possit. Quare melius Hieronymus, qui secutus veterũ Hebrçorũ autoritatem, vertit: *Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum.* * Est autẽ, vt mihi videtur, sensus: Omnis terra, quæ, scilicet, est à colle Remmon vsq; ad Australem plagã Ierusalẽ, reuertetur vsq; ad desertũ, id est, penitus desolabitur, vt possit dilatari vrbs Ierusalẽ in ea, & tollentur saxa, ceteraq; impedimẽta, vt latè domus exędificari possint. Est autem collis Remmon locus munitissimus, & asperrimus in terra Beniamin, in qua erat & Ierusalem, ad Septentriones respectu Ierusalẽ, De quo Iud. 20. Quod cũ vidissent, qui remanserant de Beniamin, fugerunt in solitudinem, & pergebant ad petram, cuius vocabulum est Remmon. Hieronymus in Locis Hebraicis: Hodieq; est vicus Remmon iuxta AEliam (id est, iuxta Ierusalem) cõtra Aquilonem in quinto decimo eius miliario. Ex quo liquet maiorem solito nũc describi ædificandam Ierusalem.

35

Et exaltabitur, & habitabitur in loco suo. Id est, alta, & sublimis ædificabitur, habitabiturque in loco suo, id est, in eodem situ, in quo prius fuerat, sed, vt dixi, amplificata, videlicet, à porta Beniamin vsque ad locum portæ prioris, &c. Describit totum ambitum, quẽ habitura erat, per nomina portarum. Portam priorem appellat, vt opinor, portã, quæ in exteriori muro erat aduersa ei, quæ vocabatur Secũda, Soph. 1. Vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à Secũda, de quibus ibi diximus num. 53. & 54. Quod Hieronymus subindicat dicẽs: Et peruenimus vsq; ad portam, vt per eã ingrediamur ad ceteras. * Turris Hananeel erat propè portã gregis proximã tẽplo, vt intelligim⁹ ex Nehemiæ. 3. Et surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes, & ædificauerunt portã Gregis: ipsi sanctificauerũt eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim centum cubitorum sanctificauerũt eam, vsque ad turrim Hananeel. Erat igitur versus Orientem. Portæ anguli, siue angulorum, vbi duo muri angulos efficiebant, meminit Scriptura. 4. Regum. 14. quæ non longe erat à porta Ephraim, ita enim ait: Et interrupit murũ Ierusalẽ à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. Quod de hac reædificatione Ierusalẽ prædicit Propheta, cõuenit inter Hebrços, & inter Ecclesiasticos scriptores nunquam esse factum: propterea q; Iudęi tempore sui Messiæ explendũ putant, nostri autẽ Iudaizantes in regno Christi mille annorum in terra futurũ dicebãt, vt autor est Hiero. male, quod de mille annis in Apocalypsi scriptũ est, crasseq; intelligẽtes. * Ex quibus nemo dubitare potest, quin sint hæc de Ecclesia dicta, de qua Propheta loquit metaphoricè, ac si loqueret de Ierusalẽ. Significatq; latissimos futuros esse terminos Ecclesiæ, & infinitã hominũ multitudinẽ cõprehensuros. Etenim portę, quarũ meminit, queq; versus omnes plagas patebãt, designant ex omnibus mundi regionibus multos ad

36

Apoc. ac. 37

Ecclesiam esse venturos. Hoc ipsum videmus apud Ieremiam. c. 31. vbi de reductione decem tribuũ in terram suam, vt simul cum duabus degant, multa Prophera vaticinatur, vt doceat omnes tribus Israël vẽturas esse ad Ecclesiã, & libertate CHRISTI potituras, & Ecclesiæ ædificatio sub nomine Ierusalem similibus verbis describitur. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & ædificabitur ciuitas Domino à Turre Hananael vsque ad portam anguli, & exibit vltra norma mensuræ in conspectu eius super collẽ Gareb, & circuibit Goatha, & omnem vallem cadauerum, & cineres, & vniuersam regionem mortis vsque ad angulum portę equorum Orientalis, & vsque ad torrentẽ Cedron, &c. Quibus verbis significat maiorem, ac vastiorem futuram Ierusalem, quã ante fuerat, quod de Ecclesia dictũ est, iuxta illud Isa. 54. quod hic citat Cyrillus: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, &c. Cui vero Ecclesia dicatur habitãda in loco suo, diximus cap. 12. nu. 8. vbi sunt eadem verba.

38

Et anathema non erit amplius. Hieronymus: Nullus erit metus hostilis impetus, nulla formido. Chaldæus: Nec occisio erit amplius. חֵרֶם, quod Lxx verterũt ἀνάθεμα, propriè occisionẽ significat, indeq; quidquid Deo mactatur, vel ex voto offertur, dicitur חֵרֶם, id est, occisio, siue res, quæ occiditur. Num. 18. Omne, quod ex voto reddiderint filij Israel, tuum erit, Heb. Omnis herem (id est, occisio) tibi erit. Iosue. 6. Sitque ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea sunt, Domino, id est, vastetur vrbs, & disperdantur omnia, quæ in ea sunt. Significat autem non fore vnquam perdendam, ac diffidandam Ecclesiam, tametsi multis persecutionibus concutiatur, quod apertius dictũ est à Domino: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam: tunc enim vrbs dicitur esse anathema, cum penitus hostibus traditur vastanda. Hieronymus in Epist. ad Algasiam, quęst. 9. Quod autem anathema interdum occisionem sonet, multis veteris instrumenti testimonijs probari potest. Ita ibi interpretatur illud Roma. 9. Optabam enim ego ipse anathema esse à CHRISTO.

Sed sedebit Ierusalem secura. Certa nullam fore tantã persecutionẽ, vt in se præualeat.

Et hæc erit plaga, &c. Tabescet caro vniuscuiusque. Docet quam seuere à Deo sint tandem puniẽdi persecutores Ecclesiæ, quod & antea, & tempore proximo extremo iudicio maximè cernetur, quo impij signis illis præcedentibus iudicium ita perturbabuntur, & terrebuntur, vt arescant præ timore, sicut Luc. 21. legimus: Arescentibus hominibus præ timore, & expectatiõe, quę superuenient vniuerso orbi. *Tabescet caro,* liquescet, attenuabitur, arescet præ timore, vt est apud Lucã. Oculi similiter obscurabũtur, & liquefiẽt, & cõsumẽtur præ tristitia, & timore, & lingua, qua Deũ, & seruos Dei blasphemauerunt, obmutescet, perinde ac si consumpta esset, aut aruisset. His verbis intolerabilis animi angor, & timor indicantur. Cyrillus: Communis mors naturalis consumit quidem carnes omnium, & oculos, ac linguam: illud tamen grauissimum est, & summa calamitas, viuentium adhuc, ac stantium consumi carnes, & defluere oculos, & linguam tabescere. Hieronymus etiam ad præterita tempora refert. Legamus (inquit) Ecclesiasticas historias: quid Valerianus, quid Decius, quid Diocletianus, quid Maximianus, quid sæuissimus omnium Maximinus, & nuper Iulianus passi sint, & tunc rebus probabimus etiam iuxta literam, prophetiæ veritatem esse completã: quod computruerint carnes eorũ, & oculi contabuerint, & lingua in pædorem, & saniem dissoluta sit, &c.

In die illa erit tumultus Domini magnus in eis. Tumultus, conturbatio, siue (vt Lxx verterunt) ecstasis, aut stupor Domini, id est, à Domino immissus, erit in eis. Hoc est, hærebunt, & nescient quo se vertant præ turbatione, & anxietate, & timore.

Et apprehendet vir manum proximi sui. Præ formidine scilicet, & malorũ pondere, quę superueniẽt, vt ait Hieronymus. Fieri solet in summo dolore, & perturbatione, vt obstupentes, & tabescentes complectantur se se carissimi quique, & manum manu cõprimant. Sed vbi nos habemus: *Et conseretur manus eius super manus proximi sui,* (quę verba male desunt in Complutensi Codice, & in Regio) in Hebrço est: Et ascendet manus eius super manus proximi sui, quod est iungentium, & conserentium manus. Et Lxx verterunt. Et adhærebit manus eius in manu proximi sui, adhærebit autem complexu quodam, quod significãtius in Gręco dicitur συμπλακήσεται. Recẽtiores secuti R. Dauid putãt ascẽdere esse

40

Universidad de Deusto
Biblioteca

euanescere metaphora à fumo sumpta, vt sit sensus: Ascendet manus, & euanescet, id est, auxiliū ferre non poterit petenti. Quod si cui persuadere potuerunt, persuadeant sanè: mihi durū, & alienū, & insulsū videtur.

41 *Sed & Iudas pugnabit contra Ierusalem.* Et c. 12. dixit: Sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem, quod nu. 3. & 4. exposuimus. Hoc (vt ibi diximus) de Iudæis intelligam⁹, qui totis viribus, quandocunq; datur, infestant Ecclesiam. Sed possunt etiam in Iuda Christiani apostatæ, & impij significari, qui cum ceteris hostibus Ecclesiam persequūtur: apostatas voco hæreticos, & ceteros, qui ab Ecclesia quacunque ex causa deficiunt. Ideò autem ita expono, quoniam Iudas ad Ierusalem pertinebat, licet ab eo iā recesserit, quare eos significat, qui vel fide amissa egressi sunt ex Ecclesia, vel fide mortua Christum relinquentes impijs verbis, & factis iustos infectantur.

Et congregabuntur diuitiæ omnium gentium. Gentes potentes, & diuites venient, vt obsideant Ierusalem, & afferēt magnas opes ad bellum sustentandum, & ad militem conducendum. * Sed Deo pugnāte pro Ecclesia vincentur, & in loco ipso obsidionis relinquent diuitias, quas attulerāt, & eorum spolijs Ecclesia victrix ditabitur. Ita factum est, nam ex regibus, & sapientibus, qui Ecclesiam impugnabant, multi conuersi sunt, & locupletata est eorum eruditione, & eloquentia, & nobilitate, & potentia.

42

Et sic erit ruina equi. Sicut sapientes, & potentes pugnantes contra Ecclesiam, ruent, id est, cadent victi, sic ruent eorum equi, & muli, &c. In his animalibus, quibus ad bellum, & ad belli sarcinas vtebantur, intelligit eorū socios, & adiutores, & instrumēta omnia, quibus pugnabant in Ecclesiam.

Et omnes, qui reliqui fuerint. Ex illis hostib⁹ Ecclesiæ, qui relicti, & seruati fuerint ceteris pereuntibus, id est, qui conuersi fuerint ad Euangelium, obseruantissime Deū adorabunt, & mandata eius custodient, & venient singulis annis in Ierusalem ad celebrandum festum tabernaculorum. Nomē figuræ ponitur pro re figurata. * Festus dies tabernaculorum, qui Græcè sceniopegia dicitur, septimo mēse fiebat. Leu. 23. A quinto decimo die mensis huius septimi erunt feriæ tabernaculorum septem diebus Domino. Et postea: Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septē diebus. Omnis, qui de genere est Israël, manebit in tabernaculis, vt discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israël, cū educerē eos de terra AEgypti. Hunc festū diem illi vere celebrant, qui per desertum huius vitæ festinantes in terram veram promissionis, id est, in æternam beatitudinem, in tentorijs habitant temporalia contemnentes, & ad fixum, atque sempiternum domicilium paratum in cœlis, transire concupiscunt. His verbis ostendit perfectionem vitæ Christianorum receptis ad Euangelium conuersorum. Itaque in festo die tabernaculorum pars pro toto ponitur, id est, vnus dies festus pro omnibus, & potius eius meminit, quam Paschæ, aut Pentecostes, propter significationem, quā diximus.

43

Et erit, qui non ascēderit de familijs terræ. Mihi olim videbatur in familijs terræ familias, & tribus significari Iudęorum, vt intelligeremus illius terrę, in qua fuit Ierusalem, quæ typus est Ecclesiæ: in AEgypto autem significari persecutores Ecclesiæ, atque sanctorum, quoniam מְצָרַיִם, id est, AEgyptus, ab afflictione, & persecutione nomen habet. Et sanè id nec nunc nego valde probabiliter dici. Probabilius tamē arbitror nūc de vniuersi orbis terræ familijs verba fieri: in familijs autē AEgypti Iudęos intelligi, in eorum detestationē, & obstinationem in Christum, & in eius populū, qualis fuit Pharaonis, & AEgyptiorū in Mosem, & in gentem Iudæorū: tum etiam propter multitudinē, & grauitatem peccatorū. Mouet me etiam maximè, vt ita exponā, Ierusalem vocari AEgyptū, Apoc. 11. vbi legimus: Et corpora eorū iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, Et AEgyptus. Vbi & Dominus eorum crucifixus est. Hoc ergo nunc ait: Quæcunq; familiæ nō venerint ad Ecclesiā, quantūuis nobiles sint, & potentes, & sapiētes, arescent, & peribunt, sicut sata, quæ imbrem de cœlo non accipiūt: extra Ecclesiam enim nec salus est, nec gratia, nec charismata.

44

Quod & si familia AEgypti non ascēderit. Manifestè loquitur de familia AEgypti, quasi de familia, quę peculiari quodā iure præ ceteris venire debebat. Hoc aūt de AEgyptijs nō video, cur dicatur: de Iudęis manifestissimū est omnib⁹: quoniā ipsorū erat adoptio filiorū, & gloria, & testamētū, & legis latio, & obsequiū, & promissa, & ex ipsis est Christ⁹ secundum

45

Rom. 9. secundum carnem, vt scribit Apostolus. Ac si dicat Prophetа: Si Iudæi venire noluerint ad Ecclesiam, quamuis legem, & prophetas & nomina auorū & multa Dei beneficia iactent, & ipsi arescent, nec super illos cadet imber gratię cœlestis.

Sed erit ruina, qua percutiet. Non erit super eos imber sed potius super eos erit ruina eadem, qua ceteras gentes, quæ legem Dei, & prophetas non habebant, percutiet Deus. Nihil illis lex, & prophetæ proderūt; ita punientur vt gentes, quæ hæc non habebant: immo & grauius.

46 *Hoc erit peccatum AEgypti,* id est. Hæc erit pœna, qua pro tanto peccato afficientur Iudæi, & ceterę similiter nationes. Chaldæus: Eiusmodi erit vltio AEgyptiorum, & punitio omnium populorum, &c. Nam scriptura frequēter ponit causam pro effectu, & quod antecedit pro eo, quod ex illo sequitur, & vice versa effectum pro causa, & quod sequitur, pro eo, quod antecedit. Sicut igitur dolorem, & laborē ponit pro peccato, quæ ex peccato sequuntur, ita peccatum ponit pro vltione, quæ consequitur peccatum, vt & Mala. 2. Operiet autem iniquitas vestimentum eius.

Scriptura ponit causam pro effectu.

In die illa erit quod super frenum equi est, sanctum Domino. Summa pax erit, non indigebunt equis, qui sunt ad pugnam apti, sicut scriptū est: Equus paratur ad diem belli: propterea omnia equorum ornamenta conse crabuntur Domino. Ita Hiero. & Cyrillus. Vbi habemus Frenum, in Hebr. est מְצִלּוֹת, quod phaleras significat equorum, & ornamentum bellicum, sicut Hierony. accepisse se dicit à quodā Hebræo, atque ita legendum esse, non מְצֻלּוֹת, vt legerunt Aquila, Symmachus, Theodotion, quod significat profunda. * Recētiores Hebræi aiunt significare tintinnabula in modum squamarū facta, quæ in ceruicibus equorum suspendi solent, & consecranda esse Domino, vt ex eis ollæ fiant ad carnes in templo coquendas. Alij dicunt esse ea, quæ inter oculos equi suspenduntur. Lxx, Frenum verterunt, quos Hierony. sequi maluit, quam ceteros interpretes: sed intelligere debemus frenum ornatum, & pretiosum, ex quo aliquid vtile ministerio templi confici posit. Idem voluit Isaias (sicut ait Cyrillus) cum prædixit gladios vertendos in aratra. Non nulli hunc locū interpretati sunt de freno Cōstantini magni, in quo posuit vnum ex clauis CHRISTI, quos eū cruce mater Helena ex Ierusalē reportauerat, vt vinceret in prœlio, Ita Ambro. in oratione de obitu Theodosij imperatoris, Theodō. lib. 1. hist. Eccle. c. 18. Sozome. lib. 2. c. 1. Nicepho. li. 8. c. 29. Quā sententiam ita refert Hier. Audiui à quodā rem sensu quidē pio dictā, sed ridiculā. Clauos Dominicæ crucis, è quibus Cōstantinus Augustus frenos equo suo fecerit, Sanctū Dñi appellari. Hoc vtrū accipiendū sit, lectoris prudentiæ derelinquo, &c. * Cyril. hac eadē expositione proposita continuo ait: Non incredibile hoc dixerit quis, si ita se habet: neq; alienū à decoro est meminisse Deū, & prophetica prædictione honorasse imperatorē valde piū: multo rū enim meminit Deus tēporibus prophetarū, vt Iosiæ, & aliorū aliquot. Nōnunquā vero etiā religio tēporum ipsorū designatur in ijs, qui illis ipsis tēporibus imperū rerū tenēt. Nihil ergo absurdi aut improbabilis, si nūc Zacha. meminit rei valde memorandæ, & regis valde pij, & veracis, & tēporum caritati dedicatorū: equos cū regū clauo crucis CHRISTI ornari quid aliud declarat, quā summā imperatorum pietatē? Hæc Cyrill. cui sane libēter assentior nō esse expositionē hanc improbabilē, quādo quidem recte cohęret cum præcedētibus, ac si dicat: In die illa erit tanta religio, & tātus amor pietatis, vt quidquid sacrū Dño est, magnopere venerentē, & eo quasi præsidio ad belli pericula vrantur, & in freno equi ponant, declarātes se à Deo victoriam sperare per rerum sacrarum venerationem, vt Constantinus clauum viuificæ crucis in equi freno posuit.

48

Et erunt lebetes in domo Dñi, quasi phialæ. Lebetibus carnes victimarum coquebātur in tēplo, phialæ cōrā altari ponebantur plenę odoramentis, vt ait Hierony. aliæ excipiendo sanguini victimarū deseruiebāt, de quibus (vt suo loco diximus) ait Zacharias ca. 9. Et replebuntur vt phialę, & quasi cornua altaris. Propterea plurimę phialę erāt in tēplo. 2. Paralipo. 4. Salomon fecit centum phialas aureas in vsum tēpli. Et Esdrę. 1. inter vasa templi, quæ fuerāt in Ierusalē, numerātur phialę aureę triginta, & phialę argēteę mille. Nūc ergo ait tātam in templo futuram Lebetum multitudinem, quanta erat phialarū: quo significat maximū fore numerū offerentiū sacrificia, i. veniētium ad fidē, & se ac sua Deo offerentiū: semper

49

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim per cultum veteris templi significat adorationem nouæ legis, vt rem figuratam per figuram, sicut moris est Scripturæ. Alter etiam sensus horum verborum est: *Erũt lebetes sicut phialæ*, id est, suauissimi odoris erunt Domino carnes, quæ coquentur, sicut aromata, quæ ante altare incendũtur, id est, gratissima erunt Deo sacrificia, & oblationes Christianorum.

50 *Et erit omnis lebes in Ierusalem.* Id est, Desinent homines lebetes cõferre in alios vsus, Et deferent eos in templum, & consecrabunt Domino, vt in sacrificijs deseruiant. Hoc est: Plurima sacrificia offerẽtur, & plurima munera, & quidquid vsui templi vtile esse potest, continuò dabitur. Sicut factum videmus in templis, quæ maximis largitionibus imperatorum, & pontificum, & piorum hominum ditissima facta sunt, & annuos redditus habent amplissimos, ad templorum ipsorum ornatum, & ad pontifices, & sacerdotes, & reliquos ministros alẽdos. Intueamur Ecclesias, & monasteria, & dubitare nõ poterimus expletã esse abundè prophetiam. Hoc Deo placebat, hoc erat studium religiosissimorum hominũ, hoc felicitatẽ noui testamenti, quasi signo quodam pietatis declarari voluit Deus per prophetas. Hæretici ergo, qui templa spoliant, & res earum in proprios vsus vsurpãt, longè ab spiritu Dei, longè à pietate, longè

51 à placendo Deo absunt. * Multitudo etiã sacrificiorum nouæ legis his significatur. Videmus quotidie vnum, & idem verum, atque vnicum sacrificium corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in locis pene innumeris offerri, quãuis inuidia Diaboli, & peccatis nostris in paucioribus nũc offertur, quam ante paucos annos solebat. Deinde & martyrũ innumerabilis multitudo extitit, quæ sanguinẽ suum Christo consecrauit, & plurimi religiosorũ greges, qui se per vota castitatis, & paupertatis, & obedientiæ Deo nuncupant.

Et venient omnes immolantes, & sument ex eis. Quando copia erat sacrificantium, non facile erat victimas offerre, quoniam lebetes templi non satis erant ad tot carnes coquendas. Significat ergo nunc & magnum fore sacrificantium numerum, & nullũ futurum impedimentũ, quin omnes, qui volent, victimas offerre possint. Erũt enim in Ecclesia multi sacerdotes, per quos immoletur corpus Christi, multi, qui sacras confessiones audiãt, in quibus & suum Deo sacrificiũ offertur cordis contriti, & humiliati. * In his omnibus verbis Prophetæ mẽminerim[s], quod ait Cyrillus. Loquitur itaq; (inquit) Propheta, tãquam de sacrificijs secundũ legem: nos autem intelligemus conuenienter temporibus Christi, & nostro cultui. OEconomice autem dicimus factũ esse sermonem obscure, non omnibus expositum, ne proijciatur canibus, quod solis sanctis reuelat verbum, &c.

52

Et non erit mercator vltra in domo Domini. In tẽplo erãt multi mercatores, siue negotiatores vendẽtes oues, & colũbas, & cetera, quę sacrificijs erãt necessaria, quos bis Dñs eiecit, & mẽsas nũmulariorũ euertit, Ioh. 2. & Matth. 21. Erant etiã fortasse, vt ex his verbis conijcere possumus, qui lebetes venderent, cũ magnus erat numerus offerẽtium sacrificia. Propterea dicit eo tẽpore non futuros huiusmodi mercatores, & negotiatores in tẽplo, quoniã non tales victimę offerentur, sed adorabitur Deus in spiritu, & veritate, offeretur corpus, & sanguis Christi, & sacrificiũ contriti cordis. Nemo propter inopiã offerre victimas desinet. Vbi nos habemus: *Nõ erit mercator*, in Heb. & apud Lxx legitur: Nõ erit Chananęus. Hieronymus: * Aquila interpretat[s] est Mercatorẽ, quẽ & nos in hoc loco secuti sumus, &c. Similiter vertit Chaldæus: Non erit mercator vltra. Nã Chananæ[s] pro mercatore accipi solet, vt ex his interpretibus intelligimus, & ex Prou. vlt. Sindonẽ fecit, & vẽdidit, & cingulum tradidit Chananęo, & Isa. 23. Institores eius inclyti terræ, pro quo in Heb. est: Chananæi eius. Hãc prophetiã impleãt Episcopi, & nullo modo patiantur mercatores in domo Dñi versari, qui sacerdotia, vel nummis, vel obsequijs, vel gratia principũ obtineãt, sed sanctitatevitę, & eruditione digna sacerdotib[s]. Meminerint Christũ ingressũ in templũ eiecisse vendẽtes, & ementes. In quẽ locũ hæc scribit Hiero. Quotidie Iesus ingreditur templũ Patris, & eijcit omnes, tam Episcopos, quã presbyteros, & diaconos, & vniuersam turbã de Ecclesia sua, & vnius criminis habet vendentes pariter & emẽtes. Scriptũ est enim: Gratis accepistis, gratis date. Et statim: Cathedrasq, vendentiũ colũbas euertit, qui vendũt gratiã Spiritus sancti, & omnia faciũt, vt subiectos populos deuorẽt, de quibus dicitur: Qui deuorant populum meum, sicut escam panis.

53 Chananæ[s]. Matth. 21. Matth. 10.

TRO-

TROPOLOGIA.

54 *Et erit in die illa exibunt aquæ viuæ de Ierusalem.* De fonte, qui CHRISTVS est, non solum doctrina Euangelica emanat, sed etiã fluenta quædam gratiæ vberrima, quæ animam irrigant, nec arescere vnquam sinũt, & sitim rerum temporalium extinguunt, quod in vniuersis sæculi voluptatibus, si simul nobis se se offerent, inuenire non possumus, sicut ait Dñs: Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam ęternam. Peccatores, quia hanc aquam non habent, semper sitiunt, & impatientissime ferunt, sicut videmus in libro Numerorum: Cũque indigeret aqua populus, conuenerunt aduersum Moysem, & Aharon, & versi in seditionem dixerunt. Vtinam perijssemus inter fratres nostros coram Domino, &c. In mari peccatores indicantur, sicut docet Isaias: Impij autem, quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Sed mare Oriẽtale, quod exiguum est, pauperes, & abiectę conditionis peccatores significat: mare nouissimum, quod vocatur mare magnum, & spatiosum, sapientes, & nobiles, & potẽtes. * Quoniam ergo Deus personam hominis non accipit, & omniũ creator, omnium miseretur, nec minus ex donis suis tribuit pauperibus, & extremæ conditionis hominibus, si relictis peccatis ad se veniant, quam sapientibus, & potentibus: bene de his aquis dicitur: *Medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouissimum.* Sed prius ad mare Orientale, deinde ad nouissimum, quia prius vocati, & iustificati sunt pauperes, deinde sapientes, & diuites sicut ait Paulus: Videte enim vocationem vestram fratres, quia nõ multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles. *In æstate, & in hieme erunt*, quia sine pœnitentia sunt dona Dei. Quibus verbis admonentur serui Dei, vt sciant non semper se ver habituros, quo aquæ copiose fluunt, sed veri successũ ram æstatem ardentem, qua multi fontes arescere solent, & post æstatem expectari debere hiemem, quæ meatus terræ obstruit, & aquas frigore constringit, & gelu. Non enim semper sentient hæc fluenta diuinæ consolationis, interdum æstu tentationum adurentur, interdum frigore desidiæ, & torporis constringentur, nihil vt agere, aut etiam cogitare libeat, sed ignaui iaceant, & torpeant. * Verum nequaquam, 56 cum hæc senserint, diffidant, aut sibi persuadeant exhaustum esse fontem, qui patet domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem, semper ex eo largissime emanant aquæ, in æstate, & in hieme erunt: sæpe, etiam cum minime id cogitant, illis irrigantur. Dent operam, vt oratione, & ieiunio, & eleemosynis, & integra sui abnegatione riuos in animas suas deducant, atque ita æstas, & hiems vertentur in ver. Cum autem homines his se aquis irrigandos præbent: *erit Dominus rex super omnem terram*, quia extincta siti temporalium æterna sitiuntur, & nemini subesse volunt, nisi Deo, à quo solo sperant, quæ expetunt. Nam mundo parere, aut Diabolo, aut voluptatibus, eorum est, qui bibunt aquam salsam huius sæculi, & sitiunt iterum. *In illa die erit Dominus vnus*, quia peccatores quot quærunt sæculi bona, tot seruiunt dominis, hic pecuniæ, ille voluptati, alius ambitioni: sed qui habent aquas huiusmodi vnum dominum habẽt, & dicunt cum Apostolo: Nam etsi sunt 1. Cor. 8. qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra, (siquidem sunt dij multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illũ, & vnus Dominus IESVS CHRISTVS, per quem omnia, & nos per ipsum. *Et erit nomen eius vnum*, quia ablata 57 sunt nomina Baalim de ore eorum, & vnũ tantum, qui verus Deus est, nominabunt, & admirantes dicent: Domine Dominus Psal. 8. noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? Tunc etiam supra quam dici potest, dilatatur anima iusti, vt totam se Deo tradat, & cupiditate rerum terrestrium non coartetur, sed omnia minora, & angustiora se censeat, & nihil Deo deneget, sed tantum illi iuris in se det, quantum ipse velit. Quo postquã peruenit, quæ ante in via Dei ambulabat, iã currit, sicut ait sanctus. Viã mandatorũ tuorũ cucurri cũ dilatasti cor meũ. Propterea dicit. *Reuertetur omnis terra vsque ad desertum*, tollũtur eĩ pusillanimitas spiritus, & illæ angustiæ, de quibus ait Apostolus: Angustiamini autẽ in visceribus vestris. Tolluntur hæc quasi saxa, & ligna, quę locum dilatandæ vrbis capiebant, vt fiat quod aiebat idem: Os nostrum 2. Cor. 6. patet ad vos ò Corinthij, cor nostrũ dilata-

Psal. 118. Ibid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum est. Nihil enim erat tam asperum, tam formidabile, quod eorum salutis causa nō pateretur perlibenter, erat enim dilatatum cor eius. *De colle Remmon ad Austrum Ierusalem.* * De frigore Aquilonis veniet ad flatus, & ad pluuias Austri, id est, omne genus laborum, & difficultatum pro Deo tolerabit. *Et exaltabitur, & habitabitur in loco suo,* quoniam hęc perferendo sublimior fiet, & virtutibus, quasi ciuibus implebitur. *A porta Beniamin,* cuius interpretatio est, filius dexteræ, id est, à fortitudine, *Vsque ad locum portæ prioris,* per quam (vt ait Hieronymus) ingrediuntur in ceteras, id est, ad humilitatem, quæ ianua est omnium virtutum, *& inde vsque ad portam angulorum,* id est, ad perfectam caritatem, qua factus, ad similitudinē Christi, lapis angularis, faciat & ipse quodammodo vtraque vnū in se caritate æque amicos, inimicosque complectens. *Et à turre Hananeel vsque ad torcularia regis,* Hananeel vertitur gratissimus Dei, vt ait Hieronymꝰ, qui enim amicos, & inimicos vere propter Deum diligit, gratissimus Deo efficitur, & peruenit vsque ad torcularia Regis regum, quibus mustum illud exprimitur, quo ebrij erāt apostoli in die Pentecostes, & fit quod ait sponsa: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me caritatem. *Et anathema non erit amplius,* ita enim Deo adhærer, ita ab eo diligitur, vt raro huiusmodi animæ fiant anathema, & in potestatē hostium tradantur occidendæ. * *Sed sedebit Ierusalem secura,* quoniā quamuis nemo sciat, vtrum odio, an amore dignus sit, sed semper meritò timeat, quia, qui stat, potest cadere, sibi diffidens Deo confidit, & in Deo se facturam virtutem sperans sedet, vt in hac mortalitate secura. Deinde, supplicia prædicit malorum, qui virtutem, iustosque odijs semper insectantur, de quibus diximus cap. 12. nu. 23. & 24. *Tabescet caro vnius cuiusque stantis super pedes suos.* Sæpè numero quidam, qui nondum gratia Dei exciderūt, paulatim tamen ignauia, & remissione orationis, & bonorum operū eò rendunt, tædio feruoris aliorum offenduntur, atque odio è superbia exorto prosequuntur, non solum bona facientes, sed bona etiam, quæ faciunt. His velocem interitum prædicit, stant enim adhuc super pedes suos, & tabescit eorum caro, id est, virtutes eorum, & opera, quæ Deo placebant, tabescunt, & in dies corrūpuntur, & pereunt. Tabescūt & oculi, vt lumine amisso recta nō videāt, sed errent, sicut cæci in plateis. Cum autem talis est caro, tales oculi, lingua quomodo non contabescet, vt nihil Deo placens loquatur, sed in putorem, & saniem, id est, in fabulas, & in iurgia, atque maledicta soluatur. *In die illa erit tumultus Domini magnus in eis.* * Digna merces persecutoribus sanctorum, vt quoniam eorum tranquillitatem perturbare voluerunt, ipsi semper in tumultu sint, nec possint quiescere, sed conscientia stimulante terreantur, & foris ridentes intus gemant, & sibi dicant,

——*Imus,*

Imus præcipites.——

Inde dictum est: Fugit impius nemine persequente, iustus autem quasi leo confidēs, absque terrore erit. Inde tātus metus, vt dicat impius fratris interfector: Ecce, eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscōdar, & ero vagus, & profugus in terra: omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. *Apprehendet vir manum proximi sui, &c.* Sed frustra auxiliū petet, qui socij fuerūt sceleris, socij erunt & doloris, leuatores esse nō poterunt. *Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem,* quod breuiter exposuimus cap. 12. nu. 27. *Et congregabuntur diuitiæ omnium gentium.* Mali, (quod valde miserabile est) omnes diuitias suas, ingenium, acumen, eloquentiam, vires, potentiam conferunt in damnum iustorum, sed amittent diuitias, & nihil proficient: iusti magis patienter ferendo, & se se plenius agnoscendo corū damnis ditescēt. Illi corruent, quemadmodum qui totis viribus hostem ferire conātes in vacuum vires iactant, & ictum; & similiter corruent *equi, & muli, & cameli, & asini, & omnia iumēta eorum.* * Milites nobis, & adiutores demonstrat eorum, qui iustitiæ, iustisque aduersantur. Equi, & muli, &c. Equi sunt homines animales, spiritum non habētes, qui impatienter ferūtur in libidines, de quibus scripsit Ieremias: Equi amatores in feminas, & emissarij facti sunt: Vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Muli (vt ait Hieronymus) steriles sunt, & non procreāt filios, sed voluptate lasciuiunt, & illos designant, qui cum virgines carne videantur, spiritu non minus impudici sunt, nec quidquam, nisi voluptatē quærunt. De vtrisque dictum est: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus nō est intellectus. Camelus, tortuosum animal, & oneribus aptum, immū-

dum

Act. 1.
Cant. 2.
59
60
Persius Sat. 5.
Prou. 28.
Gene. 4
61
Equi.
Iere. 5.
Muli.
Pſal. 31.
Camelus.

dum in lege, quia ruminat, sed vngulam nō findit, illud maximè peccatorum genus significat, quod Deo simul, & mundo seruire vult, atque ita Deo placere curat, vt eius causa hominibus nullo modo displiceat. Nam hi recti esse non possunt, sed tortuosi sunt, & partim mundi videntur, partim immundi, vt Cameli, qui cū animalibus mundis ruminant, sed cum immundis non findunt vngulam, ac denique immundi sunt. * Onera portant, nō Dei solius, vt iusti, nec mundi solius, vt peccatores, sed vtriusq;, & ideò sine vtilitate portant. Deinde, qui Camelorum proceritatem intueatur, mirabitur onera eis ab hominibus imponi posse, at ipsi seipsos inclinant, & onera sine magno imponentium labore suscipiunt. Ita magnos viros videas, quos onerari posse non putes, sed ipsi se se demittunt, & facillimè, vel grauissima onera suscipiunt, tollentes super se iugum sæculi, & pondus molestissimum ferentes, quod facilè excutere possent, si Deo soli seruire, & animalia mūda esse vellent. In asinis inferioris notæ peccatores intelligūtur, quibus pro libito Diabolus onera imponit, nec dubitant modo ventri, aut cupiditati, aut ambitioni, aut libidini suæ satisfaciant, cuiuis subijci, & sub durissimo cuiusuis dominatu viuere. De quibus sub figura Issachar dictum est: Issachar asinus fortis accubās inter terminos, vidit requiem, quod esset bona, & terram, quod optima, & suppossuit humerum suū ad portandum, factusque est tributis seruiens. * Asinus fortis dicitur, siue etiam (vt est in Hebræo) osseus, vt adnotauit Hieronymus in Traditionib⁹ Hebraicis, quia nec dici satis potest, neque, si dicatur, crederetur, nisi toties videretur, quam fortes sint peccatores ad onera sæculi, & ad grauissimos labores mentis, & corporis perferendos, vt non carnei videantur esse, sed ossei: qui tamen ad ieiunia, & ad satisfaciendum pro peccatis, & ad iugum Christi suaue ferendum teneri sunt & imbecilles. Accubant inter terminos, quia, si eorum opera consideres, nec prorsus Christiani videntur, quia toti in rebus sæculi sunt, nec prorsus à Christianitate abhorrent, quia Deū confitētur, & sacris intersunt, & quædam huiusmodi faciunt. Qui, quia nec toti sunt intra terminos Dei, nec intra terminos sæculi, accubare dicuntur inter terminos. Accubant, quia præsentia complectū-

tur, futura non quærunt. Placuit illis desidia, & laboriosa, ac difficilis visa est via sanctorum, terram optimā iudicant: quia conuersatio eorum in cœlis non est, & sponte supponunt humeros ad portandum, & tributis molestissimis Diaboli, & mundi, & carnis, nec annuis, sed quotidianis seruiūt. * In iumentis, & defectus rationis indicatur, & onerum portatio, & perpetuum seruitium. Tales milites cum sint, non possumus dubitare, quales duces esse oporteat. Quare ab ijs omnibus odio haberi, & impugnari, multo gloriosius est, quam amari; non enim amant, nisi sibi similes, sicut ait Dñs: Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. Qui ex his per Dei gratiam seruati fuerint, tanti beneficij memores *ascendent ab anno in annum, vt adorent regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum.* In his omnibus fere vsque ad finem: Historicus sensus omnium est, qui excogitari possunt, ad mores accōmodatissimus, quare alium non quærimus tantum monemus, vt in familia AEgypti, id est, Iudæorum, illos designari intelligamus, qui cum priùs Deo seruierint, & sacrificia obtulerint, legemque seruauerint, postea recesserunt, &, vt canes reuersi sunt ad vomitum, & iustos persequuntur. Nomine gentium ceterarum illi significantur, qui cum sint in Ecclesia Christi gentiliter viuunt, & non Christiane. * Verum, vt melius intelligatur, quod de die festo tabernaculorum breuiter diximus in priori expositione, maioremque ex his vtilitatem percipiamus, addam nonnulla ex Hieronymo, & ex Isychio in cap. 23. Leuitici. Hieronymus: Quamdiu in profectu sumus, & in cursu, atque certamine, habitamus in tabernaculis, huc omni mente nitentes, vt de tabernaculis ad firmam, & stabilem sedem transeamus, id est, domum Dei. Vnde & sanctus Dauid dicit in Psalmo: Heu mihi, quia incolatus meus prolōgatus est. Et: Aduena ego sum, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Hoc loquitur, qui in AEgypto est, & adhuc in sæculo constitutus. Qui autem egreditur de AEgypto, quæ Hebraicè dicitur מִצְרַיִם, & interpretatur tribulatio, & ingreditur vitiorū solitudinem, carpit iter suum, & dicit in Psalmo: Pertransibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domū Dei.

63
Pſal. 44.
64
Iohan. 15.
65
Festus dies tabernaculorum.
Pſal. 119.
Pſal. 38.
Pſal. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deinde alludens ad illud, quod de eodem scriptum est Leu. 23. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spathulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini corã Domino Deo vestro, &c. *Hæc ait: Qui in istiusmodi habitat tabernaculis, & ad templum Domini ire festinat, debet celebrare sollennia tabernaculorum in ligno sapientiæ pulcherrimo, de quo in Prouerbijs dicitur: Lignum vitæ est omnibus, qui appropinquant ei, & qui reclinantur super eum, quasi super domum firmitatis. Et in ramis palmarũ, in quibus signum victoriæ, & virtutis præmium continetur, & in frondibus densissimæ arboris (quã myrtum Iudæi intelligunt) propter mortificationem carnis, ac libidinum. Vnde & Domino saluatori à Magis myrrha offertur in munere. Et in ramis salicis, & populi, quam quidam vnam arborem vocant, ipsumque ligni nomen, quod Græcè dicitur ἀγνὸς indicat castitatem. Aiunt medici, & ij, qui de arborum & herbarum scripsere naturis; quod si quis florem salicis, siue populi mistum aqua biberit, omnis in eo frigescat calor, & libidinis vena siccetur, vtraq; filios generare non possit. Qui talium arborum ramis protectus fuerit, exerceat festiuitatem tabernaculorum sextum mensem transiens, qui refertur ad mundum, & septimo agens Sabbathum spirituale, in quinta decima die mensis eiusdem, quãdo noctis luna plenissima est, & omnes eius tenebræ claro lumine resoluuntur. * Hęc ex Hieronymo. Isychius: Septem ergo diebus festiuitatem tabernaculorum appellauit. Quicunque enim, vt tabernaculo, præsente mundo vtitur, hic festiuitatem in eo habere, & lætari propter futurorum expectationem potest: & quicunque scit, quia si terrena domus habitationis huius dissoluatur, ædificatio non manu facta eum in cœlis suscipiat. Primam autem septem dierum celeberrimam, atque sanctissimam appellauit: qui enim scit præsentibus, tanquam tabernaculo vti, prima dies, id est, initiũ, & principium à sanctificatione vocationis incipit. Propterea & nimis consequenter ait: Omne opus seruile non facietis: quia nulli in sæculo seruiunt, qui tanquam tabernaculum, & transitoria ea, quæ in eo sunt, attendunt. Sed & septem diebus holocausta offerri præcepit, ostẽdens oportere per omne tempus perfectam conuersationem sequi. Quando ergo sic præsentem vitam percurrimus, tunc celeberrimum, atq; sanctissimum octauum diem, sæculum videlicet futurum, habemus, vocante nos in prę-
parata sanctis bona eo, qui nos & in hac
conuersatione vocauit. * Mox de ramis illarum arborum elegãter, & copiose disputat, quæ, quia longiuscula sunt, plenius in ipso autore, quasi in fonte lectori videnda relinquo. *In die illa erit, quod super frænum equi est, sanctum Domino.* Significat eos, qui festiuitatem tabernaculorum celebrãt, omnia belli instrumenta, & omnem ornatum dicare caritati, & fratrum vtilitati, ingenium, eruditionem, eloquentiam, diuitias, vires corporis, vt sint omnia sancta Domino. Et, quia nihil aliud faciunt quam offerre de se suauissima Deo sacrificia, pœnitentiam, iciunia, orationem, abnegationem, humilitatem, paupertatem: rectè ait: *Et erunt lebetes in domo Domini, quasi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Ierusalem, & in Iuda sanctificatus Dño exercituum.* Id est, Quidquid in se habebunt, vel religiosi, qui nunc significantur in Ierusalem, vel cæteri Christiani, qui intelliguntur in Iuda, quod Domino deseruire possit, & vtilitati fratrum, non seruabunt apud se, sed sanctificabunt, id est, offerent Deo. * Propterea multi sacris se religionibus addixerunt, vt quidquid haberent boni, & vtilis, Deo, & publicę vtilitati propter Deum dicarent. Atque ita, *Venient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis*, id est, Omnes, qui se Deo immolare volent, aut sua, horum opera, & ministerio vtentur, ab eis iuuabuntur, per eos perficient quod volẽt, excitati videlicet, & adiuti eorum verbis, aut exemplis, aut oratione, aut consilio. Vere enim eorũ, qui totos se Deo dederunt, munus est adiuuare immolãtes, vt omnes, qui religionem ingredi, aut perfectiorem vitam inchoare volent, aut quid vis aliud Deo gratum facere, à seruis Dei iuuẽtur, Dei enim sum⁹ adiutores, vt ait Apostolus, & ei, qui nos vocauit è tenebris in admirabile nomen suum, hoc debemus, vt quotquot poterimus, ad eum reducamus.

Et non erit mercator in domo Domini. Mercator in domo Domini est, qui opera Dei, nõ Dei causa facit, sed lucri, aut honoris, & ex bonis, vnde sperare æternã mercedẽ poterat, caducam, & mox perituram percipit. * Hi sunt, quibus Dominus ait: Attendite,

66 Prou. 3. 67 68 69 70 Matth. 6.

ne

ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioqui mercedẽ non habebitis apud Patrẽ vestrum, qui in cœlis est. Et: Cũ ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ, tristes, exterminãt enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Hi sunt mercatores terræ, omnium mercatorum stultissimi, qui ęratem, viresque consumunt, vt hominibus, quorum vita est vapor ad modicum parens, placeant, cum eodem labore demereri Deum possent, & immortales sibi diuitias comparare. Nequaquam hanc mercaturam, & hanc commutationẽ faciebat, qui dixit: Quid enim mihi est in cœlo, & à te quid volui super terram? Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Propterea simile est regnum cœlorum homini negotiatori, quęrenti bonas margaritas. Inuenta autẽ vna pretiosa margarita abijt, & vẽdidit omnia, quæ habuit, & emit eam. * Quare nõ prorsus inuenit hunc thesaurũ absconditũ, & hãc pretiosam margaritã, qui aliud quærit, & mercator esse pergit in domo Dñi. Qui Dñm Iesum Christũ satis nouit, qui degustauit multitudinẽ dulcedinis, quã ille abscõdit timẽtibus se, insipidũ censebit quidquid Christum non sapit. Nostrę diuitiæ Christus est, si eum possidemus, etiã si ceteris careamus, diuites sumus: si sine eo cetera omnia nobis suppetant, pauperes sumus, & nudi, & miseri, & miserabiles. Quis mihi det Domine, vt omnes te solum sitiamus fontem aquæ viuæ patentem domui Dauid, & habitatoribus Ierusalem, te solum cupiamus, tu solus nobis sapias, te vnũ quæramus, te expectemus? Hæc est felicissima mercatura, hæc tutissima, & vtilissima negotiatio, te vnũ amare, de te dies, ac noctes cogitare, te desiderare, ad te properare. Siue maria traijcienda sint, siue tempestates perferendæ, siue pericula cetera adeunda, siue ferrum iugulo, aut pectore excipiendum, siue corpus secandum, aut etiam exurendum: hæc est felicissima mercatura, hæc tutissima, & vtilissima negotiatio, neque enim condignæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Da nobis multos huiusmodi mercatores in domo tua Domine, vt cũ Patre, & Spiritu sancto laueris in sæcula sæculorum, Amen.

Rom. 8.

FRAN

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRANCISCI RIBERAE PRESBYTERI SOCIETATIS IESV IN MAlachiam prophetam Commentarij.

DE SCRIPTORIBVS, QVI IN MYSTICA SCRIpturæ explanatione maximè sequendi sunt, Proœmium.

1 SOlent nautæ, cum terrā è summa naui prospiciunt, exultare, cum verò portui appropinquant, certatim se se ad remigandum hortari, ceteroſque, qui simul nauigār à tergo relinquere, & priores portum tenere, atque anchoras iacere contendunt. Ita ego, qui post longam, & difficilem nauigationem, quasi littora iam prospicio, vt Homerus ait:

5. libro Odyſ. ὀξὺ μάλα προϊδών, μετὰ δὲ νῆα κέλευσε ἄρεσθαι,

& ad portum fessus propero optatum, succiderem proœmio quod possem, nisi meminissem quid in Zachariæ prologo promiserim: de autoribus me dicturum, quos putarem in spirituali expositione maximè sequendos. Et quidem hæc scripturæ explicandæ pars relicta à plerisque, quibusdam erat documentis illustranda, & ornanda, quoniam nemo est fere ex immensa concionatorum multitudine, qui mysticos sensus non frequenter vsurper, cū sint admodum pauci, qui eruendorum eorum leges, & præcepta nouerint. E quorum numero videas plurimos, qui audacter, & quasi ex Tripode eosdem mysticos sensus protulerunt, cum Historicum ignorent, ignorare-

que velint, fortasse, vt conscientia non reclamante licentius, ac securius aberrent. Hieronymus in prologo Commentariorū Habdiæ: In adolescentia, inquit, mea prouocatus ardore, & studio scripturarum Allegoricè interpretatus sum Habdiam prophetam, cuius nesciebam Historiam. Veniam merebatur adolescens ardens studio sacrorum librorum, qui præsertim indefessis tot annorum laboribus senex compensauit, quod defuit adolescenti. At illi non merentur, qui in adolescentia, & in virili ætate, atque adeò in senectute temerè proferunt, quæ non norūt, nihilque est in prophetis, & in ceteris libris tam reconditum, & obscurum, quod interpretari non audeant, cum nihil sit fere tam perspicuum, quod serio aliquando euoluerint, aut didicerint. * Verum hæc præcepta, quę dixi, proœmij angustijs comprehendi non possunt, satis erit pauca de autoribus dicere. De quibus hoc primum dicamus, quod nemo ignorat, vbique eos esse reliquis præferendos, qui regulam fidei Catholicæ in exponendo sequuntur, vt nihil affirment, quāuis elegans, & plausibile videatur, quod à recta Ecclesiæ fide, vel minimum discrepet. Etenim cum nihil Ecclesia vnquam do-

2 Canon primus.

cuerit,

cuerit, quod cum vero Scripturarum sensu optime non congruat: qui aliquid ex eis eruit, quod ab Ecclesiæ traditione dissentiat, non Scripturæ sensum tradit, sed errorem suum. In quo plurimum peccauit Origenes, homo (vt ex eius scriptis perspicitur) audax, & temerarius, adeòque suorum errorū pertinax amator, vt quidquid in mentem venerit, aptumque iudicet, continuò spreta Ecclesię totius autoritate, & religiosarum aurium offensione, quasi magnum aliquod, & ab Spiritu sancto traditum mysterium, monumentis mandet literarum, neque aliam regulam adhibeat, quam iudicium suū. Possem ex eo afferre multa, quæ hoc abundè comprobarent (neque enim ille paucis in locis, aut admodum reconditis hoc fecit:) sed Hieronymum testem citare malo, à quo eius ingeniū amplissimis verbis sæpè collaudatum est, vt non mihi, sed Hieronymo ipsi succenseant, si volent, quibus parum clemens fortasse videbor in Origenem. Is in prologo lib. 5. Commentariorum in Isaiam, de illo scribens: Liberis, inquit, Allegoriæ spatijs euagatur, & interpretatis nominibus singulorum ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta. * Hic tacitè libertatem, & arrogantiam hominis notat. Sed alibi apertius, vt in illud Iere. 27. Ponesque eas in collo; vbi ita scribit: Hunc locum Allegoricus semper interpres, & Historiæ fugiens veritatem, interpretatur de cœlesti Ierusalem, quod debeant habitatores eius sponte assumere corpora, & descēdere in Babylonem, id est, confusionē mundi istius, qui in maligno positus est, & seruire regi Babylonis, haud dubium quin Diabolo, &c. Rectè autem dixit: Allegoricus semper interpres, & Historiæ fugiens veritatem, ita enim amat Allegorias, vt earum causa sæpè tollat historiam, vt liberius dicat, quidquid in buccā venerit. Et in illud: Vos ergo nolite audire, &c. Delirat & in hoc loco Allegoricus interpres, & hortatur in cœlesti positos Ierusalem, ne audiāt prophetas suos, atque diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos, &c. Et c. 29. in illud: Et reducam captiuitatem vestram: Et in hoc loco delirus interpres somniat ruinam cœlestis Ierusalem, &c. De eodem Epiphanius in Epistola ad Iohannem Episcopum Ieroſolymitanū hęc scribit: Quanquam istiusmodi nugas, & deliramenta soleat ille Scripturarum interpretatione per-

uertà, & aliud significante quam quod verum est, affirmare, cum alius proculdubio sensus diuinæ Scripturæ sit, quam ille in hæresin suam maligna interpretatione detorquer. Et postea: Prætereo friuolam eius expositionem super tunicis pelliceis, quanto conatu, quantisque egerit argumentis, vt tunicas pelliceas humana esse corpora crederemus. Qui inter multa ait: Numquid coriarius, aut sordidascarius (vel potius scortisarius, vt vult Erasmus) erat Deus, vt conficeret pelles animalium, & consueret ex eis tunicas pelliceas Adam, & Heuæ? Et mox: Aut quis audiat in tertio cœlo donantem nobis Origenem paradisum, & illum, quē Scriptura commemorat, de terra ad cœlestia trasferentem, & omnes arbores, quæ scribuntur in Genesi, sic Allegoricè intelligentem: quod scilicet arbores angelicæ fortitudines sint, cum hoc veritas nō recipiat? &c. * Sed, quid ego rem perspicuam testibus comprobo non necessarijs? Si ex abundantia cordis os loquitur, cum ille plenus fuerit erroribus, quam plurimis, quos Ecclesia Catholica semper detestata est: quo modo potuit nō eos passim in scriptis suis effutire? Si quis non credit, legat Hieronymum in Epistola ad Auitum, cui titulus est: Quid cauendum in libris Periarchon, & videbit in opere non magno, quātum euomuerit veneni. Legat & alteram eiusdem ad Pammachium, & Oceanum de erroribus Origenis, vbi inter multa etiā ait: Credite experto, quasi Christianus Christianis loquor. Venenata sunt illius dogmata, aliena à Scripturis sanctis, vim Scripturis faciētia. At, inquies, hæc hæreticorum culpa est, qui sana eius scripta impijs vitiauerunt erroribus. Hoc multi dicent, sed, qui libros eius attentè non legerint, neque in plurimis locis insignem hominis arrogantiam, & præceps ingeniū agnoscere potuerint. At dixit Ruffinus, & multis id probare conatus est in Apologia pro Origene: dixerunt & nonnulli postea. Fateor, sed vtrum istis credemus, an Hieronymo, cuius verba ex eadem Epistola ad Pammachium, & Oceanum de hac re subscribam? Illud vero, quod asserunt, à quibusdam hæreticis, & maleuolis hominibus libros eius esse violatos, quam ineptum sit, hinc probari potest. Quis prudentior, doctior, eloquentior Eusebio, & Didymo assertoribus Origenis inueniri potest? Quorum alter sex vo-

lumini-

luminibus τῶν ἀποστολικῶν ita cū, vt se, sensisse confirmat: alter sic eius errores nititur excusare, vt tamen illius esse fateatur: non scriptum negans, sed sensum scribentis edisserens. Aliud est, si quæ ab hæreticis addita sunt, Didymus, quasi benè dicta defendat. Solus inuentus est Origenes, cuius scripta in toto orbe falsarentur, &, quasi ad Mithridatis literas, omnis veritas vno die de voluminibus illius raderetur? Si vnus violatus est liber, num vniuersa eius opera, quæ diuersis & locis, & temporibus edidit, simul corrumpi potuerunt. Ipse Origenes in Epistola, quam scribit ad Fabianum Romanæ vrbis Episcopum, pœnitentiam agit, cur talia scripserit, & causas temeritatis in Ambrosium refert, quod secreto edita in publicum protulerit: & quid adhuc ἀπόκρυφον aliena esse, quę displicent? Hęc Hieronym*.

5 *Me quidem olim mouebat Apologeticus Pamphili martyris pro Origene; non enim purabā facilè contemnēdum, quem tantus martyr defendisset, atque laudasset. Sed & de hoc opere ita in eodem loco scribit Hieronymus. Porro quod Pamphilum proferūt laudatorem eius: gratias illis ago meo nomine, quod dignum me putauerunt, quem cum martyre calumniarentur. Si enim ab inimicis Origenis libros ei* dicitis esse violatos, vt infamarentur: quare mihi non liceat dicere ab amicis eius, & sectatoribus compositum esse sub nomine Pamphili volumē, quod illum testimonio martyris ab infamia vindicaret? Date quod libet aliud opus Pamphili, nusquam reperietis. Vnde igitur sciam, quod Pamphili sit? Videlicet stylus, & saliua docere me poterit. Nunquam credam, quod doctus vir primos ingenij sui fructus quæstionibus, & infamiæ dedicarit: & ipsum nomen Apologetici ostendit accusationem, nō enim defenditur, nisi, quod in crimine est. Vnum nunc proferam, cui contradicere, vel stulti sit, vel impudentis. Sexti libri Eusebij super Origenis defensione principium vsque ad mille ferme versus, liber iste, qui Pamphili dicitur, cōtinet. Et in reliquis scriptor eiusdem operis profert testimonia, quibus nititur approbare Origenem fuisse Catholicum. Eusebius, & Pamphilus tantam inter se habuere cōcordiam, vt vnius animæ homines putes, & alter ab altero nomen acceperit. Quomodo igitur inter se dissentire potuerunt, vt Eusebius in toto opere suo Origenē Ariani probet dogmatis, & Pamphilus Nicœnæ Synodi, quæ fuit postea, defensorem? Ex quo ostenditur, vel Didymi, vel cuiuslibet alterius esse opusculum, qui sexti libri capite detrūcato, cetera mēbra sociarit, &c. *Idem in secundo libro 6
Apologiæ aduersus Ruffinum, docet ex Eusebio, Pamphilum nihil scripsisse exceptis breuibus Epistolis ad amicos, & palam affirmat librum illū sub nomine Pamphili editum esse à Ruffino. Idē scripsit in illud Ezecielis. 18. Et vir, si fuerit iustus, &c. vbi cum dixisset Ruffinum (tametsi nomen taceat) libellum Xisti Pythagorici Xisti martyris nomine Latinum edidisse, postea iubijcit: Nec mirum si gentilem Philosophum in martyrem, & Romanæ vrbis Episcopū transtulerit: cum Eusebij quoque Cæsarien sis primum pro Origene librum, Pamphili martyris vocabulo commutarit, vt facilius tali laudatore libros impijssimos Periarchon Romanis conciliaret auribus, &c. Hæc ego multis in eorum gratiam dixi, qui pio quidem sensu, sed non secundum scientiam, Origenem defendunt, & inter Ortho Origenes hæreticus.
doxos numerāt, ægreq; ferunt, si hæreticū dici audiant. Sed quoniam multi sunt, nec dubium est, quin Ecclesiæ Catholicæ iudicium de eo ignorent quando ita loquuntur, addam pauca. Omitto quod cum Epiphanius in epi. ad Iohannem Ierosolymitanum Episcopum Arij patrem, & aliarū hæreseon radicem, & parētem appellat; quod Hieronymus in Epist. ad Pammachium, & Oceanum, de erroribus Origenis scribit cum damnatus est Arius, latenter esse damnatum & Origenem fontem Arij: quod idem lib. 2. aduersus Ruffinum tradit, eundem à beatis Episcopis Anastasio, & Theophilo, & Venerio, & Chromatio, & ab omni tam Orientis, quam Occidentis Catholicorum Synodo pari sententia hæreticum esse denuntiatum: quod Liberatus in Breuiario, quod habetur in secūdo tomo Conciliorum, cap. 18. damnatum refert ab Imperatore, & à Vigilio Episcopo Romano, & à Mena Constantinopolitano patriarcha, & ab alijs Episcopis. Prætereo quod Cassiodorus propè principium Institutionis diuinarum lectionum constare dicit, multorum patrum sententia, eum hæreticum designari, & ætate sua à Vigilio viro beatissimo Papa denuò esse damnatum. *Multa 7
huiusmodi in libris sanctorum Patrum

transeo:

transeo: tantum Ecclesiæ Catholicæ suis ipsius verbis proponam sententiam, vt discant Ecclesiæ filij, quid posthac de Origene sentire, quid loqui debeant, Gelasius Papa in Concilio Lxx Episcoporum, cuius bona pars refertur cap. Sancta Romana. 15. dist. cum quidem tunc non de hominibus, sed de libris iudicaret. Origenis, inquit, nōnulla opuscula, quę vir beatus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: cetera autem omnia cum autore suo dicimus esse renuenda. Deinde eum schismaticum appellat his verbis: Item Chronicon Eusebij Cæsarienſis, atque eiusdem historiæ Ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & in laudibus atque excusatione Origenis schismatici vnū conscripsit librum, propter rerum tamen singularem notitiam, quæ ad instructionem pertinet, vsquequaq; non dicimus esse renuendos. Quod perinde est, ac si diceret, Historiæ Ecclesiasticæ libros dignos esse, qui reijcerētur, quia autor in primo libro tepuit, & in alio laudauit, atque excusauit Origenem schismaticum. Sed vbi de hominibus iudicium est, multo apertius loquitur Ecclesia, vt in quinta Synodo generali, cap. 11. vbi ait: Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychem, & Origenem, cum impijs eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, &c. talis anathema sit. Et Martinus primus in Concilio centum, & quinque Episcoporū, cap. 18. Si quis secundum sanctos Patres consonanter nobiscum eadem credens, non respuit, & anathematizat animo, & ore nefandissimos hæreticos, cum omnibus impijs eorū scriptis vsque ad vnum apicem, &c. Dicimus autem Sabellicum, Arium, Eunomiū, Macedonium, Apollinarem, Origenem, Didymum, &c. huiusmodi sit cōdemnatus. Sed satis multa de Origene. * Alterum iam documentum addamus. Vt enim patres à Tridentino Concilio delecti, cū nomina omnium librorum damnandorum teneri nō possent, Canones quosdam initio Catalogi ediderunt, quibus cognoscerētur etiam qui non nominarentur: ita ego, cum multos non viderim, nec loqui de omnibus, possem, etiam si vidissem, generalibus Canonibus omnes comprehendam. Septem in prologo Zachariæ ad Historici sensus autores tradidi, ad autores sensus spiritualis duo satis futuri videntur. Secundus ergo Secundus Canon.
Canon sit, illos autores multum esse imitandos, & alijs anteponendos, quibus studiosè sequuntur, & retinent conuenientiam, & coniūctionem Historiæ cum Allegoria. Historiā semper voco sensum literalem, spiritualē vero, quicunque ille sit, nunc cum Hieronymo, & veteribus patribus Allegoriam appello. Est autem hæc conuenientia, & cōiunctio, vt si læta est Historia, læta sit etiā Allegoria, non tristis, neq; deminis, & supplicijs educamus Allegoriam blandiētem, & prospera promittentem: neque si reprehendat Historia, Allegoria inde orta laudet. Qua in re multum excelluit Origenes. Hieronymum quidem in hoc nequaquam imitandum censeo, qui sæpè oblitus Historiæ contrariam profert Allegoriam, vt in Nahum cap. 3. initio fere, & in illud Hab. 1. Quia ecce, ego suscitabo Chaldæos, & alijs sæpè in locis. Ac ne casu, aut incuria factū putemus, fieri hoc posse docet in loco indicato Nahum, his verbis: Cernitis quam cōfragosa loca sint, & aduersa Historiæ veritati: & quomodo ea, quæ secundum literā super Chaldæis interpretati sumus, nunc iuxta Tropologiam videantur sonare clementiam, & libertatem eorū, qui de Chaldæorum manibus euaserint. Historia stricta est, & euagandi non habet facultatem: Tropologia libera, & his tantū legibus circunscripta, vt pietatem sequatur intelligentiæ, sermonisque contextum, nec in rebus multum inter se contrarijs violenta sit copulandis. Hæc ibi. * At possum verbis Hie- 9
ronymi contra Hieronymum pugnare, qui in cap. 5. Hosee negat Bethauen esse posse figuram Ecclesiæ, quia Bethauen domus idoli est. Et in cap. 10. eiusdem, Impium, inquit, est quod iuxta Historiam de rege intelligitur Assyrio, iuxta Tropologiam ad Christum referre. Et sæpè alias reprehendit huiusmodi Allegorias. Verum, quoniam longior hæc disputatio est, & si in ea moraremur, in prologis scribundis operā abuteremur, vt ille inquit: nunc satis erit argumentum, quo non semel in his commentarijs vsus sum, & quod ego non probabile existimo, sed demonstrans. Sicut Historicus sensus sumitur ex significatione verborum, ita spiritualis ex significatione rerum, quas verba illa significāt, ita enim hic sensus definiuntur. Sed verba ex arbitrio, & voluntate hominū significant, qui primi

illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

illis vti cæpere, res autem ex similitudine, quam habent cum aliis rebus, quas significant. Vt ergo sensus Historicus nō est, nisi quem verba proprie, aut figurate sumpta efficiunt: ita neque spiritualis est, nisi quem res illis verbis significatæ per similitudinē reddunt. At læta non sunt similia tristibus, neque minæ promissionibus, neque seuera elementibus, neq; bona malis, neque captiuitas libertati, sed contraria. Quare Allegoria, quę aduersatur Historię, nequaquā illius Historiæ sensus est, sed eius, qui eam commentus est magis verba considerans quam res, cum Allegoria proxime pendeat ex rebus. * Sed veniamus ad Autores Origenes, vbi à regula fidei non discedit, nemo præstantior, nemo acutior, aut elegantior: de quo merito dictum est, quod refert Cassiodorus in Institutione diuinarum lectionum: Vbi benè, nemo melius, vbi malè, nemo peius. Feliciter excogitat, acutè comprobat, aptissime eloquitur, & paucis verbis thesauros aperit scripturarum. Lectorē tamen requirit prudentem, & sobrium: vt sciat (quemadmodum Hieronymus scribit ad Auitum) in eo detestanda esse quam plurima, & iuxta sermonē Domini, inter scorpiones, & colubros incedendum. Gregorius est quem ego nō solum noctes, ac dies legi, & iterum, atque iterum reuolui, sed ad verbum etiam, si fieri posset, cuperem edisci. Eum cum lego, soleo in Dei laudem, & in gratiarum actionem excitari, quod talē, tantumq; doctorē dederit Ecclesiæ. Equidem ita iudico, cum de libris Moralis expositionis Iob sermo incidit, nullum habere librum Ecclesiam, præter eos, qui diuinitus inspirati sunt, illis doctiores, aut vtiliores. Per eius libros inoffenso pede currere licet, nihil timendum, nihil habet nō Catholicum, nihil non eruditum. Vt est vbiq; grauis, maturus, religiosus, elegans, doctus, acutus, eloquens? Quam absconditos sensus eruit, quam vtiles, quam moribus formandis aptos? Melius animas dissecat, & minutissima quæque, & valde recondita ob oculos ponit, quam peritissimi medici corpora. Quid relinquit in scripturis, quod non verset, quod non elucidet? Quid excogitari summo ingenio potest, quod nō inueniat? Quid vtile esse potest ad probādum, quod illum fugiat? Eius libros, vt optimos morum, & sanctitatis magistros, &, vt locupletissimum scripturarum promptuariū adea

10 Origenes.

Gregorius.

mus, atque ille se in hoc genere valdè profecisse existimet, cui valde placebit Gregorius. Equidem arbitror, si, vel eius vnius libri studiosè legantur, præstantissimos inde scripturæ expositores, concionatoresque prodire posse. * Nec verò quis putet eum Moralī tantū explanatione prestitisse, quocunque animum intendat, quemcunq; mysticum sensum tractare velit, æque felix est. Spirituales enim sensus, quantum ad facultatem explicādi attinet, materia solum differunt, & in omnibus facile excellet, si volet, qui in aliquo excelluerit: eadem enim est in omnibus ratio inueniēdi, confirmandi, eloquendi. Hieronymus vbique sui similis, etiam in hoc magnus est, præsertim cum reliquis hæreticis, quibuscum pro domo Dei perpetuum, & implacabile bellum gessit, ad mores conuertitur, aut Christum in lege, & prophetis nobis ostendit latentem. Hilarius grandis est verbis, sapiens sententijs, genere toto grauis. Ambrosius subtilis, & breuis, & cum pictate Origenis imitator. Augustinus ingenij mirabili acumine, & facilitate res subtiles, & abstrusas explicandi in omnibus præstans, siue se ad Historiam vertat, siue ad Allegoriam, vt scriba doctus in regno cœlorū profert de thesauro suo noua, & vetera; eruditione in admirationem excitat legentem, subtilitate erigit, & oscitare non sinit, eloquentiæ suauitate demulcet, argumētis validis mouet, & vehementer stimulat ad pietatem. Noster Isidorus valde etiam vtilis, diuinarum, & humanarum rerum cognitione florens, & pietatem vbique spirans. Cyrillus in Historia magnus, nec in Allegoria minor, vix vllum habet in Græcis, cui cedere debeat. Isychius presbyter Ierosolymitanus, & Gregorij Nazianzeni quondam autor, cuius tantum vidi in Leuiticum opus insigne, plenus est, & copiosus, & grauis, & mea sententia pares habet paucos, superiorem fortasse neminem. Hi fere sunt in hoc genere facile principes, quos tempore, & doctrina subsecuti sunt præstantes viri, vt Beda, qui plerasque ex ijs, quos nominaui collegit, Alcuinus, Rabanus, Haymo, Angelomus, Ruperti, abbas Tuitiensis, qui valdè proderunt Allegoriā quærentibus. * Angelomus commentarios reliquit in libros Regum admodum eruditos, cuius vtinam plura haberemus. Rupertus doctus est, & pius, & Christum studiosissime vbique vestigat: sed in-

II

Hieronymus.

Hilarius. Ambrosius. Augustinus.

Isidorus.

Cyrillus.

Isychius

Beda. Alcuinus. Rabanus.

12

Rupertus.

terdum

terdum eorum, quæ animo cōcepit, nimiū tenax, ad ea repugnantes scripturas trahit. Bernardus suauis, acutus, pius, elegans, eloquens, incendia excitās religiosæ vitæ, & veræ sanctitatis. Ricardus, & Hugo, qui cognomen habent sancti Victoris, perdocti homines, & veteribus ex parte similes, sed minores. Etenim veteres patres, cum in Historica expositione omnibus sine dubio præstent, vt dixi in prooemijs Haggei, & Zachariæ: in Allegorica siue cognitione scripturarum quæras, siue pietatē, siue eloquentiam, siue quiduis aliud, lōgius etiam ceteros omnes post se relinquunt. Glossa, quam Ordinariam vocāt, & ab Strabo Rabani auditore collectam esse tradunt, valde vtilis est, sed quoniam totaest ex veterū Patrum scriptis cōcinnata, hoc de ea dictū volo, quod de eius autoribus dixi. Interlinearis, quæ magna etiam ex parte sumpta est ex pātribus ab Anselmo Laudunēsi episcopo, multa breuiter, & quasi punctim, sed docte tamen, & vtiliter attigit. Lyranī Moralis expositio non placet doctis, subtilior mihi videtur aliquanto Cardinalis Hugo: sed brevis est, & iciunior, Dionysius Carthusianus festinatione multa scribendi nec in Historiam, neque in Allegoriam quidquam accuratius, aut politius attulit, sed ex eis, quæ in Hieronymo, & in Lyrano videbat, vel quæ properanti sine labore occurrebant, inelaboratos dictauit commentarios. Denique ex ijs, qui vel nostra, vel patrum, aut etiam auorum memoria floruerunt, neminem habeo (quod meminerim) quem possim hoc quidē loco nominare. *Nā plerīq; in sola Historiæ explanatione versati sunt, quidam etiā spirituales sensus professi magnopere à veterum consuetudine recesserunt, & ab illa exponendi scripturas sublimitate degenerarunt, quia nō mysticam expositionem attulerunt, id est, non dixerunt quid in illa vmbra intelligi voluerit Spiritus sanctus, sed quod in concionibus dixerant, & auribus vulgi placuisse credebant, ad verba, quæ volebant, accōmodarūt, atq; id vnusquisq; in libro, quem ad hoc exponēdum suscipiebat, dixit, qđ in quolibet alio similiter dici posset. Qua propter nō sine causa semel iam, atq; iterū dixi nolle me nostri temporis autores imitari, sed veteres, quos pro mea exiguitate procul quidē, sed secutus tū sum. Legāt Origen. Hier. Augu. Grego. Bedā, & ceteros huius classis autores, qui locos cōmunes, & concionatorios in cōmentarijs nostris requirent, videbunt non esse requirendos, sed in prophetis nos cū cursum expositionis tenuisse: quē vetustissimi & doctissimi quiq; tenuerunt. In autoribus mysticæ explanationis minime præterire debeo sanctē Pagninū, qui quasi dictionariū quoddā, & indicem sensuū spiritualiū in magnā studiosorū vtilitatē edidit, quē Isagogē sacræ scripturæ appellauit: nec Hier. Lauretū mōnachum Benedictinū, qui siluā cōscripsit Allegoriarum, opus vastum, & immensum, & eruditum, & quo nihil fingi potuit vtilius, eiusdē quidē argumenti cum Isagoge Sanctis Pagnini, sed multo auctius, & locupletius. Qui si verba ipsa scripturæ, quę citat, in singulis posuisset, & locos sanctorū patrū non in margine (vbi cōfusi, & incerti sunt, nec satis interdum intelliget lector, quid cuiq; respondeat) sed in ipso contextu indicasset, nihil desiderari potuerat in laborioss simo opere, & immortalitate digno. Vtinā aliquando Deus hanc mentem inijciat alicui docto, & publicæ vtilitatis studioso, vt hæc addat, immo & verba ipsa sanctorum pātrū breuiter apponat, quæ rē maxime cōtineant: erit em̄ tunc fere liber vnus satis pro omnibus. Sed nimis longū prooemiū prophetæ non longo præposuimus, veniamus iam ad sanctū Malachiā, quem precor supplex vt mihi prophetiæ suæ veram integramque intelligentiam ab eo impetret, à quo ipse acceperit.

Isagoge S. Pagnini.

Silua Allegoriarum.

ARGVMENTVM PROPHETAE.

CAP. I.

Indicat Iudæis Deus amorem erga eos suum ex electione Iacob, & generis eius, & reprobatione Hesau, & obiter vaticinatur in Idumæos posteros Hesau. Deinde obiurgare incipit sacerdotes, à quibus nec honorabatur, nec timebatur, qui panes pollutos offerebant, & altare, ac sacrificia cōremnebant. Prædicit se eos cum sacrificijs suis abiecturum, & adorandum esse in toto orbe terrarum à gentibus, mundamq; sibi oblationem ab eis esse vbique offerendam corporis, & sanguinis Domini nostri IESV CHRISTI. Increpat offerentes vitiosas victimas, & negat se eas accepturum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. II.

Grauiter increpat sacerdotes,& commi natur eis, qualesque esse deberent, dicit. Deinde tam sacerdotes, quã reliquos, obiurgat, quòd dimissis vxoribus Israeliticis, alienigenas duxissent, & quod Deum iniustitiæ arguere vellent.

CAP. III.

Vaticinatur de missione Iohãnis Baptistæ, de primo Christi aduentu, de puritate sacerdotum nouæ legis, & de eorum sacrificio. Hinc pœnas se sumpturũ dicit de peccatoribus illius populi, & vehementer reprehendit eos, quòd decimas, & primitias integrè non soluerent, magnaque promittit soluentibus bona. Postremo inuehitur in eos, qui dicebant malos Deo placere, atque eius prouidentiam accusabant; & bonos laudat, qui eam defendebant.

CAP. IIII.

Manifestè vaticinatur de extremi iudicij die, & de eius terrore, de malorum perditione, & cruciatu, de iustorum exultatione, qua dote agilitatis ornati in occursum prodibunt Christo venienti, & cum eo indicabunt nationes, & calcabunt impios. Deinde hortatur eos ad legem obseruandam, & pollicetur aduentum Eliæ ante diẽ iudicij, vt per eius prædicationem Iudæi conuertantur.

CAP. I.

ONus verbi Domini ad Israel in manu Malachiæ prophetæ: Dilexi vos, dicit Dominus: et dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, et dilexi Iacob? Esau autem odio habui, et posui montes eius in solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti. Quòd si dixerit Idumæa, Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus, quæ destructa sunt, hæc dicit Dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam: & vocabun tur termini impietatis, & populus, cui iratus est Dominus vsque in æternum. Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur Dominus super terminum Israel. Filius honorat patrem, & seruus dominũ suum: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus: dicit Dominus exercituum? Ad vos, ò sacerdotes, qui despicitis nomen meũ, & dixistis, In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te: In eo quod dicitis: Mensa Domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri: de manu enim vestra factum est hoc, si quo modo suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituum. Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituũ. Et vos polluistis illud in eo, quod dicitis: Mẽsa Dñi cõtaminata

Rom.9.

Psal.112.

nata est: & quod super ponitur, contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Et dixistis, Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit Dominus exercituum: & intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus. Nunquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus exercituum? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculũ, et votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, et nomen meum horribile in gentibus.

HISTORIA.

Onus verbi Domini. Malachi, post Haggæum, & Zachariam prophetauit, vt diximus in secundo præludio, sed templo iam consummato, vt docent Cyrill. & Theod. tametsi Hieronymus in hoc capi. bis dicat eum prophetasse antequam templum fieret. Sed prior sententia verior est, non solum quoniam nihil de templi ædificatione loquitur, vt ceteri, quemadmodum hi autores aiunt, sed etiam quoniam cap. secundo multis reprehendit eos, qui alienigenas vxores duxerant. Quo in loco Hieron. & Cyrillus, & alij consentiunt id esse illud, quod legimus Hesdræ. 9. &. 10. &, vt ex his duobus capitibus simul cum octauo intelligi potest, post mortẽ Darij regnante iam Artaxerxe cognitum videtur ab Hesdra. Quare factum apparet post prophetiam Haggæi, & Zachariæ sine dubio; triginta enim annos regnauit Darius post tẽplum perfectum, vt aiunt Eusebius in Chronicis, & Nicephorus Constantinopolitanus in Chronologia, & alij. Si autem ante cognouisset Hesdras, non distulisset correptionẽ in tempora Artaxerxis. Adde quod Haggæus, & Zacharias, cum cetera peccata rẽprehenderint, nihil de hac re dixerunt non præteriturí tantum scelus, si tunc fuisset admissum. Templum autem sexto anno Darij absolutum est Hesdr. 6. & quarto anno eiusdem prophetauit Zacharias, quod cap. 7. scripsit, fierique potuit, vt quædam ex ijs, quæ sequentibus capitibus continentur, post templi etiam consummationẽ vaticinatus fuerit.* De onere diximus Nahum. 1. n. 2. Adnotat autem Hieronymus grauem quidem esse prophetiam, quia onus, & põdus appellatur, sed habere aliquid consolationis, quia non dicitur onus contra Israel sed, Ad Israel, sicut aliud est ad aliquem scribere, aliud contra aliquem. Israel nunc vocat omnes, qui ex captiuitate Babylonica redierãt. Hieronymus: Sciendumq; quod abducto in captiuitatem Israel, idest, decẽ tribubus, indifferenter pristino nomine duæ tribus Iudas, & Beniamin appellentur Israel, &c. Quod intellige, nisi forte de eo tempore sit sermo, quo diuisæ erant decẽ tribus à duabus; vel de diuisione, quę postea etiã fuit inter illas, tũc eñ eodẽ modo loquiẽ scriptura, ac si nõ essent ductæ in captiuitatẽ decẽ tribus, vt Zach. 11. Vt dissoluerem germanitatem inter Iudã & Israel.

In manu Malachiæ, id est, Loquẽte ad eos, & prophetante Malachia. De manu diximus Hag. 1. n 5. & 6. Pro Malachiæ, in Hebr. est מַלְאָכִי, id est, angeli mei, Lxx verterunt: In manu Angeli eius, in Hebraico nomine pro iod legentes vau. Inde Clemens Alexandrinus in primo Stromate inquit: Prophetabant Haggæus, & Zacharias, & vnus de duodecim, qui dicitur angelus, & Aug. 20. de Ciu. c. 25. Malachi (ita enim legendum est, non Malachiel siue Malachias) qui & Angelus dictus est. * Inde etiam (vt Hieronymus refert in proœmio) Origenes, qui tria volumina Allegoricæ expositionis scripsit in hunc prophetam, angelũ fuisse putauit autorem huius prophetiæ, qui corpore humano assumpto ad Israel sit locutus. Quod nos (inquit Hieronym.) omnino non recipimus. Si enim Propterea angelus est, quia hoc eius nomẽ sonat, ergo Hoseas, qui saluatorem significat, & Ioel, qui interpretatur, Dominus Deus, siue Incipiens, non homines erunt, sed angeli, vel Dñs, atque saluator, &c. Cyril. etiam negat esse audiendos, qui hoc dicũt. Hebr. autẽ tã veteres, vt refert Hier in proœmio huius prophetæ, & in prologo duodecim, prophetarum quam noui, vt scribit R. Dauid, affirmãt hunc Malachiã esse Hesdrã Sacerdotem, & scribam. Alij alium esse volũt, vt Euseb. in Chronicis, Aug. 18. de ciu. c. 36. Et Cyrillus ait non esse audiendos, qui Malachiã Hesdram esse dicunt. Idẽ sensisse videtur Epiphaniꝰ in libello de vita ꝓpheta rũ, & Dorot. episcopus Tyri in Synopsi,

Malachias qui sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribunt enim eum fuisse ex tribu Zabulõ, natũ in Sopha eiusdem tribus oppido post reditum populi è Babylone, nomenque angeli habuisse à moribus,& à forma egregia, qua præditus erat. * Verum Hebræorũ opinioni subscribunt Hieronymus, & Rupertus, & communior sententia. Augustinus quidem.20.de Ciuit.cap.25. retulit hãc Hebræorum opinionem, citato etiam Hieronymo, sed tantum retulit. Et sæpè eam confirmat Hieronymus, vt cap. 2. in illud. Quia angelus Domini exercituum est. Exponit, inquit, nomen suum Hesdras sacerdos Dei,hoc est,Malachia. Et postea: Corripit itaque eos Hesdras propheta,& cap.3. in illud: Reuertimini ad me. Et in principio diximus Malachi, prophetam Hesdram sacerdotem debere intelligi, omniaque,quæ in illius scribuntur historia, in hoc quoque volumine contineri. Argumẽtum horum autorum est, quod proximis verbis Hieronymus indicat, Malachiam cap. 2.agere de sacerdotibus, qui alienigenas vxores duxerant, & grauiter in illos inuehi, idemq; inueniri in libro Hesdrę, cap.9. Ego Hebræis assentior, quod hanc traditionem, quam à maioribus suis habebant, Hieronymus, & multi alij probant, quæ hac ipsa coniectura,quam nunc explicabimus, nonnihil adiuuatur. * Habeo autem nõ leue argumentum, quod Ecclesiasticus cum viros insignes laudet, in eisque Zorobabelem, & Iesum filium Iosedec,& Nehemiam,qui post Hesdram venit ex Babylone, nusquã Hesdræ meminit, quem certè non omisisset, nisi iam in eodem ca.49.cum alijs prophetis laudasset dicens: Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo, nam corroborauerunt Iacob,&c. ex quo colligitur eum fuisse vnum è duodecim prophetis. Adde quod Haggæi, & Zachariæ mentio fit in libro Hesdræ,cap.5.&.6.Malachiæ autem non fit, nisi in apocryphis Hesdræ libr. 4.cap.1.vbi cum ceteris minoribus prophetis nominatur. Et certè cum eo tempore vixerit, quo res ab Hesdra scriptæ gerebantur,non prꝑteriretur,nisi ipse esset Hesdras, præsertim cum præter eum, & Haggæum, & Zachariam,nullum tunc prophetam extitisse sciamus. Nec patres, qui aliud sensetunt, mouere nos debent, cum enim Hebræorum literas, & traditiones non legissent,neque id in Scriptura inuenissent,non habebant vnde eundem esse Hesdram, & Malachiam dicerent. *Hoc magis mouere potest Hesdrã Scribã, & Sacerdotẽ dici in sacris libris, nusquã vero propherã,nusquã Malachiã. At nihil refert, dũ enim nõ prophetat, sed sacerdotis, & scribæ gerit officiũ, recte sacerdos, & scriba, & Hesdras dicitur:cũ autẽ vaticinari incipit, iure dicitur Malachias.i.angelus,siue nũtius Dei,ab officio enim hoc nomẽ habuit, vt ait Cyrill⁹. Quãuis beatus Isidorus in libro de Patrib⁹ veteris testamẽti,& Epiphani⁹ in libello indicato, angelũ etiã dictũ fuisse confirment ex sentẽtia Iudæorũ, quod quæcũq; prædicaret, confestim angelo de cœlis veniente confirmarẽtur. Hoc,si verũ est,probat etiã quod dicimus, nomen Malachiæ ei datum postquã ꝓphetare cœpit. Quãuis frequens est in Scriptura, vt alicui duo nomina habẽti nomẽ semper tribuatur vsitatius,ita, vt alterum nomẽ penitus fuerit ignorandũ,nisi occasione aliqua in alio Scripturæ loco fuisset indicatũ. Vt Azariã,de quo.4.Regũ 15.nesciremus dictũ esse Hozziam, nisi ex.2. Paralip.26. didicissemus. Et Zach.6. vocatur Helem, qui paulò ante dictus erat Holdai, & Hen vocatur, qui dictus erat Iosias, quæ nomina ignoraremus, nisi à Propheta fuissent vsurpata tanquam ad id, quod agebatur,aptiora,vt suo loco diximus. * Legimus.1.Mach.2.Et habebat filios quinq; Iohãnem,qui cognominabatur Gaddis,& Simonẽ,qui cognominabatur Thasi,& Iudã, qui vocabatur Machabæus, & Eleazarum, qui cognominabatur Habarõ, & Ionathã, qui cognominabatur Apphus. At nusquã hæc secunda nomina legas, præter Machabæũ, sed Simon, Iohãnes, Eleazarus, Ionathas. Dicamus ergo Prophetam nostrũ nomẽ Malachiæ hic assumpsisse, aut quod ante ꝓphetiã nõ haberet:aut si habebat, semper dictũ esse Hesdrã, ꝙ illud esset nomen vsitatius: hic autẽ maluisse dici Malachiã, quòd hoc nomẽ officio,quo nũc fungebatur, esset aptius, quasi voluerit ostẽdere se, ceu angelũ quendã, & nuntiũ pacis ad eos mitti à Deo,vt agẽtes pœnitentiã cũ eo redirẽt in gratiã, & imminẽtia mala vitarent. Atq; ita.c.3.Iohãni Baptistæ propter simile ministeriũ idem nomẽ attribuit: Ecce,ego mitto angelum meum,pro quo est in Heb. Ecce,ego mirto Malachi.

Dilexi vos. Aposiopesis figura videtur mihi in his verbis inesse, atque ita illa dici, ac si dolor plura addere non sinat. Videbatur enim

enim dicturus: Semper dilexi vos, & vos pro hac dilectione mihi nihil aliud, quam peccata rependitis.Hieronymus:Et dicendo, Dilexi,præsens negat cum præteritum confitetur. Quasi dicat: Iam non diligo vos,nec benefacere vobis volo, quia peccatis in me. Non tamen Hieronymus his verbis regulam in vniuersum tradit, sæpe enim præteritum includit & præsens, vt adnotauit,qui putatur Ambrosius in epist. ad Roma. capit.1. vt tradidit eos in reprobum sensum,& nunc etiam tradit. Psalm. 1. Beatus vir,qui non abijt in consilio impiorũ, &c id est. Qui neque abijt,neq; abit.

Et dixistis: In quo dilexisti nos? Tam ingrati estis, vt amorẽ meũ,& beneficia nõ agnoueritis,sed dixeritis: Qua in re, quo insigni beneficio declarasti amorẽ tuũ erga nos?

Nonne frater erat Esau Iacob. Cyrillus Quia cum dixit Deus:Dilexi vos,erat valde probabile recordari eos captiuitatis superioris,& calamitatum,quas Deus illis intulerat,atque ita dicere: In quo dilexisti nos? Deus prudentissimo consilio prætermittit silentio,quæ acciderant, refertque, ac reuocat demonstrationem dilectionis erga Iudæos ad principium, & originem generis,id est,ad Iacob,&c Est autem sensus: Cũ ex eodẽ patre geniti sint Hesau& Iacob & ideo mihi æque cari futuri viderẽtur,tamen antequam nasceretur Iacob, eum dilexi,in eoque eius posteritatem,Hesau autem odio habui, & in eo eius posteros. Atque vt explicet,quid sit odio habuisse, ait: *Et posui montes eius solitudinem*, id est, feci vt eius vrbes, quæ in montibus conditæ fuerant,vt vidimus in Habdia, (est enim tota illa regio plena montibus) à Chaldæis vastarentur(de quo in eodem Habdia multa diximus)& draconibus deserti habitandæ traderentur: Vos autem, etiam si capti ab eisdem Chaldæis fueritis,reuersi estis in patriam vestram, eamque tranquille incolitis.Ex quo videtis quam vetus meus amor, & quantus fuerit in vos. Hæc est communis huius loci explanatio: in qua illud etiã notandum in quibusdam codicibus habetur:Et posui Sehir montes eius,sed neque in Heb.neque in Græco,neque in Chaldęo legitur Sehir. *At vero hæc verba citat Apostolus Rom.9 in hũc modum. Cum enim nondum nati fuissent,aut aliquid boni egissent,aut mali,vt secundum electionẽ propositum Dei maneret,non ex operibus,sed ex vocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: Iacob dilexi Hesau autẽ odio habui Quibus verbis beatus Apostolus altiorem hic sensum latere ostendit,cum ex sanctorũ patrũ sentẽtia de prædestinatione,& reprobatione loquatur. Mihi olim Paulus Allegorice videbatur verba Malachię accepisse,nam Historice,ita vt iam diximus,videntur explicanda;& Hieronymus idem subindicat dicẽs: Quem locum Apostolus Paulus mystica disputatione euentilans scribit ad Romanos, &c Verum nunc Historico sensu citata esse à Paulo existimo,quod & Paulus Burgensis sensit in additione. 1. huius capitis. Quasi dicat: Vultis magnum meæ dilectionis argumentum? Ab æterno dilexi Iacob,& eius posteritatem sine vllis meritis,sed bonitate mea;Hesau autem reieci, & eius posteros. Vobis dedi circumcisionem,legem,prophetas,templum,sacrificia, vt vitam æternam consequeremini,illis nihil horum dedi. * Sed posteri Iacob non sunt intelligendi omnes,qui sunt ex eo secundum carnem,sed qui eius fidem, & pietatem imitãtur,vt in eodem capite docuerat idem Apostolus Non enim omnes,qui ex Israel,ij sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ,omnes filij.Similiter posteri Hesau illi intelligunt,qui sunt ex eo secundum carnem,& eius impietatem imitãtur. Deinde in his omnes reprobi, in illis omnes electi significãtur. At quorsum subijcit: *Et posui montes eius in solitudinẽ?* Quid hoc ad reꝓbationẽ Hesau? Tãquam signũ ꝓponitur, ac si diceret:Hãc reprobationẽ facile ex eo poteritis intelligere, qđ eos separaui à populo meo,& in tot peccata lapsi sunt,vt vrbes eorũ sint sine habitatore,& euersæ,hodieq; ipsi exulẽt.Vos autẽ adduxi in patriã vestrã,& ad me per prophetas vocare non cessso. Vel simpliciter ita accipi potest. Reieci eũ, & insuper temporalibus calamitatibus affixi,vos autẽ elegi,& semper foueo. Eode modo puto esse intelligendũ quod ex Gene.25. Simul retulit Apostolus: Maior seruiet minori: Quod & in tẽporalibus verũ est,vt docet Aug.q.73 in Genesin quã doquidẽ licet Hesau nõ seruierit Iacob,Idumæi seruierunt Iudęis tempore Dauidis,& Salomonis 2.Reg.8 vsque ad tẽpora Ioram regis Iuda, quibus iugũ de ceruicibus suis excusserunt iuxta prophetiã Isaac,Gen.27. Sed multo magis in spiritualibus hoc cer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

12 nitur. * Nam omnes reprobi deseruiũt electis,& eorum causa sustinẽtur à Deo: sicut Gabaonitæ manserunt cum populo Dei, Iosuæ nono, vt illi ligna, & aquam portarent. Ita reprobi sunt in hoc mundo, vt prædestinatis odio suo prosint,& eos exerceant, purgent, cœloque dignos reddant. Quam rem latè, & eleganter explicat Augustinus, sermone.78. de tempore, his verbis: Quomodo ergo mali seruiunt bonis? Quomodo persecutores martyribus, quomodo limę, vel mallei auro, quomodo molæ seruiunt tritico, quomodo panibus coquendis fornalia, vt illi coquantur, illa consumantur, quomodo in fornace aurificis palea seruit auro, vbi sine dubio palea consumitur, aurum probatur,&c. Ita, vt dixi, intelligit hanc prophetiam Geneseos idẽ Augustinus.16.de Ciuit.cap.35. Et vtrumq; locum Geneseos,& Malachiæ ita prorsus videtur intelligere libr. 1. Quæstionum ad Simplicianum, quæst.2.& in Enchiridio, ca.98. & Epist.105.ad Sixtum,& multis alijs in locis. Sed quæris, cur Hieronymꝰ dixerit Apostolum euentilasse hunc locum mystica disputatione: sanè mysticam vocauit absconditam,& aliud significantem, quam prima fronte verba videbantur, quomodo sancti vocare solent sensum Historicum spiritualem, aut mysticum, cum absc̃ditus est, nec id significat, quod verba sonant.

13 *Quod si dixerit Idumæa: Destructi sumus.* De Idumæis, qui sint, diximus latè in Habd.nu. 2.& sequentibus. Hoc autem nunc ait: Fortasse sperabunt Idumæi, se soluta captiuitate in patriam redituros, vt vos, ædificaturosque vrbes à Chaldæis euersas. At si ipsi ædificauerint, ego, quæ ædificauerint, destruam, ita, vt in hoc supplicio maneat in æternum memoria peccatorum eorum; ita enim vastati, & deserti manebunt eorum termini, vt ex illa pœna intelligatur impietas Idumæorum, & termini ipsi vocentur termini impietatis, id est, terra impia,& maledicta: & ipsi appellabuntur populus, cui iratus est Dominus. Hoc in loco difficilis quæstio est, quam plerique prętereunt, quando expleta fuerit hæc prophetia, & quomodo expleta sit, id est, an omnino sublati sint Idumæi, & in æternum perierint, vt plane vaticinari videtur Malachias, & idem videmus in Habdia, & in Ieremia, cap. 49? Non est dubium Idumæos captos à Chaldæis iterum in patriã suam redijsse; legimus enim primo Machabęorum quinto: Et debellabat Iudas filios Hesau in Idumæa. Ex quo intelligimus non aliam gentem tenuisse tunc Idumæam, sed eandem, quæ prius tenuerat, nempe posteros Hesau, siue Edom, à quo dicti sunt Græcis,& Latinis Idumæi. Et secundo Machabæorũ decimo, Iudas cepit multas eorum vrbes, 14
& multa millia occidit. * Hic igitur impleri cœpit prophetia Malachiæ, quæ enim ipsi à captiuitate reuersi ædificauerant, Dominus cœpit destruere per Iudam Machabæum. Paulò post cum fortasse vrbes,& munitiones refecerant, Hyrcanus filius Simonis fratris Iudę Machabæi grauiter eos afflixit. De quo Iosephus filius Gorionis libro quarto historiarum Iudaicarum, cap. quarto, hæc scripsit: Et proficiscens inde venit in terram Edom, & percussit Debiram, atque Maresam ciuitates Idumæorum, humiliauitq; superbiam Edom subijciens eos seruituti tributi vsque ad tempus captiuitatis. Vinxit enim, & ligauit eos, compedibusque circumcisionis constrinxit eos circumcidens carnem præputij eorum: & ab illa die & deinceps fuerunt circumcisi, & obseruabant legem Iudæorum vsque ad tempus captiuitatis, id est, donec Ierusalẽ vastata est à Tito. Idẽ refert alter Iosephus 13.Antiquitatum, cap.17. Habemus itaque mansisse Idumæos vsque ad vltimum excidium Ierusalem. Inde legimus Mar.3. venisse ad Christum ab Hierosolymis,& ab Idumæa, & trans Iordanem. Veniebant, scilicet, vt Iudæi, quoniam & filij Abraham erant,& circumcisionem, legemque obseruabant. * Inde etiam legimus in Iosepho, 15
libro quarto de bello Iud.cap.6.&.7. viginti mille Idumæos cum quatuor ducibus venisse in Ierusalem cum obsidebatur à Romanis, & multis Iudæis occisis in patriam redijsse. Nec tamen tunc, vt hostes venerunt, sed vt fratres, vocati in auxilium à factione vna ciuium, vt est apud eundem Iosephum. Sed iam diu cõpleta est omnino prophetia, nulli enim iam sunt Idumæi, nec vllum extare videtur vestigium illius gentis, aut posteritatis Hesau. Nam quod Iudæi dicunt Romanos ex Idumæis oriundos esse, fabulam stultam,& ridiculam esse demonstrauimus in Habdia numero. 2.& sequentibus. Verum habent hęc & sensum altiorẽ, nempe reprobos ęternis pœnis esse puniẽdos, & æternũ futuros testimonium

An penitus excisi fuerint Idumæi.

diuinæ

diuinæ iustitiæ: Sicut de illis verbis diximus: Iacob dilexi,&c. Quem omnium horum verborum sensum accipimus ex citatione illa Pauli. Rom. 9.

Et oculi vestri videbunt. Cum summa voluptate spectabitis hostium vestrorum ruinã. Quam phrasin explicauimus in Habd. nu.64. Quamuis & ad res ipsas Iudæorum hoc referri potest: Videbunt oculi vestri quod modo dicam, id est, Latitudinem terminorum vestrorum. 16

Manificetur Dominus super terminum Israel, ideſt, Laudetur ab omnibus Dominus, qui tam amplos terminos reliquit Israeli, cum Idumæos suis terminis excluserit. Hoc dicit, quoniam temporibus Machabæorum, & successorum multum dilatauerunt Iudæi fines suos, vt copiose ostendimus in Hab.n.89.& sequentibus. Sed potissimum dicitur propter dilatationem Ecclesiæ, & maxime propter multitudinẽ prędestinatorum, quo modo iam expositum est.

Futura apud Heb. pro debito decoro iudicat.

Filius honorat patrem. Prosequitur quod cœperat,& de sacerdotum peccatis queritur, à quibus, cum pater,& Dominus vocaretur, nec honorabatur vt pater, nec timebatur vt Dominus. In Heb. est: Filius honorabit patrem,&c. ideſt, honorare debet, nã futura apud Hebræos sæpe debitum indicant, ac decorum, vt Gen.20. Quæ non debuisti facere, fecisti nobis: Vbi interpres apertius dixit quod in Hebræo legimus: Opera, quæ non fient, fecisti nobis, Chaldæus: Opera quæ non erant digna fieri, fecisti mecum. Et capit.18. Non est hoc tuum, qui iudicas omnem terram: nequaquam facies iudicium hoc, id est, non æquum est, vt facias. Malachiæ. 2. Labia sacerdotis custodient scientiam, id est, custodire debent. * Ita etiam illud intelligitur Matt. 16. Absit à te Domine, non erit tibi hoc, id est, Non est æquum, vt innocens ista patiaris. Et Gen.34. vbi habemus: Et irati sunt valde eo quòd rem fœdã operatus esset in Israel, & violata filia Iacob rem illiciram perpetrasset, in Hebræ. est: Et irati sunt valde eo quod stultitiam fecisset in Israel, vt dormiret cum filia Iacob,& sic non fier. Lxx. Et sic non erit. Chaldæus: Et sic non debuerat fieri. Itaque cum noster interpres, & Lxx verterunt: Filius honorat patrem, &c. ita accipiendum est, ac si diceret: Officium filij est, debitum filij est honorare patrem. Ambrosius sermo.43. Hoc est: si seruus es, 17
redde domino timoris obsequium, si filius exhibe patri pietatis affectũ. Hieronymus: Consideremus quod seruus, ac filius in scripturis sanctis voluntate fiat, non necessitate naturæ. Qui enim spiritum adoptionis acceperit, in filium Dei vertitur: qui autem spiritum seruitutis in timorem Dei, seruus efficitur. Vult itaque primum Deus, vt filij eius simus,& bonum voluntate faciamus: si hoc consequi nolumus, vt saltem seruos nos habeat,& à malis saltẽ per suppliciorũ formidinem recedamus. Ex quo intelligimus iuxta Hiero.& Cyrillum, Prophetam loqui de timore seruili, probarique hinc bonum esse timorem seruilem secundum substantiam suam.

In quo despeximus nomen tuum? Quã vnquã in re non te honorauimus? Dissimulationis impudentia vulnus conscientiæ protegunt, vt ait Hiero. 18

Offertis super altare meum panem pollutum. Hieronymus altare dici cẽset mensam propositionis, in qua panes ponebantur, eosq; pollutos dici, quia ex quolibet frumento conficiebantur, cum iuxta eorum traditionem fieri deberent ex frumento, quod ipsi fererent,& meterent,& molerent,& coquerent. Vatablus negat vertendum fuisse. Panem pollutum, quia panes propositionis non ponebantur super altare, sed super mensam huic vsui proprie dicatam. Ipse vertit: Oblationem pollutam. At cum לחם proprie panem significet, atque ita Lxx,& veteres interpretes verterint, quid venit Vatablo in mentem, vt bene conuersum esse negaret? Quid panis hoc loco significet dubitari potest, sed panem verti debere non est dubium. Sicut cum ait Paulus: Eũ, qui peccatum non nouerat, pro nobis peccatũ fecit; quæret pius lector, quo modo peccatum CHRISTVS fiat, sed an ita verti debuerit, non quæret. * Prudentius sane R. Dauid, à quo ille hoc desumpsit, qui dixit panis nomine Sacrificium, & munus significari. Quamuis nec hoc verum est: Dicimus ergo nihil esse necesse vt nomen à significatione sua abducamus, proprie accipi potest, & melius ita accipitur. Pro Hieronymo respondemus altare etiã mensam dici propter similitudinem. Vt Ezec. 41. Altaris lignei trium cubitorum altitudo,&c. Et locutus est ad me. Hęc est mensa corã Domino. 1.Cor.10. Nõ potestis mẽsæ Domini participes esse,& mensæ dæmo- 19

* — 1.Cor.5.

Altare, & mensa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niorum, id est, altaris Dei, & altaris idolorum, vt interpretatur Concilium Tridentinum, Sess. 22. cap. 1. Et vicissim mensa vocatur altare eadem ratione: quod in hoc loco fieri manifestè ostendit id, quod sequitur: Mensa Domini contaminata est. Adiuuat hunc sensum nonnihil versio Lxx interpretum, & Aquilæ, & Symmachi, vt refert Theodoretus, qui verterũt: Panes pollutos. At possumus facile, & expedite, & propriè exponere de panibus sacrificiorũ, qui offerebantur super altare, vt videmus Leuit. 1. 6. &. 7. quemadmodum exposuit Cyrillus. Iuxta hunc sensum panis pollutus est non seeũdum legem factus, & paratus, quia non obseruabantur ea, quæ locis indicatis præscripta erant.

20 *In quo polluimus te?* Deus dicitur pollui, cũ ei polluta munera offerũtur, quia eo facto sacerdotes testantur se non magni facere Deum, & contemptibilem eum reddunt apud populum. Cum ergo ait: Offertis panem polluti, perinde est, ac si dixisset: Polluitis me, hoc est, ignominia me afficietis, contẽnitis me. Et tamẽ quasi nulla me iniuria afficiatis, panes pollutos offerẽtes, quẽritis in quo me polleueritis. Est autẽ, ac si dicerent: Etiam si panes non sint prorsus secundum legem facti, nunc ideò aliquid honori nominis tui detrahitur? Propterea respondet: *In eo, quod dicitis: Mensa Domini despecta est*, hoc est: Non est tanti momenti mensa propositionis, satis est qualeslibet panes in ea ponere, vt: Despecta ponatur pro Cõtemptibilis, quod fieri sæpe apud Hebræos ostendimus Sopho. 2. nume. 2. Velut proprie sit participium præteriti, & sit sensus: Non primi nos despicimus mensam Domini, à patribus nostris similiter despecta est. Sed rectè etiã mensam accipiemus pro altari, sicut postea in hoc cap. Et vos polluistis illud in eo, quod dicitis: Mensa Domini contaminata est; putabant enim altari deesse religionis sanctimoniam, quia deerat ædificationis ambitio, vt ait Hieronymus.

21 *Si offeratis cæcum ad immolandum.* Docet præterea in quo pollucrent sacerdotes nomen Dei, quod scilicet vilissima quęque ex animalibus offerebant, id est, cæca, & clauda, & languida, quod Dominus prohibuerat Leuit. 22. Languidum autem dicit ægrotans animal.

Nonne malum est? Certè malum est, & à me prohibitum, & tamen vos id facitis in iniuriam meam, & polluitis me. Hoc autẽ de victimis intelligi potest, quas populus afferebat quidem ad sacerdotes: sed sacerdotes minime accipere tales debebãt, quoniam contra legem erant. In eo etiam peccabant sacerdotes, quod fortè viliores victimas, quarũ partem accepturi non erant, offerebant in holocaustum, & cremabant, eæ autem, quæ sibi obuenturæ erant, curabant, meliores vt essent. Potest etiam intelligi de victimis, quas pro se offerebant sacerdotes iuxta legis præcepta, quod tunc peiores offerrẽt, id est, cæcas, & claudas, & languidas, contra Domini præceptum Leuit. 1. 2. &. 3. Et fortè de vtrisque loquitur Propheta.

Offer illud duci tuo. Tunc non habebant regem, sed ducem, ita enim vocatus est Zorobabel, Hagg. 1. 22

Si placuerit ei. Argumentum est à maiori ad minus. Non audebis offerre duci tuo, quoniam scis ei minimè placiturũ: & mini offerre audes? Est autẽ phrasis Hebræorum, vt coniunctio, Si, cùm verbis iurandi expressis, aut subintellectis vim habeat negationis. Vt Psalm. 88. Semel iuraui in sancto meo: si Dauid mentiar. Et. 94. Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam. Et Psal. 131. Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei. Nunc autem cum dicit: *Si placuerit ei*, subintelligitur more Hebrẽorum verbum iurandi, aut simile quippiam, id est, minimè placebit ei. In Hebræo est: Numquid placebit ei. 23

Aut si susceperit faciem tuam. Non suscipiet faciem tuam. Hebręus: Aut numquid susciplet faciem tuam. Suscipere faciem alicuius, est benigne eum, & amice intueri, & petita ei concedere. Iob. 42. Iob autem seruus meus orabit pro vobis, faciem eius suscipiam, vt non vobis imputetur stultitia. Ibidem: Et suscepit Dominus faciem Iob. Suscipere faciem.

Et nunc deprecamini vultum Dei. State ante Deum, & eum precamini, & peccatorum veniam petite. Significat autem cum hoc dicit (vt docet Cyrillus) Deum iratum auertisse faciem suam. Sciendum est autem vultum, Hebr. פָּנִים in Scriptura sæpe in malã partem accipi, id est, pro facie irati, vt Psal. 20. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui. Psalm. 33. Vultus autem Domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Ita, *Deprecamini vultũ* Vultus.

Dei,

Dei, idem est atque, Placatè Deum iratum.

De manu enim vestra factum est hoc. Hieronymus: Vos enim hæc, quæ dixi, vniuersa fecistis. Quasi dicat: Negare non potestis taliavos in Deum fecisse.

Si quo modo suscipiat faciem vestram. Hac dubitatione tacitè eos hortatur, vt ardentius orent, & ex animo agant pœnitentiam, vt ita veniam impetrent. Qui enim dubitat, difficultatem rei ostendere vult, & spem impetrandi præbet. De huiusmodi dubitationibus diximus Ioel. 2. numero. 22.

TROPOLOGIA.

24 Israël, id est, prævalens aduersus Deum, (vt late ostendimus Hos. 12. nume. 4) & luctator fortis, & qui angelum dimittere noluit, donec ab eo benediceretur, fortes viros, perfectosque indicat, qui quasi cũ Deo luctantur cum laboribus, & calamitatibus ab eo immissis nequaquam deijciuntur, & corruunt, sed fortiter in officio manent, & Deum, vt antea, colunt. Qui, si quando pro humana infirmitate, ab ea magnitudine animi degenerauerint, & ad peccata redierint, *Onus Domini est ad Israel in manu Malachiæ*. Non quidem cõtra illos, quibus Deus beatitudinẽ parauit, & quos scit fore aliquãdo reuersuros, sed ad illos, vt amice admoneantur, & peccatum agnoscentes, citò ad eum redeant, à quo male receſſerant. Meritò autem *in manu Malachiæ*, id est, angeli mei, quoniam æquo, immò & gratissimo animo ferre debemus, cũ corripimur, & quid vitij in nobis sit, cõmonemur, neq; quasi hominem audire debemus, sed angelum Dei existimare eum, per quem peccata nostra cognoscimus. Vere enim nũtius Dei est, per quem Deus ea in nobis reprehendit, quæ nos aut reprehensione digna esse nõ putabamus, aut nunquã, nisi admoniti corrigeremus. * Quid nobis prodest, si abscondimus, vt homines peccatum nostrum? Num ideo peccatum nõ habemus, quia non detegitur? Num ideo Deo abscõdimus, aut iram eius fugimus, aut meliores efficimur? Quid agimus fugientes admonitores, nisi vitia fouere, alere, seruare? Melius est, inquit, Salomon, à sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi. Et vir sanctus ex animo ait: Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleũ autem peccatoris nõ impinguet caput meũ. Vt ergo amara pharmaca ebibimus, & dulcia saluris spe fiunt, nec illis irascimur, qui aut attulerunt, aut nobis propinãt, sic correptiones, tametsi veteri homini insuaues, vtiles ad salutem eiusdem salutis spe, & desiderio excipiamus, nec corripientibus irascamur, sed eos, quasi angelos Dei amem⁹, sicut de Galatis ait Paulus: Sed sicut angelum Dei excepistis me. *Dilexi vos, dicit Dominus.* Hoc etiam Deo tacente creaturæ clamant, quid enim habemus boni, quod beneficium Dei non sit, & manifestum eius erga nos amoris testimonium? Cœlũ, terra, mare, aues, bestiæ, elementa, arbores, herbæ, denique quidquid videmus, cuni omnia nostris vsibus deseruiant, testãtur quod nunc ait: *Dilexi vos.* * Hinc Paulus grauiter, & sapienter: Equidem, inquit, non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciẽs de cœlo, dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & lætitia corda nostra. Si autẽ ad maiora beneficia veniremus, quæ salutem generis humani continent, quis esset finis enumerandi? Bernardus serm. 16. in Cant. Confundor, confundor audire: Si ego pater, vbi est honor meus? sed & si pater nõ esser, obrueret me beneficijs. Instaurat aduersum me testes (vt alia innumera taceam) huius corporis victũ, & vsum temporis huius, & super omnia sanguinem dilecti filij clamantem de terra, &c. Quare insignis stultitiæ argumentum est, quod dicunt: *In quo dilexisti nos.* O cæcas mentes, & ingratas? Quanto verius dicerẽt: In quo nõ dilexisti nos? Impiorum est diuina beneficia nolle agnoscere, ne cogantur se ingratissimos, & sceleratissimos confiteri. Contra pij se, & alios ad Dei laudes adhortãtur, & dicunt: Venite adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum, qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster. & nos popul⁹ pascuæ eius, & oues man⁹ eius. *Dilexi Iacob*, & ex Iacob feci Israël ex humili conditione in sublimẽ eum euexi, vt eũ angelo luctaretur, & nõ vinceretur, sed benediceretur, & in semine eius benedicerentur vniuersę tribus terrę. Semper Dei amor nos erigit, & altius ꝓuehit, & in hoc amat, vt diuiores, & beatiores efficiat. * Atqui ab eo non amantur, nihil habent firmum, aut tutum, sicut de Hesau ait: *Et posui montes eius in solitudinem, & hæreditatem eius in dracones deserti.* Montes muniti sunt, & ad iniuriam aduersariorum sustinendam, atque etiam

25 Malach. 1. 7. Psal. 1. 20.

26 Act. 14.

27

Universidad de Deusto
Biblioteca

repellendā,aptiſsimi. Cum ergo Deus malos propter peccata ſua affligit, eiſque adimit diuitias,& potētiam,ceteraque peccatorū inſtrumēta,quibus confidebant,montes eorum ponuntur in ſolitudinem. Et cū hæc in poteſtatem peruerſorum hominū, & noxiorum,aliiſque veneno ſuę impietatis nocentium venire ſinit, tunc ponit eorum hæreditatem in dracones deſerti. Huiuſmodi enim homines malitioſi, & callidi,& in alios venenoſi meritò dracones deſerti dicūtur, id eſt, magni,& feri.Sed reprobi, neque his flagellis admoniti reſipiſcunt,immò quantam poſſunt,operā dant, vt rurſum poſsideant, quæ amiſerant. Vt poſsint animo,& voluptatibus,ac ſceleribus ſuis indulgere,& quaſi pugnare cum Deo volunt dicentes: *Deſtructi ſumus,ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt.* * Verum nihil proficiunt,quia,quæ ipſi ædificare volūt, Deus deſtruit, vt vel inuiti redeāt ad ſe,& nouam vitam inſtituant. Tale eſt illud Iſaiæ: Et ſciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam,in ſuperbia,& magnitudine cordis dicentes:Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus: Sycomoros ſuccīderunt,ſed cedros immutabimus, & eleuabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos eius in tumultū vertet, Syriam ab Oriente,& Philiſthijm ab Occidente, & deuorabunt Iſraël toto ore.Quod ſi neque ita ad pœnitētiam conuertuntur, temporalibus ſupplicijs æterna ſuccedent, & terra eorum vocabitur terra impia, & maledicta, & ipſi populus,cui iratus eſt Dñs. Iuſti autem videbūt terminos ſuos dilatari,& ſe à Deo nouis beneficijs angeri,& dicent: *Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſrael*, de quo multa diximus Hamos.6.num.9.& ſequētibus. Quod autem ait: *Filius honorat Patrem, &c.* totum morale eſt iuxta Hiſtoriam, & quoniam iam ad ſacerdotes conuertit orationem,& illi ſacerdotes typus noſtrorum ſunt,nō poſſumus, quæ ſequuntur de alijs, quam de ſacerdotibus interpretari. * Hieronymus: Corripit ſermo diuinus Epiſcopos, atque presbyteros,& diaconos negligentes. Et poſtea: *Offertis ſuper altare meum panem pollutum.* Pollnimus panem, id eſt, corpus Chriſti,quando indigni accedimus ad altare,& ſordidi mundum ſanguinem bibimus,& dicimus: *Menſa Domini deſpecta eſt.* Non quod hoc aliquis audeat dicere,& quod impie cogitat, ſcelerata voce proferre, ſed opera peccatorum deſpiciunt menſam Dei,&c. Panis mundus eſt,& omnis munditiæ cauſa,& menſa Domini honorabilis eſt hominib⁹, & angelis, ſed vos offertis panem pollutū, quia, quantum in vobis eſt, polluitis illud, & iniuria afficitis, & mēſam honorabilem deſpectam facitis. Hoc melius intelligetur, ſi meminerimus adnotatum eſſe Hamos 9. num. 5. iuxta Scripturæ conſuetudinem, nonnunquam dici fieri illud, quod non fit quidem, ſed fieri tentatur. Hi ergo Deum polluunt, quoniam (vt eſt apud Gregoriū, hom. 17. in Euang.) nullum ab alijs maius præiudicium, quam à ſacerdotibus tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem poſuit, dare de ſe exempla prauitatis cernit,&c.Et Dominus ait:Omnis homo,qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea,quę conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſraël Domino, in quo eſt immunditia, peribit corā Domino. * *Siofferatis cæcum ad immolandum.* Aliud docet, in quo Dei nomen polluūt ſacerdotes. Ipſi, cum clerici fiunt, id eſt, ſors, & hæreditas Domini, Deo ſemetipſos offerunt, & nihil ſe aliud velle, quam Deum oſtendunt eo tempore dicentes:Dominus pars hæreditatis meæ,& calicis mei. Cum igitur, qui munus ſacerdotale ſuſcipiūt, ſiue Epiſcopi ſint, ſiue presbyteri,non ea didicerūt, quæ ſacerdotem ſcire,& docere par eſt,cæcum offerunt ad immolandum,cap.enim.2.ait Malachias: Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam,& legem requirēt ex ore eius,quia angelus Domini exercituum eſt.Cum nō ſe totos Deo tradunt, ſed volunt Deo ſeruire,& Mammonæ,& eo modo claudicāt, quo illi,quibus dixit Elias: Vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum: Si autem Baal,ſequimini illum: claudum offerunt. Cum auaritia tenentur, aut ambitione, aut libidine, offerunt languidum.Hæc ſi homini offerrent,indignaretur. Et quoniam multa huiuſmodi fiunt, Deuſque neminem vult perire, ſed peccatores vocat ad pœnitētiam, ad hoc ipſum ſacerdotes exhortatur: *Et nūc deprecamini vultum Dei, &c.* Agnoſcite, quam indigni ſitis tali miniſterio, ac ſuppliciter confitemini, quæ feciſtis,vt miſericordiam impetretis.

Leu.22.

Pſal.15.

3.Reg.18.

HISTORIA.

Quis eſt in vobis,qui claudat oſtia. Nemo veſtrum gratis in templo meo miniſtrat. Nō dico

pontifex, aut ſacerdos, ſed ipſi etiam ianitores, qui oſtia templi claudūt, aut qui ignem altari ſupponunt ad cremādum holocauſta, mercedem laboris ſui accipiunt, & decimis aluntur. Ita Hieronymus. Ac ſi dicat: Etiam ſi amore mei non rectè miniſtraretis,ſaltem pro mercede,quam accipitis,facere debebatis.Cyrillus: Cū decimas, & primitias accipiatis, cur negligenter Dei cultum curatis?

Non eſt mihi voluntas in vobis. Non placetis mihi, nec ſacrificia veſtra placent. Manifeſtè prædicit reijciendum eſſe aliquando populum Iudæorum cum ſuo ſacerdotio, & cum ſuis ſacrificijs,& gentes vocandas eſſe ad Euangelium, atq; earum ſacrificium acceptum Deo futurum. Euſebius libro.2.de Demonſtratione Euang.demonſtr.29.hæc verba refert cum huiuſmodi inſcriptione: Recuſatio gentis Iudaicæ, & corporalis ipſorum ex lege Moſis,adorationis reiectio ſpirituali introducta in omnes gentes adoratione per Chriſtum.

Ab ortu enim ſolis. In vniuerſo enim orbe ſumma religione adorabor à Chriſtianis, non in parua prouincia, qualis eſt Iudæa. Præſenti tempore vtitur pro futuro, vt certiſsimum eſſe declaret,quod dicit, & quaſi iam fieri.

Et in omni loco ſacrificatur. Vbiq; mihi offeretur nō pollutum ſacrificium, quale vos offertis, ſed mūdum,hoc eſt corpus,& ſanguis filij mei. Ita Hieronymus, & Auguſtinus.18.de Ciuit.cap.35.& Cyrillus,& Theodoretus,& reliqui patres exponunt.Ita Euſebius lib.1. de Demonſtratione Euang.capite ſexto.Iuſtinus Martyr in Dialogo cum Triphone. Cyprianus & ipſe Martyr libr.1. contra Iudæos, cap.16. Damaſcenus libr.4. de Fide Orthodoxa,cap.14. Chryſoſtomus in Pſalmum.95. hæc verba afferens ait: Vide quam luculenter,quamque dilucide myſticam interpretatus eſt mēſam, quę eſt incruēta hoſtia. Eodem modo interpretatur in oratione ſecunda contra Iudæos, coſq; vrget nunquam hanc prophetiam impletā eſſe,niſi in noſtro ſacrificio:ſacrificiū enim Iudæorum, neque in toto orbe oblatum fuiſſe Deo, neque offerri poſſe extra Ieruſalem lege prohibente,Deuter.16. Sed pleni⁹ hunc locum nobis expoſuit Conc. Tridentinum, Seſſ.22.cap.1.his verbis: Et hæc quidem illa munda oblatio eſt,quæ nulla in dignitate, aut malitia offerentium inquinari poteſt;quam Dominus per Malachiam nomini ſuo, quod magnum futurum eſſet in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit, &c. Arbitror etiam mūdam dici ab effectu, quod homines ſanctificet, & veniam eis,atque pœnitentiam, & bona omnia conciliet.

Et vos polluiſtis illud. Cum nomen meum in vniuerſo orbe ſit adorandum,vos polluiſtis illud, id eſt,deſpicabile hominibus reddidiſtis.Dicitis enim ſæpè: *Menſa Domini contaminata eſt*: menſam autem plane accipit pro altari, vt fit ex verbis ſequentibus manifeſtum. Et quod ſuper ponitur contemptibile eſt cum igne,qui illud deuorat.* Cū viderent inops altare, nec ita auro, & diuitijs inſtructum, quale ante fuerat,homines rudes,& craſsi contemnebāt altare, & quæ in eo offerebantur,vt ait Hieronymus. Cyrillus, Simplicius,& fortaſſe veri⁹ exponit, ita: Non dicunt hoc verbis, ſed factis; qui enim non adhibet honorem, quem debet, altari ſancto, factis dicit illud eſſe pollutū, & contemptibile, atque ita Hieronymus paulò ante interpretatus eſt illud: Offertis ſuper altare meum panem pollutum, vt diximus num.29.

33

Et quod ſuper ponitur,contemptibile cum igne, qui illud deuorat. In Hebræo ita legitur:Menſa Domini polluta eſt, & fructus eius contemptibilis. Fructum autem vocat panes, & cetera, quæ altari imponuntur in ſacrificium:idcirco Hieronymus vertit: Et quod ſuper ponitur,eodemque modo verterunt omnes interpretes. Pro eo autem, quod ait:*Cum igne, qui illud deuorat*, in Hebræo eſt tantummodo אָכְלוֹ, pro quo Lxx,& omnes recentiores interpretes tranſtulerunt: Cibi eius, aut Cibus eius, ac ſi diceret: fructum altaris voco cibos eius,ſiue,qui in eo ponuntur.Verum אֹכֶל cibum ſignificat,vt ipſi volunt, ſed ſecundo puncto mutato אֹכֵל ſignificat comedentem:& cum vtrūque intelligi poſſet, Hieronym⁹ maluit poſteriori modo accipere, & comedētem illud, ignē interpretatus eſt: & meritò,quoniam de ſacrificijs iam dixerat: Et quod ſuper ponitur. * Eadem ambiguitas eſt cap.3. in eōdem nomine in illis verbis:Et increpabo pro vobis deuorantem: vbi Lxx non, Deuorantem verterunt,ſed, Cibum, Chaldæus tamē,& recentiores interpretes tranſtulerunt,Deuorantem,quod & in hoc loco facere poſſent. Sed, cur ignem altaris

34

dicunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicunt esse contemptibilem? Quod nō tanta maiestate de cœlo datus esset, vt prior; sed ex aqua crassa incensus fuerat, vt legimus 2. Mach. 1. Iudæi, & recentiores respondent ignem esse contemptibilem, quia non erat de cœlo, vt ille, quem ante habuerant; sed nos id falsum esse demōstrauimus Haggæi. 1. num. 11. & sequentibus.

Et dixistis: Ecce de labore. Omnibus hoc dicitur, vt superius interpretati sumus, id est, sacerdotibus, & Laicis, quod viles, & contemptibiles victimas afferrent ad immolādum: atque hoc excusabant dicentes: *Ecce de labore*, id est, vix hæc animalia, qualiacunque sunt, offerre potuimus propter paupertatem nostram. Redijmus enim paulò ante de captiuitate, hostibus pręda fumus, & quidquid habere potuimus, viæ labore consumptum est. Ita Hieronymus, & Cyrillus similiter explicat, Laicos dicere, Hæc victima bona est, sed ex itinere laborat: quod manifestum est apud LXX, qui ita vertunt: ἐκ τοῦ κόπου ἐστὶν· ac si dicerent: Eo quod male affecta fuerint animalia in via.

35 *Et exufflastis illud.* Hieronymus: Id est: Exufflatione mea dignum fecistis, fecistis mihi cōtemptibile, ac si nihil offerretis. Ita dictum est Hag. 1. Et intulistis in domum, & exufflaui illud, id est, ad nihilum redegi. Cyrillus: Omnino non probo, nec accipio.

Et intulistis de rapinis claudum, & languidū. Offerebatis peiores victimas, & causābamini esse ex labore itineris, cū ex eo, quod rapueratis, offerretis, & quidem quod pessimum in eo erat.

Et intulistis munus. Et putabatis vos munus aliquod Deo offerre, cum munus ei non sit.

Maledictus dolosus. Dicit eos non paupertatis, sed auaritiæ causa afferre ad templum viles victimas, cum bonas haberent, & pingues. Ideo dolosos vocat, quia mentiuntur, & dolosè cum Deo agunt, volūt enim videri afferre victimas, quam optimas possunt, cum deterrimas afferant. Hoc autem dicit de voto: quoniam & si erant quędam vitia tolerabilia in hostijs voluntariè oblatis, tamen ea in ijs, quæ ex voto offerebantur, tolerari non poterant, Leu. 22. Bouem, & ouem aure, & cauda amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solui non potest.

Et nomen meum horribile in gentibus. LXX ἐπιφανὲς, id est, illustre, Chaldæus: Potens, Hebræus נורא, id est, dignum omni timore, & omni reuerentia. Hoc est: summa reuerentia coletur ab omnibus gentibus. De נורא diximus Ioelis. 2. numero. 65.

TROPOLOGIA.

Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Quanto melius hæc dici possunt nostris sacerdotibus, & Episcopis, qui cum amplissimos redditus annuos ex primitijs, & decimis, & oblationibus fidelium habeant, vt pro populo orent, & sacrificium offerant, & eius salutem curent: etiam si Dei amore non mouerentur, periculo maximo animarum suarum moueri debebant? De quo pulchre Gregorius, homilia. 17. in Euang. Sed quid nos, inquit, (quod tamen sine dolore dicere non possumus) quid nos ó pastores agimus, qui & mercedem consequimur, & tamen operarij nequaquam sumus? Fructus quippè Sanctæ Ecclesiæ in stipendio quotidiano percipimus, sed tamen pro ęterna Ecclesia minimè in prædicatione laboramus. Pensemus cuius damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laboris, &c. Multi canere etiam in Ecclesijs dedignantur, diuinum officium domi festinanter, & sine attentione recitant, id tantum attendentes, vt citò recitetur. Sacrificium raro offerunt, idque autoritati suæ decorum putant, aut certè reuerentiæ esse dicunt, quod ignauiæ, & indeuoti animi, ac sæpius forte vulneratæ conscientiæ est. Eleemosynarum admodū exigua cura est, nec enim illas ferre possunt tot sumptus, tamque sæculares: ęquo siquidem iure viuere volunt, qui patrimonio Christi, & pauperum victu aluntur cum illis, qui à patribus relictum censum maximū possident. Si autem hæc etiam ad ceteros fideles referamus, multum ad laborandum excitabimur: non enim gratuitò laboramus, & seruimus Deo, sed maximis, & gloriosissimis præmijs propositis, quibus nihil vberius, aut plenius nihil fingi possit, aut lætius, aut honorificentius. * Non enim condignæ sunt passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Tantaque est regis nostri beneficentia, & liberalitas, vt non solum bonorum laborū glorioſus sit fructus, verum ne minimum quidem obsequiolum abire sine mercede magna sinat, sicut ipse ait: Et quicunque

36 Sacerdotes non gratuito laborāt.

Christiani non gratuitò laborāt.

37 Rom. 8.

Matth. 19.

potum

potum dederit vni ex minimis istis calicē aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Atque ante hanc beatissimam mercedem, ita suos hic cōsolatur in laboribus, eam illis pacem animi, eam firmitatē spei, eam mirificarum voluptatum, quas nemo nouit, nisi qui accipit, magnitudinem tribuit, vt meritò his quoque dici possit: *Quis est in vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito?* Ostia templi claudit, qui diligenter sensus suos seruat & claudit, ne noxia in animam ingrediantur, quæ templum Dei est. Altare Dei incendit, qui semper ignem supponit sanctarum meditationū, & piorum operum, vt cor ardeat, & cremetur Deo in holocaustum. Et quoniam, qui hæc studiosè faciūt, mitis consolationibus, & ineffabilibus delicijs à Deo augentur, quamuis de mercede non cogitent, sed gratuito, quantum in ipsis est, seruiant, non seruiunt gratuitò, sed maximam mercedem accipiūt. Quod statim ait: * *Non est voluntas mea in vobis, &c.* ad sacerdotes nouæ legis non pertinet, quorū oblatio acceptissima Deo est, nec exponi aliter debet, quā expositū est, hic enim Hieronymus regulā docet, qua sæpè vsi sumus: Regula, inquit, scripturarum est, vbi manifestissima prophetia de futuris texitur, per incerta Allegoriæ non extenuare, quæ scripta sunt. Quod sequitur: *Et dixistis: Ecce de labore*: ad eos pertinet, qui vilissima quæque ex omnibus Deo offerunt more auarorum agricolarum, qui in decimas vilia, & immunda frumenta reseruāt. Ad eos etiā, qui orationi, aut recitationi officij diuini tempus relinquūt, quo pluries interpellantur, & quo minus capite valent, eleemosynas ex ijs, quæ, aut peritura erant, aut minus pro futura, largiuntur. Hoc & illorum est, qui in maioribus rebus, & gratioribus, animo suo obsequuntur, & in illis se se abnegant, quæ sine molestia relinquāt, sicut scriptum est: Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gregibus ouiū, & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis, quæ pulchra erant, nec voluerūt disperdere ea: quidquid vero vile fuit, & reprobum, hoc demoliti sunt. * Atque hæc offerentes dicunt: *Ecce de labore*, mentientes Deo, & inanes causas obtendētes, quasi meliora offerre non possint. Et exufflant dona sua, id est, aut ingrata Deo reddūt, aut certè multum eis adimunt pretij, atq; mercedis. Alij non sua, sed rapta offerunt, quibus ait: *Et intulistis de rapinis claudum, & languidum*: qui dupliciter peccant, & quòd de rapinis offerunt, & quòd ea offerunt, quæ vilia sunt, & ingrata Deo. Illi profectò de rapinis offerunt, qui omnipotēti Deo in sanctis religionibus seruientes, quod ei tradiderant, resumunt, & corpus, quod suū non erat, immodicis, & imprudētibus ieiunijs, aut austeritate nimia, aut longioribus vigilijs, & orationibus macerant contra præpositorum suorum, hoc est, contra Dei voluntatem. Itaque quamuis multa recte fieri, & Deo grata esse possunt, etiam si ab homine minime iubeantur: tamen contra regularis disciplinæ institutiones, aut contra hominis voluntatem, qui præest, ex earumque præscripto præcipit, nihil faciendum est. Hi claudum etiam offerunt, quia claudicant ipsi omnino, & alijs in rebus videntur Deo in ministris suis obsequi, cum in his, non Deo, sed volūtati suæ, aut potius superbiæ, & inani gloriæ suæ sine dubio obsequātur. Languidum idem offerunt, quia cum sana illa opera videantur, languent & ægrotant, eo vitio, quo diximus, dum illi iudicium suum, & voluntatem suam eorum iudicio, & voluntati anteponunt, qui sibi pro Deo præsunt. * De quo (quoniam in rem incidimus, quæ religiosis hominibus cognita cū primis, & perspecta esse debet, & in qua nō leuiter peccatur à multis) non ab re futurū arbitror pauca referre de multis, quæ nobis à sanctis patribus tradita sunt. Sed sunt omnia ita, vt dixi, accipienda, vt cū sine voluntate præpositi quidquam faciendū negant, contra eius volūtatem intelligamus. Nam cum id fit, quod præpositus cupit, ac, si intelligeret, probaret, aut certè iuxta religionis suæ formam, & consuetudinem, & iuxta eius, qui fecit, vtilitatem, probare deberet: nequaquam sine præpositi voluntate factum putari debet. In primis illud est notum, quod beatus pater Benedictus scripsit in regula sua, cap. 49. & à Bernardo, & à Bonauēturа, ab alijsque sæpè repetitur, atque laudatur: Hoc ipsum tamen, inquit, quod vnusquisque offert, abbati suo suggerat, & cum eius fiat oratione, & voluntate. Quia, quod sine permissione patris spiritualis fit, præsumptioni deputabitur, & vanæ glorię, non mercedi. Ergo cum voluntate abbatis omnia agenda sunt, &c. * Quærit magnus Basilius in Regulis breuioribus,

40

41

interro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

interrogatione. 138. Numquid in fratrum familia permitti alicui debeat, vt plusquam ceteri ieiunet, vigiletve ex proprio ipsius voluntatis arbitrio? Deinde ita respondet:

Iohan. 6. Cum Dominus dixerit: Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatẽ eius, qui misit me, patris: quidquid quisque ex propriæ voluntatis arbitrio facit, id, cum facientis proprium sit, alienum est à cultu pietatis, metuendumque est, ne de eo, quod videtur facere, ipsi dicatur à

Gene. 4. iuxta LXX. Domino: Ad te conuersio eius, & tu dominaberis ei. Et postea: Si vero sit, qui necessario acriore sibi, vel ieiunio, vel vigilia, vel alia quauis re opus esse arbitretur, iis aperito, quibus credita est communis disciplinæ procuratio, & quod illi statuerint, id obseruato. Siquidem fieri poterit plerũque, vt necessitati ipsius alia ratione melius consulatur. Idem interrogatione 118. Qui studiosus est in exequendo mandato, & opus facit, non quod iubetur, sed quod

42 ipse vult, qualem meretedem habebit? *Responsio. Qualem, qui placet tibi ipsi. Cum

Rom. 15. autem Apostolus dicat: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonum, &c. animaduertere debet quo in periculo sit, qui sibi ipsi placet. Porro hic idem etiam obedientiæ contemptor conuincitur. Et in Constitutionibus monasticis, cap. 28. scripsit: Potestatem vero sui ipsius, ne ad punctum quidem temporis, habere monachus debet, per quã in priuatis ipse negotijs suis versetur. Quemadmodũ enim absente artifice instrumentum sua sponte ipsum nõ moueretur, neque membrũ ad breuissimũ tempus ab aliquo corpore separari, moueriue posset, sine eius, qui intus est, opificis, ac totius corporis moderatoris voluntate: similiter quoque, neque religionis obseruanti aliquid agere, exequive sine antistitis sui sententia licet. &c. Cassianus in secunda Collatione, cap. 11. Hoc igitur, inquit, modo ad scientiam discretionis veræ peruenire poterimus, vt seniorum vestigia subsequentes, neque agere quidquam noui, neque discernere nostro iudicio præsumamus: sed quemadmodum nos, vel traditio illorum, vel vitę probitas informarit, in omnibus gradiamur. Nullo namque alio vitio tam præcipitem Diabolus monachũ pertrahit, ac perducit ad mortem, quã cum eum neglectis consilijs seniorum suo iudicio persuaserit, definitionique confidere.

*Et in quarta Collatione, cap. 20. Vnum 43
sane, atque idem inobedientiæ genus est, vel propter operationis instãtiam, vel propter otij desiderium senioris violare mandatum. tamque dispendiosum est pro somno, quam pro vigilantia, monasterij statuta conuellere. Tantum denique est abbatis transire præceptum, vt legas, quantũ si contemnas, vt dormias, &c. Beatus Dorotheus in Doctrina quinta: Prauus tunc malè agit, cum iustitiam coadmiscet. Prauus Diabolus est, tunc autem perperam agit, cum iustitiam admiscet iustitiæ nostræ: tunc enim fortior est, tunc magis nocet, tunc amplius operatur. Cum enim perstamus in voluntate nostra, & nosmetipsos iustitijs nostris instituimus, & informamus: tunc sub prætextu hoc boni nobis maximè insidiamur, nec nouimus quo pacto ipsi pereamus, 44
&c. *Sed apertius Bernardus sermo. 71. in Canti. Vereor, inquit, ne & inter nos aliqui sint, quorum non acceptet munera sponsus, eo quod non redoleant lilia. Etenim si in die ieiunij mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium elegit sponsus, nec sapit illi ieiunium meum, quod non lilium obedientiæ, sed vitium propriæ voluntatis sapit. Ego autem nõ solum de ieiunio, sed de silẽtio, de vigilijs, de oratione, de lectione, de opere manuum, postremo de omni obseruatione monachi, vbi inuenitur voluntas sua in ea, & non obediẽtia magistri sui, id ipsum sentio. Minimè prorsus obseruantias illas, & si bonas in se, tamen inter lilia, id est, inter virtutes censuerim deputãdas, sed audiet à Propheta, qui ciusmodi est. Numquid tale est obsequium, quod elegit 1.Reg.15.
dicit Dominus? Et addit: In die bonorum ruorum inueniuntur voluntates tuæ. Grande malum propria voluntas, qua fit, vt bona tua tibi bona non sint, &c. *Et sermone. 19. in eundem librum: vel certe magis 45
ex obliquo vos, qui nuper venistis, tangit spiritualis sermo, vestram illam, quam & nos frequenter reprimere conati sumus, minus discreram vehementiam, immò intemperantiam prorsus nimium obstinatã redarguens. Non vultis esse communi contenti vita. Non sufficit vobis regulare ieiunium, non sollennes vigiliæ, non imposita disciplina, non mensura, quam vobis partimur in vestimentis, & alimentis: priuata, præfertis communibus. Qui vestri curam semel nobis tradidistis, quid rursum de vo-

bis vos intromittitis? Nam illã, qua toties Deum conscientijs vestris testibus offendistis, propriam, scilicet, volũtatem vestram, ecce, nunc iterum magistram habetis, nonme. Illa vos naturæ docet non parcere, rationi non acquiescere, non obtemperare seniorum consilio, vel exemplo, non obedire nobis. An ignoratis, quia melior est obedientia, quam victimæ? Non legistis in Regula vestra, quod quidquid sine voluntate, vel consensu patris spiritualis fit, vanæ 46
gloriæ deputabitur, non mercedi? &c. *Bonauentura in prima parte Speculi disciplinæ, cap. 4 Habenda est planè in agẽdis obediẽtiæ sanctæ auctoritas, sine qua, nec etiam ipsa bona sunt bona. Deinde refert verba Bernardi, quę nos iam retulimus ex sermone. 71. in Cant. Et paulò post: Pro specialib' ad personam operantis spectantibus, siue ad carnis mortificationem pertineant, vt sunt vigiliæ nimis longæ, vel abstinentiæ singulares: siue ad exercitium spectẽt operis manualis, per se, vel per alium faciendi licentia quæratur: sine qua religiosus suas singularitates facere non debet, quippe, cui nec corpus suum habere licet in propria voluntate. Et quod sine permissione patris spiritualis fit, præsumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi, &c. Multa iam de hac re diximus, sed illud tamen non prętermittam, quod religiosorum institutor, & magister scripsit Gregorius lib. 6. Commentariorum in primum librum Regum, cap. 2. Vbi cum illud explicet cap. 15. Immò 47
audiui vocem Domini, ira inquit, *Hoc quidem sæpè in monasterijs accidit, cum quisque nimis religiosus subditus spiritualium prælatorum imperijs adijcere præsumit, cum regularem communem vitam despicit, & propriæ sequitur arbitrium voluntatis. Dum enim meliorare vitam eligendo, quam obediẽdo nititur, quid aliud quam apertam inobedientiam intentione virtutis colorare monstratur? subiecti quidem notare subtiliter debent, quia ex eo Saul Deo displicuit, quòd Deo immolare præter Prophetæ præceptum tentauit. Et post pauca: Inobedientes autem, dum tumenti corde maiorum iussa non faciunt, 48
cum meliorare, quod eis iniungitur, conantur: sua opera Deo offerre dum cupiũt, semetipsos tollunt. *Nam per alias virtutes nostra ei impendimus, per obedientiã nosmetipsos exhibemus. Samuel ergo subiungens ait: Numquid vult Deus holocausta, & victimas, non potius, vt obediatur voci Domini? Quid enim sunt bona electorum hominum opera, nisi victimæ, & holocausta? Cum ergo holocausta, & victimas per legem offerri Dominus præcepisset, quid est quod Dominus holocausta, & victimas nolle dicitur, velle autem, vt ei obediatur, pollicetur: nisi quia, quæ præter obedientiam fiunt, holocausta, & victimæ nõ sunt? Quasi dicat: Tunc bona sunt bona opera, quando à præpositorum conscientia non discordant. Et mox: Bene autem dum superborum opus discutitur, Propheta acutè exquirit dicẽs: Nũquid vult Deus holocausta, &c. exquirit siquidẽ, vt superbiæ tumor pastorali autoritate feriatur. Quia, qui sequi propriam voluntatem eligunt, Deo placere se putant, sed Deus eorum opera, cum magna, & ingentia sint, nequaquam probat. *Cum autem ad illud venit: Quoniam 49
quasi peccatum hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere, subijcit: Qui autem repugnant prælatorum imperijs, ideo vtique repugnant, quia diuinam voluntatem se scire melius æstimant. Quasi ergo peccatum hariolandi est repugnare, quia velut contempto diuino altari ad aras dęmonum responsa percipiunt, dum cordis sui præstigijs, ac superbis adinuentionibus credunt, & salubribus prælatorum consilijs contraria sentiendo refragantur. Nolle autem acquiescere idololatriæ scelerि simile dicitur, quia nimirum in inobedientiæ suæ obstinatione nemo persisteret, si proposíti sui figmentum in corde, quasi idolum nõ gestaret. Dũ enim agenda in corde concipit, quasi idolum facit. Et dum conceptum mentis propositũ se acturum deliberat, quasi ad adorandum simulacrum se inclinat. Hæc, & plura diuinitus Gregorius. * Quare rectè Malachias 50
dixit: *Et intulistis de rapinis claudum, & languidum, & intulistis munus.* Id est, Cum hæc offerebatis, putabatis vos munus inferre, sed munus non erat, quia de rapinis fuit, ideoque non suscipiam illud de manu vestra. Optimè autẽ cohæret, quod sequitur: *Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino.* Sæpè enim, qui obedientiam Deo vouerunt, nõ admodum curãt ei offerre, quæ religionis suæ sanctionibus præcipiuntur, sed quæ ipsi propria habent, vt peculiaria ieiunia, peculiares

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtam viuentem, bene placentem Deo, inquirat curioſe ſua, ſitque acer inſpector ſuę animæ. Videat vtrum ſit cæcus, id eſt, non habens lumen veritatis in mente: vtrũ claudus, quia, ſcilicet, non poſſit rectè ambulare ad omne bonum. Videat ne habeat rapta, & ægrota, &c. Illud etiam in mentem reuocemus, quod ſupra diximus, quædam vitia fuiſſe tolerabilia in hoſtijs voluntariè oblatis, quæ in oblatis, ex voto non tolerabãtur, vt, qui votum vouimus Deo Iacob, nõ faciamus opus Dei negligenter, ſed accuratè, atque perfectè. * Bouem, & ouem, (inquit) aure, & cauda amputatis voluntatiè offerre potes, votum ex eis ſolui non poteſt. In aure obedientia, in cauda perſeuerantia deſignatur. Qui extra religionẽ ſunt, poſſunt quod bonum videtur offerre, obedire in eo alijs, ſi nolint, non admodum reprehenduntur. Poſſunt modo facere, paulò poſt ceſſare. Hi bouem, & ouem offerũt amputatis aure, & cauda. Nos ſi victimam offeramus ſine aure, Deo diſplicemus: ſine cauda, id eſt, ſi ad finem vſque vitæ nõ perſeueramus in eo, quod vouimus, damnabiles ſumus.

31

54 Leu.22.

CAP. II.

Leui.26. Deut.28.

ET nunc ad vos mandatum hoc, ò ſacerdotes. Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituũ: mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicam illis: quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce, ego proycia vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſollennitatum veſtrarũ: & aſſumet vos ſecum. Et ſcietis, quia miſi ad vos mandatum iſtud: vt eſſet pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum. Pactum meum fuit cũ eo vitæ & pacis: et dedi ei timorẽ, et timuit me, & à facie nominis

52

Luc.18.

53

Rom.12.

mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius. In pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim ſacerdotis cuſtodiẽt ſcientiã, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum eſt. Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandaliZaſtis plurimos in lege. Irritũ feciſtis pactũ Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut nõ ſeruaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege. Nunquid non pater vnus omnium noſtrum? Numquid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo deſpicit vnuſquiſque noſtrum fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum? Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael, & in Hieruſalem: quia contaminauit Iudas ſanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni? Diſperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magiſtrum, et diſcipulum de tabernaculo Iacob, & offerentem munus Domino exercituum. Et hoc rurſum feciſtis, Operiebatis lachrymis altare Domini, fletu & mugitu, ita vt non reſpiciã vltra ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra. Et dixiſtis, Quam ob cauſam? Quia Dominus teſtificatus eſt inter te et vxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nonne vnus fecit, & reſiduum ſpiritus eius eſt? Et

quid vnus quærit, niſi ſemen Dei? Cuſtodite ergo ſpiritum veſtrum, & vxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere. Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſrael. Operiet autem iniquitas veſtimentum eius, dicit Dominus exercituum. Cuſtodite ſpiritum veſtrum, et nolite deſpicere. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris. Et dixiſtis. In quo eum fecimus laborare? In eo quod dicitis, Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, et tales ei placent, aut certe vbi eſt Deus iudicij?

HISTORIA.

Et nunc ad vos mandatum hoc ò ſacerdotes. Proſequitur quod cœperat, & docet quod ſit de ſacerdotibus ſumpturus ſupplicium, niſi reſipuerint. Audite, inquit, hoc, quod mihi Dominus mandauit, vt dicerem vobis. Ceterum quoniam, vt iam diximus, ſacerdotes veteres typus fuerunt noſtrorum, non repetemus poſtea Tropologiam, ſed ſimul inter exponendam Hiſtoriam dicemus quod in illos conuenient. Poſſunt & hęc fere omnia, quæ de ſacerdotibus dicuntur, ad omnes Chriſtianos referri, qui, quãuis ſacrificium corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti conficere non poſſint, neque per ſe offerre, dicuntur quodam modo ſacerdotes, quoniam alia ſunt ſacrificiorũ genera, quæ offerre ipſi queãt, quæ late enumerat Chryſoſto. in homilia quadam in Pſalm. 95. Sed ego de his nihil dicam, quoniam facile erit cuiuis de alijs dicta ad hos quadam tenus accommodare.

1

Si nolueritis ponere ſuper cor. Si nolueritis cogitare, & ſtatuere apud vos, vt detis gloriam nomini meo digna miniſterio veſtro facientes.

Mittam in vos egeſtatem, id eſt, Omniũ rerum neceſſariarum penuriam, vt ſit iã vera egeſtas, & minime ſimulata, vt cum dicebatis: Ecce de labore. Ita exponit Hieronym.

2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tacite autem indicat eorum auaritiã, quos statim egestate, vt magno aliquo malo, terret. Et vere Dominus mittit egestatem super omnes, qui non ponunt super cor, vt dent gloriam nomini eius, quoniam sine Deo anima semper eget, nec quiescere potest, & quãuis omnibus voluptatibus abundet, cum semper esuriat, vel inuita sentit inopiam suam. Hãc egestatem sensit filius prodigus, de quo scriptum est: Et postquã omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa, & ipse cœpit egere. Luc.15.

Et maledicam benedictionibus vestris. Hieronymus duplicem horum verborũ sensum proponit. Prior est. Maledicam ijs, quæ nũc benedictionibus meis possideris, id est, auferã vobis diuitias, quas ex fertilitate à me data, & ex benignitate mea possidetis. Posterior est: Cuicunque rei vos benedixeritis, ego maledicam. Vt si vos benedicatis agris, aut pecoribus, quo fecunda sint, ego ea omnia sterilia reddam. * Prior est Cyrilli, & quorũdam Hebræorum, posterior Lyrano, & quibusdam etiam Hebræis magis probatur. Mihi vterque placet. Etenim vulgatum est in Scriptura, vt benedicere, & benedictio copiam, & fertilitatem significet, maledicere vero, & maledictio sterilitatẽ, vt notauimus Hab.3. nu.45. & Hag.2.num. 69. Cyrillus: Est autem sciẽdum, quod nisi voluerit quis præcepta Dei in animo habere, omnia animi bona ibunt illi in nihilum, nullumque fructum feret vitæ piæ, quin potius priuabitur cœlesti benedictione, &c. Posterior sensus satis manifestè seruat verborum proprietatem, qui, si ad sacerdotes nostros referatur, de eo intelligendus est, quod operi respondet operantis, non de eo, quod Ecclesiæ nomine, &, vt eius minister facit. 3

Et maledicam illis. Iterum repetit ad maiorem confirmationem, vt notauimus Soph. 1.nu.15. R. Dauid, & Vatablus legunt: Et maledixi illis, id est, iam cœpi maledicere. Sed ita, vt habet nostra translatio, verterũt Lxx interpretes, & Chaldæus, & passim in prophetis videmus præteritũ poni pro futuro.

Ecce, ego proijciam vobis brachium. Iuxta legẽ quædam partes victimarum reseruabãtur sacerdotibus, id est, armus dexter, pectusculum, lingua, ventriculus, vt videmus Leu 7. &.10. & Deut.18. Est ergo sensus iuxta Hieronymum: Ea, quæ vobis reseruata sunt, quasi sanctiora, pro virtutũ munere, & pro sanctitate offlcij vestri, ego in oculos vestros proijciã: quod est indignãtis, simul & contemnentis. Itaq; brachium appellat armum animalis dexterũ, pro quo Lxx verterunt, Humerũ. Pro eo, quod est, *Proijciam vobis brachium*, Vatablus, & Pagninus secuti R. Dauidẽ vertunt: Increpabo vobis semen, i. faciam, vt nõ oriatur, quod seminaueritis. Causa huius trãslationis est, quod aliter legunt quã veteres. Nã nomen triũ literarũ, quod est in Hebræo זרע, si ita subscribatur זרע, vt ipsi legunt cũ Hebræis, significat semen, si autẽ זרוע, sonat brachiũ, quomodo legerũt Lxx, & Hiero. Sed errauerũt in hoc loco Iudæi scriptores pũctorum, vt in alijs quamplurimis, quod docere videtur ipse contextus: Et dispergam super vultum vestrum stercus sollennitatum vestrarum. 4

Et dispergam super vultum vestrum stercus sollennitatum vestrarum. Contẽtum ponit pro continẽte, & stercus vocat ventriculũ, qui sacerdotibus reseruabatur, quemadmodũ verterũt Lxx κοιλιαν. i. vẽtriculũ. Sed aptius translatum est, Stercus, & irato magis conuenit, ac si dicat: Proijciã in faciem vestrã ventriculum, & eius stercore facies vestras deturpabo. Hoc est, Proijci faciam. Dabũt quidẽ vobis de victimis, quod dare solebãt, sed dabunt cum horrore quodã palam, & coram vobis ipsis detestantes vestram auaritiam, & vitæ turpitudinẽ. Non tam dabo vobis ventriculũ, quam eius stercus super facies vestras proijciam, vt licet alimenta accipiatis, omnes tamen vos rideãt, atque detestentur. Chaldæus: Et patefaciam confusionem scelerum vestrorum in facies vestras. Et bene dicit: *Sollennitatum vestrarum*, id est, non mearũ, non enim ego in illis color, nec mihi placere studetis, sed vobis. *Sicut cũ ait Exho.32. Vade, descẽde, peccauit populꝰ tuus, quẽ eduxisti de terra AEgypti: At nõ est omittendũ, nomẽ stercus bis repeti in Heb. Et dispergã super vultum vestrũ stercus, stercus sollennitatum vestrarũ, similiter Lxx: Et dispergã ventriculũ super faciem vestrã, ventriculum sollennitatum vestrarum. Ita etiã, vt nos, recẽtiores interpretes. Ex quo cernitur bis quoq; in trãslatione nostra positum Stercus, quod magis auget, & magis decet iratũ, ac si diceret: Illud, inquã, ipsum stercus, quod vos in sollennitatibus vestris accipere soletis. Sed librarij non considerantes hac geminatione rem augeri, & sententiam ornari, atque illustrari, alterum redundare putauerunt. 5 6

Et assumet vos secum, ideſt: Semper cum illo eritis, semper facies deturpatas habebitis. Hoc est, semper eritis infames, & contẽptibiles, & ab omnibus ridebimini.

TROPOLOGIA.

Quidquid sacerdotibus seruabatur, id maxime significabat quales esse deberẽt sacerdotes. Nã cum illis attribuebatur extrema pars iecoris, & duo renes, significabat in ænigmate lex (vt ait Cyril.) omnia interiora nostra debere esse sancta. Hier. in pectusculo significatur bona conscientia, in lingua, sancta cõfessio, vt quod corde credimus ad iustitiam, ore cõfiteamur ad salutẽ. In brachio, bona opera, in ventriculo, vt nihil habeamus mortiferũ, sed quod nostrã vitam sustentet, ac vegetet. Nisi enim cibi in ventriculo concoquantur, & corũ succo corpus irrigetur, attenuatum viribus caret, & fertur in mortem. Idem in epistola ad Fabiolam, de veste sacerdotali; In pectore mundas cogitationes, legis notitiam, dogmatum veritatem. In brachio, bona opera, & pugnam contra Diabolum, & armatam manum, vt quod mente conceperint, exemplo probent. IESVS enim cœpit facere, & docere, &c. Cum ergo brachium, siue armus dexter proijcitur in facies sacerdotũ significatur eos quidem nõ fraudari in hoc sæculo suo honore, & cibo, sed eas tñ facies per illud brachiũ æterna ignominia, & cõfusione esse feriendas, quod sacerdotali dignitate donati vitam sacerdotibus dignã nõ habuerint. * Vẽtriculus etiã merito dispergitur super eorumdẽ facies, quoniã ventriculũ habuerunt latum, & capacem, qui & officiũ sacerdotale, & curam multarũ animarũ, & annuos redditus, qui multis satis esse possent, susciperе nõ dubitarũt, & cũ pro multis deberent laborare, omnia in suo vẽtriculo seruarunt, nec partẽ inde posuere ceteris membris. Latuit sacerdotiũ, id est, nulla ad alios ex eo peruenit vtilitas, latuit cura animarum, latuerũt redditus, & pecuniæ, nullum alijs emolumentum attulerunt. Et, vt quæ diu tenentur incõcocta, in putorem, & in stercus vertuntur, ita hæc omnia possessoribus suis versa sunt in stercus in die iudicij palam super facies eorum dispergendum. 7

HISTORIA.

Et scietis quia misi ad vos. Cum vos istis ignominijs affecero, plane intelligetis prophetam, qui ad vos cum mandato isto venit, nomine meo venisse, & à me fuisse missum, vt vitam corrigeretis, & pactũ, quod ego Linij cum eui, semper staret, possemq; vobis benefacere. *In Leui nõ Aharon, aut certũ aliquẽ sacerdotẽ significat, sicut intellexisse videtur Theodo. sed genus sacerdotale, vt sentiunt Hier. Cyril. Lyra. & quidam ex Hebræis. Tritũ enim est in scriptura, vt Israel ponatur pro omnibus Israelitis, Iudas, pro tribu Iudæ: atque ita Leui caput familiæ sacerdotalis pro tota familia ponitur. Quod optime probatur ex Iud.17. Benefaciet mihi Dominus habenti Leuiticigeneris sacerdotem. Pro quo est in Heb. Quoniam fuit mihi Leui in sacerdotem, & Lxx: Quoniam factus est mihi Leuita in sacerdotem. 9

Pactum meum fuit cum eo vitæ, & pacis. Explicat quale sit pactum, quod dixit. Cum sacerdotiũ dedi Leuiticæ familiæ, promisi ei in principibus suis vitam, & pacem. Quod Hieronymus non de vita corporis, sed de vita gratiæ, & glorię intelligi vult. Quo modo etiam pacem intelligere licet spiritualem, ideſt, amicitiam cum Deo, & tranquillitatem animi. Dicitur & pactũ pacis, qua promisit Deus non ablaturum se illis sacerdotium. Hoc intelligitur ex eo, quod de Phineles dicitur Numerorum vigesimoquinto. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi, quam semini eius pactum sacerdotij sempiternũ. *Et de Aharon Ecclesiastici 45. Statuit illi testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis, &c. Ex his potest intelligi pactum vitæ similiter dici, quo Deus promisit Leuiticã familiam semper in eo officio victuram: & pactum pacis, nunquam se illi adeò iratũ fore, vt ei sacerdotiũ auferat. Nam Hierony. expositio spiritualis videtur. Cum sacerdotibus noui testamenti pactum vitæ æternę inijt Deus, & pacis illius, de qua dictum est Isai.32. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Cyrillus: Quod vero dicere videtur propheta de Leui, inprimis referendum est ad CHRISTVM, qui in Leui, vt in typo, & vmbra, figuratus est, vita, & pax, viuificati enim in ipso per ipsum accessum habuimus ad patrem, pacemque habemus cum eo per obedientiam, & fidem. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et de ti et timorem. Non loquitur de hoc, aut illo sacerdote, sed, vt diximus, de tribu Leui, in qua fuerunt multi sancti sacerdotes, vt Aharon, Phinches, Onias sacerdos magnus, & minores etiã sacerdotes, quos mirificè laudat Moses Deute.33.cum ait: Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum
11 tuum seruauerunt. * Cyrillus: Hoc timore nihil laudabilius, neq; glorioſius, ſicut ſcriptũ eſt: Timor Dñi ſplendor & gloria. Pro quo nos habemꝰ Eccli.1. Timor Dñi gloria, & gloriatio, & lętitia, & corona exultatiõis.

A facie nominis mei pauebat. Hebræus נחת, quod verbum, vt docet Hieronymus, ſignificat ſubtrahere, & contrahere ſe mentis formidinem corporis horrore indicando. Significat etiam frangi, & conſternari animo præ timore. Talis reuerentia Deo præſtanda eſt Leu 26. Custodite Sabbata mea, & pauete ad ſanctuarium meum: ego Dominus. Nos autem conferamus illud ſanctuarium cum noſtro, in quo Chriſtus vere ſeruatur, & continetur, & videbimus quanto cum pauore, & tremore miniſtrare debeamus.

Lex veritatis fuit in ore eius. Semper veram doctrinam docuerunt, vt populus mandata mea, & legem rite ſeruaret.

Et iniquitas non eſt inuenta in labijs eius. Neminẽ decepertũt, vt à cultu meo recederet, ſed ſemper ſalutarẽ doctrinam docuerunt.

12 *In pace, & in æquitate ambulauit mecum.* Ambulare cum Deo, eſt ſolicitè ei inſeruire, vt diximus Michęæ ſexto, numero vigeſimo octauo, & nunquam ab eo recedere. *In pace* autem dicit, id eſt, pacificè, non me ad iram prouocando, ſed pacem mecum ſeruando. De quo Iob vigeſimo ſecũdo: Acquieſce igitur ei, & habero pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Cyrillus: Habere pacem cum Deo nihil aliud eſt, quam velle ſapere, & facere, quod Deus vult, & nullo modo eum offendere. Cum vero affectus dominantur in nobis, tunc Deo reſiſtimus; vnde diſcipulus ille ait: Neſcitis, quia amicitia huius mundi inimica eſt Dei? &c. Pro In æquitate, in Hebræo eſt בְּמִשׁוֹר id eſt, in rectitudine, ſemper via recta ambulando, non declinando ad dexteram, neque ad ſiniſtram, hoc enim eſt ambulare in æquitate, & in iuſtitia. Lxx: In pace dirigens ambulauit mecum.

Iac.4.

Et multos auertit ab iniquitate. Quod proprium ſacerdotis eſt. Hieronymus: Qui ſacerdos eſt, & non corripit delinquentes, ſacerdotis officium præterit.

13 *Labia enim ſacerdotis custodient scientiam.* Non eſt legendum præſenti tempore Custodiunt, ſed custodient, vt conſtat ex Hebræo, & ex Lxx, & ex Chaldæo, & ex Hieronymo, & ex emendatioribus exemplaribus. Dictumque eſt: Custodient, id eſt, custodire debẽt, vt explicauimus cap.1. num. 16. Hierony. Non dicit Proferent, ſed custodient, vt loquantur in tẽpore, dentque conſeruis cibũ in tempore ſuo, &c. Itaque os ſacerdotale arca quædam debet eſſe ſalutaris doctrinæ, vnde omnes neceſſaria depromant: aut potius fons, iuxta illud Prouerb.10. Vena vitæ os iuſti.

Et legem requirent ex ore eius. Id eſt, Requirere debent, non aliunde, ſed ex ore ſacerdotis. Leuitic. decimo: Dixitque Dominus ad Aharon: Vinum, & omne, quod inebriare poteſt, non bibetis tu, & filij tui quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras: & vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum, & profanum, inter pollutum, & mundum, doceatiſque filios Iſraël omnia legitima mea, quę locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi. Lege tertium caput prioris Epiſtolæ ad Timotheum, & primum Epiſtolæ ad Titum. * Bernardus libro ſecundo de conſideratione, in fine: Legem requirent, non nugas profectò, vel fabulas. Idem in libro de diſpenſatione, & præcepto docet hic in lege non intelligi, quod Scriptura apertè tradit, vel recta ratio, in quibus nec præceptor expectandus eſt, nec prohibitor auſcultandus: ſed quę dubia ſunt, vtrum Deus ſic velit fieri, an aliter. Cyrillus ait nomine legis contineri omnium ad bene viuendũ neceſſariorum cognitionem.

14 *Quia angelus Domini exercituũ eſt.* Arbitror Hieronymum conſulto non vertiſſe, Nuntius, ſed Angelus, vt oſtenderet angelũ dici non ſolum, quia voluntatis Dei nuntius, & interpres eſt, ſed etiam, quoniam angelorũ ſanctitatem, & puritatem imitari debet. Sicut cum cap.3. dicit de Iohanne Baptiſta; Ecce, ego mitto angelum meum. *Angelus Domini* dicitur iuxta Cyrillum, quia refert, & tradit hominibus oracula Dei nihil addens, aut ſubtrahens. Sed ſicut à Deo accepit. Nam angeli non referunt hominibus,

bus, niſi quæ à Deo acceperunt: Immo & fideles nuntij hoc faciunt, vt non ſolum
3 idem dicant quod acceperunt, ſed verbis etiam eiſdem, vt ſæpe apud Homerum fit, quod & Virgilius interdũ imitatur.* Hoc ipſum præclarè Paulus docuit, 1.Tim. vltimo: O Timothee, depoſitum cuſtodi deuitans profanas vocum nouitates. Quod elegantiſsimè explanauit Vincentius Lirinẽſis in libello aduerſus profanas omniũ hæreſeon nouitates. His verbis: Quid eſt Depoſitum? Id eſt, quod tibi creditum eſt, non quod à te inuentum: quod accepiſti, non quod excogitaſti: rem non ingenij, ſed doctrinæ: non vſurpationis priuatæ, ſed publicæ traditionis: rem à te perductam, non à te prolatam: in qua non autor debes eſſe, ſed cuſtos, non inſtitutor, ſed ſectator, non ducens, ſed ſequens. Depoſitum, inquit, cuſtodi, catholicæ fidei talentum inuiolatũ, illibatum que conſerua. Quod tibi creditum eſt, hoc penes te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepiſti, aurum redde, nolo mihi pro alijs alia ſubijcias. Nolo pro auro, aut impudenter plumbum, aut fraudulẽter æramenta ſupponas, nolo auri ſpeciẽ, ſed naturam plane, &c. Propterea dixit: *Legem requirent ex ore eius*, certi videlicet ſe legẽ accepturos, quia angelus Domini exercituum eſt, & fallere non debet.* Hieronymus: Angelus autem, id eſt nuntius, ſacerdos Dei veriſsime dicitur, quia Dei, & hominum ſequeſter eſt, eiuſque ad populum nuntiat voluntatem. Et idcirco in ſacerdotis pectore Rationale eſt, & in Rationali doctrina, & veritas ponitur, vt diſcamus ſacerdotem doctum eſſe debere, & præconẽ Dominicæ veritatis, &c. Alludit Hieronymus ad verba Exhodi.28. Pones autem in Rationali iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aharon quando ingredietur coram Domino. Doctrina ponitur propter ſcientiam; veritas, vt nihil addatur, nihil affingatur, ſed vere omnia, & vt à Deo accepit, tradat ſuis. Pro Doctrina eſt אורים, id eſt, Illuminationes, hoc eſt magna illuminatio, iuxta phraſin Hebræorũ, quam tradidimus Mich.5.n.37. quia magna ſit oportet doctrina ſacerdotis, vt omnes illuminet, & omnes legem requirant ex ore eius. Pro veritas eſt תמים, id eſt, perfectiones, iuxta eandem phraſin quia magna eſſe debet perfectio, & veritas, integritaſq; in docendo.* Deut. etiam.33. in benedictio

16

17 ne Leui Moſes ita Deum precatur: Perfectio tua, & doctrina tua viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione, ſubaudi, Detur, vt ex verſione Lxx intelligitur. Vbi ſunt in Hebręo hęc duo vocabula, & quod in Exhodo vertit Hieronymus, Veritas, ibi vertit, Perfectio. Verum Rationale vittis ligatur in pectore, vt ſacerdorale cor fluxæ cogitationes non poſsideant, neque quidquam indiſcretum, vel inutile porter, ſed grauitate vitæ oſtendat, quantam ſemper rationem in ſe porter. Et dicitur Rationale iudicij, vt ſacerdos ſciat bona, malaque diſcernere, & quæ, vel quibus, quando, vel qualiter congruant, ſtudioſe cogitare. Ex Grego. in ſecunda parte Paſtoralis, capite 2. vbi multa dicit præclara de pontificibus.

Vos autem receſsiſtis de via. A ſanctitate morum, & à cuſtodia legis declinaſtis.

Et ſcandalizaſtis plurimos in lege. Malo exemplo multis occaſio ruinæ fuiſtis. Gregorius in prima parte Paſtoralis, capite ſecundo. Cum paſtor per abrupta graditur, ad præcipitium grex ſequitur. Hinc Dominus queritur Ezechielis quadrageſimo quarto: Facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis; & Hoſeæ nono Propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei eius. De his etiam dicitur Ezecie. 34. Cum ipſi limpidiſsimã aquã biberetis, reliquã pedibꝰ veſtris turbatis, & oues meę, quę cõculcata pedibus veſtris fuerant, paſcebãtur, & quæ pedes veſtri turbauerant, hæc bibebant. Quod in eodem loco ita explicauit ſanctus Gregorius: Aquam limpidiſsimam paſtores bibunt, cum fluenta veritatis recte intelligentes hauriunt. Sed eandem aquam pedibus conturbare eſt ſanctæ meditationis ſtudia male viuendo corrumpere. Aquam ſcilicet eorum turbatam pedibus oues bibunt, cum ſubiecti quiq; nõ ſectantur verba, quæ audiunt, ſed ſola, quæ conſpiciunt, opera prauitatis imitantur. Vide multa, & præclara apud eundem Homi.17. in Euang.

Irritum feciſtis pactum Leui. Veſtris iniquitatibus effeciſtis, vt ego non reddã vobis, quæ Leuiticę familię promiſerã, quia nec vos id, quod illa facere ſolebat, facitis.

Propter quod & ego dedi vos contemptibiles. 19 Hoc non tam exponendum, quã lugendũ eſt. Quid ſanctius, aut honorabilius ſacerdotio? Quid autem nunc deſpectius ſacer

Universidad de Deusto
Biblioteca

dotibus: Cur id, nisi, quia vita nostra dignitatem nostram dehonestamus? Quotidie fieri videmus, quod sacerdoti prædictum est: Loquens locutus sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus, absit hoc à me: sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnūt me, erūt ignobiles. 1.Reg.2.

Accipere faciem.

Et accepistis faciem in lege. Accipere faciē, idem est, quod accipere personā, Lxx verterunt, λαμβάνετε πρόσωπον quod verti potest: accipiebatis personam, &, Accipiebatis faciem: quando, scilicet, iudex non legibus, aut iustitia ducitur, sed personam, siue faciem intuetur eius, qui in iudiciū venit, eaque mouetur, vt illi cōtra ius faueat, siue quòd amicus sit, siue quòd potens, aut minax, aut lacrymabilis, vt notauit Hieronymus. Idem adnotat inter omnia peccata sacerdotum hoc, & vltimum, & maximum poni: contra hos dici Psalm. 81. Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorū sumitis? Et Gal. 2. Deus enim personam hominis non accipit. Et plura sunt in Epistola Iacobi, cap. 2. Leu. 19. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, iustè iudica proximo tuo. Vide de hac re Sanctū Thomam. 2.2. quæst. 63. ar. 1.

20 *Numquid non pater vnus omnium nostrum?* Quoniam dixit: Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege, &c. ne sine causa dixisse videatur, docet cur dixerit, & crimen magnum reprehēdit, quod quale sit, ex Hebræorum traditione, aut potius ex capite nono & decimo Hesdræ, vt ait Hieronymus, intelligitur. Reuersi (inquit ille, de captiuitate Babylonia, tā principes, & sacerdotes, ac Leuitæ, quam reliquus populus abiecerunt vxores suas Israelitici generis, quæ paupertate, & iniuria longioris viæ, & fragilitate sexus non ferentes laborem, confectæ erant, & infirmitatem, ac deformitatem corporum contraxerant: Et cum alienigenis, vel ætate florentibus, vel cultu corporum pulchrioribus, vel potentum, ac diuitum filiabus matrimonia copularant. Videlicet, vt intelligimus ex Hesdræ nono, cum Chananeis, & Hethæis, & Pherezæis, & Iebusæis, & Hammonitis, & Moabitis, & AEgyptijs, & Amorræis. Corripit eos itaque Propheta, & ad repudium nouarum coniugum prouocat, vt vxores, quas dimiserant, recipiant. * Ait ergo: Nonne omnes nos tam mares, quam feminæ, vnum, & eundem patrem habemus Abraham? Quasi dicat: Quare ergo viri tam grauiter lædunt sorores suas, vt eis dimissis externas accipiant? Ita etiam Cyrillus. Numquid non Deus vnus creauit nos? Duæ sunt hominibus mutuæ dilectionis causæ maximæ, communio generis, & sanguinis, & societas religionis. de priori dixit: Numquid non pater vnus omnium nostrum. De posteriori nunc ait: *Numquid non Deus vnus creauit nos?* Nonne omnes agnoscimus eundem Deum creatorem nostrum? Quasi dicat: Cur ergo dimittitis vxores, quę eundem vobiscū creatorem agnoscunt, & colunt, & accipitis eas, quę pro illo colunt idola, & in eis sperant? Subindicat etiam Deum hunc, qui feminas quoque creauit, nequaquam passurum eas, quas, vt creaturam suam amat, impunè à viris tam insigni iniuria affici. Simili argumento ad caritatē prouocat Paulus Ephesior. 4. Vnus Deus, & pater omnium, &c.

Quare ergo despicit vnusquisque vestrum fratrem suum? Videlicet abijciendo filiam, aut sororē fratris sui. Nisi dicamus (quod forte verius est) in masculino genere femininum comprehēdi, id est, in fratre significari etiā sororem. Legēdum est autem: Vnusquisq; nostrum, nō vestrum, in Hebræo enim est: Quare ergo despiciemus vnusquisque fratrem suum? aut: Quare peccabimus vnusquisque in fratrem suum? Ita legit Hieronymus, qui ait: Quare ergo veteres vxores contemnimus, & fratrum nostrorū abijcimus filias? In duobus codicibus antiquis manu scriptis inueni: Quare ergo despicit vnusquisque fratrem suum? Sed in alterius margine additum erat, Nostrum. Adiungit autem Propheta se multitudini populi sui, licet ipse non peccauerat, vt Paulus Ephes. 2. Qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostrę, facientes volūtates carnis, & cogitationum, &c.

Violans pactum patrum nostrorum. Id est, Legē, quā Deus dedit patribus nostris, ne vxores acciperēt alienigenas, vt est in. c. 7. Deutero. Ita Hiero. & Interlinearis glossa. Legē autē vocari fœdus, testamentum, pactum, frequentissimum est in Scriptura.

Transgressus est Iuda. Transgressionem, & abominationem vocat acceptionē alienigenarum

genarum vxorum, & dimissionem Israeliticarum, contra legem Dei Israelem, & Iudam modo pro eodem accipit, vt diximus initio cap. 1.

Et in Ierusalem. Hoc augendi causa ponitur, debuit enim Ierusalem esse sanctior, quæ templum Dei, & sacerdotes habebat.

Quia contaminauit Iudas sanctificationem Domini. Sanctificatio, siue sanctitas, id est, קֹדֶשׁ, est sanctitas illa, quæ erat in hoc populo, eo quod esset Deo dicatus, & hęreditas Domini, atque peculium, quam sanctificationem violauit miscendo se cum alienigenis vxoribus. Ita intellexit Hieronymus, & Interlinearis; atque hic sensus mihi maxime probatur, quoniam eodem modo locutus est Dauid Psal. 113. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius, ideſt, Terra ipsa Deo dicata est, & à Deo possessa, atque ex eo facta est sancta; & Israel potestas eius, id est, populus Dei, & in quem Deus exercebat potestatem suam dirigendo eum, & gubernando, vt populum proprium, & sibi dicatum. Alij sanctificationem vocant vinculum matrimonij à Deo sancitum, & sanctificatum in paradiso, vt R. Dauid, & Vatablus. *Chaldæus vero sanctificationem vult esse animas hominum, quas Deus sibi addici, & sanctificari voluit, ita enim ait: Quia violauerunt viri domus Iuda animam suam, quæ erat sanctificata coram Domino, & dilecta. Recte hæc omnia, probabiliterque dicuntur, licet prima explanatio optima omnium sit. Ex illis videmus eum dicit: *Quam dilexit*, subaudiendum esse, Dominus.

Et habuit filiam Dei alieni. Mulierem colētem idola vocat filiam Dei alieni. *Habuit* autem dixit, sicut maritus vxorē, quod significantius dicitur Hebraico vocabulo בָּעַל, quod est, possedit vir vxorem. Ita & Græcis dicitur habere, ideſt, ἔχειν vt apud Hom. Ὄφρα σ' ἔχωσ' Ἑλένην, καὶ σοὶν ταμβρὸς Διὸς υἱός. id est, Eo quod habes Helenam, & ipsius Iouis generes. Et Aristoteles in calce Categoriarum inter modos τὸ ἔχειν, id est, habēre hunc recensuit. In eo autem, quod ait: *Filiam Dei alieni*, notanda est scripturæ consuetudo, quæ sæpe loquitur non iuxta quod ipsa sentit, sed iuxta affectum eorū, de quibus loquitur. Vt 1. Cor. 8. Nā etsi sunt, qui dicantur dij, siquidem sunt dij multi, & domini multi: quod ita colerentur errore hominum, ac si essent dij, & Domini. Iere. 2. * Si

Nomē Dei ineffabile interdū datur idolis.

Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc. Non patietur Dominus inultam esse tantam suam iniuriam, sed omnes, qui hoc post hac fecerint, aut præteritum factum non mutauerint, perdet. Hieronym. Quam pulchre non abscidit errori veniam, nec dixit: Maledicat Dominus ei, qui fecit hoc, sed, qui fecerit, in futurum tendens maledictionem, vt peccatores ad pœnitentiam prouocet.

Magistrum & discipulum. Siue sit sacerdos, & magister, siue Laicus, & discipulus. In Hebræo est עֵר וְעֹנֶה quod Vatablus secutus R. Dauidem vertit, Vigilantem, & respondentē, in hunc sensum; Nullus erit vigilans, ideſt, viuens, qui possit vocanti respondere. עֵר proprie vertitur excitator, & vigil, vt Cant. 5. Ego dormio, & cor meū vigilat, à verbo עוּר, quod est vigilare, siue excitare. Quare eleganter hoc nomine magister intelligitur, quod vigilet vt vera doceat, & mentē discipuli excitet. עֹנֶה autē, id est, respōdens, dicitur discipulus, quod magistrum subsequatur, & ei doctrinæ causa interrogāti respondeat. Quæ trāslatio probata est S. Pagnino, & veteribꝰ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hebræis, vt refert R. Dauid. Chaldæus vertit: Disperdet Dominus viro, qui fecerit hoc, filium, & filium filij: nam per suscitatorem filium intelligit, qui semen patri suscitat, & per respõdentẽ putat intelligi nepotem, quasi idem faciẽtem, suscitat enim ipse patri suo semen, sicut & páter eius suscitauit auo, sed durum hoc videtur, & insolitum.

27 Tabernacula. *De tabernaculis Iacob.* Vitiosè quędam exemplaria habent: De tabernaculo Iacob, cum in Hebræo, & in Græco, & apud Hieronymum, & in emẽdatioribus codicibus legatur: De tabernaculis. Vocat autem tabernacula Iacob domicilia, siue vrbes, vt vertit Chaldæus, frequentissima enim erãt apud Hebræos tabernacula, atq; inde hoc nomen transijt ad domos, & ad vrbes. Ita etiam Psalm. 86. Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Et offerentem munus. Id est, Etiam si sit quis alius, qui munera multa offerat, & illis speret Deum esse placãdum. Chaldæus per offerentem munus sacerdotem intelligit, & Cyrillus: nec immeritò, nam & sacerdotes in eodem peccato fuerunt, vt legimus Hesdræ. 9. & 10. Sed si hoc accipiamus, magistrum intelligere debemus alios quoslibet ludæorum pręceptores, qui sacerdotes non sint, vt Scribas.

Operiebatis lacrymis altare Domini. Vxores Israeliticæ relictæ à viris suis, & in toris suis alienigenas contemplantes flebant die, ac nocte ante altare Domini, quasi Dei prouidentiam incusantes, quod miseras non iuuaret. Quibus lacrymis ita iram Dei in maritos pronocarunt, vt dicat ingrata sibi esse omnia illorũ sacrificia, & munera. Ita hæc exposuerũt Hebræi, & Hieronymus, & Cyrillus, & Theodoretus. 28 * *Operiebatis ergo lacrymis*, significat, faciebatis, vt impleretur lacrymis, vt ait Cyrillus, quam phrasin adnotauimus Zacha. 11. num. 32. & 33. Licet & ita exponere: Lacrymæ vxorum vestrarum veluti velum quoddam sunt, quo operitur altare meum, & ita munera, & sacrificia, quæ in illo offertis, videre non possum, tegũtur enim hoc velo. Quod verò addit: *Fletu, & mugitu*, positum est, vt multis vocabulis ingens fletus, & eiulatus mulierum expressius significetur: quale est illud apud virgilium:

4. Æneid. *Lamentis, gemituque, & femineo vlulatu——*
Tecta fremunt.

Mugitus, id est, אנקה, magnum clamorem significat, Lxx verterunt στεναγμῶ, id est, gemitu.

Quia Dominus testificatus est inter te, & vxorem pubertatis tuæ. Id est, Inter vxorem, quã adolescens duxisti, quę fuit prima, & legitima vxor. Quod autem ait: *Testificatus est*, R. Dauid ita exponit: Ille testis est inter te, & illam, & videt tibi eam nõ placere, ac testari potest, quam inique cum ea agas. 29 * Placuit hoc quibusdam, sed aliud hoc verbo significari arbitror. Testimonia passim pro præceptis ponuntur, quia illis Deus testatũ reliquit, quid vellet, aut, quia cum attestatione quadã præcipere solet, crebro enim repetit in lege: Ego Dominus. Psal. 98. Custodiebant testimonia eius, & præceptum, quod dedit illis. Et. 118. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexi ea vehementer, seruaui mandata tua, & testimonia tua. Inde testificari sæpè idem est, quod præcipere, & admonere. Deute. 32. Ponite corda vestra in omnia verba hæc, quæ ego testificor vobis hodie, vt mandetis ea filijs vestris custodire. Exho. 19. Tu enim testificatus es, & iussisti dicens: Pone terminos circa montem, & sanctifica illum. 4. Regũ. 17. Et abiecerũt legitima eius, & pactũ, quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes, quibus contestatus est eos. Et in eodem cap. Et testificatus est Dominus in Israël, & in Iuda per manum omnium prophetarum, & videntium dicens: Reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea. Est ergo sensus: Dominus contestatus est inter te, & vxorem tuam, id est, præcepit, quomodo te gerere deberes erga vxorem tuam, cum dixit Gene. 2. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. 30 * Ita intellexit Hieronymus, nam testificationem dicit esse illã: Propter hoc relinquet homo, &c. Ita etiam Cyrillus paulò post, sed adhuc apertius Theodoret⁹, qui ait: Memoria repete primam legem datam Adamo, & Heuæ. Simul enim atque mulierem creauit, velut quispiam nymphagogus, eam ad virum adduxit, ac leges matrimonij constituit cum dixit: Propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit vxori suæ.

Et hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Hæc est socia tua, & vxor, cum qua fœdus matrimonij inijsti, non altera, quã tu illa ciecta

duxisti.

duxisti. Chrysostomus in sermone de libello repudij. Vides quantas apponit iustificationes, primum ætatem, dicens: Vxor adolescentiæ tuæ, deinde societatem vitæ dicens: Et ista socia tua: pòstea modum formationis dicens: Reliquiæ spiritus tui.

Nonne vnus fecit, & residuum spiritus eius est? Locus est perobscurus. Hebręi hunc vnum putãt esse Abraham, secuti Chaldæum, qui vertit: Nonne vnus fuit Abraham solus, ex quo propagatũ est sæculum? Hos fere sequuntur recentiores & interpretes, & enarratores, adeò vt Sanctes Pagninus non dubitauerit in contextum inferre Abraham, satis profectò audacter, qui de Hebræorũ expositione sacram Scripturam facere tenuerit: ita enim trãstulit: Et nec vnus quidem Abraham fecit, vt facitis, & excellentia spiritus fuit ei. 31 * Cur autem eis tantum hæc interpretatio placuerit, equidem non video, cum durior sit. Cur enim Abraham dicatur vnus? aut cur, cum vnus scribitur, & nihil additur, intelligẽdus est Abraham? vel vbi hoc in Scriptura factum docebũt? Deinde exemplum Abrahæ nihil ad rem, corum potius incontinentiæ videretur fauere: nã ille post Saram duxit Agar AEgyptiam. At, inquiunt, fecit id Abrahã quærens semen Dei, id est, vt prolem susciperet, quam è Sara suscipere non poterat. Sed quid dicent, cum post genitos Ismahelem, & Isaac duxit vxorem nomine Ceturam, & filios genuit ex concubinis? Quomodo dicent eum quæsijsse semen Dei, cum populus Dei non per filios concubinarum, sed per Isaac esset propagandus iuxtà quod ei dictum est: In Isaac vocabitur tibi semẽ, Gene. 21. exponente Paulo Roma. 9? Certè si hoc Prophera diceret, facile respondereẽt Iudæi se verius semen Dei quærere, id est, propagationem populi Dei, non autem infidelium populorum, vt Abraham. Nos ergo meliores autores sequamur, Hieronymum, Chrysostomum in sermone de libello repudij, Cyrillum, Theodoretum, Rupertum, Lyranum, & vnum, Deum dici interpretemur. 32 * Et quoniam in horũ quoq; explanatione quædam dubia sunt, hoc modo, quod dixi, ab eis sumentes, cetera addamus. Ita ergo locum difficillimum explanãdum censeo. Nonne vnus fecit marem, & feminam, vt ex eis perpetuo matrimonij vinculo copulatis genus humanũ propagaretur? Hoc argũmentum, quod concisum est apud Prophetã, Dominus in Euangelio explicauit, cum enim Pharisæi quærerent: si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Respondit: Nõ legistis, quia, qui fecit ab initio, masculum, & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrẽ, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Itaque iã non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Chrysostomus in sermone de libello repudij, hęc verba Domini explicans ait: Si hoc fuisset, non vnum virum, & vnam mulierẽ, sed vno Adam condito duas fecisset mulieres, siquidem voluisset vnam quidem eijci, alteram verò induci. Nũc autem ipso formationis modo legem adduxit. Ceterũ in Hebræo est. Et non vnus hoc fecit, sed cum interrogatione legendum est, vt & Chaldæus fecit, qui vertit: Nõne vnus fuit, &c. Quod sæpè fit in Scriptura. Vt. 2. Regũ 3. Et non ibit nobiscũ Amnon frater meus? 4. Regum. 5. Et non dabitur seruo tuo onus duorum burdonum terrę? Iob. 14. Quis dabit mundum de immundo? Non vnus? Vbi Vnus pro Deo ponitur, vt apud nostrum Prophetam. Retuli hæc, vt sunt in Hebręo, vt res fiat apertior. Latini etiam ita loquuntur, vt:

Matth. 19. Et non.

Non ego te vidi Damonis pessime caprum
Excipere insidys? Virgilius Ecloga. 3.

Et residuũ spiritus eius est. Hæc addita sunt, vt magis confirmẽt, quod dicitur, in quo laborant expositores, ad quemnam referatur Eius, ad maritum ne, an ad Deum. Ego ad Deum referri puto, nihil enim aperte dixerat de marito: arbitrorque alludere prophetam ad conditionem hominis, in qua Deus inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, Gene. 2. animam videlicet infundens. 33 * Postea ex viri costa fecit mulierem, & dedit illi residuum spiritus sui, id est, flatus sui, & spiraculi vitæ. Ac si diceret: Simile spiraculum spirauit in Heuam, atque in Adam, similem illi animam dedit æquè rationis participem, & ad imaginem Dei factam. Videlicet ex hoc intelligi vult, non datam esse viro mulierem, vt ad tempus ea vteretur ad prolem, sed vt perpetuo vinculo colligati habitarent simul, & socialiter viuerent. Chrysostomus etiam in sermone de libello repudij censet Prophetam his verbis alludere ad conditionem mulieris, nisi quod ipse cum Lxx legit: Reliquiæ spiritus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tui, atque hoc dictum putat, quia ex latere Adam formata est mulier: Quod si legere vellemus: Reliquiæ spiritus tui, facile esset interpretari sine mutatione sensus: Reliquiæ spiritus, qui tibi, ô vir, datus est, siue altera pars spiritus.

Et quid vnus quærit, nisi semen Dei? Et cùm modo te prohibet Deus vxorem primam relinquere, & alienigenam retinere, quid quærit, nisi semen Dei? Quid vult efficere, nisi, vt semen tuum sit sanctum, id est, filij tui sint omnino semen Dei, semen populi Dei non adulteratum per matres alienigenas, sed tam ex patre, quã ex matre, sint populus Dei, atque ita purus, & incorruptus crescat populus Dei? Etenim paulò ante mulierem alienigenam non appellauit filiã Dei, quia de populo Dei nõ erat, sed filiam
34 Dei alieni. * Hæc verba optimè intelliguntur ex eo, quod legimus Hesdræ 9. Postquã autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes dicentes: Non est separatus populus Israël, & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæis videlicet, & Hethęis, Pherezæis, & Iebusæis, & Hammonitarum, & Moabitarum, & AEgytiorũ, & Amorræorum. Tulerũt enim de filiabus eorum sibi, & filijs suis, & commiscuerunt semen sanctum cum populis terrarum.

Custodite ergo spiritum vestrum. Heb. Et custodiemini in spiritu vestro, futurum pro imperatiuo. Custodite spiritum vestrum ab omni legis transgressione, ne libidine, & alienigenarum amore vincamini. Chaldæus: Cauete igitur vobismetipsis.

Et vxorem adolescentiæ tuæ noli despicere. Hęc est cõclusio, quam & ex superioribus, & ex illis verbis: Nonne vnus fecit, &c. colligere volebat: Ne contemnas vxorem tuã primam, quam in adolescentia duxisti. Possunt etiam ita verti Hebræa: Et in vxorem adolescẽtiæ tuæ ne pręuariceris. Chaldæus: Et contra vxorem adolescentiæ tuæ ne inique agas. Cyrillus: Existimo Paulum hinc
1. Cor. 7. motum scripsisse: Alligatus es vxori, noli quærere solutionem?

35 *Cum odio habueris, dimitte.* Male quidã codices habent, Cum odio habueris eam, cum, Eam, nec in Hebræo sit, neque in Græco, neque in castigatioribus libris. In Hebræo est: Cum odio habuit, dimitte, tertia persona pro secunda, vt notauimus Soph. 2. num. 46. & 47. Hieronymus vult hæc verba esse sacerdotum, & Leuitarum, & populi, quasi dicant: Lex Domini permittit, vt, qui odio habuerit vxorem, dimittat. At ceteri expositores verba Dei esse volũt, quod sine dubio verum est, quoniam Propheta palam dicit: Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israël. Ita ergo, vt arbitror, locus difficilis commodè explicabitur, vt hæc per ironiam à Deo dicta esse intelligamus; quod ex subiecta comminatione demonstratur. Operiet autem iniquitas vestimentum eius, scilicet, qui dimiserit, vt statim dicemus. Hoc exemplo fiet manifestius. Eccl. 11. legimus: Lętare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuũ. Hoc nemo forte ironicè dici crederet: at cum subijciat: Et scito, quod pro omnibus his adducet te Deus in iudicium, detegitur 36
ironia per comminationem. * Sed cur, inquis, ironicè dicit, cum id vere in lege scriptum sit Deute. 24? Duplex causa est. Prior, quod lex non permittebat vxorem dimitti quacunque ex causa, nec quocunque ex Deut. 24
odio, ait enim: Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudij, &c. At hi nõ dimittebant vxores, quòd illę aliquid odio dignum fecissent, sed, quia pulchriores erãt alienigenæ, & eas magis amabant. Posterior est, quod cum dicit: Propter aliquã fœditatem, intelligit propter fornicationem, aut adulterium tantummodo, vt eruditè animaduertit Paulus Burgẽsis in prima additione eiusdem cap. 24. Deutero. & in secunda additione cap. 19. Matthæi. Quod copiosius confirmarem, si Euangelium Matthæi, aut Deuteronomium interpretarer, vbi proprius est huius locus quæstionis. Nunc satis erit locum Matthæi indicare, vnde id planè cognoscitur. Rogant Pharisæi Matth. 19. Si licet homini dimittere vxorem quacunque ex causa, id est, quacunque 37
ratione eam oderit? * Respondet Dominus: Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorẽ suam, nisi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur. Pharisæi de lege quærunt, quæ tunc vigebat, necdum enim erat abrogata: quare Dominus, de eadem lege respondet, docetque secũdum legem non posse dari libellum repudij, nisi propter fornicationem: quòd si alia causa detur, non dissolui vinculum matrimonij, sed

adulte-

adulterum fore, qui eam duxerit. At per libellum repudij, ita, vt lex permittebat, datum, sine dubio dissoluebatur vinculum, sicut statim ostendit lex: Cumque egressa alterum maritum duxerit, & ille quoq; oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorem. Porrò quod nunc ait: Dicit Dominus Deus Israël, cum antea semper dixerit: Dominus exercituum, ironiam magis declarat, ac si diceret. Cum Deus peculiari prouidẽtia protegat vniuersum genus Israël, quo tãdem animo laturum eum putas, cum te viderit repudiare Israeliticã vxorem, ac alienigenam, & infidelem ducere?

38 *Operiet autem iniquitas vestimentum eius.* Cum dicit, *Eius*, non mulieris dimissæ intelligit, sed viri dimittentis, quoniam masculini generis est apud Heb. לְבוּשׁוֹ, Iniquitatem autem accipit pro pœna, quæ debetur iniquitati, & eam consequitur, sicut Zach. 14. Hoc erit peccatum AEgypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum, vt suo loco adnotauimus nu. 47. ex obseruatione consuetudinis Scripturæ. Vestimentum Hieronymus corpus dici existimat, quo anima vestitur, & pœnam illud esse operturam, vt in quo peccauit, in eo puniatur. Quod confirmari potest ex. 2. Cor. 5. Eo quod nolumus spoliari, sed superuestiri. Mihi hoc videtur dicere: Grauissimè à Deo punietur, qui hoc fecerit, intus, & extra punietur, non solum in anima, sed etiam in bonis corporis. Tanta erit Dei vltio, vt totum hominem comprehendat, & super vestimenta ascendat. Possumus quoque ita simpliciter exponere: Vestimẽtum ipsum lacerum, & detritum ostendet eius iniquitatem, id est, paupertate affligetur à Deo, ita, vt ne vestes quidem habeat, nisi deterrimas.

Custodite spiritum vestrum. Iterum eãdem conclusionem colligit ex dictis, Cum sciatis hoc Deo gratissimum esse, cauete ab
39 omni transgressione legis, & ne iniqui sitis in vxores vestras.

Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris. Magna molestia affecistis Dominum blasphemia aduersus eum dicta. Humano more loquitur significans eorum sermonem vehementer Deo displicuisse. Erat autem is sermo. Cum reuersi Babylone Iudęi viderent tam Babylonios, quam multas ex finitimis nationibus seruiẽtes idolis, abundare diuitijs, & possidere omnia, quæ bona in sæculo putantur: se autem vnius Dei cultores inopes, & omnium egentes iudicabant malos Deo placere, à quo tot bona accipiebant. Et quoniam hoc turpe dictu, & creditu difficile videbatur, dicebant. Saltem si nõ ita est, *Vbi est Deus iudicij?* id est. Vbi est Deus, qui iustè iudicare solet? Vbi sunt iusta illius iudicia? Ita Hieronymus. Deus iu- Deus iudicij.
dicij dicitur faciens iudicium, id est, iustè iudicans, vt Psalm. 4. Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ, id est, iustè pro me iudicans. Et Psalm. 93. Deus vltionum Dominus, id est, faciens vltiones.

TROPOLOGIA.

Qui dimittũt vxores Israeliticas, & ducunt alienigenas, ij sunt, qui deserunt religionem Christianam, vel peculiarem aliquam religionem ex ijs, quas Ecclesia probauit, vel certè renouationem vitæ, cui studere cœperant, & transeunt ad vitam laxiorem, & molliorem. De hac vxore dicitur: Domus, & diuitæ dantur à parentibus, Prou. 19.
à Domino autem propriè vxor prudẽs. Et in eodem libro: Lætare cum muliere adoProu. 5.
lescentiæ tuæ, vbera eius inebriẽt te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter. Et: Perfruere vita cum vxore, quam di Eccl. 9.
ligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ. Hæc flet cum se videt à viro relictã, eo modo, quo dictum est Thren. 1. Viæ Sion lugent eo, quod non sint, qui veniant ad sollennitatem. Cum hæc despicitur, despicit vnusquisq; fratrem suum, id est, Christum autorem vitæ perfectioris. Ex ea oritur semen Dei, id est, opera Deo gratissima. *De 41
altera vxore, id est, de vita molli, & deliciosa, quæ significatur per alienigenam, dicitur: Vt eruaris à muliere aliena, & ab extra- Prou. 2.
nea, quæ mollit sermones suos, & relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est. Sapientia enim carnis legi Dei non est subiecta, vt ait Apostolus. Quare rectè Rom. 8.
ait continuò: Inclinata est enim ad mortẽ domus eius, & ad inferos semitæ ipsius. Omnes, qui ingrediuntur ad eam, non reuertentur, nec apprehendent semitas vitæ. Vere non reuertentur, nisi Deus potenter eos ad se adduxerit. Et: Quare seduceris fili Prou. 5.

imi, ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi, ab aliena, & foueris in sinu alterius? Et postea: Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuū, ne capiaris nutibus illius. Hāc elegantissimè describit idem in cap.7. Prouerbiorum. Propter hanc vxorem nolunt homines venire ad nuptias Christi, Luc 14. Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Prou.6.

CAP. III.

Matth. 11. Marc.1. Luc. 1.&7. Psal.131.

ECce,ego mitto angelū meum,& præparabit viā ante faciem meā. Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quæritis,& angelus testamenti,quem vos vultis. Ecce venit,dicit Dominus exercituum: &, quis poterit cogitare diem aduētus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio,& ero testis velox maleficis, & adulteris,& periuris,& qui calumniantur mercedē mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerūt me, dicit Dominus exercituū. Ego enim Dominus & non mutor, & vos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis, & non custodistis. Zacha.1. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis: In quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos cōfigitis me? Et dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in primitijs. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreū meum, et sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, et effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ, nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum, & beatos vos dicent omnes gentes. Eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum. Inualuerunt super me verba vestra, dicit Dominus. Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est, qui seruit Deo: et quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, et quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes, siquidem ædificati sunt facientes impietatem, et tentauerunt Deum, et salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes Deum vnusquisque cum proximo suo: et attendit Dominus, et audiuit: et scriptus est liber monimenti coram eo timentibus Dominum, et cogitātibus nomen eius. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die, qua ego facio in peculium: et parcam eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et conuertimini, et videbitis quid sit inter iustum et impium: et inter seruientem Deo, et non seruientem ei. Iob.21.

HISTORIA.

1 *Ecce,ego mitto angelum meum.* Si quis quærat, quorsum nunc Malachias de re valdè dissimili vaticinetur, id est, de aduētu Christi, aut quomodo hæc prophetia ad præcedentes pertineat: cognoscet, si paulò diligentius consideret, quod sequitur: Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Et sedebit conflans, & emundās argentum, & purgabit filios Leui, &c. Cum ergo de vita, & moribus sacerdotum fuisset conquestus, merito Christi prophetiam in consolationem fidelium attexit, qui daturus erat puros, & integros sacerdotes, quorum sacrificio Deus oblectaretur, & placaretur. Veteres Iudæi, vt referunt Hieronymus, & Iulianus Pomerius, lib.1. contra Iudæos, non longe à principio, hunc angelum putabant esse Eliam prophetam. R. Dauid angelum quendam esse dicit è cœlo mittendum, qui iudiciū exerceat, & peccatores puniat. Omnes tamen Iudæi consentiunt, quod sequitur: Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quē vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis; de Messia dici, quem frustra miseri expectant. 2 *At omissis Iudæorum deliramentis nos de hoc angelo dubitare nō possumus, habemus enim præclarissimum verborum propheticorum enarratorem Christum Dei sapiētiam, & hominum magistrum. Qui cum Matth.11. de Iohanne Baptista loqueretur. Sed quid, inquit, existis videre? Prophetam? etiam dico vobis, & plusquā prophetam. Hic est enim, de quo scriptū est: Ecce, ego mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuā ante te. Eodem modo & de eodem Iohanne citauit hunc locum Marcus cap.1. & Lucas cap.7. Ex quibus notum fit verba Prophetæ intelligi de primo Christi aduentu, non de secundo, siquidem Iohannes in primo aduentu præcursor eius fuit, non in secundo. Illud diuinare non possum, quid in mentem venerit Eusebio Cæsarienſi, vt cū tam præclara extarent testimonia Euangelistarum de Iohanne Baptista, non dubitauerit scribere libro.5. de Demonstratione Euang.cap.28. hunc angelum, quem mittit Deus ante faciem suam esse Christum.

3 Concordia Prophetæ, & Euangelistarum.

Sed restat non leuis dubitatio, quæ fere semper nobis oboritur, cum verba prophetica citantur ab Euangelistis, quòd non admodum conuenire videtur illis, & prophetæ: quandoquidem apud Prophetam manifestè Filius loquitur: Ecce, ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. In Euangelistis verò manifestè Pater loquitur Filio: Ecce, ego mitto angelum meū ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Variè hunc nodum dissoluere conantur enarratores Euāgeliorum, & hoc fere ex eorum dictis colligitur, verum esse vtrumque, & vtrumque dici posse. Legat eorum interpretationes qui volet, ego referendi munus non suscepi. At non satis est id dicere, explicandū est, cur Euangelistæ personas mutauerint, cum nihil è suo nunc dicant, sed id se dicere profiteantur, quod scriptum est à Propheta. Iansenius in Concordia Euangelica, cap.13. hoc ipsum, quod dicimus, ita explicat: negat primum mutari personas, Patrem ait semper loqui Filio, atque id quidē in Euangelistis esse perspicuum, in Propheta vero probabile, quoniā si Filius loqueretur, non diceret continuò. Et statim veniet ad templum sanctum sūū Dominator, quem vos quæritis, &c. * Iraque cum ait: *Et præparabit viam ante faciem meam*, confirmat eandem esse faciem Patris, & Filij, atque in Christo veniisse ad nos Deum Patrem, aut Filiū esse faciem Patris. Addit secundum, Si Filius in Propheta loquatur, vt vult Hieronymus, ostendi ex vtroque loco æqualitatem Filij cum Patre. Verum hoc posterius nihil ad id, quod quærimus. Illud prius mihi non satisfacit; neque enim vnquam Iohannes dicitur præcursor Patris, aut parare viam Patri, aut ante eum venire, sed ante Filium. Vt Luc.1. Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius. Iohannis.1. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, id est, de Christo; de quo ait: Erat lux vera, quæ illuminat, &c. Quod vero dixit Iansenius, & ante eum Galatinus lib.3.c.12. Christum vocari faciem Patris, quęrant, an in alium locum conueniat, nam in hunc non conuenit, nisi velint Euangelistis contradicere, qui ita acceperunt, Ante faciem meā, ac si dicerēt: Ante me, dixerunt enim: Qui præparabit viam tuam ante te, pro eo, quod dixit Propheta: Ante faciem meam. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 * Alioqui cum dicit Pater apud Euangelistas: Ecce, ego mitto angelum meum ante faciem tuam, dicendum erit patrem esse faciem Filij. An ignoramus, quod in singulis fere paginis occurrit, Ante faciem alicuius idem esse Hebræis, quod ante aliquem? Vt Hab. 3. Ante faciem eius ibit mors. Psalm. 147. Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? Thren. 1. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. Et postea: Abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Luc. 1. Præibis enim ante faciē Domini parare vias eius. Et Isa. 45. Vbi nos habemus: Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo; in Hebræo est: Ego ante faciem tuā ibo. Pigeret in re tam aperta immorari, nisi viderem probari multis quod dixit Iansenius. Sciēdum est ergo, & diligentissimè obseruādum hanc esse Scripturæ consuetudinem, vt illa opera, quę ad proprietates diuinarum personarum non pertinēt, cum communia sint, modo huic personæ tribuantur, modo illi, vt vna substantia in personarum trinitate declaretur.

Ante faciē.

Reg. Opera communia, modo huic personæ, modo illi tribuūtur.

6 * Vt quod legimus Isa. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatū, &c. Damascenus in Epistola de Trisagio, prope finem, ex Basilio, quem ibi citat in quarto sermone contra Eunomium, affirmat Patrem esse, qui in illa visione apparuit, & qui in ea locutus est. Et tamen hoc idem Ioannes cap. 12. tribuit Filio: Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Paulus autem Act. 28. dicit esse Spiritum sanctum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros dicēs: Vade ad populum istum, & dic: Aure audietis, &c. Similiter dicimus Spiritum sanctum locutum esse per prophetas. 2. Pet. 1. Sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Hoc idem Paulus affirmat de Patre Heb. 1. Multifariam, multisque modis olim Deus loquēs patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio. Idem & Filius sibi attribuit Isa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomen meū in die illa, quia ego ipse, qui loquebar, ecce, adsum, vt ibi exponit Hieronymus. 7 *Apertius tamē est, quod ait Baruch. cap. 3. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illā Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ita nunc missio Iohannis, quia communis erat, à Propheta quidem tribuitur Filio, & ab Euangelistis Patri, vt ostendatur eadem natura, & potestas, & operatio Patris, & Filij. Sed, vt ostendatur quoqs in hac vna simpliciq; natura distinctio personarum, meritò Filius ait: Ante faciem meam, Pater autem, Ante te. Igitur Euangelistæ ita scripserunt, vt Dominus, atque Seruator dixit, ille autem ita referre voluit verba Prophetæ, vt ostenderet se naturā vnum esse cum Patre, persona alium. Vrgebit quispiam, Dicis quomodo vtrumq; verum sit, at non doces quomodo seruetur sensus verborum Prophetæ. Respōdeo seruari omnino, quoniam in hac materia idem est si dicas: Pater misit Iohannē ante faciem Filij sui, Filius misit Iohannem ante faciem suam, Spiritus sanctus misit Iohannem ante faciem Filij: quandoquidem in Trinitate personarum vnus est, atque idem Deus, qui mittit. * Vtrumque igitur sensit, ac significauit Propheta, vtrumque senserunt, ac significarunt Euangelistæ, quia cum alterum dicitur, vtrumque dicitur. Quod verò Euangelistę scribunt: Ecce, ego mitto angelum meum ante faciem tuam, cum Prophetа solum dicat: Ecce, ego mitto angelum meum: sæpe adnotauimus eos non obseruare morose verba, sed sensum, quem interdum paucioribus verbis exprimunt, vt fere solet Iohannes, interdum pluribus, sed ita, vt sensus maneat semper idē. De quo multa Hieronymus in libello de optimo genere interpretandi ad Pammachium.

Sed iam singula explicemus. Quoniam dictum est: *Ecce, ego mitto angelum meum*, non defuerunt vaniloqui, & seductores, qui Iohannem Baptistam angelum fuisse dicerēt humano corpore vestitum, vt videri ab hominibus, & eis prędicare posset. Huius stultissimæ hæresis assertorem Beda in cap. 1. Marci affirmat fuisse Origenem, de qua Cyrillus lib. 1. in Iohan. cap. 7. exponens illud: Fuit homo missus à Deo, hæc scribit: *Nec isto solo contentus tutissimè adiecit, Homo, temeritatem nonnullorum euertens. Iam enim rumores fuerunt, non natura hominem, sed de numero sanctorum angelorum Baptistam fuisse, ac humano corpore vsum prædicasse, quod inde affirmabant, quia dictum est: Ecce, ego mitto angelum meum ante faciem tuam: ignorantes videlicet nomē angeli ministerium magis, quā

9

substan-

substantiam significare. Sic enim alium super alium ad beatum Iob angelos cucurrisse legimus calamitates nouas sibi atque inauditas nuntiantes. Beatus etiam Paulus tale quid de sanctis angelis determinat. Nonne, inquit, omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis? Angelus igitur beatus Baptista nuncupatus est, nō quia natura angelus esset, sed, quia ad nuntiandum, clamandumque venit, præparandam esse Domini viam. Hæc Cyrillus. Arbitror autem, vt cap. 2. in illud: Quia angelus Domini exercituum est, dixi, nomen angeli positum esse, vt sciremus angelum, id est, nuntium, promitti non qualemcunque, sed angelicæ vitę, & puritatis, vt in cap. 11. Matthęi adnotarūt Theophylactus, & Euthymius.

10 *In eundem locum autor imperfectorum Commentariorum: Puto, inquit (si non est audacię dicere) quod glorioſior est Iohannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum angelus est vocatus, quam si nomine angelus, & natura fuisset, &c. Etenim quāuis nomen angeli apud Grecos commune est omnibus nuntijs, sicut apud Hebræos מַלְאָךְ tamen noster interpres non temere hoc nomen dat nisi magnis, egregijsq; nuntijs, vt Malach. 2. Labia sacerdotis custodiēt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. Et in hoc cap. Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos quæritis, & angelus testamenti, quem vos vultis. Idcirco Iob. 1. &. 2. illos, qui veniebant ad Iob, nunquam angelos appellare voluit, licet in Greco ita appellarentur, sed nuntios.

Et præparabit viam ante faciem meam. Quomodo viam præparauerit, Matthæus, & Lucas cap. 3. docent, & Iohannes cap. 1. Dicebat Christum iam venisse, ac digito ostendebat, hortabatur omnes ad pœnitentiam, vt à peccatis purgati Christum reciperent. Quod Zacharias breuiter ostendit: Et tu puer propheta altissime vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius.

Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator. Pro Dominator, in Hebræo est הָאָדוֹן, id est, Dominus ille, vt vertit Leo Iudas, similiter Lxx ὁ κύριος, id est, Dominus ille vobis promissus. Sed Hieronymus, vt vim articuli suppleret, ostenderetque Dominum magnum esse, & nō quomodo alij Domini appellari solent, vertit, Dominator. Loquitur autem de Messia ex consensu nostrorum, & Hebræorum: Ex quo liquet eum Deum esse, qui templum habeat, solius enim Dei est vere habere templum, vt contra Iudæos obseruauit Galatinus lib. 4. cap. 10. Templum iuxta Cyrillū, aut verus virginis intelligitur, aut humanitas assumpta, aut Ierusalem ciuitas sancta, aut Ecclesia, cuius typus erat Ierusalem. Augustinus. 18. de Ciuit. cap. 35. & Theodoretus, humanitatem, siue carnem Domini templum interpretātur, iuxta quod ipse dixit Iohan. 2. Soluite templum hoc, &c. Verum mihi valde difficilis est hæc explicatio: nā si verba Prophetæ consideremus, prius mittitur Iohannes, & statim venit ad templum sanctum suum Dominator: at Dominus iam triginta annorum erat, cum Iohannes præcursoris officium exequi cœpit. * Quare non video quomodo hoc defendi possit, nisi quis diceret Iohannem missum fuisse cum conceptus est, à quo sexto mense conceptus est Christus. Sed hoc admodum durum est, non enim missus est, nisi cum exijt ad baptizandum, & prædicandum, sicut Iohānes subindicat: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Iohannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine. Tunc missus est, cum venit, vt testimonium perhiberet. Nec tamen etiam si missus dici posset, cum conceptus est, satis hoc esset: quoniam Propheta dicit: Ecce, ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet, &c. Ergo si hæc duo diuersa sunt, prius erāt faciēda, vt mitteretur, & vt præpararet viā; & tunc venturus erat Dominator. Ita igitur omnino intelligendum est, & ita factū est, vt prius cœperit prædicare, & baptizare Iohannes, & eo vincto ab Herode, Christus docere palā cœperit, vt videmus Matthæi. 4. & venerit in templum, vt Propheta, & vt verus Messias, ab omnibus videndus, & audiendus. * Tunc enim Christus 13 dicitur venire, cum docere incipit, & miracula facere, & munus suū exequi. Vtrumq; indicant verba Iohannis Baptistæ, Iohan. 1. Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis, ipse est, qui post me venturus est. Et Matth. 3. Qui post me venturus est, fortior me est. Act. 19. Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens: In eum, qui venturus esset post ipsum. Ita, vt

dixi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixi, interpretantur Lyranus, & Galatinus lib.4. cap.10. & quidam alij. Hieronymus paulo post templum dicit esse Ecclesiam, quam expolitionē & nos recipimus, sed tunc venit in Ecclesiam, cum se manifestare hominibus cœpit, & publice docere. Nec nobis aduersatur recitari hæc verba ab Ecclesia in die Purificationis: Nam cum infans in templum delatus est, significatum est breui explendum, quod modo promittitur: siquidem ingressus in illud templum figura erat eiusdem seruatoris ali quando Iudæis demonstrandi, quod præstitum est docente ipso in templo, & postea demonstrandi gentibus per prædicationē Euangelij, quoniam tēplum illud typus erat Ecclesiæ. Huiusmodi autē demōstrationes his Prophetæ verbis promittūtur, quare merito eo die legitur hæc prophetia.

14 *Quem vos quæritis.* In his verbis, & in sequē tibus: Et angelus testamēti, quem vos vultis, ostendit (vt ait Aug.18.de ciu.cap.35.) Iudæos iuxta scripturas, quas legunt, Christū quærere, & velle: quamuis postea multi nō agnouerint præsentem, quem quæsierant, & voluerant. Semper ille populus ardentibus desiderijs expectabat Christi aduentum quasi cōsolatoris, & redemptoris sui. Luc.2. Expectans consolationem Israel, de Simeone: de Hanna vero: Et hæc ipsa hora superueniēs confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabāt redemptionem Israel.

Et angelus testamenti. Qui Isai. 9. secundū Lxx interpretes dictus est magni cōsilij angelus, nunc dicitur angelus testamenti. i. fœderis, & pacti, hoc est angelus in fœdere promissus, de quo vobiscum Deus inijt fœdus, siue pactum, missurum se illum ad salutem hominum. De his vocabulis diximus Hos.10. nu.10. & Ham. 1. num. 22. Pactum autem est illud Deut.18. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Deus. Propterea Paulus dixit Rom.15. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei ad confirmandas promissiones patrum. * Dicitur etiā angelus testamenti, quia fœdus, & pactum fecit inter Deum, & homines. Aug.18. de ciu.ca.35. docet Christū dici angelum testamenti, quia nuntius est nouæ legis, & noui testamēti, in quo nobis cœlestia bona promittuntur. De nomine angeli diximus c.2.nu.14. & 15. ex quibus manifestū erit, cur Christus angelus dicatur.

Ecce venit. Augustinus loco modo indicato affirmat duplicē Dñi aduentum prædici à Propheta, priorē, in illis verbis. Et statim veniet ad tēplum sanctum suum, &c. posteriorē in ijs, quæ nunc interpretari volumus. Eodem modo hæc interpretatur li. 20. ca.25. & 26. Idem sensit Eusebius. lib.5. de Demōstr. Euan. ca. 28. & Theodoretus. At sine dubio semper de primo aduentu loquitur, vt aiunt Cyrillus, & Rupertus, & alij nonnulli: nam & cōtextus ipse exigit, vt cum dixerit; Et statim veniet ad tēplum, &c. idq; de primo aduentu dictū constet: de eodē intelligatur quod continuo additur. *Ecce venit, dicit Dominus exercituū, & quis poterit cogitare diē aduentus eius?* * Præterea sunt nōnulla, quæ minime in secundū aduentum quadrare possunt, vt illud: Et erūt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Deo sacrificiū Iuda, & Ierusalem. &c. tametsi hęc Aug.20.de ciu.ca.25. & 26. in cœlesti beatitudine futura intelligat. Sed tunc non offerentur sacrificia, nec magis offerēt filij Leui, quā reliqui. Scio cum per filios Leui omnes Christianos intellige re, sed cōtra omniū sensum, apud quos filij Leui, nō nisi sacerdotū typus sunt. Cū autē dicit: *Ecce venit*, cito eū vēturū significat.

Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? Alij interpretes vertunt: Et quis poterit sustinere? Immo & Lxx verterunt: *καὶ τίς ὑπομενεῖ τοῦτο*, hoc est. Et quis sustinebit? aiunt enim verbum כִּלְכֵּל non significare cogitare, sed sustinere. Quidam etiam exponunt: Quis poterit, non dico re ipsa, sed sola etiā cogitatione, sustinere diem aduentus eius? At si verbum Hebraicū non significat cogitare, male exponunt; sola cogitatione sustinere: si autē significat, recte conuersum est. Et quis poterit cogitare? Nos fatemur significare sustinere, neque id Hieronymum latuit, qui ita solet interpretari. Sed nec ipsi negare possunt, hoc idem verbum significare capere, & cōprehendere, extat enim locus manifestus. 2. Paral. 6. Si cœlū, & cœli cœlorum te non capiunt, quanto magis domus ista, quam ædificaui? Vbi Lxx verterunt: si cœlum, & cœli cœlorū non sufficiēt tibi, &c. * Ex quibus intelligitur cogitare in hoc loco idem esse quod capere, & cōprehendere cogitatione, vt sit sensus: Quis poterit cogitando consequi quanta sit glo-

sit gloria illius diei, quanta beneficia, & quantum honorem afferat dies ille generi humano, quo seruatorem suum homines videbunt, & audient loquentem? Hoc autem & apertius, & significātius ita dicitur, quam si diceretur: Quis sustinebit diem aduentus eius? Quod ita dictum, magis in secundum aduentum quadrat, quam in primum, de quo nunc loquitur, vt probatum est. Quare Hieronymus, cum alibi vertere soleat, sustinere, & sustentare; vt Prou.18. Spiritus viri sustentat imbecillitatem suā, & Iere. 20. Et defeci ferre non sustinens: prudenter hoc in loco alteram verbi significationem elegit, quæ aptior erat, & germanior.

18 *Et quis stabit ad videndum eum.* Quis poterit ferre oculis suis tantam lucem atq; maiestatem? Metaphora sumitur à sole, cuius splendorem oculi ferre non valent: quasi dicat: Omnem intelligentiam superabit illa gloria filij Dei, & illa eius bonitas, qua homo fieri, & cum hominibus conuersari sustinuit. Mihi videtur dictum, Quis stabit? acsi diceret: Quis hæc cogitans non deficiat præ admiratione, ira, vt viribus destitutus cadat?

Ipsa enim quasi ignis conflans. Forte hæc verba autores, quos supra nominauimus, impulerunt, vt de secundo aduentu interpretarentur, de quo scriptum est Psalm.49. Ignis in conspectu eius exardescet, &c. At quomodo Christus in secundo aduentu sedebit purgans filios Leui? aut quo modo tunc ei sacrificia offerent? Quare Theodoretus, & Lyranus, qui de secundo exposuerant, nunc ad primum redire coguntur. Hieronymus putat eum esse quasi ignem conflantem, quia laboribus, & afflictionibus purgabit corda fidelium. Sed quia rationem reddit verborum præcedentium: Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? nec apta esset ratio; quia ipse afflictionibus purgabit fideles; Theodoreto libēntius assentior, qui de expiatione cordium per Spiritum sanctum darum à * Christo Prophetam loqui arbitratur. Christus igitur igni spiritus sui calefaciet animas suorum, & expurgabit, vt ignis metalla; hoc enim significat: sicut ignis conflans, id est, purificās metalla, quæ mittūtur in ignem vt liqueficiant, & excernantur scoriæ. De hoc dictū est Matt.3. Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne. Et Luc.12: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendatur? Et Isai. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.

Et quasi herba fullonū. Hac herba maculæ & sordes multi tēporis eluuntur è vestibus à fullonibus. Vnde Marcus ca.9. vestimenta eius facta sunt splendentia, & candida nimis, velut nix, qualia fullo non potest facere super terram. Pro Herba fullonum est in Heb. בֹּרִית מְכַבְּסִים, ideſt, Borith lauātiū. Dicitur autem borith à בָּרַר, quod est mundauit, nec herbā putat esse R. Dauid, sed Saponē, cui & Varablus assentitur. Interpres etiam Chaldæi vertit, Sapo, cum in Chaldæo sit ipsum nomē Hebraicum. * Nō est tamē dubitandum borith esse herbam, quā vulgus saponariam vocat. Ita Hieronymus intellexit Iere. 2. Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: & in cōmentarijs eiusdem loci, & huius, quem nunc interpretamur. Et Lxx, in his duobus locis vertunt *πόα πλυνέντων*, hoc est Herba lauantium: quos Theodoretus, & ceteri græci sequuntur. Et Galatinus lib.3. ca.12. ait herbā esse, qua fullones pannos lauant, Arabice; dici gazul. Hierony. in verba iam posita Iere.2. Herba fullonū (inquit) iuxta ritum prouinciæ Palęstinę in virentibus, & humectis nascitur locis, & ad lauandas sordes eandē vim habet, quā & nitrū. &c significat igitur Christū animas hominū purissimas, & cādidissimas redditurum esse gratia sua. * Borith.

Et sedebit conflans, מְצָרֵף, quo vocabulo vsus est cum dixit: Ipse enim quasi ignis cōflans. Sedebit igitur purificans, vt ignis metalla. Sedebit autē, hoc significat, non obiter, & leuiter faciet, sed serio, & accurate; sedemus enim cum aliquid serio, & adhibita cura facere volumus, vt Psal. 1. Et in cathedra pestilentiæ non sedit, vt ibidem notat Euthymius Psalmo.49. Sedēs aduersus fratrem tuum loquebaris. Sedere.

Et emundans argentum. Lxx vertunt: Et emundans sicut argentum. Chaldæus, sicut vir, qui conflat, & emundat argentum. Quod quidē recte dicitur, sæpe enim adnotauimus apud Hebræos omitti solere notam similitudinis. Ac forte argentum vocat populum Christianum, cuius comparatione ceteri populi sunt ferrum, aut æs, sed ipse comparatio- 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne sacerdotum, qui aurum esse intelliguntur, dicitur argentum.

Et purgabit filios Leui. Theodoretus proprie intelligit de ijs, qui erant ex tribu Leui, & adducit in exemplum apostolum Barnabam, qui fuit ex tribu Leui. At Hieronymus, In filijs, inquit, Leui omnem sacerdotalem intelligit dignitatem, loquitur, vt existimo, de sacerdotibus nouæ legis. Certe Propheta de illis loquitur quocunque ex genere sint, fuerũt enim filij Leui figura sacerdotum noui testamenti. Frequẽs autem est in scriptura nomen figuræ tribui rei figuratæ, sicut Christus appellatur Dauid Hos.3. & Ezec 34. ita Zac.14. Sollennitates tabernaculorũ, & in hoc capite paulo post Iuda, & Ierusalẽ. * Est ergo sensus: Christus dabit Ecclesiæ suæ optimos, purgatissimosque sacerdotes, qui populum doceant, & sanctitate sua Ecclesiam ædificent: quales fuerunt apostoli, & eorum successores. Ex munditia enim sacerdotum pendet populi sanctitas, & munditia.

Et colabit eos quasi aurum, & quasi argentũ. Alijs atq, alijs verbis idẽ explicat, vt certius, firmiusque fiat, quod dicit, & vt intelligamus magnam futuram fuisse eorum puritatem. Hoc autem demonstrat similitudine auri, atque argenti, quæ cum sint omnium metallorum pretiosissima, accuratius igne purgantur, & colantur, ne quid maneat scoriæ, aut fæcis admistum.

Et erunt Domino offerentes sacrificia. Sancte, & pure ministrabunt altari, non sicut sacerdotes veteres, de quibus locutus est cap. 2. Quasi dicat: Pro malis sacerdotibus, & impuris, qui nunc sunt, dabit Dominus Ecclesiæ castos, purosque sacerdotes.

Et placebit Domino sacrificium Iuda, & Ierusalem. Per Iudam populum Christianum intelligit vere confitentem Deum, cuius sacrificium maxime Deo placet, quia corpus, & sanguis offertur vnigeniti filij Dei Domini nostri Iesu Christi * In Ierusalem autem metropoli, & capite Iudæorum sedem apostolicam indicare mihi videtur, quæ caput est, & magistra omnium Ecclesiarũ, in qua fuerũt sanctissimi sacerdotes, ijdemq; martyres Christi, & à qua vniuersa Christianorum gens docetur, quid, & quo modo offerre debeat. Ponitur vero in vtroque nomine figura pro re figurata, nam Iuda typus est Ecclesiæ, & Ierusalem caput Iuda, typus vrbis Romæ, idest, sedis apostolicę, quę caput est vna totius populi Christiani.

Sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. Sæculi dies vocat antiquissimum tempus, quod præcessit, vt latius explicauimus Mich. 5. n. 39. & sequentibus, quod statim explicat dicẽs: Et sicut anni antiqui, id est, Sicut ei placebãt sacrificia, quæ olim sancti patres obtulerunt. Hæc verba recte intellexit Lyranus, affertque alia ex canone missæ, ex quibus optime explicantur. * Supra quæ propitio, ac sereno vultu respicere digneris, & accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti Habel, & sacrificium patriarchę nostri Abrahę, & quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedec, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam. Addit, dictionem sicut, non significare nunc æqualitatem, sed tantum modo correspondentiam (ita cũ explicat) rei figuratę ad figuram. Quod est diligenter adnotandum, vt multa in prophetis intelligamus, in quibus bona noui testamenti conferũtur cum bonis veteris. Sed de his plura diximus loc. 2. n. 30. & 31.

Et accedam ad vos in iudicio. Hęc verba quidam ad secundum aduentum referunt, quidam ad primum, sed in vtroque potissimum Iudęorum peccatum damnãdorum est incredulitas, & odium Christi, quod hic non commemoratur. Præterea cum dicit: Ero testis velox, &c. satis significat non diu differendum esse supplicium, quod nunc comminatur. Quare lõge mihi vero similius videtur post prophetiam de Christi aduentu redire prophetam ad reprehendendũ sui temporis mores. * Etenim hoc eum facere in verbis sequentibus: Ego enim Dominus, & non mutor, perspicuum est: at hęc rationem superiorũ reddũt, quod indicat coniunctio Enim. Melius ergo dicemus ab his incipere: Et accedã ad vos, &c. Dixit cap. 2. Molestissima sibi fuisse illa verba Iudęorum: Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu eius, aut certe vbi est Deus iudicij? Et ideo intulit: Ecce ego mitto angelum meum. Quasi dicat: Vos dicitis placere mihi eum, qui malus est: ego mitto angelum meum, qui homines à peccatis traducat ad iustitiam, & ita parabit mihi viam, non enim possum venire, nisi ad bonos. Et statim veniet Christus, qui tollet peccata mundi, Et quoniam dicit

ris: vbi est Deus iudicij? ego cito veniã, vt in iudicium intrem vobiscum, & puniam peccata grauiora.

Et ero testis velox maleficis. Ego ipse, qui iudex futurus sum, ero & testis velox, id est, cito adero, & cito omnia peccata vestra detegam. Acsi dicat: Nihil eorum, quę facitis, me latet, &, vt reus damnatur adhibitis testibus, ita ego ex ijs, quæ noui vos fecisse, sententiam feram in vos. * Notat autẽ hic peccata quædam peculiariter, vt Paulus Burgensis ait in additione, quod hęc soleãt esse occulta, nec possint ad ea punienda facile testes inueniri, ac si dicat: Non deerunt testes, quantumuis occulte hæc faciatis, ego testis ero. Maleficos vocat incantatores, præstigiatores, & magicis artibus deditos, cuiusmodi multi erant in populo illo. Iere. 27. vos ergo nolite audire prophetas vestros, &c. & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non seruietis regi Babylonis. vide etiam 2. Paral. 33.

Et qui calumniantur mercedem mercenarij. Lxx: Qui priuant mercedem mercenarij, sed apertius Chaldęus: Qui auferunt violẽter mercedem mercenarij. Iac. 5. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introiuit. Quid sit calumniari, diximus, Zachar. 7. numero. 8.

Et humiliant viduas. Lxx: Et qui opprimũt per potentiam viduas, & percuriunt pupillos. In Heb. suppletur idẽ verbũ, calumniantur: ita enim habetur: Qui calũniantur mercedem mercenarij, viduam, & pupillum. Humiliare dicit affligere, & opprimere.

Et opprimunt peregrinum. Iniustè scilicet iudicantes contra illum, & cum re sua spoliãtes, aut testimonium falsum cõtra eum dicentes, propterea quòd, cum peregrinus esset, patronos, & fautores nõ haberet. Lxx & Chaldæus verterunt: Et qui peruertunt iudicium aduenæ. In Hebræo est, מַטֵּה גֵּר, id est, Declinare facientes peregrinum. Hoc est: Peruertentes iudicium peregrini, faciẽtes, vt ille causa cadat. Eodem verbo vtitur lex Deut. 27. Maledictus qui peruertit iudicium aduenç. Pro qui peruertit, est etiam in Hebræo, מַטֶּה

Ego enim Dominus, & non mutor. Quid hoc ad præcedentia pertineat, commentarij varie exponunt, mihi maxime placet ratio, & expositio Cyrilli: vos putabatis me mutatum esse, vt cum antea iustitiam amarem, nunc iam mihi mali placerent. At non ita est, idem sum, nec vnquam mutor, semper mihi mali displicent, & ideo accedam ad eos in iudicio, & puniam. Ita etiam Iacobus dixit cap. 1. Omne datum bonum, & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, id est, semper ab illo descendit lux, nunquam tenebrę, id est, peccatum. * Pro Mutor est, שָׁנִיתִי quod verbum inconstantiam quandam significat, cum quis nunc hoc vult, nunc illud, significat enim iterare, vnde שְׁנַיִם duo, ac si diceret: Semper vnum volo, & sentio, non duo, modo hoc, modo illud. Pulchre autem dixit: Ego יְהוָה cui conuenit semper eodem modo esse, & à quo est alienissima omnis mutatio. Ichoua.

Et vos filij Iacob non estis consumpti. Cum semper malos oderim, tamen erga vos magna misericordia vsus sum, quos potuissem sæpe propter peccata extinguere, & delere, cum vetera sint vestra peccata, & malos parentes mali filij imitemini. Quare reuertimini ad me per veram pœnitentiam, & ego reuertar ad vos, propitius vobis ero, & semper fauebo. Hoc optime agnouit Ieremias, qui Thren. 3. ait. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius.

In quo reuertemur? Quid faciendum nobis est, vt ad te reuertamur, nõ enim videmur nobis à te recessisse?

Si affliget homo Deum. Ita legendum est, nõ, Afflíget, vt cernitur ex Hebræo & ex Lxx, & ceteris interpretib⁹ הֲיִקְבַּע Hoc verbũ, si recẽtioribus Heb. credim⁹, significat rapere, vt sit sensus: Nũ rapiet homo Deũ, id est, Rapiet quæ Dei sunt? quod dicitur propter decimas nõ solutas, vt statim indicabimus. Lxx: εἰ πληρώσει hoc est Nũ supplantabit. i. Num vos decipietis me, qui omnia scio, vt putetis clam auferre posse decimas meas? Aquila, Symmachus, & Theodotio (vt referũt Hier. & Theodoretus) trãstulerũt: μὴ ἀποστερήσει Nũ defraudabit homo Deũ, scilicet, auferẽs qđ illius est? Quod iuxta Historię ordinẽ rectè cõuenit, vt ait Hier. Deo enim defraudari, & priuari dicitur, cũ Leuitæ decimis defraudantur, vt cum ait Matt. 25. Esuriui, & non dedistis mihi manducare,

Universidad de Deusto. Biblioteca

care,&c.Sed testatur Hieronymus hoc verbum קְבַע Syrorum,Chaldæorumque lingua significare idem,quod Affixit. At affigere per metaphoram significat affligere, & vehementi dolore afficere,qualis est eorum,qui affiguntur:siue per dolorē inflictū prouocare ad iram, sicut vertit Chaldæus: Num quid ad iracūdiam prouocat vir iudicē?* Similiter vt in hoc loco, transtulit Hierony. Prou.22.Non facias violentiam pauperi, &c. quia iudicabit Dominus causam eius,& configet eos, qui confixerunt animam eius.Dicitur ergo Deus humano more cōfigi,quia magnopere illi displicet decimas non solui sacerdotibus:quare omniū translationum idem est fere sensus.

30

In decimis,& in primitys. Historiam habemus apud Nehemiā, orta est enim fames magna,vt videmus cap.5.ita vt propter penuriam decimę Leuitis non darentur à populo,sicut idem autor scribit cap.13. & cognoui quod partes Leuitarum non fuissent datæ, & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis,& cantoribus,& de ijs,qui ministrabant,&c.Pro primitijs est תְּרוּמָה, pro quo Pagninus vertit oblationem, sed Lxx,& interpres Chaldæi ita habent,vt nostra trāslatio,Chaldæus ipso nomine Heb. vsus est:Sunt autē primitię primi fructus agrorū,qui Deo offerebant.Exho.22.&.23.

Et in penuria vos maledicti estis.Heb.In maledictione vos maledicti estis.Sed sicut benedictio copiam significat,ita maledictio significat sterilitatem,& penuriam.Afflixi, & puniui vos magna penuria,& sterilitate, & tamē neque ita resipiscitis,aut me placare curatis,sed configitis potius decimas mihi adimendo.

31 *Gens tota*:Tam principes,& diuites,quā priuati,& pauperes.

Inferte omnem decimam in horreum.s. tēpli, vt inde detur Leuitis, nihil subtraharis, vt hactenus feciſtis, propter quod sterilitatē vobis immisi.

Et sit cibus in domo mea. Quo ministri templi alantur.

Et probate me super hoc.Facite hoc,& experimini,an sciam benefacere obseruantibus mandata mea.Simile est illud Isa.1.Lauamini,mundi estote,&c.& venite, & arguite me dicit Dominus.

Si non aperuero vobis cataractas cœli.i.Si nō effudero tā copiosam pluuiam, vt cataractæ cœli apertæ esse credātur. Ita Hie. Sed supplendū est,Dicite me mendacē,aut aliquid tale. Est em̄ mos scripturę, vt quæ tristia dictu sunt,aut blasphemiā magnā habēt in Deū,taceat,& intelligi malit quā dici, aut certe honestiore vocabulo dicat. Inde toties:Hæc mihi faciat Deus,& hæc addat.In de etiā Iob.1. Ne forte benedixerint Deū in cordib⁹ suis,&.c.2. Benedic Deo,& morere, ꝓMaledic.3.Reg.21.*Submittite duos filios Belihal cōtra eū,& falsū testimoniū dicāt:Benedixit Deū,& regē.Vibi nos &,Lxx habem⁹ Cataractas cœli in Heb.est אֲרֻבּוֹת i.fenestras,sicut etiā est apud Chaldæū. Videt Propheta alludere ad illud Gen.7.Et cataractæ cœli apertæ sunt,vbi idē vocabulū est in Heb.Est autem cataracta locus in flumine abruptus,& præceps,vnde aqua cum magno fragore,& impetu decidit,ἀπὸ τοῦ κατάρασσω, quod est vehementer percutio,collido, frāgo, decido.Vnde illæ,quasi fenestræ,per quas imber violēter,& cū impetu decidit in terrā,merito dictæ sunt cataractæ.Sed fenestras dici putarūt Hebræi qđ cœlo in diluuio rupto per illa foramina descēdissent aquæ,quę super cœlos sunt.Quā sententiā secutus est ibidē Hier.ab Oleastro, & probabile hoc esse dicit Lypomanus in catena.Sed quæramus ex his autorib⁹, an sicut tūc propter magnitudinē futuri diluuij ꝑ fenestras illas cœlorū effusę sunt aquæ, ita putēt ad dandā his hominibus pluuiā rum pēdos fuisse cœlos?Nam si hoc tēpore nō erāt rumpendi, nec in diluuio rupti sunt.* Sciendū igitur est,vt bene adnotauit Caietā.in eundem locū Gene.cœlū in scriptura clausū dici,cū pluuiā non emittit,Luc.4. Quādo clausum est cœlū annis trib⁹,& mēsibus sex,pro quo dixit Iaco.c.5.Et nō pluit annos tres,& mēses sex.Et sicut tunc clausum dicitur,ita cū pluit,& aquæ,quæ in nubibus retinebantur,crūpunt in terrā, cœlū dicitur aperiri, & rūpi fenestras, ac si magna vi aquæ in nubibus incluſæ elausas fenestras refringerēt,& violēter exirēt.Quod nō dicitur,nisi cū maiores solito imbres effunduntur. Non itaq; cataractæ cœli sunt, sed nubium, vt in eundem locum exposuit Glossa, & S. Thomas in Psalmum. 41. & Vatablus Gene.7.& alij.

Reg.

Scriptura tacet tristia,aut melioribꝰ vocabulis effert.

32

Cataractæ.

Et effudero vobis benedictionem. Verbum Effudero largitatem indicat, vt notauit Hierony. hic,& nos locl.2.n.54.55.*Ait ergo:simul cum largitate imbriū dabo vobis magnā copiam omniū,quæ è terra gignū-

33

Cœlū clausum & apertum.

tur

tur. *Vsque ad abundantiam* עַד בְּלִי דָי, id est, Donec nō sufficiētia.i.(vt vertit Pagninus) Donec non sint vobis sufficiētia vasa, hoc est:Donec non habeatis horrea,& receptacula,in quæ inferatis. Chaldæus: Adeo vt dicatis,satis est, quasi dicat: Nolumus amplius,non habemus vasa.

Et increpabo pro vobis deuorantem. Auertā ab agris vestris locustā,& bruchū, quę disperdere solent fruges è terra bene pluuijs irrigata natas.In Heb.est:Increpabo vobis,sed Hiero.vt magis explicaret, vertit Increpabo pro vobis:De ambiguitate autē,quę est in verbo,Deuorātē,dixim⁹ iā.c.1.n.33.&.34.

Et beatos vos dicent omnes gentes. Admiratæ tantam terræ fertilitatem, atque inde vos Deo caros esse intelligentes.

Eritis enim vos terra desiderabilis.Omnes in terra vestra habitare desiderabunt propter insignē eius fertilitatē,vt exponunt Hieronym.& Hebr.Chaldæus:Et laudabunt vos omnes gentes,quoniam vos habitabitis in terra domus maiestatis meæ.* Sed cur ita locutus est,ac nō potius dixit:Erit terra vestra desiderabilis? Responderi potest phrasin esse Hebræorum,vt quod terræ est,tribuatur possessoribus terræ,vt Deut. 28.Benedictus tu in ciuitate, benedictus in agro, ager enim est,qui dicitur benedictus, cum multū fructū affert.Et psal.4. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicari sunt, id est,multiplicē fructum tulit eis terra frumēti,& vini, & olei.Ita ipsi dicuntur terra desiderabilis,quia in terra desiderabili habitāt. Sed planius est,& simplicius, vt subaudiamus,Sicut,quod sæpe fieri adnotaumus, vt sit sensus:Eritis vos sicut terra desiderabilis. i. virentes, & prosperi,& abundantes diuitijs,sicut verterunt Lxx.Quia eritis mihi vos quasi terra desiderabilis: Quomodo etiā expositum Cyrillus.*Ex his omnibus intelligimus quanti faciat Deus decimarum solutionem,quas etiā in tanta fame, & sterilitate integras persolui vult. Et quam merito Concilium Trid.sess.25.capi.12.statuat decimarum solutionem debitā esse Deo, ac nō soluētes integre iubeat excōmunicari,nec ab illo crimine,nisi plena restitutione secuta,absolui.A Equū enim est vt sacra mētorū gratia nō fruat,qui Dei & sacramētorū ministros debitis defraudat alimentis.

34

35

TROPOLOGIA.

Quod ab initio capitis scriptū est vsq; ad illud:Et accedā ad vos in iudicio, quia manifestissimā continet de futuris propheriā, non est iuxta regulā Hiero.per incerta Allegoriæ extenuandū,nec alius sensus quærendus est, quā Historicus. Similiter quod inde sequitur donec dicit; Si affigit homo Deum,&c. morale est, nec aliter exponi oportet,vt traditū nobis est à Gregorio ad calcē lib.20.Mor.Tantum ea ad nos accōmodemus,vt intelligamus maiori nos esse dignos supplicio,maioremq; esse erga nos Dei misericordiā tāta mala tolerātis.* Possumus tamen & spiritualiter interpretari maleficos, quomodo interpretati sumus Mich.5.nu.87.& adulteros, & periuros, & reliqua nomina peccatorū. Adulteri sunt, qui vrilia dicentes voluptatē suam quærūt, quā ex honoribus, & ex gloria, & ex diuitijs percipiunt,& filios Deo gignere per semen verbi minime curant. Qui non sunt valde dissimiles Onam Filio Iudæ,cui cum pater dixisset:Ingredere ad vxorem fratris tui,& sociare illi,vt suscites semē fratri tuo: ille sciens non nasci sibi filios,introiens ad vxorem fratris sui semen fundebat in terrā, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum Dñs, eo quod rem detestabilem faceret.Quid enim quærere debent prædicatores,nisi vt per verbum Dei, quod est semē immortalitatis,suscitent semē fratri suo.i.Christo, qui paucis cōuersis quodāmodo sine liberis mortuus est?* Sed semē fundūt in terrā,quia verbū Dei cū terra miscēt terrena quærētes,non autē filios Deo procreare cupiētes,immo quātū in se est,vim procreādi cęlesti illi semini adimētes. Periuri sunt,qui fidē Deo nō seruāt,nec implēt quod vouerūt,similes viduis,de quibus Apostolus scribit.Habētes dānationē, quia primā fidē irritam fecerūt.Mercenarij sunt,qui pro æterna mercede Deo seruiūt, de quibus dictū est:Quāti mercenarij in domo patris mei abūdant panibus?Viduę sunt animæ virtute pauperes, & præsidio magistrorū,atq; adiutorū in viā Dei destitutę.Pupilli,qui teneri sunt, & cū adhuc inciperēt in via Dei ambulare,à patribus spiritualib⁹ separati,& abducti.Peregrin⁹ est,qui erat in regione lōginqua, & in terra peccari,& ad Deū nuper cōuersus est. Et quoniā hi oēs nō valde fere ꝓfecerūt in virtute,patērq;dolis malorū,& facile à ministris Diaboli advitā delicatiorē,& carni suauiorē traducūt,& mercede sua priuātur,quā in cęlo sperabāt, idq; grauissimi criminis est, ideo Dñs ait

36

Adulteri, qui concionando voluptatē quęrunt.

Gen.38.

38

Periuri.

1.Tim.5.

Mercenar. Luc.15.

Viduæ.

Pupilli.

Peregrinus

Universidad de Deusto
Biblioteca

39

Luc.18.

1.Pet.2. Apoca.1. Decimæ multiplices.

40

41

se testem velocem futurũ ijs, qui calũniantur mercedẽ mercenarij, & humiliãr viduas & pupillos, & opprimunt peregrinũ. In eo vero, quod ait: * *Si affigit homo Deũ?* &c. perdecimarũ solutionem admonemur, vt omniũ, quæ de terra nascuntur, i. omnium bonorum, quæ in anima nostra oriũtur, & bonorum naturę, quę possidemus, partẽ Deo offeramus, & eius populo, ac ministris, iuxta illud. Decimas de omnium, quæ possideo. Hoc est, vt fide nostra fidẽ ædificemus aliorum caritate nostra prouocemus aliorum caritatẽ, consilio, doctrina, ceteris que bonis fratres nostros iuuemus. Quod si quis dicat decimas non deberi, nisi sacerdotibus, & Leuitis, responderi potest, omnes Christianos esse quodãmodo sacerdotes, non quo potestatem habeant conficiendi sacrum corpus, & sanguinem seruatoris, quod initiatorum tantum est, sed quo Deo sacrificium offerunt cordis contriti, & humiliati, & concupiscentias suas Deo mactant, sicut ait Petrus: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Et Iohannes: Et fecit nos regnum, & sacerdotes Deo. Diccmus etiam multiplices fuisse decimas apud Hebræ. vt docet Hie. in illud Ezec. 45. Et hę sunt primitiæ, quas tolletis. * Quædã, quas vniuersus populus debebat Leuitis: aliç, quas ex decimis ipsis Leuitæ debebant sacerdotibus, & vocabantur secundæ decimæ. Erant & aliæ, quas vnusquisque de populo sibi seruabat, vt comederet eas in Ierusalem cum sacerdotibus, cum ascendebat ad templum. Aliæ, quas tertio quoque anno pauperibus recondebat. Ita nos ex omnibus bonis nostris quædã seruare debemus Ecclesiæ ministris, adiuuando illos opera, consilio, ingenio nostro, cum opus fuerit, tam ex ijs, quæ in nobis oriuntur, quam ex decimis decimarum, id est, ex ijs, quæ ab alijs didicimus, aut accepimus. Quædam Deo offerre, & in eius obsequiũ consumere, quædam pauperibus seruare decet, id est, fratribus nostris, quicunque opera nostra indigebunt. Eccl. 35. Bono animo gloriã redde Deo, & non minuas primitias manuũ tuarũ. In omni dato hilarẽ fac vultũ tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Da altissimo secundum datũ eius, & in bono oculo adinuentionẽ facito manuum tuarũ: Quoniã Dñs retribuẽs est, & septies tantũ reddet tibi. * Nec solũ de his, sed ex illis etiã, quæ per victoriã consecuti sumus victis tẽtationibus, & cõcupiscentijs nostris decimas offeramꝰ gratias agẽtes Deo, & in eius obsequium vtentes gratia, & virtutibus ab eo acceptis. Sicut Abraham dedit decimas ex omnibus Melchisedec post victoriã regũ, ita nos post victoriã tentationũ, & vitiorũ Diaboli mundi, & carnis. Huiusmodi decimas, & primitias multi offerũt idolis. i. honoribus pecuniæ voluptatibus, in quorũ gratiã ætatẽ, & quæcũq; habẽt bona, consumunt: nos vni Deo viuo, & vero offerre debemꝰ S. Tobiã imitãtes, de quo scriptũ est: Cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Ierobohã fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omniũ, & pergebat in Ierusalẽ ad templũ Dñi, & ibi adorabat Dñm Deum Israel omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens. Si has decimas, & primitias non soluimus cõfigemus Deũ, & erimus maledicti in penuria, hoc est, bonorũ spiritualiũ inopia, & sterilitate magna laborabimus. 42
* Si autẽ integre intulerimꝰ in horrea tẽpli, & nihil ex nostris Deo abstulerimus, vt sit cibus in domo Dei: probemus illum super hoc, nõ parcum, nõ auarũ, non mendacẽ inueniemus. Aperiet cataractas cœli, & effundet copiosum imbrẽ bonorum in animas nostras, sicut ab alio propheta dictum est: Tũc erũpet, quasi mane, lumẽ tuũ, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Effundet benedictionem vsque ad abũdantiam, id est, donec vasa desint ad excipiendum, id est, donec crescente cum donis humilitate clamemus ad Dominum, vt sæpe faciunt sancti, indignos nos esse tantis bonis, non habere quo excipiamus, ea largiatur humilioribus, qui plenius agnoscãt, & melius in eius gloriã cõferant. Et increpabit pro nobis deuorãtẽ, hoc est, auferet ea, quæ pdere solẽt actiones nostras bonas, vt inanẽ gloriã, ambitionẽ, & cupiditatẽ. Nõ erit sterilis vinea in agro nostro. i. vino abũdabimus, hoc est, cõsolatione Sãcti spiritus. Omnes beatos nos dicẽt, & erimꝰ sicut terra desiderabilis, pleni fructibꝰ bonorũ operum, omnesq; cupiẽt esse quales nos sumus. Omnes huiusmodi promissiones ad eos etiã accõmodãdæ sunt, qui se totos Deo tradũt, nec quidquã retinere volũt sui, vt toti possideant à Deo. Nõ cũ alia ex causa parũ, pficimus, quã qđ nostri esse volumꝰ nec vnquã plene nos Deo addicimꝰ.

Tob.1.

Isa.58.

HISTORIA.

43

Inualuerunt super me verba vestra. * Præualuerunt contra me, & quasi onus quoddã graue me opprimunt. Lxx Ingrauastis super me verbis vestris, id est, molestissima mihi fuerunt verba vestra. Iterum reprehẽdit blasphemiam, de qua ca. 2. dicebat: Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris: quoniam post illam increpationẽ iterum ad eandem blasphemiam redierãt. Cum enim affligerentur à Deo fame, & egestate propter scelera, & propter detractionem decimarum, nõ se accusabant, sed diuinam prouidentiam, quod ditiores viderent idololatras, quam se.

Et quia ambulauimus tristes. Pœnitẽtia videlicet, & dolore peccatorum.

Ergo nunc beatos dicimus arrogantes. Cum hæc videamus, beatos vocamus arrogantes, qui contra Deum superbia efferuntur, & blasphemant. Causam indicat cõtinuo.

Ædificare aliquem.

Siquidem ædificati sunt facientes impietatem. Ædificare aliquem, siue facere ei domũ, iuxta Hebraici sermonis idioma est filios ei dare, quod apud verteres magnę felicitatis loco habebatur, vt videmus Deut. 28. Hinc psal. 127. Filij tui, sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Exho. 1. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit 44
eis domos. * Et de eo, qui non vult suscitare semen fratri suo, id est, filios ei gignere, dicitur Deut. 25. Sic fiet homini, qui nõ ędificat domũ fratris sui. Et Gen. 30. vbi habemꝰ: Et habeã ex illa filios, in Heb. est: Et ædificabor ego etiã ex illa. Eadẽ verba sunt in Heb. Gen. 16. vbi habet nostra translatio: Si forte saltem ex illa suscipiam filios: in quæ verba Hieronymus notauit hanc phrasin in Traditionibus Hebraicis. Verum quoniam multitudo filiorum cum paupertate potius esset onerosa, quam iucunda: cum ædificatio inter præmia ponitur, intelligitur cum filijs copia rei familiaris, aut certe ex parte præcipua humanæ felicitatis, id est, ex multitudine filiorum, ceteræ subintelliguntur. Atq; ita verũ esse poterit, quod quidã hic dicunt: Ædificati sunt. i. diuitijs, & bonis abũdãt. Alioqui propria huiꝰ locutionis significatio est, quã diximus, ac si dicãt: Non solũ ipsi ob impietatẽ extincti nõ sunt, sed etiã multis filijs aucti memoriam diuturnam sui in posteritate sua relinquũt.

45

Et tentauerunt Deũ. * Peccatis eũ prouocauerũt. Lxx: Restiterũt Deo. Qui enim multũ peccant, videntur Deum tentare, id est, quasi velle experiri, an possit iniurias suas vlcisci, & an mala oderit.

Et salui facti sunt, id est, Non ideo perierunt, impune tulerunt.

Tunc locuti sunt timentes Dominum. Dũ impij hæc dicebant, iusti inter se loquebãtur. Nec dicit quid locuti sint, sed tamẽ ex eo, quod iustos locutos esse dicit, intelligi vult, eos Dei prouidentiã defendisse, vt ait Hier. ac dixisse, quod iustos decebat, & quod è scripturis didicerant: nõ fieri retributionẽ integrã bonorum, aut malorũ in hoc sæculo, sed in futurum differri, & occultissima esse Dei iudicia, qui omnia cum sapientia, nihil cum iniustitia facit.

Et attendit Dominus, & audiuit. Audiuit quę iusti pro gloria Dei loquebãtur, & scripsit illa in libro monumẽti. i. in libro memoriæ, Heb זִכָּרוֹן, id est, memoriæ. Lxx, μνημοσύνου, quod idẽ est. i. diligenter memorię mandauit, vt suo tẽpore illis mercedem reddat. Eodẽ fere modo dictũ est Deut. 32. 46
Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Quod autẽ addit: Timentibus Dñm, &c. perinde est ac si diceret: In bonum, & in retributionem timentium Dominum, & semper de eo cogitãtium, nec obliuiscentium mandata eius. Quod sequentia verba ostẽdunt apertius.

Et erũt mihi, ait Dominus exercituũ, in die, qua ego facio. Non dicit, quid faciat, sed loquitur more hominis cogitãtis aliquid facere, atque ideò ita loquitur ac si iam faciat. Hoc est, in die, qua ego pœnas de inimicis meis, & de blasphemantibus in me sumam, tam in hoc sæculo, quam in futuro.

Peculium.

In peculium. Seruabo eos tunc quasi peculiũ meum, quasi substantiã meam peculiarẽ, atq; dilectã. Peculiũ Heb. סְגֻלָּה quod (vt ait Hierony.) Aquila περιούσιον, ceteri περιποίησιν interpretati sunt. i. acquisitionẽ, vel possessionem. Et in illud Matth. 6. Panem nostrum super substantialem, ait: Considerauimus ergo in Hebræo, & vbicunq; illi (id est, Lxx interpretes) περιούσιον expressẽrũt, nos inuenimus סְגֻלָּה quod Symmachus ἐξαίρετον, id est præcipuum, vel egregium transtulit, licet in quodam loco Peculiare interpretatus sit. De quibus latius idem 47
in ca. 2. epist. ad Titum, prope finem. Hoc vocabulo sæpe vtitur scriptura, vt Exho. 19. Si ergo audieritis vocem meã, & custodieritis pactũ meum, eritis mihi in peculiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

de cunctis populis. Deut.7. Te elegit Dominꝰ Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram Psal.134. Quoniam Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi, ideſt, in peculium suum.

Et parcam eis. Non sinam, vt eos malum, vel afflictio, quamuis magna sit, attingat.

Sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Quem scilicet duplici nomine amat, & quòd filius sit, & quòd sibi obediat, ac seruiat.

Et conuertimini. Futuri tẽporis est in Heb. & in Græco, & in Latinis codicibus, emendatis, & manifeste Hierony. ita legit. Sensus est: Tunc vos, qui modo blasphematis, nullum vobis esse emolumentum ex eo, quod Deo seruitis, videntes vestram miseriam, & illorum felicitatem, cognoscetis quantum interſit apud Deum inter iustũ, & impium. Itaque nõ loquitur de fructuosa pœnitentia, sed de sera, & inutili, quæ est in malis, cum calamitatem suam agnoscentes, neque ad Deum tamen redeuntes morte, aut exilio, aut similibus pœnis multantur in hoc sæculo: Quod & in futuro multo verius erit.

Hæc omnia, quæ Historice tantum exposuimus, nullum præterea sensum habere mihi videntur.

Cap. IIII.

Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: et inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. Et orietur vobis timentibus nomẽ meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub plãta pedum vestrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Mementote legis Moysi

Luc.1.

Esho. 20.

serui mei, quam mandaui in Horeb ad omnem Israel præcepta & iudicia. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate.

Mat.17. Mat.9. Luc.1.

HISTORIA.

Ecce enim dies veniet succensa, quasi caminus. Cum dicit: *Ecce enim*, haud obscure declarat se rationem reddere præcedentium. Dixerat: Et videbitis, quid sit inter iustum, & impium, & inter seruientem Deo, & nõ seruientem ei: nũc dicit, cur id dixerit. Quoniam dies veniet, quæ consentientibus nostris, & Hebræis, dies iudicij intelligitur. Succensa quasi caminus, id est, plena iræ, & vltionis, & in qua maximus ignis videbitur, de quo Psal.96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Sed & iudicio peracto ignis gehennæ corripiet omnes damnatos, & in infernum deuoluet. Ad hunc autem ignem illius diei omnes superbi, & impij erunt quasi stipula: non quòd eos consumpturus sit omnino, sed quod ita celeriter eos corripiet ignis, & ira Dei, sicut ignis corripit stipulam, quæ tenuis est, & arida, & incendio parata. 1

Psal.96

Quæ non derelinquet eis radicem, & germen. Per radicem, & germen Chaldæus filium, & nepotem intellexit, quemadmodum & R. Dauid. Sed multo melius exponit Cyrillus. Nulla erit eis spes renascendi, sicut eutilsa radice plantę iterum nõ germinant.* Verum quia aliqui surculi sine radice solent germinare, post radicem, addidit: Et germen. Quasi dicat: Omnino, & sine spe vlla aliquando viuendi ibunt in mortem æternam, vbi mors est, tametsi nunquam moriantur. Possumus etiam ita interpretari: Auferet eis illa dies omnia bona sua, omnes voluptates, nihil relinquet: quo modo vulgo dicere solemus de re omnino consumpta: Nec ramum reliquit, nec folium. 2

Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ. Eusebius lib.5. de Demonstr. Euang cap.29. Qui sæpe nominatus est & Deus, &

angelus, & princeps imperatorum, & Christus, & sacerdos, & Verbum, & sapientia Dei, & imago: nunc idem sol iustitiæ dicitur: Hũc ipsum igitur is, qui genuit pater, non omnibus oriturum promittit, sed solis nomen suum timentibus, vt sic illis timoris erga se præmium solis iustitiæ det lumen, &c. Est autem sensus: Ipsa die, qua malis hæc contingent, vobis, qui me amatis, & timetis, longe aliter euenict, subito enim apparebit Christus cum splendore, & maiestate; quod iustis illius populi dicitur, atq; ijs maxime, qui Dei prouidentiam contra impios defendebant.* Dicitur autem Christus sol propter visibilem etiam splendorem, in quo veniet. Secundo propter lætitiam maximam, quam tunc iustis afferet, sicut sol oriens omnia lætificat. Tertio, quia aduentu suo fugabit omnes tenebras, id est, afflictiones, quibus in hoc sæculo sancti premebantur. Quarto, vt ait Hieronymus, quia omnia patefaciet, vt iudicentur, bona, & mala. 1. Cor. 4. Itaque nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Denique sol quasi restituit rebus suum colorem, quẽ nox videbatur abstulisse: ex quo illud. 3

4. Æne.

——— *Et rebus nox abstulit atra colorem.*

Quod imitatus Prudentius dixit:

Rebusque iam color redit
Vultu nitentis sideris.

Ita hoc sole exoriente redibit iustis suus color, perfecte videbuntur, cognoscentur qui sint, & redibit eis suus splendor afflictionibus, & persecutionibus obscuratus. Tunc etiam orietur sol, ideſt, veniet iustis noua, & subita prosperitas. Esther.8.* Iudæis autẽ noua lux oriri visa est. Quemadmodum autem in poetis quædam videmus epitheta perpetua, quæ omni tempori conueniunt, vt AEneas pius dicitur etiã cũ occidit, vt:

4 Reg.

Quem pius AEneas dictis affatur amaris.

Quædam autem temporaria, quæ non omni tempori conueniunt, sed illi, quo dicuntur, vt,

5. Æne.

——— *Agit ipse furentem*
Insomnis furus AEneas.

Ita etiam in scriptura, perpetuum Dei epithetum est, Bonus, misericors, temporariũ est: Deus vltionũ Dominus: Ego sum Dominus Deus tuus fortis, Zelotes. Quare sol iustitiæ aut perpetuum epithetum Christi

4. Æne.

Psal.91. Esho.20.

esse potest hoc loco, aut tẽporarium Cũ perpetuum est, sol iustitiæ dicitur, quia gignit in nobis iustitiam, & virtutes, & facit vt germinent, sicut sol gignit, & nutrit, omnia, quæ è terra oriuntur. Præterea (vt ait Cyrillus lib.4. in Ioh. cap.28.) quia delicto rum frigore corruptos spiritus ardore ad iustitiam reficit. Temporarium autem mihi nunc magis videtur, quod maximè illo die ei hoc nomen conueniet, & noua quadã ratione, quæ non sit ceteris ante diebus communis. Dicitur enim in die iudicij sol iustitiæ, quia claritatem suam, & lætitiam redder iustitiæ, ideſt, sanctitati, quæ ante obscurata erat laboribus, & calamitatibus, quibus iusti affligebantur, ac si mali essent. *Sol iraq; iustitiæ dicit quasi iustitiã illuminãs, & iustitię fauẽs, eãq; à persecutoribus suis liberãs. Ita Psal.4. Cũ inuocarẽ exaudiuit me Deus iustitię meę. i. inspector iustitię meæ, & pro ea iudicans. Eodem modo dictum est cap.2. Vbi est Deus iudicii? Et Psa. 37. Intende in adiutorium meum Domine Deus salutis meæ. 5

Et sanitas in pennis eius. Radios solis metaphorice vocat pennas, siue alas, quod illis sol omnia adeat, & lustret, sicut summus poëta ait.

Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras. 4. Æne.

Et quod solem circumstent radij ad similitudinem alarum expansarum. Sanitas ergo in pennis eius, quia quocunque radios extenderit, omnia sanabit, vulnera curabit, confractiones solidabir. Existimo hoc pertinere ad resurrectionem corporum, acsi dicat: Quantumuis vulnerati fuerint iusti, quantumuis confracti, tunc sanabuntur, & firmis, integrisque corporibus obuiam iudici prodibunt venienti. Quod sequentibus verbis apertius cognoscitur.

Et egrediemini, & saltetis sicut vitulus de armento. Egrediemini è sepulcris, & in occursum eius. Et salietis, id est in altum rollemini obuiam Christo, sicut ait sanctus Apostolus. 1. Thess. 4. Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aëra. Pro Vitulus de armẽto, in Heb. est עֶגְלֵי מַרְבֵּק sicut vituli marbec, quid sit autẽ marbec dixi mus Amos. 6. n. 16 i. quasi vitulus electus, & saginatus. Lxx etiã plurali numero verterunt Vituli, itaque in nostra translatione singularis pro plurali ponitur. In huiusmodi autem vitulis firmitas corporis, & celeritas, & lætitia, qua sancti in occursum 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi properabunt,indicatur. Quod præclarè expressere Lxx vertentes: Et salietis sicut vituli de vinculis relaxati;tunc enim celerius saliunt,& quasi lætitia exultant, cum è saginario,in quo tenebantur, soluuntur, & liberi ire sinuntur.

7 *Et calcabitis impios.* Eritis cum Christo & cum illo damnabitis impios, & pedibus vestris subijcietis eos, qui oppresserāt vos. Ita de iustis dicitur Psal.149. Et gladij ancipites in manibus eorum ad faciendam vindictam in nationibus,increpationes in populis,ad alligandos reges eorum in compedibus,& nobiles eorum in manicis ferreis. Hoc quod modo ait: *Calcabitis impios*, proprium Christi est,Psal.109. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum: sed sicut sancti suo modo iudicant, ita eis suo modo tribuuntur,quę Christus facit in iudicio,vt Sap.3. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis.

Cum fuerint cinis,ideſt, Abiectissimi, & vilissimi vt cinis,vt Gen.18. Loquar ad Dominum meum,cum sim pulvis,& cinis. Ac si dicat: Vos eritis tunc magni, & glorioſi coram Deo,mali autem viles,atque contēpti, & ira eos sub pedibus habebitis, vt pulverem,& cinerem. Iuxta Hebræum potest & ita verti. Erunt enim cinis sub planta pedum vestrorum. Lxx: Et conculcabitis iniquos,& erunt cinis sub pedibus vestris.

In die,quo ego facio.i. Quo decreui suppliciū sumere de inimicis, vt dixim⁹.c.5.n.46.

8 *Mementote legis Moysi*. Magna quæstio est,nec explicatu facilis, quorsum nūc eos iubeat meminisse legis Moysi, cum hactenus de iudicio nouissimo locutus fuerit,& continuo ad eadem tempora redeat cum ait: Ecce ego mittam vobis Eliam;cum promulgato Euangelio lex Mosis seruanda nō fuerit. Hinc miseri Iudæi existimant(vt refert Burgensis in additione prima huius capitis)ceremonias legis etiam tempore Messiæ esse obseruandas, quoniam de eo tempore loquens Propheta ait: Mementote legis Moysi. Multa hic dicunt huius loci enarratores, quæ quia mihi non satis placent, referenda non arbitror, cum præsertim possimus paucis,planisque verbis exponere,nec tam difficilis sit locus, quam videtur. Meminerimus igitur prophetas sic de futuris vaticinari,vt præsentia non deserāt. vt in primo præludio ostendimus num. 13 Deinde animaduertamus Prophetam nostrum, cum hæc dicit, hominibus ætatis suæ loqui, inter quos quidam diuinam prouidentiam incusabant, alij tuebantur, vt vere pij.* Hos ergo iubet recordari legis Mosis,id est,pie,& sancte viuere,vt in die illa succensa,& in tanta ira Dei ab eo protegi, seruarique mereantur. Non poterant autem sancte viuere,nisi ad præscriptum diuinæ legis per Mosem latæ vitam, moresq; suos conformarent. Quare merito ait: Mementote legis Moysi, quem admodum si nūc de iudicio,aut de pœnis inferni loqueremur, hortaremur auditores vt legem Christi seruarent,qua seruata omnes eas calamitates effugerent. Recte ergo ait Aug. 20.de ciu.c.28. duabus de causis hæc verba poni à Propheta hoc loco; prior est,vt post declaratū discrimen futurum inter obseruatores legis & cōtemptores,admoneātur eā obseruare. Posterior est, vt simul discant legē spiritualiter intelligere,& inueniāt in ea Christum,per quem iudicem facienda est inter bonos,& malos ipsa discretio. Carnaliter quippe accipiendo legem,& eius promissa terrena rerum cœlestium figuras esse nescientes in illa murmura corruerunt, vt dicere auderent: Vanus est,qui seruit Deo.

In Horeb. Qui est mōs Sinai, in quo data est lex,& ideo vocat mons Dei.3.Reg.19. Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus,& quadraginta noctibus. Mōtem nominat,vt melius recordentur maiestatis suæ, quæ in illo apparuit, cum totus fumabat,& fulgura cernebantur, ac buccinæ terribiliter personabant, Exho.19.

Præcepta,& iudicia. Et si hæc tria, Lex, Præcepta,Iudicia, generalia nomina sint, & ad quoduis præceptorum genus pertineāt,tamen cū simul ponūtur,vt hoc in loco,lex videtur significare moralia mandata, præcepta vero ea, quæ ad ceremonias pertinent,vt cum Hebræis affirmat Burgēsis in additione prima,iudicia, ea, quæ præcepta iudicialia appellantur.

Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam. Quoniam & alij prophetæ, & ipse Malachias.c.1.&.3. haud obscure locuti sunt de reprobatione,& abiectione Iudæorum, in consolationem eorundem,quibus nunc loquitur, subijcit prophetiam Eliæ venturi ante diē iudicij ad cōuersionem illorū,vt & præsentes bono animo sint,&qui eo tempore victuri sunt,per hæc verba agnoscant Eliā,& conuertantur. In Heb.est: Ecce ego mitto, & in

& in Chaldæo:sed sensus est idem,est enim Mitto,sine dubio,mittam. Lxx etiam iuxta Hiero.& Theodo. verterunt: Mittam,Diē Domini magnum,& horribilem exposuimus Ioe.2.vbi sunt eadem verba.n.64.& sequentibus. Erit dies iudicij,vt ait Hieron. magnus iustis,horribilis peccatoribus.

11 An Elias Thesbites venturus ante iudicium.

Oritur tamen hic magna quæstio, Vtrū nomine Eliæ ipse Elias Thesbites intelligēdus sit,an Iohannes Baptista, qui venit ante Dominum in spiritu,& virtute Elię. Causa quæstionis est, quod rogatus Dominus ab apostolis Matth.17. Quid ergo scribæ dicunt,quod Eliam oportet primum venire? Ita respondit: Dico autem vobis,quia Elias iam venit,& non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Et subijcit Euangelista: Tunc intellexerunt discipuli quod de Iohanne Baptista dixisset eis. His verbis adducti multi Iohannem hic à Malachia significari putant. In primis Hieron. nihil hic de aduentu Eliæ,dixit sed in Eliæ nomine significari omnem prophetarum chorum,qui de Christo testimoniū perhibent simul cum Moyse,ideſt,cum lege. Et mox ait: Iudæi,& Iudaizantes hæretici ante παραμένον suum(id est,ante Christū) Eliam putant esse venturum, & restituturum omnia. Vnde & Christo in Euangelio proponitur quæstio: Quid est quod Pharisæi dicunt,quod Elias venturus est? Quibus ille respondit: Elias quidem veniet,& si creditis, iam venit, in Elia Iohannem intelligens. * Et Rupertus ait. De aduentu Eliæ quidquam definire non ausim,quia videlicet doctorum alij,quibus omnes fere consentimus, credunt eum ad literam venturum,& restituturum omnia, ac mortis debitum persoluturum. Alij vero nequaquā, quibus vir illustris beatus Hieronymus cōsentire videtur. Deinde refert verba Hiero. quæ proposuimus. De Ioanne autem prorsus nunc loqui Malachiam affirmant Burgensis in additione.2. & Vatablus, & alij nonnulli. At nullo modo dubitandum est prophetiam hanc non de Ioh. Baptista scribi,sed de ipso Elia Thesbite, vt fere patres intelligunt. Origenes tom.7.in Iohannem Chrysostomus hom. 58.in Matth. Gregorius Nyssenus in libro de Aduētu Domini in carne contra Iudæos initio, Aug. 20. de ciu.c.29. Greg.11.Mor.c.10. Cyrill. & Theodoretus,& Lyranus hic. Euthymius,& Anselmus,& S. Thomas in caput.17. Matthæi, Beda in idem cap.& in.9. Marci, Arethas, & Ambrosi.in illud Apoc.11. Et prophetabunt,&c. Iulianus archiepiscopus Toletanus lib.1.contra Iudæos ante medium, Samuel Marrochianus in Epistola de aduentu Messiæ,cap.19.& Galatinus lib.12.cap.1. & multi ex recentioribus.* Præterea ex scriptura ita hoc perspicuè cognoscitur, vt mirer quemquam dubitare potuisse Eccl. 48. de Elia: qui receptus es,in turbine ignis incurru equorum igneorum: qui inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini,conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. Quis non videt eū alludere ad verba nostri Prophetæ: Et conuertet cor patrum ad filios,& cor filiorum ad patres eorum,ne forte veniam,& percutiam terram anathemate? Adquæ etiam sine dubio alluſit Dominus Matth.17: siquidem ad illud: Quid est,quod scribæ dicunt, quod Eliam oportet primum venire? ita respondet: Elias quidem veniet, & restituet omnia,quod Eccles. dixit. Et restituere tribus Iacob. Quod autem addidit: Dico autem vobis,quia Elias iam venit,non reiecit aut dānauit sensum scribarum, & docent Origenes tract.5 in Matth. Hilarius canone 71. Theophylactus, Beda, Anselmus, in eūdem locum: sed loquitur de aduentu alterius Eliæ. i. Iohannis Baptistæ,qui præcesit in spiritu,& virtute Eliæ, vt est apud Lucā, cap.1.* De aduentu Eliæ in fine sæculi vide martyrem Iustinum in dialogo cum Tryphone,Aug.20.de ciu.c.29. Greg.9.Mor.c.4.& lib.35.c.15. Amb.in illud.1.Cor.4. Puto enim quod Deus,&c.& Isidorum in libro de vita,& morte sanctorum. c.35. vbi de illo verba hęc Malachiæ interpretatur,& expositores in cap.11. Apo. Si igitur tunc venturus est vt restituat tribus Iacob, & leniat iracundiam Domini, quis dubitet de illo agere Malachiam,cum tam aperte in toto capite agat de extremo Domini aduentu? Accedit quod vbi nos habemus: Ecce ego mitto Eliam prophetam,Lxx verterunt: Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, vt constat ex versione,& commentarijs Hieronymi,& Cyrilli,& Theodoreti,& ex Aug.20.de ciu.c.29. ex Euthymio in Matt. 17.& ex Aretha in Apoca.11. & ex Chryso. hom.58.in Matth.vbi etiam ait: Vides exactam diligentiam propheticæ prædicationis: nam quoniam propter mysterij similitudinem Iohannes quoque poterat Elias

nominari

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominari,ne confusio fiat,patriam adscri-
psit Eliam Thesbiten appellans, Iohannes
enim non erat Thesbites. Quam ob rem
male,atque vitiose in biblijs Regijs scriptū
est in translatione Lxx:Ecce ego mitto vo
bis Eliam prophetam. * Hoc idem confir-
mare licet argumento eiusdem Chrysosto
mi: Perspicuum enim est Prophetam de se
cundo aduentu loqui cum ait:Ne veniens
percutiam terram anathemate, nam in pri
mo aduentu non venit Christus vt puniret,
sicut ipse testatur Iohan.3. Non enim ve-
nit filius hominis vt iudicet mundum, sed
vt saluetur mundus per ipsum.Non potest
ergo de Iohanne intelligi,qui tantum prio
ris aduentus præcursor erat futurus. Illud
etiam manifestissimum:Antequam veniat
dies Domini magnus,& horribilis : quod
in primum aduentum minime quadrat,
sed in secundum,vt Ioel capit.2.docet:Sol
conuertetur in tenebras,& luna in sangui-
nem, antequam veniat dies Domini ma-
gnus,& horribilis.Quid ergo ad verba Hie
ronymi respondebimus? Sane non esse illa
obscura Hieronymi consuetudinem co-
gnoscenti,qui cum editionē Lxx edisserit,
spiritualem interpretationem affert Histo-
ria prius enarrata,aut præterita, si apertior
est,vt hic fecit. * Indicat hoc interpretatio
nominis Elias,& nominis Thesbites.Indi
cat cū per Eliam prophetas per Mosem le-
gem intelligit,quam expositionem nemo
nescit esse spiritualem.Ceterum:Eliam præ
cursorem futurum secundi aduentus ipse
etiam docet in cap.17. Matth.in illud:Elias
quidem venturus est.Ipse inquit,qui ventu
rus est in secundo Saluatoris aduentu iuxta
corporis fidem,nunc per Iohannem venit
in virtute,& spiritu.

Et conuertet cor patrum ad filios. Patres sunt
Abraham,Isaac,Iacob,& propheræ,cumq;
Iudæi crediderint in Christum, in quem pa
tres crediderunt,vt indicat illud Iohann. 8.
Abraham exultauit, vt videret diem meū,
vidit & gauisus est:tunc cor patrum con-
uertetur ad filios,à quibus scilicet propter
incredulitatem fuerat auersum . Ita inter-
pretatur Aug.20.de ciu.c.29.Greg.11.Mor.
cap.10.Rupertus,Lyranus . Altera exposi-
tio est,patres esse Iudæos , filios vero apo-
stolos,& Christianos,iuxta illud , quod de
apostolis dictum est Psal.44. Pro patribus
tuis nati sunt tibi filij. Cum igitur Iudæi per
Eliam conuersi crediderint in Christum,si
cut apostoli,& Christiani, vnanimes,& cōsentientes erunt patres,& filij. *Vtraq; expositio Hieronymi est,& vtraque satis germana. Posterior placuit Chrysostomo, & Euthymio in cap.17. Matthæi, & Theodoreto . Mihi tamen magis placet prior explanatio, quoniam idem de Iohanne scriptum est.Luc.1.Et ipse præcedet ante illum in spiritu,& virtute Eliæ,vt conuertat corda patrum in filios,vbi plane patres vocantur patriarchæ,& prophetę,filij autē Iudęi, quibus prædicauit Iohan.&quos ad Christum adduxit.Quare filij etiam dicūtur in Malachia Iudæi , quibus prædicabit Elias. Propter hanc conuersionem dictum est à Domino:Elias quidem veniet, & restituet omnia,id est,tribus omnes Iacob,vt exposuit Ecclesiasticus . Sed libet Gregorij verba ex.11.Mor.ca.10.subscribere. Vbi verba Iob.13. Commutans labium veracium , & doctrinam senum auferens,ad Iudæos trāsfert his verbis:Labium itaque veraciū mutatum est,quia quem venturum dixerant, negauerunt præsentem . Et doctrina senum ablata est,quia nequaquam ea credendo secuti sunt , quæ patres suos prædixisse meminerunt . Vnde etiam Elia veniente promittitur,quod reducat corda filiorum ad patres eorum, vt doctrina senum , quæ nunc à Iudæorum corde ablata est , tunc miserante Domino redeat , quando hoc intelligere de Domino cœperint filij,quod prædicauerunt patres.

Ne forte veniam,& percutiam terram anathemate, id est,Ne forte si hoc non fiat,cum venero inueniā terram incredulitare, atq; peccatis plenam,atque ita eam penitus perdam,& vastem;hoc enim est percutere anathemate,vt diximus Zach.14.num.39.Ideo Lxx verterunt: Ne veniens percutiam terram ἀφόδευμα,quod teste Hiero.significat omnino,aut subito.Terra autem sunt (inquit Aug.20.de ciu.c.29.)qui terrena sapiunt,sicut Iudæi carnales vsque nunc . Ex quo vitio contra Deum murmura illa venerunt: Quia mali ei placent,&c.Vanus est qui seruit Deo . Ita etiam exponunt Hierony. & Rupertus. Hoc autem dicit maxime propter Iudæos per varias terras dispersos, & propter ceteros, quos conuertet Elias . In eo quod nostra translatio habet: Ne forte, in Hebræ. est לפן quod proprie significat, Ne forte,habet enim negationem cū quadam dubitatione coniunctam , vnde ver

bum

bū לפן,quod est hæsitare addubitare, time
re,quia qui timet,semper intra se dicit,Ne
forte hoc eueniat , aut illud . *Propterea
Hiero.solet vertere,Ne forte,vt Gen.3. Ne
forte moriamini. Et postea: Ne forte mit-
tat manum suam, & sumat etiam de ligno
vitæ.Dubitatio vero hæc indicat Deum,&
si certa cognitione prænoscat omnia,integ-
gram hominibus relinquere libertatem.
De quo plura diximus Ioe.2.n.22.

TROPOLOGIA.

In hoc capite nihil est,cur Moralé sen-
sum requiramus , manifestissima enim de
futuris prophetia texitur , quæ non est per
incerta Allegoriæ extenuanda,vt sæpe di-
ximus ex Hierony.Quare nihil hic fere my
sticum scripsit ipse.Sed,quoniam finis pro
phetarum est, pauca breuiter attingemus.
Quorum hoc primum sit , quæ de iudicio
dicuntur,ea facile ad mortem referri pos-
se,in qua vnusquisque iudicatur pro vt ges
sit in corpore.Et quoniam de eo Prophe-
ta inquit : Ecce dies veniet succensa quasi
caminus,illud obseruemus,quod in hom.
1.in librum Iudicum scripsit Origē.*Opor
tet ergo scire(inquit)quia vnusquisque no
strum ipse sibi præstat vt in bonis diebus
sit,aut in malis,dies habeat Iesu.i.iustorum,
aut dies habeat impiorū.Si ēm intelligam⁹
lumē verū,quod illuminat omnē hominē
venientē in hunc mundum, & præbeamus
ei ad illuminandum animas nostras, aut si
oriatur nobis sol iustitiæ,& mundum ani-
mæ nostrę habeamus hospitium,habemus
& nos dies Iesu Christi,dies salutis. Si quis
vero animam suam præbuerit ad recipien
dam lucem illam,quæ extinguetur, lucem
cōtrariam veritati,& ab ea fuerit illumina-
tus,habebit & ipse dies,sed malos,&c. Ita
etiam penes nos est,qualem diem mortis
habeamus.Si enim fuerimus in hoc mun-
do quasi aduenæ,& peregrini , sicut patres
nostri,& abstinuerimus à carnalibus desi-
derijs,quæ militant aduersus animam , læ-
tus erit dies mortis,sicut lætus est exuli, &
peregrino dies,quo finita longa, & mole-
sta peregrinatione tandem venit in patriā.
*At si regnare finimus peccatū in nostro
mortali corpore,& obedimus concupiscē
tijs eius,& ardemus amore rerum huius sę
culi , cum minime sperabamus , ecce dies
Domini veniet succensa, quasi caminus.
Nam vt sanctis , cum migrare iam spiritus
vult è corpore, quodāmodo se se aperire
videntur cœli,& quasi specimen quoddā
futuræ præbere beatitudinis:ita impij ignē
iā gehennæ prospicere,& quo magis ad vi
tæ exitū properāt, eo magis quasi aduri vi-
dentur.*Et erunt omnes superbi,& omnes facien
tes impietatem stipula.* Cruciabuntur timore
& desperatione suarū rerum,quæ orietur è
polluta cōscientia.Non magis poterūt illis
malis,aut futuro igni resistere,quam stipu-
la flāmis . Omnes superbi hoc patientur,
Omnes facientes impietatem.Qui sibi po
tentissimi videbantur,qui ne Deo quidem
cedere,& parere volebant,qui imperabāt,
& nemine obsistente vbique dominaban-
tur.Omnes inquam , ne vno quidem excep-
to. *Inflammabit ergo eos dies veniens , quam
stulti,& supini venturam nunquam pura-
bant,& non derelinquet eis radicem,& germē.
Omnes auferet voluptates , nullus erit iam
vsus pecuniæ , nulla suauissimorum ci-
borum delectatio , nulla honoris ambi-
tio : aualsa est radicitus arbor, quæ hos
fructus ferebat , perijt germen , & aruit:
Omnia conuersa sunt in cruciatus , si-
cut luxurioso diuiti respondit Abraham:
Fili recordare quia recepisti bona in vita
tua,& Lazarus similiter mala, nunc autem
hic cōsolatur,tu vero cruciaris. Beati tamē
mortui,qui in Domino moriuntur, amo-
do enim iam dicit Spiritus vt requiescant
à laboribus suis;hoc enim nunc eis dicitur:
*Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iusti
tiæ.* De quo Origenes hom .1. in librum Iu-
dicum : Vnusquisque pro actibus suis, &
conuersatione vitæ, dies sibi vel iniquita
tis , & belli , vel iustitiæ , & pacis acqui-
rit . Audi denique Prophetam dicentem:
Timentibus, inquit, nomen tuum orietur
sol iustitiæ,sine dubio,vt faciat eis dies iusti
tiæ,dies Iesu. De impijs vero dicit, quia oc-
cidet eis sol iustitiæ,sine dubio illis, in qui-
bus iustitia dormit in eis,& tenebræ eis ini
quitatis exortæ sunt,&c.*Huc etiam perti
nent omnia , quæ de sole iustitiæ diximus
n.3.&.4. *Egredientur,& saltetis sicut vitulus de
armento.* Egredientur spiritus è suis corpori
bus , egredientur iusti ex hoc mundo læti,
& gestientes videre iam lucem illam inac-
cessibilem , lucem pulcherrimam , quam
tamdiu,tamque ardenter concupiuerant.
Non egredientur timidi , & lenti, vt mali,
sed salient sicut vitulus de armento , quia

ipsi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſi erant vituli electi. Salient ſicut vituli de vinculis relaxati, vt verterũt Lxx, de vinculis corporis, de vinculis mortalitatis, de vinculis ſæculi, de quibus ſæpe clamauerant cum gemitibus & ſuſpirijs cupientes diſſolui, & eſſe cum Chriſto: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea, & quoniam Hebræa, vt diximus, ad verbum ſonant, Salient ſicut vituli, ſaginarij, & hoc pulchre in ſanctos conuenit, qui in laboribus, & ærumnis huius ſæculi, quaſi in ſaginario tenentur.* Nam qui nullis perſecutionibus, aut calamitatibus exerciti graciles futuri erant, & teneri: tentationibus, & palæſtra ſpirituali, & malis, quæ patiuntur, mirabiliter ſaginantur, & viribus confirmantur, vt tandem cum extrema dies vocauerit, ſaliant ſicut vituli de ſaginario, & veriſsime implebitur illud: Mãducauerũt, & adorauerunt omnes pingues terræ. *Et calcabitis impios, cum fuerint cinis ſub plantis pedum veſtrorum.* Tunc mali calcantur à dæmonibus quaſi iam victi, & ſubiecti, ſed iuſti victores ſui, & tentationum, ac machinarum Diaboli calcabunt malignos ſpiritus, & vincent, victique ſub pedibus ſanctorum erunt, quaſi cinis, & puluis. Nam tunc penitus fiet quod Paulus precabatur: Deus autem pacis cõterat Satanam ſub pedibus veſtris velociter, & quod iuſto promiſſum eſt: Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem. Si ergo vultis mala illa vitare, & tot tãque optabilibus bonis potiri, mementote legis non iam Moyſi, ſed Chriſti filij Dei, ſeruate eius præcepta, in his em̃, tametſi cõtẽptibilia videãtur, & aſpera, latet illa gloria, illa pax & ſecuritas, illa vitæ beatæ ſpecies, & pulchritudo mirabilis. * Radicem arboris intuere, vilis eſt, & deformis, & inſuauis, ſed ex hac oritur fructus pretioſus, & pulcher, & ſuauis, quem miraris. Lex Chriſti arbor vitæ eſt poſita in medio paradiſi, id eſt, Eccleſiæ; quidquid pulchritudinis, & dulcedinis habet vita beata ſanctorũ, ex hac germinauit. Ex quo ſatis perſpicitur miſerrimos huius ætatis homines errantes, & in errorem mittentes, qui fide inani contenti opera legis, & præceptorum tollunt, non habere partem in ſorte ſanctorum, neque in lumine, ſed calcandos eſſe à malis ſpiritibus, quibus acquieuerunt rebelles lumini ſolis iuſtitiæ, quod ſine tenebris fulget in

Pſal.119.

24

Pſal.21.

Rom.16.

Pſal.90.

25

in Eccleſia ſancta Romana, quæ eſt columna, & firmamentum veritatis. Et quoniam nonnulli electorum multum interdum in iniquitate perdurant, donec tandem Deo miſerente Luce veritatis illuſtrentur, recte poſt omnia ſubijcit: *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.** Etenim has oues nemo poteſt rapere de manu eius, ideireo ne veniens percutiat terrã anathemate, & eas diſperdat, hoc eſt, ad æterna ſupplicia detrudat, mittit Eliam, in quo fidelis ſeruus, & prudens intelligitur, quem mittit, vt ab errore reuocet electos, & conuertat cor patrum, ideſt, ſanctorum apoſtolorũ, atq; doctorum ad illos, & non fide modo, ſed etiã affectu omnes cõſentiant. Deſignatur etiã in Elia Zelus gloriæ & honoris Dei, quę virtus maxime in illo prophera enituit, vt verba illa oſtẽdunt: Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerũt pactũ Dñi filij Iſrael. Conuenit & nomen Eliæ quod interpretantur, Deus meus Dominus, aut fortis meus Dominus. Cũ ergo Deus mittit in corda electorum Zelum honoris Dei, qui eſt initium pœnitentię cõpenſare nitentis iniuriam Deo factam: incipiunt cognoſcere Deum eſſe Dominum ſuum, nec obediendum fuiſſe Diabolo, aut pecuniæ, aut honori, aut voluptatibus carnis, ſed Domino ſuo, & ſorti ſuo, & contra ſe ipſos rigidi, atque implacati zelo zelantur pro Dño Deo exercituum, cuius pactũ reliquerant ingrati filij Iſrael.* Merito autẽ iuxta Lxx Elias dicitur Thesbites, qđ, vt ait Hier. conuerſionem, & pœnitẽtiam ſonat: quia quando hoc ſentiunt, vere, atque ex animo ad Deum cõuertuntur. Alioquin feriret Deus anathemate, id eſt, perpetua morte, aut ſeparatione, terram, hoc eſt, terrena illa corda, cœli oblita, & terrenis dedita, cum debuiſſent eſſe cœleſtia, ſicut ait Apoſtolus: Sicut ergo portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis. Verum quoniam neſcit homo (vt eſt apud Sapientẽ) vtrũ amore, an odio dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruantur incerta, audiamus Eliã, cum venerit ad nos, & cõſeruemus in animis noſtris zelum gloriæ Dei, affectum pœnitentiæ, diuiniſq; inſpirationibus obtemperemus, ac maturè agamus pœnitentiam, ne ſi deſides fuerimus, præoccupemur morte, & feriatur terra noſtra anathemate. Vigilemus quia neſcimus

26

3.Reg.19.

27

1.Cor.15.

Eccl.9

Matt.25.

diem,

diem neque horam, ſed ſicut ait Paul. Dies Dñi, ſicut fur in nocte, ita veniet. In partes, inquit Eccleſiaſticus, vade ſæculi ſancti cũ viuis, & dantibus confeſsionem Deo. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. Et poſtea: Ante iudicium para iuſtitiam tibi.* Sed tempus iam eſt vt expletis his noſtris qualibuſcũque in librum duodecim prophetarum commentarijs, & longa, ac difficili nauigatione confecta, gratias ei agam, qui mea opella in re tanta vti voluit, quo iubente per miniſtros ſuos cœpi, quo adiuuante perfeci. Gratias tibi ago quam poſſum maximas æterna ſapientia, Ieſu Chriſte, rex regũ, qui per arduа, & inuia deduxiſti ſeruum tuũ, vt eò peruenirem, quò optabat. Exaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculũ ſæculi. Per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculũ ſæculi. Accipe quod per miniſtros tuos iuſsiſti: à te principium, tibi deſinet. Tibi primitias laborum meorum dedico, tu enim rex meus, & Deus meus: & tu iuſsiſti per Moſem ſeruum tuum fidelem. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Meliora afferrẽ, ſi poſſem, ſed vt hæc afferrem tu dediſti. Quis enim ſum ego Dñe Deus, aut quæ domus mea, vt enarrarem iuſtitias tuas, & aſſumerem teſtamentũ tuum per os meum? Multum, ac diu laboraui, ſed ſi tibi placebit labor meus, ſi vſui forte eſſe poterit Eccleſię ſanctæ tuę, feliciter laboraui. Quidquid erit mercedem nullam volo, niſi te, & merces mea magna nimis.* Scis Domine, qui cor da noſtri, optaſſe me tibi placere, & verba tua, quæ locutus es per os propherarũ tuorum ita exponere voluiſſe, vt Eccleſia tua intelligit, vt tradiderunt illi; quos nobis dediſti paſtores, & doctores. Iudaicorum ſenſuum perfidiam, in qui buſdam etiam non tam perfidiam, quam inſcitiã, refellere volui: Doctrinam catholicam cõfirmare, hæreſes profligare, virtutes, & quidquid ad honeſtatem morum pertinet, conſtituere, vitia euertere, vulgatam Latinam editionẽ, quæ ſemper Eccleſiæ tuæ placuit, & nuper à ſancto concilio Tridentino in ſpiritu tuo congregato confirmata, & pro authentica nobis tradita eſt, quantum potui, defendere ſtudui. Neminem lędere volui, nuſquam in homines, ſed in doctrinã inuectus ſum: nullius aut eruditionem, aut autoritatem elcuaui, niſi Iudæorum, hoſtium Eccleſiæ tuæ, quoniam id è re Chriſtiana fore iudicaui, ne filij Eccleſiæ relictis fontibus, quos nobis dediſti, id eſt, ſanctis patribus, turbidos lacus atq; cænoſos quærerent.* Quod ſi fiat, ſcriptura tua Domine ignorabitur, & doctrina catholica paulatim in ſummum diſcrimen adducetur. In his omnibus quid quid boni volui, quidquid veri cognoui atque ſcripſi, tuum eſt, qui eſt fons bonorũ, & pater luminum, magiſter inſipientium, eruditor infantium. Tibi laus, & gloria in ſæcula ſæculorum. Multa tamen erũt mea, quia in multis per ignorantiam errauero: ignoſce mihi Domine Deus, ſcio enim me errare noluiſſe, neque vlla in re vel latum vnguem à ſana doctrina Eccleſiæ tuæ Romanę matris meę declinare voluiſſe. Quod ſi quid forte decli naui, id meum eſſe nolo, ſed meũ erit, quod ipſa docebit, ac tradet.* Nec ignoro te facile veniã dare non ſpõte errantibus, illud potius oro, vt quidquid per humanam infirmitatem irrepſit culpę, ſi quando mihi placui, ſi quid mihi aſſumpſi, ſi hominibus præter legem tuam placere quæſiui, id vero mihi clemens, & bonus ignoſcas. Ignoſce etiã quod peccatis meis obſtiti luci tuæ, quam mihi pleniorem, & lagiorem dediſſes, ſi tibi cor mundum, & à terrenis cupiditatibus defœcatum præbuiſſem. Parce etiam quòd multa de virtutibus, deq; perfecta vita dixi, quæ non habeo, ſed da, vt habeam, qui dediſti, vt dicerem, & vt cuperem. Verum hæc ſatis, quãquam ea hoc animo ſcripſi, vt hæc meorũ commentariorum quaſi peroratio, proœmium quoddam ſit omnium, quę poſt hac te iubente ſcripſero. Precor tamen te per te metipſum, per illibatam ſanctiſimę matris tuæ puritatem, per ſanctos tuos opera digitorum tuorum, vt tam ego quam quicunque hæc legent, quonam vbi vera ſcripſi, non mea, ſed tua lecturi ſunt, diuini amoris ignem concipiamus, & verba in opera vertamus, vt cum patre, & ſpiritu ſancto laudetis Deus in ſęcula ſæculorũ. Amẽ.

Theſſ.5. Heb.13.

Iſa.11.

21

Iſa.43.

29

30

31

LAVS DEO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX QVAESTIONVM AD SACRAE SCRIPTVRAE INtelligentiam pertinentium quæ fusius in his Commentarijs disputantur.

A.

ANnus in scriptura vter intelligendus sit, sacer, an vulgaris, cũ de mensibus agitur? Hag.2.n.5.

Anni Lxx captiuitatis filiorum Israel, & anni desolationis an idem sint, & quando fuerint cõpleti? Zach.1.n.21.

Anni quibus Hebræi errauerunt in deserto, an sint plures quadragintæ Hamos.4.n.6.

Apostoli, & Euangelistæ an lapsi aliquando memoria fuerint in testimonijs veteris testamenti. Mich.5.n.12.

Assyriorum monarchia quo tempore fuerit excisa? Nah.2.n.1.

Assur, à quo Assyrij, an fuerit filius Sem? Hos.5.n.36.

Assyrij & Babylonij an sint ijdẽ? Nah.2.n.37.

B.

BAal vtrum sit nomen certi idoli, an omnibus idolis commune? Hos.2.n.60.

Beneficia legis gratiæ quomodo in prophetis comparentur cum beneficijs minoribus legis veteris. Ioe.2.n.50.51. Malac.& 3.n.23.24.

C.

CAptiuitatis Babylonicæ anni quando cœperint, & quando sint finiti. Zac.1.n.21.& seq.

De Cheretim, & Phelethim disputatio. Soph.2.11.

Christi diuinitas an probari possit ex verbis Mich.5. Et egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Mich.5.n.39.

An in Christi aduentu bella cessauerint? Mich.4.30.

Cyrus rex Persarum quot annos regnauerit. Zach.1.n.28.

D.

DEcem tribus Israel an redierint de captiuitate. Hos.1.n.93.

Desolationis Ierusalem anni quando cœperint, & quando completi fuerint. Zach.1.n.21.

Dubitationes scripturæ quomodo accipiendæ. Ioe.2.n.22.

E.

ELias Thesbites an venturus sit ante iudicium? Malach.4.n.11.

Expositores qui nam sequendi in scripturæ expositione tam Historica, quam mystica, in proœm. Sophoniæ, et Haggæi, & Zach.& Mala.

F.

FIde quomodo viuat iustus. Habac.2.n.26.

Filij Israel, vide Israelit infra.

G.

GRæcorum regnum quando cœperit, & quando finitũ sit. Zach.6.n.11.

H.

HAbacuc propheta an sit ille qui prandium detulit Danieli, in 2. Prælud. numer.15.& seq.

Habdias propheta, an fuerit dispensator regis Achab in.2. prælud. num.9.

Hebræi vnde, & quando ita dicti. Ionæ.1.n.43.

Hoseas an vere duxerit vxorem fornicariam? Hos.1.n.37.

I.

IDumæi qui sint. Habd.n.2.

Idumæi an penitus fuerint excisi ab Israel. Malach.1.n.13.

Israelitæ an possent nisi ob fornicationem dimittere vxores? Malach.2.n.35.

Israelitæ quot annos errauerint in deserto. Hamos.5.n.60.

Israelitæ siue Iudæi quando conuertendi sint ad Christum. Hos.3.num.25.

Israelitæ an coluerint idola, cum Christus venit. Mich.5.numero.77.

Iudicium postremum, an futurum sit in valle Iosaphat. Ioe.3.n.2.

Iudith historia quo tempore gesta sit Nah.2.n.29.

L.

LAmnaseah, siue victori, siue in finem quid sit in Psalm. Haba.3.n.56.

M.

MAlachias an sit Esdras. Mala.1.3.

Menses in scriptura vtrum anni sacri intelligendi sint, an vulgares. Hag.2.n.5.

N.

NAbuchodonosor quot annos regnauerit. Zachari.1.nume.26. An fuerit damnatus? Habac.1.n.26.

Niniue quo tempore excisa fuerit. Nah.1.n.1.& seq.

Nomina propria cur non ponantur interdum in propria lingua, sed eorum interpretatio. Sopho.2.n.18.

Nouissimi dies, aut nouissimum tempus an sit tempus aduentus Christi Mic.4. numero.3.& seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

O.

ONus quid sit in prophetis Nahu.1.n.1.
Oriens quid significet, cum nomen Christi est Zach.3.n.34.

P.

PRomissiones factæ Iudæis, & Ierusalem, vtrum historico sensu, an literali conueniant Ecclesiæ Zach. 8. n. 2.
Prophetæ tam maiores, quam minores quo tempore floruerint, & quod sit eorum prophetiæ argumentum in, Prælud.2.
Prophetæ vtrum vbique de Christo exponẽdi sint, an partim de Christo, partim de rebus, & hominibus illorum temporum Prælu.1.
Prophetæ cur quidam patrum suorum meminerint, alij non meminerint Prælu. 4.
Prophetæ cur nõ omnes tempus suæ prophetiæ indicauerint Prælu.5.
Prophetæ cur non omnes indicauerint ad quam vrbem, vel gentem prophetauerint Prælud.7.
Propheticorum librorum omnium ordo Prælud.2.
Prophetiæ, quæ postea non implentur, quem sensum habeant Ion. 3.n.17.
Prophetæ an aliquãdo decipiantur putantes Domini esse responsum, quod eius non est? Ioa 3.numero.17.
An pater prophetæ, qui initio prophetiæ ponitur, propheta quoque fuerit? Prælud.4. per totum
An prophetæ, qui patriam suam non indicarunt, Ierosolymitani fuerint? Prælud.5.
An prophetæ, qui tempus prophetiæ suæ non indicãt, ad tempus pertineant proximi prophetæ, qui tempus indicauit? Prælud.6.

S.

SAcerdotum pileus qualis fuerit Zach.3.14.
Sacrificia veteris legis vtrum Deo placuerint, an permissa tantum fuerint, & cur à Deo reijci videantur? Hos.6.19.
Sarepta an sit Gallia Habd.num. 103.
Sepharad, an sit Hispania, & quid significet Hab.n.107.
Sæculum quomodo in scriptura intelligatur Mich.5.n.45.
An id quod in figura dicitur contigisse, habeat duos sensus literales, alterum figuræ, alterum rei figuratæ Hose.11.n.3.
An possint eadẽ verba significare idem literaliter, & allegorice Hos.11.n.11.
Sensus spirituales an certi, & firmi sint? In proœmio Ionæ.
Scripturæ Sacræ autores an sint eloquentes. In proœmio Nahum.
Selach quid sit in Psalmis Haba. 3.18.

T.

TEmplo secundo num quædã defuerint ex ijs, quæ erant in primo Hag.1.n.11.
Templum secundum, an fuerit primo magnificentius Hag.2.n.4.
Terræmotus Hamos quo anno Hoziæ fuerit Ham.1.n.4.
Tharsis quid sit in scriptura Ion.1.3.& seq.
Transitus à litera ad spiritum quomodo fiat in prophetis Hos.2.34.
Tribus decem an redierint de captiuitate Assyriorum Hos.1.n.93.

V.

VAllis an sit aliqua, quæ cognominetur Iosaphat Ioe.3 numero.4.
Verbum & visio an idem sint in prophetis Hos.1.n.3.

Z.

Zacharias qui nam sit ille, qui à Domino Matt.23. dicitur occisus inter templum, & altare Zachar.1.num.1.
Zorobabel fuerit ne filius Salathiel Hag.1.n.7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX REGVLARVM AD SCRIPTVRAE INTELLIGEN tiam cum primis vtilium.

Lectori.

REgulas scripturæ, quæ varijs in locis huius operis traduntur, vt ordine quodã cõprehendantur, visum est in duas quasi classes diuidere, alteram, quæ regulas verborum capiat, hæ sunt, quæ ad verbum vnũ spectant, alterã, quæ regulas habeat sententiarum, id est, quæ nõ in verbo aliquo, sed in tota sententia positæ sunt. Prior numerus caput indicat, posterior numerũ eiusdẽ capitis.

REGVLA VERBORVM.

1 DIuina nomina licet idẽ significent, tamẽ scriptura eo semper vtitur quod est ad rẽ, de qua agitur magis accõmodatum Hos.1.n.10. Zaca. 13.23.

2 Hebrçi genitiuo nominis substantiui vtũtur pro adiectiuo: qui genitiuus si sit pluralis numeri habet vim superlatiui Hos 1.26.

3 Participium geminatũ cum verbo vt fornicãs fornicabitur; visitãs visitabo epitasin habet, quod participium apud Hebræos est infinitiuus Hos.1.34.

4 Scripturæ mos est, vt sçpe differentiam aliquam temporis vsurpet, quo permansionem quandam, & durationẽ rei quã narrat in illa eadem differẽtia tẽporis significet Hos.1 35 Zach. 1.n.7

5 Parabola, & historia in hoc differũt quod in parabolis nomina nõ exprimuntur, in historia vero exprimuntur Hos. 1.41.

6 Geminatio eiusdẽ dictionis habet vim augendi Hos.1.n.34.&.104.

7 Vocari dicitur sæpe hoc aut illo modo, non tam quod res illud nomen habitura sit, quam quod re vera conuenit ei quod nomine significatur Hos.2.15 Miche.4.25.

8 Sacrç scripturæ interpretes (qđ & profanorum librorum interpretes aliquando faciunt) sæpe Hebraico more interpretantur, idest, Hebraici vocabuli significationẽ imitantur, etiã si Latinis non sit admodum in vsu Hos 3.7.

9 Quod antecedit, ponitur pro eo, quod sequit, vt infirmitas p morte Hosc.4.n.4.

10 Causa pro effectu sæpe poni solet Hoscæ.4.numero.23.

11 Nomina abstracta pro concretis poni solent modo actiue sumpta, modo passiue Hos.n.4.

12 Verba aliqua pro aduerbijs poni solent Hosc.5.7.

13 Tertia persona poni solet pro secunda Hos.5.8.

14 Præteritum indicatiui poni solet pro imperatiuo Hos.5.n.8.

15 Ita loqui solet scriptura vt quasi transactum diem numeret qui cœpit, & nec dum transijt Hos.6.6.

16 Scriptura imitari solet verbis facta, quæ narrat Hos.6.n.43.

17 Multa sunt verba in sacris literis quæ p verbum facio, sunt necessario explicanda Hos.8.n 10.

18 Solet scriptura in promissionibus vti imperatiuo pro futuro, vt significet si id fiat, quod dicit promissionem esse certissimam Hos.10.n.36. Amos.5 n.16.

19 Solet scriptura voluntatem, sermonem, & sensum tribuere etiã rebus inanimatis per prosopopœiam Hos.10.37.

20 Eadem verba non possunt significare idem sensu literali & allegorico simul Hos.11.n.11.

21 Solet scriptura alterum membrum similitudinis ponere, altero omisso Hos. 11. n.15.

22 Futurum pro imperatiuo sæpe poni solet Hos.1 4.n.1.&.2.

23. Visitatum est in scriptura, vt aliquid habeat nomen eius, quod paulo antea fuit Ioel.1.23.

23 Nomen in eodem casu geminatũ multitudinem significat Ioe.2.n.3.

24 Vti solent Hebræi verbo numeri pluralis cum nomine singulari collectiuo Ioel.2.6.

25 Similitudinis coniunctiones vt sicut, tãquam, quasi, &c. semper significant similitudinem, sed non semper æqualitatem in eo, in quo similes esse dicuntur Ioel.2.5t.

26 Solet scriptura numerum minorem in maiori includere Amos.5.61.

27 Scripturę consuetudo est datiuum casum verbis addere, vt cultum, & honorẽ indicet Amos.6.5.

28 Participia quæ apud Hebræos, vim ptę sentis temporis habent, aliquando quasi absolute ponuntur, vt cum nullo verbo cohæreant ad causam eius, quod dictum est reddendam Amos.8.33.

29 Sæpe fieri dicitur, quod tentatur & intẽditur Amos 9.n.5.

30 Hebrçorũ cõsuetudo est, vt nomina propria propter aliquam similitudinem vertant in communia Ionæ.1.n.16.

31 Futurum actiuum siue præteritum, sine suppositio solet habere passiuam significationem Mich. 2.n.17.

32 Vsitatissimum est apud Hebræos poni nomen plurale cum verbo singulari Mich.2.n.30.

33 Mos est scripturę, vt cum dicit omnes non sit necesse vniuersos intelligere Mich.4.22.

34 Nomen multitudinis non tollit vniuersitatem, præsertim cum ponitur post signum vniuersale Mich.4 23.

35 Solet scriptura in vno sermone idem vocabulum proprie, & figurate accipere Mich.4.28. Zach.2.n.15.&.16.

36 Solet scriptura in rebus maximis nominandis plurali vti pro singulari, siue quantitate magnæ sint, siue qualitate Mich.5.n.27.&.28.

37 Solet scriptura geminatione verborum vel idem valentium res magnas confirmare, quas certas & indubitatas esse vult Mich.5.n 47.

38 Duo verba idem significãtia poni solẽt more Hebræorum ad amplificationẽ Nahum 3.n.27.

39 Plurale pro vno ex pluribus Abac.1. n.5. Zach.9 37.

40 Solet noster interpres in Latinis nominibus genus nominis alterius linguæ vnde transfert seruare Abac.1 n.22.

41 Consuetudo Hebræorum est vti tertia persona futuri pro verbali nomine siue actiue, siue passiue Abac.3.50.

42 Scriptura vtitur repetitionibus, & duplicationib' ad exaggerationẽ, & cõfirmationẽ eius, quod dicit Soph. 1.n.6.&.15.

43 Eius quisq; nomine appellatur, quẽ maxime imitatur Soph.1.n.58.

44 Sæpe in nostra translatione loco nominis proprij ponitur eius interpretatio Sopho.2.n.18.

45 Personæ solent frequenter in scriptura mutari Soph.2.n.46.

46 Solet scriptura nominibus femininis p masculinis vti ad rei prestantiam significandã, solent. n. fœminæ in qi oqs genere esse pulchriores Aggæi.1.n.22.

47 Plagæ orbis quas Grçci climata vocãt iuxta situm Hierusalem, & templi in scriptura intelliguntur Zach.2 n.13.

48 Scriptura in vno eodemque sermone, quædam proprie, quædam figurate accipere solet Zach.c 2.15 16. Mic.ca.4.n.28.

49 Cũ nomini animalis additur genitiuus pluralis generis fœminini, significatur animal illud esse nouum, & adhuc matrem sequi Zach 9.n.37.

49 Solent Hebræi copulare duo nomina idem fere significantia, quorum posterius ponitur loco adiectiui terminantis alterum Zach.10.n.5.

50 Cum verbum plurale ponitur cũ nomine singulari significante multitudinem, verbum illud conuenit singulis Mich.1-n 35. Zach.10.n.17.

51 Quando in noua prophetia ponitur: In die illa, neq; ad præcedẽtia refertur dies aliqua certa, & omnibus nota signatur Zach 13.n.2.

52 Frequens est in scriptura, vt alicui duo nomina habenti nomen semper tribuatur vsitatius ita vt alterum nomen penitus fuerit ignorandum nisi occasione aliqua in alio scripturæ loco fuisset indicatum Malach.1.6.

53 Cum præteritum ponitur, negari solet præsens, sæpe tamen præsens includitur in præterito Malach.1.n 8.

54 Futura apud Hebræos sæpe debitum indicant ac decentiam. Mala .1 n.16.

55 Quæ dictu tristia sunt, aut blasphemiã magnã habẽt in Deum, tacet scriptura, & intelligi mauult, quam dici, aut honestiore vocabulo dicit Malac.3.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

REGVLAE VERBORVM peculiares prophetis.

56 Solent Prophetæ tranſire à ſecunda perſona ad tertiam Hoſe.2.56.

57 Mos eſt ſcripturæ, vt cum fit id, quod per figuram aliquam ſignificabatur, tũc dicat impleri prophetiam, quaſi innuẽs cępiſſe tantummodo impleri, cum factum eſt, quod figura erat Hoſe.10.24.

REGVLAE SENTENTIARVM.

58 Mos eſt Sacræ ſcripturæ, vt vno eodemque ſermone, dum narrat geſtum, prodat myſterium præl.1.n.17.

59 Diſtribue tempora, & concordabit ſcriptura prælud.6.2.

60 Sæpe eadem perſona nunc huius, nunc illius typum gerit Hoſe.c.1.56.

61 Affectus humano more Deo tribuuntur, digne tamen Deo, vt ſcilicet, ipſas affectiones tollentes, earum tantũ effectus Deo tribuam⁹ Hoſeæ.1.104.

62 Scripturæ mos eſt, eos, qui loquũtur, ita de ſe loqui, ac ſi de alijs loquerẽtur. Oſe.1.1.7.

63 Vna & eadem res duorum etiam contrariorum figura eſſe poteſt Oſe.2.nu.2.12. Ionæ.2.n.28.

64 Apoſtoli in teſtimonijs veteris teſtamẽti referendis crebro non verborũ ordinem ſequuntur, ſed ſenſum. Oſe.2.n.14. & ſequi ſolent Lxx Interpretum editionem Oſe.2.numer.14.

65 Eſt hoc frequens in prophetis, vt ab hiſtoria tranſeant ad Chriſtum, & rurſum à Chriſto ad hiſtoriam, quod vocant trãſitum à littera ad ſpiritum qui tñ non ſolet fieri ex abrupto, ſed ſumpta occaſione ex ijs, quæ dicebãtur Oſe.2.34. &35.

66 Solet ſæpe ſacra ſcriptura nõ ſemper eãdem ſeruare metaphoram, ſed paulul ũ ab ea diuertere ac mox redire Hoſe.2.87. Hamos.9.n.22. Zach 3.n.40.

67 Nomen figurę tribui ſolet rei figuratæ Oſe.3.n.24.&.32. Zach.4.n.14. Mich.5.n.57.62. Mal.3.n.21.

68 Scripturæ mos eſt, vt cum omnibus loqui videatur, quędã interponat quæ nõ omnibus, ſed quibuſdam ex illis dicuntur nunc his nunc illis Oſe.4.n.16.

69 Solet ſcriptura eos, qui pietatis, vel ſceleris imitatione, ſimiles ſunt quaſi vnũ populũ numerare, & copulare quãuis tẽpore ſint valde diſiuncti, præſertim cũ de ſupplitijs verba fiunt, quod ſi inter hos multi boni interiecti ſunt, nullam bonorũ rationẽ tunc habet ſcriptura, quoniã ij, de quibus loquitur non bonorum, ſed malorum imitatores extiterunt Hoſe.6.n.29.&.30.

70 Mimeſis. i. imitatio verborũ, quę ab aliquo dicũtur tacito nomine dicentis, frequens eſt in ſcriptura Hoſ.7.n.6.

71 Cũ in ſcriptura fit mentio hiſtorię alibi narratæ, ſępe quędã addi ſolent, quę in libro illo in quo fuſius narrata eſt, ſcripta nonſunt Hoſ.10.53.& Hab.n.100.

72 Vnus homo poteſt eſſe figura vnius populi, & vnus populus vnius hominis Hoſe.11.n.12.

73 Moris eſt Apoſtolis, vt duo, aut plura loca eiuſdẽ libri, vel diuerſi quaſi vnũ teſtimoniũ ponãt Hoſe.13.33. Zach.9.32.

74 De animalibus ita loqui ſolet ſcriptura ac ſi homines eſſent Ioe.1.18.

75 Dubitationibus vtitur ſcriptura, cum dubitandum non eſt, vt oſtendat homines liberi arbitrij eſſe nec Deum prę ſcientia, & voluntate ſua neceſſitatem illis imponere: item, vt rei difficultas oſtendatur, ſiue paucitas faciendium id quod dicitur Iohe.2.num.24.& 25.

76 Mos eſt ſcripturę ita loqui, vt non conſideret, quid cogitauerit qui fecit id quod narratur, aut quo animo fuerit, ſed ipſum id qđ factum indicat & præ ſe fert, id eſt, quod ex facto ipſo, aut ex eius euentu vulgariter homines ſolent colligere, & iudicare; loquitur enim ſæpe ad vulgi conſuetudinem. Hamos 2. num.19. Hag.2.num.14.

77 Scriptura in laudibus Dei non ſolet ſeruare ordinem rerum geſtarum, ſicut ſeruat in hiſtoria ſed frequẽter prius narrare, quę poſterius geſta ſunt Ham.2.n.25.

78 Solet Deus in ſcriptura ita de ſe loqui, ac ſi de alio loqueretur Hamos. 4.29. Zach. 3.num.9.

79 Sæpe ſcriptura loquitur more hominum, qui non audent mala & infortunia numerare, quaſi boni animi cauſa, & præ timore, & deteſtatione illorum Hamos. 4.num.30.

80 Ita ſolet ſcriptura de prouintijs, aut ciuitatibus loqui, ac ſi mulieres eſſent, aut viri Hamos.5.nu 4. Mich.5 nu.28.

81 Mos eſt ſcripturarum ſemper aduerſis læta ſubiungere, & poſtquam triſtia Deus fuerit comminatus, ad

ad pœnitentiam eos quos terruit pronocat Hamos.5.12. Iohelis. 2.34. Mich. 2.59.

82 Soler ſcriptura tempora ita nuncupare, vt quod de ſumma perfectionis numeri paululum excreſcit, aut infra eſt non computetur, id eſt ſolet plenum numerum ponere, etiam ſi modicum deſit, vel ſuperſit Hamos. 5. numero. 64.

83 Scriptura ſæpe tranſit à metaphora ad rem ſignificatam Ham. 9.22.

84 Pauci, pro nullo reputari ſolent Hab. num.86.& 87.

85 Scriptura ſub vno ſenſu hiſtorico, multos ſenſus myſticos continet in Proœmio in Ion.num.2.

86 Cum aliquis priſcorum ſanctorum figura Chriſti fuiſſe dicitur non opus eſt per omnia quærere ſimilitudinem Ionæ. 1. nume.28.& 29.

87 Idem homo nõ ſemper portat figuram eiuſdem rei, ſed in eadẽ etiam hiſtoria, nunc huius rei, nunc illius typus eſt Ion. 4.num.5.& 6.

88 Eadem res diuerſis rationibus figura eſt rerum etiam contrariarum Ion. 4. numer.6. Hag.1.nu.38.

89 Non omnia quæ geſta narrantur aliquid ſignificare putanda ſunt, ſed propter illa, quæ aliquid ſignificant etiam ea, quæ nihil ſignificant attexũtur Ionę 4.nu. 6. pone hic regulam. 34. & regulam. 38. & 41.&.42.

90 * Solet ſcriptura ſacra quaſi omnia tollere & ſequentibus tamen verbis oſtendere ſe non omnia ſubſtuliſſe. Mich.1. num.15. cap.6.nu.35.

91 Solet ſcriptura res magnas exponere verbis, quę humilia & parum ſignificantia vidẽtur, ſed ſi recte conſiderẽtur, nec humilia ſunt neq; parum ſignificantia. Mich.2.nu.2.

92 * Quẽadmodũ quę hiſtoricè dicũtur de Chriſto Domino in prophetis nõ ſunt allegoricè exponẽda quia in ipſa hiſtoria eſt, quod quęrere allegoricè ſolemus ita cũ hiſtoria ipſa moralis eſt, id eſt, mores inſtruit, ſenſus alter ſpiritualis nequaquam quęrendus eſt, poteſt tamen fieri vt vnum opus malum ſignificet alterũ opus malum, & bonum, bonum Mich. 3.nu.7.&.8.

93 Multa ſunt in ſcriptura quæ niſi pronuntiatione & geſtu adiuuentur recte intelligi non poſſunt Mich.5 n.25.

Solet ſcriptura ſacra nullum dicere & omnes excludere cum ita pauci ſunt cõparatione multorum, vt vix vlli dici poſſint Mich.7.n.1.&.2.

95 Solent Apoſtoli veteris ſcripturæ teſtimonijs afferendis verba quędam aut ſubtrahere aut addere ſeruata ſenſus veritate Haba.1.n.14.

96 * Cum verba ſcripturæ proprie accepta aliquid enuntiant quod rectæ doctrinæ fidei, aut morum minime aduerſetur ac bene cum præcedentibus & ſequentibus coherent, ille omnino hiſtoricus ſenſus eſt Aug.1.n.28.

97 Solet ſcriptura per tempus rei geſtæ exitum indicare Zach.1.n.13.

98 Non ſacræ ſcripturæ modo, ſed omnibus etiam hiſtorijs conſuetum eſt annos regni aut vitę alicuius interdum integros ſolum interdum vero etiam imperfectos Zach.1.n.23.

99 * Cum ea quę dicuntur proprie accipi poſſunt vt verba ſonant, nec quid habẽt abſurdi contra veritatem, aut contra ſanam fidei, morumve doctrinam, nullo modo dubitandum eſt eum eſſe hiſtoricum ſenſum: ſi autem maiora ſunt quã vt poſſint illi rei conuenire de qua dicuntur, certum eſt alium ſenſum occultiorem, & ſacratiorem eſſe quærendum qui quamuis ſpiritualis videatur hiſtoricus tamen ſit Zac.2.n.2.

100 * Quæ de Chriſto dicuntur in ſcriptura, aliquando de ſolo capite dicuntur, aliquando de ſolo corpore, aliquando de capite & corpore ſimul Zach.2.n.17. &.18.

101 In ſenſu hiſtorico, ne verbum quidem minimum eſſe debet quod illi ſenſui nõ conueniat, in allegorico non omnia ſemper conueniunt Zach.3.n.22.

102 Quæ de multis ſimul dicuntur nõ omnia ſingulis conuenirent, ſed quædam his, quædam illis Zach.10.n.7.

103 Conſuetudo communis eſt, vt quod facimus impulſi aliquo affectu, qui fuit cauſa affectus dicatur facere Zach.11.numer.32.

104 Solet ſcriptura copulare tempora valde inter ſe deſiuncta Zach.13.nu.1.

105 Solet ſcriptura per mutationem rerũ firmiſsimarum maxime & ſtabilium ma

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnam mutationem in rebus humanis significare Zach.14.n.12.

106 Sæpe solet loqui scriptura non secundum id,quod sentit scriptum,sed secundum affectum eorum,de quibus loquitur Mal.2.n.24.

106 Illa opera,quæ ad proprietates diuinarum personarum non pertinent, cum communia sint,modo huic personæ tribuuntur,modo illi,vt vnitas substantiæ in personarum trinitate declaretur Malac.3.n.5.&.6.

REGVLAE SENTENTIARVM, quæ peculiarius deseruiunt intelligentiæ prophetarum.

107 Prophetæ cum mitterẽtur ad pronuntiandum de longuinquo Christi aduentu, simul etiam de propinquo datum est illis prophetare illud,in quo citius veraces comprobari possent. præludio.1. n.10.

108 Prophetæ in quibus tempus non præfertur in titulo sub illis regibus prophetarunt, sub quibus prophetauerũt ij,qui ante illos habent titulos,aut saltem,sub extremo illorum prælud.2.nu.8.

109 Eadem sæpe in prophetis repetuntur quę multi eodem tempore vaticinabãtur, quo eadem peccata grassabantur in populo,& eadem supplitia pro peccatis imminebant, quæ necesse fuit à multis reprehendi, & prædici prælud.2.nu. 24. Hos.1.n.14.

110 Prophetæ in progressu prophetiæ,sæpe repetunt illud, hæc dicit Dominus, & initio dicunt,verbum Domini, &c, vt autoritatem verbis suis concilient magisque moueantur auditores, dum vident non prophetæ verba esse quæ audiunt,sed Dei Hos.1.n.2.

111 Prophetiæ,nec fuere simul, nec continuato, sed interrupto tempore editę Hos.1.n.14.

112 Mos est Dei, vt quoties graue quippiã per prophetas minatur,vel causas indignationis proferat, vel exemplũ similis supplitij,vt iudicia sua ab omni iniquitatis suspicione vindicet,ac nemo non videat iuste eum indignari Hos.8.n.2.

113 Imprecationes scripturę accipi ita possunt vt imperatiuus pro futuro, quo res illæ prędicuntur,sumatur,vel etiam vt summatur proprie pro imperatiuo optantis non malum proximi,sed correctionem & diuinæ iustitiæ manifestationẽ Ose. vlt.1.&.2.

114 Prophetarum mos est,vt cum imminẽtia supplitia populo prædixerint,continuo Deum placatum ostendãt,& beneficia promittant,quibus se afflicti supplitijs præteritis consolentur. Sed ea beneficia non temporalia sunt,neque tũc accipienda,sed spiritualia magna ex parte, & in tempus euãgelicæ prædicationis differenda Ioel.2.34.Mich.2.59.

115 Quæcunque de ędificatione Hierusalẽ & templi,& rerum omnium beatitudine prædicantur.Iudæi in vltimo tempore(id est in aduentu Messiæ sui) vana sibi spectatione promittunt: Nos autem iam in Ecclesia conuincimus expleta,& quotidie impleri, donec plene & perfecte in beatitudine cœlesti impleantur Amos.9.44.

116 Multa vaticinantur Prophetę quę non dubitamus impleri debuisse, etiã si quo modo & quo tẽpore impleta sint, scriptura non narrat Abd.100.

117 Mos Prophetarum est multa prędicare quę non simul,sed per longum spatium temporis implentur.Mach.2. 60. Zach. 1. 38.

118 Multa verba Prophetãtur tanquã ita dicenda,vt sunt in Prophetis,quæ tñ non necesse est dici,neq; id voluerũt Prophetę sed necesse est fieri,qđ illa significant: & id voluerunt Prophetæ,Mich.4.25.& Hos.2.n.15.

119 Prophetię regula est,vt cum aliquid vel Sinagogę promittitur,vel Ecclesiæ, nõ vniuersis promitti intelligatur, sed Dei cultoribus & ad præscriptum legis diuinæ viuẽtibus: Si enim aliter accipiamus, necesse erit multa non impleri.Mich.4. n.40.41.

120 Loqui solet Deus ecclesię de membris quæ habet & quę mox habitura est,quasi de vno corpore Mich.5 n.81.

121 Solet scriptura cõmemorare quę Deus in rerum natura facit, aut facere potest mirabilia,vt hac potentiæ diuinę repręsentatione hostes terreat, & malos ad pœnitentiam prouocet videntes se nullo modo posse Dei fortitudini resistere Nahun.1.n.12.

122 Prophetæ perinde sumunt exempla à

futuris,atque à præteritis,cũ omnia certa cognitione comprehendant Nahu.3. nu.10.

123 Solẽt Prophetæ postquã locuti sunt de gẽtibus Euãgelio subijciẽdis, cõmemorare illarum gentium supplitia,quæ noluerunt ei obedire Abac.3.n.32.

124 Regula scripturarum est,vbi manifestissima prophetia de futuris texitur,per incerta allegoriæ non extenuare, quę scripta sunt Abac.3.n. vlti.

125 Solent Prophetę postquam in Iudæos prophetauerunt, ad inimicas nationes Iudęorum sermonem conuertere ad Iudęorum solatium,& ad gentium ipsarum salutem Sopho.2.n.23.

126 Solent alicui quędam promitti, quę nõ in eo,cui promittuntur,sed in eius posteris implenda sunt, ij autem, quibus ista promittuntur, principium fere generis sunt Agg.2.n.73.

127 Prophetę in suis visionibus siue prophetijs,quę rerum sunt, tribuunt verbis, & quę verborum sunt, tribuunt rebus Zach.1.n.12.

128 Quæ in Prophetis dicuntur de felicitate Hierusalem,& in ea gesta non sunt, ad ea quę in ecclesia fiunt,sunt referenda Zach.2.n.3.

129 Non satis est vt aliqua illorum,quæ de Hierusalem dicuntur in vno loco ei cõueniant,vt historicus sensus sit de terrena Hierusalem,sed necesse est,vt omnia quæ ibi dicuntur, conueniant Zach.2. num.3.

130 Inter duas exponẽdi rationes extremas quibus verba propherarum aut de populo Iudęorum,& terrena Hierusalẽ explicantur, aut de ecclesia:media quędã tenẽda est multo tutior ac verior,vt partim de Iudęis,& Ierusalẽ,partim de ecclesia dicta intelligantur Zach.8.nu.2.

131 Prophetæ non solum verbis, sed etiam factis prophetabant Zac.11.n.48.

132 Solent prophetæ cum aliquid grande, ac difficile ad credendũ dicturi sunt,prędicere Deum esse fortissimum Zach.12. num.1.

133 Solet scriptura in beneficijs quę exhibẽda narrantur recordari iam olim Hebræis exhibitorum Zach.14.8.

Universidad de Deusto Biblioteca

INDEX LOCORVM SCRIPTVRÆ OBITER IN HOC opere explicatorum.

Ad Lectorem.

NOnnulla inuenies in hoc indice, Lector, quorum aut vnum, aut alterum verbum dumtaxat explicetur: Sed, si recte cõsideres, inde totus fere locus explicabitur. Prior numerus, vt hactenus, Caput Prophetæ, alter numeros eius dē capitis indicat. At numeri, qui in margine adduntur, ad versiculos pertinent in ipsis capitibus nouorum Bibliorum notatos.

EX GENESI. Cap. 1.

3 Factum est vespere, & mane dies vnus Hag. 1. nu. 4.
6 Fons ascendebat de terra Hos. 1. n. 134.
26 Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram Hos. 11. n. 22.

Cap. 2.

2 Et omnis ornatus eorum Soph. 123
10 Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum Ioe. 3. n. 27.
11 Phison ipse est qui circuit omnem terram Heuila Soph. 3. n. 29.
15 Et posuit eum in paradiso voluptatis vt operaretur, &c. Ham. 5. n. 27.
17 In quocunque enim die comederis morte morieris Zach. 11. n. 18.
21 Immisit ergo Dominus soporem in Adam Hos. 1. n. 115.
24 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ Malach. 2. numero. 30.

Cap. 3.

15 Ipse conteret caput tuum Habac. 1. n. 23.
20 Puluis es, & in puluerē reuerteris Hos. 13. numer. 24.
22 Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis Mich. 5. n. 25.

Cap. 4.

14 Ecce proijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar Hos. 6. n. 7.
17 Tropologica expositio vrbis ædificatæ à Cain Soph. 3. n. 16. 17.
23 Audite verba mea vxores Lamech Ioe. 1. 5.

Cap. 5.

3 Et genuit filium ad imaginem & similitudinē suam Oseæ. 11. n. 22.
24 Et ambulauit Hamos cum Deo Hamos. 3. 4. Mich. 6. 28.
24 Et non apparuit, quia tulit illum Deus Soph. 1. n. 41.

Cap. 6.

6 Tactus dolore cordis intrinsecus Hos. 11. numero. 31.
7 Pœnitet me fecisse hominem Hag. 1. n. 51.
9 Noe vir iustus, &c. cū Deo ambulauit Hos. 9. n. 14. & Ham. 3. n. 4.
12 Corruperat viam suam Hos 4. n. 19.

Cap. 7.

2 Septem, & septem Zach. 4. n. 6.
9 Sicut præceperat Dominus Noe Sophon. 1. n. 31.

Cap. 9.

9 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum Zach. 11. n. 13.
Spiritualis expositio ebrietatis Noe Mich. 1. nu. 69. & 7.
21 Bibensque vinum Ham. 6. n. 22.
22 Verenda scilicet patris sui esse nudata Hos. 2. nume. 68.

Cap. 10.

5 Iusulæ gentium Sop. 2. n. 44.

7 Saba, Heuila, Sabatha, Regma, Sabathaca. Sophon. 3. n. 28. & seq.
8 Ipse cæpit esse potens in terra Zach. 10. n. 17.
9 Et erat robustus venator coram Domino Ionę 3. n. 2. & 3. & 4. Zach. 10. n. 17.
11 De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuem Hos. 5. n. 36. & 37.

Cap. 11.

1 Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem Soph. 3. n. 23.
5 Descenditque Deus, vt videret turrim, &c. Mich. 1. n. 6.

Cap. 12.

3 In te benedicentur omnes cognationes terræ Hag. 2. n. 73.
9 Perrexitque Abraham, & vltra progrediens ad meridiem Hos 13. n. 58.
Huius peregrinationis Abrahæ vide expositionem spiritualem Ham. 8. numer. 25. & Soph. 1. n. 41.

Cap. 13.

13 Sodomitæ erant peccatores coram Domino Ionæ. 3. n. 2. vsque ad. 8.
14 Vide à loco in quo es ad aquilonem, & meridiem Hos. 13. n. 38.
15 Omnem terram quam conspicis tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum Hos. 1. numero. 124.
16 Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ si quis potest hominum numerare puluerem terræ, semen quoque tuum numerare poterit Hos. 5. n. 123.

Cap. 14.

10 Vallis autem syluestris habebat puteos multos bituminis Ioe. 2. n. 3.
19 Benedictus Abraham Deo excelso Ionæ. 3. nu. 5.
20 Et dedit ei decimas ex omnibus Hamos. 4. num 10.
22 Leuo manum meam. Zach. 2. n. 21.

Cap. 15.

6 Sic erit semen tuum Hos. 1. n. 123.
6 Et reputatum est illis ad iustitiam Hos. 13. numero. 29.
7 Vt darem tibi terram istam, & possideres eam Hag. 2. 73.
10 Qui tollens vniuersa hæc diuisit per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit, &c. Hos. 10. n. 10.
16 Ne dum enim cōpletæ sunt iniquitates Amorreorum Ioe. 3. n. 20. Zach. 5. n. 13.
17 Et apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas Hoseæ. 10. numer. 10.
18 Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Ægypti vsque ad fluuium magnum Euphratem Ham. 6. n. 45. Zach. 9. n. 44.

Cap. 16.

2 Si forte saltem ex illa suscipiam filios Mal. 3. numero. 44.
4 Qui egredietur de vtero tuo. Mich. 6. n. 23.
12 Manus eius contra omnes, & manus omniū contra eum Mich. 12. numero. 20.

Cap. 17.

5 Sed vocaberis Abraham quia patrem multarū gentium, &c. Mich. 7. n. 54.
7 Statuam pactum meum inter me, &c. Zachar. 11. n. 13.

Cap. 18.

19 Et faciant iudicium, & iustitiam Mich. 6. numero. 27.
21 Descendam igitur, vt videam Mich. 1 n. 6.
25 Nequaquam facies iudicium hoc Mal. 1. nu. 16.
27 Cum sim puluis, & cinis Mal. 4. n. 7.

Cap. 19.

11 Et eos qui foris erant percusserunt cæcitate à minimo vsq; ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent Sop. 1. n. 81.
15 Surge, &c. ne & tu pariter pereas? Hoseæ. 2. n. 83.
17 In monte saluum te fac Ham. 4. n. 34.
24 Et subuertit ciuitates has Hos. 11. n. 30.
24 Dominus pluit super Sodomam & Gomorrā sulphur & ignem à Domino Ham. 4 n. 29. Zacha. 3. n. 9. & 10.
33 Bibere vinum Ham. 6. n. 22.
39 Hic est pater Moabitarum vsque in præsentē diem Hos. 1. n. 97.

Cap. 20.

5 In simplicitate cordis mei, & munditia manuū mearum hoc feci Mich. 2 n. 35.
9 Quæ non debuisti facere fecisti nobis Malach. 1. n. 16.

Cap. 21.

4 Quem genuit ei Sara Mich. 5. n. 32.
12 In Isaac vocabitur tibi semen Malach 2. n. 31.
31 Id circo vocatus est locus ille Bersabe quia ibi vterque iurauit Amos. 5. n. 13.

Cap. 22.

12 Non extendas manum tuam super puerum tuum Soph. 1. n. 16.
16 Per me metipsum iurauī Amos. 4. n. 4. Mich. 7. n. 53. Abac. 3. 38.
17 Possidebit semen tuum portas inimicorū suorum Mich. 7. n. 53.

Cap. 23.

6 In electis sepulchris Abac. 1. num. 5.
7 Populum terræ Aggei. 2. n. 16.
16 Appendit pecuniam Amos. 8. 15.
19 Pecunia digna tradat eam mihi Mich. 6. numero. 19.

Cap. 24.

24 Quem peperit ei Melcha Mich. 5. n. 32.
50 A Domino egressus est sermo Abac. 1. n. 17.
64 Rebecca quoque conspecto Isahac. S. &c. vsq; ad, tollés cito pallium operuit se Hoseæ. 1. nur. 60.

Cap. 25.

23 Duæ gentes sunt in vtero tuo Hose. 11. n. 12.
24 Maior seruiet minori Malach. 1. n. 11.
26 Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu Hose. 6. n. 32.
27 Factus est Hesau vir gnarus venādi Hoseæ. 10.

numero 5.& Amos.5.46.
27 Iacob aut vir simplex habitabat in tabernaculis Hos.10. nu.5.Mich.2.35.
33 Et vendidit primogenita Ham.1.28.

Cap. 26.

Peregrinantis Isahac vide spiritualē expositionem Amos.8.25.

Cap. 27.

3 Sume arma tua,pharetram & arcū & egredere foras Amos.3.nu.6.
27 Cui benedixit Dominus Aggei.2.69.
28 De rore cæli Agg. 1 nu.55.
29 Esto dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij matris tuæ Agg.2.nu.73.
36 Supplantauit.n. me en altera vice.Hos.6.33. Nahun.2.43.
37 Vltra quid faciam Hos.13.14.
41 Oderat ergo, semper Esau Iacob.Hos.9.10
46 Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ nolo viuere Hos. 12.num. 19.

Cap.28.

1 Noli accipere coniugem de genere Chanaham Hos.12.19.
19 Appellauitque nomē vrbis Bethel.Ose.4.30.

Cap. 29.

18 Seruiam tibi pro Rachele.Hos.3. nu.9. & latius cap.12.nu.19.

Cap. 30.

3 Et habeam ex illa filios. Mal.3 num. 42 & 44.
20 Dotabit me Deus dote bona etiam hac vice mecum erit maritus meus,&c.Et ad me intrabis,quia mercede conduxi te.Hos.3.num. 11.

Cap. 31.

7 Mutauit mercedem meā decem vicibus.Zach. cap 8.num.39.
9 Tulitq; Deus substantiam patris vestri Hos.2. num.67.
16 Deus tulit opes patris nostri Hos. 2. num.67.
42 Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isahac assuisset mihi Hos.5.nu.4.
53 Iurauit ergo per timorem patris sui. Hos.5. num.4.

Cap. 32.

28 Nequaquam vltra vocabitur Iacob nomen tuum,sed Israel,quoniam si contra Deum fortis fuisti,quanto magis contra homines præualebis Hos.12.nu.4.5.6.& 7.

Cap. 33.

2 Et posuit vtramque ancillam, & liberos earū in principio,Liam vero & filios eius in secundo loco,Rachel autem & Ioseph nouissimos Mich.4.11.
18 Transiuitque in Salem terram Sichimorum Habd.98.

Cap. 34.

3 Tristemque deliniuit blanditijs Hos. 2. numer.81.
7 Rem illicitam perpetrasset Malach.1. nume. 16.& 17.
11 Inueniam gratiam coram vobis, & quæcumque statueritis dabo,augete dotem, &c. Hos. 3.num.19.

Cap 35.

11 Reges de lumbis tuis egredientur,Nah.2.numer.40.
21 Trans turrim gregis,Mich.4 num 58.

Cap. 37.

De tunica talari Ioseph.Mich.1.numer. 57.

Cap. 38.

9 Semen fundebat in terram Mal.3 numer.37. & 38.
17 Hædum de gregibus, Zach. 9.37.

Cap. 41.

5 Septem spicæ pullulabāt in culmo vno.Hos. 8.num 19.
32 Firmitatis indicium est ,eo quod fiat sermo Hos.6.num.10.
32 Quod autem vidisti secundo ad eādē rem pertinēs somnium,firmitatis indiciū est,eo quod fiat sermo Dei & velocius impleatur Soph.1. numer.15.

Cap.42.

Allegorica expositio aduentus filiorum in Ægyptum ad emendum triticum Ham 8.nu. 24.
21 Merito hæc patimur,quia peccauimus in fratrem nostrum Hag.1.nu.42.

Cap. 43.

6 In meam hoc fecisti is miseriam,vt indicaretis ei, & alium vos habere fratrem.Ham.2. numer.19.
34 Biberuntque & inebriati sunt cum eo Mich. 2.num.43.Hag.1. num.9.

Cap. 46.

Peregrinationis & seruitutis Israel in Ægypto vide spiritualem expositionem Ham.8.n.25.

Cap. 47.

12 Et alebat eos,omnemque domum patris sui prębens cibaria singulis Hos.10.n.37 Zach.1. num.69.& 70.

Cap. 48.

16 Inuocetur super eos nomē meū Ham. 9.42.
19 Semen illius crescet in gentes Habd. nu. 123. & 124.

Cap. 49.

Ad intelligendum hoc cap. vide Hag. 2.numer. 73.& 74.
1 Congregamini, vt annuntiem, quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis Mich. 4. numer.6.
4 Effusus es sicut aqua , Hos. 5. nu. 28.
7 Diuidam eos in Iacob,& dispergam in Israel Mich.4.nu.6.
8 Iuda te laudabunt fratres tui manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum Mich. 4. n.7.
9 Catulus leonis Iuda.Soph.2.num.28.
10 Non auferetur sceptrum de Iuda Hos. 3. nu. 51 & Mich.4.nu.6.& seq.
10 Qui mittendus est & ipse erit expectatio gentium,Habac.2.nu.6.
10 Et ipse erit expectatio gentium, Hag. 2.numer.34.
13 Zabulon in littore maris habitabit & in statione nauium pertinget s vsque ad Sidonē.Mich. 4 num.7.

14 Isacar asinus fortis , &c. vsque ad factus est tributi seruiens Zach.14.n.63.
16 Dan iudicabit populum suum Mich. 4. numero.7.
26 Desiderium collium æternorum Hag.2.n.32. & sequ.
29 Ego congregor ad populum meum Soph.1. num.5.

Cap.50.

33 Ascendere vos faciet Hos.1.n.133.
40 In sepulchro meo quod fodi mihi Hos. 3.7.

EXHOD. Cap. 1.

16 Si masculus fuerit, interficite eum, si femina seruate Hos.1.n.1. 14.
Seruitutis AEgyptiacæ vide spiritualem expositionem Ham.8.n.25.
21 Et quia timuerunt obstetrices Dominū ædificauit eis domum. Ham.9. n.21.Mal.3.n.43.

Cap. 3.

12 Et hoc habebis signum,quod miserim, te cū eduxeris populum meum de AEgypto immolabis mihi in monte isto Nah.3.n.10.

Cap. 4.

22 Filius meus primogenitus Israel Hoseæ. 11. nu.12.

Cap. 5.

3 Vteamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Hos.6.n.46.
10 Non do vobis paleas,ite,& colligite,&c.Hos. 10.n.5.In sensu spirituali Ham.8.25.

Cap. 6.

7 Et Assumam vos in populū,& ero vester Deus Hag.2.n.18.
7 Et scietis quod ego sum Dominus Deus vester Zach.2.23.
8 Super quam leuaui manum meam Zach.2.numer.21.

Cap. 7.

12 Deuorauit virga Aharon virgas eorum Ioe. 1.n.23.

Cap. 9.

31 Eo quod ordeum esset virens Hagg.2.numero.2.

Cap. 10.

2 Et sciatis quia ego Dominus Zac.2.23.
4 Ecce ego inducam cras locustam,&c.vsque,& implebunt domos tuas & seruorum tuorum, & omnium AEgyptiorum. M. Hamos.9.numero.8.
7 Vsquequo patiemur hoc scandalum Sophon. 1.14.
13 Et Dominus induxit ventum vrentem Hose. 12.n.1.
14 Quales ante illud tempus non fuerunt , nec postea futuræ sunt Ioe.2.n.2.
15 Deuorata est igitur herba terræ,& quidquid pomorum in arboribus fuit Ham.8.n.8.
23.Nec mouit se de loco,in quo erat Zach.14.n. 22.

Cap. 12.

2 Mensis iste vobis principium mensium Hagg. 2.n.4.
12 Et transibo per terrā AEgypti Ham.5.43.
12 Et in cunctis dijs AEgypti faciam iudicium Mich.6.25.
43 Hæc est religio Phase, omnis alienigena non comedet ex eo:in vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras,nec os illius confringetis Hos.11.n.6.&.8.&.11.
46 Nec os illius confringetis. 5. Prælud.1.numero.20.

Cap. 13.

1 Sanctifica mihi omne primogenitum Ioelis.1. num.25.
10 A diebus in dies Ham.4.9.
17 Non eduxit eos per viam terræ Philistinorū, quæ vicina erat.Zach.9.n.6.
20 Profectique de Socoth castrametati sunt in Etham,&c.Dominus autē præcedebat eos ad ostendendam viam,&c. Hose.6.47.

Cap. 14.

21 Flante vento vehementi,& vrente Hos 12.1.

Cap. 15.

11 Terribilis,atque laudabilis Ioe.2.66.
13 Dux fuisti in misericordia populo,quem rede misti Soph.2.n.37.
14 Dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm Ham.1.n.24.
18 Dominus regnabit in æternum,& vltra Mic. 4.n.47.
20 Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aharō tympanum Mich.6.17.

Cap. 16.

6 Et mane videbitis gloriam Domini Hoseæ. 6. 44.

Cap. 17.

4 Adhuc paululum,& lapidabit me Hos.1.64.

Cap. 19.

23 Tu enim testificatus es Mala.2.29.
5 Eritis mihi in peculium.Mala.3.47.

Cap. 20.

5 In tertiam,& quartam generationem Amos. 1.14.
5 Fortis zelotes Mal.4.n.4.

Cap. 21.

6 Eritque ei seruus in æternum Mich.5.45.
17 Qui furatus fuerit hominem , & vendiderit eum, conuictus noxæ morte moriatur Amos 1.n.27.
28 Si bos cornu percusserit virum,aut mulierem & mortui fuerint, lapidibus obruetur , & non comedentur carnes eius Zach.1.n.74.75.

Cap. 22.

29 Non tardabis reddere Habac.2.5.

Cap.23.

29 Non eijciam eos à facie tua anno vno ne terra in solitudinem redigatur,& crescant contra te bestiæ Mich.3.n.vlt.
31 Ponam autem terminos tuos à mari rubro vsque ad mare Palæstinorum , & à deserto vsq; ad fluuium Zach.9.44.

Cap. 26.

33 Intra quod pones arcam testimonij, quo & sanctuarium,& sanctuarij sanctuaria diuidentur. Habd. 82.

Cap. 28.

30 Pones autem in rationali iudicij doctrinam, & veritatem, Malach. 2. n. 16.
39 Tiaram byssinam. Zach. 3. nu. 15.
41 Cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos Soph. 1. nu. 30.

Cap. 30.

7 Et adolebit incensum super ea Aharon, suaue fragrans mane. Quando componet lucernas incendet illud,& quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras. Ham. 8. numer. 40.
13 Siclus viginti obolos habet Ham. 8. num. 17.

Cap. 32.

7 Populus tuus. Mala. 2. num. 6.
8 Vitulum fecerunt,& pro Deo adorarũt. Hos. 10. num. 13.

Cap. 33.

21 Ecce est locus apud me, & stabis supra petrã Habac. 2. nu. 34.

Cap. 39.

16 Mitras cum coronulis Zach. 3. 16.

Cap. 40.

32 Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij,& gloria Domini impleuit illud. Hos. 14. num. 16.

LEVITICVS. Cap. 2.

14 Spicas virentes. Hag. 2. numer. 2.&. 3.

Cap. 3.

Hoc etiam habes eod cap. 19. Quid significet id quod cauda animalis immolandi offerri iubetur. Mich. 1 n. 57.& cap. 3. numer. 57.

Cap. 6.

27 Omnis, qui tetigerit illa, sanctificabitur Hag. 2. num. 65.

Cap. 7.

16 Nec remanebit ex eis quidquam vsque mane Ham. 4. num. 8.

Cap. 8.

9 Cidari quoque texit caput Zach 3. num. 16.

Cap. 10.

8 Vinum,& omne quod inebriare potest &c. vsque ad omnia, quæ locutus est Dominus per manum Moysi. Malac 2. num. 13.
17 Cur non comeditis peccata populi Hos. 4. numer. 14.

Cap. 11.

41 Omne quod reptat super terram, abominabile erit. Habac. 1. nu. 46.

Cap. 16.

4 Cidaris linea Zach 3. 16.

Cap. 18.

21 De semine tuo non dabis, vt consecretur idolo Moloch. Ham. 5. 68.

Cap. 19.

18 Sicut te ipsum Ioe. 2. 51.
18 Nec memor eris iniuriæ Nahum. 1. numero. 8.

Cap. 20.

2 Siquis dederit de semine suo idolo Moloch. Ham. 5. nu. 68.
26 Eritis sancti mihi Ionæ. 3. num. 5.

Cap. 21.

6 Sancti erunt Deo suo Ionæ. 3. nu. 5.
7 Scortum & vile prostibulum non ducet vxorem. Ioe. 3. 9.

Cap. 22.

22 Bouem & ouem aure & cauda amputatis voluntarie offerre potest, votum ex eis solui non potest, Mal. 1. num. vlti.

Cap. 23.

40 Et ramos ligni densarum frondium, Zach. 1. numer. 15.
De festo tabernaculorum Zach. 14. 43.

Cap. 25.

29 Habebit licentiam redimẽdi donec vnus impleatur annus, Ham. 4. num. 9.

Cap. 26.

4 Terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur Hag. 1. nu. 44.
16 Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur Hag. 1. 44.
26 Vt decem mulieres Zach. 8. 39.
45 Hæc sunt iudicia Soph. 2. nu 5.

Cap. 27.

25 Siclus viginti obolos habet, Ham. 8 nu. 17.

NVMERI. Cap. 3.

13 Sanctificaui mihi quidquid primum nascitur in Israel. Ioe 1. 25.
47 Accipies quinque siclos per singula capita Hos. 3. nu. 13.

Cap. 5.

15 Offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ, Hos. 3. nu. 13
21 Det te Dominus in maledictionem exemplumq; cunctorũ in populo tuo Nahũ. 3. n. 5.

Cap. 6.

2 Vir siue mulier, cũ fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerit Domino consecrare, à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt, Mich. 1 num. 70.
Cur Nazaræis prohiberetur capillorum tonsio Mich. 1. num. 72. 73.

Cap. 9.

6 Immundi super anima hominis Hag. 2. n. 65.

Cap. 11.

29 Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet. Ioe. 2. nu. 32.

Cap. 12.

2 Num per solum Moysen locutus est Dominus? &c. Hos. 1. nu. 18.
6 Si quis fuerit inter vos propheta, &c. vsque ad, Et non per ænigmata videt Deum Ioe. 2. nu. 58. Zach. 39.
7 In omni domo mea Zach. 3 19.

Cap. 14.

Qui nam ingressi sint terram promissionis Zach. 11. 21.
17 Magnificetur fortitudo Domini Nah. 1. numer. 9.& 11.

18 Dominus patiens. Nah. 1. n. 9.
33 Filij vestri erũt vagi in deserto annis quadraginta, & portabũt fornicationem vestram; &: Quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, &c. Ham. 5. n. 63.& seq.

Cap. 19.

14 Ista est lex hominis, qui moritur in tabernaculo Hos. 9. 4.
2 Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet Ag. 2. n. 65.

Cap. 20.

2 Cumque indigeret aqua populus, conuenerũt contra Moysen Zac. 14. 54.
13 Hæc est aqua contradictionis. Hos. 2. numero. 36.
18 Non transibis per me, alioqui armatus occurram tibi Zach. 4. n. 37.&. 38.

Cap. 23.

8 Quomodo maledicam, cui nõ maledixit Deus Hos. 2. n. 93.
9 Populus solus habitabit,& inter gentes non reputabitur Hos. 7. n. 22.

Cap. 24.

9 Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus; qui maledixerit tibi, in maledictionem reputabitur Mich. 4. n. 40.
4 Veruntamen pergens ad populum meum dabo tibi consilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore Ham. 28. Mich. 6. n. 6.
De consilio Balaam vide. Mich. 6. n 6.
21 Robustum quidem est habitaculum tuum, &c. Habd. nu. 26.

Cap. 25.

1 Et fornicatus est populus cum filiabus Moab, &c. Ham. 2. n. 9.&. c. 5. n. 70.
1 In Settim Ioe. 3. n. 25.
12 Ecce do ei pacem fœderis mei,& erit tam ipsi quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum Mal. 2. n. 9.

Cap. 31.

2 Colligeris ad populum tuum Hoseæ. 4. nu. 5.

Cap. 33.

55 Erunt vobis quasi claui in oculis,& quasi lanceæ in lateribus Ham. 4. n. 5.

Cap. 34.

5 Ibitque per gyrum terminos ab Asemona vsq; ad torrentem AEgypti,& magni maris litore finietur. Ham. 6. n. 43.
15 Acceperunt partem suam trans Iordanem Hoseæ. 3. nu. 13.

DEVTERONO. Cap. 1.

31 Portabitque te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum Hoseæ. 11. 16.

Cap. 2.

6 Aquam emptam haurietis Hos. 8 n. 7.

Cap. 4.

6 En populus sapiens & intelligens gẽs magna Sopho. 3. 56.
19 Et omnia astra cœli Soph. 1. 22.

Cap. 5.

9 Tertiam & quartam generationem Hamos. 1. num. 14.

Cap. 6.

5 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo Hos. 11. nu. 22.&. c. 14. n. 2. Mich. 6. n. 21. Soph. 2. 32. c. 3. n. 46.

Cap. 7.

6 Vt sis ei populus peculiaris Mal. 3. 47.
21 Deus magnus,& terribilis Ioe. 2. 66.

Cap. 8.

3 Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini Habac. 1. nu. 17.

Cap. 9.

10 Scriptas digito Dei Soph. 1. 31.

Cap. 10.

21 Magnalia,& terribilia. Ioe. 2. 66.

Cap. 11.

24 Et à flumine magno Euphrate. Zach. 9. 44.

Cap. 12.

2 Subuertite omnia loca,&c. vsq; ad lucos igne comburite. Hos. 4. 14.
16 Quem super terram, sicut aquam effundes Hos. 5. 28.

Cap. 13.

1 Si surrexerit in medio tui prophetes,&c. vsque ad sit primum manus tua super eum, & post te bis populus mittat manum. Zach. 13. n. 6. 7. &. 25.

Cap. 14.

22 Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis,&c.& comedes in conspectu Domini. Ham. 4. n. 11.

Cap. 15.

23 Sed effundes in terram sicut aquam Hoseæ 5. 28.

Cap. 16.

1 Obserua mensem nouarum frugum Hagg. 2. num. 2.

Cap. 17.

3 Omnem militiam cœli. Soph. 1. 22.
16 Non multiplicabit sibi equos. Hose. 14. numero. 10.

Cap 18.

15 Prophetam de gente tua,&c. vsque ad ipsum audies Hos. 5. n. 29 Ioe. 2. 51. Agg. 2. 19. Zach. 13. n. 22. 23. Mal. 3. nu. 14.

Cap. 19.

14 Non assumes,& transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores in possessione tua. Hos. 5. 26.

Cap. 21.

20 Filius iste noster proteruus,& contumax est. Hos. 4. n. 35.
Cur mulier capta, si nubere vellit Domino, iubeatur cesariem radere, spiritualis expositio Mich. 1. 71.

Cap. 23.

18 Non offeres mercedem prostibuli Ioel. 3. num. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 24.
15 Reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animã suam. Hos. 4. nu. 18.
Quomodo intelligatur lex repudij Mal. 2. 16.
Cap. 25.
2 Iuxta mensuram delicti erit, & plagarum modus Zach. 5. nu. 5.
4 Non ligabis os bouis triturantis. Hos. 11. 23.
9 Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Ham. 9. 21. Mal. 3. 43.
25 Non habebis in sæculo diuersa põdera maius & minus, &c. Ham 8. nu. 14.
Cap. 27.
Quomodo Moyses iubeat Leuitas maledicere transgressoribus. Mich. 4. nu. 40.
17 Maledictus, qui transfert terminos proximi sui. Hos 5. 26.
19 Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ. Mal. 3. 27.
Cap. 28.
3 Benedictus tu in ciuitate, benedictus in agro. Mal. 3. 35.
68 Reducet te Dominus classibus in Ægyptum. Hos. 8. nu 30.
Cap 31.
29 Et occurrent vobis mala in extremo tempore quãdo feceritis malum in conspectu Domini. Mich 4. num. 4. & seq.
Cap. 32.
1 Audite cœli quæ loquor, audiat terra. Mich. 1. 19. & 20.
2 Concrescat in pluuiam doctrina mea. Ham. 4. nu. 18. Zach 10. nu. 1.
7 Memento dierum antiquorum. Mich. 5. 46.
9 Iacob funiculus hæreditatis eius. Ham. 7. 22.
9 Pars autem Domini populus eius, & Israel funiculus hæreditatis eius. Zach. 11. nu. 13. 14.
10 Quasi pupillam oculi sui. Zach. 2. num. 20.
11 Expandit alas suas, & assumpsit eum, atq; portauit in humeris suis. Hos. 11. 16.
15 Incrassatus est dilectus & recalcitrauit. Hos. 4. 35. ca. 7. 43. ca. 13. nu. 7.
21 Ipsi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt, &c. Hos. 8. nu. 32. Zach. 1. 48.
22 Montium fundamenta comburet. Mich 6. num. 11.
22 Ignis succensus est in furore meo. Soph. 1. 67.
24 Et deuorabunt eos aues. Habac. 3. 27.
29 Vtinam saperent, &c. Hos. 13. nu. 19.
30 Non ne quia Deus suus vendidit eos. Nah. 3. num. 3.
33 Fel draconum vinum eorum. Habac. 2. n. 48.
34 Nonne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis. Hos. 13. nu. 18. Mich. 1. nu. 9. Soph. 2. 24. Mal 3. 46.
38 De quorum victimis comedebant adipem, & bibebant vinum libaminum. Ioe. 1. 24.
40 Leuabo ad cœlũ manum meam Zach. 2. 21.
42 Inebriabo sagittas. Mich. 2. 43.
42 Et de captiuitate nudati inimicorum capitis. Ham. 8 numer. 30.
46 Ego testificor vobis hodie. Mal. 2. 29.
50 Iungeris populis tuis. Soph. 1. num. 5.
Cap. 33.
2 Dominus de Sinai venit, & de Sehir datus est nobis, apparuit de monte Pharan. Habac. 3. numer. 15.
8 Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo Mal. 3. nu. 17.
28 Habitabit Israel confidenter, & solus. Hos. 7. 12.
IOSVE. Cap. 1.
5 Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum. Ham. 3. num 4.
4 A deserto & Libano vsque ad fluuiũ magnũ Euphratem. Ham 6. nu 45.
Cap. 2.
11 Elanguit cor nostrum. Nah. 2. num. 64.
Cap. 5.
9 Vocatumque est nomen loci illius Galgala. Hos. 4 nu. 28.
Cap. 6.
3 Circuite vrbem cuncti bellatores semel per diem, &c. Hos. 5. 34.
17 Sitque ciuitas hæc anathema. Zach. 14. n. 38.
Cap. 7.
5 Pertimuit cor populi, & ad instar aquæ liquefactum est. Nah. 2. nu. 64.
19 Fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere, &c. Hos. 14. 4. Mich. 6. nu. 22.
25 Quia turbasti nos, &c. vsque ad vallis Achor. Hos. 2. 88.
Cap. 9.
Quid significent Gabaonitæ cum populo Dei viuentes. Mal. 1 nu. 12.
Cap. 11.
6 Equos eorum subneruabis. Zach. 6. nu. 24.
Cap. 13.
1 Terraque latissima derelicta est, &c. vsque ad Accaron contra aquilonẽ. Ham. 6. 44. & 45.
3 A turbido fluuio, &c. vsque ad Gethæos, & Haccaronitas. Soph. 2. nu. 21.
Cap. 14.
15 A Dam maximus ibi inter Enacim situs est. Mich. 5. nu. 29.
Cap. 15.
4 Atque inde pertransiens in Asemona & perueniens ad torrentem Ægypti, eruntque termini eius mare magnum hic erit finis meridianę plagæ. Ham. 6. nu. 43.
Cap. 17.
4 Dominus præcepit per manum Moysi. Hag. 1. num. 5.
16 Qui habitant in terra campestri, &c. vsque ad Iezrael mediam habitans vallem. Hos 1. 87.
16 Non poterimus ad montana conscendere Zach. 10. num. 22.
Cap. 19.
1 Hæc est hæreditas filiorum Simeõ, &c. Ham. 5. num. 14.
Cap. 23.
13 Et sudes in lateribus. Ham. 3. 5.

IVDICES. Cap. 6.
32 Ex illa die vocatus est Gedeon Ierobahal, eo quod dixisset Ioas, vlciscatur se de eo Bahal qui suffodit aram eius. Hos. 10. num. 48.
33 Igitur omnis Madian, & Amalec, & orientales populi, &c. in valle Iezrahel. Hoseæ. 1. 87.
34 Qui clangens buccina, &c. Hos. 5. 20.
Pro intelligentia huius capitis vide. Hoseæ. 10. à num. 52.
Cap. 7.
Pro intelligentia huius capitis lege. Hos. 10. à numer. 52.
2 Ne glorietur contra me Israel, & dicat meis viribus liberatus sum. Zach. 12. num. 10.
Cap. 8.
Pro intelligentia huius capitis lege. Hos. 10. à numer. 52.
Cap. 9.
5 Occidit fratres suos filios Gerobaal septuaginta viros Ham. 5. nu. 64. 65.
Cap. 10.
15 Peccauimus, redde tu nobis quidquid tibi placet. Habac. 1. nu. 39.
Cap. 16.
19 Rasit septem crines eius. Ham. 3. nu. 19.
Cap. 17.
3 Voui hoc argentum Domino. Mal. 2. 25.
4 Vt faceret sculptile, &c. quod fuit in domo Michę. Hos. 10. 25.
5 Et fecit Ephod, & Teraphim. Hos. 3. 22.
13 Leuitici generis sacerdotem. Mal. 2. numer. 9.
Cap. 18.
8 Quid egissent. Hag. 2. 12.
31 Mansitque apud eos idolum Michæ omni tẽpore, quo fuit domus Dei in Silo. Hoseæ. 10. 25.
Cap. 19.
22 Filij Belihal. Nah. 1. nu. 45.
25 Eduxit ad eos concubinam suam, &c. Hoseæ. 10. 25.
Cap. 20.
2 Omnes quoque anguli populi. Soph. 1. 66.
5 Vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes. Hos. 4. 23. & cap. 10 nu. 25.
RVTH. Cap. 4.
11 Quæ ędificauerunt domum Israel. Ham. 9. 21.

REGVM. I. Cap. 1.
3 Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus. Ham. 4. 9.
26 Quasi vnam de filiabus Belihal. Nahu. 1. numer. 45.
Cap. 2.
1 Exaltatum est cornu meum. Zacha. 1. numer 72.
3 Nolite multiplicare loqui sublimia Hab. 67.
4 Arcus fortium superatus est. Habd. 35.
5 Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios, infirmata est. Mich. 5. 49.
12 Filij Belihal. Nah. 1. num. 45.
Cap. 3.
3 Et non poterat videre lucernam Domini. Habac. 2. nu. 28.
27 Hæc faciat tibi Deus, & hæc addat Ham. 4. 30.
Cap. 5.
5 Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes, qui ingreduntur templum eius super limen Dagon. Soph. 1. 33.
Cap. 6.
6 Quare aggrauatis corda vestra Zachariæ. 7. 10.
7 Facite plaustrum nouum, &c. Et si quidem per viam finium suorum ascenderit, &c. Ionæ. 1. nu. 42.
18 Iuxta numerum prouinciarum Philisthiim. Soph. 2. num. 7.
Cap. 7.
2 Requieuit omnis Israel post Dominum. Mich. 3. 16.
Cap. 8.
De toto hoc capite vide. Hos. 13. nu. 15.
8 Iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Ægypto vsque ad diem hanc, &c. Hos. 8. nu. 7.
15 Filias quoque vestras faciet vnguentarias. Hose. 1. nu. 114.
20 Et iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit pro nobis. Hoseæ. 13. numer. 14.
Cap. 12.
18 Dedit Dominus voces, & pluuias. Hos. 6. nu. 11. Ioe. 2. 10.
20 Nolite declinare post vana. Hos. 3. num. 5.
20 Quæ non proderunt vobis. Mitheæ. 2. numer. 2.
Cap. 13.
1 Filius vnius anni. Hoseæ. 20. 29. Ham. 1. nu mer. 6.
3 Saul cecinit buccina, &c. Hos. 5. num. 20.
14 Virum secundum cor suum. Hos. 7. 25.
19 Faber ferrarius nõ inueniebatur in Israel. Zacha. 1. num. 71.
44 Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat. Ham. 4. 30.
Cap. 14.
19 Tumultus magnus exortus est in castris Philistinorum, crescebatque paulatim, & clarius resonabat. Hos. 10. 44.
25 Omne terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel, &c. Extendit Ionatas summitatẽ virgæ. Ham. 3. nu. 8.
38 Vniuersos angulos populi. Soph 1. 66.
45 Viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius. Ham. 4. nu. 21. & 8. 44.
Cap. 15.
17 Nonne cum paruulus esses in oculis tuis caput te cõstitui in tribubus Israel. Zach. 11. 56.
Cap. 17.
43 Goliath maledixit Dauid. Mich 4. nu 40.
51 Quod mortuo esset fortissimo eorũ. Zac. 10. n. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap.18.
23 Num parum videtur vobis generum esse regis? Ego autem sum vir pauper,& tenuis hoſ. 3.n.9.
25 Non habet rex sponsalia necesse. Hoseæ. 3. num.9.
Cap. 19.
15 Tulit autem Michol statuam , & posuit eam super lectum. Hoſ.3.n.21.
Cap. 20.
19 Sedebis iuxta lapidem cui nomen est Ezel, &c.5.Prælud.1.n.21.
31 Quia filius mortis est. Hoſ.10.n.29.

Cap. 24.

18 Iustior tu es,quam ego,&c.hoſe.2.93.
Cap. 25.
25 Quoniam secundum nomen suum stultus est. hoſ.2.68.
29 Erit anima Domini mei custodita,quasi in fasciculo viuentium. Amos.9.8.
Cap. 26.
25 Et quidem faciens facies , & potens poteris. Soph.1.n.6.
Cap.28.
12 Quomodo Samuel suscitatus est à Pythonissa. Ion.1.n.42.
13 Deos vidi ascendentes de terra.hoseæ.1 . numer.132.
24 Habebat vitulum pascualem. Amos.6.16.
Cap. 30.
14 Ad austrálem plagam cherethi Sophon. 2.numero.11.17.

REGVM. II.

Cap. 1.

16 Sanguis tuus super caput tuum,os enim tuum locutum est aduersum te dicens ego interfeci, &c.hoſ.12.20.
18 Et præcepit,vt docerent filios Iuda arcum.hoseæ.1.84.
20 Nolite annuntiare in Geth , nec annuntietis in compitis Ascalonis, ne forte lætentur filiæ Philistinorum , &c. Amos. 3.13.Mich.1.28. &.34.
21 Montes Gelboe nec ros,&c. Amos.1.numero.11.
23 Saul,& Ionathas amabiles.Sophon.2. numero.2.
24 Qui vestiebat vos coccino. Nahun.2. numero.46.
Cap. 3.
14 Quam despondi mihi centum præputijs.hoſ. 3.9.
34 Pedes tui non sunt compedibus aggrauati. Zach.7.10.
Cap. 5.
2 Tu pasces populum meum.Zach.11.6.
7 Cepit autem Dauid arcem Sion : hæc est ciuitas Dauid.Mich.3.14.
Cap.7.
2 Videsne,quod ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Aggæi. 1.41.42.
3 Omne quod est in corde tuo , vade & fac. Ionæ.3. à nu.18.vsque.ad 27.
Cap.8.
15 Faciebatque Dauid iudicium . Mich. 6.25.
18 Super Cherethi,& Phelethi. Soph.2.14.
Cap.9.
7 Faciens faciam in te misericordiam. Sopho.1. num.7.
Cap. 12.
5 Filius mortis est.hoſ.10.29.
Tropologica expositio Dauidis, postquam audiuit mortem filij surgentis de terra , & intrantis domum Domini , &c . Sophoniæ .2. 58. 59.60.
31 Circumegit super eos ferrata carpēta. Amos. 1.16.
Cap. 13.
12 Noli facere stultitiam hanc. Abac.3.n.3.
Cap. 14.
19 Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Mich.2.5.Hag.1.n.5.
26 Semel autem in anno tondebatur. Amos. 4.9.
Cap.15.
2 Et mane consurgens Absalom stabat iuxta introitum portæ,&c. Amos.5.35.
18 Cherethi & Phelethi. Soph.2.14.
18 Et omnes Gethæi pugnatores validi. Soph.2. n.14.15.
Cap. 16.
7 Vir Belihal.Nah.1.45.
7 Cum malediceret regi.hoſ.4.2.
10 Quid mihi , & vobis est filij Saruiæ . Ioelis. 3.10.
10 Dominus enim præcepit ei , vt malediceret Dauid. Amos.6.33.
11 Dimitte eum,vt maledicat iuxta præceptum Domini,ibidem.
22 Coram vniuerso Israel. Mich.4.22.
Cap. 17.
8 Veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat.hoseæ. 13.9.
10 Pauore soluetur. Nah.2.64.
14 Et omnes viri Israel. Mich.4.22.
21 Transite cito flumen. Mich.7.35.
Cap. 18.
8 Multo plures erant,quos saltus cōsumpserat de populo quā ij,quos vorauerat gladius. Am.3.7
Cap. 19.
10 Vsquequo siletis,& non reducitis regem. Sopho.1.n.27.
24 Reuertatur in domum tuam,& faciem meam non videat. S.hoſ.2.75.
Cap. 20.
19 Quare præcipitas hæreditatē Dñi hoſ.13.31.
21 Leuauit manum suam contra regem Dauid. Zac.2.22.
Cap. 22.
2 Dominus petra mea. Abac.2.n.1.

5 Cir-

5 Circundederunt me cōtritiones mortis. Hoſ. 13.20.
Cap.24.
12 Trium tibi datur optio elige vnum quod voluerisex his, aut septem annis veniet tibi fames in terra,aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos,aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Ion. 3. 17.18.19.

REG. III. Cap. 1.

8 Cherethi,& Phelethi. Soph.2.nume.14.& sequent.
Cap. 2.
8 Qui maledixit mihi maledictione pessima. Hoſ.4.2.
12 Et firmatum est regnum eius nimis Mich. 4.21.
19 Quæ sedit ad dexteram eius. Zach. 3.nume.7.
Cap. 3.
9 Dabis ego seruo tuo cor docile. Hoſ.7.25.
Cur sapientia sit noctu Salomoni data. Zacha. 1.13.
Cap 4.
Multos bubalos capi Salomonis tempore quid sit mystice. Am.6.48.
Cap. 6.
Circa totum hoc caput vide. Ioelis. 2. à numero 28.
7 De lapidibus dolatis,atque perfectis Aggęi.2. num.14.
20 Atque vestiuit auro purissimo. Hoſ. 13 9.
Cap.7.
2 Ædificauit quoque domum saltus Libani. Amos.3.7.
Cap. 8.
11 Et non poterant sacerdotes stare,& ministrare propter nebulam, impleuerat enim gloria Domini domum Domini. Hoſ.14.16.
Cap. 10.
5 Et non habebat vltra spiritum. Ioelis.2.38.
9 Vt faceres iudicium. Mich.6.25.
22 Ibat in Tharsis. Ionæ.1 11.& 18.
Cap. 11.
7 Ædificauit Salomō fanū Chamos Idolo Moab, in monte qui est contra Ierusalem. Hoſ.4.24.
26 Leuauit manum suam contra Regem. Zach. 2.22.
30 Apprehendensque Ahias pallium suum nouū quo opertus erat scidit in duodecim partes, &c. Mich.2.53.
36 Vt remaneat lucerna Dauid seruo meo. Zach.3.42.
Cap. 12.
16 Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Isai? Hoſ.7.11.
24 Non ascendetis, nec bellabitis contra fratres vestros. Hoſ.8.6.

Cap. 13.
18 Et ego propheta sum similis tui & Angelus locutus est mihi in sermone Domini dicens reduc eum tecum,&c. Ionæ.3.25.
Cap. 15.
4 Dedit ei Dominus Deus suus lucernā in Ierusalem. Zach.3.42.
13 Ne esset princeps in sacris Priapi, &c. Hoſe. 4.26.
Cap. 16.
25 Fecit autem Hamri malum in conspectu Domini. Mich.6.36.37.
30 Et fecit Achab filius Hamri malum in conspectu Domini. Mich.6.36.37.
Cap. 17.
Mulier Sareptana fuit gentilis. Ionæ.1.2.
Cap.18.
21 Vsque quo claudicatis in duas partes ? si Dominus est Deus sequimini eum: si autē Bahal sequimini illum. Hoſ.8.27.
22 Prophetæ autē Bahal. Zach 13.6.
37 Et tu conuertisti cor eorum iterum. Hoseæ. 11.50.
46 Manus Domini facta est super Eliam. Aggę. 1.num.6.
Cap. 19.
2 Hæc faciant mihi Dij,& hæc addant. Amos. 4.30.
Cap. 21.
13 Filijs Diaboli. Nahum.1.num.45.
13 Vt viri diabolici Nah.1.46.
13 Benedixit Deum,& Regem. Mal.3. 31.
20 Eo quod venūdatus sis,vt faceres malū. Nah. 3.num.3.
25 Qui venundatus est,vt faceret malum. Nah. 3.num.3.
Cap.22.
11 Fecit sibi cornua ferrea,&c his ventilabis Syriam. Amos.6.50.51.
12 Ascende,& vade prospere,& tradet Dominus in manus Regis. Mich.5.25.
49 Rex vero Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum,& ire nō poterāt quia confractę sunt in Asion Gaber. Ionæ.1.nu.13.14.15.

REG. IIII. Cap.3.

4 Qui nutriebat pecora multa. Amos.1. numer. 1 & 3.
13 Adducite mihi Psaltem. Amos.6.21.
Cap. 4.
13 In medio populi mei ego habito. Mich.3.nu-17-18.
16 Noli mentiri Ancillæ tuæ. Amos. 2. 19.
Cap.5.
22 Vestes mutatorias duplices. Zach.3.13.
Cap. 6.
23 Et vltra non venerunt latrones Syriæ in terrā Israel. Ioe.2.38.
Cap. 8.
12 Quia scio, quæ facturus sis filijs Israel mala, &c. Amos.1.nu.15.& sequent.
Cap. 9.
1 Accinge lumbos tuos. Nah.2.40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 10.

Circa totum hoc caput vide, Hoseę. 1. à. numero. 66.

6 Et venite ad me hac eadem hora cras in Iezrael Hos. 1. 88.

11 Donec non remanerent ex eo reliquiæ. Abd. 87.

Cap. 13.

7 Et non sunt derelicti Ioachaz de populo nisi quinquaginta equites. Amos. 4. 27.

Cap. 16.

3 Insuper & filium suum consecrauit transferés per ignem. Hos. n. 5. 13.

Cap. 17.

Circa totum hoc cap. vide. Hos. 1. n. 88. &. 97. & cap. 8. n. 24.

13 Et testificatus est Dominus in Israel. Mala. 2. n. 29.

15 Quibus contestatus est eos Mal. 2. 29.

Cap. 18.

31 Et comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua. Mich. 4. n. 45.

Cap. 19.

32 Non ingredietur vrbem hanc. S. Hoseæ. 1. 116.

Cap. 22.

14 Et hæc habitabat in Ierusalem, in secunda Sopho. 1. n. 54. &. 55.

20 Colligam te ad patres tuos. Hoseæ. 4. numero. 5.

Cap. 23.

10 Vt nemo consecraret filium suum, aut filiam suam per ignem. Mala. Ham. 5. n. 68.

13 Quæ ædificauerat Salomon rex Astoreth. Hose. 2. n. 65.

Cap. 24.

2 Immisitque eis Dominus latrunculos Chaldæorum. Hos. 7. n. 2.

Cap. 25.

1 Mense decimo decima die mensis venit Nabuchodonosor, &c. Mich. 6. 36. Hagg. 2. numero. 9.

9 Et succendit domum Domini, & domum regis, & domos Ierusalem, omnemque domum combussit igni. Hos. 8. nu. 29.

PARALIPOM. I. Cap. 3.

Zorobabel an sit duplex, & cuius filius. Hagg. 1. num. 7.

Cap. 12.

1 Qui erant fortissimi, &c. & vtraque manu fundis saxa iacientes. Hos. 1. 84.

Cap. 15.

21 In citharis pro octaua canebant epinicion Habac. 3. n. 60.

Cap. 16.

15 Sermonis, quem præcepit. Hag. 2. 19.

Cap. 18.

17 Legiones cherethi, & Phelethi. Soph. 2. n. 14.

Cap. 21.

8 Insipienter egi. Hab. 3. n. 3.

10 Vnum, quod volueris, elige, & faciam tibi. Ionæ. 1. 45.

Cap. 23.

4 Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domus Domini. Haba. 3. n. 57.

PARALIP. II. Cap. 2.

2 Præpositosque eorum. Habac. 3. n. 57.

Cap. 3.

Circa totum hoc cap. vide. Ioe. 2. à. n. 28.

Cap. 4.

Circa totum hoc cap. vide. Ioe. 2. à. n. 28.

8 Fecit centum phialas. Zach. 14. 49.

Cap. 9.

21 Ibat in Tharsis. Ionæ. 1. 11.

26 Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à flumine Euphrate, &c. Zac. 9. 45.

29 In visione quoque Haddo videntis contra Ieroboham. Zach. 1. n. 5.

Cap. 10.

10 Minimus digitus meus grossior est lumbis patris mei. Nah. 2. n. 41.

Cap. 11.

16 Qui cunque dederant cor suum, vt quærerent Dominum, venerunt in Ierusalem. Hos. 1. n. 99. &. 100.

Cap. 13.

10 Noster autem Dominus Deus est, quem non reliquimus, &c. Hos. 11. n. 38.

Cap. 15.

2 Si quæsieritis eum, inuenietis, &c. vsque ad, Reperient eum. Hos. 3. à. n. 28. 29.

Cap. 20.

26 Die autem quarto congregati sunt in valle benedictionis. Ioe. 2. n. 5.

36 Et particeps fuit, vt faceret naues, quæ irent in Tharsis. Ionæ. 1. n. 11.

Cap. 32.

22 Et præstitit ei quietē per circuitū, multi etiā deferebant hostias, & sacrificia in Ierusalem. Nah. 1. n. 43.

Cap. 34.

12 Qui vrgebant opus Habac 3. n. 57.

13 Super eos vero qui ad diuersos vsus onera portabant, erant scribæ, & magistri. Habac. 3. num. 57.

HESDRAE. I. Cap. 2.

1 Hi sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuit. Hos. 1. n. 99.

7 Habitauerunt ergo sacerdotes, &c. vniuersusq; Israel in vrbibus suis. Hos. 1. n. 101. Mich. 7. numer. 32.

Cap. 3.

8 Vt vrgerent opus Domini. Hab. 3. n. 57.

9 Vt instarent super eos. ibid.

10 Vt laudarent Deum per manus Dauid regis Israel. Hag. 1. n. 5.

12 Plurimi etiam. Hag. 2. n. 15.

12 Flebant voce magna. Hag. 2. n. 12.

Cap. 4.

Quis fuerit Assuerus iste. Zach. 1. n. 31.

Cap. 5.

1 Prophetauerūt autē, Haggæus, &c. vsque ad, & cæperunt ædificare templum in Ierusalem. Hag. 1. nu. 1. & seq. maxime. 29.

8 Lapide impolito. Hag. 2. 14.

11 Templum quod erat extructum. Hag. 2. 43.

Cap. 6.

6 Trasflumen, Zach. 9. nu. 44.

14 Seniores autem Iudæorum ædificabant iuxta prophetiam Haggæi prophetæ, & Zachariæ. Hag. 1. nu. 29.

17 Hircos caprarum. Zach. 9. nu. 37.

Cap. 9.

1 Non est separatus populus Israel, &c. vsque ad, cum populis terrarum. Mal. 2. nu. 34.

Cap. 10.

18 Et inuenti sunt de filijs sacerdotum qui duxerūt vxores alienigenas de filijs Iosue filij Iosedec. Zach. 3. nu. 4.

NEHEM. Cap. 1.

4 Sedi, & fleui, & luxi, &c. Hos. 3. nu. 18.

Cap. 5.

De penuria, & fame illa vide Mal. 3. num. 30.

Cap. 8.

6 Et benedixit Esdras Domino Deo voce magna, & respondit omnis populus amen amen eleuās manus suas, Habac. 3. nu. 41.

Cap. 12.

10 Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib. Nah. 2. nu. 32.

Cap. 13.

10 Quod partes leuitarum nō fuissent datæ. Mal. 3. num. 30.

TOBIAS. Cap. 5.

5 Stantem præcinctum. Nah. 2. num. 40.

Cap. 9.

4 Si tardauero vna die plus. Habac. 2. nu. 5.

Cap. 12.

15 Vnus ex septem, qui astamus ante Dominū. Zach. 3. nu. 47. cap. 6. nu. 7.

Cap. 14.

6 Prope erit interitus Niniue, non enim excidit verbum Domini Ionæ. 3. nu. 28.

6 Fratres nostri, qui dispersi sunt à terra Israel reuertentur ad eam, &c. Mich. 5. num. 78. & 79.

IVDITH. Cap. 1.

Hæc historia quo tempore gesta sit. Nah. 2. numer. 29.

Cap. 2.

11 Qui cooperuerunt faciem terræ sicut locustæ. Ioe. 2. nu. 43.

12 Cumque pertransisset fines Assyriorum venit ad magnos montes Ange. &c. vsque ad finem capitis Ionæ. 1. nu. 9. & seq.

18 Et cecidit timor illius super omnes inhabitātes terram. Nah. 2. nu. 42.

Cap. 4.

9 Et induerunt se sacerdotes cilicijs & infantes prostrauerunt contra faciem templi Dñi. Ioe. 2. num. 27.

Cap. 5.

22 Et plurimi eorum captiui ducti sunt in terram non suam. Nah. 2. nu. 35.

23 Et nunc quidem reuersi ad Dominum, &c. Nah. 2. 32. & seq.

Cap. 7.

13 Propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. Nah. 3. nu. 3.

2 Et nudauerunt femur virginis. Hoseæ. 2. numer. 68.

ESTHER. Cap. 2.

7 Qui fuit nutritius filiæ fratris sui Hedissæ. Zach. 1. num. 15.

16 Mense decimo, qui vocatur Thebeth. Hag. 2. num. 7.

Cap. 3.

7 Mense primo, cuius vocabulū est Nisam. Hag. 2. num. 7.

Cap. 8.

9 Erat autem tempus tertij mensis, quī appellatur Siuam. Hag. 2. nu. 7.

12 Duodecimi mensis Adar. Hag. 2. nu. 7.

16 Iudæis autem noua lux oriri visa est. Mal. 4. num. 3.

IOB. Cap. 1.

1 Vir simplex Mich. 2. nu. 35.

3 Septem millia ouium, & tria millia camelorum. Mich. 2. nu. 50.

5 Ne forte benedixerint Deum in cordibus suis Mal. 3. 31.

6 Cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, Ionæ. 1. n. 23.

7 Circuiui terram, & perambulaui eam. Zach. 1. nu. 17.

10 *Non ne tu vallasti eum. Zach. 2. 28.

11 Extende paululum manū tuam Soph. 1. n. 16.

12 Egressus est satan à facie Domini. Ionæ. 1. 23.

15 Et irruerunt Sabęi Ioe. 3. nu. 13. & 14.

20 Et tonso capite. Ham. 8. nu. 30.

Cap. 2.

9 Benedic Deo. Mal. 3. numer. 31.

13 Sederunt cum eo in terra Hos. 3. numer. 18.

13 Et nemo loquebatur ei verbū. Soph. 1. n. 60.

Cap. 3.

25 Et quod verebar accidit. Soph. 1. num. 15.

Cap. 4.

4 Genua trementia confortasti. Nah. 2. num. 65.

10 Dētes catulorū leonū cōtriti sunt. Hos. 5. n. 40

11 Catuli leonis dissipati sunt. Ioe. 1. numer. 19.

Cap. 5.

2 Paruulum occidit inuidia. Hos. 2. n. 80.

13 Qui comprehēdit sapientes in astutia eorum. Ionæ. 3. num. 37.

Cap. 7.

1 Militia est vita hominis sup terrā. Mic. 7. n 61

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Dies mei Soph. 1 n. 29.

Cap. 9.

5 Qui transtulit mõtes,& nescierunt ij,quos subuertit in furore suo,cui commouet terram de loco suo,&c. Ham. 4 n 32.

25 Dies mei velociores fuerunt cursore,&c. vsq; ad, pertrãlierunt quasi naues poma portantes. Ham 8.n 8.

Cap. 10.

8 Et sic repente præcipitas me. Hos. 13.n.31.

11 Pelle,& carnibus vestisti me,ossibus & neruis compegisti me. Ham. 2 n 8. Mich. 3.n.11.

Cap. 11.

10 Miseriæ quoque obliuiscẽris, & quasi aquarum quę præterierunt recordaberis, vsque ad, orieris vt Lucifer. Ham 4 n. 38.

Cap. 12.

20 Commutans labium veracium,& doctrinam senum auferens Mal 4.17.

Cap 15.

19 Et transibit alienus per eos. Hos. 10.n33.

Cap 16.

5 Mouerem caput meum super vos Nah. 3.n.5.

Cap. 18.

5 Non ne lux impij extinguetur? Ham 8.n 29.

Cap. 19.

3 Decies confunditis me Zach. 8.n.39.

5 Super me erigimini Soph 2 26.

12 Simul venerunt latrones eius,& fecerunt sibi viam per me,& obsederunt in gyro tabernaculum meum. Habd.nu 45.

Cap. 22.

14 Circa cardines cœli perambulat, nec nostra considerat Zach 1.n 17.

Cap. 23.

12 A mandatis labiorum eius non recessi. Hos. 14: num. 9.

Cap. 24.

5 Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum vigilantesque ad prædam præparant panem liberis, agrum non suum demetũt & vineam eius,qué vi oppresserunt vindemiant. Haba. 46.n.47.

Cap .26.

2 Cuius adiutor es nunquid imbecillis,& sustentas brachium eius,qui non est fortis. Hos. 1.n. 128.

14 Et cum vix paruam stillã sermonis eius audierimus quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri. Ham. 7.n 21.

Cap. 29.

9 Principes cessabant loqui Haba. 2.n.45.

22 Verbis meis addere mihi audebam,& super illos stillabat eloquium meum. Ham. 7.n. 20.

Cap. 30.

3 Et mandebã herbas,& arborum cortices. Ioe. 1.n.21.

27 Interiora mea efferbuerunt absque vlla requie. Habac. 3.n.47.

Cap.31.

12 Ignis est vsque ad perditionem deuorans & omnia eradicans germina. Habd.44.

13 Si contempsi subire iudicium cum seruo meo Mich. 6. num 12.

21 Etiam cum me viderem in porta superiorem Ham. 5.35.

21 Si leuaui super pupillũ manũ meã. Zac. 2.n. 23

27 Si osculatus sum manum meam ore meo. Hamos 6.n.49.

27 Et lætatum est in abscondito cor meum. Hoseæ. 2.n.79.

Cap. 34.

24 Conteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Hos. 1.n.128. Zach. 11.n. 44.

30 Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. Hos. 13.n.16.17.

Cap. 35.

11 Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos. Hos. 5 n. 19.

Cap. 36.

22 Nullus similis ei in legis latoribus. Ioe. 2.n.47.

29 Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum. Zach 4.n.18.

Cap 38.

4 Vbi eras quando ponebam fundamenta terræ. Ham. 4 32.

11 Vsque huc venies,& non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Ionæ. 2 n.9.

16 Nunquid ingressus es profundum maris. Nah. 1.n.23.

25 Quis dedit vehementissimo imbri cursum,& viam sonantis tonitrui,&c. Ham. 4 n. 33. Zach. 10 n 6.

Ca.p.39.

23 Gloria narium eius terror,&c. vsq; ad, nec cedit gladio. Zach. 10.12.30.31.32.

Cap. 40.

6 Dispergę superbos. Nah. 2 n 38.

10 Ecce behemoth Mich 5 38.

10 Fenum sicut bos comedet. Haba. 1.47.

11 Fortitudo eius in lumbis eius. Nah. 2.n.67.

14 Ipse est principiũ viarũ Dei. Hos. 4.19. nag. 1.9

19 In oculis eius quasi hamo capiet eum. Hoseæ. 13.26.

20 An extrahere poteris Leuiathan hamo? Hos. 13.26.

Cap 41.

25 Omne sublime videt, ipse est rex super omnes filios superbiæ. Ham 2.6.

Cap 42.

6 Ago pœnitẽtiam in faurilla & cinere. Ion. 3.3.1.

8 Faciem eius suscipiam. Malach. 1.22.

11 Et mouerunt super eum caput. Nah. 3.n.5.

14 Et vocauit nomen vnius diem, & nomen secundæ Casiam, & nomen tertiæ cornustibij. Soph. 2.num. 18.

PSALM. 1.

1 Beatus vir qui non abijt. Hos. 1.55.

1 In via peccatorum. Hoseæ 4.19.

1 In cathedra pestilentiæ non sedit. Hos. 7.nu.7. Hamos. 1 27. Malac. 3.20.

3 Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Nah. 3.n.13.

3 Quod fructum suum dabit in tempore suo,& folium eius non defluet. Mich. 3.9.

Psalm. 2.

1 Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania. Mich. 1.17.& 18.

2 Astiterunt reges terræ,& principes conuenerunt in vnum aduersus &c. Mich. 1.nu.17.&. 18. cap. 2.num. 60. Zach. 2.num. 18.

3 Dirumpamus vincula eorum & proijciamus à nobis iugum ipsorum. Soph. 1. 26.

6 Ego autẽ constitutus sum Rex ab eo. Hos. 1. 183. Zach. 6.34.

6 Super Sion montem sanctum eius. Mich. 4. 18. cap. 5.38. Soph. 3.32.

8 Postula à me & dabo tibi gẽtes hæredit. Mic. 7.36.&. Zach. 2.32.

8 Et possessionem tuam terminos terræ Zach. 9.46.

9 Reges eos in virga ferrea. Mich. 5. 63.

12 Apprehendite disciplinam,ne quando irascatur Dñs,& pereatis de via iusta Ioe. 2.26.

12 Pereatis de via iusta. Hos. 4.19.

Psalm. 3.

3 Multi dicunt animæ meæ,non est salus ipsi in Deo eius. Abac. 1.nu.21.

3 Voce mea ad Dominũ clamaui & exaudiuit me de monte sancto suo. Abac. 3. num. 21.

6 Ego dormiui,& soporatus sum. Nah. 3.27.

9 Domini est salus & super populum tuum benedictio tua. Abac. 3.21.

Psalm. 4.

De titulo huius Psalmi Abac. 3.56.& seq.

2 Deus iustitiæ meæ. Malach. 2.39. cap. 4.n. 5.

3 Filij hominum vsquequo graui corde vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium. Hos. 12.nu.2.

3 Vt quid diligitis vanitatem. Ion. 2.14. Abac. 3.num. 21.

4 Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum. Mich. 7.num. 7. Zach. 3.18.

5 Quę dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Abac. 3.22. Ag. 1. 48.49.

8 A fructu frumenti vini, &c. Mal. 3.35.

9 In pace in idipsum dormiam,& requiescam. Hos. 7.9.

Psalm. 5.

5 Mane astabo tibi & videbo. Mich. 7.18.

7 Odisti omnes qui operantur iniquitatẽ, perdes omnes qui loquũtur mendaciũ. Sop. 3.34.

7 Virum sanguinum,& dolosum abominabitur dominus. Hos. 4. 3.

9 Dirige in conspectu tuo viam meam Hos. 6.8.

Psalm 6.

6 Quoniam non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi. Hos. 13.23.

8 Turbatus est à furore oculus meus. Hos. 7.31.

Psalm. 7.

7 Exurge Domine Deus meus. Mich. 1.num. 5.

14 Vasa mortis. Amos. 6.21.

14 Sagittas suas ardentibus effecit. Hos. 7.17.

15 Concepit dolorem, & peperit iniquitatem Hos. 4.36.& cap. 7.47. Soph. 2.34.

17 Cõuertetur dolor eius in caput eius,& in verticẽ ipsius iniquitas eius descẽdet. Hos. 12.n.21.

Psalm. 8.

2 Domine Dominus noster quã admirabile est nomen tuum in vniuersa terra, quoniã eleuata est magnificẽtia tua super cœlos. Aba. 3.24.

3 Perfecisti laudem. Hos. 4.4.

6 Minuisti eũ paulo minus ab Angelis. Hos. 12.7.

9 Pisces maris, qui perambulant semitas maris. Abac. 1.45.

Psalm. 9.

3 Quoniam laudatur peccator in desiderijs &c. Hos. 12.11.

5 Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam. Mich. 7.29.

7 Cuius maledictione os plenum est. Hos. 4. 2.

14 Quoniam tu laborem & dolorem considerasti. Mich. 1.39.

14 Vides quoniam tu laborem considerasti, vt tradas eos in manus tuas. Hos. 13. 18. Mich. 2. 1. Abac. 1.32.

14 Tibi derelictus est pauper,& orphano tu eris adiutor. Hos. 14.11.

17 Cognoscetur Dñs iudicia faciens. Mich. 25.

Psalm. 10.

4 Dominus in templo sancto suo. Abac. 2.45.

5 Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Hos. 7.47.& Amos. 2.20.

Psalm. 11.

4 Disperdat Dominus,&c. Hos. 14.1. Habd. 66.

7 Eloquia Domini eloquia casta, arg ẽtum igne examinatum. Soph. 1.73.

Psalm. 12.

2 Vsq; quo obliuiscẽris me in finẽ. Amos. 8.22.

Psalm. 13.

4 Qui deuorant plebem meã sicut escam panis. Hos. 4.15.

Psalm. 14.

3 In vijs eorum Hag. 1.9.

Psalm. 15.

6 Funes ceciderũt mihi in prẽclaris. Amos. 7.21. vsque in finem. Amos. 8.22. Zach. 11. 14.

8 Quoniam à dextris est mihi. Zach. 3.8.

10 Quia non derelinques animam meã in inferno. Ionæ. 2.21.

Psalm. 16.

2 De vultu tuo iudiciũ meũ prodeat. Mic. 7.29.

8 Custodi me vt pupillam oculi. Zach. 2. 10.

13 Eripe animã meã ab impio, frameã tuam, &c. Abac. 1.39.

Psalm. 17.

2 Diligam te Domine fortitudo mea. Hos. 5.4.

3 Cornu salutis meæ Hamo. 6.41.

5 Circũdederunt me dolores mortis. Hos. 13.20.

5 Torrentes iniquitatis. Nahum. 1.45.

6 Dolores inferni. Hos. 13.23.

8 Cõmota est,& cõtremuit terra fundamẽta mõtium conturbata sunt Ham. 6. 3. Zach. 14.12.

9 Ascendit fumus in ira eius,& ignis à facie eius exarsit Nahun. 2.50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

11 Volauit super pennas ventorum. Hoseæ.4. 38.
14 Et altissimus dedit vocem suam. Ioe.2.10.
15 Confitebor tibi in gentibus Domine. Mich 7.56.
15 Fulgura multiplicabit,& conturbabit eos Nahum.2.n.50.
16 Reuelata sunt fundamenta orbis terrarum. Mich.6 11.
26 Cum sancto sanctus eris. Hos.11.32.
30 In te eripiat à tentatione,&c. Hose.1.107.& Zach.9.52.
30 In Deo meo transgrediar murum. Zach. 2.27.
33 Deus qui præcinxit me virtute Nahun.2.41.
40 Et præcinxisti me virtute. Nahun.2.41.
46 Filii alieni mentiti sunt mihi. Soph.3.41.

Psal. 18.

1 Cœli enarrant gloriam Dei. Hag.1.51. Zach. 12.25.
8 Testimonium Domini. Soph.3 40.
8 Sapientiam præstans parvulis. Hos.2.80.
9 Iustitiæ Domini rectæ. Mich.6.8.
10 Iudicia Domini Soph.2 n.5.

Psal. 19.

8 Hi in curribus,& hi in equis,nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimuss, ipsi obligati sunt,&c. Hos.14.10.

Psal. 20.

3 Desiderium. Agg.2.32.
3 Voluntate labiorum eius non fraudasti eũ Hose.14.9.
4 Posuisti in capite eius coronã de lapide prætioso. Zach.6.13.
4 In benedictionibus dulcedinis. Hos.1.26.
5 Vitam petijt à te,& tribuisti ei. Ion.2.21.
7 Dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi. Hos.11.28.
10 In tempore vultus tui. Mala.1.23.

Psal. 21.

2 Respice in me. Zach.9.22.
De toto Psalmo agitur. Mich.4.25.
2 Deus Deus meus me quare dereliquisti. Ionæ. 2.22..
2 Quare me dereliquisti. Hamos.2.20.
2 Longe à salute mea verba delictorum meorũ. Mich.7.56.
7 Ego autem sum vermis,& non homo. Ionæ.4. n.21.
13 Circundederunt me vituli multi tauri pingues obsederunt me Zach.1.n.74.
14 Sicut leo rapiens,& rugiens. Ham.3.n 5.
15 Effusus sum sicut aqua. Hos 5.n.28.
15 Factum est cor meum tanquam cera. Hos.13. n 10. Haba.3.n.47.
19 Partiti sunt vestimenta mea. Mich. 4. nu.25.
20 Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me. Ion.2.21.
21 Erue à framea Deus animam meam. Zach.13. nu.13.
22 Et à cornibus vnicornium Zach.1.n.74.
28 Reminiscẽtur,& conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ. Zach.10.n 20.

Psal. 22.

2 Dominus regit me Mich.7.n.60.
2 In loco pascuæ ibi me collocauit Mich.7. nu. 58.&.62.
4 Virga tua,& baculus tuus. Zach.8.n.22.

Psal.23.

1 Et plenitudo eius. Ham.6.30. Mich.1.3.
2 Quia ipse super maria fun.& super flu. Zacha. 12.n.25.
2 Et super flumina præparauit eam. Hos.6.numero 9.
6 Dei Iacob. Nah.2.n.43.
7.&.9. Attollite portas principes vestras,& eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Mich.2.n.66.
8 Dominus fortis & potens. Zach.10.n.17.
10 Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. Haba. 3.n 21. Zach.2.n.19. Soph.1.n.24.

Psal. 24.

5 Diriget mãsuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Soph.2 n.4.
7 Ignorantias meas ne memineris. Habac.3. numero.3.
10 Vniuersæ viæ Domini. Hos.4.n.19.
10 Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Mich.7.n 57.
15 Oculi mei semper ad Dominum Zach.9. numer.23.
16 Respice in me,& miserere mei. Hab.3.nu.29. Zach.9.n.22.

Psal. 25.

1 Iudica me Domine. Hos.2 n 96.

Psal. 26.

2 Ipsi infirmati sunt,& ceciderunt. Sopho.1.numer.14.
4 Vt videam voluntatem Domini Mich.6.38.
5 Abscondit me in tabernaculo suo. Soph.2. numer.6.
6 Hostiam vociferationis. Soph.3.n.57.
14 Viriliter age,& confortetur cor tuum,& sustine Dominum. Mich.4.62.

Psal. 27.

1 Ne sileas à me nequando taceas à me & assimilabor descendentibus in lacum. Sophon.1.numero.27.
2 Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Mich.2.n 5. Zach.2.n.22.

Psal. 28.

5 Vox Domini confringentis cedros,&c. vsque ad filius vnicornium Habd.1. 24. Sopho.1.64. Zach. 11.nu.5.
10 Dominus diluuium inhabitare facit. Hoseæ 8.10.

Psal. 29.

6 Ad vesperum demorabitur fletus,& ad matutinum lætitia Ham.8.41.
12 Concidisti saccum meum, &c. Ham.8.30.

Psal. 30.

10 Cõturbatus est in ira oculus meus anima mea, & venter meus habac.3.n.17.
20 Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine quam abscondisti timentibus te, perfecisti ver-

sti verbo eis, qui sperant in te. Ham. 9.nu.49. Zach.2.n.54.
23 Proiectus sum à facie oculorum tuorum. Ionæ.1.n.24.

Psal. 31.

1 Beati, quorum remissæ sunt iniquitates. Hose. 12.n.21.c.13.n.18.
9 Nolite fieri sicut equus, & mulus. Zac 14.61.

Psal. 32.

1 Exultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio. Hos.14.n.5.
4 Omnia opera eius in fide. Hos.5.n.23.
6 Omnis virtus eorum. Soph.1.n.24.
10 Reprobat autem cogitationes populorum. Mich.1.n.18.
16 Non saluatur rex,&c. vsque ad protector noster est. Hos.1 n.118.
17 Fallax equus ad salutem. Hos.14.n.10.

Psal. 33.

4 Magnificate Dominum mecum. Hamos.9.numero.5.
6 Accedite ad eum,& illuminamini. Hos.6. nu. 44.&.c 10.nu.36.
11 Diuites eguerunt,& esurierunt, inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. Ham.8 n.37.
13 Dies videre bonos Zac.8.n.32.
16 Oculi Domini super iustos,&c. Hos 6.n.7.& c.14.n.21. Ham.9.n.6.
7 Vultus autem Domini. Mal 1.n 23.
11 Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex eis non conteretur. Hau.2.n.8. cap 8. numer.45.
22 Mors peccatorum pessima. Ham.8.n.5.
23 Et non delinquent omnes, qui sperant in eo Haba.1.n.28.

Psal. 34.

6 Fiant viæ illorum tenebræ. Zachar, 14. numero.22.
20 Qui mihi quidem pacifice loquebantur. Zacha 9.n.43.
21 Viderunt oculi nostri. Habd.64.&.65.
26 Qui magna loquuntur super me. Soph.2. numer.26.

Psal. 35.

7 Homines & iumenta saluabis Domine. Zach. 1.n.11. Ionæ.3.vlt.
7 Iudicia tua abyssus multa Ham.7.5.
9 Inebriabuntur ab vbertate domus. Mich2.numer.43

Psal. 36.

Circa totum hunc Psal. vide. Habac.2.nume.10. &.11.
13 Quod veniet dies eius Habd.65.
15 Gladius eorum intret in corda ipsorum Hos. 13.n.10.
18 Nouit Dominus dies immaculatorum, & multa sequentia. Habac.2. nu.10.&.11.
23 Apud Dominum gressus hominis dirigẽtur, & viam eius volet. Hos.14 n.21.
25 Non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Ham.8.n.48.
26 Tota die miseretur,& commodat. Hose. 12. num.2.
30 Lingua eius loquetur iudicium. Ham.5.n.18.
36 Non est inuentus locus eius. Nah. 1.n.18.

Psal. 37.

4 A facie iræ tuæ. A facie peccatorum meorum.
6 A facie insipientiæ meæ. Hos.10.n.54.
5 Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum,& sicut onus graue grauatæ sunt super me. Mich.7.n.51.
8 Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Nah.2.n.40.
15 Factus sum sicut homo non audiens,& non habens in ore suo redargutiones. Mich.7. numero.48.
23 Deus salutis meæ. Malach 4.n.5.
27 Super me magna locuti sunt. Sophon .2. numer.26.

Psal.38.

6.&.7. Veruntamen. Soph 3.nu 7.
13 Aduena ego sum apud te,& peregrinus. Hos. 4.n.7. Zach.14.n.65.

Psal. 39.

3 De luto fæcis. Zach.10.nu.5.
3 Et eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fæcis. Habac.3.n.46.
7 Sacrificium,& oblationes noluisti. Hoseæ. 6.à num.20.
7 Holocaustum, & pro peccato non postulasti. Hos.6.n.28.
13 Comprehenderunt me iniquitates meæ. Zacha.1. numer.10.

Psal 40.

2 In die mala liberabit eum Dominus. Ioel.2.numer.21.
9 Verbum iniquum. Nah.1.n.45.
10 Homo pacis meæ. Habd.33.
10 Magnificauit super me supplantationem. Hose.6.n.32.

Psal. 41.

5 Quoniam pertransibo in locum tabernacul. admirabilis vsque ad domum Dei. Zacha.14. 65.
8 Omnia excelsa tua,& fluctus tui super me transierunt. Ionæ.2.10.

Psal. 42.

2 Iudica mea Deus, & discerne causam meam de gente non sancta Mich.7.29.
4 Quare tristis es anima mea,& quare conturbas me? spera in Deo, quoniã adhuc confitebor illi salutare vultus mei,& Deus meus. Mich.4.74.

Psal. 43.

3 Manus tua gentes disp. &c. vsque ad, complacuisti in eis Zach.4.17.
6 In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Hos.1.107. Ham.6 41. Zach.9 52.
6 Insurgentes in nobis hos.8.13.&.c.10.36. & Mich.1.4.
7 Non enim in arcu meo sperabo Hoseæ.1.numer.118.
9 In nomine tuo. Mich.5 n.53.
10 Et non egredieris Deus in virtutibus nostris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mich. 1.n.5. Soph. 1.num.14.
13 Vendidisti populum tuum. Nah. 3.n.3.
15 Commotionem capitis. Nah. 3.n.5.
23 Æstimati sumus sicut oues occisionis. Haba. 1.n.40. Zach. 11.n.8.
23 Exurge, quare obdormis Domine. Mich. 1. num.5.

Psal. 44.

6 Populi sub te cadent. Mich. 1.n.18.
6 Sagittæ tuæ acutę populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Habac. 3.n.38.
7 Sedes tua Deus in sæculum sæculi. Zach. 6. numero. 34.
7 Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Malach. 4. n.56.
8 Oleo lætitiæ. Mich. 6.n.42.
9 Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis à domibus eburneis. Mich. 1.n.55.
10 Astitit regina à dextris tuis. Nah. 2.n.52. Zacha. 3.n.7.

Psal. 45.

3 In cor maris. Hoseæ. 13. numero. 10. Ionæ. 2. nume. 9.
5 Fluminis impetus lætificat ciuitatem. Ioel. 3. 26.
6 Adiuuauit eam Deus mane diluculo. Hos. 6. numero. 44.

Psal. 46.

2 Plaudite manibus. Nah. 3.n.29. Sopho. 2.n.56.

Psal. 47.

2 In monte sancto eius. Mich. 4.n.18.
8 In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Ionæ. 1.n.17.
8 Conteres naues. Hos. 13.n.19.

Psal. 48.

10 Et viuet adhuc in finem. Ham. 8.n.22.

Psal. 49.

3 Deus manifeste veniet, &c. vsque ad, & erit in die illa lux magna Ioe. 2.n.67.
3 Ignis in conspectu eius exardescet. Mal. 3. numer. 18.
13 Numquid manducabo carnes taurorum, &c. Hos. 6. à num. 20. 23. Mich. 6. 21.
14 Immola Deo sacrificium laudis. Mich. 6. nu. 21. 22.
20 Sedens aduersum fratrem tuum loquebaris. Mal. 3.n.20.

Psal. 50.

6 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Ionæ. 3.n.3.
6 Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Mich. 6.n.13. &. 33.
12 Et spiritum rectum innoua. Hos. 6.n.10.
13 Ne proijcias me à facie tua. Hos. 6.n.7. Ionæ. 1.n. 14.
14 Redde mihi lætitiam salutaris tui. Zach. 13. nu 10.
16 Libera me de sanguinibus Deus. Hos. 4.n 3.
18 Quoniam si voluisses sacrificium. Hos. 6. à. n. 20.
19 Cor contritum. Hos. 13.n.20.
20 Vt ædificentur muri Ierusalem. Ham. 7.n.13,

Psal. 51.

10 Ego autem sicut oliua fructificaui in domo Dei. Hos. 14.n.17. Ham. 9. num. 54. Hach. 14. num. 9.

Psal. 53.

9 Super inimicos meos despexit oculus meus. Habd. 64. &. 65.

Psal. 54.

7 Quis dabit mihi pennas, &c. Hos. 4.n.46. &. c. 11.n.36.
10 Præcipita Domine, diuide linguas eorum, Hoseæ. 13.n.31.
11 Iniquitas, & labor in medio eius. Mich. 2. nu. 1.
13 Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annuntiabo, & exaudiet vocem meam. Hamos. 8.n.40.41.
13 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, &c. Habd. 67. Sopho. 3.n.9.
16 Veniat mors super eos, & descendant in infernum viuentes. Hos. 13.n.23.

Psal. 55.

2 Quoniam conculcauit me homo. Hamos. 2. n. 17.
7 Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Zach. 8.n. 27.
8 In ira populos confringes. Mich. 1.n.18.

Psal. 56.

4 Dedit in opprobrium conculcantes me Hos. 11. num. 28. & Hamos. 2. numero. 17. Habd. num. 11.
5 Et eripuit animam meam de medio catulorũ leonum. Ioe. 1.n.19.
5 Dentes eorum arma, & sagittæ. Zacha. 9. numero. 28.
9 Exurge anima mea, exurge, &c. Ioe. 3.n.13.

Psal. 57.

7 Molas leonum confringet Dominus. Ioe. 1. n. 22.

Psal. 59.

5 Potasti nos vino compunctionis Nah. 2. numero. 49.
6 Dedisti metuentibus te significationem vt fugiant à facie arcus, & liberentur dilecti tui. Mich 2.n.23. Zach. 1.n 51.

Psal. 60.

3 A finibus terræ ad te clamaui. Hoseæ. 1. numero. 131.

Psal. 61.

10 Mendaces filij hominum in stateris. Hoseæ 12.n.10.
11 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere. Hos. 12.n.12.

Psal. 62.

12 Laudabuntur omnes, qui iurant in eo. Hoseę 1.n.18. Ham. 4.n.4.

Psal. 63.

4 Rem amaram, Haba. 1.n.15.

Psal. 64.

6 Mirabile in æquitate, Ioe, 2.n. 66.
13 Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Hamos. 9.n.51.

Psal.

Psal. 65.

10 Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum Zach. 13.nu.17.
12 Transiuimus per ignem, & aquam Zach. 13. n.17.

Psal. 67.

5 Iter facite ei qui ascendit super occasum. Hamos 8.n.39.
8 Cum egredereris in conspectu populi tui. Mic. 1.n 5.
9 Terra mota est. Hag. 2.n.21.
10 Pluuiam voluntariam segregabis Deus. Hamos 4.nu.19.
10 Et infirmata est. Hos 11 n.25.
12 Dominus dabit verbum Euangelizantibus virtute multa Soph. 1 n 24. Hag. 1.22.
15 Mons Dei mons pinguis. Mich. 4 n. 19.
23 A Ethiopia præueniet manus eius Deo. Nah. 3.n.14.
28 Principes Iuda duces eorum. Hoseæ. 1. numero. 93.

Psal. 68.

De toto hoc Psal. vide. Ionæ. 2. à. n. 10.
2 Saluum me fac Deus quoniã intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Habac 3. numer. 46.
2 Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam Ionæ. 2. numero. 23.
2 Intrauerunt aquæ vsque ad animam meam Ionæ. 2.n. 11.
3 Infixus sum in limo profundi. Zach. 1. numero. 16.
3 Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Ionæ. 2.n. 22.
5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Ioe. 1.n.21.
11 Operui in ieiunio animam meam. Ionæ. 3. numer. 41.
12 Factus sum illis in parabolam. Mich. 2. numero. 9.
13 Qui bibebant vinum. Ham. 6 n 22.
13 In me psallebant qui bibebant vinum. Mich. 2. nu. 9.
15 Eripe me deluto vt non infigar, & de profundis aquarum. Habac. 3. nu. 46 Zach. 1.n.16.
22 Et dederunt in escam meã fel. Hab. 2.n.48.
24 Obscurentur oculi. Hos. 14 n. 1.
36 Et ædificabuntur ciuitates Iudæ Mich. 3. numer. 24.

Psal. 70.

22 In vasis Psalmi. Amos. 6 21.

Psal. 71.

De toto hoc Psalmo. Abac. 2. 9. Zacha. 2.n.2.5. & 4. cap 9.n 48.
2 Deus iudicium tuum regi da Mich. 4. 29.
3 Suscipiant montes pacem populo. Amos. 4. 34. Mich 46 1. Zach. 1. 14.
4 Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem Hos 2. 96. cap. 10 28
7 Orietur, &c. & abundantia pacis. Mich 4. 39. &. 41.
8 Et dominabitur à mari vsq; ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terræ. Zach. 948.
9 Coram illo procident Æthiopes. Amos. 9. 18. Mich. 7. 48.
9 Et inimici eius terram lingent Mich. 7. 48.
14 Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum Nah. 3. 3.

Psal. 72.

11 Et dixerunt quomodo scit Deus, vsque ad, & laui inter innocentes manus meas. Hamos. 6. 12.
23 Vt iumentum factus sum apud te Hoseas. 8. 22.

Psal. 73.

2 Mons Sion in quo habitasti in eo. Mich. 4. 19.
3 Leua manus tuas in superbias eorum Zach. 2. 22.
9 Signa nostra non vidimus, iam non est prophe ta, &c. Ham. 8. 31.
9 Iam non est propheta. Ham. 1. 33.
13 Contribulasti capita draconum. Ham 96.
14 Tu confregisti capita draconis. Mich. 5. 38.

Psal. 74.

3 Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. Soph. 1. 29.
4 Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius. Habac 3. 22.
6 Nolite extollere in altum cornu vestrum. Zachar. 1. 72.
7 Quia nec ab Oriente, nec ab Occidente, neque à desertis montibus Mich. 7. 38.
9 Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto, & inclinauit ex hoc, in hoc: veruntamen fex eius non est exinanita, bibent, &c. Mich 2. 41. 42. 58.

Psal. 75.

2 Notus in Iudæa Deus Hos. 1. 77.
3 Et factus est in pace locus eius. Ioe. 3. 14. Hab. 3. 22.
5 Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis. Ham. 4. 34.
6 Dormierunt somnum suum. Hab. 3. n. 26. 27.
7 Dormitauerunt qui ascenderunt equos. Hose. 14. 10. Hab. 3. n. 26.

Psal. 76.

6 Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui. Mich 5. 46.
7 Et meditatus sum nocte cum corde meo. Hab. 3. 63.
11 Et dixi nunc cæpi. Hos. 11. 25.

Psal. 77.

2 Aperiam in parabolis os meum Mich. 2. 12.
9 Filij Ephræm intendentes, & mittentes arcum, Hos. 1. 184. & 90.
15 Intertupit petram in eremo, & adaquauit eos velut in abysso multa, & eduxit aquã de petra: & deduxit velut flumina aquas. Nah. 3. numero. 32.
20 Quoniam percussit petram Habac. 2. nu. 43. Zach. 9. n. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

26 Transtulit ventum vrentem. Hos. 12.1.
39 Spiritus vadens, & non rediens. Zach 7.18.
55 Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Ham. 7.22.
68 Montem Sion, quem dilexit. Mich. 4.19.
69 Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra. Soph. 2.n.59.
71 De postfœtantes. Soph. 1.25.
71 Pascere Iacob. Zach. 11.6.

Psal. 78.

De qua vastitate Ierusalem intelligatur iste Psal. Mich 3.20.
1 Posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam Mich. 1.12.
5 Accendetur velut ignis Zelus tuus. Sophon. 1.68.
6 Effunde iram Hos. 14.n.1.
7 Quia comederunt Iacob. Hos. 4.14.
10 Ne forte dicant in gentibus, vbi est Deus eorum, & innotescat, &c. Ionæ. 2.31.
13 Nos autem populus tuus, & oues pascuę tuæ Mich. 7.62.

Psal. 79.

9 Vineam de Ægypto transtulisti, &c. Hoseæ. 2.87.
12 Extendit palmites suos, vsque ad mare, &c. Hos. 10.2. Nah. 2.44.
13 Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam Habd. 47.

Psal. 80.

4 Buccinate in neomenia tuba, &c. Hos 5.20.

Psal. 81.

2 Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis. Mal. 2.19.

Psal. 82.

4 Super populum tuum, &c. vsque ad, cum habitantibus Tyrum. Ioe. 3.10.
Quoniam aduersus testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ. Hose. 10.10.
9 Etenim Assur venit cum illis. Hos. 5.36.

Psal. 83.

5 Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæculum sæculi laudabunt te. Ioe. 3.23.
6 Simul aduersum te testamentum disposuerunt tabernacula Idumæorum, & Israelitæ Moab. &c. Soph. 2 23.
7 Etenim benedictionem dabit legislator. Ioel. 2.47.

Psal. 84.

9 Quid loquatur in me Haba. 2.n.2. Soph. 1 33.
9 Quoniam loquetur pacem in plebem suam. Zach. 9.c.43.

Psal. 85.

4 Quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Hos 4.nu.18.c.35.n.7.

Psal. 86.

2 Tabernacula Iacob. Mal. 2.n.27.
5 Nunquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Ioe. 2.n.3. & Habd. n.30. Zach. 2. numero. 7.
4 Memor ero Raab vsque ad, hi fuerunt illic. Nah. 3.n.14.
4 Et populus Aethiopum. Ham. 9.n.18. Nah. 3. num. 14.

Psal. 87.

5 Æstimatus sum cum descendentibus in lacum. Ionæ. 2.n.21.
19 Elongasti à me amicum, & proximos meos à miseria. Hos. 7.n.31.

Psal. 88.

23 Filius iniquitatis. nos. 10.n.29.
31 Si autẽ derelinquerint filij eius legẽ meam, & in iudicijs meis, &c. visitabo, &c. nos. 6. à. n. 42. Mich 7.65.
33 Visitabo in virga, &c. peccata eorum. nose. 1. 64. &. c. 4. 25.
36 Si Dauid mentiar. nam. 8. num. 21. Mal. 1. numer. 22.
50 Sicut iurasti Dauid. Habac. 3 n. 38.

Psal. 89.

2 A sæculo, & vsque in sæculum tu es Deus. Mic. 5 n. 47.
4 Quoniam mille anni ante oculos tuos sicut dies externa, quæ præterijt. Hagg. 2. numero. 21. 22.
14 Repleti sumus mane misericordia tua. Hose. 6.n.44.
15 Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. ibid.

Psal. 90.

6 Ab incursu, & dæmonio meridiano. Sopho. 2. nu 8.
11 In omnibus vijs tuis. Hos. 4. numer. 19. Habd. 42.
13 Super aspidem, & basiliscum ambulabis. nos. 2 nu. 93. Ioel. 2. nume 45. Mal. 4. n. 24.

Psal. 92.

1 Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Nah 2.n.41.
2 Parata sedes tua Hos. 6. num. 9.

Psal. 93.

1 Deus vltionum Dominus. Mal. 2. n. 39. ca. 4. numero. 4.
22 Et de lege tua docueris eum. Mich. 4. nu. 26.

Psal. 94.

2 Præoccupemus faciem eius in cõfessione Mic. 6. nu. 19.
7 Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius. Mich. 7. n. 46.
10 Quadraginta annis proximus fui generationi huic. nam. 5. n. 65.
11 Si introibunt in requiem meam. nam. 8. n. 21. Malach. 1. n. 22.

Psal. 95.

10 Cõmoueatur à facie eius vniuersa terra. nag. 2. num. 22.
10 Quia Dominus regnauit à ligno. nabac. 3. numer. 9.
11 Lætentur cœli, &c. vsque ad quoniam venit iudicare terram. nag. 2. n. 25.
11 Commoueatur mare, & plenitudo eius nag. 2. n. 21.

13 Quia venit, quoniam venit iudicare terram, &c. Haba. 2.n.9.

Psal. 96.

2 Nubes, & caligo in circuitu eius. Zach. 10. numero. 4.
3 Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Mal. 4.n.1.

Psal. 97.

7 Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini. Haba. 3.n.41.

Psal. 98.

6 Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius. Ioe. 2.n.62. Zach. 3.n.31.
7 Custodiebant testimonia eius. Mal. 2. nu. 29.

Psal. 100.

8 In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem, &c. Ham. 5. nu. 10. Sopho. 3.n.8.

Psal. 101.

7 Similis factus sum pellicano solitudinis. Soph. 2.n.51.

Psal. 102.

4 In misericordia, & miserationibus. Hoseæ. 2. nu. 97.
5 Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Mich. 1. n. 47. 73.
7 Voluntates suas. Soph. 3.n.31.
8 Miserator, & misericors Dominus. Hose. 2. numer. 97.

Psal. 103.

11 Expectabunt onagri. Hag. 2.n.34.
18 Herodij domus. Zach. 5.n.20.
20 Posuisti tenebras & facta est nox, &c. vsque ad: vsque ad vesperam. Ham. 4. 33. Habac. 1. 19.
23 Exibit homo ad opus suum. Ham. 5. num. 27. Amos. 8.40.
25 Mare magnum, & spatiosum. Zacha. 14. numer. 54.
27 Draco iste, quem formasti. Amos. 9.6.
27 Extendens cœlum. Zach. 12.1.
28 Omnia implebuntur bonitate. Zacha. 8. 32.
29 Auferes spiritum eorum. Ham. 4. 33.

Psal. 104.

5 Nolite tangere. Zach. 2.n.20.21.
8 Verbi, quod mandauit in mille generationes. Ham. 5. 10.
15 Conuertet cor eorum. Hos 11.30.

Psal. 105.

3 Beati qui custodiunt iudicium. Amos. 5. 18.
5 Ad videndum in bonitate electorum tuorum. Habd. 64. Zach. 8. 32.
5 Gentes tuæ. Soph. 3. 22.
9 Increpuit mare rubrum, &c. Nah. 1. 13.
12 Et crediderunt verbis eius, & laudauerunt laudẽ eius, cito fecerunt, obliti sunt operũ eius, & non sustinuerunt consilium eius, sed concupierunt, &c. Mich. 1. 56. 57.
35 Commisti sunt inter gentes, & didicerũt opera eorum. Hos. 119. &. cap. 7. 19.
37 Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs. nos. 13. 3. Mich. 6. 22.

Psalm. 106.

4 Errauerũt in solitudine, &c. vsque ad, eripuit eos. Soph. 3. 48. 49.
3 Esurientes & sitientes, Nah. 3. 32. Soph. 3. 48. 49

Psalm. 108.

6 Constitues super eum peccatorem Zach. 3. 8.
6 Et diabolus stet à dextris eius. Zach. 3. 7.
16 Et persecutus est hominem inopem & mendicum, &c. Ham. 5. 37.
17 Et dilexit maledictionem, &c. vsque ad interiora eius. Zach. 5. 6.
18 Et induxit maledictionem sicut vestimentũ. Habd. 37.
19 Fiat ei sicut vestimentum, quo operitur, &c. Habd. 37.
29 Induatur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione. Habd. 37.
31 Quia astitit à dextris pauperis. Zach. 3. 8.

Psalm. 109.

1 Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. Præl. 1. nu. 4.
1 Sede à dextris meis. Zach. 3. 7.
2 Donec ponam inimicos tuos scabellũ pedum tuorum. Malach. 4. 7.
3 Tecũ principiũ in die virtutis tuæ. Haba. 3. 43.
3 Ex vtero ante luciferum genui te. Mic. 6. 23.

Psalm. 110.

2 Voluntates eius. Mich. 6. 38.
8 Misericors & miserator Dominus. Hose. 2. 97.

Psalm. 111.

8 Confirmatum est cor eius, non commouebitur. Hos. 11. 30.

Psalm. 113.

1 In exitu Israel de Ægypto domus Iacob, &c. Facta est Iudæa sanctificatio eius. Hos. 2. 136.
2 Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. Malach. 2. 23.
2 Ne quando dicant gentes vbi est Deus eorũ. Ioe. 2. 31.
4 Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Mich. 5. 92.
6 Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium. A facie Domini mota est terra. Ag. 1. 21.
8 Similes illis fiant, qui faciunt ea. Nah. 1. 53.

Psalm. 117.

18 Castigans castigauit me Dominus. Soph. 1. 6
22 Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic factus est in caput anguli. Zach. 4. 5. 23.
26 Benedictus qui venit in nomine Domini. Mich. 5. 53. Habac. 2. 6.

Psalm. 118.

12 Doce me Iustificationes tuas. Hos. 14. 23.
71 Bonum mihi, quia humiliasti me. Mich. 6. 34.
48 Leuaui manus meas ad mandata tua. Zach. 2. 22.
105 Lucerna pedibus meis verbum tuũ, iuraui, & statui custodire iudicia Iustitiæ tuæ. Hose. 7. 44.
121 Feci iudicium, & iustitiã. Mich. 6. num. 26.
147 In maturitate Hab. 3. num. 62.

Universidad de Deusto
Biblioteca

167 Custodiuit anima mea testimonia tua. Malach.2.29.
Psal.119.
5 Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.Zach.14.65.
Psal.120.
1 Leuaui oculos meos in montes. Amos.6.3.Mich.7.18.Zach.9.23.
4 Ecce non dormitabit,neq; dormiet.Nah.3.27.
6 Per diem sol non vret te.Ion. 4.29.
Psal.123.
5 Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitã pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.Ionę.2.35.
Psal.124.
2 Dominus in circuitu populi sui.Zach.2.12.
Psal.125.
3 Magnificanit Dominus facere nobiscum.Ioel. 2.46.
5 Qui seminãt in lachrymis,in exultatione metẽt Hos.10.35.
Psal.126.
2 Surgite postquam sederitis,&c.Hos.3.18.
5 Cum loquetur inimicis suis in porta.Hamos.1. 35.
Psal. 127.
3 Vxor tua sicut vitis. Nah.2.44.
3 Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.Mala.3.43.
Psal.129.
7 Apud Dominum misericordia.Hos.14.11.
Psal.131.
4 Si dedero somnum oculis meis.Hos.7.9.Mala. 1.21 Nah.3 27.
5 Tabernaculum Deo Iacob.Ham.9.34.
5 Donec inueniam locũ Domino tabernaculum Deo Iacob.Hag.1.37.38.41.42.
11 Iurauit Dominus Dauid veritatem,&c.Hab. 3.38.
11 De fructu ventris tui ponam.Mich.6.23.
14 Hæc requies mea Mich 2.37.
16 Sancti eius exultatione exultabunt.Soph.1.n. 5.6.7.
17 Illuc producam cornu Dauid.Zach.8.36.41.
17 Paraui lucernam Christo meo.Zach.3.42.
Psal. 132.
3 Sicut ros in Hermon, qui descendit in montẽ Sion.Aggei.1.55.
Psal.133.
2 In noctibus extollite manus vestras in sancta. Mich.2.3.&.5.Zach.2.22.
Psal.134.
4 Israel in possessionem sibi.Malac.3.47.
7 Educens nubes ab extremo terræ.Ham. 4.19.
8 Qui producit ventos de thesauris suis.Hoseæ. 13.41.
Psal. 136.
De toto hoc Psal Hab.39.n.7.
1 Super flumina Babylonis illic sedimus,& fleuimus.Zach.4.n.7.c.12.n.25.26.
5 Si oblitus fuero tui Ierusalem,obliuioni detur dextera mea.Hos.4.n.8.
7 Memor esto Domine filiorum Edom in die Ierusalem, qui dicunt exinanite, &c.Habd.40.
9 Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram.Hahun.3.n.10.
Psal.138.
14 Quam mirabilia opera tua.Soph.2.d.2.
Psal.139.
11 Cadent super eos carbones, in ignem deijcies eos,in miserijs non subsistent.Hamos.6.numero.39.
Psal.140.
5 Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.Nah.2.47.
Psal.142.
2 Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.Ionæ.3.n.5.
6 Anima mea sicut terra,sine aqua tibi.Hos.6.48. Amos.4.19.
8 Quia ad te leuaui animam meam. Hos. 4. 18.
Psal.143.
8 Dextera eorum,dextera iniquitatis. Zacha.3. nu.7.
Psal.144.
4 Generatio , & generatio laudabit opera tua. Ioe.2.n.3.
13 Fidelis Deus in omnib⁹ verbis suis.Hos 5.23.
14 Alleuat Dominus omnes,qui corruunt.Mich. 7.nu.40.
21 Benedicat omnis caro nomini sancto eius. Ioe.2.n.56.
Psal.145.
8 Dominus soluit compeditos.Hab.3.n 29.
Psal.146.
3 Alligat contritiones eorum.Hos.6 n.2.
6 Suscipiens mansuetos Dominus,humilians autem peccatores,vsque ad terram.Sopho.2.numero.5.
6 Humilians autem peccatores vsque ad terram. Mich.6.n.34.
8 Qui producit in montibus fenum, Ham.6, numer.3.
Psal.147.
12 Lauda Ierusalem Dominum , Lauda Deum tuum Sion.Soph.3.n 36.
13 Quoniam confortauit seras portarum tuarũ. Ham.1.n.18.
16 Qui dat niuem sicut lanam,&c.Hamos.4. nume.33.
19 Qui annuntiat verbum suum Iacob.Hos.7.n. 44.Ham.4.n.36.
Psal.148.
5 Ipse dixit,& facta sunt. Ho.10.37.Ionæ.2.16.
8 Quæ faciunt verbum eius.Ham.6.33.
Psal.149.
5 Exultabunt sancti in gloria,vsque ad,
9 Gloria hęc est omnibus sanctis eius.Ioel. 3.15.
6 Et gladij ancipites,vsque ad,in manicis ferreis. Mal.4.n.7.

PROVER. Cap.1.

10 Si te lactauerint peccatores.Hos.2.79.
15 Ne ambules cum eis.Mich.6.29.
20 Sapientia foris prædicat,in plateis dat vocem suam,&c.Ham.5.35.Mich.5.38.
22 Vsquequo paruuli diligitis infantiam Hose. 2.80.
28 Mane consurgent.Hos.6.1.
Cap. 2.
16 Vt eruaris à muliere aliena.Mal.2.40.
Cap. 3.
18 Lignum vitæ est omnibus,qui appropin quãt ei.Zach. 14.66.
24 Quiesces,&suauis erit somnus tuus. Hoseæ 7.9.
2 Abominatio Domini est omnis illusor.Hose. 7.n.7.
34 Ipse deludet illusores.Hos.7.8
34 Et mansuetis dabit gratiam.Soph.2.n.4.
Cap. 4.
18 Iustorum semita quasi lux splendens, & crescit vsque ad perfectam diem.Hos.6.48.
27 Vias enim,quæ à dextris sunt,nouit Dominus, peruersæ vero sunt,quæ à finistris sunt. Ionæ. 4.19.
Cap. 5.
18 Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Mal. 2.40.
19 Hubera eius inebrient te.Hos.2.38.
Cap. 6.
10 Paululum dormies , paululum dormitabis. Nah.3.n.27.
12 Homo apostata.Nah.1.n.46.&.74.
Cap. 7.
18 Inebriemur vberibus. Hose. 2.38.
27 Viæ inferni domus eius penetrantes interiora mortis.Ionæ.2.35.
Cap. 8.
17 Et qui mane vigilant ad me, inuenient me.Hose.6.44.
22 Dominus possedit me ab initio, &c. Mich.5. 44.&.47.
27 Quando præparabat cœlos.Hos.6.9.
Cap .9.
18 Et ignorauit, quod ibi sint gigantes,& in profundis inferni conuiuæ eius.Ionæ.2.35.
Cap.10.
7 Memoria iusti cum laudibus,& nomen impiorum putrescet.Ham.6.25.
Cap.11.
1 Statera dolosa abominatio est apud Deum.Hose.12.10.
2 Vbi fuerit superbia,ibi erit contumelia;vbi autem est humilitas,ibi sapientia. Mic.4.71.
8 Iustus de angustia liberatus est,& tradetur impius pro eo.Ioe.3.13.
Cap.12.
10 Nouit iustus iumentorum suorum animas, viscera autem impiorum crudelia.Ham.6.26.
21 Non contristabit iustum,quidquid ei accidit.Zach.10.32.
Cap.13.
25 Iustus comedens saturat animã suã, animę autem impiorum esurient.Ham.8.48.
Cap. 14.
15 Innocens credit omni verbo.Hos.2.80.
30 Vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia.Ham.4.23.
Cap. 15.
11 Infernus,& perditio coram Domino,quanto magis corda filiorum hominum.Hos.5.16.
Cap.16.
15 Et dirigentur cogitationes tuæ . Hoseæ . 12 num.3.
29 Vir iniquus lactat amicum suum.Hose .2.79.
33 Sortes mittuntur in sinum,sed à Domino temperantur.Ionæ.1.41.
Cap. 17.
12 Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus. Hos.13.nu.9.
Cap. 18.
2 Impius cum in profundum venerit peccatorũ, contemnit.Ionæ.2.34.Nah.3.nu. 33.
Cap. 19.
14 Vxor prudens.Malach.2.40.
25 Pestilente flagellato stulto sapientior erit. Hos.2.nu.80.
Cap.20.
1 Luxuriosa res vinum.Hos.7. nu.8.
5 Sicut aqua profunda sic consilium in corde viri.Nah.2.nu 71.
10 Abominatio est apud Dominũ pondus&põdus.Hos.12.nu.10.M.& Ham 8. 14.L.
Cap. 21.
15 Gaudium est facere iudicium.Mich.6.nu.27.
31 Equus paratur ad diem belli.Ham.4. 28. Zacha.14.nu.46.
Cap.22.
23 Et configet eos,qui confixerunt animam eius Malach 3 nu.30.
Cap. 25.
31 Ingreditur blande,& in nouissimo mordebit vt coluber.Habd. 43.& 44.
Cap. 25.
13 Sicut frigus niuis in die messis ita legatus fidelis ei,qui misit eum,Zach.10.n. 5.
Cap.28.
1 Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Zach.10.nu.32.
13 Qui abscondit scelera sua,non dirigetur.Hos. 12.num.3.
Cap.29.
11 Totum spiritum suũprofert stultus.Hos.4.23.
26 Multi requirunt faciem principis,& iudicium à Domino egreditur singulorum. Haba.1.numer.17.
Cap. 30.
8 Tribui tantum victui meo necessaria. Hose. 13.num.7.
15 Tria sunt insatiabilia, & quartum quod nunquam dicit, sufficit,&c.Habac.2.num. 26.46.
25 Formicæ populus infirmus,&c.Ioe.1.18.
26 Lepusculus plebs inualida,qui collocat in petra cubile suum.Habd.nu.22.
Cap.31.
2 Quid dilecte mi,quid dilecte votorum meorum.Hag.2.nu.12.
4 Noli regibus dare vinum.Mich.1. nu.70.
17 Accinxit fortitudine lumbos suos.Nah.2.numer.41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Manum suam misit ad fortia. Hos. 7. num. 7.
25 Nobilis in portis vir eius, &c. Nah. 2. numer. 56.
24 Et cingulum tradidit Chananęo. Zach. 18. 55.

ECCLESIASTES. Cap. 1.

1 Verba Ecclesiastæ filij Dauid regis Israel. Preł. 4. nu. 8. &. 9. Hag. 1. nu. 22.
13 Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum. Ioe. 2. n. 21.

Cap. 3.

1 Et suis spatijs transeunt vniuersa. Hose. 10. numero 41.
2 Tempus nascendi, & tempus moriendi. Hose. 10. 41. Mich. 5. 49.

Cap. 4.

12 Funiculus triplex. Ham. 1. n. 14.

Cap. 9.

7 Vade ergo, & comede cum lætitia panem tuũ, &c. vsque ad, vestimenta tua candida. Zacha. 1. num. 18.
Perfruere vita cum vxore, quam diligis. Mal. 2. numero. 40.

Cap. 10.

19 Pecuniæ obediunt omnia. Mich. 4. n. 65.
20 In cogitatione tua regi ne detrahas. Hos. 10. numero. 18.

Cap. 11.

2 Da partem septem, nec non & octo. Mich. 5. num. 60.
3 Si ceciderit lignum ad Austrum, siue ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Zach. 14. n. 15.
6 Mane semina semen tuum, & vespere nõ cesset manus tua. Mich. 6. n. 41.
9 Lætare ergo iuuenis. Mal. 2 n. 35.

Cap. 12.

11 Quæ per magistrorum consiliũ data sunt à pastore vno. In proœm. in Hag. n. 8.

CANTICORVM. Cap. 1.

Quæ in Canticis dicuntur in omnia conueniunt singulis fidelibus, sed quædam iustis, quædam peccatoribus. Zach. 10 n. 7.
1 Osculetur me osculo oris sui. Mich. 4. n. 26.
1 Meliora sunt vbera tua vino. Hos. 1. n. 118.
3 Oleum effusum nomen tuum. Hos. 14. nu. 17 Ioe. 2. n. 55.
5 Sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Habac. 3. n. 34.
5 Nigra sum, sed formosa. Soph. 3. n. 9.
13 Inter vbera mea commorabitur. Hoseæ. 2. numero. 38.

Cap. 2.

1 Ego flos campi, & lilium conuallium. Hoseæ. 14. n. 13.
1 Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Hos. 14. n. 13.
3 Sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi. Hos. 14. n. 19.

Cap. 4.

6 Vadam ad montem mirrhæ, & ad collem thuris. Ham. 6. n. 25.
9 Vulnerasti cor meum in vno crine colli tui. Mich. 1. n. 73.
10 Odor vnguentorum tuorum super omnia aromata Hos. 14. 18. Ham. 6. 25.
11 Odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hos. 14. n. 18.

Cap. 5.

Electus ex millibus. Mich. 5. n. 30.

Cap. 6.

Terribilis, vt castrorum acies ordinata. Ioel. 2. numero. 6.

Cap. 8.

6 Vt signaculum. Hag. 2. n. 75.
Soror mea paruula est. Ham. 6. 39.

SAPIENTIÆ. Cap. 1.

6 Benignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labijs suis, quoniam renum illius testis est Deus, &c. Haba. 1. n. 22.
7 Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis Habac. 1. n. 22. Zach. 3. n. 45.
8 Propter hoc, qui loquitur iniqua, non potest latere. Haba. 1. n. 22.
11 Os autem quod mẽtitur, occidit animam. Sopho. 3. 55.

Cap. 2.

21 Excæcauit enim eos malitia eorum. Zacha. 5. num. 12.

Cap. 3.

7 Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundiento discurrent. Nah. 2. 56.
8 Iudicabunt nationes. Mich. 4. 29. Nah. 2. n. 56. Mal. 4. n. 7.

Cap. 4.

8 Cani enim sunt sensus hominis. Ioe. 1. 4.

Cap. 5.

18 Accipiet armaturam zelus illius, vsque ad, cõtra insensatos. Nah. 2. 57.
22 Ibunt directæ emissiones fulgurum, &c. vsq; ad, insilient. Hab. 3. n. 43.

Cap. 6.

6 Iudicium durissimum in his, qui præsunt, fiet. Soph. 1. 29.
26 Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. Ham. 5. 17.

Cap. 9.

8 In monte sancto tuo. Mich. 4. 18.

Cap. 10.

9 Sapientia hos qui se obseruant à doloribus liberauit. Hæc autem profugum ir5, &c. vsque ad, Et dedit illi claritatem æternam. Hos. 13. nu. 5. &. 6.
12 Omnium potentior est sapientia. Habac. 1. nu mer. 23.
17 Reddit iustis mercedem laborum suorum. Hose. 2. 67.

Cap. 17.

Cap. 17.

20 Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, &c. ad, Quæ superuent uræ illis erant, Hos. 4. 42.

Cap. 19.

16 Percussi sunt autẽ cæcitate, sicut illi in foribus iusti, cum subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum oꝛtij sui quærebat, Sopho. 1. n. 81. &. 82.

ECCLESIASTICI. Cap. 5.

12 Pone manum tuam super ostuũ. Mich. 7. 48.

Cap. 6.

6 Consiliarius sit tibi vnus de mille. Mic. 4. 74.
14 Amicus fidelis protectio fortis; qui autẽ inuenit illum, inuenit thesaurum. Hos. 13. n. 6.

Cap. 7.

37 Cum lugentibus ambula. Mich. 6. n. 29.

Cap. 8.

11 Non te prætereat narratio seniorũ, ipsi enim didicerunt à patribus suis, in Proœm. Hag. n. 8

Cap. 10.

9 Auaro nihil est sceleſtius, &c. vsque ad, Et invita sua proiecit intima sua. Ham. 9. 10.
17 Sedes ducũ superborũ destruxit Deꝰ, Nah. 1. n. 19

Cap. 15.

3 Et aqua sapiẽtię salutaris potauit illũ, Na. 3. n. 32
8 Nõ est speciosa laus in ore peccatoris, Hos. 14. n. 5

Cap. 17.

25 In partes vade sæculi sancti. Hos. 6. 52.

Cap. 19.

1 Operarius ebriosus non locupletabitur, Hos. 4. 21. Mich. 1. 69.

Cap. 24.

1 Laudabit animam suam, Hos. 9. n. 5.
14 Abinitio, & ante sæcula creata sum. Mic. 5. 47

Cap. 30.

10 Nõ corrideas illi, ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui, Ham. 4. n. 15.

Cap 34.

25 Panis egentium vita pauperum est, qui defraudat illũ, homo sanguinis est, Haba. 2. n. 36. &. 37

Cap. 38.

26 Enarratio eius in filijs taurorum, Hose. 10 28. Ham. 1. nu m. 7. Cap. 39.
1 Sapientiam omnium antiquorum exquiret, &c. vsque ad, collaudabunt multi sapientiam eius. In proœ. in Mich.
2 Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul introibit, Mich. 2. 10.
3 Occulta prouerbiorum exquiret, Mich. 2. n. 10.

Cap. 44.

16 Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gentibus pœnitentiam. Mich. 6. 28. Zach. 4. n. 10.

Cap. 48.

10 Qui inscriptus est in iudicijs temporũ, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium, & restituere tibi tribus Iacob, Zacha. 4. n. 10. Mal. 4. nu. 13.

Cap. 49.

14 Qui in diebus suis ędificauerunt domũ, & exaltauerunt templum sanctum, Zach 3. n. 5.

PROPHÆTIA ISAIÆ. Cap 1.

1 Visio Isaiæ. Zach. 1. n. 12.
2 Audi cœlum, & auribus percipe terra. Ioel. 1. n. 3. Mich. c. 1. n. 18. 19. &. 20.
8 Et derelinquetur filia Siõ, vt vmbraculũ in vinea, & sicut tugurũ in cucumerario Mic. 1. n 12.
9 Nisi Dominus sab. reliquisset no. se. &c. Ioe. 2. 63. & Ham. 5. n. 9. c. 9. n 38.
10 Audite verbum Dñi principes Sodomorum, Hos. 11. n. 30 c. 12. 9. Ham. 9. 21 Soph. 1. 58.
11 Sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui. Hos. 6. à. n. 20.
11 Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, Hos. 6. 16.
15 Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt, Hose. 4. n. 3.
18 Et venite arguite me, Mal. 3. 31.
18 Et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erunt. Nah. 2. n. 46.
24 Heu consolabor super hostibus meis, &c. Hose. 9. 6. Soph. 1. 42.
26 Et restituã iudices tuos, vt fuerũt prius, & cõsiliarios tuos sicut antiquitus, Io. 2. 50. Ham. 9. 35

Cap. 2.

1 Verbum, quod vidit Isai. Zach. 1. n. 12.
2 Et erit in nouissimis diebus præparatus mons, &c. Mich. 4. à. n. 1.
4 Nõ leuabit gens cõtra gentẽ gladiũ, nec exercebuntur vltra ad prælium. Ioe. 2 38. Zac. 9. 42.
4 Et conflabũt gladios suos in vomeres, Hos 2. 94
5 Domus Iacob. Nah. 2 n. 43.
8 Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius, Hos. 14. 9. 10.
12 Dies Dñi exercituũ super omnem superbũ, & excelsum, & super omnes, &c. Ham. 6. n. 56. Ioę. 2. 17. Mic. 6. 1. 11. Soph. 1. 28. Zac. 11. n. 5.
16 Super omnes naues Tharsis, Ion. 1. 17.

Cap. 3.

1 Auferã à Ierusalem validum, &c. & dabo pueros principes eorum. Hos. 1. 91. Ham 3. 17 c. 8. 37. Habd. n 34. Zach. 8. n. 8.
3 Auferet à Ierusalem, & à Iuda validum, & consiliarium de architectis, & prudentem eloquij mystici, Hos 4. n. 12.
6 Princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua, Soph. 1. n. 13.
12 Qui te beatum dicunt, &c. & viam gressuum tuorum des Hos. 4. 17. & Ham. 2. 18.
13 Stat ad iudicandum Dominus Hos. 2. 56.
17 Decaluauit Dominus verticem filiarum Sion Ham. 8. n. 30. & Mich. 1. n. 73.
22 Mutatoria, Zach 3. 13.
23 Vittas. Zach. 3. 17.
24 Et pro crispante crine caluiciũ, Ham. 8. n. 30.

Cap. 4.

1 Panẽ nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomẽ tuum super nos, Ham. 9. 42.
2 Erit germen Dñi in magnificẽtia. Zach 3. 56.
4 Si abluerit Dominus sordes, &c. vsq; ad, Et spiritu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ticu ardoris. Mal 3.19.
5 Super omnem locum montis Sion. Mich 4.18.
Cap.5.
1 Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Hos.10.29. Mich 1.n.54.
5 Et nunc. Hag.2.14.
6 Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem. Ham.4.18. Zach 10.n.4.
7 Expectaui, vt faceret iudicium. Ham.5.18.
7 Vinea Domini exercituum domus Israel est. Hos. 2.n 87. Ioe.1.21.
10 Et triginta modij sementis facient modios tres. Hos.3.n.12.
14 Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum, absque vllo termino. Ionæ.2.21. Habac.2.n.27.
23 Qui iustificatis impium. Mich.6.33.
25 Et extendit manū suam super eū. Soph. 1.16.
25 Sed adhuc manus eius extenta. Soph. 1. n.16.
26 Et eleuabit signum in nationibus. Habd. n.9.
Cap.6.
1 Vidi Dominum sedentem super solium. Mal.3. num.3.&.6.
10 Aures eius aggraua. Zach.7 n.10.
11 Vsquequo Domine. Zach.5.23.
13 Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in ostensionē sicut terebinthꝰ. Ham.5.n.11
Cap.7.
2 Requieuit Syria super Ephraim. Mich.3.n.16.
8 Caput Syriæ Damascus. Ham.1 n.15.
12 Non petam, & non tentabo Dñm. Hos.7.39.
14 Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signū, Ecce virgo concipiet, &c. Nah.3.n.10.
18 Sibilabit Dominus muscæ, &c. vsque ad, torrentibus vallium. Zach.6.n.9.
20 Radet Dñs in nouacula conducta. Nah.1.32.
20 In his, qui trans flumē sunt. Zach.9.nu.44.
Cap.8.
1 Sume tibi librum grandem. Haba.2.n.4.
3 Voca nomen eius accelera, &c. Hos.2.n.15. Mich.4.25. Soph.2.18.
7 Ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes. Nah.1.n.17.
9 Congregamini populi, &c. vsq; ad, Quia nobiscum Deus. Ioe.3.n.15.
14 Duabus domibus Israel Mich.1.n.8.
20 Et ad testimonium. Soph.3.40.
Cap.9.
1 Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, nouissimo autem aggrauata est via maris. Mich. 4.nu.10.
2 Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucē magnam. Haba.3.25.
3 Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiā Hose.2.n.102. Zac.2.n.31.
4 Sicut in die Madian. Habd n.65.
4 Sceptrum exactoris eius superasti. Zach.9.21.
6 Et vocabitur nomē eius admirabilis, cōsiliarius &c. Mich.4.n.74 Soph 2.18. Zach.10.n.17.
8 Verbum misit Dñs in Iacob. Hose.13.nu.34.
12 In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eiꝰ extenta, & populus non est reuersus ad percutientem se Zach.1.n.52.
14 Et disperdet Dñs ab Israel caput. Hos.11.n.26.
Cap.10.
2 Si fuerit populus tuus Israel quasi arena maris reliquiæ saluabuntur. Hose.1.n.126.c.2. n.2. Ham.9.n.38.
5 Vę Assur virga furoris mei, &c. vsq; ad, Nō pauca rū. Hose.5.n.36. Nah.1.n.7.c.2.n.39. Zach.9 numero.8.
8 Numquid non principes mei simul reges sunt? &c. vsque ad, Ierusalem, & simulacris eius. Nahu.2.n.11.12.13.14.15.
12 Et erit cū impleuerit Dñs cuncta opera sua super montes Sion, & super Ierusalē visitabo super fructū magnifici cordis regis Assur Nah.2.n.23.
Cap 11.
4 Et spiritu labiorum suorum interficiet impium Hab.3.n.44.
4 Pro mansuetis terræ. Soph.2.n.4.
6 Habitabit lupus cum agno, &c. Hos.2.nu.91. Mich 4.n 35.&.41. Zach.9.n.26.
9 Repleta est terra, scientia Domini sicut aquæ operientes mare Zach.14.n.31.
12 Et dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. Zach.2.14.
15 Super flumen. Zach.9.44.
15 Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & erit via residuo populo meo. Zac.10.n.21.24.c.14.n.8. Cap.12.
1 Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi. Zach 9.n.6.
3 Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Zach 13.18.
4 Adinuentiones. Soph.3.n.31.
Cap.13.
Ad intelligendum hoc caput vide Soph.2.n.23.
1 Onus Babylonis, qd vidit Iosias. Zacha.1.12.
2 Super montem caliginosum leuate signū, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediātur portas duces, Ham.6.n.35.36.
3 Ego mādaui sanctificatis meis, & vocaui fortes in ira mea. Ioe.1.25.&.c.2.11. Ham.6.34.
4 Dñs præcepit militiæ cœli. Ham.6.num.34.
7 Propter hoc omnes manus, &c. vsque ad, facies combustæ vultus eorum, Ioe.1.n.5.
7 Omnes manus dissoluentur, & omnis cor hominis contabescet, & cōteretur, Nahu.2.n.64.
8 Facies combustæ vultus eorum. Nah.2.n.67.
10 Quoniā stellæ cœli, & splēdor earū, &c. vsq; ad mouebitur terra de loco suo, Ioe.2.n.9.
Cap.14.
1 Domui Iacob, Nah.2.n.43.
4 Quomodo cessauit exactor, Zach 9.n.19.
5 Cōtriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos. Nah 1.33.
13 In cœlū cōscendā, sup astra Dei exaltabo soliū meū, sedebo in monte testamenti, Sop.1.26.
22 Et cōsurgā sup eos dicit Dñs exercituū, & perdā Babylonis nomē, & reliquias, & germen, progeniem, &c. Soph.1.n.26.
Cap. 15.
23 In cūctis capitibus eus caluiciū. Ham 8.n.30
Cap.16.

Cap.16.
11 Propter hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit. Habac.3.47.
Cap.18.
1 Væ terræ cymbalo alarum, quæ est trans flumina Æthiopiæ. Sop.2.45.ca.3.nu.27.28.29.30.
Cap.19.
4 Et tradā Ægyptū in manū dominorū crudeliū & rex fortis dominabitur eorū Mich.4.n.70.
Cap.20.
2 Et fecit sic vadens nudus, &c. Hos.1.49.
2 Vade, & solue saccum de lumbis tuis, & calceamentum, &c. vsq; ad, Nudam, & discalceatam. Mich.1.num.26.27. Zach.13.nu.8.
5 Et timebunt, & confundētur ab Æthiopia, & c vsque ad, poterimus nos. Ham.4.25.
Cap.21.
5 Propterea repleti sunt lumbi mei dolore. Habac.3.47.
10 Filia areę meæ. Hos.10.28.
Cap.22.
23 Et figam illum paxillum in loco fideli, & suspendent super eo omnē gloriā domus patris eius vasorū diuersa genera. Zach.10.nu.13.
Cap.23.
8 Institores eius. Zach.14.nu.53.
10 Transi terram tuam quasi flumen filia maris. Hos.11.nu.34.
12 Virgo filia Sidonis. Ham.5.nu.5.
14 Vlulate naues maris Ionæ.1.n.17 cūcto.n.20
Cap.24.
22 Et congregabuntur in cōgregatione vnius fascis, & post multos dies visitabūtur. Hos.1.nu 35. Cap 25.
2 Quia posuisti ciuitatem in tumulto, &c. Hos. 8 num.vltimo.
6 Conuiuium pinguium Habac.1.n.48.
8 Præcipitabit mortem in sempiternum. Hos.13 à num.28.vsque ad.33.
Cap.26.
1 In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda Ioe.3.23.& 28.
1 Vrbs fortitudinis nostræ. Hos.1.n.26. Ioe 3.23
19 Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent. Hos 13.28.
21 Ecce eñ Dñs egredietur de loco suo. Mic.1.n. 5. Cap.27.
1 Super Leuiatham. Mich.5.nu.38.
Cap.28.
1 Væ coronæ superbiæ ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis, &c. Ionæ.4.26.
1 In vertice vallis pinguissimi. Mich.1.nu.35.
15 Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactū, &c. Hos.10.9. Habd.n. 50.
16 In fundamentis Sion. Mich.4 nu 18.
16 Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidē, &c. Ham.9.21.& Zach 3.nu.43.
27 Non in serris triturabitur Git. Ham.1.nu.16.
Cap.29.
10 Miscuit vobis Dñs spiritū soporis. Hos.1 n.115
13 Væ qui profundi estis corde. Hag 1.nu.62.
17 Cōuertetur Libanꝰ in Charme. &c. nam.1.n.8
Cap.30.
2 Et os meum non interrogastis. Hos.10.37.
6 Onus iumentorum Austri. nos.15.nu.59.
10 Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Mich. 2.45.
15 Si reuertamini. nos.11.27.
18 Propterea expectat Dominus, vt misereatur vestri, &c nos.1.35.
20 Et erunt oculi tui videntes præceptorem tuū Ioe.2.47.48.
20 Et non faciet auolare à te vltra doctorem, &c. nos.10.42.
26 In die qua ligauerit Dominus vulnus populi sui. nos.6.2.
27 Ecce nomen Domini venit Mich.5.num.53.
29 In montem Domini. Mich.4.18.
33 Nutrimenta eius ignis, & ligna multa flatus Domini sicut torrens, &c. Ioe.3.n.27.
Cap.31.
1 Væ, qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis. nos 14 nu 10.
4 Quomodo si rugiat leo, &c. nam.3.num.5.
6 Sicut in profundū recessecatis. nos.5.n.7.
Cap.33.
1 Væ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? Soph 2.37.
2 Esto brachium nostrum in mane. Sop.3.nu.8.
Cap.34.
1 Audiat terra: & plenitudo eius. Mich. 1. n. 20.
6 Gladius Dñi repletus est sanguine, &c nos.9.6
6 Victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra. Soph. 1.29.
11 Onocrotalus, & Ericius Soph.2.nu.50.& seq.
13 Et orientur in domibus eius spinæ, &c. nos 9. nu.7. Cap. 35.
1 Lætabitur deserta, & inuia. nos.4.nu.4.
3 Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Nah.2.nu.65.
Cap. 37
3 Dies tribulationis dies hęc quia venerūt filij vsque ad partū, & virtus nō est pariēdi. Mic 4.75.
22 Virgo filia Sion. nam. 5.nu.4.& 5.
33 Non intrabit ciuitatem hanc. Hos.1.nu. 116.
Cap.38.
1 Ægrotauit rex Ezecias vsque ad morte. Ionæ. 4.nu.18.
12 Generatio mea ablata est. Ioe.2.nu.3.
12 Dum adhuc ordirer, succidit me. Ham.4.n.38
14 Attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum. Mich.7.nu.8.
Cap.39.
2 Nō fuit verbū, quod nō ostenderit eis Ezecias in domo sua. Ham.3.n.11.
Cap.40.
1 Consolamini consolamini vsque ad, Pro omnibus peccatis suis. Ioe.2 nu.36. Zach.9.55.
2 Loquimini ad cor Ierusalem. Hos.2 nu.84.
3 Parate viam Domini Soph.3.nu.37.
4 Omnis mons, & collis humiliabitur Habac.3. nu.30.31. Mich.6.nu.11. Zach.14.n.12 & 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

5 Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutũ est. Ioe.2.n.56.
6 Omnis caro fenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Ioe.2.n.56.
7 Exiccatum est fenũ, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Hag 1.n.20.
9 Super montem excelsum ascende, tu qui euangelizas Sion. Nah.1.43.
12 Tribus digitis. Ham.1.n.13.&.14.
27 Quare dicis Iacob, & loqueris Israel abscõdita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit, numquid nescis? &c. vsq; ad,& non deficiunt. Hag.2.n.56.
31 Assumam pennas sicut aquilæ. Mich.1. n.47.

Cap.41.

15 Quasi plaustrum triturans. Ham.1.n.16.
18 Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes, ponam desertũ in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Ham.9 51.
19 Et spinam. Ioe.3 n.25.
23 Annunciate, quæ ventura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos. Ham.3.n.12.

Cap. 42.

1 Dedi spiritum meum super eum. Hag 2.n.11.
4 Legem eius insulæ expectabunt. Hos.11.n.34. Hag.2.n.34.

Cap 43.

2 Cum ambulaueris in igne non combureris. Zach 13 n 17.
5 Ab oriente adducam semen meum, &c. vsque ad, Ab extremis terræ. Zach.2.n.14.
7 Et omnem, qui inuocat nomen meum, in gloria mea creaui eum. Hag.1.n.51.
26 Reduc me in memoriam, & iudicemur simul, narra quod habes, vt iustificeris. Ioe.3.n.7. Mich.6 n.3. Cap.44.
3 Effundam spiritum meum super semen tuum. Hag.2.n.18.

Cap.45.

1 Hæc dicit Dominus, Christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram, &c. Habd.n.9.
2 Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Ionæ.2.n.25.
8 Et germinet saluatorem. Haba.3.n.54.

Cap.47.

1 Descende, sede in puluere. Hos.11.n.40.
1 Virgo filia Babylon. Ham.5.n.3.4.&.5.
7 In sempiternum ero domina non posuisti hæc super cor tuũ, nec recordabaris nouissimi tui. Ham.3.22.
7 Non posuisti hæc super cor tuum. Hag 1.n.9.
8 Ego sũ, & nõ est præter me amplius. Sop.2.n.55
9 Non sedebo vidua. Hos.3.n.18.

Cap 49.

1 Audite insulæ, & attendite populi de longe. Hose.11.n.34. Soph 2 n.58.
2 Posuit os meũ quasi gladiũ acutũ Soph.2.n.62.
3 Et nunc Hag.2 n.14.
Dedi te in lucem gentium. Hose.11.18.&.33. Habd.nu.17. Zach.2.nu.18.
6 Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob. Mich 5.26.
11 Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Habac.3.nu.55.
18 His omnibus velut ornamento vestieris. Mich.2 nu.54.
22 Ecce leuabo ad gentes manũ meã. Zac.2 n.22
23 Vultu in terram demisso adorabunt te, pulue rem pedum tuorum lingent. Mich.7.48.
26 Et quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Zach.9. nu.60.

Cap. 51.

1 Attẽdite ad petrã, vnde excisi estis, &c. Ham. 9.nu.21.

Cap. 52.

5 Et Assur absque vlla causa calumniatus est eũ. Hos.5.nu.32.
5 Dominatores eius inique agunt. Hos. 1.numer.32.
6 Propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa, quia ego ipse, qui loquor, ecce adsum. Hag.2.nu 60. Mala. 3.nu. 6.&. 7.
7 Quam pulcri super montes pedes annuntiantis, & prædicantis pacem. Nah 1.nu.43.
11 Exite inde, pollutũ nolite tãgere. Hag.2.n.67.

Cap. 53.

1 Quis credidit auditui nostro. Hos.14. nu.24.
1 Sicut radix de terra sitiente. Hos.13.nu.38.
3 Virum dolorum. Hos.1.nu.26.
4 Et nos putauimus eum quasi leprosum, &c. Ham.2.nu.20.
8 Percussi eum Zach.3.48.
10 Dominus voluit conterere eũ. Hos.13. n.19.
10 Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum. Mich.7. n.36.

Cap. 54.

1 Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe, & clama, &c vsque ad, Quæ habet virum. Mich.5. 48. Soph.1.nu.68.
2 Dilata locum tentorij tui, &c. Zach. 14. n.37.
2 Et pelles tabernaculorum Habac.3.nu.54.

Cap. 55.

1 Omnes sitiẽtes venite ad aquas Zac.13.n.18.
1 Venite emite, &c. vinũ, & lac. S. Hos.1.n.118.
2 Quare appenditis argentũ non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate. Hos.4. 19. Ham.8.nu.15.
3 Comedite bonum, & delectabitur in crasi anima vestra ibidem, & cap.10.nu.36.
4 Ecce testem populis dedi eum ducem, ac præceptorem gentibus Ioe.2.48.
10 Et quomodo descendit imber, &c. vsque ad, sic erit verbum meũ quod egredietur de ore meo. Hos.6.nu.11. Ioe.2 49.
12 In lætitia egrediemini, & in pace deducemini, montes, & colles cantabunt corã vobis laudem. abac.3.nu.55.

Cap. 56.

5 Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum. Ham.9.35.
9 Omnes bestiæ agri venite ad deuorandũ. Hos. 8.nu.2.

10 Spe-

10 Speculatores eius cæci omnes, &c. Hos.8.n.3.

Cãp. 57.

1 Viri misericordiæ colliguntur: à facie enim malitię collectus est iustus. Hos.4.n.5. Sop.1.n.5
9 Et ornasti te regio vnguẽto. Ham.5.69.& 70.
20 Impij autem quasi mare feruens. Zach. 14. num.54.

Cap. 58.

1 Clama, ne cesses quasi tuba exalta vocem tuã Præl.1.nu.12. Hos.5.nu.20.
3 Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Hos.6.nu.16.17. Zach.7.num.4.
6 Solue fasciculos deprimentes. Habac.3.nu.29.
14 Tunc delectaberis super Domino, &c. vsque ad, Patris tui Iacob. Ham.4.nu.39.

Cap. 59.

1 Neque aggranata est auris eius. Zach.7.n. 10.
4 Conceperunt laborem, & peperierunt iniquitatem, &c. Hos.7.nu.47.ca.10.nu.43.
5 Ouа aspidũ ruperunt. Hos.7.47.&c.10. n.43.
6 Telas araneæ texuerunt Hos.8.num.16.

Cap.60.

1 Surge illuminare Ierusalem, quia venit lumẽ tuum. Habac.5 nu.25.
1 Et gloria Dñi super te orta est, quia ecce tenebrę operiẽt terrã, & caligo populos. Zac.2.n.12
4 Venerunt tibi. Ham.6.nu.5.
5 Tunc videbis. Habd.64.
6 Me enim insulæ expectant, &c. vsque ad, Ministrabunt tibi. Zach.6.nu.39.

Cap. 61.

1 Vt mederer contritis. Hos.14.nu.12.
5 Et stabunt alieni, & pascent pecora vestra. &c. Hos.2.nu.87.
7 Pro confusione vestra duplici. Zach. 9.nu.55.
10 Induit me vestimẽtis salutis vsque ad monilibus suis. Zach:2.17.18.

Cap. 62.

6 Super muros tuos Ierusalẽ cõstitui custodes tota die, & nocte in perpetuum non tacebunt. Hos.5.nu.24.
11 Ecce saluator tuus venit, Ecce merces eius cũ illo, & opus eius coram illo. Zach.9.33.

Cap. 63.

1 Quis est iste, qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra. Ham.9 41.
2 Quare ergo rubrum est vestimentum tuum. Zach.1.nu.65.&66.
3 Torcular calcaui solus. Ioe.3.num.29.
3 Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea. Zach.9.60.
13 Qui eduxit eos per abyssos quasi equũ in deserto non impingentem. Ham.6.nu.48.
19 Neque inuocatum est nomen tuũ super nos. Ham.9.nu.42.

Cap. 64.

1 A facie tua montes defluerent, aquæ arderent igni Mich.1.nu.7. Zach.14.12.
3 Cum feceris mirabilia. Ioe.2.num.65. & 66.

Cap. 65.

10 Et erunt campestria in caulas gregum, & vallis Hachor, &c. Hos.2.nu.89.
21 Et ædificabunt domos. Mich.3 num.24.

Cap.66.

1 Cœlum mihi sedes est. Hos.1.nu.51.
1 Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Hag.2.num.61.
2 Nili ad pauperculum. Soph.3.34.
3 Qui immolat bouẽ, &c. vsque ad, Anima eorũ delectata est. Hos.6.25.
19 Et mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare, &c. Hos.1 n 135. Nah.3.nu.14.
20 Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus. Hos.2.nu 9.
23 Et erit mensis ex mẽse, & sabbathum ex sabbatho. Mich.1.num.38.
23 Veniet omnis caro, vt adoret corã facie mea. Ioe.2.nu.56.
24 Et egredientur, & videbunt cadauera, &c. vsq; ad, omnis carnis. Ioe.2.45.
24 Et egredientur, & videbunt cadauera, &c. vsq; ad, Ad facietatẽ visionis omni carni Na.3.n.30
24 Et videbunt cadauera vxorum Habd.n.65.

PROPHETIÆ IEREMIÆ. Cap.1.

13 Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Ionæ.4.nu.30.
14 Ab Aquilone pãdetur omne malum, &c. Ioe.2.41.Soph.2.nu.63.
15 Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorũ Aquilonis, &c Ioe.1.num.12. Habd.n.9.Habac.1 n.19.Zach.6.n.9.

Cap. 2.

2 Recordatus sum miserans tui, &c. vsque ad, Et fornicata est etiam ipsa Ham 5 num.4.
7 Et induxi vos in terrã Charmeli. Ham. 1.nu.8.
11 Si mutauit gens deos suos Mal.2.nu 24.
13 Duo mala fecit populus meus, &c. vsque, ad æternas dissipatas. Hos.10 30. Ham 4.20.
18 Vt bibas aquam fluminis Ham.6.44.
18 Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquam turbidam. Ham.4.25. cap.16.44.
20 A sæculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea: &c. Soph.1 num.26.
22 Si laueris te nitro, & multiplicaueris herbam borith. Mal.3.nu.24.
24 Omnes qui quęrunt eam, nõ deficient: in mẽstruis eius inuenient eam Zach 13.num.20.
34 Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum. Hos.1.69.

Cap. 3.

3 Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Soph 2.nu.6.
5 Numquid irascetis in perpetuum? Nah.1.nu.8.
16 Cum multiplicati fueritis: & creueritis in terra, non dicent vltra, &c. vsque ad, Nec fiet vltra. Hag.1.nu.17.
22 Et sanabo auersiones vestras. Hos.14.nu 12.
23 Vere mendaces erant colles, & multitudo mõtium. Hos.3 nu.6.ca.4.nu.25.

Cap. 4.

3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & habitatori Ierusalem. Soph.1.nu.17.
3 Nouate vobis nouale. Hos.10. numer.41.
6 Quia malũ ego adduco ab aquilone contritio

nem magnam. Hos. 13. n. 20.
10 Heu, heu, heu, Dñe Deus: ergo ne, &c. vsq; ad, pax erit vobis. Ionæ. 30. n. 21. & 22.
19 Quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea. Soph. 1. n. 64.
20 Contritio super contritionem. Hos. 13. n. 20.
25 Et omne volatile cœli recessit. Soph. 1. 10.

Cap. 5.

4 Forsitan pauperes sunt, & stulti, &c. vsque ad, confregerunt iugum. Mich. 3. n. 1.
6 Pardus vigilãs super ciuitates eorũ Haba. 1. n. 18
6 Lupus ad vesperam vastauit eos. Haba. 1. n. 18.
8 Equi amatores in fœminas, & emissarij facti sunt. Zach. 14. n. 61.
13 Gladium, & famem non videbimus, prophetę fuerunt in ventum locuti. Haba. 1. n. 7.
27 Sicut decipula plena auibus. Ham. 8. n. 2.

Cap 6.

4 Sanctificate super eam bellum. Ioe. 1. n. 25.
11 Ideirco furore Domini plenus sum laboraui sustinens. Mich. 3. n. 6.
16 State super vias, & videte, &c. vsq; ad, Fructũ cogitationum eius. Mich. 2. n. 46. & 47.
19 Audi terra. Mich. 1. n. 18. 19. 20.
21 Ecce ego dabo in populum istum ruinas. Sopho. 1. n. 15.
26 Luctum vnigeniti fac tibi. Ham. 8. nu. 30. Zacha. 12. n. 17.

Cap. 7.

4 Nolite confidere in verbis mendacij dicentes templum Domini. Soph. 3. n. 32. & 50.
7 A sæculo vsque in sæculum. Ham 9. n. 36.
13 Mane consurgens. Hos. 6 n. 1. Soph. 3. n. 8.
15 Et proijciam vos à facie mea Hos. 6. n. 7.
18 Reginæ cœli. Soph. 1. 23.
21 Holocaustomata vestra, &c. vsque ad, Et victimarum. Hos. 6. à nu. 20.
24 Sed abierunt in voluntatibus. Hos. 10. n. 18.

Cap. 8.

5 Apprehenderunt mendacium. Hos. 7. n. 1.
7 Miluus in cœlo cognouit tempus suum Hose. 11. n. 36. Zach. 5. n. 11.
11 A propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt mendacium. Hos. 7. n. 1.
13 Cõgregãs cõgregabo eos. Hos. 4. 5. Soph. 1. n 4
14 Et sileamus ibi, quia Dominus Deus noster silere nos fecit. Soph. 1. n. 59,
16 Deuorauerunt terram, & plenitudinem eius. Mich. 1. n. 20.

Cap. 9.

9 Numquid super his non visitabo Hos. 1. n. 64.
10 Et non audierunt vocem possidentis à volucre cœli. Soph. 1. n. 10.
17 Vocate lamẽtatrices, vt veniãt, & ad eas, quæ sapientes sunt, mittite, &c. Ham. 5. 42.
21 Ingressa est mors per fenestras. Nah. 5. n. 31.
23 Sed in his glorietur, qui gloriatur scire, & nosse me. Hos. 4. 1. Cap. 10.
9 Argentum inuolutum de Tharsis affertur. Ionæ. 1. n. 15.
12 Qui facit terram in fortitudine sua, &c. Ham. 4. n. 32.
14 Educes vetos de thesauris suis. Ham. 4. n 35.

Cap. 11.

15 Quid est, quod dilectus meus in domo mea fecit. &c. Hag. 2. n. 67.
21 Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris. Prælud. 5 n. 3.

Cap. 12.

1 Iustus quidem tu es Domine, si disputẽ tecum. Haba. 1. n. 43.
7 Reliqui domũ meã. Ham. 9. 35. Zac. 3 nu. 19.

Cap. 13.

1 Posside tibi lumbare, &c. Hos. 1. 46.
16 Date Domino Deo vestro gloriam, &c. vsque ad, & in caliginem. Soph. 1. n. 82.
19 Ciuitates Austri. Hos 13. n. 39.
23 Si mutare potest Aethiops pellem suã. Soph. 2. num. 60 Cap. 15.
1 Si steterit Moyses, & Samuel corã me, nõ est anima mea ad populum istum. Habac. 1. n. 30.

Cap. 17.

15 Ecce ipsi dicunt ad me, vbi est verbum Domini? veniat. nam. 5. n. 48.
18 Duplici contritione. Zach 9. n. 55.

Cap. 18.

6 Sicut lutum in manu figuli, &c. Zac. 12. nu. 26.
7 Repente loquar, &c. vsque ad, Facerẽ eis. Ion. 3. n. 27. & 28.
13 Virgo Israel. Ham. 5. n. 3. & 4.
16 Mouebit caput suum. Nah. 3. n. 5.
22 Adduces enim super eos latronem, &c. vsque ad, caperent me. Hos. 7. n. 11.

Cap. 19.

8 Ponam ciuitatem hanc in stuporem, & in sibilum, &c. Mich. 6. n 39.

Cap. 20.

7 Seduxisti me Dñe, & seductus sum, &c. vsq; ad, subsannant me Ionæ. 3. 22. Haba. 1. n. 7.

Cap. 22.

24 Si fuerit Iechonias filius Ioacim annulus in manu mea, &c. Hos. 1. n. 128. Hag. 2. n. 75.
27 In terra, ad quã ipsi leuãt animã suã Ho. 4. n. 18
29 Terra audi Mich. 1. n. 18. 19. & 20.

Cap. 23.

1 Væ pastoribus, qui, &c. Zach. 11. n. 9.
1 Qui dispergunt. Nah. 2. n. 38.
5 Suscitabo Dauid germẽ iustũ. Zac. 3. 36. & 41.
16 Visiones cordis sui loquũtur non de ore Domini. Hos. 1. 23.
28 Propheta, qui habet somnium narret somniũ Hos 1. n. 24.
29 Numquid non verba mea sunt quasi ignis, &c. Hos. 1. n. 20.
31 Ecce ego ad prophetas ait Dñs, qui furãtur verba mea vnusquisq; à proximo suo. Hos. 1. n. 25.
33 Si igitur interrogauerit te populus iste, &c. vsque ad, vnicuiq; sermo suus. Nah. 1. n. 3. & 4.

Cap. 25.

9 Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes, &c. vsque ad, Interficiam eos. Soph. 1. n. 30. Zach. 6 8.
9 Nabuchodonosor seruum meũ. Soph. 1. n. 30.
11 Et seruient omnes gentes istæ regi Babylonis

septuaginta annis. Zach. 1. num. 21. & seq. vsque ad 47.
15 Sume calicem vini, &c. vsque ad quas ego mittam te. Mich 2. nu. 41. 42. 43.
17 Et accepi calicẽ de manu Domini, &c. vsque ad Idumeæ, & Moab. Habd. nu. 59. & Nahu. 2. nu. 22.
22 Regibus insularum. Soph 2. 44.
29 Ecce in ciuitate, in qua inuocatum est nomen meum, &c. vsque ad, habitatores terræ. Nah. 3. nume. 16.
38 Quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ. Hos. 11. nu. 36.
A facie gladij columbæ. Soph. 3. nu. 2.

Cap. 26.

3 Forsitam audient, & auertentur. Ioe. 2. nu. 22.
17 Surrexerunt viri de senioribus terræ, &c. vsque ad, quod loquutus fuerat aduersus eos. Mich. 3. nu. 21. & seq.
In quib° verbis desinat hoc ca. vide. Hag. 1. n. 23.

Cap. 27.

A quibus verbis incipiat hoc caput. vide. Hag. 1. nu. 23.
2 Fac tibi vincula, & catenas. Hos. 1. num. 49.
7 Et seruient ei omnes gentes, &c. vsque ad terræ eius, & ipsius. Zach. 1. nu. 24. vsque ad. 47.
14 Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, &c. vsque ad, qui vaticinãtur vobis Zach. 1. nu. 9.

Cap. 29.

10 Cum cæperint impleri in Babylone septuaginta anni, &c. Zach. 1. nu. 21. & seq. vsq; ad 47.
11 Ego enim scio cogitationes, quas cogito. Hos. 1. num. 117.
13 Et inuocabitis me, & ibitis, & orabitis. Hos. 2. nu. 58. ca. 3. à numero 28.

Cap. 30.

7 Quia magna est dies illa. Hos. 1. nu. 137.
38 Et conuersæ sunt vniuersę facies in auruginẽ. Ham. 4. nu. 21.

Cap. 31.

20 Si filius honorabilis, &c. vsque ad, Femina circundabit virum, &c. Ioe. 2. nu. 36.
21 Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, &c. Hos. 1. nu. 117.
23 Benedicat tibi dominus pulchritudo iustitiæ mons sanctus, &c. Habd. n. 128.
29 Patres nostri comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. Ham. 4. nu. 15.
31 Ecce dies veniet dicit Dominus, & feriam domum Israel, &c. vsque ad, educerẽ eos de terra ægypti. Hos. 5 nu. 29. Mich. 5. n. 34. & 35.
34 Dabo legem meam in visceribus eorum, &c. Mich. 4. nu. 40. ca. 5. nu. 35.
34 Et non docebit vir, &c. vsque ad, A minimo vsque ad maximum. Hos. 4. nu. 1. ca. 6. num. 8.
38 Et ædificabitur ciuitas Domino, &c. vsque ad, Et vsq; ad torrentem Cedron. Zach. 14. n. 37.

Cap. 32.

9 Appenditq; ei argentum. Ham. 8. nu. 15.
35 Vt mitiarent filios suos, & filias suas Moloch. Ham. 5. num. 68.

Cap. 33.

15 Germinare faciam Dauid germen iustitię. Zach. 3. nu. 36. & 41.

Cap. 34.

18 Et non obseruauerunt verba fœderis, &c. vitulum, quem conciderunt, &c. Hos. 10. nu. 10.
18 Dabo vos in commotionẽ cunctis pop. Hos. 11. num. 28.

Cap. 35.

7 Domum nõ ædificabitis, sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus vestris, Ham. 3 n. 24.

Cap. 39.

2 Vndecimo autem anno Sedecię, &c. vsque ad, Et sederunt in porta media. Soph. 1 nu. 55.

Cap. 44.

17 Faciemus omne verbum, quod egredietur de ore nostro. Habac. 1. nu. 17.
17 Regina cœli. Soph. 1. 23.
21 Populus terræ. Hag. 2. nu. 16.

Cap. 46.

7 Quis est iste, qui quasi fluuius ascendit. Hos. 1. nu. 134.
10 Victima enim Domini exercituum in terra Aquilonis. Soph. 1 nu. 29.
11 Virgo filia Ægypti. Ham. 5. nu. 3. & 4.
20 Vitula elegans atque formosa Ægyptus, stimulator ab Aquilone veniet ei. Hos. 4 nu 35.
25 Ecce ego visitabo super tumultum Alexandriæ, &c. Nah. 3. nu. 6.

Cap. 47.

4 Palesthinos & reliquias Capadocię. nã 9. n. 19.
5 Conticuit Ascalon Soph. 1. nu 58. & 59.
Ad intelligẽdũ hoc cap. lege. Soph. 2. n. 22. & 23.

Cap. 48.

Ad intelligendum hoc cap. vide Soph. 2. nu. 23.
11 Fertilis fuit Moab, &c. vsque ad, nõ est immutatus Soph. 1. nu. 62.
29 Audiuimus superbiam Moab, &c. nam. 2. 6. Soph. 2. nu. 40.
33 Ablata est lętitia, &c. vsq; ad cãtabit. nab. n. 48.
39 Eritque Moab in derisum, &c. in exemplũ omnibus in circuitu suo. Nah. 3. nu. 5.

Cap. 49.

Ad intelligendum hoc cap. vide Soph. 2. nu. 23.
2 Et auditum faciam super Rabbat filiorũ hammon fremitum prælij, &c. nam. 1. nu. 32.
14 Auditum audiui à Domino, &c. & multa alia huius capitis quę sunt etiã in habdia, in habdia explicantur à numero 8.
31 Non ostia nec vectes eis. nam. 1. 18.
39 Et erit, in fine dierum reducam captiuitatem elam. Mich. 4. n. 3 & seq.

Cap. 50.

2 Victus est Merodach. habd. 35.
2 Superata sunt idola. habd 35.
32 Et cadet superbus: & corruet. Soph. 1. nu. 14.

Cap. 51.

Collidis tu mihi vasa belli. Nah. 2. nu 38.

Cap. 52.

6 De populo terræ. hag. 2. nu. 16.
10 Sed, & omnes principes Iuda occidit in Reblatha. Soph 1. num. 52.

Universidad de Deusto
Biblioteca

THRENI. Cap.1.

1 Quomodo sedet sola ciuitas, &c. Hos.3.n.18. Ham.1.n.10. Soph.1.n.59.
2 Plorans plorauit. Hos.1.n.54.
3 Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis. Mich.4.n.70.
4 Viæ Sion lugent, eo quod non sint, qui veniãt, &c. Hos.2.n.69.
5 Facti sunt hostes eius in capite. Ham.9.n.4. Zach.c 8.n.27.
8 Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illã quia viderunt ignominiam eius. Hos.2.numero.68.
10 Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius. Hos.9.n.7. Zacha 14.n.26.
15 Abstulit omnes magnificos meos, &c. Zach. 14 26.
15 Torcular calcauit Dominus. Ioelis. 3.numero 19.
20 Conturbatus est venter meus. Hos.11.n.31. Habac.3.n.47.

Cap. 2.

10 Conticuere senes filiæ Sion. Sophon.1.numero.60.
11 Conturbata sunt viscera mea. Hoseæ. cap. 11. numero.31.
11 Effusum est in terra iecur meum. Hoseæ. 13. numero.10.
15 Plauserunt super te manibus. Sophon. 2. numero 56.
15 Sibilauerunt, & mouerunt caput suum. Mic. 6.n.39. Soph 2.n.55.

Cap. 3.

22 Misericordiæ Domini: quia non sumus consumpti, quia nõ defecerunt miserationes eius. Mal.3.n.28.

Cap. 4.

3 Filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Mich.1.n.52.
5 Qui nutriebantur in croceis. Nahun.2.numero.46.
8 Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis. Hos.7.17.
20 In vmbra tua viuemus in gentibus. Hose.14. 19.
21 Ad te quoque perueniet calix, inebriaueris. Mich 2.n.41.42.43. Nah.2.n.49.

Cap. 5.

3 Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ. Hos 14.n.11.
8 Serui dominati sunt nostri, non fuit, qui redimeret de manu eorum. Mich.7.n.60.
21 Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur Zach.1.nu.7.

BARVCH. Cap 3.

24 Quam magna est domus Dei. Hamos.9.numero 35.

Cap.6.

Circa hoc totum cap. vide. Hab.2.nu.44.

EZECHIEL. Cap. 1.

1 In tricesimo anno in quarto. Hag.2.numer.6. & seq.
3 Factum est verbum Domini ad Ezechielem. Zach.1.nu.11.
22 Quasi aspectus Crystalli horribilis Ioe.2. numer.66.

Cap. 2.

7 Si forte audiant, &c. Ioe.2.num.24.& 25.
9 Et vidi, & ecce manus missa ad me, &c. Ham. 5.nu.7.& 8. & Zacha.5.nu-3.

Cap. 3.

2 Et cibauit me volumine illo. Ham. 8.46.
11 Si forte audiant, &c. Ioe.2.num.22.& 25.
17 Speculatorem dedi te, &c. Præl.1.numer.12. & Hos.9.nu.14.
20 Ponam offendiculum coram eo. Soph.1.n.14.

Cap.4.

4 Et tu dormis super latus tuum. Hos.1.nu.47.

Cap.7.

2 Finis venit, venit finis. Soph.1.nu.15.
7 Venit contritio, venit tempus. Soph.1.nu.15.
20 Ornamentum monilium suorum in superbiã posuerunt. Hos.2.nu.73.
20 Propter hoc dedi eis illud in immunditiam. Hos.2.nu.73.

Cap.9.

6 A sanctuario meo incipite. Ham.3.nu.1.

Cap.11.

22 Et leuauerunt cherubim alas suas, &c. vsque ad, Et stetit in monte, qui est cõtra ciuitatem. Zach.14.nu.10.

Cap.12.

6 In caligine effereris, faciem tuam velabis. Mich.3.nu.5.

Cap.13.

8 Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium, &c. Ham.7.nu.14.& 15.

Cap.15.

3 Aut fabricabitur ex ea paxillus, vt dependeat ex ea quodcumque vas. Zach.10.13.

Cap.16.

3 Pater tuus Hamorrhæus, &c. Hos.12.num.9. Ham.9.41. Soph 1.58.
14 Profecisti in regnum. Hos.2.87.
21 Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrans eis. Hos.5.13.
33 Tu autem dedisti mercedem cunctis amatoribus tuis Hos.8.nu.23.
35 Propterea meretrix audi verbũ Domini, &c. Ham.5.n.4.
37 Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, & nudabo ignominiam, &c Nah.3.num.4.
38 Iudicabo te iudicijs adulterarũ. Soph.1.n.68.
42 Et auferetur zelus meus à te, & quiescam nec irascar amplius. Zach.1.48.
44 Ecce omnis qui dicit vulgo prouerbium, &c. Mich.2.nu.9.

Cap.17.

3 Aquila magnarum alarum. Hos.8.nu.1.
3 Venit ad Libanum. Habac.2.nu.41.
3 Aquila magnarum alarum venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Zach.1.n.2.& 3.

Cap.18.

2 Patres nostri comederunt vuam acerbam, & dẽtes filiorum obstupescunt. Hamos.4.nu.15.
2 Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud, &c. Mic.2.9.&.10.

Cap.19.

2 Quare mater tua leæna inter leones cubauit, &c. vsq; ad, hominemque comedere. Nahu.2. numero.67.

Cap.20.

15 Et leuaui manum meam. Zach.2.n.22.

Cap.21.

21 Diuinationem quærens commiscens sagittas, &c. Hos.4.n.22. Zach.6.n.9.
26 Aufer cidarim. Zach.3.n.17.

Cap.24.

1 In mense decimo. Hag.2.n.9.

Cap.25.

Ad intelligendum hoc caput. lege. Soph.2.n.12 22.23.
12 Pro eo quod fecit Idumæa vltioné, &c. Hab. n.86.&.90.
16 Et interficiam interfectores. Soph.2.num.12. &.13.

Cap.26.

Ad intelligendum hoc caput vide. Soph.ca.2.numero.23.
2 Pro eo quod dixit Tyrus de Ierusalem. Soph. 2.n.22.
3 Ecce ego super te. Nah.2.n.69.

Cap.27.

36 Sibilauerunt super te. Soph.2.nu.55.

Cap.28.

9 Et dixisti, Deus ego sum. Habac.1.n.29.
22 Ecce ego ad te. Nah 2 n.69.

Cap.29.

1 In decimo mense. Hag.2.n.10.
3 In medio fluminum tuorum. Soph.3.28.
8 Dissoluisti omnes renes eorum. Nahun.2. numero.67.
10 Ecce ego ad te Nah 2.n.69.
18 Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum. Habac.1.n.2.20.

Cap.30.

12 Dissipabo terram, & plenitudinem eius. Mic. 1.n 20.
15 Et interficiam multitudinem Alexandriæ. Nahun.3.n.6.

Cap.34.

2 Væ pastoribus, &c. vsq; ad, gregem autem meũ non pascebant. Zach.11.9.
14 In pascuis vberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum. Ham. 4.34. Mich.7.n.58.
23 Suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas seruum meum Dauid. Hos.3.n.24. Mich 5.n.31. In Proœmi. in Hag.n.8.

Cap.35.

10 Eo quod dixeritis duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, &c. Sop.2 n.27.
12 Audiui vniuersa opprobria tua, quæ loquutus es de montibus Israel. Soph.2.n.27.
13 Et insurrexistis super me ore vestro. Sophon. 2.26.

Cap.36.

13 Gentem tuam. Sop.3.n.22.

Cap.37.

16 Sume tibi lignum, &c. Hose.1.numero.94. &.103.
24 Et seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium. Hos.3.n.24.

Cap.40.

3 Ecce vir, & funiculus lineus in manu eius. Zacha.2.n.4.
4 Et pone cor tuum. Hag.1.n.9.

Cap.41.

22 Altaris lignei, hæc est mensa. Mal.1.n.19.

Cap.45.

10 Statera iusta, & ephi iustum, & bathus iustus erit vobis, &c. Ham.8.n.13.&.17.
21 In primo mense. Hag.2.n.9.

Cap.47.

5 Quoniam intumuerant aquæ torrentis, qui nõ potest transuadari. In proœ. Ham.
De aquis egredientibus, & templo. Zach.14. numero.32.

DANIEL. Cap.1.

1 Anno tertio regni Ioachim. Nah.2.n.19.
20 Et omne verbum sapientiæ, & intellectus quod scisciatus est ab eis, rex inuenit in eis decuplum. Ham.5.n.11.

Cap.2.

1 In Anno secundo regni Nabuchodonosor. Nahun 2.n.23.
2 Anno secundo regni Nabuchodonosor. Zacha. 1.n.43.
15 Quam ob causam tam cru delis sententia à facie regis esset egressa. Hos.10.num.54. Habac. 1.n.17.
35 Nullusque locus inuentus est eis. Nah.1.n.18.
37 Tu rex regum es, cui Deus cœli regnum, &c. Nah.2.n.17.&.18.
40 Sicut ferrum omnia domat. Ioe.2.n 2.
42 De pedibus statuæ partim ferreis partim fictilibus. Zach 6.n.16.& seq.
44 In diebus autem regnorum illorum suscitabit &c. vsque ad stabit in æternum. Hagg. 2.numero.74.

Cap. 3.

28 Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia, &c. Zacha 1.n.11.
De statua Nabuchodonosor. Habac.1.n 29,
38 Et non est in hoc tempore princeps, & dux & propheta. Hag.1.n.33
51 Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant, & benedicebant Deum. Hoseæ. 6.num.43.

Cap.4.

27 Nonne hæc est Babylon magna, quã ego ædificaui, &c. Ham.3.n.22.

Cap.5.

6 Et compages renum eius dissoluebantur. Nah. 2 n.67.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 6.
14 Et pro Daniele posuit cor. Hag. 1. n. 9.
Cap. 7.
2 Et ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno. Zach. 6. n. 7.
5 Ecce bestia similis vrso in parte stetit. Ioe. 1. numero. 11.
7 Ecce bestia quarta, &c. Hos. 2. n. 71.
8 Os loquens ingentia. Habd. 66.
11 Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illo loquebatur. Habd. 66.
21 Et ecce cornu illud faciebat bellum, &c. vsque ad, Et dimidium temporis. Nah. 3. n. 15.
Cap. 8.
8 Hircus capratū. Zach. 9. n. 37. &. 38.
9 De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum, & factum est grande contra meridiem. Hos. 11. n. 35.
10 Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli, &c. vsque ad, Et conculcauit eas. Nah. 3. num. 15.
Cap. 9.
Circa hoc caput vide. Ioel. 2. n. 37.
2 Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, &c Zach. 1. n. 21. 41. 42. & seq.
24 Vt consumetur præuaricatio, vt finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas. Mich. 7. num. 51.
24 Et finem accipiat peccatum. Habac. 3. n. 61.
Cap. 11.
25 Et concitabitur fortitudo eius, & cor eius aduersus regem Austri. Zach. 5. n. 22.
31 Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis. Zach. 5. n. 22.
Cap. 12.
2 Qui dormiunt in terræ puluere. Zacha. 10. numero. 5.
Cap. 13.
56 Semen Canaham, & non Iuda. Hos. 1. n. 129. c. 12. n. 9. Soph. 1. n. 48.

MACHABAEORVM LIBER I.

Cap. 1.
12 In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, &c. vsque ad, Et recesserunt à testamento sancto. Soph. 1. 33.
16 Venundati sunt, vt facerent malum. Nahu. 3. numero. 3.
23 Et intrauit in sanctificationem cū superbia, &c. Hag. 1. n. 29.
Cap. 2.
12 Quæ erat libera, facta est ancilla. Nahu. 2. numero. 54.
21 Non est nobis vtile relinquere leges, & iustitias Dei. Mich. 2. n. 2.
Cap. 4.
49 Et fecerunt vasa sancta noua. Hag. 2. n. 52.
52 Mensis noni, hic est mensis Chasleu. Haggæ. 2. num. 7.
Cap. 5.
Circa totum hoc caput vide. Habd. numero. 84. & sequ.
3 Et eos qui erant in Arabathene. Habd. 57.
6 Et transiuit ad filios Hamon, & percussit eos. Soph. 2. n. 29.
Cap. 6.
11 In quantam tribulationem deueni. Hoseæ. 2. num. 50.
34 Et elephantis ostenderunt sanguinem vuæ ad acuendos eos ad prælium. Mic. 1. n. 51. 52.
Cap. 10.
46 Et recordati sunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Israel. Ioe. 2. n. 21.
Cap. 13.
32 Erat enim cooperta. Mich. 3. n. 5.

MACHABAEORVM LIBER II.

Cap. 2.
7 Ignotus erit locus, donec congreget Deus, &c. Hagg. 1. n. 14. &. 15.
Cap. 6.
13 Et enim multo tempore non sinere peccatoribus, &c. vsque ad, non derelinquit. Amos. 3. numero. 2.
Cap. 9.
5 Apprehendit eum dolor dirus viscerum. S. Hos. 2. n. 50.
Cap. 10.
Circa totum hoc caput vide Habd. nume. 84. & sequ.

EVANGELIVM SECVNDVM Matthæum.

Cap. 1.
12 Salathiel autem genuit Zorobabel. Hagg. 1. numero. 7.
20 Ioseph filij Dauid. Præl. 4. n. 8.
Cap. 2.
1 Cum natus esset Iesus in Bethl. Iudæ in diebus Herodis regis. Præl. 6. numero. 4. Mich. 5. numero. 7.
3 Audiés autem Herodes rex turbatus est. Hos. 11. n. 17.
5 * Ex Ægypto vocaui filium meum. Hos. 11. à numero. 2.
6 Et tu Bethlehem terra Iuda nequaquam minima es, &c Mich. 5. n. 6. & seq.
11 Apertis thesauris. Hos. 13. n. 41.
14 Accepit puerum, & matrem eius nocte. Hos. 6. n. 45.
15 Vt adimpleretur, quod dictum est, &c. Hoseæ. 10. nu. 24.
18 Vox in Rhama audita est. Hos. 11. n. 13.
Cap. 3.
10 Suscitare filios Abrahæ. Hos. 1. nu. 76. &. 124.
11 Ego baptizo vos in aqua, &c. vsque ad, In Spiritu sancto, & igne. Ioe. 2. n. 54 &. 55. Malach. 3. num. 19.
Cap. 4.
4 Dic, vt lapides isti panes fiant. Hos. 10. n. 37. Ionæ. 2. 16.
5 Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei Habac. 1. n. 17.

Cap. 5.
4 Beati mites, &c. Habac. 2. nu. 9. & Sophon. 2. num. 5.
7 Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequentur. Hos. 6. n. 51.
15 Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Mich. 4. n. 20. Zach. 14. 11.
16 Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum. Zachar. 4. numero. 4.
17 Sic luceat lux vestra, &c. Zach. 4. n. 36
24 Si offers munus tuum ad altare. &c. Hos. 6. n. 61. &. 27.
27 Amen dico tibi, non exies inde donec, &c. Hose. 12. n. 21.
40 Ego autem dico vobis non resistere malo, sed si quis te percusserit, &c. Michæ. 4. 39. 43. & sequ.
Cap. 6.
1 Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Zach. 14. n. 69. 70.
2 Cum ergo facis eleemosynam noli tuba ante te canere, &c. Hos. 5. n. 20.
2 Vt faciunt hypocritæ. Hos. 5. n. 20.
3 Te autem faciente eleemosynam nesciat sinistra tua, & c Mich. 7. n. 27.
9 Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Nah. 1. n. 16.
11 Panem nostrum substantialem. Hoseæ. 13. num. 55.
12 Dimitte nobis debita nostra. Hoseæ. 12. numero. 21.
17 Vnge caput tuum, &c. Soph. 2. 58. &. 59. Hos. 2. num. 47.
19 Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c. Haba 2. n. 36. Soph. 2. n. vlt.
22 Lucerna corporis tui est oculus tuus. Hamos. 3. 18.
24 Nemo potest duobus dominis seruire. Hamos. 5. 54. Mich. 2. n. 49. &. 50. Soph. 1. nu. 48. Zach. 14. n. 61.
28 Considerate lilia, &c. ex istis. Hos. 14. n. 13.
29 Nec Salomon in omni gloria sua. Hos. 14. numero. 16.
32 Hæc enim omnia gentes inquirunt. Sopho. 1. num. 51.
34 Sufficit diei malitia sua. Ioe. 2. n. 21.
Cap. 7.
15 Intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Zach. 13. nu. 25.
23 Quia non cognoui vos. Hos. 7. 17. c. 8. n. 12. c. 13. n. 4. Ham. 3. n. 2.
23 Discedite à me qui operamini, &c. Soph hon. 3. nu. 35.
24 Omnis qui audit verba mea & facit ea, &c. Mich. 3. n. 24. &. 25.
24 Fundata enim erat super petram. Habac. 2. numero. 1.
Cap. 8.
4 Offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Mich. 1. n. 4.
11 Multi ab oriente, & occidente venient. Zach. 8. num. 10.
22 Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Ham. 6. num. 37.
26 Imperauit ventis, & mari. Zach. 3. nu. 10.
Cap. 9.
13 Misericordiam volo, & non sacrificium. Hos. 6. nu. 15. 16. & 17.
23 Et vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, &c. Ham. 5. 42.
Cap. 10.
5 In via gentium ne abieritis, &c. Hos. 1. 98.
8 Gratis accepistis, gratis date Zach 14. 53.
15 Tolerabilius erit terræ Sodomorum, &c. Hos. 11. nu. 30. Habac. 1. nu. 31.
16 Estote prudētes sicut serpētes, &c. Mic. 2. 36.
16 Et simplices sicut columbę. Hos. 7. 24.
16 Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Zach. 9. 6.
19 In testimonium illis & gentibus. Mich. 1. n. 4.
20 Qui loquitur in vobis. Hos. 1. num. 18.
27 Prædicate super tecta. Soph. 1. nu. 24.
28 Nolite timere eos, qui occidunt corpus, &c. Nah. 1. nu. 47.
30 Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Ham. 8. num. 44.
34 Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram, &c. vsq; ad, & inimici homines domistici eius. Mich. 7. n. 12. vsque ad 17. Zach. 11. num. 35.
36 Et inimici hominis domestici eius. Hos. 10. n. 22 & Mich. 7. n. 12. Ham. 6. n. 37.
42 Non perdet mercedem suam. Mal. 1. nu. 37.
Cap. 11.
3 Qui venturus est. Habac. 2. nu. 6.
10 Ecce ego mitto angelum meum, &c. Mal. 3. num 2. & seq.
13 Omnes enim prophetæ & lex vsque ad Iohannem prophetauerunt. Hos. 5. n. 29.
16 Cui similem estimabo generationem istam? similis est pueris, &c. Hos. 14. num. 25.
19 Et iustificata est sapientia à filijs suis. Hos. 14. num. 25.
21 Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida, &c. Sop. 1. num. 44.
21 In cilicio, & cinere pœnitentiam egissent. Ionæ. 3 31.
25 In illo tempore respondens Iesus dixit. Zach. 4. 26.
28 Venite ad me omnes qui lab. Zach. 10. nu. 36.
29 Tollite iugum meum super vos. Mich. 7. nu. 44. Soph. 3. 23. Hos. 10. num. 32.
Cap. 12.
12 Ecce discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbathis, &c. Hos. 6. nu. 17. & 18.
25 Omne regnum in se diuisum desolabitur. Hos. 10. nu. 4.
41 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista Ionæ. 3. nu. 40.
43 Ambulat per loca arida, &c. Ioe. 2. 45.
44 Vadam in domum meam, vnde exiui Habac. 1. nu. 33.
48 In corde terræ. Hos. 13. nu. 10. Ionæ 2. nu. 22.
50 Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cœlis est, &c. Mich. 5. nu. 69.

Cap. 13.
6 Orto sole aruerunt. Ionæ 4 n.29.
12 Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit, qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Hag. 1 n.52. Zach. 5. n. 11.
14 Auditu audietis, &c. Hos. 11. nu. 13. Zach. 13. num. 2.
17 Multi prophetæ, &c. vsque ad, videre. Habac. 1 n. 36.
25 Super seminauit zizania. Zach 11. 38.
30 Sinite vtraque crescere, &c. vsque ad, colligite primo zizaniam. Ioe. 3. n. 18.
30 Colligite primum zizaniam. Nahu. 1 numero. 47.
31 Simile est regnum cœlorum grano sinapis, &c. vsque ad, in ramis eius. Hag. 2. n. 83.
33 Quem acceptum mulier abscondit in farinæ satis tribus. Ham. 1. n. 13.
34 Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis, &c. Mich. 2. n 11.
35 Aperiam in parabolis os meum. Hose. 11. numero 13.
41 Et colligent de regno eius omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem. Sophon 1. numero 16.
43 Qui habet aures audiendi, audiat. Ioel. 1. numero 3
47 Sagenæ missæ in mare. Hos. 11. n. 34.
52 De thesauro. Hoseæ. 13. 41. Zacha. 7. num. 15. c. 14. 70.

Cap. 15.
7 Hypocritæ bene de vobis prophetauit Isaias. &c. Hos. 11. n. 13.
22 Filia mea male à dæmonio vexatur. S. Hos. 1. num 114.
32 Iam triduo perseuerant. Ionæ. 2. 29.

Cap. 16.
15 Quem dicunt homines, &c Soph. 1. n. 80.
18 Et ego dico tibi. Zach. 3. n. 20.
18 Et super hanc petram. Haba. 2. n. 1.
18 AEdificabo ecclesiam meam. Zach. 2. n. 4. ca. 6. n. 38.
18 Et portæ inferi non præu. aduer. eam. Zacha. 14 n. 38.
22 Non erit tibi hoc. Mal. 1. n. 16. &. 17.
24 Si quis vult venire post me, &c. Hagg 1. numero. 51.
26 Quid prodest homini, si vniuer. &c. Zacha. 10. numero. 28.

Cap. 17.
5 Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hos. 1. num. 130. ca. 5. num. 29.
11 Elias quidem venturus est. Hos. 3. n. 26.
12 Elias iam venit, &c. Mal. 4. n. 11.
24 Magister vester non soluit didrachma. Ham. 8. 19.

Cap. 18.
6 Qui autem scandalizauerit vnum, &c. Hose. 1. numero. 78.

Cap 19.
8 Ad duritiam cordis vestri permisit. Hamos. 6. num. 33.
29 Centuplum accipiet, &c. Zach. 5. n. 8.
Quomodo intelligenda est lex repudij. Mal. 2. n. 36. &. 37.

Cap. 20.
18 Ecce ascendimus Ierosolymam. Zach 2. 9 34.
21 Vsque ad dexteram. Zach 3 nu 7.
22 Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum. Mich. 2 n. 41. 42.
25 Scitis quia principes gentium dominantur eorum. Soph. 3. n. 11.
25 Dominantur eorum. Habac. 2. n. 23.

Cap 21.
1 Cum appropinquasset Iesus Ierosolymis. Zacha. 14. n. 9.
13 Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Habd. n 46.
15 Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. &c. Zach. 9. 31.
19 Et videns fici arborem, &c. Ioe 1. n. 20.
33 AEdificauit turrim Mich. 4. n. 59.
37 Nouissime vero. Mich. 4. n. 11.
37 Verebuntur filium meum Ioe. 2. 24. &. 25.
41 Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis. Hos. 7. n. 34. Zach. 11. n. 25.
43 Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gẽti, &c. Hos. 1. n. 127. cap. 7. nume. 34. Habd. numero. 123.

Cap 22.
7 Rex autem cum audisset iratus est eis &c. Hos. 7 n. 34 Ioe. 2. 11. Zach. 6. n. 8.
7 Et missis exercitibus suis perdidit homicidas illos. Hos. 8. n. 30.
8 Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui, &c. Hos. 1. numero. 127. Zach. 2. numero. 24. 25. ca. 11. numero. 25.
9 Ite ad exitus viarum. Habd. n. 69.
13. At ille obmutuit. Soph. 1. n. 48.
27 Nouissime autem omnium. Mich 4. n. 11.
37 Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. Hos. 11. n. 22. c. 14. n. 2. Mich. 6. 21. Sop. 2. n. 32. c. 3. 46.

Cap. 23.
6 Amãt primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Mich. 7. n. 9.
10 Magister vester vnus est Christus. Ioe 2. nu. 48 & Hos. 1. n 130.
15 Et facitis eum filium gehennæ duplo, &c. Hose. 10. n. 29.
16 In auro templi. Hos. 1. n. 18. Ham 4. 4.
23 Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Hose. 6. n. 19.
32 Implete mensuram patrum vestrorum. Zach. 13. 14. 15. &. 18.
35 Zacharias filius Barachiæ. Habd. n. 111. Zach. 1. num. 1
35 Inter templum, & altare. Ioe. 2. n. 30.
36 Amen dico vobis venient hæc omnia, &c. Hos. 7. n. 34.
38 Ecce relinquetur domus vestra deserta. Zach.

5. numero. 8. &. 19.

Cap. 24.
6 Et opiniones præliorum. Nah. 3 n. 28.
7 Consurget enim gens, &c. Ioe. 2. n. 63.
12 Et quoniam abundabit iniquitas refrigescet caritas. Hab. 3. n. 53.
14 Et prædicabitur Euangelium regni, &c. & tunc veniet consummatio. Hos. 3. n. 25. Mich. 4. n. 25.
20 Orate, vt non fiat fuga vestra hieme, vel sabbatho. Zach 14 22.
22 Et nisi breuiati fuissent dies illi, nõ fieret salua omnis caro. Zach. 4. n. 23.
24 Vt in errorem inducantur si fieri potest etiã electi. Ioe. 2. n. 25.
29 Virtutes cœlorum mouebuntur. Ioe. 3. n. 22.
29 Sol obscurabitur, &c. & tunc parebit signum filij hominis. Nah. 1. n 25.
29 Sol obscurabitur, &c. Ioe. 2. n. 63.
30 Et tunc plagent omnes tribus terræ. Zachar. 12. nu. 18.
31 A quatuor ventis. Zach 2 n. 14.
33 Quia prope est in ianuis. Ioe. 2. n 64.
35 Verba autem mea non præteribũt. Zac. 1. n. 9.
37 Sicut autem in diebus Noe ita erit aduentus filij hominis. Nah. 1. n. 47.
51 Partemque eius ponet cum hypocritis. Hose. 5. 13.

Cap. 25.
5 Dormitauerunt omnes, & dormierunt. Nah. 3. nume 27.
11 Nouissime vero veniunt & reliquæ virgines. Mich. 4. 11.
12 Nescio vos Hos. 13 n. 3.
31 Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua. Zac. 14. n. 19. &. 21. & seq.
35 Esuriui, &c. Ioe. 3. n. 7.
40 Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hos 5. n. 27.
46 Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autẽ in vitam æternam. Mich. 5. 42. & seq.

Cap 26.
15 Constituerunt illi triginta argenteos. Ham. 8 n. 18. 19. Zach. 11. n. 25.
28 Sanguis meus noui testamenti. Zach 9. n. 53.
28 Tristis est anima mea vsque ad mortem. Ionę. 4. n 18.
31 Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Zach. 13. nu. 12.

Cap. 27.
De argenteis Iudæ, & proiectione eorum in templum, & emptione agri Zach. 11. n. 26. & seq.
9 Quod dictum est per Ieremiam prophetam. Mich. 5 n. 13 &. 14.
9 Tunc impletum est, quod dictum est, &c Zac. 11. n. 35. & seq.
25 Sanguis eius super nos Hos. 12. n. 20.
28 Chlamydem coccineam. Nah. 2 n. 46.
39 Mouentes capita sua. Nah. 3. n. 5.
63 Post tres dies resurgam. Hos. 6. n. 6.

Cap. 28.
15 Diuulgatum est verbum istud apud Iudæos vsque in hodiernum diem. Hos. 1. 97.
18 Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Habac. 3. n. 28.
19 In nomine Patris, &c. Hos 10. n. 36.
20 Ecce ego vobiscum sum in omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi. Mich. 5. n. 52. Soph. 3. n. 37. Zac. 2. n. 32.

EVANGELIVN SECVNDVM Marcum.

Cap. 1.
1 Initium Euangelij Iesu Christi filij Dei. Prælu. 4 num. 8.
1 Sicut scriptum est in Isai. proph. Ecce ego, &c. Hos. 23. n. 33. Mich. 5. n. 13. &. 14.

Cap. 2.
27 Sabbathum propter hominem factum est, &c. nos. 6. n. 17. & 18.

Cap. 3.
17 Et imposuit Simoni nomen Petrus. Soph. 2. numero. 19.

Cap. 4.
39 Comminatus est vento. Nah. 1. num. 13. Zac. 3. num. 10.

Cap. 5.
De curatione Hemorrousæ & filiæ archisynagogæ. Zac. 11. num 23.
41 Talicha cumi, quod est interpretatum, puella tibi dico, surge. Habac. 1. n. 15.

Cap. 7.
26 Mulier gentilis. Ioe. 3. n. 12.

Cap. 8.
2 Iam triduo sustinent me. Ionæ. 2. n. 29.
12 Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum. Nam. 8. n. 21.
31 Et post tres dies resurgere. nos. 6. n. 6.

Cap. 9.
De maledictione ficus. Habac. 3. n. 45.
3 Qualia fullo non potest facere super terram. Mala. 3. n. 19.

Cap. 10.
5 Ad duritiã cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. Nam. 6. n. 33.
30 Centuplum accipiet Zach. 5. n. 8.

Cap. 12.
Diligere proximum tanquam seipsum maius est omnibus holocaustomatibus, Hoseæ. 6. numero. 26.

Cap. 13.
1 Magister aspice quales lapides, & quales structuræ. Hag. 2. n. 45.
32 De die autem illa nemo scit. Zacha. 14. numero. 23.

Cap. 14.
27 Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Zach. 13. n. 12.

Cap. 15.
25 Quomodo intelligatur Dominus crucifixus hora tertia. Zach. 11. n. 18.

Cap. 16.
2 Valde mane, &c. venit ad monumentum. Io

Universidad de Deusto
Biblioteca

scæ.numero.45.
7 Discipulis eius,& Petro.Soph.1.n.17.
14 Nouissime recumbentibus vndecim discipulis,&c.Mich.4.nu.12.
15 Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ.Zach.2.n.17.& 118.c.14.n.8.
19 Assumptus est in cælum.Prophetatur Mich. 2.num.65.

EVANGELIVM SECVNDVM Lucam.

Cap. 1.

9 Sorte exijt ponere incensum,&c.vsque ad, vi disset in templo.Ioe.2.n.29.
11 Adextris altaris incensi.Hos.4.nu.25.
15 Erit magnus coram Domino. Ionæ.3.n.4.
15 Vinum,& siceram non bibet.Mich.1.n.70.
28 Benedicta tu in mulieribus.Hag.2.n.69.
31 Dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternũ. Mich. 4.n 6.c.50.n 33.Zacha.6.n.34.
33 In domo Iacob.Nah.2.43.
37 Omne verbum.Ham.3.n.11.
42 Benedictus fructus ventris tui.Mich.6.n.23.
46 Magnificat anima mea Dominum . Ham.9. numero.5.
48 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Sophon.2.n.4.
51 Dispersit superbos mente cordis sui. Nah.2. 38.
12 Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.Haba 2.n.10.
58 Et gratulabantur vicini.Zach.2.n.35.
68 Quia visitauit,& fecit redemptionem.Hos.1. numer.64.
69 Et erexit cornu salutis nobis.Ham.6.n.41.Habac.2.n.8.Zach.1.n.72.
70 Sicut locutus est per os sanctorum,qui à sæculo sunt prophetarum eius Mich.7.n.57.
70 Qui à sæculo sunt.Mich.5.41.
73 Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Mich.7.55. Haba 2.n.9.
76 Præibis enim ante faciem Domini parare vias eius.Mala.3.n.10.
78 Oriens ex alto.Zac.3.n.35.& seq.
79 illuminare his qui in tenebris , & in vmbra mortis sedent.Mich.7.n.29.

Cap.2.

1 Exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis.Zach.6.nu.13. Hagg.2. num.24.
3 Hæc descriptio prima facta est.Prælu.6.numero.2.
13 Multitudo cœlestis exercitus.Ham.4.n.40. Soph.1.n.23.
14 Gloria in excelsis Deo.Hag.2.n 22.
15 Videamus hoc verbum.Ham.3.n.11.
21 Postquam consummati sunt dies octo.Hos.6. numero.6.
25 Expectans consolationem Israel.Haba.2. nu. 9.Malach 3.n.14.
34 Ecce hic positus est in ruinam,&c. Hose.14. nu.25.
38 Qui expectabant redemptionem Israel. Habac.2.n.9.

Cap. 3.

5 Omnis mons & collis humiliabitur Mich.6.n. 11.Haba.3.nu. 30.&.31.Zach.14.nu.12.& 13.

Cap.4.

17 Et vt reuoluit librum.Zach.5.n.3.
20 Cum plicuisset librum.Zach.5.n.3.
25 Quomodo clausum est cœlum Mal.3.numero.33.
26 Sareptæ vidua fuit gentilis. Ionæ.1.n.2.
39 Stans super illam.Ham.7.n.11 Zac.4.n.7.

Cap. 6.

11 Ipsi repleti sunt insipientia.Hos 4.nu. 11.
25 Væ vobis qui saturati estis.Soph.2.37.

Cap.7.

38 Lacrymis cæpit rigare pedes eius.Zach 13.numero.20.
46.Oleo caput meum non vnxisti.Hos.2.n.47.

Cap.8.

6 Et natum aruit, quia non habebat humorem. Zach.10.28.
7 Spinæ suffocantes semen.Nah 1 n.50.
8 Qui habet aures audiendi audiat.Soph.3.numero.10.
10 Cæteris autem in parabolis.Mich 2.11.
24 Increpauit ventum. Zach 3 n 10.
43 Mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur.Hoseæ.2.n.23.

Cap 9.

5 In testimonium super illos.Mich.1.n.4.

Cap.10.

1 Misit illos binos ante faciem suam Ionæ.3.nu-39.
6 Et si fuerit ibi filius pacis.Hos.10.29.
23 Beati oculi qui vident.Hos.14.26.
24 Multi prophetæ, & reges cupierunt videre, &c.Haba.1.n.36.
42 Vnum est necessarium.Mich.4.n.62.

Cap.11.

3 Panem nostrum quotidianum.Hos.13.numero.35.
15 In Behelzebub principe dæmoniorum.Hose. 2.nu 66.
21 Cum fortis armatus custodit atrium suum.Sophon.1.n.38.
29 Signum non dabitur ei nisi signum Ionæ,&c. Ionæ.3.n.34.&.35.& seq.

Cap.12.

4 Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus Nahu.1.num.47.
19 Anima mea habes multa bona,&c Soph.1.26. &.78.cap 2 n.36.
20 Hac nocte repetent animam tuam à te.Mich. 1.67.&.68.Nah.1.22.

32 Nolite timere pusillus grex.Ham.9.num.7.
35 Sint lumbi vestri præcincti.Nahun.2.n 40.
49 Ignem veni mittere in terram. Zach.9.nu.9. Mal.3.n.19.
52 Erunt enim ex hoc quinque in domo vna.&c. Mich.7.n.15.vsque ad.17.

Cap 14.

11 Omnis,qui se humiliat,exaltabitur.Mich.6.n. 11.Soph.1.n.40.
20 Vxorem duxi Mala 2.n.vlt.
26 Si quis venit ad me,& non odit patrẽ suum, &c.Ham.2.n.20.

Cap.15.

14 Facta est fames valida,& ipse cœpit egere.Mala.2.numero.2.
16 Cupiebat implere ventrem suum.Hos.4.nu. 19.& Ham.4.n.17.
17 Quanti mercenarij in domo patris mei, &c Hos.2 nu.59.
22 Proferte stolam primam,&c.Zach.3.numero 13.&.29.

Cap 16.

19 Homo quidam erat diues,& induebatur purpura.Hos.1.44.&.c.12.n.18.Soph.2.n.36.ca. 3.n 56.Mal.4.n.22.

Cap.18.

8 Putas ne fidem inueniet in terra? Ioel.2.numero.25.
12 Decimas do omnium,quæ possideo.Mal.3.n. 39.Ham.5.n.11.
30 Centuplum accipiet.Zach.5.n.8.

Cap 19.

43 Venient dies in te,&c Ham.4 n.7.Mic.5.67.

Cap.20.

13 Forsitan cum hunc viderint,verebuntur.Ioe. 2.nu.24.&.25.

Cap.21.

10 Surget gens contra gentem.Hose.3.num.29. &.30.
15 Ego dabo vobis os,& sapientiam cui non poterit,&c.Zach.9.59.
16 Trademini autem à parentibus , & fratribus, &c.Mich.7.n.15.& seq.
25 Præ confusione sonitus maris,& fluctuum habac.3 n.36.37.&.40.
26 Arescentibus hominibus præ timore.Nah.2 nu 70.Haba.3.nume.37.40.Sopho.1.n.67.Zacha.14.39.
28 Et eleuate capita vestra.Zach.1 n.70.
29 Stellæ cadent de cœlo.Haba.3.n.43.
30 Videte ficulneam,&c.Ioe 2.n.64.
34 Attendite vobis,ne forte grauentur corda vestra in crapula.Hos.10.n.32.
37 Noctibus vero exiens morabatur in monte qui vocatur Oliueti.Zach.14.n.11.

Cap.22.

15 Desiderio desideraui.Sop.1.n.6.
28 Vos estis,qui permansistis mecum in tentationibus meis.Mich.1.n 57.
49 Si percutimus in gladio.Ioe.1.n.5
54 Hæc est hora vestra.Nah.1.n.47.
61 Respexit Dominus Petrum.Habac.3.n.29.

Cap.23.

30 Tunc incipient dicere montibus,cadite super nos,&c.Hos.10.nu.21.

Cap. 24.

1 Valde diluculo venerunt ad monumentum. Hos.6.45.
27 Incipiens à Moyse interpretabatur,&c.Præl. 1.nu.13.& Præl.2.nu.1.& 17.
28 Finxit se longius ire.Ham.2.nu.21.
44 Quoniam necesse est impleri omnia,quæ scripta sunt in lege Moysi.&c.Præl.2.nu.1.

EVANGELIVM SECVNDVM Iohannem.

Cap 1.

1 In principio erat verbum.Hos.1.nu.35.Ham. 3.nu.12.
10 In mundo erat.Hag.2.nu.60.
14 Gloriam quasi vnigeniti à patre. Hos.5. numer.27.
15 Qui post me venturus est Habac. 2. nu.6.
15 Et mensas nummulariorũ euertit. Hag. 1.39. Zach.14 52.53.
16 Et gratiam pro gratia.Zach.4 nu.16.& 17.
20 Et confessus est,& non negauit,& cõfessus est quia non sum ego Christus.Hos.6.nu. 43.

Cap. 2.

De eiectione vendentiũ è templo.Hag. 1.n.39.
19 Soluite templum hoc. Mal 3.nu.11.
20 Quadraginta sex annis ædificatum est templũ hoc Hag.2.43.Zach.1.nu.45.& seq.

Cap. 3.

19 Hoc est autem iudicium,quia lux venit in mũdum,&c.Zach.5.nu.12.

Cap 4

10 Tu petijsses à Deo,& dedisset tibi aquam viuam.Zach.14.num.51.
12 Numquid tu maior es patre nostro Iacob. Hos.1.nu.93.vsque ad.99.
13 Omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum Mich.4.nu.28.Zach 2.nu.16.
13 Qui biberit ex aqua,quam ego dabo ei non sitiet in æternũ.Nah.3.n.32.Zach.13.n.2.18. & 21.cap.14.nu.31.54.
20 Et vos dicitis,quia Ierosolymis est locus,vbi adorare oportet.Soph.3.nu.32.
22 Quia salus ex Iudæis est.Zach.8.nu.4.
35 Et messis venit Mich.4.num.28. Zach.2 nu. 16.ca 10.nu.5.

Cap. 5.

27 Iudicium facere.Mich.6.nu.25.
35 Lucerna ardens,& lucens.Zach.4.nu. 5.
43 Si alius venerit in nomine suo illum accipietis Hos.3.n.25.ca.13.nu.17.Zach.5.num.22. cap.11.nu.48.

Cap. 6.

9 Quinque panes ordeaceos.Hos.3.nu.15.
45 Est scriptum in prophetis,& erunt omnes docibiles Dei.Habac.1.n.5.
58 Qui manducat hunc panem,viuet in æternũ. Hos.14.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. 7.
12 Et murmur multum erat in turba de eo, quidam enim dicebant,&c. Hos.7.n.13.Zach.11. num.35.
37 In die magno festiuitatis clamabat,si quis sitit &c. Hos.11.num.18.Zach.15.3.& 18.ca.14. num.32.
39 Quia Iesus nondum erat glorificatus. Zach. 2.nu.17.
Cap. 8.
1 Iesus autem perrexit in montem Oliueti. Zacha.14.nu.11.
36 Si ergo vos filius liberauerit,vere liberi eritis. Ioe.3.nu.1.
44 Vos ex patre diabolo estis Hos.1.nu.76.
44 Ille in veritate non stetit. Hos.7.nu.1.
46 Quis ex vobis arguet me de peccato.Mich.6. nu.12.
56 Abraham pater vester exultauit,&c. Hos.14. num.26.
Cap. 9.
31 A seculo non est auditum.Mich.5.41.
39 Vt qui non vident,videant,& qui vident,cęci fiant. Zach.2.nu.16.
Cap. 10.
Porticus Salomonis Hag.2.nu.43.
6 Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Mich. 2. numer.10.
9 Et pascua inueniet.Mich.7.nu 62.
11 Bonus pastor. Soph.3.nu.11 & 12.
11 Et dispergit oues.Nah.2.num. 38.
16 Erit vnum ouile,& vnus pastor.Mich.2.num. 61.& 62.& 63.
27 Oues meæ vocem meam audiunt. Hos. 1.nu. 112.
27 Non rapiet eas quisquam de manu mea Mich.5.nu.52.
30 Ego,& pater vnum sumus. Zach.2.nu. 17.
Cap. 11.
38 De lapide Lazaro mortuo impositο. Zacha. 5.25.
43 Si dimittimus eum sic venient Romani. Hos. 9.nu.11.
51 Cum esset pōtifex anni illius, prophetauit. Ptæl.4 nu.6.
52 Sed vt filios,qui erant dispersi congregaret in vnum.Hos.2.nu.9.Mich 5.nu.85.Soph.3.nu. 25 Mich.5.nu.81.Soph.3.nu 25.
56 Si quis cognouerit, vbi sit Iesus,indicet.Hos. 7.nu.14.
Cap. 12.
15 Ecce rex tuus venit.Zach.9.nu.31.
24 Nisi granū frumenti cadens,&c.Hos.2.n. 99.
26 Si quis mihi ministrat,me sequatur,& vbi ego sum illic,& minister meus erit.Ham.3.nu.5.
31 Nunc iudicium est mundi.Hos.2.nu.96.
32 Omnia traham ad me ipsum.Mich. 2. nu. 62. Habac 3.26.Zach.1.nu.57.
41 Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius. Mal.3 nu.6.
Cap. 13.
27 Quod facis fac citius,Ham.4.n.8.
30 Erat autem nox.Hos.6.45.
Cur Iudas noctu prodidit Dominum. Zach. 1. num.13.
Cap. 14.
2 Vado parare vobis locum.Et si abiero.
3 Et præparauero vobis locum,&c.Mich. 2.nu. 66.& 67.
19 Adhuc modicum Hagg.2.n.21.
21.Manifestabo ei me ipsum.In proœm.in Hag. nu.7.
23 Ad eum veniemus.Hag.2.num.59.
Cap. 15.
3 Iam vos mundi estis propter sermonem,quem locutus sum vobis.Zach.13.num.3.
5 Ego sum vitis, & vos palmites,qui manet in me,&c.Hos.14.nu 20.
5 Sine me nihil potestis.Hos.14.nu. 23.
15 Quia omnia,quæ audiui à patre,nota feci vobis.Soph.1.nu.36.& In proœm.in Hag.nu.7. & cap.2.nu.60.
19 Si de mundo fuissetis,mundus,quod suum est, diligeret.Zach.14.nu.64.
Cap. 16.
2 Absque synagogis facient vos,sed venit hora vt omnis,&c.Mich.7.nu.15.& seq.
10 De Iustitia vero,quia vado ad patrem.Ioe.3. num.7.
16 Modicum,& non videbitis me.Hos 1.nu.64.
20 Amen,amen dico vobis,quia plorabitis,& flebitis vos,&c.Zach.8.nu 42.
21 Cum autem peperit puerum,iam non meminit pressuræ propter gaudium.Mich 4. nu.75.
25 Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Mich. 2.nu.10.
25 Sed palam de patre annuntiabo vobis.Soph. 1.nu 36.
Cap.17.
11 Serua eos in nomine tuo.Mich. 5.nu. 58.
12 Ego seruabam eos in nomine tuo.Mich.5.nu mer.53.
12 Nisi filius perditionis Hos.10.29.
23 Sicut,& nos vnum sumus Ioe.2.nu.51.
Cap.18.
11 Calicem,quem dedit mihi pater,non vis,vt bibam illum.Mich.2.nu.41.42.43.
Cap.19.
7 Quia filium Dei se fecit.Hos.7.nu.35.
15 Non habemus regem nisi cęsarem. Zach. 11. num.11.
36 Facta enim sunt hæc, vt scriptura adimpleretur,Os non comminuetis ex eo.Hos.10.n.24. ca.11.nu.6.8.& 11.
37 Videbunt,in quem transfixerunt.Zach.12. n. 13.& seq.
Cap. 20.
1 Vna autem sabbati.Hag.1.num.4.
1 Venit mane,cum adhuc tenebræ essent. Hos. 6.nu.85.
26 Et post dies octo.Hos.6.num.6.

ACTA APOSTOLORVM.

Cap. 1.
5 Vos autem baptizabimini Spiritu sancto.Ioe. 2.nu-

2.num.54.& sequ.
8 Eritis mihi testes,&c.Hos.11.n.40.
15 Erat autem turba hominum,&c.Habd.numero.8.
Cap.2.
2 Factus est repente de cœlo sonus.Hamos.1.numero.10.
14 Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem , &c. Ioe.2.n.53.
24 Quem Deus suscitauit à mortuis,&c.Hos.13. n.23.Ionæ.2.27.
37 His auditis compuncti sunt corde,&c.Haba. 2.n.25.
Cap. 4.
25 Qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti.Quare fremuerunt,&c.Mich. 1.17.&.18.
Cap.5.
28 Præcipiendo præcepimus vobis.Soph.1.n.6.
Cap. 7.
35 Hunc Moysem,quem negauerunt,&c Ham. 5.à.n.55.vsque ad finem cap.
Cap.8.
22 Pœnitẽtiam itaque age,ab hac nequitia tua, & roga Deum,si forte, &c.Ioe.2.n.22.&.35.
36 Quid prohibet me baptizari.Habac.2.n.25.
Cap.9.
4 Quid me persequeris.Zach.2.n.17.c.12.n.29.
15 Vas electionis.Ham.6.21.
Cap.10.
12 In quo erant omnia quadrupedia,&c. Hos.2. num.92.
15 Quod Deus purificauit,tu commune ne dixeris Hos.1.n.61.& c.2.n.92.
44 Adhuc loquente Petro,&c.vsque ad, Effusa est Ioe.2.n.59.&.60.
Cap. 11.
3 Quare introisti ad viros præputium habentes, &c.Ionæ.4 n.23.
15 Cum autem cœpissem loqui,&c.vsq; ad, Vos autem baptizabimini spiritu.Ioe 2 n 55.
18 His auditis tacuerunt & glorificauerũt Deũ dicentes.Ergo,& gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitam.Soph 3.n.33.
Cap. 12.
Misit Herodes rex manus , vt affligeret quosdam de Ecclesia.Hos.7.n.7.
Cap.13.
22 Virum secundum cor meum.Hose.7. nu. 25.
22 Voluntates meas.Mich.6.n.38.
27 Voces prophetarum , quæ per omne sabbathum leguntur.Mich.5 n.10.
40 Videte ergo ne superueniat vobis, quod dictũ est per prophetas, videte contemptores , &c. Hab.1.n.4.&.seq.
47 Posui te in lucem gentium . Hoseæ. 11. numero. 33.Habd.numero.17.Zach.2.numero.18.
47 Ecce conuertimur ad gentes. Zachariæ. 14. numero.9.
Cap.15.
7 Viri fratres vos scitis, quoniam ab antiquis, &e,vsque ad internos,& illos.Ioel.2 . numero.60.
16 Et reædificabo tabernaculum Dauid.Ham.9. num.29.& seq.
20 Abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, & suffocato & sanguine.Hos.4 n 5.
Cap.19.
2 Si Spiritum sanctum accepistis credentes. Ioe. 1.5.
4 In eum,qui venturus esset.Hab.2.n.6.
19 Inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium.Hos.3.n.12.
Cap.20.
29 Quam acquisiuit sanguine suo.Hos.3.numero.9.
Cap.21.
20 Vides frater quot millia sunt in Iudæis, qui crediderunt.Mich.5.53.
Cap.22
20 Cũ funderetur sanguis Stephani testis tui.Hoseæ.11.num.40.
Cap.23.
15 Deuotione deuouimus nos,&c.Soph.1.numero.6.
Cap.27.
19 Tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt.Ionæ.1.26.
38 Alleuiabant nauem iactantes triticum in mare,Ionæ.1.n.26.
Cap.28.
25 Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam.Mal.3.n.6.
26 Auditu audietis,& non intelligetis.Hose.11. n.13.Zach.13.n.12.

EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 1.
De argumento huius epistolæ.Hos.2.n.92. Sopho 3.n.33.
3 Qui factus est ei ex semine Dauid.Mich.5.numero.52.
17 Iustus ex fide viuit. Habac.2.n.14.
21 Euanuerunt in cogitationibus suis,& obscuratum est insipiens cor eorum,&c.Hos.6. numero 44.
24 Tradidit eos Deus in desideria cordis sui in immũditiam,&c.Hos.5.n.18.Ioe.2.num.17.
28 Tradidit illos Deus in reprobũ sensum.Hose. 1.num.115.
Cap.2.
4 An diuitias bonitatis eius,& patiẽtiæ,&c. vsq; ad,Et reuelationi iusti iudicij Dei. Ham.6.numero.14.
5 Secundum autem duriciam tuam,& impœnitẽs cor thesaurizas tibi iram,&c.Hos.c.12.n.2.13 n.18 Ham.6.nu.14.
28 Non enim qui in manifesto Iudæus est, &c. Zach.8.n.40.
Cap.3.
3 Numquid incredulitas eorum fidem Dei euacuauit?Hos.5.n.23.
19 Vt omne os obstruatur,&c.Ioe.2.n.56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

23 Omnes enim peccauerunt & egent gloria Dei Hos. 14.n.16.
25 In sanguine ipsius Zach.9.n.52.
26 Vt sit ipse iustus,& iustificans eum, qui ex fide Iesu Christi.Zach 9.n.35.
29 An Iudæorum Deum tantum?nonne & gentium?immo & gentium? onæ.1.num.5.

Cap 4.

3 Et reputatum est illi ad iustitiam.Hose.13.numero.29.
11 Et signum accepit circuncisionis signaculū iustitiæ fidei,&c. Mich.7.n.55.
11 Vt sit pater omnium credentium, &c. vsque ad,Patris nostri Abrahæ. Et ideo ex fide vsq; ad,Et arena maris.Hos.1.nu.123 Mich.7.numero.54.&.55.

Cap. 5.

5 Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris.Ioe.2.nu.55.
12 Per vnum hominem peccatum intrauit , & per peccatum mors.Hos.13.n.39.

Cap. 6.

6 Hoc scientes , quia vetus homo noster simul crucifixus est,&c.Hos.6.n.6.
21 Quem ergo fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis?Hos.6 n.57.

Cap.7.

4 Vt sitis alterius,qui resurrexit à mortuis. Hos. 3.num.18.
7 Nam concupiscentiam nesciebam, &c. vsque ad,peccatum reuixit.Hoseæ.13.numero. 40. &.41.
22 Conde lector enim legi,&c.vsque ad, De corpore mortis huius Ioel.2.nu.39.&.40.
23 Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in legem peccati,quæ est in membris meis.Mich.7.nu.31.

Cap. 8.

3 Et de peccato damnauit peccatum.Mich.4.numero.28.
18 Non sunt cōdignæ passiones,&c.Mich.6.numero.19.
21 Quia & ipsa creatura liberabitur. Hose.2.numero.67.
22 Omnis creatura ingemiscit, & parturit , &c. Hag.2.nu.34.
26 Ipse spiritus postulat pro nobis.Hos.8.n. 10.
28 Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.Mich.2.n.23.
33 Quis accusabit aduersus electos Dei,&c.Mich.5.n.25.c.6.n.33.
35 Quis nos separabit à caritate Dei.Soph.3.numero.55.

Cap. 9.

3 Optabam ego enim ipse esse anathema. Zach. 14 num.38.
3 Pro fratribus meis, qui sunt cognati mei , &c. Mich.7.n.55.56.
6 Non quod exciderit verbum Dei. Hose.1.numero.124.
6 Non enim omnes,qui ex Israel,omnes filij,&c. &c.Hos.1.n 76 &.124.& Mich.2.n.61. Zacha.12.n.23.Mal.1.n. 10.&.11.
11 Cum enim nondum nati.Mal.1.n.10.
23 Vocabo non plebem meam,plebem meā.Hose.1.n.120.ca.2.n.1.
29 Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semē Ham.5.9.

Cap.10.

10 Corde creditur,&c. vsque,ad saluus erit.Ioel. 2.n.62.
18 Numquid non audierunt,&c.Hos.1.n.135.

Cap 11.

1 Nūquid Deus repulit populum suum,&c.Hose.3.n.16.
5 Si ergo & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratię factæ sunt.Ioe.2.n.63.
5 Reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt Ham.9.n.38.
8 Dedit illis Deus spiritum compunctionis.Hos. 1.nu. 115.
11 Nūquid sic offenderunt,vt caderent. Sopho. 1 n.14.
14 Si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam.Hos.9.23.
16 Quod si delibatio sancta,&c . vsque ad,Propter incredulitatem illorum.Ham.9 n. 32.33. Zach.8.n.3.
18 Noli gloriari aduersus ramos.Zach. 12.n.10.
25 Cæcitas ex parte contigit in Israel,donec intraret,&c.Hose.3.n.16.&.nu.25.Sopho.3.numero.43.
26 Et sic omnis Israel saluus fieret.Zachar.1.numero 57.
33 Et inuestigabiles viæ eius Haba.3.n.62.

Cap.15.

8 Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circuncisionis.Mich.7.n 56.Mal.3.n.14.

Cap.16.

20 Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris velociter.Ioel.2 45.Mal.4. numero.24.
25 Secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti.Mich.5.n. 40.&.41.&.47.

EPISTOLA PRIMA AD Corinthios.

Cap. 1.

2 Qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi.Ioe.2.n.62.
13 In nomine Pauli.Hos.10.n.36.
26 Videte vocationem vestram fratres,quia non multi,&c.Zach.14 n.55.
30 Qui factus est nobis sapientia à Deo,&c.Hos. 5.n.4.

Cap. 2.

15 Spiritualis omnia iudicat.Hos.7.n.19.

Cap.3.

3 Cum enim sint inter vos Zelus, & contentio. Hos.4.n.16.
7 Ego plantaui,&c.Hos.1.n.128.

11 Fundamentum aliud nemo potest ponere præter,&c Zach.3.num.43.
13 Dies Domini.Soph 1.n.28.
18 Stultus fiat,vt sit sapiens Hos.1.n.131.

Cap.4.

5 Quo ad vsque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum , & manifestabit consilia cordium.Mal.4.n.3.

Cap 5.

6 Modicum fermentum totam massam corrumpit.Hos.7.n.5.

Cap 7.

27 Alligatus est vxori,noli quærere solutionem. Malach.2.n.34.

Cap.8.

4 Scimus,quia nihil est idolum in mundo Hos.4. numero.31.
5 Siquidem sunt dij multi.Mal.2.n.24.25.

Cap. 9.

9 Numquid de bobus cura est Deo.Præl 1.numero.21.

Cap 10.

11 In quos fines sæculorum deuenerunt.Habac 2.numero.4.
18 Videte Israel secundum carnem Hos.1.num 125.& Mich.5.n.33.
21 Mense Domini.Mal.1.n.19.
31 Siue ergo manducatis,siue bibitis, siue aliud, &c.omnia in gloriam Dei facite.Zacha.7.numero.5.

Cap.11.

3 Omnis viri caput Christus est,&c.Hos.1.numero.131.
31 Quod si nosmetipsos iudicaremus, non vtiq; iudicaremur.Mich.6.nu.10.Nahum.1.numero.49.

Cap. 12.

2 Scitis autem quoniam,cum gentes essetis ad simulacra muta prout ducebamini euntes.Zach. c.10.n.10.

Cap 13.

1 Velut æs sonans,aut cymbalum tinniens Hos.1. numero.21.

Cap. 14.

12 Quoniā æmulatores estis spirituū.Ho.4.n.23.

Cap.15.

15 Oportet illum regnare,donec ponat inimicos eius,sub pedibus eius Hos.13.n.26.
26 Nouissime autem inimica destruetur mors. Hose.13 num.16.
36 Quod seminas,non viuificatur,nisi prius moriatur.Hos 6 n.10.
54 Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem,&c. Hose.13 à.n.22.vsque.36.
56 Stimulus autem mortis peccatum est, virtus vero peccati,lex.Hos.13.n.40.

EPISTOLA SECVNDA AD Corinthios.

Cap. 2.

14 Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu , &c. Hoseæ. 14. numero.17.

Cap. 3.

18 Nos autem reuelata facie,&c . vsque ad,tanquam à Domini spiritu . Zachariæ. 2. numero.30.

Cap 4.

4 Deus huius æculi Malac 2.n.24 &. 25.

Cap.5.

4 Eo quod nolumus spoliari,sed super vestiri.Malac.2.n.38.
8 Et præsentes esse ad Dominum.Hose 6.numero.8.
21 Eum qui peccatum nō nouerat pro nobis peccatum fecit.Hos.4.nume.14.Mich.4.n.28.

Cap.6.

15 Quæ autem conuentio Christi ad Belihal? Nah.1.num.46.
16 Qui autem consensus templo Dei cum idolis?Hag.1.n.37.
16 Vos enim estis templum Dei viui.Hag.1 numero.37.

Cap.9.

6 Qui parce seminat,parce & metet:& qui seminat in benedictionibus de benedictionibus, &c Hag.2.n.69.

Cap 10.

4 Nam arma militiæ nostræ carnalia sunt,sed potentia à Deo.Zach.9.n.61.

Cap 11.

29 Quis infirmatur,& ego non infirmor? Ham. 6.nu.26.
30 Quæ infirmitatis meę sunt gloriabor.Hamos. 6.26.

Cap.12.

5 Nisi in infirmitatibus meis.Ham.6.26.
9 Virtus in infirmitate perficitur.Ham.6.n.26.

Cap.13.

3 In me loquitur Christus.Hos.1.18.

EPISTOLA AD GALAT.

Cap.1.

De argumento huius epistolæ.Soph 3.n.33.
16 Vt reuelaret filium suum in me.Zacha.4.numero.16.

Cap.2.

1 Quia reprehensibilis erat Soph 2 n.2.&.3.
4 Quomodo cogis gentes Iudaizare.Hos.1.numero.79.
15 Nos natura Iudæi,&c.vsque ad, Vt iustificemur ex fide Christi,& non ex operibus legis. Hag.2 n.18.
16 Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.Ioe.2..n.56.

Cap.3.

7 Qui ex fide sunt ij sunt filij Abrahæ.Hos.1.numero.124.
11 Iustus ex fide vinit.Haba 2.n.14
13 Christus nos redemit de maledicto legis fact⁹, pro nobis maledictum.Ham.2.n.20.

Cap.4.

9 Cum cognoueritis Deum,imo cogniti sitis ab eo.Hos.8.n.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

21 Dicite mihi,qui sub lege vultis esse,&c. scriptum est enim quod Abraham duos filios habuit,&c. Hos. 11. n. 9.
27 Lætare sterilis,quæ non paris,erumpe, & clama,quæ non,&c. Mich. 5. n. 48.
29 Quomodo tunc is qui secundum carnem erat persequebatur eum, qui secundum spiritum ita & nunc. Ham. 8. nu. 24.

Cap. 5.

8 Modicum fermentum totam massam corrumpit. Hos. 7. n. 5.
19 Manifesta sunt opera carnis,&c. Ioe. 2. numero. 15.

Cap. 6.

5 Vnus quisque onus suum portabit. Nah. 1. numero. 4.
8 Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Hos. 5. n. 11. Mich. 5 n. 33.
16 Et super Israel Dei. Ioe. 3. n. 7. Zachar. 12. numero. 23.

EPISTOLA AD EPHESIOS.

Cap. 1.

15 Fidem vestram,quæ est in Domino Iesu. Hos. 8 num. 13.
17 In agnitione eius. Hos. 8. n. 13.

Cap. 2.

3 Eramus,& nos natura filij iræ. Hos. 10. numero. 29.
3 In quibus,& nos omnes aliquando conuersati sumus. Mal. 2. n. 22.
4 Et cum essemus mortui peccatis cõuiuificauit nos Christo,&c. Hos. 6. nume. 6. & cap. 13. numero. 25.
12 Alienati à conuersatione Israel,& hospites testamentorum,&c. vsque ad, Et Græco. Mic. 7. num. 56.
13 Qui eratis longe. Zach. 6. n. 38.
21 In quo omnis ædificatio constructa crescit. Zach. 9. 63.

Cap. 3.

14 Huius rei gratia ego Paulus, huius rei gratia flecto genua. Zach. 13. n. 11.
17 In caritate radicati & fundati Hos. 14. n. 15.
17 Christum habitare per fidem in cordibus vestris. Hag. 1. n. 37.

Cap. 4.

6 Vnus Deus,& pater omnium. Malac. 2. numero. 21.
11 Alios pastores,& doctores. Mic, 5. n. 59.
13 Donec occurramus omnes. Zach. 1. n. 59.
15 Veritatem autem facientes. Hos. 7. n. 1.
26 Sol non occidat super iracundiam vestram. Ham. 8 n. 42.

Cap. 5.

27 Vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam nõ habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Ioe. 3. n. 22.

Cap. 6.

4 State ergo succincti lumbos vestros. Nah. 2. num. 40.

EPISTOLA AD PHILIPPENS.

Cap. 2.

15 Lucetis sicut luminaria in mundo, Zac. 4. numero. 5.
27 Nam & infirmatus est vsque ad mortem. Ionæ. 4. n. 18.

Cap. 3.

2 * Videte concisionem. Ioe. 3. n. 20.
3 Nos enim sumus circumcisio. Zach. 8. n. 40.
2 * Qui reformauit corpus humilitatis nostræ. Hos. 6. nu. 5. & 6.
19 Quorum Deus venter est. Malach. 2. numero. 24. & 25.

EPISTOLA AD COLOSSEN.

Cap. 1.

13 Et transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Hos. 10. n. 28.

Cap. 2.

8 Videte ne quis vos seducat per prophetiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum. Soph. 1. n. 16.

Cap. 3.

14 Super omnia autem hæc caritatem habete, quod est vinculum perfectionis. Mich. 1. numero. 23.
19 Et nolite amari esse. Habac. 1. 15.

EPIST. I. AD THESSALONICE.

Cap. 4.

17 Simul rapiemus cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Ioe. 2. n. 3. Mal. 4. n. 6.

Cap. 5.

3 Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repẽtinus,&c. Ham. 3. n. 12.

EPISTOLA II. AD THESSALONICENSES.

Cap. 2.

2 Quasi instet dies Domini. Sop. 1. n. 28.
4 Ita vt in templo Dei sedeat. Hos. 3. n. 25. Zach. 5. n. 23. c. 11. n. 51.
8 Quẽ Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Haba. 3. n. 44. Zach. 11. n. 52.
10 Pro eo quod caritatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credant mendacio. Hos. 13. num. 17. Zach. 5. n. 24. c 11. n. 52.

EPISTOLA. I. AD TIMOTHEVM.

Cap. 1.

19 Habens fidem,& bonam conscientiam, quam quidem repellentes. &c Hos. 1. n. 119.

Cap 3.

15 Columna & firmamentum veritatis. Zacha. 8. num 15.

Cap. 4.

Cap. 4.

1 In nouissimis temporibus. Mich. 4. 5. & 11.
1 Attendentes spiritibus erroris. Hoseæ. 4 numero. 23.

Cap. 6.

10 Radix omnium malorum est cupiditas. Mich. 6. num. 33.
17 Diuitibus huius sæculi præcipe. Non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum. Hos. 12. n. 12.
20 Depositum custodi. Mal. 2. n. 15.

EPISTOLA. II. AD TIMOTHE.

Cap. 1.

19 Cognouit Dominus,qui sunt eius. Mich. 2. n. 54. Nah. 1. n. 16.

Cap. 3.

5 In nouissimis diebus. Mich 4. n. 8.

EPISTOLA AD TITVM.

Cap. 1.

2 Ante tempora sæcularia. Mich. 5. nu. 40. & 41. & 47.
16 Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Hos. 14. n. 5.

Cap. 3.

5 Per lauacrum regenerationis, & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nos abunde. Ioe. 2. nu. 55.

EPISTOLA AD HEBRÆOS.

Cap. 1.

1 Multifariam multisq; modis,&c. Hos. 12. n. 13. Mala. 3. n. 6.

Cap. 2.

7 Minuisti eum paulominus ab angelis. Hos. 12. numero. 7.

Cap. 4.

9 Relinquitur sabbathismus populo Dei. Ham. 6 numero. 13.
12 Viuus est enim sermo Dei, & penetrabilior. &c. vsque ad, Medullarum. Sophon. 2. numero. 62.
11 De quo nobis grandis sermo, & interpretabilis ad dicendum. Haba. 3. n. 62.

Cap. 6.

13 Abrahæ namque promittens Deus quoniam neminem habuit,&c. Hamos. 6. numero. 28.

Cap. 7.

4 Cui,& decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Ham. 4. 10.
5 Adhuc enim in lumbis patris erat. Nah. 2. num. 40. & 67.
12 * Translato enim sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Hoseæ. 4. numero. 12.

Cap. 8.

11 Et non docebit vir vltra proximum suum, &c. omnes enim cognoscũt me à minimo, vsq; ad maximum Hos 4 n. 1.

Cap. 9.

16 Vbi est testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Zac. 9. 53.

Cap. 10.

18 Irritam quis faciens legem Moysi,&c. vsque ad, Contumeliam fecerit. Habac. 1. n. 51.
26 Voluntarie enim peccantibus nobis,&c. Ioe. 2. n. 61. & 62.
35 Nolite itaq; omittere confidentiam vestram, &c. Haba. 2. n. 11.
37 Adhuc enim modicum aliquantulum, qui vẽturus est, veniet. Habac. 2. nu. 6. 7. & 11. Hag. 2. 11.
38 Quod si substraxerit se, non placebit animæ meæ. Haba. 2. n. 13. & 14. & Hos. 9. n. 5.

Cap. 11.

Ad intelligendum multa huius capitis vide Hos. 10. 53.
5 Ante translationem autem testimonium habuit placuisse Deo. Mich. 6. 28.
9 Fide demoratus est,&c. vsque ad, Fundamenta habentem ciuitatem. Soph. 3. n. 16.
13 Et confitentes quoniam peregrini, & hospites sunt super terram. Hos. 4. n. 7.
13 Non acceptis repromissionibus,&c. Hos. 14. num. 26.

Cap. 12.

12 Non claudicans quis erret. Mich. 2. nume. 49. & 50.
12 Remissas manus,& soluta genua erigite. Nahu. 2. nu. 65.
21 Moses dixit, Et territus,& tremebundus. Hose. 10. 53. & Ham. 5 n. 71.
25 Videte,ne recusetis,&c. vsque ad, vt maneãt ea quæ sunt immobilia. Hagg. 2. n. 25.
28 Itaque regnum immobile suscipientes habemus gratiam, per quam seruiamus placẽtes Deo Hag. 2. n. 28.

Cap. 13.

8 Iesus Christus heri,& hodie. Mich. 2. n. 34.
14 Non habemus hic manentem ciuitatem. Sopho. 3. n. 16.
15 Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Hos. 14. n. 8.
16 Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Hos. 6. nu. 27.

EPISTOLAE IACOBI.

Cap. 1.

1 Duodecim tribubus quæ sunt in dispersione. Hos. 1. n. 102.
17 Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Mal. 3. n. 28.

Cap. 2.

13 Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Hos. 5. n. 1.

Cap. 4.

5 Deus superbis resistit. Hos. 7. n. 8.
6 Humilibus autem dat gratiam. Sop. 2. n. 4.
7 Subditi ergo Deo estote, resistite autẽ diabolo

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fugiet à vobis. Hos. 1. n. 62.

Cap. 5.

3 Aurum, & argentum vestrum æruginauit, &c. Mich. 6. 32.
7 Patientes igitur estote fratres, &c. Haba. 2. nu. 11. &. 12.
17 Et non pluit. Mal. 13. n. 33.

EPISTOLA I. PETRI.

Cap. 1.

Circa titulum huius epistolę vide. Hoseæ. 2. numero. 4.
4 Conseruatam in cœlis in vobis. Hose. 10 mumero. 36.
5 Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute scientiam, &c. Hos. 4. n 4.
5 In tempore nouissimo. Mich. 4. n. 9.

Cap. 2.

4 Ad quem accedentes lapidem viuum, &c. Hamos. 9. 21. Zach. 9 n 33.
7 Nō credentibus autem lapis, &c Hos. 13. n. 33. cap. 14. nu 25.
7 Vobis igitur honor credentibus, &c. Hose. 14. num 25.
9 Vos autem genus electum, &c. vsque ad Misericordiam consecuti. Hose. 1. à numer. 121. & ca 2 à nu. 1.
9 Regale sacerdotium. Mal. 3. 39.
11 Tanquam aduenas, & peregrinos Hos. 4. 7.

Cap. 3.

20 Quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe Hos. 1. 74.

Cap. 4.

17 Quoniam tempus est, vt incipiat iudicium à domo Dei. Ham 3. n 1. Nah. 3. 16.
17 Si autem primum à nobis, &c. Nah. 3. n. 16.
18 Et si iustus vix saluabitur, quanto magis impius, & peccator. Soph. 2. n. 6.

Cap 5.

2 Pascite qui in vobis est gregem. Hoseæ. 14. numero. 11.
5 Deus superbis resistit. Hos. 7. 8.
5 Humilibus autem dat gratiam. Sophon. 2. numero 4.
8 Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret. Hamos. 3. num. 5.

EPISTOLA. II. PETRI.

Cap. 1.

5 Ministrate in fide vestra virtutem in virtute, &c Hos. 4. n. 4
21 Sed spiritu sancto inspirati locuti sunt. Mal. 3 num. 6.

Cap. 2.

5 Noe iustitiæ præconem. Hos. 1. n. 74.

Cap 3.

3 In deceptione illusoris Hos 7. n. 7.
3 Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores. Mich. 4. n. 9.
8 Quia vnus dies apud Dominū sicut mille anni &c. Hagg 1. n. 21. 22.
9 Non tardat Dominus promissionem suam. Habac. 2. n. 5.

EPISTOLA I. IOHANNIS.

Cap. 1,

1 Quod fuit ab initio, Mich. 5. 44.
1 Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris Hag 2. n. 60.
8 Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus ipsi nos seducimus Soph 3. n. 34.

Cap. 2.

4 Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Hos 4. n. 1.
18 Nouissima hora. Habac. 2. n 4 Hag. 2. 21.
18 Et sicut audistis quia Antichristus veniet, nūc Antichristi multi facti sunt. Ionę. 1. n. 16.

Cap. 3.

2 Nunc filij Dei sumus, & nondū apparuit, quid erimus. Hag. 2 82.
4 Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit Soph. 3 n 34.
8 Qui facit peccatum, ex diabolo est. Soph. 3. numero. 34.

Cap. 4.

1 Nolite credere omni spiritui. Hos. 4. 23.

EPIST. IVDÆ.

9 Imperet tibi Dominus. Zach. 3 n. 11.
15 Ecce venit Dominus cum sanctis millibus suis Zach. 14. n. 19. 20. & 21.

APOCALYPSIS B. IOHANNIS Apostoli. Cap 1.

4 Et à septem spiritibus. Zach. 3. 45. 46. 47.
6 Et sacerdotes Deo. Malac. 3. num 39.
7 Et videbunt eum omnis populus, & qui eum pupugerunt Zach. 12. nu. 15. 16. 17. 18. & 19.
7 Et in medio candelabrorum similem filio hominis vestitum podere, &c. vsque ad, Zona aurea. Mich. 2. num. 52. 53.
20 Candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt. Zach. 4. num. 4.

Cap 2.

5 Et prima opera fac. Mich. 4. 60.
9 Et blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt Zach 8. n. 40. Hos. 1. n. 129.
14 Quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, &c. Mich 6. n. 6. & 18.

Cap. 3.

1 Qui habet septem spiritus Dei. Zachar. 3. numero. 47
2 Confirma cetera, quæ moritura erant. Hoseæ. 4. num. 8.
11 Tene, quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. Hos. 1. numero. 128. Habd. 123. Zachar 11. 46.

Cap 5.

6 Et oculos septem qui sunt, nisi septem spiritus Dei missi in omnem terram? Zacha. 3. 45. 46. 47.

8 Et

8 Et cum apperuisset librum. Prælud. 1. n. 15.

Cap. 6.

2 Equus albus. Zach. 1. n. 18.
4 Equus rufus, Zacha. 1. n. 14.
12 Sol factus est niger sicut saccus cilicinus, Hamos. 8. 30.
13 Sicut ficus emittit grossos suos, cum à vento magno mouentur. Nah. 3. n. 23.
15 Et reges terræ, & principes, &c. vsque ad, montium. Nahu. 3. 30.
16 Cadite super nos, &c. Hos. 10. 24.
17 Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, Hos. 10. n. 137.

Cap. 7.

8 De tribu Ioseph, Hamos. 5. nu. 16. Zach. 1. numero. 16.
9 Ex omnibus gentibus, & populis, & tribubus, & linguis, Mich. 4. 23.
16 Neque cadet super illos sol, Ionę. 4. 29.

Cap. 8.

10 Et cecidit in tertiam partem fluminum, & facta est tertia pars aquarum in absynthium, Habac. 3. n. 37.

Cap. 11.

1 Et datus est mihi calamus, &c. vsque ad, Quoniam datum est gentibus, Zach. 4. numero. 10. &. 11.
3 Dabo duobus testibus meis, & prophetabunt Hos. 3. n. 26. &. c. 11. n. 40.
8 Quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & AEgyptus, Zach. 14. 44.
44 Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra, Zacha. 4. num. 8.

Cap. 12.

2 Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, Mich. 1. n. 50.
8 Neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Nahu. 1. 19.
10 Qui accusabat illos, Zach 3. n. 28.

Cap. 13.

8 Agnus occisus ab origine mundi, Hos. 6. numero. 22.

Cap. 14.

10 Et hic bibet de vino iræ Dei, quod mixtū est mero in calice iræ ipsius, &c. Mich. 2. nu. 41. 42. 43.
15 Mitte falcem tuam, &c. Ioe. 3. n. 17.

Cap. 15.

6 Septem angeli, Zach. 3 n 47.

Cap. 16.

1 Septem angelis, Zach. 3. 47.
3 Effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquam mortui, Haba. 3 n. 37.
5 Et audiui angelum aquarum dicentem, iustus es Domine, Habac. 3. n. 42.
8 Et quartus angelus effudit phialam suam in solem, &c. Ionæ. 4. n. 30.
14 Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, &c. Habac. 3 n. 40.
18 Et facta sunt fulgura, & voces, &c. Habac. nu. 40. 43.

Cap. 17.

1 Septem angeli, Zach. 3. n. 43.

Cap. 18.

7 Cecidit Babylon, Zach. 2. n. 13.

Cap. 19.

13 Et vestitus erat veste aspersa sanguine. Zacha. 1. n. 55.
15 Et ipse calcat torcular, Ioel. 3. 19.
15 Et ipse reget eos in virga ferrea, Mich. 5. numero. 5. n. 63.

Cap. 22.

1 Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ splendidum, &c. Ioe. 3. n. 3.
11 Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est sordescat adhuc. Ham. 4. n. 8.
15 Foris canes venefici impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat, & facit mendacium. Ioe. 3. n. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LECTORI, DE INDICE rerum & verborum.

STatueram indicem rerum ad ſacras conciones pertinentium ab indice communi ſeiungere, vt citius, ac facilius ſe ſe oculis cõcionatorum offerrent. Sed quoniam multa ſunt in communi indice, quæ iuuare eos poſſint, conſultius viſum eſt in vnum omnia congerere: curauimus tamẽ, vt quæ vtiliora viderentur ad conciones, aſteriſcis in margine ſignarentur, aut linea lõga, quæ vtrimq; aſteris terminaretur, & quæ ad vocabulorum interpretationem, atque ad phraſes ſcripturæ pertinent ſigno crucis in principio diſtinguerentur, quo et index eſſet integer, & laborem hæc, aut illa quærentium leuaremus. Indicem Euangeliorum totius anni non adieci: quoniam quod mihi conſentaneum huic, aut illi Euangelio videbitur, id alteri aliud agenti diſſentaneũ videri poteſt. Conſultius putaui, ac lectori vtilius, vt quiſque pro arbitrio, aut pro re ex alijs indicibus peteret, quæ vtiliora inſtituto ſuo iudicaret, ita enim plura ſine dubio, et vtiliora inueniet, quam ſi ſingula certis diebus, ac certis Euangelijs addicerentur. Quemadmodum ſi quis de illis verbis Domini agere velit: Cum ieiunatis nolite fieri, ſicut hypocritæ triſtes: videat primum indicem locorum ſcripturæ, videat verbum Ieiunium, & verbũ Hypocriſis, & verbum Triſtitia. Protinus occurret quidquid in toto opere ad hæc vtile erit. Atque hæc omnia Euangelio quartæ feriæ Cinerum aſſignata, alijs fortaſſe minime vtilia putarentur, aut eorum lector non recordaretur: nunc autem ita poſita ſunt, vt vbicunque de ieiunio, aut de hypocritis, aut de triſtitia ſermo inciderit, facile poſſint ex ſuis locis accerſi, & æquè multis Euangelijs, diuerſiſque prodeſſe. Vale.

INDEX

INDEX RERVM, ET VERBORVM.

Litera C caput. N numerum marginí adſcriptum indicat.

A.

A. vel Ab.

† Ponitur pro Per, Hoſ c.7.n 31. Mich 2 n.64. Pro Propter, Hoſ.7.n.31. Pro In, Habac.3 numero.25.

Aaa.

An ſit vnica ſyllaba, & quomodo proferendũ, Ioe.1.n.26.

T Aaron, vide Aharon.
Abacuc, vide Habacuc.
Abdias, vide Habdias.

Abias.

Quo tempore, & quantum regnauerit. Prælud 2.n.27.

Abies arbor.

Quæ eius natura, Hoſ 14.12.

† Significat homines dignitate præcellentes, Zacha. 11.n.5.37. Superbos, ibidem n 37.

Abnegatio.

* Abnegatio ſui quo magis creſcit, magis creſcit conſolatio, Iam 2.51
Magnam vim habet aduerſus tentationes, & tentatorem, Mich.4.79.80.
Sacrificium eſt, quod Deo offertur, Ionæ.2.38.
Efficit gaudium, & lætitiam, & ſollemnitates præclaras, Zach.8.44.45.
Abnegator ſui plurimos, & magnos ad Deum adducet. Zach 8.45 46.
Abnegatio dicitur mens, Hag 1.n.50 granum ſynapis, Hag.2 84. Eadẽ dicitur Myrtus. & myrrha, Zach. 14 64. Commendatur, Hoſe 2.100. Hag.1.50.&.c 2 84. Zach.6.24.

Acutus.

Acuti, & perſpicaces magis puniendi. Zachar. 9.22.

Adulator.

Adulatores, qui plangunt mortuos lucri aut gloriæ causa, lugebunt, Ham.5.46.47.
Adulatores peccantium, & eorum exitus. Hamos 6 37.39
* Adulatores ſunt diuini videntes mendacium Zach.10 29.

Abominatio.

† Carnes idolis immolatas ſignificat. Zach.9.numer.17.

Abraham.

† Vnde ſit dictus, & quid eius nomen ſignificet. Ioel.1.num 20.
†* Filij Abrahæ qui. Hoſ.1.nu.123.
Pater omnium credentium Mich 7. nu. 54.55.
Promiſsio, & iuramentum à Deo facta Abrahæ cur ex miſericordia impleta dicantur; facta vero Iacob, ex iuſtitia. Mich.7.nu.54.56.

Abſcondere.

† Significat protegere Soph.2 nu 6.

Abſinthium.

† Ponitur pro ira, & amaritudine. Ham. 5. numer.18.

Abſtinentia.

* Commendatur Ionæ 3. numer.30.41. Zach.7 num.3.

Abſtractum.

† Nomen abſtractum pro concreto. Hoſ.5 numer 4.

Abyſſus.

† Quid proprie ſignificat. Ham.7.nu.5.
Accaron, vide Haccaron.

Accingere.

† Lumbos accingere ſignificat paratum eſſe ad aliquid faciendum, & libidinis motus compeſcere. Nah.2.nu.40.

Accipere.

† Faciem alicuius accipere eſt eius perſonam accipere. Mal.2. nu.19.

Acceptio.

Perſonarum acceptio reprehenditur. Mal.2.numer.19.

Achaz.

Quo tempore, & quot annos regnauerit. Præl 2. num 27.

Acrabathene prouincia.

Vbi ſita. Habd, num.57.

Actio.

** Modeſtia actionum Deũ præſe ferr. Hoſ.14

Universidad de Deusto
Biblioteca

num.18.
* Bonæ actiones per filios significatæ. Zachar. 8.nnmer.23.

Actiuus.
† Vox actiua pro passiua. Mich.2.nu.17.31.

Actus.
Humani actus cur speciem ex obiecto habere dicantur. Hos.9.nu.16.

Adadremmon, vide Hadadremmon.

Adam.
† Interdum est nomen proprium, interdum commune. Mich.2.nu.29.
Agriculturæ magister fuit Zach.13.nu.9.

Adama vrbs.
Vbi sita fuerit. Hos.11.nu.30.

Adamas lapis.
† Vnde dictus, & quæ eius natura. Ham.7.n.12. Zach.7.nu.10.
* Hirci sanguine dissoluitur, & non aliter. Zach. 7.nu.18.
* Cor peccatoris significat. Zach.7.nu.18.

Addò nomen viri.
Propheta sic dictus alius fuit ab Addo Zachariæ prophetæ auo. Prælud.4.nu.3.

Addo verbum.
† Significat iterũ facere quod quis iam fecerat. Hos.1.nu.92.

Adhærere.
* Deo adhærendum. Ham.8.nu.24.25.26.

Adhuc.
Ponitur pro Post. Hos.1.num.64.

Adinuentio.
Quid significet, Hos.9.num.30. Soph.3.n.31.

Adon, Adonai, Adonim.
Quid significet. Mich.5.num.38.
Cur Deus appelletur plurali numero Adonim ibidem. †

Adorare.
Deus omni loco adorandus prædicitur. Soph.2. num.44.ca.3.nu.32.

Aduena, vide Peregrinus.

Aduentus.
Christi Domini nostri aduentus, vide Christus.
* Trinitatis aduentus in animam iusti. Hag.2.n. 59.60.
* Quomodo Deus aduenire dicatur. Hag.2.numer.61.

Aduerbium.
† Nomen pro aduerbio. Ionæ.3.nu.32.

Aduersus, vel Aduersum.
† Ponitur pro coram. Habd.nu.40.

Aduersus, a, um.
vide etiam, Patientia, Et tentatio.

* Res aduersæ sunt Dei beneficia. Mich.6.n 14.
† Lætitia afficiebant sanctos. Hos.2.nu.84. Zach.4.num.42.43. † Spem corroborant. Hos.2.nu.n.88.89. † Ignis dicuntur. Zach.13.n.17. † Nox dicũtur. Ioe.3.nu.21. Ham.5.nu.48.ca.8.nu 29. † Conuertunt, & ducunt nos ad Deum, Hos.2.nu.59. Ionæ 2. num.28.29. Mich.6. nu. 13. Nah.1.nu.49. Soph.1.nu.76.ca.2.nu.58. † Lętatur Deus dum videt nos eius amore eas pati. Soph. 3.nu.38. Zach.13.nu.17. † Propter peccata nobis à Deo mittuntur. Ham.3.nu.10.ca.4. nu.14. vsque ad finem. Hag.1.num.42.43. Mal 1.nu. 27. † Improbi aduersis rebus deteriores fiunt. Zach.8. nu. 44. † Quomodo Deus consolatur suos in aduersis, vide Tentatio.

Adulla vrbs.
Vbi sita Mich.5.numer.45.

Adulter.
* Inanis gloriæ cupidum significat. Mal.3.n. 38.

Ædificare.
† Domum alicui ædificare est filijs eum augere. Ham.9.nu.21. Mal.3.nu.43.
* Domum in cœlis ædificare est gloriam æternã comparare. Mich.3.nu.24.
* Domum Domino ædificare est animam ab omni inquinamento mundare. Hag.1.numer.37. & seq.
* Ciuitates ædificare est peccatorum. Soph. 3. num.17.

Ædificium.
* Spirituale ædificiũ corruit per peccatũ mortale. Mich. 1.nu.23.24. † Instauratur per Christum, & quomodo Ham.9.nu.48. Zach.4. num.39.ca.7.nu.13.
* Ecclesia Christi ædificium. Zach.2.per totum, & 3.nu.43.ca.9.n.69.

Ægyptus, Ægyptius.
Situs Ægypti. Ham.6.nu.43. Nah.3.nu.8.
Ægyptij à quo oriundi. Nah.3.nu.9.
Captiuitas Ægypti quo tempore soluta Præl.2. nu.27.
Libertas spiritualis Ægypti. Mich.7.nu.58.62.
* Seruitus Ægyptiaca est voluptatibus vacare. Mich.6.nu.14.
Educit Dominus ex Ægypto, cũ liberat à peccatis, & cum ducit ad religionem. ibidem.
Ægyptus interpretatur afflictio. Nah.3.n.20. Zach.14.nu.65.
Ægyptus significat mundum, siue sæculũ. Mich.6.nu.14. Ierusalem, Zach.14.nu.44. Exilium mundi. Zach.14.nu.65.
Ægyptij: Iudæi. Zach.14.nu.44.
Romani quando ceperint Ægyptum. Zach.6.nu. 12.13.
* Ægyptij in mari rubro submersi, sunt peccata nostra in passione Christi Domini submersa.

Mich.7.n.66 Zach.14 n.27.

AEmulatio.
† Quid significet in Scriptura sacra. Ioe.2.n.32. Nah.1.n.7.

AEnigma.
† Quid significet in Scriptura sacra. Mich.2.numero.11.12.

AEolia, AEoles.
A quo nomen, & genus ducant. Ionæ. 1. numero.8.

AErugo.
† Quid sit, Ham.4.n.20.

AEternus, AEternitas.
† Æternum, pro tempore longo. Habd. nu.37. Mich.5.n.40.41.45.
In æternum, & vltra, id est vltra omnem durationis mensuram. Mich.4.n.47.
† Dies æternitatis, quid significet. Mich.5. numero.39.

AEthiops, AEthiopia.
Æthiopiæ situs. Soph.3.n.28.
Duplex AEthiopia. Soph.3.n.25.
AEthiopes à quo oriundi. Nah.3.n.9.
Quando à Nabuchodonosor victi. Sopho.2. numero.46.
* AEthiopes in malam partem sumi solent, significantque homines qui peccandi consuetudinem quasi in naturam verterunt. Ham. 9.n.18. Haba.3.n.33. Sopho.2.nu.60. ca.3. numero.47.
In bonam partem sumuntur. Sophon.1. numero.39.

Affectus, Affectio.
† Deo quomodo tribuantur humani affectus. Hoseæ.1.nu.104.cap.11.numc.31. Ham.2.numero.20.
* Humani affectᵘ quot & quales. Ioe.1.n.16. & seq.c.2.n.12. Zac.1.n.73 & seq.c.7.n.16.17.
Affectus quatuor quomodo animam vastẽt. Ioi.1.16. Zacha.1.73.capi.7.16.
Affectus omnes animam vastant, & eorum descriptio. Ioe.2.13.
Affectus quatuor sunt quatuor cornua quibᵘ diabolus omnes ventilat. Zach.1.73.
Affectus animi concitati, quibus in bona sæculi ferimur, equi sunt, quibus ferimur in præcipitium. Zach.6.23.
Huiusmodi equi lege prohibentur, & dispertendi sunt ex iustis, ibid.
Affectus ijdem sunt quadrigæ. Zacha.6.25. & quatuor venti cœli, & per eos Deus punit ingratos, & inobedientes. ibid.n.27. & mutuo sese vincunt ibid.n.28.
* Iumenta dicuntur. Zach.2.27.

Africa, Afer.
A Nabuchodonosor subacta. Nah.2.n.18.
A quo oriundi Afri, Nah.3.n.9.

Aggrauare.
Significat multiplicare. Habac.2.n.30.
Significat impedire magno aliquo pondere. Zach.7.n.10.
Aures aggrauare, inobedire obstinate. ibidem.
Cor aggrauare, pertinaciter in proposito manere. ibidem. †

Agnus.
* Agni paschalis ossa, cur non frangebantur. Præl.1.num.20.

Agricola.
Spiritualis agricola. Hos.8.nu.19.cap.10.numer.39.
In malam partem sumitur. Ham.5.nu.46.
Adam primus agricola. Zach.13.nu.9.

Aharon.
Quot annos vixerit Ham.5.nu.61.63.
Est typus Christi Domini Mich.6.nu.15.
Presbyterorũ, & magistrorum typus. Mich.6. num.17. *

Ala.
† Vento tribuuntur alæ ob eius celeritatẽ. Hos. 4.num.48.

Albertus Magnus.
Qualis scripturæ sacræ interpres in procem. in. Zach.nu.9.

Albus.
† Color albus lætitiæ signum, & prosperitatis. Zach.1.nu 18.ca.6.nu.4.
† Deliciarum signum. Zach.6.nu.4.

Alcuinus.
Qualis scripturæ interpres, in proœm. Mal nu.11.

Alexander.
Eius dominandi cupiditas. Mich.2.nu.22.
Beneficus in templum Iudæorum. Zach.6.nu.4.

Alexandria.
Vbi sita, Hoseæ.9.6. Nah.3.6.&7.&8.
Alexandriæ vastitas prædicitur. Nah.3.10.
* Alexandria iustorum typus. Nah.3.13.
* Animæ typus. Nah.3.20.

Alienigena.
Ponitur pro Philisthæo seu Palæstino. Habd. num.90. Soph.2.23. †
Allegoria Allegoricus, vide sensus, & Figura.
Multa inueniuntur in prophetis, & scripturis de Christo Domino, & Ecclesia Allegoricè dicta, Præludio.1.nu.3.& 5.7.17.& 18. Hoseæ. 1.num.112.
Cur sancti patres tam sæpe Allegoriee intellectis testimonijs vtantur. Præl.1.nu.20. & 22.
Allegoricus sensus est potior literali, & magis ab Spiritu sancto intentus: quæritur propter se, vt finis, literalis vero propter finem. Prælud.n. 20.& 21.
Allegoricus sensus quomodo ad argumentandum sit aptus: & quando ineptus. Prælud.1. num.22.
Allegoricus sensus vnde petendus. Hoseæ.11.n. 5.& sequen.
Allegoria quomodo à metaphora differat. Ioel. 1.19.
Allegoriarum regulæ tres maxime necessariæ. Ionæ 4.nu.5.6.
Silua Allegoriarum quam vtilis liber. in Proœm. in. Mal.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alligare.
† Pro vulnera curare Hos.6.num.3.
Altare.
† Altaria templi Herosolymitani.Ioel.2.num.28.29.
† Altare pro mensa.Mal.1.num.19.
Altitudo.
Altitudo angeli,& cælum.Habac.3.nu.41.
Amaritudo Amarus.
† Pro ira sumitur Hoseę.14.nu.2.Ham.5.n.18.
| Ponitur pro peccato.Hose.12.20.Ham.5.18.
| Mich.1.num.39.
† Amarus,id est,contristans.Habac.1.15.
Amarias.
Transfertur sermo Domini Soph.1.58.
Amasias.
Quo tempore,& quot annos regnauerit.Prælud.2.27.
Transfertur fortis Dei Ham.7.24.
Ambitio.
Ambitio quærentium loca eorum, qui defuncti sunt.Hos.5.30.
Ambrosius.
Qualis scripturæ sacræ interpres.In Proœmio in Malach nu.11.
Ambulare.
† Significat eundem consensum cum alio habere.Mich.6.nu.29.
| Ambulare coram Deo, vel in conspectu Dei, est placere Deo.Hos.6.nu.7 & 8.
| Coram Deo stare,est paratum esse ad Dei iussa facienda Zach.6.nu.7.
| Ambulare cum Deo, est voluntate cum eo coniungi,& ei placere Ham 3.nume.4.Mich.6.28.
| Ambulare in nomine Dei est colere Deū.Mich 4.46.
† Ambulare significat operari.Mich.4.46.
Amicus.
* Amici sæpe adiuuant ad peccandum.Ham.6.37.
| Amicos semper reseruat Deus,quibus loquatur,& per eos alios doceat.Hag.1.33.
| Amicitia qualis esse debeat.Hos.13.5.
* Amon.
Quo tempore,& quot annos regnauerit Prælud.2.27.
† Quid eius nomen significet.Soph.1.40.
Nomē gentis,& vrbis postea Philadelphia dicta.Soph.2.nu.24.
Hammonitæ crudeles animi motus Soph.2.41.
Amor, vide etiam caritas.
* Amor Dei erga homines.Hos.1.60.cap.2.95.cap.3.34.cap.6.27.& 42.cap.11.nu.20.21.& 22.cap 13.nu.5.6.Zach 2.nu.20.& 28.cap.6.41.& 42.Mal 1.nu.25.& 26.
Amor hominū erga Deum.Hos.2.95.
Primum legis mandatum est amoris.Hos.11.numer.22.
† Amor sui per Nilum significatus.Soph.3.47.
† Amor sui Babylonem ædificat Ham.6.nu.35.ca.8.23.& seq.Mich.6.42.
* Amor sui quid efficiat.Hag.2.nu.77.& 8.
| Amor proprius, quibus modis resistat amori Dei,& abeo vincatur.Ham 7.24.
| Amor proprius est fons omnis immunditiæ nostræ.Hag.2.80.
| Quæ mala cum maneant.Ham.7.15.
*Amoris Dei effectus.Hag.2.nu.61.62.
Generis communio,& religionis societas duę maximæ causæ mutui amoris.Mal.2.22.
Amorrhæi.
Qui essent.Ham.2.24.
Amos propheta, vide Hamos.
Amos Pater Isaiæ.
Distinctum nomen est à nomine Hamos prophetę,Prælud.3 nu.4.Prælu.4.5.
Amos pater Isaię non est,qui inter duodecim prophetas numeratur.Præl.4.num.2.4.& 5.
Amphora.
Amphoræ mensura in loco publico apud Romanos posita Ham.8.16.
Amplificatio.
† Amplificatio verborum quomodo in scriptura inueniatur.Habd. nu.33.Soph.1.65.
Amulius.
Quo tempore regnauit.Præl.2.num.3.
Anathema.
† Idem est quod occisio,id est,res,quæ occiditur in sacrificium.Zach 14.38.
Andreas.
Andreas Osiander, vide Osiander.
Angelus.
* Angeli venturi cum Christo ad Iudiciū.Nah.2 nu.55.Habac.3.41.
Angeli vocantur altitudo.Habac.3.nu.41.
* Angeli custodes.Zach.1.num.17.& seq.
| Quomodo Deus loquatur nobis per angelos.Zach.1.nu 19.48.
† Angeli per fabros ferrarios significati.Zach.1.nu.71.
| Angeli custodes nos defendunt in Dei iudicio.Zach.3.nu.5.
| Angeli multi vni homini designati. Zacha.3.nu.21.& 31.
| †Angelus Domini pœnitentia.Zach.3.n.29.
| †Angeli per oculos significati.Zach.3.46.
| Septem angeli magni,quibus totius orbis cura demandata est per septem spiritus,qui sunt coram Deo,significati.Zach.3.nu 46.& 47.ca.4.num.25.& 26.
| Quomodo angeli doceant homines.Zach.ca.1.n.19.& 48.cap 4.nu.1.& 34.
Angeli dicuntur milites.Zach.9.nu.20.
Angelus,iustus.Zach.12.nu.11.
Angelus, sacerdos Mala.2.nu.14.15.& 16.
Angelus D.Iohannes Baptista. Mala.3.num.2.& seq.
†Angelus est nomen officij.Mal.3.n 9.
†Angelus nō quemcumque nuntium,sed vitæ angelicæ significat Mala.3.num.9.& 10.
* Angelus Christus Dominus.Mal 3.nu.14.
Angulus.
† Vrbis anguli qui sunt.Soph.1.66,

† Angu-

† Angulus,possessio.Soph.3.nu.15.
† Anguli, optimates.Ibidem.
† Angulus,regnum,& rex.Soph.1.n.66.Zac.10.num.13.
* Angularis lapis.ibidem.
| Angulus Christus Dominus.Zachar.10.numero.13.
| Angulus, qui proximorum saluti vacat.Zac.
* 10.num.33.
† Anima.
† Anima,pro vita.Ionæ.1.46.
† Anima pro persona,seu homine,vel corpus.Hose.9.5.Hag.2.65.
Creari probatur.Zach 12.2.
* Anima nec frigida,nec calida in pessimo statu Hose.3.35.
| Animarum corruptores quomodo puniantur Ham.1.27.28
| Quam inuisi sint Deo.Mich.2.50.
| Quomodo puniantur hic.Mich 3.63.Habac.2.46.Punientur & post Hab.2.50.Malac.3.38.
| Animarum corruptores viri sanguinum, & dolosi.Nahum.2.60. Equi Diaboli.Hab.1.cap.54.
| Multos trahunt in captiuitatem ibid.
| Animarum corruptores dant potum fellis amico suo,& Christo.Hab.2.48.
| Anima donis prędita, & vitijs dedita quę sit, & quos mittat Deus ad eius conuersionem.Ionæ.1.30.
| Anima est templum Dei,aut idolorum. Hamos.9.9.
| Animæ quos saluatores mittat Deus. Habd.129.
| Anima quomodo leuetur in cœlum. Ionæ.1.37.
| Animarum lucrum quæsituri maxime instruuntur à Deo,& de eorum salute solicitus est, & errantes ad se reuocat multis modis.Ionæ.4.32.sunt equi rufi,albi,& varij.Zac.1.64.Amantur à Deo, & nouis in dies gratijs ornantur.Zach.2.35.multis bonis implętur.Mala 3.42.
| Anima est sæculus habens multa foramina, quæ obstruit humilitas.Hag.1.47.
| Anima quando celebret festiuitates suas.Nahu.1.54.
| Animæ capacitas immensa,quæ nisi Deo, nō satiatur.Zach.2.25.
| Anima,quæ considerat capacitatis suæ immēsitatem,omnia prospera habet,crebro ab angelis inuisitur,noua luce illustratur,& absq; muro habitatur.Zach.2.26.
| Anima absque muro habitatur quæ terminos diuinæ voluntati non præscribit,vltra quos non se extendit.Zacha.2 26.27.
| Anima extruat munitiones in se.Nah.3.32.
| Ea,quibus nocuimus animabus, conuertenda sunt in gloriam Dei, & in fratrum vtilitatem.Mich.4.52.
| Animarum paruum lucrum, quia quærimus nos potius,quam Deum.Hag.1.54. Propter hoc cœlum nondat nobis rorem suum, neque germinamus.ibid.
| Anima nulla ex re magis lętari debet,quam ex aduentu Christi in se.Zach.9.65.
| Anima habet campestria,& montana,& vtraque habitantur,& ferunt fructum,cum ipsa opulenta est virtutibus.Zach.7.17.
| Anima conuerti incipiens parturienti similis. Mich.4.75.
| Anima per Ierusalem significatur.Mich.7 40. Zach 12.27.ciuitas dicitur.Ham.5.10.Mich.7.4.Niniue.Ion.1.30.Nah.1.21. Alexandria Nah 3.20.vrbs.Zach.7.16.Domus, Zach.14.25.nugæ.Soph.3.53.tabernaculū Dei,& Dæmonis.Hab.1.35.templū Dei.Hag.1.37. ciuitas veritatis Zach.8.20.Mons,& Mons sanctificatus.Zach 8.21.cœlum,Zach.12.24.eius dilatatio extensio cœli dicitur. ibidem.
| Potentiæ animæ, dicūtur pastores.Nah.3.35.
* Nugæ. Soph.3.53. gentes.Hag.2.63.
† Animam leuare ad aliquid, vel subleuare,quid sit.Hos.4.18.
* Animarum corruptores cornua habent ad vętilandum Zach. 1.74.75.sunt boues cornupetæ lapidandi, & obruendi. Ibidem.sunt ministri Diaboli,quos Deus tolerat,quia nō ei obedimus.Zach.8.27.Homicidæ sunt Zach.9.29. Grauiter punientur.Mal.3.38.
† Animal.
Animalia cetera tolluntur homine è terra sublato,Hos.4.nu.4.Soph.1.nu.9.10.11.
† Animalium nomina & maribus, & feminis dantur.Hos.10.nu.14.15. cap.13.num.9 Zach.9.36.
† De animalibus loqui solet scriptura, ac si homines essent.Ioe.1.18.
Vis maxima animalis vbi.Nah 2.nu.66.
Animalia ferociora solent exire noctu. Habac. 1.19.
* Animalia cornuta,peccatores.Zach.1.74.
† Genitiuus pluralis additus nomini animalis,significat animal illud esse nouum.Zach. 9.37.
Animus.
* Animi affectiones,ac passiones quot, & quales.Ioe.1.nu.19.& seq.ca.2.nu.13.& seq.Zach.1.73.& seq.ca.7.nu.16.17.
| Quatuor animi passiones per quatuor cornua significatæ.Zach.1.73.
| Animi tranquillitas, & pax in quo sita sit, & quomodo quærenda,vide Pax,& Ionæ.4.à n. 7.vsque ad.10.
* Animi motus per Hammonitas significati.Soph.2.41.per iumenta. Zach.2.29. per quadrigas.Zach.6.23.
Annus.
† Annorum regum Iuda, & mundi,& aduentus Christi Domini,& captiuitatum computatio. Prælud.2.nu.27.
† Duplex annus apud Hebræos.Hag.2.nu.1.
† Cuius anni nominentur menses in scriptura sacra ne, an vulgares.Hag.2 nu.5.

† Septua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Septuaginta anni captiuitatis quando fuerint impleti. Zach 1 nu 21.
† Anni vitæ, aut regni alicuius numerari solent perfecti, & integri, licet nō ita fuerint. Zacha. 1.23.

Anthedon vrbs.

Vbi sita. Hamos 6.nu.46.& 47.

Anticipatio.

† Anticipatio, & recapitulatio familiares sunt sacræ scripturæ. Ionæ. 3.nu.30.

Antichristus.

* Antichristi persecutio Ioe. 2.12. Nah. 3.n.15. Zach. 1.nu.59 ca.4.22.
Quantum tempus sit regnaturus. Hos. 3.26.
Dicitur caput Domus Diaboli Habac. 3.44.
Interficiendus est à Domino Iesu Habac. 3 44.
Mons magnus dicitur. Zach. 4.13.
Incipiet regnare Babylone. Zach. 5.22.
A Iudæis pro Christo recipiendus Hos. 3.nu.25. & ca 13.nu.17. Zach. 5.22.cap.11.48.
Pastor stultus dicitur. Zach. 11.49.50.

Antilibanus mons,

Vbi sit. Mich. 7.35.

Antiochia vrbs.

Vbi sita. Ham. 6.8.

Ἀναφώνησις.

Quid sit Hos. 9.8.

Apis bos.

Qualis esset. Hos. 10 23.

Aposiopesis.

Est in vsu in scriptura. Mal. 1.8.

Apostata.

† Idem ac Belihal. Nah. 1.44.45 & 46.
* Quomodo oppugnant Ecclesiam. Zach. 14 num. 41.
* Apostata religionis Mal 2.40.

Apostolus.

† Apostoli significantur per montes Ham. 4. 84.
* Apostolorum prædicatio. Hos. 11 33. Hab. n. 118. 119. & 120. Mich. 4.24. Zach. 2. num. 17. & 18. cap. 9. num. 58. cap. 10. nu. 3. 4. 5. & 12. ca. 12. nu. 7. & 8.
† An in testimonijs ex veteri testamento citandis apostoli potuerint memoria labi. Mich. 5. nu. 12.
* Apostoli saluatores dicti. Hab. n. 118. 119. 120.
* Apostoli per viros purpuratos significati. Nah. 2. nu. 56.
* Quomodo citent testimonia ex veteri testamento. Habac. 1. nu. 14. Mich. 5. 12 Mal. 3. 8.
Fortitudo apostolorum Zach. 9. nu. 56. & seq. ca. 10. nu. 12. ca. 12. nu. 8.
Exactores dicuntur. Zach 10 14.
Duces dicuntur. Zach. 12. 7.
Ignis caminus dicuntur. Zach. 12. 8.
Gloria Dei dicuntur Zach. 12 9.
Oues dicuntur. Zach. 13. 14.
Paruuli dicuntur. Zach. 13. 15.
Per equites significati. Zach. 1. nu 56.
Lucernæ dicuntur. Zach. 4. nu. 5.
Apostoli patres, & doctores credentium. Zach. 8. 40.
Milites dicuntur. Zach. 9. 19.
Arcus Dei dicuntur. Zacha. 9. 56. 57. cap. 10. num. 11.
Gladius Dei dicuntur. Zach. 9. 58.
Arma apostolorum quæ. Zach. 9. 61.
Lapides sancti diadematis Christi dicuntur. Zach. 9. 62.
Nubes dicuntur. Zach. 10. 4.
Niues dicuntur. Zach. 10. 5.
* Equi dicuntur. Zach. 10. 12.

Apotheca.

† Quid sit. Ioe 1. 29.

Appendere.

† Pecunia olim appendi solebat. Ham. 1. 15.

Appetitus.

* Flumen dicitur Zach. 9. 68.

Applicare, Applicatio.

† Quæ in nouo testamento dicuntur dicti à propheta, non est dicendum in nouo testamento per applicationem tantum dici. Hos. 11. num. 12. 13.

Apponi.

† Ponitur pro Mori Hos. 4. 5.

Aqua.

† Aquæ nomine omnis potus significari solet. Hos. 2. 46.
* Aqua contraditionis. Hos. 2. 36.
† Effundere sicut aquam quid sit. Hos. 5. 28.
* Aqua, Dei gratia. Ham 4. 59. cap. 5. nu. 30. 31. Nah. 3. nu. 13. Zach 14 nu. 54.
* Aqua Spiritus sancti dona Ham. 5. 31. Naha. 3 13.
Aqua in cisternis seruari solebat. Ham. 4. 20.
* Aqua, tentatio. Ham. 7. 15.
Aquæ, populi. Nah. 2. 63.
Aquæ, consilia, & sapientia mundi. Nahum. 2. 71.
Aqua, sapientia cœlestis. Nah. 3. 32.
Aqua calamitates. Habac. 3. 46. Zacha. 1. 16.
* Aqua, doctrina Euangelica. Zach. 14. 31.

Aquila.

* Aquila, Nabuchodonosor. Hos. 8. 1.
* Aquila, peccator. Habd. nu. 14.
* Aquilæ plumas renouantis consuetudo. Mich. 1. num. 47. 37

Aquilo.

† Aquilo, & aquilonaris quomodo in scriptura intelligantur. Ioel. 2. 41.
* Aquilo locus, vbi Diabolus habitat, Sopha. 2. 63. Zach. 2. 29.
Aquilo, Babylon. Zach. 2. 13.
Aquilonis ventus, peccatum Zachariæ. 2. 29.

Arabathene prouincia.

Vbi sita. Habd. nume. 57.

Arabia.

Olim Galaad dicta. Habd. 93.

Arbel.

† Quid significet. Hos. 10. 49.

Arbor.

* Arborum producendarum vicissitudines esse solent, in eadem regione, & terra. Hamos 7. 19.
Arbores sancti, in Proœmio in Ham. & Hos. 14. n. 17. 18.
Arbor iustus. Mich 3 9. Nah. 3 n. 13.
Festum arboris ramis celebratum spiritualiter Zach 14. 66.
Arbor vitæ lex Dei. Mal. 4. 25.

Arca.

Arca Noê typus Ecclesiæ. Habd. numer. 117. Ionæ. 4. 6.
* Typus Baptismi. Ionæ 4. 6.
† Arca fœderis occultata à Ieremia an postea fuerit inuenta, & in secundo templo posita Hag. 1. nu. 14. 15.

Arcanum.

* Arcana sua communicat Deus amicis suis Hamos 3. n. 11 Soph. 1. num. 36. in Proœmio in Hag. nu. 7.

Arctophylax stella.

Vbi sit. Ham. 5. 20.

Arcturus.

Stella Arcturus quæ sit Ham. 5. 20.

Arcus

† Familiaris fuit in bello Israelitis. Hos. 1. 84.
† Significat fortitudinem. Hos. 1. 113.
* Arcus Dei apostoli, & prædicatores. Zacha 9. 56. 57 c. 10. 13.

Arena.

† Multitudo magna arenæ comparari solet. Hose. 1. 125.
* Arena, peccator. Habac 1. 35.

Argentum, Argenteus.

† Argentum eloquia mystica significat. Hose. 1. 72 Sopho. 1. 73.
† Argenteus nummus quantum valeret. Hoseæ. 3. 12.
* Argentei quibus venditus est Dominus, quantum valerent. Ham. 8 19.
Argentum, virtutes. Nah. 2 n. 72.
Argentum scriptura sacra Soph. 1. n 73.
Argentum igne examinatum electi. Zachar. 13. 17.
* Argentum, Christianus populus Mal 3. 21.

Arida Ariditas.

Ariditas orationis, vide oratio, & siccitas.
* Arida cogitationes firmæ. Hag. 2. n. 63.

Arma.

Arma spiritualia, quæ sint optima. Ionæ. 3. n. 41. 42.

Aromata.

* Aromata bona opera significant. Hos. 14. 18.

Arphad.

Vbi sita. Nah. 2 n. 10.

Artaba mensura.

† Quantum capiebat. Hos. 3. 12.

Arx.

* Ecclesia. Zach. 9. 54.
Arx Christus Dominus. Zach 9. 54.

Ascalon vrbs.

Vbi sita. Ham. 1. 21 Soph 2. 7.
* Interpretatur ignis ignominiæ, & significat libidinosos. Soph. 2. nu. 24.

Ascendere. Ascensio. Ascensus.

† Ascendere significat proficisci, crescere, Hos. 1. 133. Ham. 8. 22.
† Ascendere dicitur fluuius: cum crescit supra alueum. Ham. 8. 22.
† Ascendere dicebantur, qui ibant Ierusalem. Habd. nu 116 Mich. 2. 67.
Ascendere significat resurgere. Habd. nume. 116.
Ascensio pro loco, in quem ascendimus Ham. 9. 7.

Christi Domini ascensio, vide Christus.

Asilus.

Quid sit. Hos 4. 34.

Asinus.

* Obedientis symbolum. Hos. 8. nu. 21. 22. Zac. 6. 23. c 9. 66.
* Peccatorem significat. Zach. 14. 62.

Aspicere.

† Sæpe significat cū voluptate spectare. Habd. num. 64.
† Aspicit Deus, id est, misereatur. Habac. 3. numer. 29.

Aspiratio.

Notam aspirationis veteres Græci non habebant. Præl. 3. 4.
Nota aspirationis in multis nominibus ex Hebraica lingua ductis apud Latinos desideratur. Prælud. 3. 4.

Aspis.

* Diabolum, & vitia significat. Habd. nu. 42.

Assa.

Quando, & quot annos regnauerit. Prælud 2. numer. 27.

Astabarri.

Aquo dicti, & vbi sint. Soph. 3. 29.

Astaroth. Astarite vide Hastaroth.

Astrum, Astrologus.

† Astra vocantur militia, seu exercitus cæli. Soph. 1. 23.
* Astrologi reprehendūtur. Soph. 1. n. 47. quod ipsi, & qui eis credunt, adorant militiam cœli.

Astutia.

* Mundi astutia quomodo à Deo comprehendatur Ionæ. 3. 37.

Assumptio.

† Quid significet apud prophetas. Nahum. 1. n. 1. & seq.

Assur.

† Quis fuerit. Hos. 5. 36.
† Assur idem qui Ninus. Ionæ. 1. nu. 4. Nah. 2. num 1.
† Assur transfertur arguens, corripiens, insidiās, grassans Mich. 5. nu. 57. 62.
† Assur, id est, Babylon. Mich. 7. nu. 32.

Assyria, Assyrius.

Assyria prouincia vbi sita. Ioel. 2. 41.
† Assyrij qui proprie dicantur, & quomodo à Babylonijs distincti. Nah 2. nu. 37.
† Assyria, & assyrij à quo nomē habuerint. Hos. 5. 36.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Assyrij quando à Chaldæis subiugati. Prælud. 2. nu 16. Nah. 2. nu. 1. & seq.
Assyriorum Deus. Hos 2. 62. c. 5. nu. 37.
Assyriorum potentia, & opes. Hos. 2. à. nu. 61. & ca. 5. nu. 37.
* Assyrius Diabolum significat. Mic. 5. num. 71. Soph. 2. 63.
Assyrius transfertur arguens, corripiens, insidiãs, grassans. Mich 5. nu. 57. 62.
Assyriorum imperium quando finitum. Nah. 2. nu. 1. & seq.
Monarchia Assyriorum fuit prima omnium mũdi. Nah. 2. 1.
Assyriorum imperium quantum temporis durauerit. Nah. 2. nu. 2.
* Rex Assur, voluntas. Nah. 3. n. 35.
Athalia.
Quando, & quot annos regnauerit. Prælud. 2. num. 27.
Atrium.
† Templi Ierosolymitani atria, Ioel. 2. nu. 39.
Attamen.
† Sæpe redundat. Soph. 3. n. 7.
Attenuare.
† Significat, delere, perdere. Soph. 2. nu 43.
Auaritia, Auarus.
* Auari effunduntur in occidentẽ, Zach. 8. 25.
Auaritiæ grauitas, & exacerbatio. Zach. 5. 25.
Auari steriles, & eradicantes. Soph. 2. 36. 37.
Auari disperibunt Soph. 1. 73.
Auari cultores idolorum. Ham. 5. 77.
Auaritia vncinus. Ham 8. 9. 10.
Auaritia quas calamitates importet. Ham. 8. 9. 11.
Auaritiã quæ comitentur peccata. Ham 9. 10.
Auaritia quomodo regnet. Ham. 9. 4. & 10.
Auaritia quomodo puniatur. Ham. 9. 10.
Auarorum opes alij hæreditant. Mic. 11. 67
Auaritia inexplebilis multorum reprehenditur. Hab. 2. nu. 26. vsque ad finem cap.
Auari morientes quærunt effugere iram Dei, & sæpe non effugiunt. Ham. 9. 11.
* Audacia.
Audaciæ sedes cor. Nah. 2. 64.
* Audere maiora viribus, quam periculosum. Ham. 6. 50. 51.
Audire. Auditio.
Auditus.
† Auditus, quod corde percipitur. Ioel. 1. nu. 3.
† Audire est corde percipere. Ioel. 1. nu. 3.
Quod auditur sacratius est, quam quod in auribus resonat. Ioel. 1. num. 3.
† Auditum, & auditio pro re audita. Habd. n. 9. Nah. 3. 28.
Auersio.
† Sumitur pro vulnere. Hos. 14. 12.
Augustus.
Cæsar Augustus Ianum Quirinum clausit. Hos. 2. 94.
Augustinus.
Per se ipsum intellexit libros artium liberaliũ. In Proœm. in Hag.
Qualis scripturæ interpres. In proœm. in Mala. num. 11. & in Proœm. Zach. n. 9.
Auis, vide Volucris.
* Auis, homo leuis. Soph. 2. nu. 64.
Auris.
† Auribus percipere, quid sit. Ioel. 1. nu. 3.
† Aggrauare aures, obstinate non obedire. Zach. 7. nu. 10.
Aurugo.
Quid sit. Ham. 4. 20.
Aurum. Aureus.
* Aurum cordis illuminationem significat. Hos. 2. 72.
Aureus nummus quantum valeret. Hos. 3. 12.
Aurum cum sole aduerso percutitur, ruborem igneum imitatur. Nah. 2. 45.
* Aurum, virtutes. Nah. 2. 71.
Aurum igne probatum, iusti Zach. 13. 17.
* Aurum, sacerdotes. Mal. 3. 21.
Auster.
Qualis ventus. Hos. 13. 37.
Austro flante fontes exiccantur. Hos. 13. nu. 39.
Autor.
* Quinam autores vitandi. Præl. 1. num 2, & ex professo in Proœm. in. Soph.
* Quinam optimi, & sequendi autores In proœ. in Hag. & in proœmium in Zach.
* Autores sequendi in sensibus spiritualibus de promendis. In proœmium in Mal.
Azarias, vide Hazarias.
Azotus vrbs.
Vbi sita. Ham. 1. 21. Soph. 2. nu 7.
* Idem est quod vastitas, ignis generationis, & significat eos, qui verbis alijs sunt scandalo. Soph. 2. 35.

B.

Babylon, Babylonia, Babylonius,
† Captiuitas Babylonica quando contigit, & quando soluta, Præl. 2. 27.
† Babyloniorum Deus quis. Hos. 2. 62.
Babylonis primi reges. Hos. 2. 61. c. 5 nu. 36. 37.
Babylonis situs Ioe. 2. 41. Ham. 6. nu 6. 7. Nah. 2. num. 37.
* Babylon ciuitas superborum Ham. 6. 35. c. 8. 25. & seq. Mich. 7. 42.
† Babylon vocatur Assur, & quare Mich. 7. 52. Nah. 2 nu. 37.
† Babylonij, & Assyrij distincti sunt. Nah. 2. 37.
* Babylon, id est, confusio peccatorum Soph. 2. num. vlt. Zach. 2. 29. 30.
Libertas Babylonica typus libertatis factæ per Christum Dominum. Zach. 3. nu. 33.
Baculus.
† Baculo diuinare solebant antiqui. Hos. 4. 22.
Baculus, crux Christi Domini. Zach. 8. numer. 22.
Baculus, spes. Zach. 8. nu. 22.
Bahal.
† Vtrum sit commune nomen omnibus gentium Dijs, an certi alicuius idoli. Hos 2. 60.

† Bahal, & Bahalim quid significent. Hos. 2. n. 90.
Bahal idolum proprium Babyloniorum fuit, sed à Tyrijs receptum, & ab alijs nationib⁹. Hos. 2. 62. Ham. 5. 71. Sop. 1. n. 18. & seq.
Bahal idem qui Iuppiter. Hose. 2. n. 61. & seq. Soph. 1. n. 18. & seq.
† Bahal scribendum Bal, & quod nam idolum. Sopho. 1. n. 18. & seq.
Balaam, vide Balaham.
Balac.
Transfertur elingens. Mich. 6. 18.
* Est figura Diaboli. Mich. 6. 18.
Balaham.
* Est figura falsi magistri spiritualis, & pseudoprophetæ. Mich. 6. 18.
Baltasar.
Quando, & quot annos regnarit. Zac. 1. 27.
Baptismus, Baptizare.
Arca Noe Baptismi typus. Ionæ. 4. 6.
* Diluuium baptismi typus. Ion. 4. 6.
Baptizare Spiritu sancto quid sit. Ioe. 2. 54.
Baruch.
Baruch scriba Ieremiæ quis. Præl. 2. 22.
† Eius liber non est distinctus à libro Ieremiæ. Præl. 2. n. 22. 24. 27.
Basan.
* Vertitur confusio. Nah. 1 n. 25. Zach. 11. 6.
* Basan carnis voluptates. Nah. 1. n. 25.
* Basan, Diuites. Zach. 11. 6.
Βασιλεύων.
† Quid significet. Hos 8. n. 9. 10.
Basilica.
Basilica pars templi Ierosolymitani, quæ. Ioel. 2. numero. 29.
Basiliscus.
* Significat Diabolum, & peccatum. Habd. n. 42
Basilius.
Qualis scripturæ interpres. In proœ. in Zach. nu. 9. & seq. ¶ Bathus.
Bathus mensura quantum caperet. Ham. 8. n. 23.
Beatitudo.
* Beatitudinis latitudo. Ham. 6. 11.
Quam desiderãda. Ioe. 3. 19. Ham. 6. 11. Soph. 30. 56.
Beatitudo cœlestis qualis. Ioe. 3. à. n. 23. vsque ad fi. c. Ham. 6. n. 11. c. 9 n. vlt. Soph. 3. n. 56.
Beatitudo cœlestis quantum sit præmiũ Hag. 2. n. 82.
Beatitudinis æternæ consequendæ causa omnia mala huius vitæ sunt patienter ferenda. Hab. 3. 43. & seq. Hag 2. 87. & sequ.
Beatitudinem desiderantibus Deus maxime loquitur. Hag. 1. 35.
Beatorũ Immortalitas semper virens. Ioe 3. 26
Beati in corporibus gloriosis cum Christo ascendent canentes. Haba. 3. 55. & seq.
* Beatitudo significatur in Galaad, & in Libano. Zach. 10. 21. ¶ Beda.
Qualis scripturæ sacræ interpres. In proœm. in Zacha. num. 10. & in proœmi. in Malac. n. 11.
Behelzebub.
† Quid sit. Hos. 2. 66.
Behelphegor.
† Quid sit. Hos. 2. 66.
Et idem qui Priapus. Hos. 4. 26.
Behemoth.
Quid. Mich. 5. 38. Soph. 1. n. 9.
Bel.
Idem qui Bahal. Hos. 2. 61. & sequ.
Belihal.
† Significat præuaricatorẽ, & apostatã, hominẽ sine iugo, & legis transgressorem, & Diabolũ, & vnde dicatur. Nah. 1. n. 44. & seq.
Bellum.
* Bellum gerere quando & quomodo liceat Christianis nõ solum contra infidelẽs, sed etiam cõtra Christianos. Mich. 4. n. 58. & multis seq.
* Bellum spirituale, vide Pugna.
Belus.
† Belus Iuppiter idem qui Bahal Hos. 2. nu. 61. & seq. Soph. 1. n. 18. & seq.
Belus Iuppiter pater Nini in Deum relatus ab ipso Nino. Hos. 2. 61.
Bene.
† Bene ponitur pro Multum Ionæ. 4. 18.
Benedicere, Benedictio.
† Benedictio pro beneficijs. Zach. 5. n. 6.
† Benedicere, & benedictio copiam, & fertilitatem significat. Haba. 3. n. 43. Hag. 2. 66. Mala. 2. num. 3.
Beneficium.
Beneficia Dei, vide Deus.
† Dum scriptura narrat beneficia exhibenda, recordari solet exhibitorum olim. Zach. 14. 8.
Benhadad.
Quis. Ham. 1. 17.
† Benhadad filius mammæ. Ham. 1. 19.
Berenice vrbs.
Vbi sita. Ionæ. 1. 15.
Bernardus.
Qualis scripturæ interpres. In proœ. in Malach. num. 12.
Berosus.
Fictitius liber. Zac. 1. n. 24.
Berosi lapsus. Zach. 1. n. 24. 26.
Bersabe vrbs.
Vbi sita. Ham. 5. 13.
Bestia.
* Immanes, ac crudeles homines, tyãnosque mystice significat. Hos. 2. 91. Soph. 2. 64.
Bethauen vrbs.
Vbi sita. Hos. 4. n. 29. 30 31.
† Quo modo interpretetur. ibid.
Bethel vrbs.
Duplex fuit Hos. 4. n. 29.
Bethel altera in sorte Ephraim, prius Luza dicta. Hos. 4. n. 29. c. 6. 34.
Bethlehem.
Vbi sita. Hos. 13. 39. Mich. 5. 7.
Vnde hoc nomen habuerit. Mich. 5. 8.
Bethlehem duplex. Mich. 5. 7.
† Bethlehem domus panis. Mich. 5. num. 8. 68.
* Significat animam, quæ alios iuuat ad salutem æternam consequendam. Mic. 5. 68.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Bibere.
† Vinum bibere significat copiose bibere. Ham. 6.n.22.
† Significat dies festos,& cõuiuia celebrare. Habdi.n.71.
† Sanguinem bibere est multum hostiũ sanguinem fundere. Zach.9.60. ¶ Blasphemia.
Idem quod opprobrium,irrisio. Soph.2.n.25.
Reprehenditur. Mala.2.n.39.c.3.n.43.
Bonus,& Bonum.
* Bonus si perseuerat, non polluitur,si societur malis,sed potius qui malus est,in bonum vertitur eius exemplo. Hos.1.51.
A Deo sunt omnia bona. Zac.10.31.
Boni definitio. Mich.6.22.
* Bona sæculi qualia sint. Hos.4.n.44.c.5.n.30 31 c.6.n.49.c.8.16.c.11.n.19.c.12.n.17.18. Ham.3.n.22.c.8.n.10. Habd.n.26 Ionæ.4.n.25. vsque ad finem.c. Nah.3.n.34.35. Soph.1.78. Zach.8.25.
Quã fluxa sint,cognoscit,cũ amittunt. Io.4.27
Omnia peribunt. Nah.2.70.
Quæruntur multo labore, & velocissime fugiunt Nah.3.34.35.
Et relinquuntur alijs. Soph.1.78.
Quomodo transeant. Hos.11.19.
Peribunt,& ludent possessores suos. Ham.3.23.& in vltimo.
Bona sæculi perdi præstat,quã animã. Io.4.31
Quia hæc quærimus,& Dei obliuiscimur, & ipse obliuiscitur nostri. Hag.1.53.
Bona sæculi nihil proderunt in hora mortis. Soph.1.83.
Et si diuturna putabantur à peccatore, in morte eius peribunt Soph.1.83.84.
Tunc quæruntur,cum feruor deuotionis,& caritatis remittitur. Ham.8.24.
Bona sæculi euanescunt in morte. Mal.4.22.
Cito pereunt,& securitatem habere non possunt. Habd.26.
Sunt falsi amici,quia tandem in termino vitæ homines deserunt. Habd.50.51.
Efferri ex hoc mundo nequeunt. Hos.12.17.
Bonorũ sæculi amatores ebrij vocãtur. Ioe.1.21.& maxime puniuntur. Ham.1.28.
Ijdem quam angustis finibus premantur. Hamos.6.9.10.
Quærunt effugere iram Dei in morte,& sæpe non effugiunt. Ham.9.10.
Eisdem sæpe bona opera magis nocent ob superbiam. Hab.22.23.
Et sæpe prudentia destituuntur in morte. Habdiæ.52.53.
Eorum lætitia quam fragili fundamento nitatur. Ion.4.25.
Vitijs implentur. Habd.18.
Habitant in scissuris petrarum. Hab.21.22.
Bonis sæculi non confidendum. Ham.6.
Quanto labore emantur, & quam sit eorum iniqua mensura. Ham.8.23.
Bona tẽporaria p hederã significata. Ion.4.25
Per poma significantur. Ham.8.10.
* Bona sæculi flumina dicuntur. Zach.12.25.
Bona tẽporaria quadrigæ dicuntur. Nah.2.73
Bona naturalia dicũtur vestes. Nahu.3.n.31.
* Bona temporalia per locustas significata. Nahu.3.n.31.
Bona spiritualia per temporalia significãtur. Habac.3.52.53.
Bona temporalia dicuntur fæces. Soph.1.62.
Domus dicuntur. Soph.1.78.
Ciuitates dicuntur. Soph.3 n.16.
Bonorũ tẽporalium iacturas,ꝓpter peccata nostra patimur. Hab.1 n.42.43. Malac.1.27.28
* Bona tẽporalia occasus dicuntur. Zac.8.25.
† Bonus lætus. Zach.8.32.
† Bonitas lætitia. Zach.8 n.32.
D. Bonauentura.
Qualis scripturæ interpres. In proœ.in Zac. n.9.
Bootes sidus.
† Quale sit. Ham.5.20. ¶ Borith.
† Qualis sit herba. Mal.3.20.
Bosor vrbs.
Vbi sita. Habd.n.93. ¶ Bosphorus.
† Vrbs,& fretum,vbi Habd n.113.
Bosra.
Duplex fuit. Ham.1.24.
† Transfertur munita. Ham.1.24. ¶ Botrus.
* Hominem iustum significat. Mich.7.n.4.
Brachium.
† Confortare brachia est vires,ac robur assume re. Nah.2 n.41. ¶ Bruchus.
† Quid sit. Ioe.1.n.6.
Bubalus.
† Quale sit animal. Ham.6.40.
* Quid mystice significet Ham. 6.n.48.49.
* Bubalos multos Salomonis tempore capi quid mystice significet. Ham.6.48.
Buccina.
† Ex quo fieret. Hos.5.n.21.
† Buccina Hebræi conuocabant populum ad res magni momenti. Hos.5.10.
Burgundia,& Burgundiones.
Burgundiones vxores suas trecentis solidis emũt Hos.3.n.9.
C.
Cæcus,Cæcitas.
* Mentis cæcitas. Soph.1.n.81.
Cadere.
† Significat in aliquam magnã calamitatẽ sibi tã quam laqueum paratam deuenire. Soph.1.13.
† Cadere,pro Mori. Hag.2 72.
Cæremoniæ.
* Sunt valde necessariæ in Ecclesia. Ioe.1.21. Michæ.3.n.8.n.9.10.11.
* Cæremoniarum externarum vtilitas,& externa signa virtutum quantum prosint ad conseruationem virtutum Ioel.1.21. Mich.3.8.
* Iudæorum cæremoniæ per l..leram Ionę significatæ. Ionæ.4.21.
Cæsar.
Augustus Cæsar Ianum Quirinum in summa pace clausit. Hos.2.94.
Iulij Cæsaris imagini stellam in fronte appingere

pingere solebant Romani. Ham.5.n.73.
Iuli⁹ Cæsar à quo gen⁹ duxerit. Habd.n.2.& seq.
Cæsaries.
* Cogitationes significat. Mich.1.n.71.72.73.
Caitus vrbs.
Vbi sita,& quo nomine olim dicta. Hos.9.n.6.
Calcaneus.
* Calcaneus finis operis Zach.8.27.
Calix.
† Iram,& punitionem significat. Mich.2.41.
Calumniari.
† Significat opprimere. Zac.7.n.8.& aliena bona vsurpare. ibid. ¶ Caluitium.
† Quid sit. Ham.8.30.
† Erat tristitiæ,& calamitatis signum, Hamos.8.30. Mich.1.46.
Calx.
* Caritatem significat. Mich.1.32.
Cambyses.
Quot annos regnarit Zac.1.n.32.
Camelus.
* † Significat homines,qui simul Deo,& mundo seruire volunt, Mic.2.50. Zac.14.61.
Caminus.
* Caminus ignis apostoli. Zach.12.n.8.
Campianus.
Martyr Societis Iesu illustris. Ham.2.5.
Candelabrum.
* Cãdelabrum aureũ ecclesia, Zac.4.n.3.& seq.
Candelabrum tabernaculi in quo differat ab eo, quod Zacharias vidit. Zach.4.32.
Canna.
Quid sit. Hos.8.19.
Capillus.
† Tondere capillos maximæ tristitiæ, & calamitatis signum. Ham.8.n 30. Mic.1.46.
* Capilli virtutes significant. Ham.8.n.44.
* Capilli cogitationes significant, Mich.1.n.71.72.73.
* Capillos spiritualiter tondere, est super fluas cogitationes resecare. Mich.1.n.71.72.73.
Victores tondebant capillos victis in ignominiã. Ham.8.30. ¶ Captiuitas.
† Captiuitas populi Israelitici, quo tempore cõtigerit. Præl.2.n.5.&.27.
Captiuitas decem tribuum an aliquando postea fuerit soluta Hos.1.93.
Captiuitatem conuertere est à captiuitate liberare. Hos.6.38.
† Septuaginta anni captiuitatis quando fuerint impleti. Zach.1.n.21.
Caput.
† Quid proprium habeat, Hos.1.130.
* Christi⁹ Dñs cur caput nostrũ dicatur. Hos.1.130
† Caput pro primatibus, qui alios regunt. Hose.11.n.26. Ham.6.n.4.
Victores radebant victorum capita in ignominiam. Ham.8.30.
In capite esse, est superiorem, ac victorem esse Ham.9.n.4.
Mouere caput interdum est irridentis; interdum condolentis. Nah.3.n.5.
† Leuare caput est lætorum, victorum,& liberorum. Zach.1.70.
* Caput intentio, Zach.8 27.
Carica.
† Caricarum massa quid. Hos.1.36.
Carioth.
Vrbs Moabitarum vbi sita Ham.2.n.1.
Caritas.
* Caritas Dei erga homines, vide Deus,& Hos.1.60.c.2.n.95.c.3.34.c 6.27.41.c.11. 20.21. 22. c.13.n.5.&.6. Zach.3.n.10.28.c.6.41.42.c.8.n.2.c.11.n.13. Mala.1 n.25.26. Hab.1.43.
Caritas hominum in Deum. Hos.2.95.
* Caritas comendatur. Hos.2.100. Ham.16. Mic.1.23.c 2.69 c.4.79. Sop.3.54. Zac.10.27.
Caritas quomodo sit vinculũ pfectionis Mic.1.23. Et virtutes colligantur. Hamos.9.16.
Caritas per cornu significata. Mich.4.79.
Caritas dicitur pastor. Soph.2.n.40.
* Caritatis effectus,& natura. Soph.3.54.
Semper cupit consortes bonorum, quibus ipsa potitur. ibid.
Carmel, Carmelus, vide Charmelus.
Carmen.
* Carmina lasciua quantum noceãt. Mic.1.n.60.
Caro.
† Caro ponitur pro genere. Hos.9.n.23.
† Caro pro homine. Ioel.2.56. Zac.2.37.
* Carnis,& spiritus pugna. Mich.4.n.73.
Carnis voluptas. Vide voluptas.
Caro sãctificata, opera vitę religiosę. Hag.2 78
Caro quomodo cõpescenda Za.2.38.c.6 24.
Caro sileat in conspectu Christi. Zach.2 38.
Caro regnat in nobis, quia Deus iratus sinit regnare in nobis malos principes. Hos.8.12.
Carnis voluptates sectantes quomodo puniantur. Soph.2 34.& seq.
Carnis voluptates hamus diaboli. Hab.1.46.
Caro minat magnos labores, nisi ei satisfaciam⁹. Mic.3.12. sed nõ est ei obediẽdũ Mi.3.13
Caro non est in consilium adhibenda ad consilia perfectionis. Mich.7.27.
Carnale cor, vt clibanus succensus. Hos.7.16.
Carnaliũ vitã Deus cũ labore fert. Ham.2.34.
* Carnales putãt sibi licite voluptates, quæ iustis aliquando licent. Ham.6.21.
Carthago.
† Tharsis appellata. Ion.1 15.
Castitas.
* † Per populum,& salicẽ significatur. Za.14.66.
Casus.
† Casus nominum poni solent in nostra editione, vt sunt in lingua, ex qua fit versio. Haba.1.22
Cataracta.
† Quid sit. Mal.3.32.
Catulus.
† Catulus leonis audacior leone,& ferocior. Hose.5.n.40.
* Catulus leonis, Christus Dñs. Nah 2.nume.73.
* Catuli leonum virtutes Nah.2.n.72.
Cauda.
* Perseuerantiam significat. Mich.1.57.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caula.
* Significat Eccleſiam. Mic. 2. 64.
Cauſa.
† Cauſa pro effectu poni ſolet in ſcriptura. Hoſe. 4. 23. Zac. 14. 46.
† Cauſam alicuius iudicare, eſt ſententiã pro illo ferre. Mich. 7. 29.
Cedron.
Vbi. Sopho. 1. 57.
Cedrus.
Significat ſanctos. Hoſ. 14. n. 17. 18.
Templũ Salomo. lignis cedri cõfectũ. Zach. ii. 2
* Cedri principes ciuitatis. Zac. 11. n. 3. &. 5.
Cerethi, vide Chereti.
Ceruus.
* Dum fugit venatores properat in' excelſos montes, & ibi tutus, & à timore liber conſiſtit Habac. 3. 55.
Cete.
† Nõ eſt nomẽ peculiare balænę, ſed commune piſcibus magnis. Ionæ. 2. n. 1. 3. &. 4.
Cethim.
† Eſt inſula cyprus. Ionæ. 1. 8.
† Cethim nomen commune inſulis, & locis maritimis. Ionæ. 1. 16.
Chalane, vrbs.
Vbi ſita. Ham. 6. n. 6
Chaldæa, Chaldæus, Chaldaicus.
* Chaldæus ſonat, ſicut dæmon, vel ſicut vaſtator. Habd. 48.
* Chaldæi ſignificant dæmones, & peccata. Habd. 42. Habac. 1. 32.
Prædatores. Haba. 1. n. 32.
Chaldææ regionis ſitus. Ioel. 2. 41.
† Chaldæi; quo tempore prouincias, debellauerint, & ſubegerint. Præl. 2. 16.
Chaldæorum potentia, & opes. Prælud. 2. 17.
Imperium Chaldæorum per equos rufos ſignificatum. Zac. 6. 3.
Paraphraſtes Chaldaicus quo tempore floruerit Hoſ. 9. 20. Habd 110.
Paraphraſis Caldaica poſt Hiero. tempora edita Hoſ. 9. 20. Habd. 110.
Chamæleon.
Chamæleontis natura. Hoſ. 9. 16.
* Chamæleoni peccator ſimilis. Hoſ. 9. 16.
Chanaham, & Chananæus.
Chananæi Deo inuiſi. Hoſ. 12. 9.
† Chananæus transfertur mercator Hoſe. 12. 9. Zach. 14. 53.
* Chananæus peccatoris typus. Hoſ. 12. 10.
Chananæi pro Palæſtinis ſumpti. Soph. 2. 11.
Palæſtini à Chananæis oriundi. Soph. 2. n. 11.
Charitas, vide Caritas.
Charmel, Charmelus.
† Charmelus mons duplex, & vbi ſitus. Ham. 1. 8
Charmelus, Hebræis Charmel dictus. Ham. 1. 8. &. c. 9. 13.
† Charmel, ſeu Charmelus ſonat ſpicæ plenæ, & virides, & fertiles, & ſcientia circumciſionis. Ham. 1. 8. c. 9. 13.
* Charmelus mons, typus ſanctorũ. Ham. 9. 13.
* Charmelus ſignificat diuitias. Nah. 1. n. 25.
Charræ vrbs.
Vbi ſita Ionæ. 1. 44.
† Hebraicè Aram dicta. Ion. 1. 44.
Cherethi.
† An ſit vrbs, vel prouincia tota Palæſtinorum. Soph. 2. n. 11.
† Chereti, & Pheleti legiones militũ, cuſtodiæ Dauidis vnde dictæ Soph. 2. n. 14.
Chetim, vide Cethim.
Christvs Dominvs.
* Multa de Chriſto Domino in prophetis extãt teſtimonia. Præl. 1. 4.
Multa in ſcriptura, etiam in Prophetis ſunt teſtimonia, quæ de Chriſto Dño Hiſtorico ſenſu intelligi nequeũt Prælu. 1. n. 3. & ſeq.
Myſteria Chriſti inueniuntur in ſcriptura nõ in ſenſu literali dumtaxat aut in ſpirituali, ſed in vtroque. Præl. 1. n. 15.
Chriſtus conuerſabatur cũ Phariſæis, Publicanis, & peccatoribus, vt eos lucri faceret. Hoſeæ. 1. 53.
Mors Chriſti fuit cauſa deſtructionis Iudæorũ vide Chriſti Domini mortem quomodo ſit vltus Deus, & Mich. 5. 78.
Chriſti Dñi mortẽ quomodo ſit vltus Deus in Iudæos. Hoſ. 1. n. 75. 76. 77. &. 81. 82. 83. &. 89 ca. 3. n 19. &. c. 5. n. 14. 15. 23. 29. 35. 42. c. 7. n. 34. & ſeq c. 8. n. 30. c. 9. 32. c. 11. n. 41. c. 13. n. 17. Ioe. 1. n. 14. 30. Ham. 1. n. 10. c. 2. n. 4. c. 5. n. 26. 34. c. 8. n. 6. 7.
Chriſtus Dũs promittitur. Hoſe. 1. n. 130. c. 5. 29. c. 11. 53. Mich. 2. n. 56. c. 5. 6. & ſeq Hab. 2 n. 5. &. c. 3. per totũ Hag. 2. n. 19. & ſeq. Za. 3. p totũ. c. 6. n. 30. vſq; ad fi. c. 9. n. 41. Mal. 3 n. 11
Paſsio Chriſti Domini. Zach. 1. 56. c. 12. n. 14 c. 13. per totum.
Reſurrectio Chriſti Dñi prædicitur, & probatur. Hoſ. 6. n. 3. c. 13. 24. Mic. 7. n. 36. 37. Ionæ 2. 27. c 3. 34. & ſeq. Zac. 3. 26.
Reſurrectio Chriſti Domini quomodo intelligatur fuiſſe poſt tres dies Hoſ. 6 n. 6.
Reſurrectionis Chriſti typus. Ionæ. 2. 27. ca. 3. 34. & ſeq.
Reſurrectio Chriſti Dñi fuit Iudæis nota, Ion. 3. n. 33. 34.
Reſurrectio Chriſti Domini quomodo ſit cauſa reſurrectionis noſtræ. Hoſ. 6 n. 5.
Reſurrectionis Chriſti Dñi meditatio plurimum valet ad ſpem noſtræ reſurrectionis excitandam. Hoſ. 6. 46.
Aſcenſio Chriſti. Mich. 2. 65. Zac. 3. 26. c. 14. 8
Humanitas Chriſti per templum ſignificata. Mich. 7. 39. Hag. 1. 31.
Per tabernaculum ſignificata. Ham. 9. n. 29. & ſeq.
Per Ieruſalem ſignificata. Mich. 7. 39.
Per veſtes ſordidas ſignificata. Zach. 3. 25.
Humanitas Chriſti quomodo ſit cauſa noſtræ iuſtificationis. Hoſ. 6 n. 5.
Mors Chriſti deſtruxit mũdi errores. Io. 1. 48.
Deſcenſus ad limbum. Zac. 9. 52.

* Diuinitas Chriſti probatur. Mic. 5. n. 36. 39. Zach. 2. n. 19. c. 13 n. 15. Mal. 3. n. 11.
Genus Chriſti ex tribu Iuda. Hoſ. 9. 24.
Aduentus Chriſti quæ bona hominibus attulit. Ho. 2. n. 80. vſq; ad finẽ. c. &. c. 6. n. 10. & ſeq. Ioe. 2. n. 45. vſq; ad finẽ cap. c. 3. n. 22. & ſeq. Mic. 4. per totum Habd. 117. Soph. 2. 64. Hag. 2. n. 59. 60. Zach. 9. 65. c. 10. n. 1. & ſeq. Mal. 3. n. 17. 18. & ſeq.
Aduentum Chriſti cœlum, & terra admirantur. Hag. 2. 12. Mal 3. 17. 18.
Chriſtus vocatur Dauid, & quare. Hoſ. 3. 24.
Diluculo ſimilis dicitur. Hoſ. 6. 48.
Imbri ſerotino, & tẽporaneo ſimilis. Hoſ. 6. 43
Leoni ſimilis, & leo dictus. Hoſ. 11. 33. Hamos 5. 51. Nah 2. n. 73.
Catulus leonis dicitur. Nah. 2. n. 73.
Vento vrenti ſimilis, & ventus vrẽs dictus. Hoſe. 13. n 37.
Vrſus dicitur Ham. 5. 51.
Sol dicitur Ham. 4. 38. Mal. 4. n. 2. &. 3. &. 4.
Vermis dicitur. Ionæ. 4 21.
Morſus dicitur Hoſ 13. n. 25.
Petra dicitur. Ham. 9. 21. Na. 3. 32 Soph. 1. 66
Lapis primarius Chriſtus. Zach. 4. 15.
Venturus, & veniens, nomen Chriſti. Habac. 2. n. 6. 7. &. 8.
Sanctus, nomen Chriſti. Haba. 3. 17.
Victor nomen Chriſti. Habac. 3. n 60. & ſeq.
Finis nomen Chriſti. Habac. 3 n 61. &. ſeq.
Fõs dicitur, & fons patens. Zach. 13. 2. 18. 20.
Angelus dicitur. Mal. 3. 14.
Ignis. Mal. 3. 18
Oriens nomen Chriſti. Za. 3. 34. & ſeq. c. 6. 32
Caput noſtrũ Chriſtus. Hoſ. 1. 130. Zac. 2. n. 17
Conſiliarius noſter Chriſtus. Mich. 4. 73. 74.
Rex noſter. Mich. 4. 73. Zac. 14. 34.
Dux noſter. Mich 6. 15.
Pontifex noſter. Mich. 6. 15.
Sacerdos noſter. Mich. 6. 15.
Magiſter, & doctor. Ioe. 2 n. 48. Zach. 13 23.
Veſtis noſtra. Soph. 1. n. 15.
Paſtor noſter in Proœ in Hag. n 8. Zach. 10. n. 30. & latius. Zach. 11. n. 8. & multis ſeq.
Propheta dicitur. Zach. 13. n. 22. 23.
Arx dicitur. Zach. 9. n. 54.
Separator dicitur. Zach. 9. n. 15 &. 27.
Stannens lapis dicitur. Zac. 4. n. 24. 25.
Lucerna dicitur. Zach. 4. n. 4.
Lampas dicitur. Zach. 4. n. 4.
Cornu dicitur. Zac. 1. n. 72.
Deſideratus cunctis gentibus. Hag. 2. n. 19.
Angulus dicitur. Zac. 10. n 13.
Paxillus dicitur. Zac. 10. n. 13.
Fortis. Zach. 10. 17.
Dominator dicitur Malach. 3. n.
Germen Chriſti nomen. Zac. 3. n. 35. & ſequ.
Lapis Chriſti nomẽ. Ham. 9. n 21. Za. 3. n. 43.
Typus Chriſti agnus paſchalis. Præl. 1. 20.
Typus Chriſti Dauid. Hoſ. 3. 24.
Populus Iſraeliticus. Hoſ. 11. ſtatim poſt principium, vſq; ad numerum. 15. Ionæ. 3. 33.
Vermis Ionæ 4. 21.
Et Ieruſalem. Mich. 7. 39.
Et Moyſes. Mich. 6. 15.
Et Aharon. Mich. 6. 15.
Petra. Nah. 3. n. 32.
Templum. Mic 7. 39 Hag. 1. 31.
* Tabernaculum. Ham. 9. 29.
Zorobabel. Hag. 1. 32. Zac. 4. n. 14.
Ieſus filius Ioſedec, Hag. 1 32. Za. 3. 22. c 6. n. 32.
* Typus Chriſti vir equo rufo inſidens Zach. 1. n. 55. &. 56.
Virtutes, & dona Chriſti per ſculpturam ſignificata. Zach. 3. 48.
* Obedientia, & humilitas Chriſti. Hoſe. 1. 60.
Rex, & ſacerdos prænuntiatur. Zach. 6. 32.
* Veſtes Chriſti fideles ſunt Mich 2. n. 52. &. 53
* Natura duplex Chriſti per duo infuſoria olei ſignificata. Zach. 4. 30.
Natiuitas Chriſti quantam lætitiam hominibus attulerit. Hag. 2. 22.
Veniſſe Chriſtum probatur. Hag. 2. n. 29. & ſeq Zach 9. 41.
Orat Chriſtus pro nobis vt homo Zach. 1. 63.
Chriſtus ſequendus vt caput Hoſe. 1. 130.
Chriſtus leo tugiens in Iudæos. Ham. 1. 10.
Chriſti ſanguine tinctas noſtras animas ſolũ Deus agnoſcit. Ham 8. 7.
Propter incarnationem Chriſti omnis caro ei ſubijci debet, & quidquid eſt in homine ſilere debet coram eo. Zac. 2. 36. & ſeq.
Chriſtus vermis matutinus, qui corroſit hedẽ per reſurrectionem ſuam. 1 vmbram legis veteris. Ion. 4. 21.
Pro ſalute omnium mittitur in mare, & quieſcit ira Dei. Ion. 1. 48.
Chriſti Allegoria ab inferno deuorati. Io. 2. 20
Chriſtus cum reſurgit in nobis, diſperdit Dæmones, & malas cogitationes. Soph. 3. 45.
Magnas vtilitates affert animæ, dat nobis labium electũ, & vt humero vno ſeruiamus ei, Soph. 3. 46.
Chriſti prouidentia in gubernandis ſuis. Mic. 5. 47. & ſeq & c. 7. 58. Zac. 3. 51.
Quam fortiter eos defendat. Mich. 5. 51.
Chriſtus paucos conuertit, eius figura fuit Michæas in hoc. Mich. 7. 14.
Gratia Chriſti non ab alio mutuata. Zac. 5. 6.
Imitatio Chriſti Zach. 3 52.
Chriſtus quam potenter liberet electos ſuos Zach. c. 63. 64.
Chriſtus indutus erat veſtib' ſordidis, quia peccata noſtra portabat. Zach. 3. 26.
Chriſto auferuntur huiuſmodi veſtes, cũ peccata noſtra debentur. Zach. 3. 27.
Chriſti vulnera cæſaturæ ſunt. Zac. 3. 48.
Chriſti vulnera prædicuntur. Zach. 13. 9.
Chriſtum regẽ qui agnouerint, & ei munera obtulerint, in memoria æterna erunt apud Deum. Zach. 6. 36.
Et magnis donis augebuntur. ibid. 6. 37.
Chriſto aureã coronam facimus, & eũ corona mus cũ noſtrotos ei tradimus poſsidendos, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtutibus nostris eũ coronamus. Zac. 6.40.
Christus solus rex agnoscẽdus, ipse enim saluauit nos, qui a rex, & sacerdos est noster Zac. 6.44.
Christus in animã veniens quanta ei munera afferat. Zach. 9.65.
Christus quomodo veniens in animam totum hominem possideat. Zach. 9.68.
Christus fons patens Zacha. 13.2. & 3. vt omnes mundentur. 4. & 18.19.20. Quanta bona habeant, qui ex hoc fonte bibunt. 21. & sequ. Aqua huius fontis per orbem spargenda. Zach. 14.31.
Christi aduentus primi splendor & opera mirabilia Mal. 3.17. &. sequ.
* Christus cur dicat Sol iustitię. Mal. 4. 2. & seq.
† Quæ dicuntur de Christo, interdũ ad solũ caput pertinent, interdũ ad corpus, nõ nunquã ad vtrumque. Zac. 2.17.18.
Christi ad præsepe animalia. Hab. 3.8 & sequ.
Christus quomodo venerit ab Austro. Hab 3.12. & seq.
Gloria miraculorũ eius ibi. 24. Splẽdor doctrinæ eius ibi. 24 25. Victoria ei⁹ in cruce. ib. 26
Christus exiccauit venas mortis. Hose. 13.37.
Christi figura Ionas. Ion. 3.33.
Christus vir sedens super equũ rufum. Za. 1.53
Christi corpus passione cruentatum equus rufus. Zac. 1.53.56.
Christus post ascensionem mittendus ad gentes in apostolis. Zac. 2.17.
Christ⁹ maxima lampas Ecclesię Za. 4.4. Quę nõ habet infusorium, vt ceteræ, quia nõ aliũde mutuatur lumen, sed ipse in se habet. ibi. 6
Christus lapis stãneus exuri nos igne peccatorum non sinens Zach 4.23.24.41.
Christi duæ naturæ duo tostra aurea. Za 4.30
Christi ingressus in Ierusalem asinæ insidẽtis cur meminerit Zacharias, & non alterius ingressus. Zach. 9.34. vsque ad finem cap.
Christianus, vide Fidelis.
Christiani multi quodãmodo idololatris nequiores. Ion. 1.52 Haba 1.n 51. Soph. 3.n. 9.
Christianorum typus Iacob Habd. n. 117.
Malorum christianorum exẽplo duriores fiũt infideles. Mich. 1.n 53.
Christianorũ typus filij Ioseph. Habd. n. 117.
Christianorũ typ⁹ Iudas, & Ierusalẽ Sop. 1 44
Malos christianos quomodo De⁹ puniat Soph. 1.44 50. 51. c. 3. n. 50. 51. Ham. 2 19. & c. 3. 4.
Mali christiani Deum ad vindictam prouocant Soph. 3. n. 9.
Duplex genus christianorũ. Zac. 12. n. 23.
Argentum dicuntur. Mal. 3.21.
Christiani ex omnib⁹ gẽtib⁹ relinquẽdi, & ꝓtegẽdi à Deo, & p ignẽ probãdi. Za. 13.16.17
Christiani viuẽtes more gentiũ peribũt, & omnis eorum fortitudo, & potẽtia peribit Sopho. 2.14.15.
Christianus malus induitur veste peregrina. Soph 1.50.51. Maxime Deum prouocat. Soph 3.9. Frustra gloriatur in nomine christiano. Soph. 3.50 51.
Christianorum scientia quam magna sit. Hos. 14.26. Qualis scitẽtia hæc sit. Zach. 10.26.27
Christiani mali condemnabuntur à Niniuitis Ion. 3.40.
Christianorũ mala nõ sunt euulgauda gentilibus. Mich. 1.53.54.
Christianorum mores quales esse debent. Mic. 4.49 50. Soph. 3.54.55.
Pœnę christianorũ apud inferos maximæ, quas nolunt credere contemptores Haba. 1.31.32.
* Sopho. 1.44. ¶ Chrysolithus.
Quæ eius natura. Ioa. 1.19. ¶ Chrysostomus.
Qualis scripturæ sacræ interpres. In proœ. in Zacha. n. 9. ¶ Chusi.
Sonat idem, quod AEthiops. Soph. 1.39.
Cibus.
* Ciborum deliciæ reprehendũtur, frugalitas laudatur. Ham. 6.n. 16.17.18.19. & seq. Ion. 3.41.
Cibus Diaboli qualis. Habac. 1.n. 57.
* Cibus virtutes. Hag. 1.56.
Quomodo sumendus. Za. 7.n 5. ¶ Cicaion.
Quid sit. Ion. 4.n. 11. & seq. vsque ad. 16.
Cidaris.
Est ornamentum, quo sacerdotes tegebant caput Zach. 3.14.15.
Qualis esset. Zach. 3.n. 14. & seq.
† Dignitatem sacerdotij significat. Zach. 3.17.
* Cidaris, intentio recta Zach. 3.30.
Cilicia, Cilix.
Ciliciæ prouincię termini, quã lati olim. Ion 1.10
Cilices vnde orti. Ion. 1 8. ¶ Cilicium.
† Cilicio induebantur lugentes Ham. 8.30.
† Cilicium ꝓ sacco ponitur, & cõtra Ham 8.30.
* Cilicio induti ꝓphetæ prædicabant pœnitentiam Zach. 13.8. ¶ Cinis.
† In cinere sedere, & cinere conspergi mærentiũ, & lugentium erat. Ion. 3.31.
Cisterna.
In cisternis aqua seruari solebat. Ham. 4.20.
Citharœdus.
Citharœdi in conuiuijs adhiberi soliti. Ham. 6.20
Ciuitas, vide etiam vrbs.
* Ciuitas Dauid, quæ Mic. 5.14.
Ciuitas vocat ecclesia, & cur. Ha. 9.46. Za. 8.15
Ciuitas Dei amor Dei. Mich. 4.77.
Ciuitates munitæ Religiones ecclesiæ. Mic. 7. tæ 38.
Ciuitates dicuntur fluuij. Haba. 3.39.
Ciuitates, bona temporalia. Soph. 3.16.
Ciuitates ædificant peccatores. Soph. 3.17.
Ciuitas veritatis ecclesia. Zach. 8.5.
Ciuitas veritatis anima. Zac. 8.20.
Clamo, Clamor.
† Clamor significat magna peccata. Ion. 1.5.
† Clamor dicitur ratio mentis. Ion. 2.8.
Clamat, qui mente orat. Ion. 2.8.
Clamare vindictam exposcere Ionæ. 1.n. 6. & Haba. 2.n. 32.
Claudus, Claudicare.
* Significat partim legẽ Dei obseruare, & partim negligere. Mich. 2.49 50 c. 4.56.

* Claudicans vocabatur synagoga. Mic. 4.56. Sopho. 3.42.
* Claudus, seu claudicans anima Deo, & mundo simul seruire volens. Mich. 4.68.
Colligitur à Deo vt vnum amet, & prolem edat bonorum operum ibid.
Claudicans iurat in Deo, & in Melchom. Soph. 1.48. Mich. 2.49.50. Ham. 5.54. Zach. 14.62.
Clauis.
Claui crucis in freno equi constãtini. Zac. 14.n.4
Clericus, vide sacerdos.
Clericatus.
* Clericat⁹ ordo quomodo appetẽd⁹. Hos. 2.n. 103
* In clerum pauci admittendi. Hos. 2.100.
Coccus, Coccinum, Coccineus.
† Quid sint, & vbi nascantur. Nah. 2.n. 46.
Cœlum.
† Moueri cœlum est tonare. Ioe. 2.n. 9.
* Sedem cœli omnes nationes Deo tribuunt. Ham. 9.n. 7. Ionæ. 1.n. 45. Mich. 1.n. 5.
Cœli sanctos significãt. Ham. 9.n. 16. Hag. 1.51
Habitare in cœlo ponitur signũ veri Dei. Ionæ. 1.n. 45. Ham. 9.n. 7. Mich. 1.n. 5.
Cœlũ curtesté inuocet scriptura. Mi. 1.n. 19.20
* Cœlestia amans despicit terrena. Haba. 2.33.
Altitudo dicitur. Habac. 3.n 41.
† Militia, seu exercitus cœli, astra. Soph. 1.25.
Cœlum suprema pars animæ. Hag. 2.62.
Extendere cœlum, creare cœlum. Zac. 12. n. 1.
Cœlum anima iusti. Zach. 12.n. 24.
Clausũ cœlũ dicitur quãdo aquas nõ emittit, apertũ, quãdo plus solito emittit. Mal. 3.n. 33.
Cogito. Cogitatio.
† * Cogitationes bonæ sunt filij de quibus Deus suscitat Nazaræos. Ham. 2.31. sunt prædicatores Dei Ion. 1.31.
Cogitationes p equos significatæ. Ham. 4.n. 28
Cogitationes malæ quomodo pereãt verbo Dei Ham. 9.28. Sunt prædicatores diaboli. Ion. 1.31.
Cogitationes terrenæ per locustas significatę. Ham. 7.n. 8.
Cogitationes bonæ, & malæ quomodo interse pugnent, & quomodo examinandę. Ham. 7.n. 24. 25. Ionæ. 1.n. 31. 32. Mich. 2.n. 44. c. 3.n. 12. Zach. 13.n. 26.
Cogitationes Diaboli aut fiduciam cæcam efficiunt, aut præcipitẽ desperationẽ. Ion. 1.31.
Cogitationes inquietæ per vermem significatæ. Ionæ. 4.n. 28.
Cogitationes per capillos significatæ. Mich 1. n. 71. 72. 73.
Cogitationes Diaboli quales. Mich. 2.n. 44.
Cogitationes superbiæ dicũtur Moab. Soph. 2.46. Et mare. Hag. 2.62. (Hag. 2.63.
Cogitationes bonæ, & firmæ dicuntur arida.
Cogitationes Dei sic alliciunt, vt terreant, sic terrent, vt alliciant. Ion. 1.32.
Maturę cogitationes senes dicũtur. Zac. 8.n. 21
Cogitationes populus dicũtur. Zac. 8.n. 24. 25
Cogitatione pollutus intelligitur in mẽstruata. Za. 13.19.20.
* Cogitationes prauæ pseudoprophetæ dictę. Zach. 13.n. 25. 26.
Superbæ cogitationes. Zach. 13. n. 26.
Cogitationes specie boni quantum decipiant Zach. 13.26.
Cognosco Cognitio.
Cognitio sui ipsius, & Dei præcedere debet studium literarum. Hos. 10.n. 39.
Cognitio sui reperitur in electis, in reprobis nõ ita Ionæ. 1.n. 52. 53. 54. Mich. 2.n. 23.
Cognitio sui quã vtilis. Nah. 3 n. 32. Soph. 1. n. 39. Hag. 1.n. 48. 49. 50. 59. c. 2.n. 66. 77.
Calcare lutũ est vilitatẽ nostram agnoscere. Nah. 3. 32.
Qui considerant bona, quæ faciunt, & obliuiscuntur culparum, congregant mercedes in sacculum pertusum. Hag. 1 48.
* Cognitio dei cõiungit operas ciẽtię. Hos. 4.n. 1
† Cognoscere pro Approbare. Hos. 8.n. 12.
Cognoscere pro Bene facere. Hos. 13 n. 4. Hamos. 3.n. 2. Nah. 1.n. 16.
Cognoscere, id est, cognoscere ad custodiendum. Nah. 1.n. 16.
† Cognoscere, cõfirmari in cognitione. Za. 2.n 23
Cognitio nostra à Deo per angelos deriuatur Zach. 4.n. 1. & 34. ¶ Collegium.
Collegium Anglicum, & collegium Germanicũ Romę ædificata. Ham. 2.28.
Colligere.
† Significat occidere. Hos. 4.n. 5.
* Animam, ad Deum colligi. Zach 8.25.
† Collecta, vnde dicta. Soph. 2.n. 1.
Collis.
† Principem alijs principibus minorem significat. Mich. 6. 1. Habac. 3.31.
* † Colles intellectus, & voluntas. Soph. 1.72.
Color.
Albus color, vide Albus.
Rufus color, vide Rufus, varij coloresvarios stat⁹, variaq; ingenia hominũ significãt. Za c. 1.18.
Coluber.
† * Significat diabolum, & peccatum. Ham. 5.52.
Columba.
* Columbæ natura. Hos. 7.n. 24. 38.
Columbæ volatus cõstantissimus. Hos 11.36.
Columba, synagoga Hos. 7.54.
Columba, peccator. Hos. 7.38. Soph. 3.n. 10.
* Columbæ, credẽtes in Christum. Hos. 11.35.
Comedere.
† Significat consumere. Hos 4.14.
Quomodo comedendum. Zach. 7.n. 5.
Et qui nam comedant Deo. ibid.
Commouere.
† Commoueri dicuntur res, in quib⁹ res magnæ, & admiratione dignæ fiunt. Hag. 2.n. 21.
† Caput commouere est dolentis, vel irridentis. Nah. 3.n. 5.
Comœdiæ.
* Comœdiæ, quæ nostris tẽporib⁹ agũtur quantũ moribus noceant. Mich. 1.n. 62. 63. 64. 65.
Comœdi adiutores Diaboli. Mic. 1. 62. 63.
Compago.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Quid sit. Soph. 2. n. 62.
Comprehendere.
Dicitur de verbis comminatorijs. Zac. 1. n. 10.
Comprimere.
Manum comprimere signum magnæ lætitiæ. Nah. 3. n. 29.
Compunctio.
† Spiritus compunctionis significat mentē in malo fixam, & pertinacem. Hos. 1. n. 115.
Concionari, Concionator.
* Concionatoris munus quale sit, & quomodo debeat exerceri. Ho. 1. 11 12. 13. 20. 21. 22. 23. 24 25. 26. c. 5. n. 24. & seq. c. 6. n. 50. & seq c. 8. n. 2. c. 9. n. 14. Habd. n. 125. 126. Ion. 1. n. 30 Mic. 1. 48. c. 6. n. 9. c. 7. n. 19. 21. Soph 3. n. 12. Hag 1. 54. Zac. 4. 41. 42. c. 9. n. 1. Mal. 3. 37.
Concionatoris officium nemo sibi assumere debet, sed expectare vel à Deo mittatur p suos ministros. Hos 1. n. 11. 12. 13. 20. vsq; ad. 26.
Scripturæ sacræ quomodo debeant ijdem studere in Proœm. in Mala
Cōcionatores, qui lucri causa, vel honoris gratia populo prædicant. Mic. 3 n. 3. & seq. Sopho. 1. 73.
Concionatores, qui aliena scripta furantur ad concionandum. Hos 1 n. 23. 24.
Concionatores dicuntur nubes. Ham 4. n. 18. c. 5 26. & seq.
Concionatores dicuntur aquæ. Ham. 9. n. 8.
Concionatoris typus Ionas fuit. Ion. 1. nu. 30. 31. 32. c. 3. 38.
In plateis concionari, & vbicunque hominum multitudo congregatur, consuetudo sanctorum, ab ipsis prophetis accepta probatur. Hamos. 5. 35.
Concionatoris typus Galahad Habd. 125.
Concionatores filij olei, & spicæ, & oliuæ, dicti. Zach. 4. 41. 42.
Oratio concionatori necessaria. Zach. 4. 42.
Euangelij primi concionatores ita prædicabant, quasi cum hostibus pugnantes. Zach. 9. nu. 1.
Milites Ecclesiæ concionatores dicuntur. Zacha. 9. 19.
Verba concionatorum fulgur, & iaculum dicuntur Zach. 9. 58.
Dicuntur, & lapides fundæ. ibid. n 59.
Deus concionatorum dux. Zach 9. 59.
Arcus Dei dicuntur. Zach. 9. 56. 57. c. 10. n. 13.
Dicuntur milites. Zach. 9. 19.
Gladius dicuntur. ibid n 58. Arma. n. 61. lapides diadematis Christi. n. 62. Nubes, Niues, Equi. Zac. 10. n 4. & seq. Exactores. nu. 14. Arcus. n. 34 Ignis, caminus. Zach. 12. 8.
Inanem gloriā quærere non debet. Mal. 3. 37.
Concionator, si se vere abneget, plurimos ad Christum adducet Zach. 8. 45. 46.
Concionator perfectus moribus, & literis. Hos 1 20 & seq.
Concionatores quantum laborare debent ad aliorū conuersionem Hose. 6. 50. Zac. 4. 42.
Concionatores doleant de vitijs, sed ne taceāt supplicia virorum. Ion. 1. 30.
Cōcionatores à Deo missos, & ad eius præscriptum prædicantes copiosius sequitur fructus. Ion 3. 38.
Concionator terrere debet, & plangere quos terret. Mich. 1. 48. & c. 2. 58.
Qui Dei autoritatem habet ad loquendū, nemini cedere debet. Mich. 6. 9. 10.
Concionator ne desperet cum videat Diabolū multos possidere, sed adhuc quęrat racemos ideſt, quos Diabolus, & mundus reliquerint. & præcoquas ficus, ideſt, bonæ indolis adolescentes. Mich. 7. 19. 20.
Si non inuenit, plangat eos, & adhuc quærat. ibid. 21.
Concionatores à doctrina Ecclesiæ aberrantes viri infideles. Soph 3. 12.
Concionatores ne deficiant animo, cū fructus labori nō responderit, & cur id. Zac. 2. 24. 25
Concionatores, si paucos lucrantur, suis peccatis tribuant. Zach. 2. 35. 36.
Concionatores duę oliuæ, quæ fructū ferunt cū per contemplationem surgunt, & Deo assistunt, & pro alijs orant. Zac. 4. 41. 42.
Qui hoc nō faciūt, oliuę steriles sunt. ibid. 42.
Concionatores steriles dat Deus populo ob eius peccata. Zach. 4. 42.
Concionatores equi Dei in hostes ruentes. Zacha. 10. 12. 14. 15.
Eorum fortitudo. ibid. 17. 18.
Concionatores sunt angeli cōfirmantes alios Zach. 10. 33. Et arcus prœlijs mittentes sagittas Dei. ibid. 34.
Concionatores vtilia dicentes, & non gloriam Dei, sed commoda sua inde quærentes, adulteri sunt. Mala. 3. 37. 38.
* Concilia.
Cōcilia de quauis ꝓposita quæstione primū sanctorū sententiā cōsulunt. In proœ. in Hag n. 10
Concordia.
Commendatur. Hos. 10. 4.
Concupiscentia.
Concupiscentiæ Deo immolandæ. Ion. 2. 38.
Concupiscētiam mouet Diabolus, sed nihil agit, si Christus voluntatem seruat. Mich. 5. 68.
Condignum.
Pro æquali ponitur Mich. 6. 19.
Confessio, Confiteri.
* Cōfessionis frequētis vtilitas Hos 7. n. 15. c. 13. n. 19. c 14. n. 4. 5. Ion. 3 42. Mich. 6. 22.
Confessio omnium peccatorum manifestationē habeat. Hos. 13. 18.
* Cōfiteri peccata est saccis operiri. Ionæ. 3. 42.
* In cōfessione decalcetur peccator, vt aquila i. plene suam turpitudinem prodat, vt peccata noscantur. Mich. 1. n. 73.
Confessio peccatorū dicitur sacrificium laudis. Mich. 6. 22.
Reprobi difficiles sunt ad confitendum peccata, electi vero faciles Ion. 1. n. 53 & 54.
* Confessio peccatorum non differenda, vide Pœnitentia, & Soph. 2. 32. 33. 34. & sequ. Ham. 9. n. 14.

9. n 14. Ionæ. 3. n. 40. Hag. 1. 38.
* Qui in confessione solicitant mulieres, reprehenduntur. Soph. 3. n. 13.
* Confessionis vtilitas Ion 3. 42.
Confidere, vide Fidere, Fiducia.
Confirmare.
† Confirmari cor est in sententia permanere. Hos. 11. 30.
Conflare.
† Quid significet. Nah. 1. n. 40.
† Conflatile quid sit. Nah. 1. n. 40.
Conflator, Deus. Zach. 11. 31.
† Confortare lumbos est robur, & fortitudinem assumere, & vires colligere. Nahu. 2. nu. 41.
Confortare cor, vel manus, vel brachia. ibidem.
Confundere.
† Confundere pro pudore afficere, & confundi pro pudore affici, & erubescere. Ioe. 1. 24.
Congregare.
† Significat occidere, delere. Hos. 3. 7. c. 4. nu. 5. Soph. 1. n. 4.
Coniunctio.
† Coniunctiones multæ suppleri solent in scriptura. Hos. 10. 17. Ioe. 2. 22.
Consanguinei.
* Consanguinei sæpe iuuant ad peccandum. Hamos. 6. 37. 58.
Conscientia.
Conscientiæ morsus quam graue sit flagellū. Nah. 3. 17.
Conscientia mala habet multa cadauera, in quibus corruat. Nah. 3. 18.
Conscientiæ stimuli in anima degenerante, & pœna eius nisi resipiscat. Hos. 2. 50.
Conscientia peccatores mordebit in die iudicij. Ham. 5. 52.
Conscientiæ examinatio commendatur. Hag. 48. 49. 50.
* Bonæ conscientiæ securitas. Zach. 10. 32. Mic. 4. 53. 54.
Consentire, Consensus.
Consentiens peccato, peccat. Zach. 11. 39. 40.
Consilium, Consiliarius.
* Consilia improborum. Hos. 9. nu. 12. Ham. 6. n. 37. 50. c. 7. 14. Mich. 2. 44. ca 3. 12. c. 5. 91. c 6. 18. c. 7. 23. Nah. 2. n 71.
Consiliarius noster Christus. Mich. 4. nu. 73. 74. Zach. 9. 65.
Consilium per flumen significatur. Nah. 1. numero. 24.
Consilia mundanorum aquæ dicuntur. Nah. 2. n. 71.
Consilium à regibus dari solet. Zach. 9. 65.
Qui consilio alios iuuant, laudantur, Zach. 10. 34. Mal 3. n 39. 40.
* Consilia de pietate sequenda cum paucis communicanda. Mich. 7. 27.
Conspectus.
† In conspectu Dei ambulare, vide ambulare.
Consolatio.
* Consolatio diuina. Hoseæ. 2. 84. Hamos. 9. 50. Mich. 4. 68. & sequ. c 6. num. 43. Hag. 2. num. 55. 56. 57. Zach. 14. nu. 55.
* Consolatio diuina duplex. Ham. 9. 50.
Consolatio diuina per vinum significata Mich. 6. 43.
* Sæculi consolationes propter Deum relictæ non sunt repetendæ. Hos 4. nu. 6. 7.
Constantia.
* Constantia à Deo petenda, & spiritus fixus in bono. Hos. 6. 10.
* Constantia quomodo obtineatur. Zach. 4. 37.
* Constantia iustorum quomodo à diabolo tentetur. Zach. 6. 41. 42.
* Constanter quęrat, qui bonum quærit, & ne deficiat. Mich. 6. 43.
Constantinus.
Clauos crucis in equi freno posuit. Zach. 14. 47.
Consuetudo.
Consuetudines multæ communes Romanis, & Hebræis, & alijs nationibus. Hos. 5. 9.
* Consuetudo peccandi, vide peccatū, & Ham. 8. nu. 42. ca. 9. nu. 18.
Consurgere.
† Mane consurgere significat diligentissime aliquid facere. Hos. 6. nu. 1.
Contemplatio, vide etiam, Oratio.
* Contemplationis commendatio Habac. 2. n. 33. Zach. 2. nu. 30. ca. 6. 37. ca. 13. 19.
Familiaritas Dei quomodo assequenda. Soph. 1. 37.
Contemplatio per Sion significata. Zacha. 2. 30.
* Per Ierusalem significatur. Zach. 13. 19.
Contero, contritio.
† Conterere est calamitatem alicui afferre. Hos. 13. 19.
Contritio calamitatem magnā significat. Hos. 13. 19. Ham. 6. 26.
† Contritio significat fractionem, & vulnus, Hos. 14. 12.
Contritio peccatorum, vide Cōpunctio, & Pœnitentia.
Contestor.
† Ponitur pro Præcipio. Mal 2. 29.
Conticesco.
† Significat penitus excidi, & consumi. Soph. 1. num. 59.
† Conticescere, vehementi dolore cruciari. Soph. 1. 60.
Contra.
† Significat coram. Habd. 40.
Contumelia.
Vitiorum multitudinem significat Mich. 4. 71.
Conuertere, Conuersio.
Gentilium conuersio vide gentilis.
† Conuerti ad Deum quid sit. Hos. 14. 6. & seq.
* Conuersio peccatoris. Hos. 2. nu. 80. 81. ca. 14. nu. 4. & seq.
* Conuersio vera opera pœnitentiæ habet. Ioe. 2. 18.
Conuersionem aliorum impedientium pœna. Ham. 1. 29. 28.
* Vt conuertamur aufert nobis Deus, quæ amamus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus. Mich. 1.25.
Conuertentis se progressus. Mich. 4.71. & seq.
Conuertentis se promittitur victoria. Mich. 4. 79.80.
Conuertens se quid offerre debeat Deo, vt reconcilietur nobis. Mich. 6.19. & seq.
Conuersio, quam facere volumus cum paucis communicanda, nō cum carne. Mich. 7.27.
Etiam si sero conuertamur, cito nos cōsolatur Deus. Hag. 2.55.
Cum Deus conuertit aliquem, vtitur bonis quæ sunt in eius anima. Ham. 5.11.
Conuersio fit fortitudine Domini, & per quos gradus deducantur conuersi ad perfectionem. Soph. 37.38.
Conuertere captiuitatem est liberare à captiuitate. Hos. 6.38.
Conuerti cor est mutare sententiam. Hoseæ. 11.35.
Conuertetur, pro Iterum. Ham. 5.12.
Anima ad Deum conuerti incipiens parturiēti mulieri similis. Mich. 4.68. & seq.
* Qui ad Deum conuertitur, quomodo ea, quibus ad vitia vtebatur, ad Dei cultum cōuertit. Mich. 4. nu. 52. 80.

Conuiuium, conuiua.

Musici in conuiuijs adhiberi soliti. Ham. 6.20.
† Conuiuium, id est, homines, qui ad conuiuium veniunt. Ham. 6.27.
Conuiuarum pedes lauare fuit consuetudo Romanorum, & Iudæorum, & aliarum nationū. Hos. 3.9.
* Conuiuiorum leges apud veteres. Ham. 6.19.

Cor.

* Cor peccatoris clibano simile. Hoseæ. 7. numer. 16.17.
Cordis durities. Ham. 9.10.
* Cor hominis dicitur mare. Hag. 2.62. Nah. 1. num. 23.
† Cor, pro voluntate. Hos. 7.25.
Cor, pro intellectu. Hos. 7.25.
† Cor significat omnia interiora. Hos. 13.10.
* Altare dicitur. Malach. 1.37.
† Cor conuerti est sententiam mutare. Hoseæ. 11.30.
† Cor confirmari est in sententia permanere. Hos. 11.30.
* Cor hominis est templum, & domus Dei. Hag. 1.37.
† Confortare cor, est robur, ac vires assumere. Nah. 2. nu. 41.
Cor audaciæ sedes. Nah. 2. nu. 64.
† Cor dissolutum, aut tabescens, vehementem, timorem, & deiectionē animi significat. Nah. 2. num. 64.
† Ponere cor in aliqua re, vel ponere aliquid in corde, est attente considerare. Hag. 1. nu. 9.
* Diritiam, & excæcationem cordis efficiunt peccata. Zach. 5.11.
† Aggrauare cor, pertinaciter in proposito permanere. Zach. 7. nu. 10.
* Cor peccatoris adamāti similis. Zach. 7. n. 18.

Coram.

Coram Deo ambulare, vide ambulare.

Cordatus.

† Vnde dicatur, & quid significet. Hos. 7.25.

Cornu.

† Significat potentiam, & vires Ham. 6.41. Habac. 3. nu 26. Zach. 1.68.
* Cornu, Caritas. Mich. 4. nu. 79.
* Cornu, trophæum, & victoria crucis Christi. Habac. 3.26.
† Leuare, vel exaltare cornu, est potestatem, & dominatum habere, & vincere. Zach. 1.72.
Cornu, Christus Dominus. Zach. 1.72.
* Cornua, animi passiones quatuor. Zach. 1.73.
* Cornuta animalia peccatores significant. Zach. 1.74.

Corona.

Christi corona duplex, Zach. 6.32.
* Virtutes nostræ corona Christi sunt. Zacha. 6.40.

Corpus.

* Corpus cum lethali morbo vulneratur percutitur templum. Ham. 9.9.
Corpori confidentes quomodo punientur. Soph. 2.34. & sequentibus.
Bona corporis vide bona.
Vires corporis cito destruūtur. Sop. 2. n. 34.
Corpus mysticum Christi Ecclesia. Zach. 2. num. 17.18.
* Vestimentum dicitur. Mala. 2. nu. 38.

Correctio, vel correptio.

* Corripientes nos sunt angeli Dei, & vt angeli audiendi. Mal. 1.24.25.
* Deum correctionē ab aliquo auferre est grauiter eum punire. Hos. 4.40.
* Vtilitas correptionis. Hos. 4 40. Mal. 1. numer. 24.25.
* Correctio æquo animo accipienda, tanquam à Deo. Mal. 1. nu. 24.25.

Corruere.

† Significat in aliquam magnam calamitatem sibi, tanquam laqueum, ab aliquo paratam deuenire. Soph. 1. nu. 13.

Cortex.

† Significat cæremonias. Ioe. 1.12. Mich. 3.9.

Corus.

† Corus mensura quantum capiebat. Hos. 3. n. 12. Ham. 8.13.

Coruus.

* Coruus, peccator. Soph 2.64.

Creatura.

* Creaturæ omnes signum amoris Dei erga nos sunt. Mal. 1.25.26.

Credere.

† Credere alicui, in aliquo, & in aliquem, idem significare solent in scriptura. Ionæ. 3.29.

Crudelitas, crudelis.

* Reprehenditur. Hos. 2.91. Ham. 1.20. Soph. 2.64.
Crudeles quomodo non facit Deus. Ham. 1. 20. & quantum eos oderit. Zach. 6.29.
Crudelitas ex voluptatum indulgentia nascitur. Ham. 6.26.

Crux.

Crux. Haba. 3.26.
Crucis Christi laus. Zach. 8.22.
Crux Christi baculus dicitur. Zac. 8.22.
Claui crucis in freno equi constantini. Zachar. 14.47.
* Crucem Christi ferre glorioſimum est. Zachar. 3.52.

Ctesiphon vrbs.

Vbi sita. Ham. 6. n. 6.

Cubile.

* Cubile significat cor. Mich. 2.19.

Culmus.

Quid sit. Hos. 8. nu. 19.

Cupiditas.

* Cupiditas. Vide bonorum sæculi amatores.
Cupidi reprehenduntur. Mich. 2.21.
Cupiditatis origo superbia. Mich. 1.22.
Cupiditas auri rete Diaboli. Hab. 1.46.
* Contra cupiditatem. Haba. 2.26. vsque ad finem capitis.

Cusculium.

Arbor Hispane coscoja, vbi nascitur coccus, quo tinguntur coccinea. Nah. 2.46.

Cura.

* Curæ virtutum incremento obstant. Hamos. 7. num. 8.
Curæ per spinas significatæ. Nah. 1. n. 50.
Curæ seculi interdum occupant iustos, sed tunc maxime, cum feruor caritatis, & deuotionis remissus est. Ham. 8 24.25.26.

Custos.

* Custodes spes honorum Nah. 3. n. 35.

Cynosura.

Vbi sit, & quæ eius natura. Ham. 5.20.

Cyprus, Cyprij.

A quo nomen habuerint. Ionæ. 1.8.

Cyrene vrbs.

Vbi sita. Ham. 1.18.

Cyrillus.

Qualis scripturæ sacræ interpres. In præm. in Zach. n. 9. & in præ. in Mal. n. 11.

Cyrus.

† Quo tempore Babylone regnauerit, & quot annos Prælud. 2.21. Zach. 1 n. 28.
Quo tempore soluerit captiuitatem Iudæorum Prælud. 2.5.

D.

Dæmon.

Dæmon, vide Diabolus.

Damascus vrbs.

Vbi sita. Ham. 1.15.
Sonat bibens sanguinem. Ham. 1.19.

Damnare, Damnatus.

* Damnati quomodo irridebuntur à iustis. Nah. 3.36.
* Damnatorum pœnis post diem iudicij nihil detrahetur, neque addetur. Hos. 1.55.

Daniel.

Est inter prophetas numerandus. Præl. 1. n. 9.
Danielis prophetia à veteribus prophetis inter Hagiographa numerabatur. Præl. 2. nu. 1.
Quo tempore Daniel prophetauerit. Præl. 2. nu. 22.24.27.

Dare.

† Dare aliquem in aliquid significat afficere eū aliqua re Hos. 11.28. Habd. 11.
Dare vocem, acclamare, & approbare. Habac. 3.41.

Datiuus.

Datiuus casus verbis additus honorem, cultumque significat. Ham. 6. nu. 5.

Dauid.

Quot annos regnauerit. Præl. 2. nu. 27.
Est figura Christi, & an alterius. Hos. 3.32.
In quem vsum musica vteretur. Ham. 6.21.
Dauidis nomine vocatur Christus Ham. 9. numer. 34.

De.

† Solet redundare in scriptura. Mich 4.26.
† De pro In. Nahum. 1. num. 58. Habac. 3. numer. 25.
† De pro Propter Habac. 2. nu 42 nu. 25. Soph. 2. nu. 44.

Debitum.

* Peccata appellantur debita. Hos. 12. num. 21.

Deblaim.

Quomodo transferatur. Hos. 1.36.

Decem.

Numerus denarius, vide Denarius.

Decima, Decimæ.

Hebræi quas decimas soluerent. Ham. 4. nu. 11. Mal. 3.40.
* Decimæ spirituales quæ Ham. 5. nu. 11. Mal. 3. 39.40.41.
Decimæ soluendæ. Mal. 3. nu. 29. 30. & 35.

Decumanus.

† Significat rem magnam. Zach 9. nu. 55.

Defatigatio.

* Defatigatio facit vt fructus laborum amittatur. Mich. 6.42.

Defluere.

Significat perire. Ham. 8.23.

Degenerare.

* Degenerātis animæ stimuli, & pœna. Hoseæ. 2.50.

Delictum.

† Significat Idolum. Ham. 8. nu. 34.

Delinquere.

† Delinquere pro Deficere. Habac. 1. nu. 28.

Deliciæ.

* Reprehenduntur. Ham. 6. num. 16. 17. 18. 19. & seq.
Delicioſe viuentium supplicia. Ham. 41.
Domus deliciarum, religioſorum vita. Mich. 2.56.
* Albus color, deliciarum signum. Zachar. 6. num. 4.

Denarius.

† Quantum valeret. Hos. 5.12.
† Denarius numerus faustus Zach, 5. nu. 4.
† Denarius numerus multitudinem significat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zachari.8.39.

Dens.

† Dentium stupor est dolor cum indignatione aduersum nos ipsos. Ham.4.15.
Dentium stupor, fletus inferni. Ham.4.16.

Descendere.

† Descendere in mare dicimus, quia mare in littore est humilius terra, Ionæ.1.25.
† Descendere est humiliori fortuna vti. Hoseæ. 11 40.
† Deus dicitur descendere cum peccata hominum quasi propius inspecturus accedit. Mich.1.6.

Desertum.

† Australem regionem significat. Hos. 13.37.
Desertum, in quo Israelitæ demorati sunt. Ham. 6.nu.43.44.
* Desertum Ecclesiam significat. Hos.2.nu. 82. & seq.
* Desertum Religiones Ecclesiæ. Hos.2.83.
* Desertum, Maria virgo. Hos. 3.numer. 38 39

Desiderium, Desiderare, Desiderabilis.

† Desiderabili, vasa pretiosa. Nah.2.64.
† Desiderium pro re desiderata. Hag 2.numero.32.
† Desideratus cunctis gentibus nomen Christi. Domini. Hag.2.nu.19.
† Terra desiderabilis, id est feracissima Hos.9.n. 7. Zach.7.12.
Desideria bona, vel mala, vide cogitatio.

Desperatio.

* Desperanda non est animæ cuiusquam in corpore viuentis salus. Hoseæ. 2.num. 22. Ionæ 1. 50. cap.2.39. Zacha. 9. 24.69. Soph. 3.47.
Desperationis tentatio Hoseæ. 1. 25. Hag. 2.58.
Desperatio vnde oriatur Nah.3.nu. 33. Hag. 2.58.
Desperationem quomodo Deus à suis expellat Mich. 4.nu. 68.& seq. Hag. 2.nu. 56.& seq. Zach.4.n.37 38.c.6.nu.43.44.
* Etiam in ira Dei non est desperandum. Ion. 1.50.
* De salute nostra nunquã desperemus. Hos. 2.21. Soph 3. 47. 48. Etiam, si cor haberemus obduratum. Ion.2.39. Soph.2. 41.42. Zach.6.44.

Detractio.

Detractionis vitium quantum noceat. Zach. 9.28.29.
* Detractores sanguinem comedunt. Zach. 9.28.

Deuotio.

Deuotionem cur Deus subtrahat. Hos.2.77.
Musica deuotionem iuuat. Ham.6.21.
* Quomodo amittitur, & recuperatur. Miche.2.nume.70.71. Hag.nu. 2.55. 56. Zach. 10.27.
Deuotionis ariditas, vide oratio.
Ros dicitur. Hag.1.55.
* Deuotio à Deo petenda, & quid sit. Zach 10. 27.& seq.
Deuotionem cito esse transituram suggerit Diabolus incipientibus, vt desinant à via incepta. Hag.2.55.56.

Deus.

† Nominibus Dei quomodo vtatur scriptura sacra. Hos.1.10. Mich.5.38. Zach.13.23.
* Mala 4.nu 4.
† Nomina Dei quædam perpetua, quædam temporaria. Mal.4.nu.4.
† Nominibus pluralis numeri appellatur Deus in scriptura, & cur. Mich.5.38.
† Elohim, cur appelletur. Mich.5.38.
† Nomen Dei super aliquem inuocari quid sit. Ham.9.42.
* Deum esse qui negarint. Ham.6.9.
Qui Deum verum norunt, quam sint feliciores ijs, qui non nouerunt. Ham.6 numer.10.11.
Eundem Deum prædicarunt apostoli,& Prophetæ. Mich.4.24.
† Cognitio Dei coniungit operationem scientiæ. Hos.4.nu.1.
Dei cognitio præcedit cognitionem scientiæ. Hos.10.39.
Vnus Deus est Zach.14.nu 34 56.
Bonitas,& patientia Dei. Hos 1.72.ca.2.n.27. 59.cap 5.num.34.ca 6.nu. 2.ca.11.42. Mich 6.nu.3.13.
Iucunditas,& suauitas Dei. Hos. 2.80.ca.11. nu.22.23.
Misericordia Dei Hos.2.nu 75 ca.3.25.ca.5. 34.c 6.n.2.42.ca 11.n.31.42.ca.13.5. Ham. 4.31.c.5.nu.31 32. Ionæ.cap. 1.n.5.cap.4. nume. 20. Mich. 6. 13. cap. 7.65. Soph.1. 42. Hag. 1.num.34. Zach.13.num.20. Malach.3 28.
Abutentes Dei misericordia ad peccandum quomodo puniantur à Deo Ham.9.nume. 14. Mich.2.n.47 ca.3.n.16 17.27.28.
Omnium nationum salutem quærit Ionę.1.5.
Allicit ad se homines. Hos 2.nu 80.83.ca 11. nu.22.23. Ham.3.nu.7.8.21.ca 4.31.c. 5.n. 31.32. Ionæ.1.32.cap 2.num. 28.& seq. cap. 4. 32. Soph. 1. 36. cap. 2.42. Hagge. 1.34.
Caritas, & prouidentia erga homines Hos. 1. 60 ca.3.34.ca 6 nu 27 42.c 11.nu 20.21.22. 42 ca.13.n.5.& 6. Zach 2.n 20.28 c.6 41.42. c.8.nu 2.c.11.nu.13. Mal 1.nu.25.26. Habac. 1.43.
Consolatur suos. Hos.2.num.80.84.85. Mich. 4.68. Hag.2 56.57.& seq Zach. 8.42.
Familiaritas Dei. Soph 1 36. Hag.1.nu.34.
Quomodo assequenda. Soph.1.37.
Beneficia Dei. Hos.4.25.cap.6.42.ca.11.21. Ham.3.1. Mich. 6 13.14. Mal.1.25 26.
Aduersæ res sunt Dei beneficia. Mich. 6. 13.
Sapientia, & scientia Dei. Hos 3.34. ca.5.16. ca.13.18.
Videt omnia, etiam cogitationes. Hos.5.16.

Quomodo respiciat iustos, & quomodo peccatores. Hos.6.7.cap.14.21. Ham.9.6
Prædestinatio Dei. Hos.3.34.
Lex Dei suauis. Hos.2 85.c.11.22.
Mutat Deus sententiam, sed non consilium. Ionæ,3.28.
Potentia, seu Omnipotentia Dei. Ham.4.32. c.5.20. Mich.17. Nah.1.12. Zacha.9.nu.23. 24.25.26.
Punitio Dei in peccatores. Hos.1.n.78.9.c.2. 74.c.5.16.24 43.c.9.n.6.c 11.31. Ham.5.34 Mich.1.49. Nah.1.21.22. Haba.1.nu.41.& seq. Soph.2.n 6.c.3. per totum caput.
Iustos punit Deus per impios. Habac.1.n.53.c. 2.n.11.
Punire solet Deus peccata post conuersionẽ peccatoris temporarijs pœnis,& post remissam culpam. Hos.2.74.
Punit Deus malos, vt deterreat à peccatis suos Zach.1.n.51. Mich.2.23.
Punire Deum in hac vita misereri est. Hose.4. 25.c 6.4. Ham.3.1.
Punit Deus iustos pœna temporali propter peccata malorum. Zac.1.61.62.
Punitio Dei suauis, vt emendet. Hos.11.31. Sopho.1.42.
Punit Deus quasi coactus Soph.1.42.
Communicat Deus cum prophetis supplicia, prius quam inferat Ham.3.11.
Secreta sua Deus suis amicis cõmunicat. Ham. 3.n.11. Soph.1 n.36. In proœ. in Hag.nu.7. &.c.1.n.34.35.
* Differt Deus supplicia, quę fuerat minatus, propter pœnitentiam: sed redeuntibus postea peccatis infert. Ionæ.4. in fine. Mich.3.numero.22.
† Iurare cur soleat Deus. Ham.6.28.
† Magnæ res dicuntur res Dei. Ionæ.3.1.
Magnum, vel paruum absolute, & vere vocatur magnum coram Deo. Ion.3.n.3.& 4.
† Deo, in datiuo, idest coram Deo. Ionæ. 3. nume.2.& 3.
Deum testem inuocari in scriptura terribile est. Mich.1.21.
† Egredi Deum quid sit. Mich.1.5.c.5.43.
* Affectus humani, vt ira dormire, &c. quomodo Deo tribuantur. Hos.1.104 cap.11.31. Ham.2.20.
† Abire dicitur Deus, cum homines in hostium potestate relinquit. Hos.11.26.
* Medicus hominum Deus. Hos.2.78.
* Ira Dei Nah 1.21.
† Loqui solet Deus de se tanquam de alio. Zach. 3.n 9.
* Deus quomodo querendus. Hos.6.43.
Dei auxilium adire solent homines post humana remedia tentata,& desperata. Hos.7.59.& Auxilium Dei. Hag.1.58.
Spes tota in Deo ponenda, vide spes.
Deo ad hærendum semper. Ham.8.n. 24. 25.26.
Dei voluntatem, ac iudicium sequi pacis interne initium. & omnium optimũ est, Ion. 4.nu.7.8.9.& 10.
* Dei seruum esse maximus honor est. In proœ. in Habd.
† Ambulate cum Deo, vel coram Deo, est Deo placere,& ei voluntate coniungi. Hos 6. 78. Ham.3.4. Mach.4.46.& ca.6.18.
* Præsentia Dei quam sit vtilis. Hos.6.n.8.ca.7. nu.75.ca.8.n.31. Zach.2.54.
* Oblitio Dei quantum noceat. Hos.8.31.
Homines in tantam dementiam aliquando rapti, vt dij dici voluerint Habac.1.n.39.
* Petra dicitur Deus. Habac.1.57.
* Statuarius,& fictor dicitur, & figulus, & conflator, Zach.11.28.29 30.31.
† Aspicit Deus, idest miseretur. Habac. 3.29.
* Peccatorum nostrorum nos commonefacit Deus. Hag.2.76.77.
Rebus loquitur, sicut verbis. Zach.1 nu. 12.
Animam explere solus Deus potest. Zacha. 2.25.
* Protectio Dei quam necessaria. Zach.6.num. 40.41.
Deus est Deus,& Dominus omnium hominum. Zach.9.nu.2.
* Autor est omnis boni. Zach. 10.31.
† Dij falsi vocantur dij secundum affectum eorum, de quibus loquitur scriptura. Mal. 2.24.
* Deus misericors,& tardus ad puniendũ. Hos. 1.7.& ca. 5.34. Nah.1.9.
Deus punit vt sanet peccantes,& ceteros terreat. Zach. 1.51.
Dei punitio exhortatio quædam est ad pœnitentiam ibidem.
Dei cura erga eos quos eligit. Hos.3.34.
Deus nec deficientibus prophetis nostri obliuiscitur. Hag.1.35.
Deus nunquam abstrahit misericordiam suam ab electis. Hos.6.42.& sequentibus.
Ad Deum cum venimus, lux est. Hos.6 44.48.
Dei gratiæ obstamus peccatis nostris. Hoseæ. 6.49.
Deus erudit nos, & confortat brachia nostra. Hos.7.45.44.
Deus nutricius noster. Hos 11.20.
Quam blande nos trahat. Hos.11.21.
Deus punit patres, ne puniat filios, sed punit etiam filios, si patrum sint imitatores. Zach.1.52.
Dei mansuetudo in ira. Hos. 11.28.& sequentibus,& 42.43.
Nec in ira potest dissimulare amorem in nos. Soph.1.68.
Dei benignitas. Ioe.2.20.
Deus sponsus, & amator animarum. Zachar. 1.65.
Dei ira aliquando apparebit. Ham. 1.12.
Deus leo,& auceps,& quid cum eo facere debeãt peccatores. Ham.3.8.9.
Deus ad conuertendum peccatorem vtitur bonis, quæ in eo manserunt. Ham.3.11.
Dei misericordia mare quoddã. Ham.5.31.32.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei cogitationes sic alliciunt, vt terreāt, sic terrent, vt alliciant. Ion. 1. 32.
Deus leniter reprehendit suos errantes. Ionæ. 4. 9.
Dei gloria à parcendo manifestatur maxime. Ion. 4. 7.
Deus maxime curat eos, qui aliorum saluti vtiles sunt. Ion. 4. 32.
Dei verba sunt manus Dei ad leuandum peccatores. Mich. 2. 19.
Dei verba bona sunt cum bonis, non cum malis. Mich. 2. 49.
Dei gratiæ non est ita confidendum, vt segnes simus. Mich. 5. 69.
Deo nihil obijcere possumus, nisi sua in nos beneficia. Mich. 6. 13.
Deo quid sit offerendum, vt reconcilietur nobis. Mich. 6. 19. & sequentibus.
A Deo docendus amet, & cogitet cœlestia. Haba. 2. 33.
Ne sit incredulus, sed credat, & operetur. Ibid. 35.
Deus quibus loquatur. Soph. 1. 36. Hag. 1. 55. & sequent.
Semper sibi seruat amicos, quibus loquatur, & per quos doceat alios. Hag. 1. 53. 54.
Dei minæ osteudunt eius misericordiā, vt corrigamur. Soph. 1. 42.
Dei præcepta iusta. Hos. 14. 24.
Dei verbi inopia quanta mala afferat. Ham. 8. 45. 46.
Dei verbi potestas. Haba. 2. 61. 62.
Dei gloria sæpe putatur sita, in quo sita non est. Ion. 4. 7.
In alijs, quam in Deo fiduciā collocantes peribunt. Ham. 3. 21.
Deus vellet habitare in peccatoribus. Soph. 3. 17. 18.
Dei cura in seruientes sibi. Hag 2. 76.
Dei seruitus quales nos efficiat, & quales eramus in sæculo. Hag 2. 80. 81.
Deus murus igneus iustis terrēs Diabolum. Zach. 2. 28 29.
Deus deserit ingratos ad quos prius venerat, & transit ad alios. Zach. 2. 51.
In Deum solum aspicere debent omnes homines Zach. 9. 2. 3. 23. 24.
Deus plene gratia sua dominabitur in omni peccatorum genere. Zacha. 9. 24. 25. & sequentibus.
Dei amoris signa erga nos sunt creaturæ omnes, & semper hæc dilectio nos in sublime erigit, & sine ea nihil habemus firmū. Mal. 1. 25. 26. 27.
Deo meliora semper offerēda. Mal. 1. 38. quod secus multi faciunt. Ibidem, &. 45.
* Deo decimæ omnium reddendæ. Mal. 3. 39. & sequentibus, Et replebimur bonis. Ibid. 42.

Desideria.

Desideria bona si manēt, spes est salutis. Hā. 3. 21

Dextera.

† Dextera bonū, sinistra malū significat. Ion. 4. 19
† Dexteram exaltare est alium sibi subijcere. Mich. 5. 76.
Dextera locus præstantissimus, & proximus dignitate ei, ad cuius dexteram stamus. Zach. 3. nu. 7.
† Esse à dextris est protegentis, & defendentis. Zach. 3. nu. 8.
† Esse à dextris est potiorem locum habere. Zach 3. nu. 7. &. 8.
† Dextrum dicitur quod quisque præponit. Zach. 3. nu. 7.

Diabolus.

* Quibus fallacijs homines decipiat. Hos. 7. 18. ca 9. 13. Ioe. 1. 22. Nah. 1. nu. 51. cap. 2. n. 75. Zach 4 57.
Quomodo Diabolo resistendum. Hos. 1. 61. c. 13. nu. 22. 23. ca. 14. nu. 15. Ioe. 1. 22. Ham. 9. 27. Mich 4 73. Nah. 1. 51. Zacha. 4. 58.
A Christo victus. Ioe. 2. 45.
* Diabolus similis aspidi, basilisco, leoni, draconi, Chaldæos, furi, latroni, & vindemiatori. Habd. 42. & seq.
† Diabolus per ventum vrentem significatur. Ionæ. 4. 30.
† Diabolus, draco dicitur. Hab. 42. Mich. 1. 50.
Diabolus struthioni similis. Mich. 1. 52.
† Diabolus Leuiathan dicitur, & cur. Mich. 5. 38.
Diabolus Assyrius. Mich. 5. 71. Soph. 2. 63.
Diaboli typus Pharao. Mich. 6. 14.
Belihal dicitur, & cur. Nah. 1. 45.
† Chaldæus dicitur. Habac. 1. 32.
Diabolus eques, & equus Habac. 1. n. 43. 44. Zacha. 12. 29.
* Regnum Diaboli euersum. Hag. 2. 86.
* Accusat nos ante iudicem Deum. Zac. 3. 28.
† Mons dicitur. Zach. 4. 14.
Exactor Zach. 9. 21.
Diabolus impedire volebat mortem Christi, & increpatur à Deo. Zach. 3. 23. & sequentibus.
Diabolus victus iungit sibi vires suorum, sed vincuntur iterum. Nah. 1. 51.
Diabolus eijciendus erat foras in aduētu Christi. Soph. 2. 63.
Diabolus per pœnitentiam fugatus in quibus quiescat. Nah. 1. 53.
Diaboli animam vastantis ferocitas. Ioe. 1. 22. &. 32.
Diaboli semen exterminatur. Nah. 1. 52.
Diabolus sæpe efficit, vt perfectissima appetamus, & incipiamus, vt cum scandalo cadamus. Zach. 1. 2.
Diabolo quomodo resistatur. Nahum. 3. 32. 33.
Diaboli astutia intentando occulte. Hoseæ. 7. 18.
Dæmones, gens amara, & velox, & per omnes status discurrens. Hab. 1. 32.
Maxime optant occupare tabernacula nō sua ideſt, animas. Ibi. 33.
Eorum feritas. Ibi, & in sequentibus.

Diabolus à Deo vincitur, & ridetur à iustis. Haba. 1. 37.
Multos vincit, & de regibus triumphat. ibidem. 36.
Nullus ei resistet, nisi Deus ei adsit. ibid. 37.
Diabolus perfectissimos appetit vincere, ideo dicitur cibus eius electus. Haba. 1. 47.
Diaboli cogitationes aut vanam fiduciam efficiunt, aut cæcam desperationem. Ionæ. 1. 31.
Diabolus per nouam tentationem auget persecutiones, & affectiones nostras. Ionæ. 4. 30.
Diabolus filia Struthionis. Mich. 1. 52.

Diadema.

Lapides diadematis Christi Apostoli. Zachari. 9. 62.

Dica.

† Quid sit. Hos. 13. 32.

Dico, Dictio.

* Cur prophetæ sæpe repetant, Hæc dicit Dominus Hos. 1. 2. Soph. 1. 8.
† Dicere, pro iubere. Hoseæ. 10. 37. Ionæ. 2. 16.
† Dicere, pro optando loqui Ham. 5. 40.
Dictiones multæ sunt Hebræis, quæ ipsis ad ornatum tantum deseruiunt: apud Latinos vero redundant. Hos. 10. n. 17. Ioe. 2. 22.

Dido.

† Quid sit. Hos 13. 32.

Dido.

Quo ex genere nata. Hos. 2. 62.

Dies.

† Nouissimi dies, qui dicantur. Mich. 4. nu. 3. & seq.
Magnus dies, qui dicebatur. Hos. 1. 137.
Dies inceptus, sed nondum transactus, vt integer, & transactus numerari solet. Hoseæ. 6. numero. 6.
Dies venire super aliquem dici solet de diebus magnis calamitatibus plenis. Hamos. 4. 7.
Dies alicuius significat diem afflictionis eius, & punitionis. Hab. 65. Soph. 1. 29.
Dies alicuius, id est, dies lætitiæ. Sophon. 1. 29.
Dies in plurali pro anno. Hamos. 4. n. 9.
Dies sæculi quid significent. Ham. 9. 36. & latius. Mich. 5. 39.
Dies æternitatis quid significent. Mich. 5. 39.
Dies lætas, & prosperas res significat. Hamos. 8. 29.
Dies, vita futura. Nah. 3. n. 35.
Dies Domini, quem Deus eligit ad magnam aliquam vindictam de suis hostibus capiendam. Sopho. 1. 28.
Dies Domini, dies iudicij. Soph. 1. 28. 29.
Dies hominum, vita præsens Soph. 1. 28.
In die illa, cum ponitur in noua prophetia, & non refertur ad præcedentia, dies aliquis certus, & omnibus notus significatur. Zac. 13. 2.
* Dies quales habere velimus, penes nos est. Mal. 4. 20.
Dies Iudicij vide Iudicium.

Dignus, Dignitas.

† Dignum significat æquale ad satisfaciendum. Mich. 6. 19.
* Dignitatum ambitio. Hos. 5. 30.

Dilatare.

† Os, vel linguam dilatare est superbe loqui Habd. 66.
Animam dilatare, est seipsum dilatare. Hos. 9. nu. 5. Haba. 2. 27.
† Animæ dilatatio cæli extensio dicitur. Zacha. 12. 24.
* Quomodo à Deo dilatetur anima. Zac. 14. 57.

Diligere, Dilectio.

* Diligentibus Deum quomodo omnia cedant in bonum. Mich. 2. 23.
Dilectio dei, & proximi, vide amor, & caritas.

Diligentia.

* Commendatur. Mich. 4. 55. ca. 6. 29.

Diluuium.

* Typus fuit baptismi, & vltimi supplicij impiorum. Ionæ. 4. 6.

Dionysius.

Dionysius Carthusianus qualis scripturæ interpres. In proœm. in Mal. num. 12.

Diphthera.

† Pellis Amalthææ capræ. Zach. 5. nu. 2.

Dirigere.

† Dirigi est prosperos successus habere. Hos. 12. num. 3.

Discipulus.

† Vocatur respondens. Mal. 2. 26.

Discordia.

* Quantum noceat. Hos. 10. 4. Zach. 11. 11.

Dispergere.

† Dispergere pro vastare, perdere. Nahum. 2. num. 38.

Disponere.

† Testamentum disponere quid sit. Hoseæ. 10. num. 10.

Diuinare, diuinus.

Diuinare per virgas, aut baculos, aut sagittas. Hos. 4. nu 22.
† Diuinare sumitur in malam partem. Michæ. 3 num. 15.
† * Diuini spirituales, qui. Mich. 5. 91.
Diuinationes aufert Deus suis. Mich. 5. 88.

Diues, Diuitiæ. Vide Bona sæculi, & Cupiditas.

Diuitiarum cupiditas, quomodo à Deo punitur. Hos 4. 44. cap. 5. nu. 30. 31. ca. 8. nu. 16. cap. 11. nu. 19. ca 12. 17. Ham. cap. 5. nume. vltimo cap. 6. num. 1. & multis seq. Soph. 2. num. 36.
* Diuitiarum instabilitas. Habd. 26. Mich. 1. 67.
Diuitiarum idololatria. Ham. 5. nu. vltimo.
† Diuitiæ appellantur fortitudo. Mich. 4. 65.
† Diuitiæ per Carmelum significatæ. Nahum. 1. num. 25.
Diuitiæ dicuntur lutum. Habac. 2. nu. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuitum ignorantia. Hos.12.nu.12.
Diuitum peccata. Ham. 6. num. 1. & multis seque.
Diuitum officium. Ham.6.3.
Diuitiæ à superbia procreantur. Habac.2.numer.35.
Diuites diuitijs subiugati. Soph.1.60.
Diuitiæ dicuntur fæces. Soph.1.62.
Diuitum corda arida, & sine deuotione. Soph. 2.36.
Diuitiæ quænam optimæ. Soph.3.numer. vltimo.
Quercus Basan dicuntur diuites. Zach. 11.6.
Et leones. Zach.11.7.
Et Iordanis. Zach.11.7.
Pauperes prius iustificantur, quam diuites Zach.14.55.
Diuites qui fieri cupiunt, in quot mala incidant Ham 2.23.
Diuites pauperum oppressores vaccæ pingues occidendæ. Ham.4.2.
Diuites superbi etiam sunt. Hab. 2. 35. Et habent mordentes se, & lacerantes. ibidē. 36.
Diuitiæ ad misericordiam datæ sunt. Ham.6.3.
Non confidendum eis ibidem, cito pereūt, & securitatem habere non possunt. Habd. 26.
Sunt falsi amici, quia deserunt nos in morte. Habd 50.51.
Diuitiarum amatores hereditas vltiorū fiunt. Mich.1.67.

Doctor.

* Doctores Ecclesiæ quales. Ham.5.n.26. Zach 6.n.36.37.38.39.
Doctor spiritualis vide Magister.
* Doctores Ecclesiæ per lucernas significati. Zacha 4.nu.5.
* Doctores Ecclesiæ milites dicuntur. Zachariæ 9.19.
Christus doctor noster Ioe. 2.48. Zach.13.23.

Doctrina.

* Docti magis puniendi si mali sint. Zachariæ. 9.22.
* Quam necessaria Ham.8.num.47-48.
Significatur per imbrem. Ham.4.18.c.5.26. Zach.10.nu.1.
Per aquam. Zach.14.31.
*† Doctrina praua dicitur potus. Habac 2. numer.48.
* Nequiramus alia pascua, id est, aliam doctrinam, quam pascua Dei. Mich 7.61.62.

Dolare.

† Quid significet. Hos 6.13.

Dolor.

* Dolores parturientis quomodo imitetur anima in Deum conuerti incipiens. Mich. 4.75. Zach 8.23. Et quæ non plene Deo se tradit. Zach.8.24.
* Dolores maximi per dolores parturientis significari solent. Hos.13.13.& aliter. Ham. 8.30.
† Dolor, id est, peccatum. Hos.4.36. Mich. 1.59.

Dominus, Dominari, Dominator.

Dominator, quid significet. Ham 5.41.
Dominus exercituum quid significet. Ham. 4.40.
Dominus, cum bis continuo ponitur, secundo loco positum significat Dei filium. Ham. 4.29.
Domino, id est coram domino. Ionæ.3.nu.2.3.
Dicit Dominus, cur sæpe repetant prophetæ. Soph. 1.nu.8. Zach.12.1.

Domus.

Domus on, quid sit. Hos.4.31.
Dominus pro familia, & posteritate Ham. 9. 21. Zach.12.nu.11.
Domus alicuius dicitur, quod ab eo possidetur, & in quo habitat. Ham.9.35.
Domum alicui ædificare est filijs eum augere. Ham 9.nu.21. Mal.3.43.
Domus Iacob iustos significat. Habd. 122.
Domus deliciarum religiosorum vita. Mich. 2.56.
Domum ædificare est gloriam in cœlis comparare. Mich.3.24.
* Domum Domino ædificare est animam nostram ab omni inquinamento mundare. Hag. 1.37. & seq.
Domus Dei, Ecclesia Mich.4.21. & in præcedentibus, & seq.
† Domus id in quo quisque maxime quiescit. Soph.1.nu.77.
† Domus, bona temporalia Soph. 1. nu 77.
* Domus Dei, anima. Hag.1.nu.37.
* Domus Dei qualibus lignis ædificetur. Hag.1. 50.51.
* Dum hanc domum Domino non ædificamus intra nos, extra nos sumus. Hag.1.59.
* Domus spiritualis quomodo ædificetur Domino Hag.1.37. & qui eā ædificent. Ibidem. 39.40.
* Domus Dei qualis esse debeat. Hag.1.39.40.
* Domus Dei cor hominis. Hag.1.37. & quando hæc domus Deo ædificetur. Ibid. Et qui eā ædificent, & qualis esse debeat. Ibid.39.40.
* Domus Dei homo. Hag.1.37.
† Lacqueatæ domus, voluptates. Hag. 1.n.41.
† Domus Dei populus Israel. & Ecclesia. Zacha.5.19.
Domus Ioseph, tribus Ephraim. Zach. 10.16.
* Domos hic ædificare malorum est. Ham.3.24.
* Domus sumptuosæ reprehenduntur. Ham. 6.30.

Donum.

* Qui Dei donis abutuntur, quomodo à Deo puniantur. Hos.2.72.& seq.
Dona Spiritus sancti. Ham.3.19.c.4.n.35. Miche 6.42. Zach.3.n.13.44.
Dona Spiritus sancti per oleū significata Mic. 6.42. Hag.1.nu.56.
Dona Spiritus sancti vestes mutatoriæ dicuntur. Zach. 3.nu.13.
Dona Spiritus sancti septem oculi dicuntur, quia animā oculatam videntem, & illumi-

natam

natam reddunt. Zach.3.44.

Dormire, Dormitare.

Qui nam longissimum tempus dormisse narrentur. Hos.1.n.47.48.
† Totam noctem dormire significat quieto, & tranquillo animo esse. Hos.7.9.
† Dormire, & dormitare pro mori. Nahu.3.numero.26.

Dos.

Cuius causa nuptæ consignetur. Hos.3.n.10.
* Dotis origo vnde. Hos.3.n.10.

Drachma.

Quantum valeret olim. Hos.3.n.12.

Draco.

† Draco pro pisce maximo. Ham.9.6.
† Draconis natura, & planctus. Michæ.1. numero.27.
* Draco Diabolum, & peccatum significat. Habdiæ.42. Mic.1.n.50.

Dubitatio.

† Dubitationibus quomodo vtatur scriptura. Ioe.2.22.& seq. vsque ad.27. & Hamos.5.40.
* Dubiæ animæ inter bonū, & malum status, & quæ præsidia habeat, vt non cadat. Michæ.4. 72.73.

Ductile.

† Quid sit. Nah.1.40.

Duma.

Vbi sita Habd.n.3.

Duplex.

† Duplicia, idest, magna. Zach.9.n.55.

Dux.

† Dux pro iudice Mich.3.n.1.
Dux noster Christus. Mich.6 n.15.
* Duces ecclesiæ apostoli. Zach.12.n.7.

Dynasta.

Dynasta princeps, seu magnus. Nah.2.n.45.

E.

E præpositio, vide ex.

Ebrius, Ebrietas. Vide Vinum.

* Reprehenditur. Hos.4.n.21.
*† Ebrietas magnam copiam significat. Mich.2. 43. Hag.1.n.9.
* Ebrius inanis gloriæ cupidus. Mich. 1.70.
Ebrij nihil timent. Nah.2.n.47.
† Ebrij dicuntur, qui vehementer pro peccatis puniuntur. Nah.2.n.49.
* Ebrietas, superbia. Habac 2.n.35.
* Ebrietas lætitia spiritualis Hag.1.45.

Ecce.

† Significat ceseritatem. Nah.1.n.34.
† Ecce ego ad te, certum, & citum supplicium significat. Nah.2.n.69.

Ecclesia.

* Allegoriæ multæ de Ecclesiæ mysterijs in scriptura extant. Præl.1.n.7.8.
Persecutionibus aucta est. Hos.2.n.99. Michæ. 4.46. Zachariæ.12.numero.8. capite.14. numero.42.
* Deus quomodo Ecclesiam in persecutionibus consoletur. Mich.4.66. Zach.1.58 59.c.12.5.
* Ecclesiæ pſecutiones. Ioe.1.n.15.21. Za.12.5.
Persecutio Iudæorum in Ecclesiam. Zac.12.3.
* Calamitates Ecclesiæ. Ham.3.17.ca 6.39.cap.7. num.6.
* Persecutores Ecclesiæ à Deo puniuntur. Zach. 11.n.4.&.5.c 14.n.39.
* Prædicitur Ecclesia. Hos.1.90.& seq c.2.nu.1. 82. Ioe.1.21.c.3.22. Ham 9. 29. vsque ad fi. c. Habd.n.117.& seq. Ionæ.4.6. Mic.2.64.ca.4. per totum &.c 7.39. Zach.1 n.58.59. 60.ca.2. per totum.c.3.n 43.c.4.per totum.c.6.nu.33. c.8.per totum.c.14.n.31.
Primitiæ Ecclesiæ status. Hos.2.102.
Potestas Ecclesiæ. Mich.4.51.c.5.64.
Permansura est in æternum. Ham. 9.47.
* Ecclesiæ seueritas, qua punit impios, non est aliena à Christi, & veræ Ecclesiæ mansuetudine. Mich.5.64.
Doctrinæ firmitas nulla extra Ecclesiam. Mich. 4.48.
Mater nostra quomodo dicatur. Hos.2.33.
Solitudo dicitur. Hos.2.82.
Ficus dicitur. Ioe.1.21.
Cuntas Ham.9 46. Zach.8.n.5.
Vinea. Hos 2.87. Ioe.1.21. Ham.9 46.
Tabernaculum. Ham.9 n.29.48. Zac.12.n.9.
Hortus. Ham.9.46.
Arca Noe. Habd.117. Ion.4.6.
Caulæ ouium. Mich.2.64.
Mons dicitur, & cur. Zach.8 n.6.
Et mons Sion. Habd.128. Michæ. 4.nu.18. & seq. Soph.3.n.32. Zac.8.n.6.
Mons super omnes colles. Mich.4.n.20.21.
* Mons olivarum. Zach.14.n.9.11.
† Ecclesiæ per orbem ædificatæ dicuntur domus Hos.13.n.37.
† Ecclesiæ dicuntur ciuitates, vineę, horti. Ham. 9.46.
* Ecclesiæ dicuntur leænæ. Nah.2.73.
Ierusalem dicitur Ecclesia. Soph.3.n.36. Zach. c.8.n.3.c.12.n.3.c.14.n.32.
Iuda dicitur. Zach.2.32.
Partim sanctis, partim peccatoribus constat. Soph.3.n.9.
Non omnes, qui in Ecclesia sunt, salui fiunt. Ionæ.4.n.6.
Torris, seu titio dicitur. Zach.3.24.
Orientalis dicitur Ecclesia. Zach.14.n.11.
Ecclesia dicit cādelabrū aureū. Za.4.n 3.&seq.
Ciuitas veritatis. Zach.8.n 5.
Arx, & munitio. Zach.9.54.
Patres Ecclesiæ Iudæi. Zach.8 2.3.
Extra Ecclesiam non est salus. Zac.14.numero. 44.45.
Cæremoniæ, & sacramentalia ecclesiæ valde necessaria. Ioelis.1.21. Mich.3. 8.9.10. 11.
Bona spiritualia Ecclesiæ. Hos.2.n.8. vsque ad finem cap.&.c.6.n.10.& seq. Ioel.2.nu.45. vsque ad finem ca.&.c 3.n.22. & seq. Mic. 4. per totum.
Qui Ecclesiam nō frequentant, reprehenduntur. Soph.2.n.31.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* † Ecclesia per templum secundum significata. Hag.2.n.36.54.
Pax ecclesiæ, vide Pax.
Ædificatio ecclesiæ. Zac.2. per totum. c.3.n.43. c.9.n.62. vide. Ædificium.
Firmitas ecclesiæ. Zac.9.54. c.14.n.38.
Prophetæ loquuntur de ecclesia, & de Iudæis quasi de vno populo. Zac.8.n.4.
Ornatus, & diuitiæ templorum Deo grata. Zacha.14.n 50 51.
In ecclesia multa, & varia offerenda sacrificia. Zach.14.50 51.
Ecclesiæ datus est spiritus orationis. Za.12.12
Ecclesia abũdauit optimis põtificib⁹. Za.12.11
Ecclesiæ incrementũ, & victoria. Zacha.12.8.
Quomodo protegatur à Deo. Zac.12.9.10.
Ecclesiæ persecutores vulnerabuntur, eam persequendo Zac.12.4.5.6.&.c.14.30.40.
Ecclesiæ persecutores ebrij reddunt. Za.12.5.
Ecclesiæ magistri, & custodes promittũtur ex hominibus, & ex angelis. Zach.9.19.20.
Ecclesia mons dicitur, quia locus munitus est, & quia ex ea cœlestia cognoscũtur Za.8.6.
Ecclesia abundatura magistris sapientib⁹ honorandis à iuuenibus Zac.8.7.8. Et prudentibus consiliarijs ibid. Et noua prole in dies augebitur, quæ deposita sarcina terrena ludat, & lætetur ibid.9.
Ecclesiæ filij ex omni orbis parte vẽturi. Zac.8.10.
Ecclesiæ felicitas post aduentum Christi. Zac.8.13.14.
Ecclesiam ædificaturi erant venientes ex gentilitate. Zach.6.39.
In Ecclesiæ vtilitatem laborantes in memoria æterna erunt, & magnis donis augebuntur. Zach.6.37.38.39.
Extra ecclesiam nec est oleum gratiæ nec lux bonæ vitæ. Zach.4.33.
Ecclesiæ quatuor persecutiones. Ioe.1.15.
Eius felicitas. Ioe.3.28.
Ecclesia consumebatur igni, nisi à Christo extraheretur. Zach.3.24.
Ecclesia, candelabrum est. Zac.4.
Eius magnificentia non humanis viribus, sed Dei virtute parata est. Zach.4.13.
Ecclesiæ calamitas ex peccatis nostris. Hã.3.17
Extra ecclesiam non est firmitas doctrinæ. Michæ.4.48.
In ea solum est firmitas doctrinæ, & præsidiũ Dei. Mic.4.48.49.
Altitudo doctrinæ ecclesiæ, & quales debeant esse eius filij. Mich 4.45.50.
Quæ obedientia ei debeatur, & eius ministris. Mich.4.51.
Ecclesia quantumuis impugnetur ab infidelibus, flere prohibetur, quia ipsos victura est, & immolatura Deo eorum diuitias. Mich. 4.66.67.
Ecclesia post Christi resurrectionem erat reparanda. Mich.7.39.
Ecclesiæ gloria maior quã synagogæ Hag.2.54
In ecclesia est vera pax. Hag.2.54.
Ecclesiæ principes quam mites esse debeãt. Sopho.3.11.12. Vide verbo Principes.
Ecclesiæ felicitas & copia bonorum post Christi resurrectionẽ. Soph.3.46. Za.14.31. & seq.
Ecclesiæ tranquillitas post Antichristum Zacha.1.60.
Ecclesiæ quomodo Deus dicatur iratus septuaginta annis. Zach.1.60.
Ecclesiam ædificantes verbo, vel exẽplo sunt fabri deterrentes cornua. Zach.1.76.
Ecclesiæ Deus est murus igneus, & gloriosam eam reddit. Zach.2.11.12.
Ecclesiæ filij semen pacis. Zach.8.13.

Eclipsis.

* Solis eclipsis quæ fuit moriente Domino spiritualis expositio. Ham.8.36.

Edmundus Campianus.

Martyr illustris nostrorum temporum. Hamos.2.num.5.

Edom, vide etiam Idumæa.

* Typus Iudæorum, & hæreticorum, & persecutorũ Ecclesiæ. Ham.1. n.27. & seq. Habd.16. & seq.
Edõ & Idumæa idem. Hos.5.nu.5. Hamos.1.23. Habd.7.
† Edom vertitur rufus. Hamos.1.23. capit.9.40. Habd.7.
* Edom typus peccatorum ibidẽ, & Habd.n.122.

Effundere.

† Sicut aquam effundere quid sit. Hos 5.n.28.
† Significat large, & copiosè dare. Ioe.2.n.54.55 Nah.1.n.15. Zach.12.n.12. Mal.3.33.
* Effusio spiritualis. Zac.8.24.

Ego.

† Ecce ego ad te, certum, ac cito venturum supplicium significat. Nah.2.n.69.
† Ego absolute positum est vox arrogantis, & neminem secum conferentis. Soph.2.n.55.

Egredi.

† Deum egredi quid sit. Mich.1.n.5.c.5.45.
† Egredi exitum maxime voluntarium significat. Habac.1.n.17.

Ei.

† Sumitur pro ei, & contra. Hos.10.36.

El.

† Dei nomen quid significet. Hos.1.10.

Elcese oppidum.

Vbi fuerit. Nah.1.n.6.

Electus, vide etiam Prædestinatus, Iustus.

† Electi reliquiæ dicuntur. Hos.9.98. Mic.2.62.
Et fasciculus. Ham.9.n.7.
* Peccata electorum occulta solet Deus publica facere ad ipsorum salutem. Ion.1.51.
Peccata sua cum arguuntur facile agnoscunt electi, & dolent, reprobi non ita. Ionæ.1.n.52.53.54. Mic.2.23.
Quomodo omnia cedant in bonum electis. Mich.2.23.
Electi per Iacob significati. Habdiæ. 117. 122. Mich.2.numero.69. Nahum.2.numero.43.

* Oues dicuntur. Zachar.9.61. capi.10. numero.11.
Iuuenes dicuntur. Zachar.9.64.
Numerus electorum certus. Zach.2.nu.24. & seq.c 11.n.46.
† Aurum, & argentum igne examinatum dicũtur. Zac.13.17.
Erga electos prouidentia Dei. Hos.3.34.
Electi in procellis peccatorum surgunt spe, & Deum sibi reconciliant Ionæ.2.53.54.
Electos, qui volunt esse sapientes, comprehendit Deus in astutia sua. Ion.3.37.
Electi timentes calamitates reprehenduntur à Deo. Nahu.1.47.48.
Electi, & si capiantur à Diabolo, non diffidũt, sed Deum amant, & ei confidunt. Hab.1.44.
Electi quam potenter liberabuntur à Deo in fine sæculi. Haba.3 32 & seq.
Electos Deus per aliorum pœnas admonet. Hos.5.24.
Ab electis nunquam Deus misericordiã suam abstrahit. Hos.42.
Electos exercet Deus calamitatibus in suam vtilitatem, & tentationibus. Ham 9 27.28.
Electi etiam peccatores, myrti vocantur, & à Christo liberantur Zach.1.63. 64.

Eleemosyna.

Eleemosynę fructus. Hos.10.40. Ham.6.n.1.3 15.26. Mich.7.n.7.
Obligatio ad eleemosynam. Ham.6.n.1.15.
† Iustitia apellatur, quia valde iuuat ad omnes virtutes consequendas. Ham.6.26. Vnde, & misericors appellatur sanctus. Ham. 6.26. Mich.7.n.7.

Elephantus.

Eius natura. Mich.1.15.
* † Significat iustos. Mich.1.15.

Elia⁹ im.

Quo tempore regnauerit. Præl.2.27.

Elias.

Venturus est in mundi fine cum Henoch. Hos.3.26 Zach 4.n.10. Mal 4 n.11.
† Per oliuam significatur Zach.4.numero.8. & seq.
Elias, & Henoch duo filij Olei. Zach.4.8.9.
* Elias mystice zelum honoris Dei significat. Malach.4.26.

Elohim.

† Quid significet. Hos 1.10. Mich.5.38.
† Cur Deus appelletur plurali nomine elohim. Mich.5.38.

Eloquentia.

Scripturæ sacræ eloquentia. In proœ. in Nah. & Nah 3.n.2.

Elumbis.

† * Cur significet imbecillos. Nah.2.n.41.

Emissarius.

† Emissarij milites qui sint Mich.1.42.
* Emissarij milites, qui sint spiritualiter. Mich.1.59. & seq.

Eu.

Ponitur pro Eis, & contra. Hos.10.36.
Eo, vide ire.
Epha, vel Ephi.
Quãtũ caperet. Hos 3.12. Ham.8 r.13. Zac.5.12
Ephod.
† Quid, & quotuplex. Hos 3.19.
Ephraim.
† Sonat crescens. Habd 123.
Ephrata.
† Interpretatur frugifera. Mich.5.8
A quo nomen habeat Mich.5.8.
Epimenides.
Quinquaginta septem integros annos in spẽcu dormiuit. Hos 1.47.
Vocatur à Paulo Cretensium propheta. ibidem.
Epiphania vrbs.
Vbi sita. Ham.6.8.
Epiphanius.
Epiphanij liber de vita, & interitu prophetarum notatur. Hag 1.n.16.

Episcopis, vide Sacerdotes.

* Indoctus non est dignus episcopatu. Hos.4.12.
Pastores vocantur, & Primates. Mich 5.n. 58.
Munus episcoporum quale. Mich.5.59 Zac. 14.53.
Mortuos vocantur. Mich.5 61.
* Episcopi, si vitiosi sint, magis puniendi. Zach. 9.22. & seq.

Epithetum.

Dei epitheta, vide Dei nomina, in verbo Deus.

Eques, & Equus, vide etiam Quadriga.

Equorum vsus prohibitus Iudæis Hose.14.10. Zach.6.23.
Equus est aptus ad bellum. Ham.4.28. Zach 1.n. 14, c.10.n.12.c.14.46.
* Equus hominem ad voluptatem propensum significat Ham.6.48 Mich 5.n.88. Zach.14.61.
* Equus significat impetus lasciuos. Mich 5.88. Zach.6.25.
Tumorem significat, & elationem animi. Michi 5.88.
Equi significant vitia. Habac.1 n 44.
Et peccatores. Habac.1.n.44. Zac.14.61.
† Eques Diabolus. Haba 1.n.45. Zac. 12.29.
Equo Michael archangelus insidere dicitur. Zac. 1.14.
† Celeritatem significat. Zach.1.14.
† In equis simul sessores equorum intelligi solẽt. Zach.6.n.3.
† * Quatuor mundi regna per equos significata. Zacha.6.n.1.&.seq.
* Equi motus animi concitati. Zach.6.23.
* Equos subneruare est prudentiam carnis resecare Zach.6.24.
Equi nigri, hypocrisis. Zacha.6.26.
Equi albi, voluptates Zach.6.26.
Equi varij, homines mundo placentes. Zacha. 6.27.
Equi fortes, superbi homines. Zach.6.27.
Equi apostoli. Zach.10.12.
Equus, iustus. Zach 10 n.30.31. & seq.
Equi persecutores Ecclesiæ. Zach.12.6.
* Equi tentationes. Zach.12.29.

* Equi tyranni. Zach. 12. 29.

Erasmus.

Error Erasmi. Mich. 5. 12.

Eruca.

† Quid sit. Ioe. 1. 5. Ham. 4. 23.

*† Inuidiam significat Ham. 4. 23.

Esau, vide Hesau.

Esdras.

Idem qui Malachias. Mal. 1. n. 3. & 4.

Esse.

* Non esse dicuntur, qui verum Deum non cognoscunt. Hos. 1. 77. c. 2 5.

† Esse in, quid significet, vt esse in patrem. Hos. 8. 16.

Esther.

*† Myrtus dicta, & cur. Zach. 1. 15.

Et.

† Ponitur pro, vt, Ionæ. 1. 45. c. 2. 14.

Ponitur pro, Tunc. Hos. 4. 11.

Redundat sæpe. Hos. 9. n. 9. Habd. 63. Ioné. 1. 1 Haba. 2. n. 28. Zach. 7. n. 1.

Qui nam libri scripturæ incipiant ab, Et. Ionæ. 1. 1.

Et in medio sententiæ redundat. Haba. 2. n. 28.

Ponitur pro, id est. Soph. 1. n. 16.

† Ponitur pro Præsertim. Soph. 1. 17.

Et nunc, redundare solet. Hag. 1. n. 14.

Etymologia.

* Plurimũ conducit ad mysticos sensus. Præl. 3. 2

* Nominum duodecim prophetarum etymologia. Præl. 3. n. 2. 3. 4.

Euangelium, & Euangelista.

† Euangelium, id est, felix nuntius. Nah. 1. 47.

† Euangelizare, id est, felicia nuntiare. ibid.

Alij tres Euangelistæ à D. Iohanne scripsere res vltimi anni prædicationis Christi, Iohannes vero res duorum præcedentium annorum. Præl. 6 n. 3.

Euangelistæ referendis testimonijs veteris testamenti nihil falsum scripserunt, nec potuerunt scribere etiam per obliuionem. Mich. 5. num. 14. 15.

† Euangelistæ testimonijs veteris testamenti citandis obseruant sensum, non verba. Haba. 1. 14. Mal. 3. 8.

* Euangelicæ prædicationis successus. Mic. 5. 71. Mich. 7. 37. 38. Habd. 117. & seq. Zach. 14. 51. & sequ.

* Prædicatio Euangelij prædicitur. Hose. 1. 135. Ham. 9. 29. & seq. Mic. 4. n. 23. c. 5. n 74. Nahu. 3. n. 14. Zach. 9. n. 19. & seq. c. 14. n. 13.

* Euangelicæ doctrinæ vbertas. Ham. 9. 45. Michæ. 5. 74.

Prædicandũ est euangelium in toto orbe ante iudicij diem. Mic. 4 n. 23. 27. c. 5. 74. Za. 14. 31. 32

* Euangelica doctrina dicitur ros, imber, & stillæ. Mich. 5. 74.

* Et aqua. Zach, 14 31.

* Euangelio recipiendo quid maxime obstet. Zach. 9 n. 8.

*† Euangelistæ per lucernas significati. Zacha. 4. numero. 5.

* † Pluuia serotina dicitur. Zach. 10. nu 2.

† Euangelica doctrina pluuia à Deo petenda. Zacha. 10. 26.

Eucharistia.

* Eucharistia est vita hominum. Hose. 14. 19.

* Eius laus, effectus, & typi. Hos. 2. 81. c. 6. 15. c. 14. 19. Zach 9. numero. 63. cap. 14. nu. 51. Mal. 1. 32.

Eucharistia optimum bonum Dei, frumentum electorum, & vinum germinans virgines. Zacha. 9. 63. 64.

Euilmerodach.

Quot annos regnauerit. Zac. 1. n. 27.

Euphemismus.

Reperitur in scriptura sacra. Ham. 4. n. 30.

Euthymius.

Qualis scripturæ sacræ interpres. In proœ. in Zachar. n. 9.

Ex.

† Ponitur pro Post. Mich. 1. 38.

Quod genus causę significet. Haba. 2. n. 22.

Exactor.

Exactor est tyrannus acerbo dominatu imperans iniusta tributa. Zach 9. 21.

Exactor Diabolus, qui peccata, vt tributa, imperat. Zach. 9. 21.

† Exactores, apostoli, & prædicatores. Za. 10. 14.

Exaltare.

† Manum super alium exaltare est eum sibi subijcere. Mich. 5. 76

Examinare.

* Facta nostra quomodo sint à nobis examinanda. Mich. 2. 3.

* Examen totius diei noctu faciendum. Hagg. 1. 49.

Excęcare, Excęcatio.

*† Quomodo Deus dicatur excæcare homines. Hamos. 2. 21.

Iudæorum excęcatio. Hos. 3. n. 16. 25.

Excelsum.

† Excelsa, id est, montes vbi idolorum sacrificia fiebant. Hos. 4. 24.

Excors.

Vnde dictus. Hos. 7. n. 25.

Exemplum.

† Principum, & maiorum exemplum quantum valeat ad bonum, & ad malum persuadendum Hos 1. n. 78. 79. 80. c. 2. nu. 100. ca. 6. 53. 54. 55. Mich 5. 87.

* Exemplũ bonum quomodo imitandum, malũ quomodo fugiendum Hos. 1 83.

* Eos, qui malo suo exemplo alios ad peccandũ prouocant, quomodo Deus puniat. Hos 1. nu. 78. 90. c. 6. n. 35. Mich. 1. n. 53. 58. 59. Sopho. 2. 55. Zach. 1. n. 74.

* Qui præsunt, debent alios exemplo suo iuuare. Hos. 2 n. 100. c. 6 n. 53. 54. 55.

* Improborum exemplũ. Mic. 1. 53. 58 59.

* Exemplum præsens multo efficacius est ad persuadendum, quam verba. Mich. 5. 87. Hose. 1. 78. & seq. Zach. 8. 45 46. 47.

* Malorum Christianorum exemplo peiores ac duriores fiunt infideles. Mich. 1. n. 55.

Exemplum malum efficacius est in malum, quam bonũ ad bonum persuadẽdum. Hag. 2. nu. 79.

† Prophetæ perinde sumunt exempla à futuris atque à præteritis. Nah. 3. n. 10.

* Exempla sanctorum sunt lapides, quibus Dauid deiecit Goliath. Zach. 1. 75.

* Exẽpla mala sequentes puniuntur. Hose. 1. 66. 69. 90.

Quorum exempla imitamur, in eorum consortium transimus. Hos. 6. 52.

Exempla mala imitantium error, & amentia. Hos. 6. 54 55.

Exempli mali pœna, id est, docentium alios conformari huic sæculo. Hos 7. 47.

Quomodo puniantur qui mali sua tradũt alijs imitãda, ne ipsi mali videantur. Mi 1. 58. 59

Hi sunt adiutores Diaboli ad perniciem animarum ibid. 59.

Exemplum bonorum quantum moueat. Mic. 5. 84. Mich 7. 45.

Cum desunt qui bono exemplo præeant, cæteri vitijs implentur. Mich 7. 22.

Exempli mali suppliciũ. Nah 2. 50. Hab. 2. 46.

Exemplo malo læsi gaudebũt de morte, & dãnatione eius, qui læsit. Nah. 3. 37.

Exercitus.

† Sumitur pro angelorum ministerio. Ham. 4. n. 40.

Dominus exercituum quid significet. Ham. 4. numero. 40.

Exercitus cœli, ideſt, astra. Soph. 1. 23.

Exire, Exitus.

Exitus viarum dicuntur vbi via se in plures vias findit. Habd. 68.

† Deum exire quid sit. Mich. 1. n. 5. c. 5. 43.

Exponere.

* Exponendi scripturam quod non optimum genus. Præl. 1.

Extendere.

Manum ad aliquid extendere est o us illud incipere. Hos 7. n. 7.

Extendere manum est irati ac punientis Soph. 1. num. 16.

Cœlum exteudere est cœlũ creare. Zach. 12. n. 1.

Exurgere.

† Deum exurgere est vlciſci. Mich. 1. 5.

Ezekias.

† Quando, & quot annos regnauerit. Præl. 2. numero. 27.

† Quid eius nomen significet. Soph. 1. 38.

Ezekiel.

Quo tempore prophetauerit. Præl 2. n. 22. 24. 27

* Vere dormiuit trecentos nonaginta dies in vno semper latere. Hos. 1. 47.

F.

Faber.

† Faber absolute positum, ferrarium solet significare. Zach. 1. n. 71.

† Fabri ferrarij angeli. Zach. 1. n 71.

* Faber spiritualis. Zach. 1. n. 76.

Facies.

† Faciem operire est dolentis, & erubescentis. Mich. 3. n. 5.

Ambulare in facie, vel coram facie Domini, vide ambulare.

† A facie Dei proijci quid sit. Hos. 6. n. 7. & 8. & Ionæ. 1. 23.

† A facie alicuius, ideſt, ab eo, vel propter eum. Hos. 10. 54.

* Ante faciem Dei esse est coram Deo esse, & cum Deo loqui. Ionæ. 1. n. 23.

* Medicamina faciei Deo inuisa. Hos. 2. nu. 37.

† Suscipere faciem alicuius, benigne eum intueri, & petita ei concedere Mal. 1. 22.

† Accipere faciem alicuius est accipere eius personam. Mal 2. 19.

† Ante faciem alicuius idem est, ac ante aliquẽ. Mal. 3. 5.

Facio, Fio.

† Verbum facio subintelligi debet in multis verbis explicandis. Hos. 8. 10.

Iudicium facere significat interdum iudicare, interdum punire. Mich. 6. 25.

Iudicium alicuius facere est sententiam pro eo ferre, & in iudicio eum absoluere. Mic. 7. 29.

Iudicium facere, custodire legem. Sophon. 2. num. 5.

Facere dicitur qui mouet consilio, aut impulsu, aut imperio, vt aliquid fiat. Zach. 1 1. 3 2.

Verbum Domini ad aliquem fieri est Deum ei aliquid reuelare. Hos. 1. 3.

† Fieri sæpe dicitur quod fieri tentatur, aut intenditur. Ham. 1. 9. n. 5.

Opera virtutum facere, vide Opus.

Factis prophetare, vide Propheta.

Fames.

Verbi Dei fames. Ham. 8 n. 36. & seq.

Familiaritas, vide etiam Deus.

* Dei familiaritas cum suis amicis. Sophoniæ. 1. 36.

* Dei familiaritas quomodo assequenda. Soph. 1. 37. Hag. 2. n. 60. 61.

Faneca.

Mensura Hispanica quantum capiat ex aliarum nationum mensuris Hoseæ. c. 3. numero. 11. 12.

Fasciculus.

*† Electorum vniuersitas fasciculus dicitur. Hamos. 9 7.

Fel.

*† Fel, praua doctrina. Habac. 2. nume. 48.

Fenestra.

† Fenestra, sensus. Nah. 3. n 31.

Fenum.

† Significat herbam viridẽ, & paleas eitam. Mic. c. 4. n. 64.

Fera, Feritas.

† Hominem efferatis moribus significat, Hoseæ 2. 92. Habd. 49.

* Feritatis vitium quale. Hab 49.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ferio.
† Fœdus ferire quid sit. Hos. 10.9.
Fermentum, Fermentare.
* Fermenti effectus. Hos. 7.5.
Diaboli fermentum. ibid. & n. 18.
Fermentatum panem offerre non licebat. Hamos. 4. n. 13.
† Fermentum, vana gloria. Ham. 4.13.
* † Panes sine fermento sunt bona opera sine peruerso fine facta. Ham. 4. n. 13.
Ferrugo.
† Quid sit. Ham. 4. 21.
Feruor.
* Feruor spiritualis quomodo amittatur, & recuperetur. Mich. 2. nu. 70. 1. vide Deuotio.
Feruor spiritualis quam vtilis Za. 3. 30. c. 4. 39.
Festum.
* Festa celebrantibus, & opera seruilia nõ facientibus loquitur Deus. Hag. 1. n. 34. 35.
† Iudæorum festa. Hos. 2. 69. Ham. 4 11.
Festiuitates malorum vertuntur in luctum. Hamos. 8. n. 41.
Emere, & vendere festis diebus Iudæis non licebat. Ham. 8. 12.
* Festa peccatorum. Ham. 5. 53. & seq.
* Festa obseruanda. Hag 1. 34. 35.
* Festiuitates suas quomodo celebrat anima. Nah. 1. 54.
Tabernaculorum festa, vide Tabernaculum.
* Festiuitates, & gaudia cito veniunt incipientibus seruire à Deo.
Feta.
† Ponitur pro prægnante. Hos. 143.
Fictor.
† Fictor, Deus. Zach. 11. n. 28. & 29.
Ficus.
* Ecclesiam significat. Ioe. 1. 21.
* Dulcedinem spiritualem, & habitus moralium virtutum significat. Hos. 2. n. 70. 74.
† Præcoquę ficus, adolescentes. Mich. 7. n. 20.
Fides, Fidelis, vide Christianus.
Sola fides non satis est ad salutem consequendã Hos. 1. 97. c. 14. n. 7. 18. Habd. n. 2 1. Haba. 2. n. 22. Sopho. 3. n. 50. 51. Mal. 4 25. Zacha. 6. 45. c. 10. 27.
Fides sine operibus non perducit ad regnum Habd. 2 1. Soph. 1. 50. & c. 3. 50.
An sola fide viuat iustus. Haba. 2. n. 22.
* Fides quid præstet ad salutem consequendam. Hos 2 n. 97.
† Fides moralis virtus quid sit. Hos. 5. 23.
† Fidelis morali virtute quis dicatur. Hos. 5. 23.
* Fides valida ad tentationes Mich. 4. 79 80.
Fides, quæ per caritatem operatur, quã sit fortis. Mich. 4. 80.
Fidem viuam, & magnam habentes multum ad Deum eleuantur. Soph. 1. 40. 41.
Meritum fidei quantum. Soph. 1. 41.
Fideles peccantes quomodo puniat Deus. Hamos. 2. 11.
Fideles pallium Christi. Mich. 2. 53. 54.
Fidelium vana fiducia de fide sua, si nõ operetur, Zach. 6. 45.
Fidere, Fiducia, vide etiam Spes.
Humilis totam suam fiduciam in Deo collocat. Soph. 3 33.
Fiduciam sui tollet Deus iustis. Mich. 5 86.
* Iusti fiducia. Zach. 10. 32.
Figulus.
† Quid significet. Ham. 7. 2. Zach. 11. 26 & sequ.
Figulus, Deus. Zach. 11. 28. 29.
Figura, vide etiam Allegoria.
Vna, & eadẽ res potest esse figura duorum etiã contrariorum, secundum diuersa. Hos 2. 12 Ionæ. 4. 6 Hag. 1. 38.
Figuræ nomen rei figuratæ tribui solet. Hos. 3. n. 24. 32. Mich. 5 n. 57. 62. Zac. 4. 14. Mal. 3. 21.
Idem homo non semper portat eiusdem rei figuram. Ion. 4. 5.
† Non omnia, quæ gesta narrantur in quauis re, aliquid per figuram significare putãda sunt. Ionæ 4. 6.
Filius, Filia.
* Filius in scriptura non necessitate naturæ, sed voluntate fit. Mal. 1. n. 17.
* † Nomina filijs ex parentum voto, & desiderio, & quasi auspicio imponi solebant. Præl. 3. num. 3.
* Eius filius quisque dicitur in scriptura, cuius mores imitatur. Hos. 1. nu. 76.
Filij Abrahæ, & filij Israel qui. Hos. 1. n. 123.
* † Filius cum genitiuo nominis substantiui, aut adiectiui, quomodo explicari debeat. Hos. 10. n. 28. 29.
† Maris filij qui dicantur. Hos. 11. 34.
* Filij significant cogitationes. nam. 2. 31.
Noe filij nomina dederunt multis orbis prouincijs. Ionæ. 1 7.
Immolare filios mos gentilium fuit ab Israelitis vsurpatus. Mich. 6. 23.
† Filij dicuntur fructus ventris. Mic. 6. 23.
† Filij dicuntur lapides domus. Ham. 9. 21.
Filij dicuntur propagines. Nah. 2. n. 44.
† Filia cum nominibus ciuitatis magis ponitur causa ornatus, quã significationis. Soph. 3. 24.
* Filij actiones. Zach. 8. 23.
* Filius malus contumeliam faciet in die iudicij patri, à quo est male educatus. Mich. 7. 28.
Fingere.
† Quid proprie significet. Ham. 7. 2.
Finis.
† In finem, id est, in sempiternum. Ham. 8. 22.
† In finem, idest, tandem. Haba. 2. n. 4.
Mundi finis prædicitur. Nah. c. 1. & 2. & 3. in allegoricis expositionibus.
† In finem, titulus Psalmorum quid significet. Haba. 3. 56. & seq.
† Finis, Christus. Haba. 3. 61.
Finis operum, vide Intentio.
Flumen, Fluuius.
† Flumẽ, & fluui* cũ absolute dicit in scriptura, solet significare Iordanẽ per Antonomasiã, & interdum Euphratem. Mic. 7. 33. 35. Zac. 9. 45.

† Fluuius

† Fluuius turbidus quis. Ham. 6. n. 44.
† Fluui* Ægypti quis intelligatur. Ham. 6. n. 44.
† Ascendere fluuium est crescere. Hos. 1. nu. 134. Ham. 8. 22.
Flumen consilium amici. Nah. 1. n. 24.
* Flumina dona gratiarum. Nah. 3. n. 13.
Fluuij ciuitates. Habac. 3. 59.
* Fluuij, reges. 3. 39.
* Flumina, sensus, & appetitus. Zach. 9. 68.
Fodere.
† Ponitur pro Emere. Hos. 3. 7.
Fœdus.
† Ferire fœdus quid sit. Hos. 10. 9.
Sanguis fundebatur cum inibatur fœdus. Hose. 10. n. 10, 11. Zach. 9. 52.
Fœmina.
* Quid mystice significet. Hos. 1. n. 113.
Fœnum, vide Fenum.
Fœta, vide Feta
Fœtor.
* Peccatorum pessimus fœtor. Ham. 6. 24.
Fœx.
Fœces bona temporalia. Soph. 1. 62.
Fœces peccata. Soph. 1 75.
Folium.
* Folia cæremonias, & modestiam exteriorem significat. Ioe. 1. 21. Ham. 3. 9.
Fomes.
Peccati fomes nõ auferetur iustis in hac vita. Ioe. 2. 39.
Fons.
Austro flante siccantur. Hos. 13. 39.
* Fons Christus Dominus Zac. 13. n. 2 18. 20.
* Fontes sacramenta. Zach. 13. n. 18.
Fornicatio, Fornicari. vide Libido.
† Ponitur pro idololatria. Hos. 1. n. 33. c. 4. n. 21. & 23.
† Fornicari idola colere. Hos. 1. 33.
Fornicatio simplex peccatum est. Hos. 1. 53.
* Fornicatione punire solet Deus superbiam. Hose. 5. 18.
Forte, Forsitan.
† Quomodo accipiãtur in scriptura. Ioe. 2. n. 22. 25.
Fortis, Fortitudo.
Fortitudo cum volocitate coniungi solet. Ioel. 2. 5.
Fortitudo cum nobilitate coniuncta. Nah. 2. nu. 45.
† Fortitudo sumitur pro opibus, & diuitijs, & exercitu Mich. 4 65.
† Fortitudo patientia. Nah. 1. n. 9. Soph. 1. 63.
† Fortitudo pro exercitu Soph. 1. 63.
† Fortis nomen Christi. Zach. 10. 17.
Deus fortitudinis autor. Zach. 10. 32.
Iustorum fortitudo. Zach. 10. 32.
Framea.
† Framea, mors, persecutio. Zach. 13. 13.
Frigus.
Impedit maxime fugam. Zach. 14. 22.
Frons, dis.
* † Frondes significant cæremonias, & modestiã exteriorem. Ioe. 1. 21. Mich. 3. 9.
Fructus.
* Fructum vt feramus quantum egeamus auxilio Dei. Ham. 5. 30.
Fructus boni operis amittimus per defatigationem. Mich. 6. 42.
Filij vocantur fructus ventris. Mich. 6. 23.
Fructu laborum quomodo priuemur, interdum propinquo interdum remoto. Mic. 6. 42.
Frugalitas.
* Commendatur. Ham. 6. n. 16. 17. 18. 19. Ionæ. 3. n. 41.
Frumentum.
* † Scripturarum intelligentiam significat. Hos. 2. 72.
Fuga.
Frigus, & tenebræ maxime impediunt fugam. Zach. 14. 22.
Fulgur.
† Vocatur sagitta. Haba. 3. 43.
* Fulgur, verba prædicatoris. Zach. 9. 58.
Fulmen.
† Vocatur hasta. Haba 3. 43.
Fumus.
* Fumus inanis gloria. Nah. 2. n. 73.
Funda.
* Lapides fundæ verba prædicatorum. Zac. 9. 59.
Funis Funiculus.
† Sumuntur pro hereditate. Ham. 7. 22 Zach. 11. 14.
† Funiculis terra diuidi solebat. Ham. 7. 22. Michæ. 2. 14 Soph. 2. 11. Zach. 11. n. 14.
Fur, vide etiam Latro.
* Diabolum, & peccata significat. Habd. 42.
† Fur, id est, miles. Hos. 7. n. 2. Mich. 1. 42.
* Reprehenditur. Hos. 6. 34.
Furti pœna. Zach. 5 5. & 6.
Futurum.
† Ponitur pro præterito. Hos. 13. 15.
Pro imperatiuo. Hos. 14. 1. & 2. & Habd. 63. Habac 3. 49.
Actiuum futurum pro passiuo. Mich. 2. 17.
Futurum pro nomine verbali. Habac. 3. n. 50.
† Debitum, ac decentiam significat. Mal. 1. n. 16.
G.
Gabaonitæ.
* Reproborum typus. Mal. 1. n 12.
Galahad.
Postea dicta Arabia. Habd. 93.
Galahad mons, & Galahad vrbs, vbi sita. Hos. 2. 15. & c. 6. n. 31.
Galahad, & Ramoth Galahad idẽ. Hose. 6 nu. 31.
† Vertitur aceruus testimonij. Ham. 1. nu. 19. & 31. Habd. 25.
* Prædicatorum typus. Habd. 125.
Galaad beatitudo cœlestis. Zach. 10. 21.
Galgala.
† Locus olim eximiæ sanctitatis, postea idololatria fœdatus. Hos. 4. 28.
† Transfertur ablatio opprobrij. Hos. 4. 28.
Gallia.
An Sarepta dicta. Habd n. 103.

Universidad de Deusto
Biblioteca

† Ganges fluuius.
Idem, ac Phison. Soph. 3.29.
Gaza.
Vbi sita, & quid significet. Ham. 1.n.21. vbi Pō ponij Melę lapsus notatur, & Soph. 2.n.7.
† Sonat idem quod fortitudo. Soph. 2.34.
Gehon.
Est Nilus. Ham. 6.44.
Gelboe.
Vbi situs. Hos. 1.65.
Geminatio.
† Geminatio eiusdem dictionis habet vim augẽdi. Hos. 1.n.34. & 104. Mich. 5. n.43. Sophon. 1.26.
† Geminatio eiusdem nominis in eodem casu magnam multitudinem significat. Ioe. 2.3.
Verborum geminatione solet scriptura res magnas cõfirmare, quas indubitatas esse vult. Mich. 5.47.
Verborum geminatio ponitur ad amplificationem. Nah. 3.n.27.
Geminatio quæcumque ad exaggerationem pertinet, & actionis intensionem significat. Soph. 1.n.5.6. & 7.
Sententiæ geminatio ponitur ad confirmationem, & ad celeritatem indicandam. Sopho. 1.15.
Geminatio verbi idem significantis exaggerationem habet. Soph. 1.26.
Geminatio nominum eiusdem significationis ad amplificationem pertinet. Sophoniæ. 1.65.
Generatio.
Significat tempus vitę vniuscuiusque. Ioel. 2. 5. Ham. 1.14.
Tertia, & quarta generatio quę sint. Hamos. 1.14.
Genitiuus.
Genitiuo nominis substantiui vtuntur Hebręi pro adiectiuo, qui genitiuus si, sit pluralis numeri, habet vim superlatiu. Hos. 1.26.
Genitiuus determinans nomen. Zach. 10.5.
Gens Gentilis.
† Vocantur Gręci, & cur Ioel. 1. numero. 12. Zacha. 9.58.
* Gentiles à Deo tractandi, vt verus eius populus. Zach. 9.18.19.
* Gentium vocatio, & conuersio. Hoseæ. 1. 135. Ham. 9.29. Mic. 4.n.22. & c. 5.n.63.74. Nah. 3.n.14. Soph. 2.n.39. c. 3.19.23.24.32.33. Zac. 6.38. c. 8.n.35.36. c. 9. per totum. c. 10.n.19. & sequ. Habd. 3.29. & sequ. Zachar. 8.35. vsque ad. 42.
* Gentiles oleastri ramis similes. Hamos. 9. numero 32.
Gentes dicuntur etiam Iudęi. Soph. 3.22.
* Gentes, animę vires. Hag. 2.n. 63.
† Regnum gentium, id est, Romanorum. Hagg. 2 nu. 71.
Gentes, qui quasi sine lege & à Deo alienati viuunt. Zac. 9.67.
* Gentilitas per menstruatã significatur. Zac. 13.4.
* Gentium conuersarum feruor. Zach. 1.57.58. Zac. 8.40.41.
Genu, & Genuflectere, & Geniculum.
Genuflexio laudabilis est. Mich. 6.n.20
Genuum, vel genicu lorũ dissolutio imbecillitatis indicium est. Nah. 2.n.65.
Genus.
† Nominum genera quomodo mutare soleat scriptura. Ham. 1.15.
† Nominum genera, quæ sunt in alia lingua, seruare solet noster interpres, Haba. 1.n.22.
* Nobilitas generis quanti, & quomodo æstimanda. Ham. 9.n.25.
* Communio generis mutuę dilectionis maxima causa est. Mal. 2.21.
Geographia.
Geographiæ cognitio quam necessaria ad intelligendum scripturam sacram. In proœ. in Zac. n.5. & 6.
Gerara vrbs.
Vbi sita. Soph. 2.n.45.
Germen.
Germen nomen Christi. Zac. 3.n.35. & seq. vsq; ad. 42.
Geth vrbs.
Vbi sita. Ham. 1.21. Sop. 2.n.7.
* Significat torcular. Mich. 1.59.
* Infidelium congregationem significat. Mich. 1.59.
Getuli.
† Qui sint, & vbi, & à quo dicti. Soph 3.29.
Gladius.
* Linguam significat. Mich. 4.52.
† In ore gladij percutere significat omnes occidere, & nemini parcere. Hos. 10.38.
† * Gladius, verbum Dei. Soph. 2.61.62.
† Gladius apostoli. Zac. 9.58.
† Gladius, mors, & persecutio. Zacha. 13. numero. 13.
Gloria.
Gloria vana, vel inanis, vide inanis gloria.
Gloria, vide Beatitudo.
† Significat id, quod in vnoquoque optimum est. Hos. 14.16.
* Dei gloria quomodo quærenda. Ionæ. 4.n.7. & seq.
† Gloria Dei, primores sancti. Zachar. 12 numero. 9.
* Bona ob inanem gloriam facta. Ham. 4.12.
Gloriari.
† Gloriari contra aliquem, est gloriari, quod aliquid ei dederit, aut quod eo melior, aut fortunatior sit. Zach. 12.10.
* In sanctitate parentum quomodo gloriandum. Habd. 21.
Glossa.
Quam vtilis atem præstet. In proœ. in Mal. n.12.
Godolias.
† Significat magnus Domini. Soph. 1.38.
Gomer, Gomor.
† Mensura sic dicta quantum capiat. Hos. 3.12.
Consummationem significat. Hos. 1.36.

Gothus.
Regnum Gothorum quando cœperit, & quale fuerit. Zach. 6.n.17. & seq.
Græcus.
† Græcorum nomine gentiles intelliguntur, Ioe. 3.n.12. Zac. 9.n.58.
Veteres Græci notam aspirationis non habebãt. Præl. 2. n.4.
† Regnum Græcorum per equos albos significatum. Zac. 6 n.4. & seq.
Græci deliciarum amatores. Zach. 6.n.4.
Regni Græcorum initium, & finis. Zach. 6. numero. 11.
Granum.
* Synapis granum, præcepta Euangelica. Hagg. 2.83.
Synapis granum abnegatio. Hag. 2.84.
Gratia.
Gratia Dei effectus. Hos. 14.13.
Gratia Dei quomodo immutet nos ad bene operandum. Ham. 6 48.
Anima, quæ Dei gratiam habet, qualis sit. Hos. 14.13.
† Significatur per aquam. Ham. 4.19.
Dei gratiam quomodo habeamus Ham. 6. nu. 51. & c. 7. n. 13.
Ros dicitur. Hag. 1.55.
Vestes mutatoriæ. Zach. 3.n.13.
Oleum. Zach. 4.n.5. & 6.
Quid maxime obstet gratiæ Dei. Zachariæ. 9.25.
Agere gratias Deo pro peccato. Zach. 11. numero. 10.
* Post gratiam acceptam periculosum est redire ad negotia sæculi. Ham. 7.8.9.
Gratitudo.
* Quam necessaria. Ionæ 2.38 Mal. 3.41.
Grex.
† Turris gregis quæ. Mich. 4.58.
† Porta gregis quæ. Soph. 1.53.
Christi grex, vide Ouis.
S. Gregorius.
Moralis expositio in Iob à S. Gregorio cõposita defenditur. In Proœ in Ion. n.2.
Qualis sacræ scripturæ interpres. In proœ. in Malach. n.10.
Grossus.
† Quid sit. Nah. 3.n.23.
Gubernator.
Vide, Præesse, Princeps, Rex, Superior.
Gula, Gulosus.
* Reprehenditur. Ham. 6. nu. 16. 17. 18. 19. Ionæ. 3.41. Soph. 2.64.
Gulosi sunt domus mendacij, & deceptores regũ Israel. Mich. 1.66.

H:

Hæc litera in multis nominibus ex Hebræo ductis desideratur. Præl. 3.4.
† Cuius causa addi soleat apud Hebręos nominibus, & verbis. Hos. 6.n.35.36.
Habacuc.
Quo tempore prophetauerit. Præl. 2. numer. 15. 24.27.
* Habacuc propheta est alius ab eo Habacuc, qui detulit prandium Danieli. Præl. 2. numer. 19.20.
† Quid eius nomen significet. Præl. 3. nu 2.3.4. in Proœ. in Habacuc.
Habdias.
Quo tempore prophetauerit. Præl. 2. numer. 9. 27.
Duo prophetæ fuerunt huius nominis. Præl. 2. nu. 9.10.24.27.
† Quid eius nomen significet. Præl. 3. numer. 2.24.
Pondere mysteriorum magnus est. in Proœm. in Habd.
Habito, Habitator Habitaculum.
† * Terræ habitatores in malam partem sumuntur, & peccatores significant. Hos. 4.6 & Mic. 1.20 & ca. 2.5. Soph. 1. nu. vltimo. Quomodo affligentur. Ham. 9.15.16.
Habitaculum, anima. Habac. 1. nu. 43.
Haccaron vrbs.
Vbi sita. Ham. 1.21. Soph. 2. num. 7.
* Significat idem quod siccitas, & significat diuites auaros. Soph. 2. nu. 36.
Hachor.
Vallis est, & vbi. Hos. 2.88.
* † Quæ sit eius interpretatio, & quid mystice significet. Hæs. 2.88.
Hadadremon vrbs.
Iuxta Iezraelem sita, postea Maximianopolis dicta. Zach. 12.18.
Haddo.
† Quis fuerit. Zach. 1. nu. 5. & 6.
Hadulla vrbs.
Vbi sita. Mich. 1.45.
Hæresis, & Hæreticus.
* Hæreses, & schismata in Ecclesia propter nostra peccata. Ham. 6. 59.
* Hæresum qualia initia. Mic. 1.65.
Hæresibus quomodo Deus permittit vexari Ecclesiam. Ham. 7. 6.7.
Hæretici quomodo scripturas interpretẽtur. Hos. 13. nu. 12 13.
Hæreticorum in Ecclesiã persecutiones. Ioe. 1. nu. 15.21. Ham. 6. nu. 39. & c. 7. n. 6. 7. 23. Zach. 14. nu. 41.
Hæretici per locustas significati. Ham. 7. nu. 6 & 7.
Hæretici per ignem significati. Ham. 7. num. 6. & 7.
Per Idumæos. Habd. nu. 17.
Per Gethæos. Mich. 1. nu. 59 60.
* Hæretici quomodo ab Ecclesia superentur. Mich. 4.66.
Hæreticis insci; fauent, qui vulgatam editionem scripturæ reprehendunt. Mich. 5.18.
* Hæretici suis vestibus spoliant Ecclesiã. Mic. 2.54.
Hæreticorũ odiũ in catholicos, & pœna. Hã. 2.5.

* De hęreticorum filijs ſuſcitat Deus Nazareos Ham.2.28.
* Hæreſes dicuntur vinum, & fel. Habac.2.49.
* Hæretici cornua habent, & ſunt boues cornu petę lapidandi,& obruendi.Zach.1.74.75.
* Hæretici in ſola fide ſpem ponentes redarguuntur.Hoſ.2.97.ca.14.nu.7 Habd.n.21. Habac. 2.nu.22.Soph.3.nu.50.51.Mala.4.25.
* Libri hæreticorum merito prohibentur. Zacha.1.nu.75.
Hæretici vaſtatores Eccleſiæ.Ioe.1.21.
* Hæretici iuſtiſsime occiduntur,& comburuntur.Zach.13.7.

Haggęus.

Quo tempore prophetauerit.Præl.2.num. 7.23. 24.27.
† Quid eius nomen ſignificet.Præl.3.nu.2.3.& 4.& Hag.1.nu.34.

Hammon, Hammonita.

† Quj,& vbi fuerint.Ham.1.25.& 28.
* Typus Iudæorum ſunt, & malorũ Chriſtianorum.ibidem.

Hamos.

Quo tempore prophetauerit.Præl. 2. num. 8. 24.27.
† Quid eius nomen ſignificet.Præl.3.nu.2.3.& 4.& Ham.7.25.

Haram vrbs.

Latinis Charræ dicta vbi ſita,Ionæ.1.num.44.

Haſion gaber.

Vbi ſit.Ionæ.1.15.

Haſta.

† Del haſta,fulmen.Habac.3.nu.43.

Haſtarte, & Haſtaroth.

† Quorum idolum,& quale.Hoſ.2.72.

Hazael.

† Viſio Dei transfertur.Ham.1.9.
* Malorum typus eſt.ibidem.

Hazarias.

Rex ita dictus,idem qui Hozias.Præl. 2.num.4. Hoſ.1.16.Mal.1.nu.6.
Quo tempore, & quantum regnauerit Præl. 2.27.

Hebræus, Hebraicus.
vide etiam Iudæus, & Rab.

Quomodo ſcripturam ſacram exponant, qualeſque ſint ſcripturarum interpretes.Præl. 1.n.2. Prel.4.nu.4 Ioe.2.nu.38.Ionæ.2.n.5.11.Mic. 4.nu.13.Hoſ.5.nu 2.in proœ.in Soph ex profeſſo in Proœm. in Hag.nu.7. in Proœm. in Zach.nu.6.
† Hebręi à quo nomen habuerint.Ionę. 1.num. 43.44.
Hebræorum interpretum eſt noua,& mirabilia dicere, & non probare. Prælu.4.num.4.Hoſ. 5.nu 2.
Quo ordine prophetas,& ſcripturæ ſacræ libros collocent.Prel 2.nu.1.
Lingua Hebraica notior erat D. Hieronymi tępore, quam tempore iuniorum Hebręorum. Prel.1.nu.2.
† Puncta Hebraica multis in locis ſunt male poſita. Hoſ.10. nu.19.Ham.5.nu.66.67.& cap. 6.num.8.
Textus Hebraicus tępore D. Hieronymi incorruptus erat.Hoſ.9.20.
Hebraici textus exemplaria iam olim variabãt. Habd.nu.70.
Particulas multas habent Hebræi, quibus ipſi ad ornatum tantum vtũtur, ſed apud latinos redundant.Hoſ.10.17.
† Conſuetudines multas habuere Hebręi cum Romanis, & alijs nationibus cõmunes. Hoſ. 3.nu.9.
Hebręi, dum Ægyptios ſpoliarunt, non aliena, ſed ſua cęperunt.Hoſ.2.nu.67.
Lingua Hebraica omnium linguarum mater.Soph.3.nu.39.
Textus Hebraicus corruptus.Zach.4. num.6.7. ca.9.nu.50.51.

Hedera.

* Temporaria bona ſignificat.Ionæ.4.25.
* Cæremonias, & legalia ſynagogæ ſignificat. Ionæ.4.21.

Helias.

† Quis,& an propheta fuerit.Præl.4.nu. 5.

Helice.

Vbi ſit.Ham.5.20.

Hemath.

† Duplex fuit,& vbi.Ham.6.nu.8. Ham.2.numer.10.
Significat idem,quod murus.Ham. 6.51.

Henoch.

* Tranſlationis eius expoſitio moralis. Soph.1. 1.nu.40.41.
* Per oliuam ſignificatur. Zacha.4.numer. 8.& ſequent.
* Henoch.& Elias duo filij olei. Zach.4. 8.& 9.

Heri.

† Significat totum tempus præteritum.Mich.2. num.34.

Herinaceus.

* Peccatorem ſignificat.Habd.23.

Herodius.

† Quid ſit.Zach.5.20.

Heroicus.

Virtus heroica quæ dicatur.Habd.49.

Heſau, vide etiam Edom.

* Heſau figura peccatorum.Habd.nu.122.

Heſebon.

Eſt idem quod cogitatio.Ham.5.nu. 15.

Heuila.

Getulorum pater in Africa Soph 3.nu.29. Heuila duplex,ibidem.

Hic,Hæc,Hoc.

† Hæc faciat mihi Deus,& hæc addat, quid ſignificet.Ham.4 nu.30.Mal.3.31.

S. Hieronymus.

Eccleſiæ doctor Hebraicæ linguæ longe peritior,quam iuniores Hebręi.Hoſ.3.nu. 5.
Sententias aliorum cõmuniter receptas proponere ſolet,nec refutat,licet ipſe aliter ſentiat Hoſ. 12.nu.5.Mich.5.nu.13.
Maiori Dei luce illuſtratus fuit cum vulgatam editionem fecit, quam cum commentarijs eã illuſtrauit.Habd n.114.Hoſ.11.29.c.12. n.6. Hag.2.n.70.
* Qualis ſit ſcripturæ ſacræ interpres. In proœ. in Zach.n.8.& 11-12.& in proœ.in Mal.num. 11.

Hilaris,Hilaritas.

* Hilaris dator laudatur.Mal.3.40.

Hilarius.

Qualis ſcripturæ ſacræ interpres In proœ.in Malach.n.11.

Hiphil coniugatio Hebraica.

† Eius ſignificatio ſæpe non differt à ſignificatione coniugationis Cal.Hoſ.10.n.34.

Hircus.

* † Hircus magiſter malus. Zachar. 10.numero.11.

Hiſpania.

Olim auro, metalliſque abundantiſsima.Ionæ.1 numero.13.
† An appelletur Hebraice Sepharad.Habd.nu. 103.& ſeq.
Hiſpania à Nabuchodonoſor ſubiugata. Nah.2. n.18.

Hiſtoria.

Quo minitiora narrat,eo maiorem ſolet habere fidem Præl.6.1.
† In quo differat à parabola.Hoſ.1.44.
† Ordo hiſtoriæ in laudibus Dei celebrandis ſeruari non ſolet.Ham.2.25.
Hiſtoricus ſenſus, vide ſenſus.
Hiſtoriæ humanæ per ſcripturam ſacram corrigũtur.Nah.2.n.4.& ſeq.
* Hiſtoriæ cognitio quã neceſſaria ad ſcripturã ſacram intelligendam.In proœm.in Zach.numero.5.

Hodie.

† Præſens tempus ſignificat Hoſe.4.n.9.Mich.2. 34.

Hodollam vrbs.

Vbi ſita.Mich.1.45.
† Sonat teſtimonium hauſtus eorum. Michæ.1. 69.

Hœdus.

† Hœdus reprobus.Zach.9.61.c.10.11.

Holocautoma,& Holocauſtum.

† Quid ſit.Hoſ.6 27.Mich.6.21.
† Holocautoma,& holocauſtum idem. Mich.6. num.21.

Holus.

* Significat vitam ſæcularem.nag.2.83.

Homo, vide anima.

Vnus homo poteſt eſſe figura vnius populi,& cõtra hoſ.11.n.12.
* Cooperari debet Deo ad ſuam ſalutem.hoſ.13. num.11.12.13.
Homo iuſtus, vide Iuſtus.
Homo peccator, vide Peccator.
Homo inconſtans dicitur mulier, vide Mulier.
Homine é medio ſublato animalia omnia, & omnia bona auferuntur.Sopho.1.9.10. &.11.
Hoſęæ.4.numer.4.
† Homo in malam partem.Soph.1.num.80.
* Homo domus,& templum Dei.Hag. 1.37.
* Terra dicitur Hag.1.56.
† * Homines bona opera.Zach.2.27.
* Homines quomodo erudiat Deus vt ab eo duci velint non à ſe.Ion 4.31.
Homo valde mutabilis, niſi Chriſto adiungatur.Ion.4.24.
Homines, etiam ſapientiſsimi infantes ſunt reſpectu angelorum.Zach.4.34.
Homo ne dedignetur iudicari cum homine. Mich. 6.12.
* Homines ignì peccatorum conſumebantur, niſi à Chriſto liberarentur.Zach.3.24.

Homicidium.

† Vocatur ſcandalum.Hoſ.1.78.

Honor.

* Quomodo Deꝰ puniat eos,qui honores huius ſæculi immodice quęrunt.Hoſęæ.5.30.31. Ham.5 nu.vltimo.
Honor verus,& maximus eſt Dei ſeruum eſſe in Proœm.in Habd.
† Honor mundi per idolum Moloch ſignificatus Ham.5.n.vlt.Soph.1.45.& eſt maximũ idolum Chriſtianorum. ibidem.
* † Spes honorum cuſtodes dicuntur. Nahum. 3.35.

Honor mundi vanus, vide Inanis gloria.

Horeb,mons.

Vbi ſitus.Mal 4.numer.10.

Horreum.

† Quid ſit.Ioe.1.29.

Horribilis,Horrendus.

† Significat idem quod admirabilis, illuſtris. Ioe.2.65.66.Mal.1.35.

Hortus.

* Eccleſiam ſignificat.Ham.9.46.

Hoſeas.

Quo tempore prophetauerit.Præl. 2. numer. 3. 24.27.
Obſcure nimis ſcripſit.Hoſ.1.nu.1.
Non ſolum prædixit ſed & vidit captiuitatem decem tribuum.Hoſ.1.nu.14.
† Vere duxit vxorem fornicariam.Hoſ.1.nu.41. & ſeq.
* Hoſęæ obedientia.Hoſ.1.61.

Hoſtia.

† Hoſtia pacifica quid. Hoſæ. 6. 28. Ham. 4.14.
† Hoſtia voluntaria quid.Ham.4.nu.14.

Hozzias.

Quo tempore, & quot annos regnauit. Præl. 2. 27.
Hozzias idem qui Azarias.Mal.1.nu 6.

Hugo.

Qualis vterque interpres ſcripturæ. In proœm. in.Mal.nu.12.

Humanus.

Humanæ hiſtoriæ per ſcripturam ſacram corriguntur. Nahum.2.numero.4. & ſequentibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Humanitas.
Christi Domini humanitas, vide Christus.
Humilitas, Humiliare, Humilis.
* Humilitatis virtutis commendatio. Hos. 2. nu. 100. ca. 5. nu. 25. Ham. 1. nu. 6. Habd. nu. 123. 124. Mich. 4 71. & cap. 6. nume. 30. 34. Ham. 4 num 19. Nah. 3. nu 32. Soph. 1. 39. 40. cap. 2. nu. 4. & 5 ca. 3. num. 33. Hag. 1. 47. Zach. 4. 34. 35. 36. cap. 6. 41. cap. 9. 66. cap. 11. nu. 36. & seq. & nu. 46.
Cum humilibus Deus loquitur. Ham. 1. 6.
Humilis totam suam fiduciam in Deo ponit. Soph. 3. nu. 33.
Humilitas custodia, & munitio virtutũ. Hab. 2. 34.
Humilitas mentem illuminat, superbia excæcat. Mich. 6 nu. 34.
Humilitas miram vim habet ad impetrandam sapientiam. Zach. 4. 34. 35.
* Eligit Deus humiles, Ham. 1. numer. 6. cap. 4. num. 19.
Humiles docentur à Deo. Habacuc. 2. 34. Soph. 1. 39.
† Humiliare significat affligere, & ignominia afficere. Mich 6. 34.
Sine humilitate cõgregans virtutes mittit eas in sacculum pertusum. Hag. 1. 47.
* Humilitas dicitur petra. Habac 2. nu 34.
Humilitas obstruit foramina animę, ne bona opera pereant. Hag. 1. 47.
† Humilitas, & mansuetudo pro eodem. Soph. 2. num. 4.
* In humilitate omnes virtutes intelliguntur. Soph. 2. n. 4. & 5.
* Humilis hęres Dei est Mich. 1. 16. Protegitur à Deo Soph. 1. 39.
† Humilis idem, ac pauper. Soph. 3. 33. Zacha. 9. 35.
* Humiles sunt magni, ac pulchri, & se deformes putant. Soph. 1. 39.
Humiles vere timent Deum, & vere sperant in eo. Soph. 1. 40.
Humilis dicitur pastillus. Zach. 10. 34.
Humiles cum se deijciunt, eleuatur à Deo. Soph 1. 40.
Humiles non cõfundentur super peccatis suis. Soph 3. 51. 52.
Humiles succedunt in bona, quæ Deus peccatoribus dare solebat. Habd. 123. & sequentibus.
Hyacinthus.
† Quid sit. Ionæ. 1. 19.
Hyades.
Vbi sint, & quo tempore oriantur. Ham. 5. nu. 23. 24.
Hyperbole.
† Reperitur in scriptura. Ham. 2. 24.
Hypocrisis.
* Ham 5. 17. Soph. 1. 46. Zach. 5 nu. 9. cap 6. nu. 26. ca. 14. 30.
* Quomodo opera reddat inania. Hos. 8. 19 22.
* Hypocrisis tandem detegitur. Zach. 14. 30.
* Hypocritę intelliguntur in sacerdotibus qui Deo, & idolis sacrificabant Soph. 1. 47.
* Hypocrita mercator dicitur. Zachar. 14. numer. 69.
Vt fur puniendus est. Zach. 5. 9.
* Hypocritæ equi nigri. Zach. 6. 26.
Hysteron proteron.
† Reperitur in sacra scriptura. Hosææ. 14. numer. 19.

I

† I litera apud Hebræos sæpe non est signũ numeri pluralis. Hos. 2. nu. 7.
Iacob.
Vnde dictus. Hos. 6. nu. 32.
† Vertitur supplantator. ibidem.
* Cur non acceperit vxorem Chananęam. Hos. 12. nu 19.
Obedientia, & pietas Iacob. Hosææ. 12. num 19.
Iacob typus Christianorum. Habd. 117. Nah. 2. nu. 43.
* Iacob typus iustorum Hab. 122. Mich. 2. n. 69. Nah 2. nu. 43.
* Cur promissio, & iuramentum, quę Deus fecit Iacob, dicantur impleta ex iustitia, quæ autẽ fecit Abrahæ dicantur impleta ex misericordia. Mich. 7. nu. 54. 55.
† Iacob sæpe sumitur pro decem tribubus, & sæpe pro duabus Nah. 2. nu. 43.
† Iacob significat electos, & cur. Nah 2. 43.
Iaculum.
† * Iaculum, verba prædicatorum. Zachar. 9. numer. 55.
Ianus.
Iani Quirini templum quando fuerit clausum. Hos. 2. nu 94.
Idolum, Idololatria, Idololatra.
Idololatriæ initium. Hos. 2 nu 61.
Idola quando coluerint Iudæi. Hos. 2. 29. Ham. 5. 56. & seq. Mich 5. nu. 77.
An cum Christus venit, coluerint Iudæi idola. Mich. 5. 77.
* Idolum vocatur risus. Ham. 7. 21.
* Idolum, delictum. Ham. 8 34.
* Idola malorum Christianorum. Mich 5. n 92. & Nah. 1. 57. Habac. 2. num. 50. Soph. c. 1. 45. Zach. 10. 28.
* Idolum vocatur, inutile. Mich. 2. nu. 1.
Idola ex qua materia fierent, & quomodo vocarentur. Nah. 1 nu. 40.
* Idola per aduentum Christi ablata. Soph. 2. nu mer. 43.
* Cessatio idolorum in aduentu Christi. Zach. 13. 5.
* Idola colentes subuertentur à Deo. Ham. 4. 29
Iurantes per Idola. ham 8. 46.
Quja idola habemus, sunt in nobis maleficia, & diuinationes. Mich. 5. 89.
Idola Deus disperdet. Mich. 5. 90.
Idola sæculi sunt imagines falsæ. Hab. 2. 50.

* Idolorum reliquię quomodo inueniantur in Ecclesia. Soph. 1. 45.
Idola hæc loquuntur inutile. Zach. 10. 28.
Idola tollenda sunt de loco sancto, quantũuis homines seruent inimicitias, & transmittãt in hæredes. Soph. 1. 46.
Idola tollit nobis Deus, vt animas liberet à peccatis. Soph. 2. 57. & seq.
Idumæa, vide etiam Edom.
† Idumea, & Edom idem. Hos. 5. n. 5. Hamos. 1. nu. 23. Habd. n. 7.
Idumææ prouinciæ situs. Hamos. 6. 43. Habd iæ. 34.
† Idumæa idẽ est quod terrena. Ham. 2. 6. Hab. num. 34.
Idumæi qui. Habd. n. 2. & seq.
Idumæa pro Iudæa. Ham. 9. 41.
Idumæorum nomine non intelliguntur Romani Habd. n. 2. & seq.
Idumæi non omnino perierunt cum à Chaldæis vastati sunt. Habd. 37.
* Idumæi typus aduersariorum Euãgelij. Habd. 118.
* Idumæi typus peccatorum. Ham. 1. n. 17. Habd iæ. nume. 121. & seq.
Seruierunt Iudæis. Mal. 1. 11.
† An fuerint penitus extincti. Malach. 1. numero. 13.
Iecur.
† Significat omnia interiora. Hosææ. 13. numero. 10.
Iehoua.
Quid significet, Hosææ. 1 n. 10 Hamos. 9. numero. 8.
Christo Domino tribuitur. Mich. 2. n. 68. Zacha. 2. 19.
† Quomodo tribuatur non vero Deo, id est, idolis. Hos. 4. 34. Mal. 2. 25.
Iehu.
Quomodo regnum obtinuit, & in eo se gesit. Hos. 1. n. 45. 46. 47.
† Quid eius nomen significet. Hos. 1. n. 77.
Ieiunium.
* Ieiunium experimentum animæ. Ion. 3. 41.
* Commendatur Ionæ. 3 nume. 30. 41. Zacha. 7. num. 3. 4. 5. c. 8. n. 44.
* Ieiunij vtilitates. Zach 8. 44.
Efficit gaudium, & lætitiam, & solemnitates præclaras. ibidem.
* Quale esse debeat. Zach. 7. n. 4. & 5.
* Ieiunium quod nam Deo probetur. Zachari. 7. 4.
Ieiunia Ecclesiastica quatuor, & ieiunia quatuor temporum. Zach. 8. 33. 34.
* Ieiunium tunc Deo placet maxime, cum ei eleemosyna adiungitur. Zach. 7. 5.
* Qui Deo ieiunent. Zach. 7. 5.
Ieremias.
Quo tempore prophetauerit. Præl. 2. numer. 22. 24. 27.
Vere transiuit Euphratem lumbari accinctus Hos. 1. n. 46.
Ierobahal.
† Quis, & quid eius nomẽ significet, & eius res gestæ. Hos. 10. num. 48.
Ieroboham.
Quanta eius impietas dum vitulos adoranit, & populum ad idem prouocauit. Hos. 7. à principio fere per totum cap.
Ierusalem.
Eius situs. Ioe. 2. nu 4. Soph. 1. 57.
Excidium eius. Præl. 2. nume. 27. Ionæ 3. 36. Michę. 3. 19. Zach. 11. 3. & 4. cap. 14. numer. 2. & sequen.
Excidium Ierusalem typus fuit vastitatis futuræ in fine mundi. Hos 10. 23.
Quo anno deleta Præl. 2. num. 27. & Ionæ. 3. 36.
* Ierusalem petentes semper ascendunt, quid spiritualiter sit. Mich. 4. nu. 49.
Ierusalem spiritualis. Ham. 8. nume. 23. & seq. Mich. 2. 40.
* † Ierusalem, humanitas Christi. Mich. 7. 39.
† Et Anima Mich. 7. nu. 40. Zach. 12. 27.
Muro triplici cingebatur. Soph. 1. 54. Zach. 2. numer. 8.
Ierusalem super duos colles condita. Soph. 1. 57.
* † Ierusalem, Ecclesia. Soph. 3. nu. 36. Zach. 8. n. 3. cap. 12. nu. 5. ca. 14. 32.
† Ierusalem, quomodo cum ponitur pro Ecclesia non sumatur multaphorice: sed proprie. Zach. 7. nu. 3.
Sion, & Ierusalem in quo differant. Zachariæ. 1. 49.
† Libanus dicitur. Zach 11. nu. 3.
Portæ Ierusalem. Soph. 1. 53. Zacha. 14. 35. 36.
Portæ Ierusalem sponte apertę in passione Domini. Zach. 11. 4.
Saltus dicitur. Zach. 11. 6.
* Peccata quæ erant in Ierusalem ante eius excidium. Zach. 12. 15.
* Habitant Ierusalem, qui in visione pacis intimæ mentem figunt. Zach. 13. 19.
Numerus occisorum in vastitate Ierusalem vndecies centum millia, captiuorum vero nonaginta, & septem millia. Zach. 14. 6.
† Ægyptus dicitur. Zach. 14. 44.
† Sodoma. Zach. 14. 44.
IESVS.
Quibus literis Hebraicè scribatur. Habac. 3 numer. 54.
* Iesus filius Iosedec typus Christi. Hag. 1. 32. Zacha 3. à principio & nu. 4. & 22. cap. 6. numer. 52.
† Iesus filius Iosedec quis Zach. 3. nu. 5.
* Societatis Iesu finis, & institutum. Hag. 2. numer. 89. 90.
† Iesus, fons salutis. Zach. 13. 18.
* † Salutaris transfertur. Zach. 13. 20.
Iezrael.
Vbi sita. Hos. 1. nu. 65. & 86. & sequen.
† Quid significet eius nomen, & ipsa verbs mystice. Hos. 1. nu. 68.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ignauia.
Ignauis Sol occidit meridie. Ham. 8. 40.
In ignauia manentes amittimus, quæ habemus. Hag. 1. 52. 53.
Ignis.
† Filios per ignem transferre quid sit. Hoseæ. 5. 13.
Ignis gehennæ. Ham. 1 20. Mal. 4. nu. 1.
Ignis, libido. Ham. 2. nu. 8. Nah. 3. nu. 31.
Voluptates. Habac. 2. nu. 46.
Ira Soph 1. 67.
† Ignis cœlestis non defuit in secundo templo. Hag. 1. nu. 12. Mal. 1. 34.
† Ignis apostoli. Zach. 12. 8.
Tentatio, & res aduersæ. Zach. 13. 17.
† Meditatio. Mal. 1. 37.
Christus Dominus Mal. 3. 18.
Spiritus sanctus. Mal. 4. 19.
Ignis dies iudicij. Mal. 4. nu. 1.
Ignorantia.
† Ignorantia, peccatum Habac. 3. num. 3.
Ignorantes peccatores. Zach. 8. 20.
Illaudatus.
† Quid significet. Mich. 2. nu 2.
Illusor.
† Significat superbum, & nullius monitis acquiescentem, & quasi aliorum pestem. Hoseæ. 7. num. 7.
Imago.
Imagines olim in pompis, ac triumphis portari solitæ. Ham. 6. nu. 6.
Imber.
† Temporaneus, & serotinus imber quid. Hos. 6. nu. 11. Ioe. 2. 49.
* Matutinus, seu temporaneus imber, lex Mosis, serotinus, lex Euangelica. Zach. 10. nu. 2.
* Imber doctrina Euangelica. Ham. 4. 18. Mic. 5. 74 Zach. 10. nu. 2. & 6.
† Imber Christus Dominus. Hos 6. nu. 11.
† Tentationes dicuntur imber. Ham. 7. 15.
Imitor, Imitatio.
† Imitari solet scriptura verbis facta, quæ narrat. Hos 6. 43.
* Eius filius quisque dicitur, cuius mores imitatur. Hos. 1. nu. 76.
Eius nomine quisque appellatur, cuius mores imitatur. Soph. 1. nu. 58.
Imitatio citius fertur in malum, quam in bonum. Hag. 2 79.
Christi imitatio Zach. 3. 52.
Imitatores transeunt in eorum consortium, quos imitantur. Hos. 6. 52.
Imitari mala insanum est. Hos. 6. 54. 55.
Immanis.
* Immanitatis vitium quale. Habd. nu. 49.
Imperatiuus.
† Poni solet pro futuro indicatiui Hos. 10. n. 36. & ca. 14. numer. 1. Zacha. 3 nu. 10. c. 13. 12.
Imperfectus, vide perfectus.
Imperfecti non habent permanentem lætitiã; vt perfecti. Hag 1. 45.
Prius instruendi sunt, vt operentur in domo Domini. Hag. 1 59.
Multum eis deperit eius, quod seminant, quia sinistro fine operantur. Hag. 1. 44.
Imperium.
* Quatuor mundi imperia per quatuor quadrigas significata. Zach. 6. nu. 1.
Impius, vide Iniustus, & Peccator,
* Sæpe regnat impius propter peccata populi. Hos. 13. num 16.
Imprecor Imprecatio.
† Imprecationes quomodo in scriptura accipiendæ. Hos. 14. nu. 1.
Licet alijs pœnas imprecari, vt corrigãtur, & vt Dei iustitia innotescat. Hos. 14. nu. 2.
Impudens, Impudentia.
† Quantum Deo displiceat. Hos. 2. nu. 76.
In.
† In, pro Per. Hos. 1. nu. 18 & cap. 12. n. 20. & Ham 4. nu. 4.
In virtutem, & potestatẽ sonat. Hos. 1. n. 107. Zach. 9. 52.
† In, pro, Cum. Hos. 4. nu 4.
Pro, vt, vel Ad. Hos 4. nu 21.
Pro, Propter Hos. 5. nu. 12. ca. 10. n. 27. Mich. 3. num. 15.
Instrumentum significat. Hos 6 nu. 13.
In cum ablatiuo, pro In cum accusatiuo. Hos. 6. nu 13. & ca. 10. nn. 36.
Esse in, vt esse in partem, &c. quid significet. Hos. 8 nu. 16.
In, pro Inter. Hos. 9. nu. 15.
Pro, Apud Hos. 14. nu 11.
In finem, id est, in omne tempus vsque in sempiternum. Ham. 8. nu 22.
Pro, contra Mich 1. nu. 4.
In testimonium illis, id est, Contra illos Mic. 1. nu. 4.
In, pro, Pro. Mich. 3 nu. 15.
In prophetis, id est, in vno ex prophetis. Habac. 1. nu. 5.
Quod genus causæ significet. Habac. 2. numer 22.
Inamabilis.
† Significat odiosissimam rem. Mich 2. numero. 2.
Inanimata.
Lætari dicuntur metaphorice. Hag. 2. 25.
Inanis gloria.
* Reprehenditur Ham. 5. nu. 17. Mich. 1. n. 69. 70. Zach. 14. nu. 69. 70 Mal 3. 37.
Inanis gloria corrumpit opera Hos. 8. 18. & reddit ea inania. Ibid. 19. 20.
Inanis gloria per vinũ significata. Mich. 1. numer. 70.
Inanis gloriæ cupidus per ebriũ significatur. Mich 1. nu. 70.
Inanis gloria dicitur fumus. Nah. 2. nu. 73.
Cupidus inanis gloriæ adultero similis. Malach. 3. 37.
Bona per inanem gloriam facta. Ham. 4. 12.
Incessus.
Qualis esse debeat. Ham. 6. num. 6.

Inconstantia.
* Inconstantia origo malorum omnium. Mich. 1. 56. 57.
* Reprehenditur. Mich. 1. n. 56. 57.
* Inconstantia facit vt fructus laborum amittãtur. Mich. 6. 42. 43.
Increpare.
† Increpare, cum potestate, & obiurgatione imperare. Nah. 1. n. 13. Zach. 3. n. 10.
Indurare.
† Quomodo Deus dicatur homines indurare. Ham. 2. n. 21.
Inebriare.
† Significat magnam abundantiam. Mich. 2. numero. 43.
† Significat magna supplicia inferri. Mich. 2. 43. Nah. 3. n. 11.
Infernus.
† Sumitur pro morte. Hos. 13. 23.
Pœnæ inferni. Mal. 4. n. 1.
* Damnatorum pœnis nihil post diem iudicij addetur, aut minuetur. Hos. 1. 35.
† Infernus pro sepulchro. Hoseæ. 1. numero. 132.
† In infernum descendere pro sepeliri. ibid.
Inferni fons est mors. Hos. 13. 40.
Infernus dicitur insatiabilis. Habac. 2. 26.
Inferni venter peccatum. Ionæ. 2. nume. 31.
Infidelis.
* Infideles quam angustos fines habeant. Ham. 6. 9. 10.
* Infideles multo duriores fiunt prauo exemplo malorum Christianorum. Mic. 1. 53.
Infideles per Geth significati. Mich. 1. 59.
* Idumæi typus infidelium. Habd. 118.
Infirmare, infirmitas.
† Infirmitas pro Dolore. Ham. 6. 26.
† Infirmari pro Dolere. Ham. 6. 26.
† Pro Perire. Ham. 4. 4.
Infirmari pro incipere. Hos. 11. n. 25.
Ingenium.
* Acutiores ingenio, si peccent grauius puniuntur. Zach. 9. 22.
Ingratus, Ingratitudo.
* Quam Deo odiosus, & quomodo puniatur ingrate. 2. 72. 73. 74. 75. 76. c. 4. n. 42. 43. & c. 7. n. 43. Zach 2. 31.
* Ingrata anima ducitur in captiuitatem. Mich. 1. 54. 55.
* Ingrati. Ibi of 7. 43.
Ingressus.
* Ingressus qualis esse debeat. Hamos. 6. numero. 6.
Inimicitia.
* Inimicitiam seruantes reprehenduntur. Soph. 1. 46.
Iniquitas, Iniquus.
* Non omne peccatum proprie dicitur iniquitas, sed tantum mortale, nec dicitur iniquus, nisi qui peccatum mortale committit. Soph. 3. 34.
* Iniquitas, pœna debita iniquitati. Zach. 14. 47. Mal. 2. 38.
Initium.
† Ab initio, quid significet. Mich. 5. n. 37. 39. 44.
Iniuria.
* Iniuriæ maximę manent memoriæ infixæ. Miche. 2. num. 50.
Iniuriarũ remissio. Ham. 6. n. 27. Zac. 6. 29.
Iniuriæ obliuiscendæ. Ham. 6. 27.
* Iniuriarum tolerantia, dicitur fortitudo. Naham. 1. nu. 9.
Iniustitia.
* Reprehenditur. Mich 6. num. 32. 33.
Iniustus, vide Malus, Peccator.
Iniusti velint, nolint, venerantur intra se viros iustos. Hos. 2. nu. 93.
Inobedientia.
Reprehenditur. Hos. 1. nume. 60 & cap. 8. numer. 22. Ionæ. 4. numer. 38. 39. Mich. 2. numero. 20.
Hominum inobedientia excusationem non habet. Hos. 1. nu. 60.
Inobediens onagro similis. Hos. 8. numer. 22. Mich 2. nu. 20.
Inquietudo.
Animi inquietudo. Ionæ. 2. num. 32. 33.
Insipiens.
Insipiens, peccator, vide stultus.
Inspiratio.
* Qui diuinis resistunt suspirationibus, quomodo manibus suis cõtra Deũ pugnẽt Mich. 2. 19
* † Inspiratio Dei dicitur manus Dei. Mich. 2. num. 19. 20.
Inspirationes diuinę dicuntur saluatores. Hab. 129.
Inspirationes Dei diuersis modis dantur. Sop. 1. 36. ca. 2. 41.
Inspiratio Dei sibilus dicitur. Zach. 10. 19.
Inspirationes quominus audimus, eo peiores efficimur, & duriores. Zach. 7. 17. 18. 19.
Inspirationibus Dei resistentes contra Deum pugnant. Mich. 2. 19. Idem amore sęculi tenentur. ibidem.
10. Puniũtur in hoc seculo, & in futuro Hab. 1. ca. 41. 42.
Inspirationi contradicentis pœna. Hoseæ. 4. 40. & cap 5. 17.
Insula.
† Insulæ dicuntur remotissimæ gentes, ad quas nisi per mare, non potest iri, Hos. 11. 34. Soph. 2. 44.
* Insulæ gentium peccatores à Deo valde remoti. Soph. 2. 58.
Intellectus, vide etiam Potentiæ animæ.
* Intellectu obedire, maxima obedientia. Hos. 1 nu. 61.
* Intellectus dicitur mare. Zach 9. 67.
Intentio.
* Qualis esse debet. Ham. 3. n. 18. Hag. 1. 54. Zacha. 8. 26. 27.
Intentio recta cidaris dicitur. Zach 3. 30.
Intentio est mons, vnde tota anima cernitur. Ham 3. 17.
* Intentio dicitur caput, & calcaneus. Zac. 8. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Interiot.
Interiori homini vacandum, vide cognitio sui.
Interpres, Interpretor.
Interpretandi scripturas quod genus optimũ Præl.1.& in Proœm.in Ioelem,& in Proœ, in Zach.maxime. nu.7.& Zach.8.n.2.& in proœm in Habac.
Interpreti scripturarum quæ sint necessaria. In proœm.in Mich. In proœm. in Zachariæ. late.
* Interpretes scripturæ vitandi qui,& qui sequẽdi. Præl.1.& in proœ.in Soph. & in proœ. in Hag.& In proœm.in Zach.
Interrogatio.
† Sæpe necessaria ad intelligendam scripturam. Mich 5.nu.25.
Inuidia.
* Reprehenditur Ham.4 nu.23.
Et quæ mala afferat. Ibidem.
† Inuidia per erucam significata. Ham. 4. numer.23.
Inundare.
Quid sit. Hos 4.nu.2.
Inuocare.
Nomen alicuius inuocari super aliquẽ. Ham. 9.num 42.
Inutile.
Significat valde noxium. Mich. 2. num.2.
† Significat peccatum, & idolum Mich.2. numer.1.
Ioacham.
Idẽ qui Ochozias, quot annos regnauerit. Præl. 2.num.27.
Ioachaz.
Quantum regnauerit. Præl 2 num.27.
Ioachin.
Quot annos regnauerit. Præl 2. num. 27.
Ioacim
Quo tempore,& quot annos regnauerit. præl.2. num.27.
Ioas.
Quantum temporis regnauerit. Præl. 2. numero.27.
Ioatham.
Quantum temporis regnauerit. Præl. 2. numero.17.
Iod.
† Interdum non est signũ numeri pluralis apud Hebræos Hos.2.nu.7.
Ioel.
Quo tempore prophetauerit. Præl. 2 numer. 8. 24.27.
† Quid eius nomen significet Præl.num.2.34.
S. Iohannes Baptista.
* Qualis eius conuersatio Hos 1. num. 11.
* Angelus dicitur. Mal 3.num 2.& seq.
* Non fuit angelus natura, sed vita, & sanctitate. Mal.3.nu.9.10.
S. Iohannes Euangelista.
† Scripsit potissimum historiam duorum priorum annorum prædicationis Christi Domini, cum ceteri Euangelistæ scripserint res vltimi anni. Præl.6.3.
Ionas.
Quo tempore prophetauerit. Præl. 2. nu. 12.24.27. Nah.2.nu.15.
† Quid eius nomen significet, Præl.3 nu.2.3.4. & Ionæ.1.nu.30.
Ionia, Iones.
A quo nomen habuerint. Ionæ.1.nu.8.
Ionathan.
Chaldæus Paraphrastes Ionathan, quo tempore floruerit. Hos.9 nu.2. Habd.nu.110.
Ioppe.
Peregrinorum petentium terram sanctam portus est. Ionæ.1.25.
Significat pulchritudo eius Ionæ.1.nu.34.
Ioram.
Quot annos,& quando regnauerit. Præl. 2. numer.27.
† Interpretatur celsitudo Domini. Ham. 2. numer.6.
* Eius Tropologica expositio. ibidem.
Iordanis.
Vbi sit. Ham 6.43.
† Cum flumen absolute dicitur in scriptura, Iordanis intelligitur. Mich.7.nu.33.35.
* Iordanis diuitiæ. Zach.11.7.
Iosaphat.
Quot annos,& quando regnauerit. Præl.2. numer.27.
† Vallis Iosaphat an sit,& vnde nomen habeat, & an in eo futurum sit iudicium vniuersale. Ioe.3.nu.2.& 4.
† Iosaphat sonat iudicium Domini. Ham.2.n.6.
* Belli à Iosaphat gesti Moralis expositio. Ham. 2.nu.6.
Ioseph, Iosephus.
Sonat. Addet. Habd.nu.117.
* Ioseph filij typus Christianorũ, qui ex gentibus crediderunt. Habd.117.
Iosephus Gorionis post Hieronymi tẽpora floruit. Habd. nu. 110.
Iosephi Flauij locus corrigitur Habd.nu. 84.
Alius eiusdem locus corrigitur. Nah.2.nu.18.
Iosephus multa ex sacris historijs omisit. Hag. 2.nu.17.
Iosephi lapsus. Zach. 1.24.26.
Domus Ioseph, tribus Ephraim. Zach. 10.16.
Iosias.
Quo tempore, & quantum regnauerit. Præl. 2. num.27.
† Quid eius nomen significet, Soph.1.40.
Ira, Irasci. Vide vltio.
† Quomodo Deo tribuatur. Hos.1.nu. 104.
* Iræ vitium. Ham.6.27.
† Ira dicitur ignis. Soph.1.67.
Ire.
† Significat crescere. Hos.14.16. Ionæ.1.45.
Ironia.
† Inuenitur in scriptura sacra. Ham. 4. numero. 8. Mich. 5. numero.25. Zacha. 11.34. Mal. 2.35.

Isaias.
Quo tempore prophetauerit. Præl. 2.n.3.24.27
Vere ambulauit nudus,& discalceatus. Hos. 1.numero.49.
Fuit socer regis Manasse secundum Hebræos. Hos.1.n.50.
Isidorus.
Qualis scripturæ interpres. In proœm. in Malac. numero.11.
Ismahel.
Regnum Ismaelitarum quale. Zach.6.17.
Israel, vide etiam Hebræus,& Iudæus.
† Non significat videns Deum, sed princeps cũ Deo, vel Rectus Dei. Hos.12.num.4.5.6.
† Significat Prævalens aduersus Deum. ibidem nu.7.&. Ham.6.n.29.& Mich.7.n.71. Mal.1.24.
* Israel, seu Israelita duplex in scriptura, scilicet secundum carnem,& secundum spiritum. Hoseæ.1.numer.125. Mich.5.num.33.34. Zach. 12.nu.23.
* Filij Israel veri, qui Hose.1.numero.123.124.125.
* Israel vocantur in scriptura qui ad fidem Christi conuersi sunt ex gentibus. Hos.1.vbi supra, & Mich.5.n.34.
Israelitæ arcu pugnare soliti. Hos.1.84.
Israelitæ dum spoliarunt Ægyptios, non aliena, sed sua ceperunt. Hos.2.n.67.
Populus Israeliticus typus Christi. Hoseæ.11.numero.12.
† Israel populus quot annos per desertum errauerit. Ham.5.n.60.
* Israel typus eorum, qui olim Deum coluerunt, sed postea fronte perfricta se peccatis tradiderunt. Hamos.2 numero.12.23. Michæ.1. numero.16.
Israelitæ quando coluerint idola, vide idolum.
* Typus est virorum perfectorum. Malachiæ. 1. 24.
Isychius.
Qualis scripturæ interpres. in Proœm. in Malach. numero.11.
Iterum.
† Hebraice significari solet verbo, Conuertetur. Ham.5.n.12.
Iubilatio.
† Oritur ex ineffabili & ingenti lætitia, quæ nec taceri potest nec verbis exprimi. Soph.3 num.36.
Iuda, Iudæa,
Iudas, Iudæus.
† Filij Iuda qui. Hos.1.n.129. Zach.2.32.
* Iuda quid mystice significet. Ham.2.n. 12.23. Mich.1.n.16.
† Iudææ termini. Ham.6.n.43. Mich.7.n. 33.34. Hab.84. Zach.9.44.
Iudæi non habuerunt hoc nomen, nisi post diui sionem decem tribuum à duabus. Ionæ.1.numero.43.
Mores Iudæorum. Hos.3.n.6.
* Persequebantur Christianos Iudæi. Ham.1.16. 30.c.5.n.37.c.9.n.41. Habd.118. Zach.12 numero.3.
* Punitio Iudæorum ob necem Christi Domini. Hos.1.n.75.76.77.82.& seq.c.3.n.19.c.5. nu. 14.15.23.29 33.41.c.7. nu.34.& seq.c.8.n.30 c.9.n.32.c.11.n.41 c.13.nu.17. Ioe.1.n.14.30. Ham.1.n.10.c.2.n.4.c 5.n.26.34.c.8 n.6. &. 7. Zach.5.n.11.vsq; ad finem.c.11.à principio c.12.15.c.14.n.2.& seq.
* Iudæi quando Dei populus esse desierint. Hoseæ.2.n.3.
Iudæi quando in Hispaniam venerint. Hab.n.107 & seq.
Iudæorum imperium post Babylonicam captiuitatem late propagatum. Habd.n.89. fere vsque ad finem cap.
Idola quando coluerint Iudæi, vide Idola.
* Iudæi quomodo à Deo relicti. Hos.2.n.49.50 70.c.3.nu. 19.
* Festa Iudæorum. Hose.2.69. Hamos.4. numero.11.
* Iudæi quo tempore conuertendi. Hos.2.n. 82. c.3.n.25. Mich.5.n.33. Zach.4.n.10.11. Mala. 4.17.
Consuetudines habebant Iudæi cum alijs nationibus communes. Hos.3.n.9.
* Sacrificare non licebat Iudæis extra Ierusalem Hos.3.n.19.
* Obstinatio, & cæcitas Iudæorũ. Hos 6.n.39.& seq.& c.7.n.33.& seq.
* Excæcatio Iudæorum facta est ob peccata in quibus diu perdurauerant. Zach.5.11.
* Impietas Iudæorum in Christum Dominum. Hos.7.n.11.& seq.
Equorum vsus prohibitus Iudæis. Hos.14.numero.10.
* Iudæi vocati Idumæi,& cur. Ham.9. numero. 41.
* Inuidia Iudæorum ob gentium vocationem. Ionæ.4.n.5.21.22.33.
Iudæorum studium in sacra scriptura, maxime 11.
memoriæ mandanda. Michææ.5.numero.10.
* Ex Iudæis multi in Christum crediderunt. Michæ.5.n.33.
Causa vastitatis Iudæorum fuit Christi mors, vide punitio Iudæorum. & Mich.5.numero.78.
† Iudæi patres Ecclesiæ vocantur ab Ecclesia, ideo prophetæ loquuntur de Ecclesia, & de Iudæis quasi de vno populo. Zach.8. numero 2.3.&.4.
* Iudæi dicuntur quicunque Christum confitentur etiam si ex gentibus sint. Zachariæ. 8. 40.
* Captiuitas, in qua nunc sunt Iudæi, an perpetua futura sit. Zach.11.12.
* Peccata Iudæorum ante eorum vastitatem. Zacha.12.15.
Numerus Iudæorum, qui mortui sunt in vasti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate Ierusalem, vndecies centum millia, captiuorum vero nonaginta, & septem millia. Zach. 14.6.
AEgyptij, & familia AEgypti vocantur. Zac. 14. 44.45.
Iudas proditor cur se suspenderit. Habd. numero. 25.
* Iudæorum planctus in die iudicij. Zach. 12. 19. 20.
Iudæos quantum honorauerit Deus tempore noui testamenti Zachariæ. 10. 12. & sequentibus.
Iudæi in fine sæculi salui fient, & electi ex eis futuri Zach. 1.55. & seq. Zach. 3.25. Zach. 4.13. & seq.
Iudæorum reprobatio, & induratio. Habac. 1. 6.7. Zac. 3.25.
Iudæis nihil iam prosunt ceremoniæ agni paschalis. Ham. 8.7.
Iudæi habent vuluam sine liberis, & vbera arentia Hos. 9.27.28.32.
Iudæorum quatuor pestes. Ioe. 1.15.
Iudæorum excæcatio, & sterilitas. Ham. 1.11. Soph. 3.19. & seq.
In Iudæos Christus rugiet. Ham. 1.10.
Iudæorum odium in Christi nomen, & pœna. Ham. 2.34.
De Iudæorum filijs suscitat Deus Nazaræos. Ham. 2.3.31.
Iudæi famem verbi Dei patiuntur. Hamos. 8. 37.
Iudæorum dolentium de salute gentium figura Ionas. Ion 4.5. Et quomodo ob id reprehendantur à Christo ibid. 23.

Iudex.

Munera accipere non debet. Mich. 3.n.15.ca. 7.num.8.
Iudex magister spiritualis Mich. 3.24. & sequentibus.
* Iudex bonus. Soph. 3.12. Mal. 3.27.

Iudicare.

† Iudicare, id est, sententiam pro aliquo ferre. Hos. 2.96.
Iudicare, id est, lite contendere. Hos. 2.n. 36.
Iudicare causam alicuius est sententiam pro eo ferre. Mich. 7.n.29.
Iudicare, idest, punire. Haba. 1.48.

Iudicium.

Sumitur pro lite. Hos. 2.36.
Pro iustitia. Hos. 2.95.96.
Iudiciũ, & iustitia quomodo differãt. Hos. 2.96
Iudiciũ pro sententia. Hos. 2.96. Ham. 5.53.
Pro sententia damnationis. Hos. 5.n.1.c.6.n.14
Pro supplicio. Hos. 10.11.
† Pro lege, & præcepto. Soph. 2.n.5.
Iudicium non fertur, nisi in subditos. Mich. 4.29.
† Iudicium pro eo quod quisque ex officio suo facere tenetur Ham. 5.n.18.
Iudicium facere pro iudicare. Mich. 6.25.
Iudicium facere pro Punire. Mic. 6.25.
Iudiciũ facere pro Custodire legẽ. Soph. 2.n.5
† Iudicium alicuius facere est sententiam pro eo ferre. Michæ. 7.29.
Iudicia in portis ciuitatũ fieri solebãt. Hã. 5.n.35
Angeli defendunt nos in die iudicio. Zac. 3.5.
* Proprium iudicium sequi dolorum origo est. Ionæ. 4.n.7. & seq.
* Extremum iudicium. Ioe. 2.n.12. & c. 2.n. 12. c. 3. à principio. Nah. 2.n.55. Soph. 1.69. Zac. 12 n.14. & 30. c.14 n.19. & seq. vsque ad. 39. Mal. 4. per totum.
* Extremũ iudiciũ quo in loco futurũ. Ioe. 3.n.2
* Diluuium typus extremi iudicij. Ion. 4.n.6.
* Signa præcedentia iudicium mundi. Nah. 3.30. Haba. 3.37.40.
Post diem iudicij nihil addetur, nec detrahetur pœnis damnatorum. Hos. 1.35.
Iudicij dies quam terribilis aduenier malis. Mal. 4.1. & seq.
In die iudicij Christus agnus vertetur in leonem. Ham. 1.12.
Iudicij diei vastitas. Ioel. 2. 12.
Quomodo mali tunc sint puniẽdi. Ham. 3.25.
In die iudicij Christus, qui nunc est leo, fiet vrsus. Ham. 5.50.51.
Iudicij diem desiderantes reprehenduntur. Hamos. 5.49.
Iudiciũ quomodo timebit à malis. Mic. 2.27
Iudicij dies comprehendet malos in voluptatibus suis. Nah. 1.47.
In iudicio scrutabitur Deus omnium peccata. Soph. 1.69.
In die iudicij subijciet sibi Christus omnem potestatem sæculi Mich. 1.22.
* Iudiciũ singulorũ quã exacte fiet. Soph. 1.c.74.
* Iudices iusti sint. Soph. 3.12.
* Iudicium proprium qui sequitur, dolet semper, atque ibi dolet, vbi lætari debuit. Ion. 4.8. Et est valde mutabilis, ibid. 24.
* Iudicari cũ homine ne dedignetur homo. Mic. 6.12.

Iudith.

† Historia scripta in libro Iudith, quo tempore fuerit scripta. Nahu. 2.29.

Iugum.

Quomodo olim imponeretur bobus. Hos. 11.23.
* Iugum Christi, & iugum mundi. Mich. 7.44.

Iumentum.

* Iumentum significat obedientem. Hos. 8. num. 21.22.
* Iumentum homo rationis inops. Ion. 4.32. Zacha. 2.11. & peccator. ibid.
† † Quæ animalia significet. Soph. 1.9.
† Iumenta, motus praui animæ. Zach. 2.27.
* Iumenta qui sint in Ecclesia. Zach. 2.11.

Iuniperus.

† Eius natura, & odor. Hos. 14.n.22.

Iuno.

† Eadem quæ Hastarte, seu Hastaroth. Hos. 2.n. 62. & seq.

Iuppiter.

† Quis, Hoseæ capite. 5. numero. 37. capit. 6. numer. 63. & seq.
Ijdem qui Belus, & Bahal. ibid.

Idem qui Melchom. Ham. 5.75.

Iurare, Iuramentum.

† Iurare in, idest, Iurare per. Ham. 4.n.4.
† Formula illa iurandi, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quid significet. Hamos. 4. numer. 30.
Iurare per loca sacra remotiora sacratius habetur Ham. 8.35.
* Iurare per falsos Deos est magna Dei iniuria. Ham. 8.34.
* † Deus cur soleat iurare. Hamos. 6.28. capite. 8. 20.
† Supplicium iurantium per Dei nomen frustra Zachariæ. 5. à principio vsque ad numerum. 10.

Iustificare.

† Iustificare pro absoluere in iudicio, & iustũ pronuntiare. Mich. 6.33.
* Iustificatio impij quid requirat. Hos. 15.n. 12. & c. 14.n.6.

Iustitia.

Iustitia, & iudicium quomodo differant. Hos. 2. num 96.
* Iustitiæ violatio quomodo à Deo puniatur. Hamos. 7. numero. 15. Michæ. 6. numero. 33. & sequ.
* Iustitia pro lege. Mich. 6.n.8.

Iustus.

* Quam benigne à Deo tractetur. Hamos. 3. numero. 12.
* Iusti ægre ferre solent iniustorum prosperitatem. Ham. 6.12.
* Iustorum vita. Habd. 121. & sequ.
* † Elephanto similis iustus. Michæ. 1.51.
* Racemus dicitur. Mich. 4.57.
Iusti vtiles esse debent alijs. Hos. 1.136. & c. 2. 100. & c 6.45.
Ne ab hoc vllis debent difficultatibus deterreri. Hos. 1.138.
Quomodo Deus in iustis puniat præterita peccata, & quid tunc fieri debeat. Hos. 2.74.
Iustorum pax qualis sit. Hos. 2.93.94. Ham. 6. 13.14.
In iustos prouidentia Dei. Hos. 3.54. Michæ. 7.63.
Iustorum constantia. Hos. 14.14.15.
Iusti cum Deo ambulant. Ham. 3.45.
Iusti sibi placentes deseruntur. Ham. 5.34.
Iusti coguntur ire ad peccatores, sed cum feruor caritatis, & deuotionis in illis remittitur. Ham. 8.24. & seq.
Iusti cœlum, & sedes Dei. Ham. 9.16.
Iusti anima tabernaculum Dei, quod cadit per peccatum, & reædificatur per pœnitentiam Ham. 9.48.
Iustos quot modis mali infectentur. Habd. 53. & seq.
Iusti habitant in montibus. Habd. 121.
Iustus quando dominetur suis affectibus. Habdiæ. 122.
Iustorum gaudium stabile. Ion. 4.26.
Iusti sunt elephanti, qui vincunt dracones. Mich. 1.52.
Iusti soli ratione vtuntur. Mich. 1.51.
Iustis nulla calamitas venit, vnde non euadat Mich. 2.23.
Iusti ridebunt malos in die iudicij. ibid. 24.
Eorum sors mutabitur in vita futura, sicut & malorum. ibid. 25.26.
Iustus quomodo dispergitur, & quomodo congregatur. Mich. 2.70.71.
Ante iustos Christus pandit iter remouens omnia impedimẽta ad proficiendũ. Mic. 2.71.72.
Iusti quomodo conuerti dicantur. Mic. 5.67.
Iusti in populis quasi ros, & quasi stilla. Mic. 8. 81.82. Non indigent doctrinis gentium. ibidem. 83.
Iustorum paucitas. Mic. 7.1. & seq.
Iustorum opera confundent eos, qui resistunt veritati. Mich. 7.59.
Iustis nihil nocere possunt gentes, & confunduntur hoc videntes. Mich. 7.63.
Iusti etiam, si labores ingruant, nihil est quod timeant. Nah. 1.27.
Iusti, cum turbabuntur impij ingruente iudicio lætissimum nuntium accipient. Nahu. 1.48.
Iustus melior fit tentationibus, vt peccator peior. Nah. 2.72.
Iusti multi decipientur tempore Antichristi. Nah. 3.13.
Iusti sacra scriptura locupletantur, vt mari. Nahum. 3.13.
Iusti anima habitat in fluminibus, & peccatis aliorum magis confirmatur in virtutibus. Nah. 3.20.
Ariditate, & tribulationibus multum roboratur. ibid. 20 & tentationibus. 21.
Iustos orantes pro peccatoribus interdũ Deus non audit, quia expedit eos puniri. Habac 1.40.
Iustos multos vincit Diabolus, & de regibus triumphat. Habac. 1.46.
Iustus resistere Diabolo non poterit, nisi Deus ei adsit. Haba. 1.47.
Iusti rident Diabolum à Deo victũ. Haba. 1.47
Iustorum paucitas in fine sæculi. Haba. 3.52.
Iustorum mors erit initium vitæ. Sophoniæ. 1.84.
Iusti habitant nunc in locis, & possessionibus infidelium. Soph. 2.59.
Iusti quomodo non confundentur super peccatis suis. Soph 3.49. & seq.
Iustis promittit Deus in consolationem suam salutem peccatorum. Sophoniæ. 3. 54.55.
Iusti quasi annulus in manu Dei. Hag. 2.87.
Iusti beati prædicantur & à malis, & eis mali inuident. Soph. 3.55.56.
Iusti seruabuntur & inimici eorum cadent. Hag. 2.85.86.
Iusti non sinuntur liberi, vt peccatores, sed constringuntur, & ligantur. Hos. 8.22.
Iustos Deus non relinquit in tẽtationibus, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

homines faciunt. Hos. 13.5.
* Iustus regnat. Mich. 4.72.
Iustorum persecutio cur impatienter ferri nõ debeat Haba. 2.9. & seq.
Iusti quam sint curæ Deo. Hag. 2.76.
Iustis Deus est murus igneus, quo tenetur diabolus. Zach. 2.28.
Iustorum magnæ deliciæ solis experientibus cognitæ. Zach. 2.54.
Iustorum salus & opera mirabilia, opera diuinæ virtutis sunt. Zach 4.37.
Iusti omnes sunt magistri Babylonis. Zacha. 4. 35.36. docent enim peccatores quid facere debeant ibid.
Iustorum, etiam si in peccatum cadant, miseretur Deus, & reducit eos ad se. Zach. 6.41.42
Iustus semper Christo hæreat, & ei se tradat, & bonis implebitur. Zach. 6.43.
Iusti anima fit per Deum inhabitantem ciuitas veritatis, & recte de omnibus iudicat. Zach. 8.20. & mons sanctificatus. 21.
Iusti habent seniles, & maturas cogitationes non leues, & pueriles, vt peccatores. Zach. 8.21.22. & senes sunt. ibid.
Iustorũ tristitia in gaudium conuertenda Zach. 8.42. etiam in hac vita, quia Deus concludit ora leonum, ne illis noceant. Ibid. 42.43.
Iustorum fortitudo ad conculcandos hostes. Zach. 10.34.35.
Iustorum causa Deus miseretur iniustorum ad eos pertinentium Zach. 10.35.
Iustorum anima confirmatur à Deo, vt non sit mutabilis. Zach. 12. 26.29.30.
Qui iustos persequuntur, sibi ipsis magis nocent. Zach. 12.27.28.
Iusti à nullis maiorem persecutionem patiuntur, quam à malis Christianis. Zach. 12. 24. 27.30.
Iusti per ignem probandi. Zachariæ. 13. 17. 28.
Iustus vni Domino seruit, peccator multis. Zacha. 14.56.57.
Iustorum securitas. Zach. 14.59.
Iustorum persecutores quam grauiter puniantur. Zach. 14.59. & sequ.
Frustra seuient in iustos. ibid. 60. & seq.
Quales sint istorum persecutorum milites, & adiutores. ibid. 61. & seq.
Iusti, qui degenerant, reprehenduntur à Deo. Mal. 1.24.
Iustis quam magnifica merces detur suorum laborum in futuro sæculo, & in præsenti. Malach 37.
Iustis quanta lux splendebit in die iudicij. Malach. 1 a 2. & 3. & seq.
Tunc recuperabunt colorem suum ibid. 3.
Conculcabunt impios vt cinerem. ibid. 7.
Iustorum mors quam felix. Malach. 4. 13. & sequ.
Iusti resurgent cum dote agilitatis. Malachiæ. 4. 6.
Iusti in die iudicij calcabunt Dæmones. Mala. 4.24.
Iustos Deus per aliorum pœnas admonet. Hoseæ. 5.24.
Iusti non errant per Ægyptum quærendo paleas, vt peccatores. Ham. 8.25
Iustis ignauis Sol occidit meridie. Hamos. 8. 40.
Iustus quam diues sit, quia Deum habet. Nahum. 2.73.
Iustus nunquã orationis obliuiscit. Nah. 2.75.
Iusti habitant in fluminibus. Nah. 3.13.
In iustis duobus modis est Deus, sicut duobus modis fuit in mũdo. Hag. 2.60. Et quãdo secũdo modo est, dicitur venire desiderat9 cũctis gentibus, & domus impletur gloria. ibi. 61.62. Sed vt hoc fiat, oportet prius cõmoueri in eis cœlum, & terram, & mare, & aridã. Hag. 2.62.63.
Iusti raro scribuntur ædificare vrbes. Sopho. 3.16.17.
Iusti non possunt quiescere donec domũ Domino ædificent. Hag. 1.41.42.
Iusti non sunt paruuli, vt qui amant voluptates. Habd. 18.19.
Iusti peccata minima habent, propter quę tamen cum peccatoribus puniuntur in hac vita. Zach. 1.61.
Iustitia nulla tuta est, nisi à Deo custodiatur. Zach. 6 40.41.
Iustitia paradisus ab homine colẽdus. Hã. 5.27
Iustitia nostra quantum egeat diuina protectione Ham. 7.13.14.
Iustitia nõ debet nos facere securos, quasi amitti nequeat. Ionnæ. 2. 38. Zachariæ. 6.42.
Iustitia sola, perit hora mortis. Nah. 1.24.25.
Iusti septem lucernę ardentes. Zac. 4.5. Sed vt sint lucernæ, & eis neque oleum desit, neque lux. minime à Christo separentur. ibid. 33. Meminerint neque oleum ex se habere, neq; lucẽ, & posse amittere q habent, ideo ne alium sapiant ibid. 34. Nec tegant lumen, quod habent, sed cum humilitate detegant vt ceteri lumen habeant. ibid. 34.
Iustis obijcit sele Diabolus, vt iter patriæ cœlestis impediat. Zachar. 4.37.38. Sed pergant, nec terreãtur, quia Christus dux est. ibi. 38. Vt hoc faciant, ponit illis ob oculos Deus cuius capitis membra sint, & ita recipiunt pristinum feruorem. ibid. 38.39. Et spem addit ipsum esse perfecturum opus, qui cœpit ibidem. 39. 40. Ne despondeant animum in tentationibus, & aridicate. ibidem 40.
Iustis persuadere conatur Diabolus non posse diu ferri vitæ austeritatem, & virtutis labores, sed desperate non debent. Zachar. 6. 41.42.
Iustos colligit Deus ne effundantur in Orientem, & Occidentem, sed sint intra se, & sint Deo in populum. Zachariæ. 8. 26.

† Iusti sunt equi Dei, qui aduersa mundi non timent, sed se periculis pro Deo exponunt. Zach. 10.50. & seq.
* Iusti anima extenditur à Deo vt cælũ, & pars etiam inferior firmatur. Zach. 12.24.25. &c. 14.58.59.
Iusti non semper habere possunt aquas, aliquando arescent, sed oratione, & ieiunio ad ducent ad se riuos. Zach. 14.55.56.
Iusti non sunt mercatores, quia Deo seruiunt propter se ipsum. Zach. 14.70.
Iusti luctari etiam cum Deo debent. Malach. 1.24.
Iustorum termini semper dilatantur. Malach. 1.28.
Iustorum saginarium sunt tribulationes. Mal. 4.23.
Iniusti velint, nolint, venerantur intra se viros iustos. Hos. 2.93.
* Iusti per Alexandriam significati. Nahu. 3.n. 13.
Iustus arbor dicitur. Nah. 3.13. Mich. 3.9.
* Quomodo vtilitatem capiat ex alienis vitijs, ex aduersis rebus, & tentationibus. Nahum. 3.20 21.
† Dicitur Rex. Habac. 1.n.36.
* Iustos punit Deus per impios. Habac. 1.53. ca. 2.11.
* Iustos Deus punit pœna temporali propter impios, quia commoditates temporales interdũ sequuntur. Zach 1 n.61.62.
* Mors iustorum. Nah. 1 27. Soph. 1.80.
*† Argentum, & aurum igne examinatum dicũtur. Zach. 13.17.

Iustorum gloria, vide Beatitudo.

† Per myrtum significati. Zac. 1.15. &. 56.
* Se suaque omnia Deo, & fratrum vtilitati sacrificant. Zac. 14.68.
* Iusti quam sint vtiles. Zacha. 2.n.35.c.3.30.c. 11.41.
* Dignitas iustorum. Zac. 3.30. &. seq.
† Lucerna dicitur iustus. Zach. 4.n 5.33. & sequ.
† Iusti per Zorobabel significati. Zach. 4.35.
† Per Israel significantur. Mala. 1.24.
* Tristitia iustorum quomodo in gaudium conuertatur Zach. 8.42.
† Iustus equus dicitur. Zach. 10.n.30.31. & seq.
* Fortitudo iusti. Zach. 10.32.
† Iustus leo dicitur. Zac. 10.52.
Angelus dicitur. Zach. 12.n.11.
Anima iusti cœlum dicitur. Zach. 12. numero. 24.
Lapis dicitur. Zach. 12.n.28.

Iuuenis.

† Iuuenis, Electus. Zach. 9.64.

K.

Καὶ quid proprie significet Hoseæ. 7. numero. 8.

L.

† Litera ל apud Hebræos præponitur personæ patienti, Mich. 2.43.

Labor, vide opera.

† Labor, id est peccatum. Hos. 13.18. Mich. 2.nu. 1.c.4 n.70.
† Labor, idest, res aduersæ, vide aduersa.
* Labores, quos peccatores pro voluptatibus tolerant. Zach. 14 63.
Laboribus pro Deo defatigari non debemus, & si æterni futuri essent. Mich. 4.55.
Laborandum est semper in hac vita, & nunquam à bono opere quiescendum. Zach 7. 13.14.15.
Non laboramus Christiani gratuito, sed magnis præmijs propositis. Mal. 1.37.
A labore non est cessandum in consolationibus. Ham. 9.51.
Quomodo laborandum in bonis operibus, vt fructus postea colligamus. Hos 10.39.
Laborum fructu quomodo priuemur Michæ. 6.42.
Laborantes multum cur parum proficimus. Hag. 1.43. & seq.
Laborare quidam videntur causa Dei, & laborant causa pecuniæ, aut gloriæ. Hamos. 5. 17.
Laborans in rebus sæculi, & non in anima sua lugebit. Ham. 5.46.

Lachis vrbs.

Vbi sita Mich. 1 n.40.
Prima fuit imitatrix idololatriæ Israel. Mich. 1. n.41.

Lactare.

† Lactare, id est decipere. Hos 2.78.79.
Lacto verbum duplex ibid.

Lætor, Lætitia.

† Peccatorum lætitia quomodo à Deo puniatur Ham. 5.44.
* Lætitia spiritalis ebrietas dicitur Hag. 1.45. Michæ. 6 43.
*† Lætitia per album colorẽ significata. Zach. 1.18.
* Lætitiæ spiritualis causa Zach. 9.65.
* Iusti lætitia. Zach. 10.32.

Lais vrbs.

Vbi sita. Mich. 1 40.

Lamentare, Lamentator.

Lamentatores, & lamentatrices pretio cõduci soliti ad lugendum. Ham. 5 41.

Lampas.

† Lampas Christus Dominus. Zach. 4.4.

Lapis.

* Virtutes mystice significat, Ham. 5.n.10. &. ca. 9 n.28. Hag. 2.81.
Lapidem super lapidem ponere est opera operibus iungere. Hagg. 2.n.81.
* Lapis, Christus Dominus. Hamos. 9 21. Zachar. 3.43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Lapis angularis, cur dicatur Christus Dominus. Sopho. 1. 66.
†† Lapides, filij. Ham. 9. 21.
†* Lapides, exempla sanctorum, & verba scripturæ Zac. 7. 75.
* Vulnera Christi Domini per sculpturam lapidis significata Zach. 3. n. 48.
* Primarius lapis Christus. Zach. 4. 15.
Stanneus lapis, Christus. Zac. 4. 22. & 24.
Lapides fundæ, verba prædicatorum. Zachar. 9. 59.
Lapides diadematis Christi apostoli. Zachar. 9. 62.
Lapides Ecclesiæ fideles Zachariæ. 9. numero. 59. 62.
* Lapides scripturæ verba. Zachariæ. 9. numero. 59. 70.
† Lapis rotundus olim in oppidis Palæstinæ poni solebat, ad quem eleuandum vsque ad genua, vel vsque ad pectus, pro suis viribus iuuenes se exercebant. Zach. 24.
Iustum significat. Zach. 12. 28.

Lappa.

Quid sit. Hos. 9. n. 8.

Laqueatus.

* Domus laqueatæ, voluptates. Haggæi. 1. numero. 41.

Lasciua.

* Lasciuorum scriptores adiutores Diaboli. Mic. 1. 60. 61.

Latro, Latrunculus.

† Latro, Latrunculus, pro milite. Hose. 7. n. 2. Mich. 1. 42.
Latronum crudelitas. Hoseæ. 6. 34. Michææ. 2. 35.
* Latro Diabolus, & peccatum. Habd. 42.

Lauare.

† Pedes conuiuis lauare, fuit consuetudo veterum. Hos. 3. n. 9.

Laudare, Laus.

* Deum laudare, Deo gratissimum. Hos. 14. nu. 4. 5. Mich. 6. n. 22.
† Sacrificium laudis quid sit. Michææ. 6. numero. 22.
Laudare præ gaudio, Vociferari. Soph. 3. 16. Zac. 2. 34.
* Laudare Deum, quam sit iucundum. Zac. 2. 34.
Deum laudare pro peccato. Zachar. 11. numero. 10.

Lebes.

Ad coquendas carnes in templo deseruiebat. Zach. 14. 49.

Lectio.

† Variæ lectiones scripturæ quomodo diiudicandæ. Ionæ. 3. 13.
Legentes multum, & operantes parum, seminant multum, & inferunt parum. Haggæi. 1. 46.

Lectus.

* In lectorum luxuriam. Ham. 6. 16. 17.

Leo, Leunculus, Leæna.

Leæna sæuior leone. Hos. 5. 39.
* Ferocitas, & natura leonis. Hos. 5. 39. & 42. & & c. 11. n. 33. Ham. 3. n. 5. & 8.
Catuli leonis audaciores sunt leonibus, & quodã modo ferociores. Hos. 5. n. 40.
Rugitus leonis qualis Hos. 11. 33.
Interdum rugit leo ante captam prædam, interdum post, vt deuoret. Hamos 3. numero. 5. & 8.
† Leo Dei typus. Ham 3. n. 8.
†* Leo, & catulus leonis Christus. Nah. 2. n. 37. Hos. 11. 33. Ham. 5. n. 51.
†* Leo Diabolus, & peccatum. Hab. 4. 2.
† Leo, rex crudelis. Nah. 2. n. 67.
† Leunculi regum filij. Nah. 2. 67.
† Leonis, & leunculi virtutes. Nah. 2. n. 72.
† Leænæ Ecclesiæ. Nah. 2. 73.
† Leo, iustus. Zach. 10. 32.
†* Leo, diues. Zach. 11. 7.

Lepus.

† Peccatorem significat. Habd. 22.
† Leuare pro Assumere. Ham. 5. n. 1.
† Animam ad aliquid leuare, vel subleuare, significat ita aliquid expectare, quasi ex eo totus homo pendeat Hos. 4. 18.

Manus leuare, vide Manus.

Leui.

† Ponitur pro quolibet sacerdote. Mal. 2. numero. 9.
† Pactum à Deo cum leuitis factum. Mal. 2. num. 9. & 10.

Leuiathan.

† Quid Mich. 5. 38.
† Diaboli typus. ibid.

Lex, legitimus.

* Lex Dei magnum hominibus collatum beneficium. Hos. 7. 43.
Lex Dei est regula actionum nostrarum. Hos. 6. n. 56. c. 7. n. 43. Zach. 1. 66.
Lex Dei suauis Hos. 2. 85. & c. 11. n. 22.
Legis primum mandatum est amoris. Hos. 11. num. 22.

Lex Euangelica, vide Euangelium.

Lex quomodo sit virtus peccati. Hos. 13. 40.
Lex pro præcepto, & iussione instar legis vrgente. Mich. 7. 31.
Lex Mosis iam non est lex, nec obligat. Hoseæ. 3. num 30.
* Lex Mosis hedera Ionæ. Ion. 4. n. 21.
† Transgressor legis dicitur Belial, & cur. Nah. 1. n. 44. & seq.
†† Lex dicitur testimonium, quia in ea Deus suã voluntatem testatus est. Sophoniæ. 3. numero. 40.
* Euangelica lex nunquam abroganda. Hagg. 2. 26.
†* Lex diuina perpendiculum dicitur. Zachariæ. 1. 66.
†* Lex Mosis dicitur pluuia temporanea. Zach. 10. 2.
† Vocatur fœdus, pactum, testamentum. Malac. 2. 22.

* Lex Dei seruanda. Mal. 4. n. 8. & 9.
† Lex, præceptum, & iudicium quomodo differant. Mal. 4. n. 10.
† Legitima, id est præcepta. Zachariæ. 1. numero. 10.
* Arbor vitæ lex Dei. Mal. 4. 25.
* Lex Dei quam admirabiles fructus gignat. Malach. 4. 25.
In lege gloriari nihil prodest, si legem non obseruemus. Hos. 8. 4. 5.
Legis contemptores quomodo puniantur in hoc sæculo, & in futuro. Hab. 1. 31. 32. Has pœnas nolunt ipsi credere. 32.
Legis vmbra euanuit per aduentum Christi. Ion 4. 21. 22.
Lex noua quantam copiam ferat bonorum spiritualium. Ioe. 2. 45. & seq.
* Leges mundi iniquas reijcit anima conuersa. Mich. 7. 43. Nulli portandæ hæ leges. ibid. 44. Qui eas portare nolunt, multos exemplo suo alliciunt. ibid. 45.

Libanus.

† Mons Libanus, vbi, & qualis. Hamos. 7. nu. 19. & Hoseæ. 14. n. 14. & 17. Michææ. 7. nu. 33. & 35.
† Libanus interdum pro monte, interdum pro thure accipitur. Hos. 14. n. 17.
Vinum Libani optimum. Hos. 14. n. 20.
Libanus mons olim cedrorum feracissimus, nunc fere nullam cedrum habet. Hamos. 7. numero. 19.
* Libanus sæculum. Nah. 1. n. 25.
† Libanus templum Ierosolymitanum. Haba. 2. n. 40. Zach. 11. n. 1. & 2. & seq.
†* Libanus cœli beatitudo. Zac. 10. 21.
† Libanus Ierusalem vrbs. Zach. 11. n. 3.
* Libanus superbus. Zach. 11. 37.

Libare, Libatio.

Quomodo fieret Ioe. 1. 24.

Liber, Libri.

* Libri turpes, & historiarum fictarum. & eorum autores quam sint vani, & noxij. Mich. 1. nu. 60. 61. & 65.
† Liber significat etiam epistolam. Nahu. 1. numero. 6.
† Libri hæreticorum merito prohibentur. Zac. 1. 75.
Liber memoriæ Dei. Mal. 3. 45.

Liberare, Liber.

† Liberare, quid sit proprie. Hoseæ. 2. numero. 67.
* Libertas Babylonica typus libertatis à peccato. Zacha. 5. n. 33.
Liberat nos Deus de Ægypto, & de domo seruientium. Mich. 6. 14.
Liberat Deus terram suam, id est, animam, à vitijs possessam. Soph. 2. 40. 41.
Vt liberet Deus animam, adimit illi idola sua. Soph. 2. 57. & seq.
* Liberare alterum in futuro sæculo nemo poterit. Mich. 7. 26.

Liberum arbitrium.

* Ostenditur. Ioelis. 2. numero. 22. Mal. 4. numero. 19.

Libido.

* Mentis aciem retundit. Hos. 2. n. 74.
Libidinem quomodo Deus puniat. Ham. 2. n. 8. 9. & c. 4. n. 22.
† Libido per ventum vrentem significata. Hamos. 4. 22.
Libido quale sit vitium. Ham. 6. numero. 27. & 28.
Libidinis sedes vbi. Nah. 2. n. 66.
* Hommes libidinosi equi, & muli dicuntur. Zacha. 14. 61.
* Libidinis detestatio. Hamos, 6. 16. 17. Zachariæ 2. 38.
* Libido ignis est virtutum. Ham. 2. 8. 9.
* Libidinosorum finis Ham. 6. 28.
* Libidinosi sunt iumenta putrescentia in sterco resuo. Ioe. 1. 32.
* Libido hamus Diaboli. Habd. c. 46.

Libonotus.

† Qualis ventus. Habac. 3. n 12.

Lignum.

Lignum vitæ. Hos. 13. n. 40.

Lilium.

Lilij odor, & color gratissimus. Hoseæ. 14. numero. 13.
Lilij radix similitudinem cordis habet. Hose. 14. num. 14.
* Lilium quid mystice significet. Hos. 14. numero. 14.

Limbus.

† Dicitur lacus sine aqua. Zac. 9. 53.
* Christi Domini descensus ad limbum. Zachar. 9. 52.

Lingua.

Lingua Hebraica, vide Hebræus.

† Lingua gladius dicitur. Mich. 4. n. 52.
† Lingua vomer dicitur. Mich. 4. 52.
† Linguam magnificare est superbe loqui. Habd. num. 66.
Linguarum cognitio quam vtilis ad scripturam sacram intelligendam. In proœ. in Zacha. n. 2. & seq.
Quelibet lingua habet suas proprietates, quæ in aliã verti nequeunt. In proœmio in Zac. nu 2. & 3.

Lingere.

† Terram, vel puluerem lingere victorum, ac supplicum est. Mich. 7. n. 48.

Liptote.

† Inuenitur in scriptura. Mich. 2. n. 2.

Liquefieri.

† Significat in nihilum redigi. Hamos 9. numero. 6.

Litera, Literalis.

* Literarum studium bona opera debẽt præcedere. Hos. 10. 39. 40.
Sensus literalis non est statim, qui ab hoc, vel illo patre literalis putatur. Præl. 1. n. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sensus literalis propter literalem amatur. ibid. num.21.
Sensus literalis cur ad fidei dogmata confirmanda dicatur aptior.ibid.n.22.
Sensus literalis vnde inuestigandus. Hos. 11. n. 5. & multis seq.
Sensus literalis vocari solet mysticus. Malachiæ. 1.12.

Locus.

Loci cognitio confert plurimum ad scripturæ sacræ cognitonem. Præl 6.n.5.
† Locum alicuius rei perire, vel non inueniri, est rem illam perire. Nahu. 1. numero. 18. Zachar. 10.22.

Locusta.

* Locustarum natura. Ioe. 1.n.6. Ham. 7.n 8. Nahum 3.25.
* Locustæ quid mystice significent. ibid.
Locustæ bona temporaria. Nah. 3.35.

Loqui.

† Loqui ad cor, est consolari. Hoseæ. 2. numero. 84.
† Magna, vel sublimia loqui est superbe loqui. Habd. num. 66.
† Loqui in prouerbijs. Mich. 2.n.10.
† Deus solet loqui de se tanquam de alio. Zach. 2.nu.9.
† Pacem loqui, amice, & pacifice loqui. Zachar. 9.43.

Lucerna.

* † Lucerna Christus Dominus. Zac. 4.4.
* † Lucerna iustus Zachar. 4. numero. 5. 33. & sequen.
* † Lucerna apostoli, & euangelistæ, & doctores. Zach 4.nu.5.

Lucifer.

Lucifer stella à Sarracenis adoratur. Hamos. 5. numero. 72.

Lucus.

† Habebatur sacer à gentilibus. Hoseæ. 4. numero 24.

Luctus.

Luctus signa qualia. Hos. 3.n.18. Ham. 8.n 30. Ioneæ. 3.n.31. Zach. 12.20.
† Vnigeniti luctus dicitur magnus luctus. Zach. 12.n.17.

Lumbare.

† Quid sit. Hos 1.n 39.

Lumbus.

† Lumbos præcingere, vel accingere est paratũ esse ad aliquid faciendum. Nah. 2. n.40.
* † Lumbi quid proprie, & vbi sint, & quã vim habeant. Nah. 2.n.66.
* † Lumbos præcingere, vel accingere, significat motus libidinosos compescere, & castitatem seruare. Nah. 2 n.40.
* † Confortare lumbos est robur, & fortitudinẽ assumere, viceſque colligere. Nah. 2.n.41.
Magna roboris pars in lumbis. Nah. 2.41.
† Lumbi pro libidine. Nahum 2. numero. 40. & 66.
Defectio lumborum magnam virium defectionem significat. Nah. 2.65.

Luna.

† Dicitur regina cœli. Soph. 1.23.

Lupus.

* Lupi natura. Habac. 1.nu 18. & sequentibus.
Lupus vesperi, est crudelior ibidem, & Sophon. 3.num.4.

Lutherus.

* Eius error de iustificatione per solam fidem refellitur. Hose. 13.nu.12. & c.14. numero.4. & sequ.

Lutum.

† Lutum diuitiæ. Habac. 2.n.29.
† Lutum calamitates. Haba. 3.46.

Lux.

†† Significat prosperitatem, & lætitiam. Hamos 5.n.48. & c.8.n 29 Soph. 1.n.65.
† Dare in lucem, manifestum facere. Sophon. 2. numero. 6.
Lucis priuatio maxime impedit fugam. Zach. 14. 22.

Luxuria, vt vulgus appellat, vide etiam Libido.

* Luxuria punit Deus superbiam. Hoseæ. 5. numero. 18.
* Luxuriam quomodo Deus puniat Hos. 2.n.74. Ham 2.8. & 9.
* Mala luxuriæ Ham. 6.n.17. & seq.

Luza vrbs.

Vbi sita. Hos. 4.n.29.

Lyra.

Musicum instrumentum quale sit. Hamos. 6. numero. 20.

Lyranus.

Qualis scripturæ interpres. In proœm. in Malac. numero. 12.

M.

Madian, Madianitæ.

† Idem qui Æthiopes Haba. 3.34.
* Madianitę peccatorum typus. Habac. 3. numero. 35.
Vbi sint. Habac. 3. num. 35.

Magister.

* Magister spiritualis nemo propria autoritate fieri debet. Hos. 1.n.11. & seq.
Magister spiritualis qualis esse debeat. Hos. 1. nu 11. & seq Ioneæ. 4.32. Mic. 3 24. & sequ. & c.7.n.23. & seq. Hag. 1 53.54.
Magister vocatur vigilans. Mal. 2.16.
Magister spiritualis malus. Mic. 3.n.25. & seq. & c.7.n.23. & 24.
Magistros spirituales quomodo Deus erudiat. Ionæ. 4.n.32.
Magister spiritualis dicitur princeps, & iudex. Michæ. 3.n.24.
Magister spiritualis per Moysem, Aharon, & Mariam significatus. Michęæ. 6. numero 17.
* † Magister spiritualis per Zorobabel significatus. Zach. 4.n 25.36.
† Pastor dicitur. Zach. 10.n.10.
† Hircus dicitur malus magister. Zach. 10.11.

* Christus

* Christus Dominus magister noster. Ioel 2.48. Zach. 13.23.
Magistri magis punientur. Soph. 1.49.
Magistri ecclesię male respondentes & quantum alijs noceant. Mich. 7.25.24.
* Magistri mali sunt Balaam, qui dant consilia cõtra populum Dei. Mich. 6. 18. Vide Animarũ corruptores.
* Magistris Ecclesiæ adhærere debemus vt pueri parentibus. Zach. 8.40.41.

Magnificare.

† Magnificare os est superbe loqui. Habd. 66.
† Magnificare magnum facere. Soph. 2.25.
† Magnificare superbire. Sopho. 2.26.

Magnus.

Magnus quis sit. Soph. 1.38.
† Magna loqui est superbe loqui. Habdię. numero 66.
*† Magnæ res dicuntur res Dei. Ionæ 3. num. 2.
† Magnum coram Deo, vel paruum coram Deo idem est, ac vere, & simpliciter magnum, vel paruum. Ionę. 3.n.1. & 4.

Malâca vrbs.

Vbi sita. Ionę. 1.n.14.

Malachias.

Quo tempore prophetauerit. Præl. 2.n.7.23.24. & 27.
† Quid eius nomen significet. Præl. 3.n.3. & 4. & Mal. 1.nu.1.
Idem est, ac Hesdras. Mal. 1.n.3. & 4.
Non fuit angelus. Mala. 1.n.3.

Male.

† Sumitur pro Parum. Ionæ. 4.n.18.

Maledicere, & Maledictum.

† Maledictũ quid proprie significet. Hos. 4.n.12.
† Maledicere quid proprie significet. ibid. & Habac. 3.45.
† Maledicere idem quod destruere, perdere. Haba. 3.45
Maledictio, pœna, & punitio. Zachar. 5. n.6.
Maledicere, maledictio, penuriam, & sterilitatem significat. Haba. 3.45. Hag. 2.69. Mal 2. numero. 3.

Maleficium, Maleficus.

* Maleficia, & diuinationes sunt in nobis, quia habemus idola. Mich. 5.89.
Significãt falsas persuasiones. Mic. 5. nu. 90.
Malefici valde nocent, qui faciunt vt bona mala, & mala bona videantur Mich. 5.87.

Malitia.

† Sumitur pro afflictione. Ioe. 2. nu. 21. Ham. 6. num 12.

Malus. vide Peccator.

* Mala alijs optare eo fine licet, vt corrigantur & vt Dei iustitia manifestetur. Hose. 14.n.2.
Malus homo, vide Iniustus, & Peccator.
* Malorum societas quantum noceat. Hos. 6. nu. 52. & Ionæ. 1.n 36.
* Mali quomodo bonos persequantur. Ham. 8.n. 24. Zach. 12.24. c.14.n.60.
* Mali ex bonorum consortio expellendi, & quomodo Ionæ. 1. num. 55. & 56.
† Malus, id est afflictus aut laborioſus. Ioel. 2. nu. 2. Ham. 6 nu 12.
* Mali homines, velint nolint, venerantur intra se viros iustos. Hos. 2. nu. 93.
* Quomodo seruiant bonis. Mal. 1. nu. 12.

Mamzer.

† Idem, ac separator, & spurius. Zach. 9. 15.

Manasses.

Quo tempore, & quantum regnauerit. Præl. 2. num. 27.

Mandare.

† Significat permittere. Ham. 6. nu. 33. 34.

Mane.

* † Mane aliquid facere est quam diligẽtissime facere. Hos 6. nu. 1. Soph. 3. nu. 8.
* Mane ad Deum accedimus, nocte recedimus. Hos. 6. 44.

Mansuetudo, Mansuetus.

† Idem, ac humilis. Soph. 2. nu. 4.
* Mansuetudinis commendatio. Soph. 2. nu. 4. Zach 9. nu. 66.

Manus.

† Manus significat verba. Hos. 12 nu. 13.
Manum ad aliquid extendere est opus illud incipere. Hos. 7. n. 7.
Extendere manum est irati, & puniẽtis. Soph. 1. 16.
Manus leuare est supplicum, & subiectorum Mich. 2. 5.
Manus pro consilio, & industria. Mich. 2. numer. 5.
Pro Dei inspiratione Mich. 2. nu. 19.
Manum exaltare est alium sibi subijcere. Miche. 5. 76.
Manum super os ponere est tacentis, & respõdere nescientis. Mich. 7. nu. 48.
Manus cur tollamus orantes. Mich. 2. nu. 5.
Leuare manus est gratulantium, & laudantiũ. Habac. 3. 41.
† Leuare manum interdum est laudantis, & gratulantis, interdum iurantis, interdum facientis aliquid libenti animo, interdum vocantis: interdum auxiliantis, interdum vlciscentis. Zach 2. 21. 22. & 23.
Confortare manus est robur, ac vires assumere. Nah. 2. 41.
Comprimere manum significat magnum gaudium. Nah. 3. nu. 28. & 29.
Plaudere manibus lætitiæ signum. Nah. 3. nu 29. Soph. 2. 56.
Mouere manum est, & laudantis, & irridentis. Soph. 2. 56.
† Manus, prophetia, & quęuis locutio. Hag. 1. num. 5.
Manum Domini fieri super aliquem est aliquid ei præcipere. Hag. 1. nu. 6.
† Manum alterius manu apprehendere tristitiæ magnæ est. Zach. 14 40.

Marcellinus.

Marcellinus pontifex post lapsum feruentior surrexit. Zach. 12. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mare.
Maris mediterranei situs. Ionæ.1.num. 12.
† Mare Galileæ. Ionæ.2.nu.42.
† Mare mortuum ita dictum, quod nihil in eius aquis posset viuere. Zach. 14.33.
† Mare mortuum. Ioe. 2.num.43. Zachariæ.14. 33.
* Mare scriptura sacra. Nah.3.num.13.
† Et Dei bonitas. Ham.5 nu 31.
* Et Dei misericordia. Ham.9.nu. 14.
† Et passio Christi Domini. Mich.7.nu.66.
† In profundum maris aliquid proijcere significat in æternum illud occultare. Mich.7. numer 52.
Sordes in mare proijci solebant. Mich. 7. nu.52.
* Mare, inquietudo animi. Ionæ.2.nu. 32.33.
Mare mens humana. Nah.1.numer.23. Zach. 9.67.
Et Calamitas. Habac.3.nu.46.
†Mare sæculi curæ. Soph.2.38.
Mare cor hominis. Hagg.2.62. Nah. 1.nu. 23.
*Mare intellectus, & voluntas. Zach. 9.67.
† Mare sæculum. Zach.12.nu.25.
Mare, peccatores Zach.14.54.
Maresa vrbs.
Vbi sita. Mich. 1.nu.1.

MARIA VIRGO.

Maria stella maris. Mich.6.nu.16.
* Maria virgo per Mariam sororem Mosis significata, eique similis, & dissimilis fuit. Mich. 6 nu. 15.
Maria virgo mater Christianorum amantissima. Mich 6.nu.15.
Mariæ virginis laus. Mich.6.n.15. 16. Hos.13. nu.38.39. Ham.4.nu.34.
Maria virgo deserto similis. Hoseæ. 13.nume. 38.39.
† Maria mons dicitur. Mam.4.34.
Mariæ partus prophetatur. Mich.5.49.& 50.
Mariæ corpus non alio modo fuit imprimis parentibus, quam corpora aliorum. Mich.5.numer.37.
Maria soror Mosis.
* Est typus B. Mariæ virginis. Mich.6.15.
* Est typus magistrorum spiritualium. Mich. 6.nu.17.
Numeratur inter populi pastores, & magistros. Zach.11.nu.17.18. & 19.
Quanti eam fecerit populus. Zach.11.nu.19.
Maritus.
Maritus, & vxor se inuicem in nuptijs olim coemebant. Hos.3.nu.7.
Martius.
Mensis Martius erat primus mensis anni apud Hebræos, quo ad celebritates, & festa. Hag.2. num.2.3.4.& 5.
Martyr, Martyrium.
† Vnde dicantur. Hos.11.nu.40.
Martyrum sacrificia. Zach.14.51.
* Martyria Ecclesiam auxerunt. Hos.2.nu.99.& Mich.7.numer.59.
*Martyrum constantia. Hos.14.n.15. Mich.7.59. Zach.12.29.
* Martyres igne probandi. Zach.13.17.
* Martyres montes dicti. Ham.4.nu.34.
* Martyrum gloria. Zach.3.nu.52.
* Martyrum persecutores versi in amentiam. Zacha.12.29.
Massa.
† Caricarum massa quid. Hos.1. nu.36.
Mater.
* Mater Christianorum amantissima Maria virgo. Mich.6.nu.16.
Mathanaias.
Idem qui Sedekias, quo tempore, & quantum regnauerit. Præl.2.nu.27.
Matrimonium.
Quomodo apud veteres cõtrahebatur. Hos.3.n.7
* Matrimonium spirituale. Hos. 2.n.50.
Maurus.
Regnum Maurorum quale. Zach.6.17.
Medicus, Medicamentum.
In potestate medici non est semper sanare. Hos. 1.nu.22.
* Deus quomodo medici munus erga animas exerceat. Hos.2.nu.78.
* Faciei medicamina Deo sunt inuisa. Hoseæ.2. num.37.
Medimnus.
Quantum caperet. Hos 3. nu.12.
Meditari, Meditatio.
* Christi Domini passionis, & resurrectionis meditatio quam sit vtilis. Hos.6. num. 46. Zach. 13.nu.27.
* Meditatio cœlestium quam vtilis. Habac. 2. nu.33. Mal.1.37.
Medius.
† In medio, id est, intra, vel inter Mich.3.nu.17. Habac.3.nu.6.
Medus.
* † Regnum Medorũ, atque Persarũ, per equos nigros significatum. Zach.6.nu.3.
Melchisedec.
Patrem, & matrem habuit, initium vitæ, & finẽ, & cur dicatur non habuisse. Mach.4.76.
Melchom.
† Amonitarum idolum, & quale Ham.1.nu.32. & ca.5.nu.69.
Idem ac Moloch. Mich.5.nu.69.
Memoria.
* Dei memoria quam sit vtilis. Hoseæ. 8. numet.31.
Memoriæ id maxime hæret, quod nos maxime læsit, id est, iniuria. Mich.2.nu.50.
† An apostoli, & Euangelistæ in veteris testamẽti testimonijs referendis potuerint labi memoria. Mich 5.12.
* Mortis memoria amara. Soph.1.78.79.
* Peccatorum memoria familiaris erat sanctis. Soph.3.49.
Memphis.
Vbi sita. Hos.9.nu 6.

Mendacium.
Veritas, & mendacium in verbis, & in factis inuenitur. Hos.7.n.1.
† Mendacium pro idolo. Hos 7.n.1.
† Mendacium, id est, spes fallax. Hoseæ.12.numero.2.
Mendacium pro mendacio in re graui, quod est peccatum mortale. Soph.3.n.34.35.
Mens.
* Significatur per mare. Nahu.1.n.23.
* Dicitur cœlum. Hag.2.n.62.
* Ruina mentis præcedit ruinam operum. Zach. 11.45.
Mensa.
† Recumbere ad mensam consuetudo fuit Hebræorum, Romanorum, & aliarum nationũ. Hos.3.n.9.
† Pro altari ponitur. Mal.1.19.
Mensis.
Primus mensis apud Hebræos, & Orientales, October. Mich.6.numero.36. Hag.2.numero 1.2.3.4.5.
Primus mensis anni sacri, Martius. Hag. 1.n.1. & seq.
Cuius anni menses intelligantur in scriptura, sacri ne, an vulgaris. Hag 2.n.5.&.11.
† Nomina mensium Hebræorum. Hag.2.6.
Menstruata.
* Peccatoris, & gentilitatis typus. Zacha. 13. numero.4.
* † Turpes cogitationes significat. Zachariæ. 13. 19.
Mensura.
* Iniustæ mensuræ reprehenduntur. Ham.3.nu. 13.& seq. Mich.6.n.37.
Mensuræ apud veteres in publico loco positę. Hamos.8.n.16.
* Mensura iudicium, & æstimatio propria. Hose. 12.nu.9.
Meracum, vel Merum.
† Punitionem magnam significat Mich.1.42.
Meretrix.
† Meretricis nomen idololatriam significat. Hamos.5.n.4.
Mercator.
† Hypocritam significat. Zachar.14.nu.69.70.& qui Deo non propter se seruit. ibid
* Bonus mercator quis. Zach.14.71.
Mercurius.
† Idem ac Moloch, seu Melchom. Ham. 5.nume. 73. iuxta quosdam.
Merces.
* Mercenarij merces nõ calumnianda. Mal. 3.26.
Meritum.
Bonorum operum quantum sit meritum. Hag. 2.n.82.&.83.
Messias.
Vide Christus. & Hos.3.n.24.
Metaphora.
In quo differat ab Allegoria. Ioe.1.n.19.
† In vno, eodemque sermone quædam proprie quædã metaphorice accipi solet. Za.2.n.15.16.
Metasthenes.
Fictus liber. Zach.1.24.& 25.
Meus.
† Amorem concitat, & illum amorem deberi significat. Hos.2.45.
Michael.
Custos Iudaici populi. Zach.1.14.
† Cur inter myrtos appareat Zach.1.15.
Michæas.
Quo tempore prophetauerit. Præl.2.numer. 12. 24.&.27.
Michæas triplex fuit. Præl.2.nu.20.
† Michææ nomen quid significet. Præl.3.nu 2. 3.& 4.
Miles.
Emissarij milites qui Mich.1.nu.42.
† Miles latronis nomine significatur. Hos 7.nu. 2. Mich.1.nu.42.
* Milites apostoli, & sancti doctores. Zachariæ. 9.19.
* Milites angeli. Zach.9.20.
Militia.
† Militia cæli astra. Soph.1.22.
† Militia pro exercitu. Soph.1.23.
Mille.
† Vniuersitatem significat. Ham.5.num.10.
† Millia pro magno quouis numero, id est, pro multitudine. Mich.5.nu.30.
Miluus.
Velox, & fortis ad volandum, maxime vbi cognouit esse tempus mutandi locum. Zachar. 5.21.
Mimesis.
† Sæpe inuenitur in scriptura Hos.7.n.6. Zach. 7.nu.11.
Miseria humana.
* Miseria nostra mare quoddam, qua Deus mouetur ad miserendum. Ham.5.32.
Misericordia, Misericors, Miseratio, Misericors, &c.
† Miseratio idem, ac misericordia. Hos. 2.96.
Misericordia, & miserationes, id est, maximæ misericordiæ. Hos.2.num.96.
† Miserator, & misericors, id est, maxime misericors. Hos.2 nu.97.
* Misericordiæ opera non prosunt sine pœnitẽtia. Hos 5.51.
Dei misericordia, vide Deus.
Misericordia hominum erga se inuicem quam sit grata Deo. Hoseæ. 6. numer. 16. Ham. 6.nu.26.
Misericordia commendatur. Hoseæ. 6. numer.16.17. Ham.6.nu.26. Mich.6.n.27.& 28.& cap.7.nu.7.
Misericordia cur præferatur sacrificijs. Hos.6. num.26.
* Religionis opera aliquando recte omittentur propter opera misericordiæ. Hoseæ. 6 nu. 26.&. 27.
† Misericordiæ opera vocantur sacrificia. Hos. 6.nu.27.
Misericordia appellatur iustitia. Ham. 6. numer.26.

Misericors,& sanctus idem nomen habent. Ham. 6.nu.26.& Mich.7 nu.7.
* Misericordia homines implet virtutibus,& sanctos efficit. Mich.7.7.
* Fons misericordię Christus Dominus. Zacharię.13.20.

Mispha.

Quid sit. Hos.5.nu.2 & 3.

Missa.

Vide Sacrificium, & Eucharistia.

Mitis.

Vide Mansuetus.

Mitra.

Ornamentum, quo caput tegebant sacerdotes. Zach.3.14.& 15.
† Mitra sacerdotij dignitas. Zach.3.17.
† Mitra qualis sit. Zach.3.14.15.

Moab.

† Significat ex patre. Ham.2.nu.3.
* Typus Diaboli,& eorũ, qui alios ad peccandum hortantur. Ham.2.nu.6.
Moab regio vbi sita. Ham.6.nu.43.
Moab nomen gentis, & vrbis. Soph.2.nu.24.
† Moab, cogitationes superbæ. Soph.2.nu.40.

Modestia.

* Modestiæ commendatio. Hos.14.n.18. Mich.3.num.8.&.9.
* Modestia actionum Deum refert. Hoseæ 14. num.18.

Modicus.

† Modicum, id est, post modicum. Hos.1.n.64. Hag 2.num 21.

Modius.

Quantum caperet. Hos.3.nu.12.

Moloch.

† Quale idolum. Ham.5.nu.68.
Moloch, idem, ac Melchom. Ham.5.nu.69.
Molochidé, ac Mercurius, aut Iuppiter. Ham. 5.73.
* Honor mundi. Ham.5.nu.vltimo.

Monarchia.

Quæ prima mundi monarchia Naha.2.nu.1.
Quot fuerint,& quo ordine. Nah.2.numer.16. & 17.

Mons.

† Mons domus Sion. Mich.4.nu.17.
Mons Ecclesia. Habd.128. Mich.4.18.& seq. Soph.3.32.
Mons sanctus, templum. Ioe.2.n.1. Mic.4.18.
Montes, præcipui sancti. Ham.4.num.34.
Mons vitæ altitudo. Habd.nu.121.&.128.
Montes, principes, & rectores. Mich.1.nu.7. cap.1.& 6.1. Hagg.1.ca.56. Zach.4.nu.14.
Mons rex Mich.6.numer.1. Habacuc.3. numer.30.
Mons B.V. Maria. Ham.4.nu.34.
Mons Hesau idem, ac Sehir. Habd.nu.34.
* Montes, religiones. Ham.4.nu.34.
Ex motibus, vnde audire posset, conuocari solebat populus. Nah.1.nu.43.
* † Montes caliginosi mortis difficultates. Soph. 1.numer.82.
* Mons abnegatio sui. Hag.1.50.
† Mons Diabolus Zach.4.14.
Mons Antichristus. Zach 4.13.
Montes ærei prouidentia Dei. Zach. 6. num. 2.& 25.
† Mons anima. Zach.8 21.
† Oliuarum mons, Ecclesia. Zach.14.5.
† Montes opes. Mal 1.27.

Moralis.

Moralis sensus, vide Sensus,
Moralis expositio S. Gregorij in Iob defenditur. In proœm. in Ionam nu.2.

Morasthi vrbs.

Vbi sita Mich.1.nu.1.

Moria mons.

Vbi sit. Mich.4.num.17.

Mors.

* Quomodo peccatores occupet. Hos.5.nu.25. Mich.1.nu.67.& 68. Nah.1.nu.22.23.24.ca.2.nu.61.62.71.72.ca.3.nu.36 Soph.1.n.71.& seq vsque ad finem ca. maxime.81.ca.2.nu.32. Malach 4.n.21.& seq. Reliqua vide verb. Peccatoris mors.
* Mors iustorum. Nah.1.nu.27. Soph.1.nu.80. vide Iustus.
† Mors,& infernus pro eodem. Hos.13.nu.23.
* Quomodo per peccatum intrauit. Hoseæ.13. num.39.
* Est fons,& vena inferni. Hos.13.nu.40.
Mortis stimulus peccatum ibidem.
* Mors vaciuus omnes attrahens. Ham.8.8.
* Hors inexpectata sol subito occidens. Ham. 8.37.
† Mors solis occasus dicitur. Ham.8.nu.39.
* Pugna quæ est in morte. Nahum.2. nume.59. & 61.
Insatiabilis dicitur. Habac.2.nu.26.
Mortem superbe desiderantes reprehenduntur. Ham.5.49.
Mortem qualem habere velimus, penes nos est. Mal.4.20.21.
Mors proxima omnibus. Soph.1.49.
Mors quo propinquior, eo ardentius laborandum. Zach.7.15.16.
Ad mortem quomodo nos præparare debeamus. Nah 2.59.
Mortis hora difficilis est pœnitentia. Soph. 1. 81.82.
Memoria mortis amara. Soph.1.78.&79.
* Diem mortis quomodo assequemur bonũ. Mal.4.20.

Morsus.

† Morsus dicitur Christus Dominus. Hos.13.nu mer.25.
Morsus Episcopus Mich 5.6.

Mortificatio, vide Abnegatio.

Mortuus.

† Mortuus dicitur, qui mortis sententiam habet. Zach.11.nu.18.

Mouere.

† Caput mouere interdum est irridentis, interdum miserentis. Nah.3.nu.5.

† Moue-

† Moueri seu commoueri res dicuntur, in quibus res magnæ, & dignissimæ admiratione fiunt. Hag.2.nu.21.

Moyses.

Eius ætas. Ham.5.nu.62.&.63.
* Typus fuit Christi Domini. Mich.6.n.15.
* Typus magistrorum spiritualium. Michææ. 6. num.17.
Lex Mosis, vide Lex.

Mulier.

Homines imbelles mulieres vocantur. Hos.1.nu. 113. Mich.2.55.
* Homines in virtute infirmi, & inconstantes mulieres dicuntur. Mich.2.n.55.
* Mulieres, virtutes. Nah.3.numer.31. Zach.14. num.25.
* Mulier typus impietatis, voluptatis, & infirmitatis. Zach.5.16.

Multitudo, Multus.

† Multitudo magna quomodo significari soleat. Hos.1.nu.126.
* Multitudo nocet religionibus. Hos.2.n.101.
* Multitudo male audit in scriptura. Mich.1.nu. 17.& c.4.nu.54.
Multi, non tollit significationem vniuersalem. Mich.4.num 23.
* Multitudo peccans non est sequenda. Mich.4. num.54.
† Quæ de multis simul dicuntur in scriptura, nõ omnia conueniunt singulis, sed quædam his, quædam illis. Zach.10 nu.7.
* Multitudo ne moueat nos, vt à via Dei recedamus Mich.4.54.

Mulus.

* Hominum voluptatibus deditum significat. Zach.14.n.61.

Mundus.

Mundus, vide etiam sęculum,& bona sæculi. Honor mundi, vide Honor,& Inanis gloria.
* Seruitus mundi. Mich.6.n.14.&.c.7.numero. 44.
Leges mundi. Mich.7.n.43.
Sapientia mundi à Deo comprehensa. Ionæ. 3.n.37.
Sapientia, & consilia mundi dicuntur aquæ. Nah.2.num.71.
Curę,& labores mundi. Hos.10.nu.32. Mich. 6.nu.14.
Mundi erumnę. Ham.3.n.16.&.ca.5.numero vltimo.
* † Mundi finis,& vastitas per Niniuem significat. Nah.1.n.20.& seq.c.2.70.c.3.n.12.&.15.
† Mundus dicitur ciuitas sanguinum. Nahu.3.numero.12.
* Doctrina mundi. Nah.3.n.12.
* Homines mundi amatores per equos varios significati. Zac.6.27. Per Camelũ. Michę.2.50. Zachar.14.61.
Labores quos mundi homines tolerant. Zach. 14.63.
* Mundo,& Deo seruire volentes. Vide claudicare.
Mundus lugetur, & ciuitas sanguinum dicitur. Naha.3.12.
Mundi munitiones cadent in fine. Nahum. 3.30.
Mundus nihil gratis dat peccatori. Nahum. 3.34.
Mundi consummatio,& vltio Christi. Soph. 1.36.
Mundum Christus disperdet, & omnia cum eo pugnabunt contra impios. Nahum. 2. 55.& seq.
Mundi,& impiorũ damnatio prædicta in vastitate Niniues. Nah.1.20.
Mundus fallit in mensura, & in pretio,& in re, quam vendit. Ham.8.26. 27.
Mundi leges iniquæ, & intolerabiles. Mich. 7.43.
Mundi bona quanto labore cõstent, & quam iniqua sit eius mensura. Ham.8.26.
* Mundanorum metus in fine mundi. Nahum. 2.70.

Munitio.

† Munitiones opera bona. Nahum.3.nume.31.
Munitio spiritualis, quæ optima. Habacuc.1.numer.47.
Munitio Christus Dominus,& Ecclesia. Zacha. 9.54.

Munus.

Munerum acceptio. Mich.3.nu.15.

Murus.

† Murus iustitia,& virtutes. Ham.7.num.13.
Murus, impedimentum spiritualis profectus. Zacha.2.26.
Murus ignis, Deus. Zach 2.num.27.

Musica.

Ad quid sit vtilis,& honesta. Ham.6.nu.21.
Musici in conuiuijs adhiberi soliti. Ham. 6. numer.20.

Mustum.

* Musti effectus. Hos.4.nu 21.

Mutare,&c.

† Mutatoria vestis quæ non semper gestatur, sed festis diebus. Zach.3.num.13.
Mutatio magna in rebus humanis per mutationem rerum firmissimarũ significari solet. Zacha.14.12.

Myrrha.

† Mortificationem significat. Zach. 14.66.

Myrtus.

Est arbor pulcherrima,& odorifera,& inter pretiosas arbores nominata. Zach.1.15.
† Iustos significat Zach.1.numer.15.& 56.
Amat loca humilia,& aquosa. Zach.1.16.
† Significat mortificationem. Zach. 14.66.

Mysticus.

Sensus mysticus, vide sensus,& Allegoria.

N

Nabel.

Musicum instrumentum dictum Nabel, vel Nebel, vel Nablum, quale. Ham.6.num.20.

Universidad de Deusto
BibliotecaCentral

Naboth.
Ager Naboth vbi fuerit. Hos. 1.65.
Nablos vrbs.
Vbi sita Hos. 6.34.
Nabuchodonosor.
† Quo tempore regnauerit, & quo ordine prouincias sibi subiecerit, Præl. 2. nu. 16. Nah. 2. numer. 16. & sequentibus, & Zach. 1. nu. 24. & 26.
* Est typus Diaboli. Ham. 6. num. 35. Nah. 2. numer. 62.
Vastauit Niniuen, & quomodo. Nahum. 2. num. 16. & seq.
Hispaniam, & Africam subiugauit. Nahum. 2. num. 18.
† An fuerit damnatus, Habac. 1. num 36.
Nahum.
Quo tempore prophetarit. Præl. 2. numer. 13. 24. & 27.
† Quid eius nomen significet. Præl. 3. numer. 2. 3. & 4.
Naim vrbs.
Vbi sita Hos. 5. num. 5.
Nares.
† Latæ nares homines patientes, angustæ impatientes significant. Nah. 1. nu. 9.
Nathan.
Duplex fuit. Zach. 12. nu. 21.
Nativitas.
Christi Domini, vide Christus.
* In Christi nativitate tres soles simul orti. Hag. 2 num. 23.
* Nativitas viri iusti quam sit vtilis. Zachariæ. 2. 55.
Nauis.
† Naues Tharsis, quæ dicantur Ionæ. 1. numero. 17.
† Salomonis naues quo, & qua irent. Ionæ. 1. n. 10. 11. 12. 13. & seq.
Nazaræus.
* Tonsio capillorum cur prohibita Nazaræis. Mich. 1. 72. 73.
† Nazaræi qui essent. Ham. 2. nu. 25.
† Nazaræus idem qui sanctificatus, vel separatus. Zach. 7. nu. 3.
Nazareth.
Vbi sita. Hos. 5. num. 5.
Neapolis.
Nunc Nablos dicitur. Habd. num. 91.
Vbi sit ibidem.
Nebula.
* Tentationes significat Ham. 4. num. 38.
Negatio, vide etiam, Non,
Negatio solet subticeri. Hos. 4. nu. 21.
Negligentia.
* Reprehenditur. Hos 2. num. 74. capit. 3. 35. & seq. Ionæ. 1. 49.
Negotium, Negotiatio.
Negotia virtutum incremento obstant. Ham. 7. num. 8.
* Negotiatio quæ pessima. Nah. 3. 34.
Nemrod.
† Nemrod idem, ac Saturnus. Hos. 5. 37.
Primus fuit Assyriorum rex. Mich. 5. numero. 62.
† Sonat idem, quod tentatio descendens. Mich. 5. 62.
Neomenia.
Quid esset. Hos. 2. num. 69.
Nero.
Ianum Quirinum clausit. Hos. 2. num. 94.
Nicanor.
Seleuciam condidit. Ham. 6. nu. 7.
Niger.
* Color niger mortis, & luctus symbolum. Zacha. 6. nu. 4.
Nilus.
Idem ac Gehon, & Sihor. Ham. 6. nu. 44.
Vocatur μέλας, id est, niger. ibidem.
* Nilus amor propriusin septem flumina, id est, septé peccata Capitalia diuisus. Soph. 3. 47.
Niniue.
A Nino condita. Hos. 2. numer. 61. capi. 5. num. 36. & 37.
Niniues situs. Ioe. 2. nu. 41. Ham. 5. 76. Ionæ. 1. num. 4.
Niniues magnitudo Ionæ. 3. num. 8. & 9. Nah. 3. num. 7.
Niniue gentilitatis, atque etiam Iudæorũ typus. Ionæ. 3. nu. 35. & 36.
*† Niniue animæ typus. Ionæ. 1. nu. 30. Nah. 1. num. 21.
† Niniue Sonat speciosa. Ionæ. 1. num. 30. Nah. 1. num. 20.
* Mundi destruendi typus. Nah. 1. num. 20.
Quando capta. Nah. 2. num. 1. & seq.
Ninus.
Ninus à Sem oriundus. Hos. 5. num. 36. & 37.
† Idem qui Assur. Ionæ. 1. nume. 4. Nahum. 2. numer. 1.
Condidit Niniuen. Hos. 2. num. 61. & ca. 5. nu. 36. & 37.
Vbi, & quando regnauerit. Hos. 2. num. 61.
Zoroastrem vicit. Hos. 2. nu. 61.
Patrem suum Belum Iouem in deos retulit. Hos. 2. nu. 61.
Idololatriæ inceptor. ibidem.
Nix.
† Niues apostoli. Zach. 10. num. 5.
No vrbs.
Vbi sita Hos 9. nu. 6. Nah. 3. nu. 6.
Nobilitas, Nobilis.
* Generis nobilitas quanti, & quomodo æstimanda. Ham. 9. nu. 25.
Nobiles fortiores sunt in bello, quam ignobiles. Nah. 2. nu. 45.
* Nobilitas vana est, si non imiteris virtutes maiorum. Ham. 9. 25.
Nobiles non prius iustificantur. Zachariæ. 14. 55.
Nobilitatis vanus timor. Habd. 21.
Noe.
Filij Noe nomina dederunt multis orbis regionibus. Ionæ. 1. nu. 7. & 8.

Arca Noe typus Ecclesiæ. Habdiæ numero. 117.
Nomen.
* Filijs imponebantur nomina ex parentum voto, & desiderio, & quasi auspicio. Præl. 3. numero. 3.
† Parentum, & auorum nomina cur quidam prophetæ indicarunt, quidam non. Præl. 4.
† Nomen patriæ addi solet in scriptura, vt vnus ab alio distinguatur. Prælud. 5. per totum.
Patriæ nomen cur quidam prophetę indicarunt, quidam non. Præl. 5.
* Dei nominibus quomodo vtatur scriptura. Hoseæ. 1. numero. 10. Michææ. 5. numero. 38.
† Causæ nomen pro nomine effectus. Hos. 4. numero. 23.
† Abstracta nomina pro concretis poni solent actiue, & passiue. Hos. 5. numer. 4. & capit. 13. numero. 9.
Hebraica nomina declinare solent Græci suis declinationibus. Hos. 5. n. 5.
† Animalium nomina sunt maribus, & fœminis communia. Hos. 10. n. 14. 15. & c. 13. nume. 9. Zach 9. 36.
Ætatis mediæ nomina vtrique extremorũ tribui solent. Ioe. 1. n. 19.
Nomen eius, quod paulo ante fuit, tribui solet rei iam mutatę in aliud. Ioelis. 1. numero. 23.
Genera nominum mutare solet scriptura. Hamos. 1. n. 15. Haba. 1. n. 22
Genera nominum alterius linguæ seruare solet noster interpres. Habacuc. 1. numero. 22.
Geminatio nominis in eodem casu multitudinem significat. Ioe. 2. n. 3.
Singulare nomen cum verbo plurali. Ioe. 2. 6.
Plurale nomen cum verbo singulari. Michææ. 2. 30.
Inuocare nomen alicuius super aliquem. Ham. 9. 42.
Patrum nomina pro gentilitijs, seu patronymicis. Habd. n. 31.
Prouinciæ multæ nomina acceperunt à filijs Noe. Ionæ. 1. n 7. & 8.
† Propria nomina solent Hebræi facere communia. Ionæ. 1. n. 16.
Nomina pro aduerbijs sumpta. Ionæ. 3. numero. 32.
Nomen vnius rei an liceat interpreti tribuere alij rei simili non habenti nomen. Ionæ. 4. n. 13. & 14.
Nomen significat potentiam, robur, ac vires. Mich. 5. n. 53. Zach 10. n. 25.
Nomen aliquod dicitur habere aliqua res nõ tã quod sit ita appellanda, quã quod sit habitura id, quod nomine significatur. Hos 2. num. 15.
† Casus nominum poni solent in nostra editione vt sunt in lingua, ex qua vertuntur. Haba. 1. numero. 23.
† Nomen eius, quod quis futurus est, tribuitur ei ante quam sit. Habac. 2. nu. 19.
Nomen pro pronomine. Soph. 1. 31.
Eius quisque appellatur nomine, cuius imitatur mores. Soph. 1. 58.
† Participia passiua pro nominibus verbalibus in bilis. Soph. 2. nu. 2.
Cur non ipsa nomina propria, sed ipsorum interpretatio aliquando ponatur in scriptura. Soph. 2. nu. 18.
Duo nomina substantiua poni solent, quorũ alterum positum in genitiuo determinat alterum. Zach. 10. nu. 5.
Quando quis habet duo nomina, alterum ita taceri solet, vt penitus fuisset ignorandum, nisi occasione aliqua in alio loco exprimeretur. Mal. 1. nu. 6.
Non.
Subticeri solet, ac suppleri. Hos. 4. nu. 21.
* Non esse dicuntur in scriptura, qui verum Deum non norunt. Hoseæ. 1. nume. 77. & ca. 2. num. 5.
Non vltra sæpe non significat perpetuitatẽ, sed tempus longum. Ioe. 2. num. 38. Mich. 7. num. 50.
Non cum, omnis, idem est, ac nullus. Habac. 2. num. 45.
Nonne.
Ponitur, cum res notissima est. Mich. 1. numer. 9.
Nouale.
† Quid sit. Hos. 10. num. 41.
Noui, verbum.
† Significat approbare. Hos. 8. num. 12.
Nouissimus.
Dies nouissimus, vel tempus nouissimũ, quę dicantur. Mich. 4. nu. nu. 3. & seq.
† Nouissime, idest Post. Mich. 4. nu. 11.
Nouitius.
* Religiosi nouitij quales esse debeant. Hos. 2. nu. 102.
Nox.
† Dormire totam noctem significat omnino imperturbato, & quieto animo esse. Hoseæ. 7. num 9.
* Nox, meditationi apta. Mich. 2. num. 3.
* Nox, tentatio. Ham 4. 38.
* Nox, res aduersæ Ioe. 3. num. 21. Ham. 5. 48. & ca. 8. nu. 29.
* Nocte à Deo recedimus, mane accedimus. Hos. 6. nu. 44.
* Nox, vita præsens Nah. 3. 35.
Noctu animalia ferociora exeunt. Habacuc. 1. num. 19.
† Nox significat obscuritatem rei, afflictionem, breuitatem futuræ rei. Zach. 1. nu. 15.
Nubes.
* Prædicatores significant. Ham. 4. nu. 18. & ca. 5. nu. 26.
*† Nubes apostoli. Zach. 10. nu. 4.
Nubo.
Vide Nuptiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nugæ.
Idem vocabulum est apud Hebræos,& apud latinos.Soph.3.39.
† Quid significet.Soph.3.num.40.& seq.
* † Nugæ vocantur homines leues,& peccatores.Soph.3.41.
* Nugæ potentiæ animæ inferiores.Soph.3.53.
Numa.
Quo tempore regnauerit. Præl.2.num.4.
Numerus,Numerare.
* Quadragenarius est numerus pœnitentiæ,Ionæ.3.nu.16.
† Singularis pro plurali.Hos.8.num.14.
† Pluralis pro singulari.Ioe.2.num.6.
Minor numerus in maiori includi solet.Ham.5.nu.61.64.
† Numeri singularis,& pluralis mutatio,Habd.num.73.
* Numerationes quomodo fieri soleant in scriptura.Ham.5.num.64.65.
Cognitio numerorum quam necessaria ad scripturam sacram intelligendam.In proœm. in Zach.nu.6.
Nummus.
* Cur nummi in nuptijs interueniant. Hos. 3. num.9.
Nunc.
† Tempus proximum significat. Miche. 5. numer.1.
† Et nunc, redundare solet.Hag.2.14.
Numquid.
† Sumitur interdum pro Numquid non. Habd. num.29.30.
Ad Numquid,nonnunquam respondendum est negatione,nonnunquam affirmatione.Habd. num.29.
Numquid est dictio latina.Habd num.30.
Nuntius.
* Nuntius ad Deum est oratio. Nahum. 2. numer.74.
Nuptiæ.
Ritus nuptiarum apud antiquos. Hoseæ.3. numero 7.
Diuini,& humani iuris coniunctio sunt.Hoseæ. 3.num.8.
Cur in nuptijs interueniant nummi. Hoseæ. 3. num.9.
Vxor,& vir se inuicem coemebant.Hoseæ.3.numero.8.& 9.
Nubebant pulchræ virgines indotatæ. Hoseæ. 3.nu.10.
Nurus.
Odio haberi solet à socru, sed non semper. Mich. 7.16.17.
Nux.
Quid sit.Ham 8.numero. 2.

O
Obedientia.
* Obedientia Christi Domini.Hoseæ. 1.numero.60.
Obedientia amplectenda.Hos.1.60.
* Obedientiæ virtutis commendatio.Hos. 1.n. 60.61.62.ca.8.nume.21.22.Ham.6.numer.4. Ionæ 3.num.39.Mich.7.nu.60.Mal.1.39.vsq; ad 44.
* Obedientia si manet, non peribit peccator. Ham.3.21.
* Intellectu obedire omnium maximũ est.Hos. 2.nu.61.
Indiscreta obedientia interdum in incipiente est perfecta.Hos.1.nu.62.
Obedientes ministris Dei augentur gratia. Hag.1.57.
Obediens iumento domito similis. Hoseæ. 8. nume.21.
Obedientia erga Deum qualis esse debeat.Zacha.2.nu.36.& seq.
Obedientia debita Ecclesiæ,& eius ministris. Mich.4.51.
† Obedientia legis diuinæ perpẽdiculo significata.Zach.1.66.
Obedientiæ, & traditionis sui vtilitas. Zach. 9.66.
Quomodo totus homo, & omnes eius vires Deo obediant.Zach.9.68.
Obedientiæ opera lõge nostris deuotionibus anteponenda.Mala.1.43.& sequentibus.
Oblata.
* Oblatio Deo facta de melioribus esse debet. Mala.1.38.45.
Obliuio.
* Dei obliuio quantum noceat. Hos.4.nu.7.& ca.8.nu.31.
† Obliuiscí pro non facere.Habac.3.nu.7.
Obolus.
Atticus obolus quantum valeret.Ham.8.numero.16.
Obstinatus,Obstinatio.
* Obstinatio peccatorum.Soph. 1.81.
† Occasus,bona temporalia.Zach 8.num. 25!
Ochozias.
Quo tempore,& quantum regnarit. Præl.2 numer.27.
October.
† Mensis october fuit primus anni apud Hebræos,& Orientales Mich. 6.num. 36.Hag. 1.num.5.
Oculus.
Oculorum præstantia super omnes sensus. Hos. 1.nu.5.& 43.
* Oculi Dei super iustos, & super iniustos diuerso modo.Ham.9.num.6.Hos. 6.num.7. capi. 14.21.
† Ab oculis abiectus,id est,despectus,& cõtemptus. Ionæ.2.nu.10.
Leuare oculos est mente attendere. Zachar. 1.67.
† Pupilla oculi res maxime caras,& custodiendas significat.Zach.2.nu.20.
† Oculi septem, dona septem Spiritus sancti, quæ animã oculatam,videntem & illustratam reddunt iuxta quosdam.Zach.3.44.
† Oculi septem, angeli septem magni, quibus Deus demandauit curam totius orbis. Zacha.3.46.ca.4.25.& 26.
† Oculus pro aspectu. Zach.5.14.
* Oculi nostri in Deum semper debent intendere.Zach.9.23.& 24.
Odollam, vide Hodollam.
Odor, vide etiam Olere.
* Sanctorum odor.Hos.14. num.17.18.
* Sanctitatem significat. Hos. 14.num.18.
* Odoribus bonis vti quãdo vitiosum.Hamo.6. num.24.
* Peccatorum pessimus odor Ham.6.24.
Oecumenius.
Qualis scripturæ sacræ interpres. In proœm. in Zacha.nu.9.
Oestrum.
† Quid sit.Hos.4.num.34.
Offendiculum.
† Pro graui afflictione.Soph.1.14.
Offerre.
* Qui Deo peiora offerunt, reprehenduntur. Mal.1.38.39.
Officium.
* Diuinum officium quomodo recitãdum.Mal. 1.nu.36.& 38.
Oleaster.
† Gentiles per oleastri ramos significati. Ham. 9.num.32.
Oleo,vide etiam Odor.
* Olere bene,quando vitiosum est hominibus. Ham.6.num.24.
Oleum.
Pinguedo spiritualium donorum.Mich.6.nu. 42.Hag.1.56.
* Oleum caritas,& misericordia Hoseæ,14.numer.17.
* Oleum præcepta apertiora.Hos 2.n.47.& 72.
† Oleo artificiose medicato Iudæi vtebantur ad delicias.Hos.2.nu.47.Ham.6.num. 23.
† Oleum pro vnguento,ibidem.
† Oleum gratia Dei.Zach.4.nu.5.& 6.
* Olei natura Zachariæ 4.num.12.
* Infusoria duo olei duplex Christi natura. Zachariæ.4.30.
Oliua.
† Oliua sanctus.Hos.4.14.nu.17.
Oliuæ ramis comparantur Iudæi.Ham.9.nu.32.
* Duæ oliuæ.Elias,& Henoch.Zachar. 4.nu. 8. & sequent.
Oliuæ Concionatores, Zacha.4.41.&.42.
† Mons oliuarum.Ecclesia.Zach.14.9.11.
* Christus Dominus cur noctu iret in montem oliuarum. Zacha.14.11.
Olympias.
Olympiades quando cæperint.Præl.2.4.
Omnis.
† Omnis non semper significat vniuersos. Mic. 4.num.22.
Omnis cum non,idem est ac nullus.Habac.2. num.45.
Omnes cum dicitur electi soliscpe intelliguntur. Zachar. 1. numero.57.
† Quæ de multis simul dicuntur,non omnia singulis conueniunt,sed quædam his, quædam illis.Zacha.10.7.
On.
† Quid sit.Hos.4.num.31.
Onager.
* Diabolus. Habd. num. 46.
* Onager inobediens.Hos.8.numero.22.Mich. 2.num.20.
Onocrotalus.
† Qui auis sit.Soph.2.51.
Idem ac Pelicanus,ibidem.
* Onocrotalus homo vorax. Soph. 2.64.
Onus.
* † Quid significet apud prophetas. Hoseæ. 1. numer.7.Nahum.1.numero.1.& 2.& 3.& 4. Mal.1.nu.2.
† Onus pœnæ,qua quisque pro suis peccatis punitur.Nahum.1.numer.4. Habac.1.nu. 16.
Opus vide, Labor.
* Opera bona necessaria sunt ad salutem. Hos. 2.numero. 97. capit.14 numero. 7.& 18. Habdi. numer. 21. Habacuc 2 numer. 22. Sopho.3.nu.50.51. Zach.6.45.cap.10. 27. Mal.4.25.
† Opera bona per aromata significata. Hos. 14.nu 18.
† Opera bona per munitiones significata. Nahum.3.nu.31.
† Opera vitæ religiosæ per carnem sanctificatam significata. Hag.2.num.78.
* Meritum bonorum operum quantum. Hag.2. num.82.83.
Operibus prophetare,vide Propheta.
Opera.
* Opera nostra si consideremus,multa vitaremus mala,quæ patimur. Hag.1.42.
Opera diei noctu examinanda. Hag.1.49.
Opera bona amittimus,quia bene nõ facimus, quod magnę insaniæ est, cum in multis peccemus,& pauca bona faciamus. Zach.7.16.
Opera bona Deum,& eos, qui faciunt, oblectant,vt pueri parentes suos.Zach.8.23.
Opera bona interdum in principio, interdum in fine corrũpuntur à Diabolo.Zach.8.26.27.
Opera bona facientes ędificant sibi domum in cœlis.Mich.3.24.25.
Opera sua mala qui nõ cõsiderat,sed bona, cõgregat mercedes in sacculũ pertusum.Hag.1.48
Super opera nostra cur vocet Deus siccitatẽ,& cœlũ nõ det rorẽ suum.Hag.1.55.& sequent.
Opera,quę nunc fiũt, quantum fructum afferent in futurum. Hag.2.82.
Opera quę videntur parua, quantum prosint ad perfectionem.Hag.2.84.
Opera bona faciunt quidam,& non crescunt, quia habẽt aliquid occultũ,quod impediat,& hoc illis aperit Deus.Hag.2.76.& sequẽtibus.
Opera si desint,frustra gloriamur nos esse Dei. Hos.8.4.5.
In operibus bonis nunc laborandum est,vt postea fructus colligamus.Hos.10.39.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Opera bona prius,& postea literæ. Hose. 10. 39. 40.
* Opera bona perduntur, quia merces hominũ, non Dei quæritur. Mich. 6. 41.
* Operantes parum, & multum legentes, seminãt multum, & inferunt parum. Hag. 1. 46.

Operire.

† Vultum operire erubescentis, & dolentis est. Mich. 3. n. 5.

Ophir.

Vbi sit. Ionæ. 1. n. 14.

Optare.

Mala,& pœnas alijs optare quomodo liceat. Hos. 14. numer. 2.

Oraculum.

† Cur,& quando fuerint Idolorum oracula. Zacah. 13. 5.

Oratio, Orare.

* Quam sit necessaria oratio interpreti scripturæ sacræ. in Proœmio. in Michæã. & Zachariæ. 4. 42.
* Orationis vtilitas. Hos. 14. n. 8. Ion. 1. n. 50. c. 2. n 8. & 36. Mich. 2. n 6. Nah. 2. n. 74. 75. Sopho. 2. n 1. Zach. 6 n. 37. 38. c. 8. nu. 20. cap. 12. 12.
Orationi, quatenus est satisfactoria, conuenit esse vocalem. Hos. 14. n. 8.
Oratio nunquam contemnenda est, etiam si sit hominis qui contẽnendus videt. Ion. 1. n. 50
Orationis iustus nunquam obliuiscitur. Nahum. 2. 75.
* Oratio multorum quam sit valida. Ion. 1. nu. 5. ca. 2. n. 36. Soph. 2. n. 1.
† Oratio mentis dicitur clamor. Ionæ. 2. numero. 8.
* Orantes cur manus tollant ad Deum. Mic. 2. numero 5.
Quia orationis obliuiscimur, à cupiditatibus vincimur. Mich. 2 n. 6.
Ariditas in oratione Dei beneficium interdũ est. Mich. 6. n. 13. Zach. 4. 40.
Quantũ proficit ariditas in oratione. Na. 3. n. 21.
Ariditas in oratione est punitio Dei. Hag. 1. 57.
Oratio dicitur nuntius ad Deum. Nah. 2. n. 74.
† Illustris oratio quæ. Nah. 3. n. 2.
* Orationes sanctorum, quas pro aliorum salute fundunt, sæpe Deus non exaudit. Haba. 1. n. 30.
* Familiaritas Dei in oratione. Soph. 1. 36.
* Familiaritas Dei quomodo assequenda. Sopho. 1. 37.
*† Anima orationi dedita ciuitas veritatis dicitur Zach. 8. 20.
Spiritus orationis promittitur Ecclesiæ. Zachar. 12. 12.

Ordo.

† Historia ordinem in laudibus Dei celebrandis non seruat. Ham. 2. 25.

Oriens.

† Oriens Christus Dominus. Zacha. 3. nu. 34. & seq. c. 6. 32.
† Oriens, id est, germen, ibidem.
† Oriens, scientia. Zach. 8. 24.
Ecclesia ad Orientem sita. Zach. 14. 11.

Origenes.

Qualis scripturæ sacræ interpres fuerit. Ionæ. 3. nu. 8. & in proœm. in Mal. nu. 2. & 10.
† Vocatur interpres Allegoricus, & fugiens veritatem, in proœm. in Mal. nu. 3.
Errores eius in proœm. in Mal. num. 4. libri eius non sunt vitiati ab hæreticis in proœ. Mala. nu. 4. & 5.
Origenes hæreticus damnatur in proœ. in Mala. nu. 6. & 7.
Origenes schismaticus ibid. num. 7.

Orion.

† Vbi sit, & quæ eius natura. Ham 5. numer. 21.

Os oris.

Os voluntas, Hos. 10. nu. 37. Ham. 6. nu. 20. Zacha. 1. nu. 69.
Percutere in ore gladij est omnes occidere. Hos. 10. nu. 38.
Dilatare, vel magnificare est superbe loqui. Habd. nu. 66.
† Manum ponere super os est erubescentis, & nescientis respondere. Mich. 7. nu. 48.
† Os pro singulis. Zacha. 1. nu 69.

Os ossis.

† Ossa virtutes. Ham. 2. nu. 7.
Ossa tolerantia, & patientia. Ham. 2. nu. 8.
Ossa facta fortia. Ham. 4. num. 23.

Oseas, vide Hoseas.

Osiander.

Qualis autor. Mich. 5. nu. 16. & seq.

Ostento, ostensio.

† In ostensione, vel ostensum est quid sit. Ham. 5. nu. 12.

Ouis.

* Christi Domini oues. Hoseæ. 1. numer. 112 Mich. 7. num. 46. Zachariæ. 9. 61. cap. 11. num. 12.
†Oues virtutes. Soph. 2. num. 40.
Oues, electi. Zach. 9. 61. cap. 10. 11.
Oues apostoli. Zach. 13. num. 14.
Oues Christi ne patiantur se regi, nisi à Christo, & eius ministris Mich. 7. 60.

Ozias, vide Hozias.

P

Pactum.

† Ponitur pro lege. Mal 2. nu. 22.

Pagninus.

Isagoge Pagnini qualis liber, in proœm. in Mal. num. 13.

Palæstina. Palæstinus.

Vbi sint Ioe. 3. numer. 10. Ham. 1. num. 21. Sopho. 2. nu. 7.
† Alienigenæ nomine intelliguntur. Habacuc. num 90.
† Philistijm significat currentes. Hamos. 1. numer. 24.
† Quot eorum prouinciæ, & vrbes metropoles. Soph. 2. num. 7.

† Palæ-

† Palæstini feroces erant, & ideo interfectores vocabantur. Soph. 2. nu. 13.
Palæstini à Chananæis oriundi. Sopho. 2. n. 21.

Palatha.

† Quid sit. Ham. 8. nu. 2.

Palintus.

Quid sit. Mich 7. nu. 9.

Pallium.

Significat regnum. Mich. 2. nu. 53.

Palma.

† Victoriam spiritualem significat Zachariæ. 14. num. 66.

Pamphilus.

Pamphilus martyr quos libros scripserit, in proœ. in Mal. num. 5. & 6.

Panis.

† Panis, nomine frugalis mensæ cibus significatur. Hos. 2. nu. 46.
* Panis, verbum Dei. Ham. 8. num. 31. 46.
Panis à Sacerdotibus offerendus ab ipsismet seri, meti, moli, & coqui debebat. Malac. 1. 16.

Panthera.

Eius natura. Hos. 3. nu. 39. 42. ca. 13. nu. 8.

Papyrus.

† Quid sit. Soph. 3. nu. 27.

Parabola.

†Quid sit Mich. 2. nu. 9. & seq. in quo differat ab historia. Hos. 1. nu. 44.
† Parabola, id est, carmen lugubre. Mich. 2. numer. 8.
†Parabola, id est ænigma. Mich. 2. nu. 11.

Paranomasia.

† Inuenitur in scriptura. Soph. 2. nu. 8.

Paraphrastes.

Chaldæus Paraphrastes quo tẽpore ediderit paraphrasin. Hos. 9. nu. 20. Habd. nu. 110.

Parare.

† Sumitur pro firmare, stabilire. Hos. 6. nu. 9.

Pardus.

Quæ eius natura. Hos. 13. num. 8. Hab. 1. nu. 18.

Parens.

* Nobilitas parentum quanti æstimanda. Ham. 9. nu. 25. & seq.
Parentes quomodo filijs nomen imponerent. Præl. 3.
† Parentes vitis dicuntur. Nah. 2. nu. 44.
* Parentes interdum puniuntur, ne filij puniantur. Zach. 1. 51. 52.

Paræmia.

† Quid sit. Mich. 2. nu. 9.

Pars.

† Significat possessionem, & sortem. Hoseæ. 5. num. 13.

Participium.

Solet reddere causam eius, quod dicitur. Ham. 8. num. 33.
† Ponitur pro præterito. Hoseæ. 10. numero. 20.
Participium in geminatione, vt visitans visitabo, epitasin habet. Hos. 3. num. 34.
Participium passiuum pro actiuo. Mich. 2. num. 31.
Verbum pro participio. Hos. 12. nu. 16.
Participia passiua pro nominibus in bilis. Sopho. 2. nu. 2.

Particula.

† Multæ particulæ apud Hebræos ornatus tantum causa positæ in latina editione redundant. Hos. 10. nu. 17.

Parturio.

* Anima conuerti incipiens parturienti similis. Mich. 4. nu. 75.

Partus.

Partus animæ. Mich. 4. nu. 75. 76.
* Partus, conuersio ad Deum. Micheæ. 4. numero. 75.
Sanctarum mulierum partus non dicuntur fuisse cum dolore. Mich. 4. nu. 76.

Paruulus.

† Paruulus qui parum in virtute profecit. Nah. 3. nu. 16.
Paruuli apostoli. Zach. 13. nu. 15.

Pascere, Pastor, Pascua.

Ventum pascere est rem inanem facere. Hos. 12. nu. 1.
Pascere, regium munus exercere Mich. 3. nu. 31. & cap. 5. nu. 63. Zach. 11. 6.
† Pascere interdum ratione adiuncti significat regiam gubernationem. Mich. 5. nu. 63.
* Pastor Christus, in proœ. in Hagg. numero. 8. Zach. 10. & 30. latius Zachariæ. 11. nu. 8. & multis seq.
Pastor gubernator, prælatus, episcopus. Mich. 5. num. 58. 59. 60. 61. Zachariæ. 11. num. 6. ca. 9. 38. 39.
† Pastores virtutes, quæ alias gubernant, vt fides, spes, Charitas. Soph. 2. nu. 40.
Pastores magistri. Zacha. 10. 10. 30.
Sibilus pastoris Christi Zach. 10. numero vltimo.
Pastores superiores Religionum. Zachariæ. 11. 37. 38.
Pascua Ecclesiæ. Ham. 84. num. 34. Mich. 7. nu. 58. 61. 62.
Stultus pastor qualis. Zach. 11. 49.
Malus pastor. Zach. 11. 49.
Pastores, & primates in anima contra Diabolum, Mich. 5. 69.
Pastor Antichristus. Zach. 11. 80.
* Pastoris mali descriptio, & pœna. Zach. 11. 48. vsque ad finem capitis.

Passio.

Passio Christi, vide Christus.

* Passionis Christi meditatio. Vide meditatio.
Passio Christi imitanda est, vt pulcherrimi eua damus. Zach. 3. 52.
Animæ passiones quot, & quales. Ioe. 1. num. 61. & seq. c. 2. n. 13 Zach. 1. 73. & seq.
Passio Christi abstulit vno die peccata, & pacem adduxit. Zach 3. 49. Eiusdem efficacia. Zach. 9. 69.
†Animæ passiones quatuor per quatuor cornua significatæ. Zach. 1. 73.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Palsio Christi intuenda est in laboribus. Zacha. 6. 43. & c. 13. 27. 28.
Pater, vide etiam Parens.
† Patris nomen cur quidam prophetæ expresserint, quidam non expresserint. Præl. 4.
In patrum sanctitate quomodo gloriandum. Habd. 21.
* Patres imponebant nomina filijs ex suo voto, & velut auspicio. Præl. 3.
* Nobilitas patrum quanti facienda. Ham. 9. numero. 25.
Patientia, vide etiam Aduersæ res,
Dei patientia, vide Deus.
* Patientia iniuriarum. Mich. 4. 53.
* Patientia auget spes. Hos. 2. n. 88.
† Patientia per ossa significata Ham. 2. n. 8.
† Patienter expectantibus Deus dulcedinem dat Ham. 9. 49. 50.
† Patientia dicitur fortitudo. Nah. 1. n. 9.
Deus gaudet patientia nostra. Sopho. 3. 38.
† Patientiæ commendatio, & vtilitas. Zach. 3. 52. c. 13. 28.
* Deus probat suos per patientiam. Zachariæ. 13. 17.
Patria.
† Nomen patriæ cur quidam prophetæ posuerint, quidam non posuerint. Præl. 5.
Paucus.
Pauci pro nullo reputantur. Habd n. 86. 87.
† Pauci in bonam partem sumuntur. Mich. 1. n. 17. c. 4. n. 54.
Paulus.
* Pauli conuersio. Zach. 9. 27.
Pauper, Paupertas.
* Pauperum oppressionem quomodo puniat Deus. Hamos. 8. n. 11. & seq. Mich. 3. numero 14.
* Paupertatis commendatio Hos. 13. n. 17.
† Pauper idem ac humilis. Soph. 3. 33. Zach. 9. 35 Zach. 11. 12.
† Pauperes electi. Zach. 11. 12.
* Pauperes prius iustificantur quam diuites. Zacha 14. 55.
* Pauperes voluntarij habent in hac vita sabbatismum. Hab. 2. 47.
Pax, Pacificus.
* Pax maxima quando fuerit in orbe. Hos. 2. numero. 94.
* Pax Ecclesiæ quanta. Mich. 4. n. 30. &. 35. Hose. 2. n. 94. Zac. 9. 42. c. 14. 46.
* Animæ pax. Hos. 2. n. 94 Ionæ. 4. 8. & seq. Mich. 4. n. 53. & seq. Hag. 2. n. 62. Mala. 2. n. 12.
* Animæ pax in quo sita sit. Ion. 4. n. 8.
* Pacis commendatio. Hose. 10. num. 40. Zach. 8. 34.
* Diaboli pax qualis. Mich. 2. n. 44.
* Peccatorum pax qualis. Nah. 3. n. 34.
† Habere pacem cum Deo est velle sapere, & sacere, quod Deus vult, & nullo modo eum offendere. Mal. 1. 12.
† Pacifica hostia quid sit. Hos. 6. num. 28.
† Pacifici semen pacis dicuntur Zachariæ. 8. 13.
† Loqui pacem, amice, & pacifice loqui. Zach. 9. 43.
* Iusti pax, & securitas. Zach. 10. 32.
* Christus pacis autor. Mal. 2. 10.
† Ambulare in pace cū Deo est illi placere. Mal. 2 num. 12.
Paxillus.
*† Paxillus Christus Dominus. Zach. 10. 13.
† Paxillus, humilis. Zach. 10. 34.
Peccator, Peccare.
* Peccatoris misera conditio. Hos. 1. n. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. † cap. 2. n. 51. † ca. 4. nu. 40. † ca. 8. nu. 4. 21. † ca. 9. nu. 1. 12. 28. 33. Ham. 1. 27. † ca. 2. nu. 23. † ca. 3. nu. 18. † ca. 4. nu. 28. † ca. 5. nu. 7. 10. 11. 30. ca. 7. nu. 9. † ca. 9. nu. 10. & 11. † Ionæ. 1. nu. 33. 52. 53. 54. † ca. 2. nu. 34. 37. Mich. 1. num. 23. & seq. & nu. 49. vsque ad finē cap. † ca. 5. n. 66. & seq. † c. 6. nu. 41. † Nah. 2. nu. 60 62 † ca. 3. nu. 17. & sequ. & 33. & 34. † Sopho. 3. 47. 48. Zach. 14. nu. 24. 61. 62. 65.
† Nugæ vocantur peccatores. Soph. 3. nu. 40. 41.
* Pœnitentiam quomodo non inuenient peccatores obstinati. Soph. 1. 81.
Consilia peccatorum: vide consilium.
* Initium, & progressus peccatoris in peccatis. Ionæ. 2. nu. 34.
Ignauia peccatoris. Ionæ. 1. nu. 49.
Conuersio peccatoris. Hos. 2. nu. 80. 81. ca. 3 nu 12. ca 14. nu. 4. Ionæ. 2. nu. 33. Zach. 10. nu. 35. 36. ca. 12. nu 10. 11.
Deum latere non potest peccator. Hos. 5. n. 16
Peccator quam sit iniustus. Hos. 12. nu. 10.
Punitio peccatorū Ham. 5. n. 44. c. 6. n. 12 13. 14. Hos 12. nu. 21. Mich. 1. nu. 50. c. 2. num. 24 Nah. 1. nu. 21. Habac. 1. n. 31. & seq. Sop. 1. 49. Zach. 5. 25. ca. 14. 60.
Consuetudo peccandi. Ham. 8. n 42. Hos. 7. n. 16. Ionæ. 2. nu. 35. Zach. 5. nu. 25.
Peccatores volunt assumere viros spirituales in patronos suarum voluptatum. Ham. 6. nu. 21.
Prosperitatem peccatorum cur Deus toleret. Ham. 6. nu. 12. Habac. 1. per totum.
† Mare vocatur peccator. Zach. 14. 54.
Peccator agricolæ similis. Ham. 5. nu 46.
Peccator lepori similis. Habd. nu. 22.
Peccator herinaceo similis. Habd. nu. 23.
Peccator aquilæ similis. Habd. num. 24. Haba. 1. num. 35.
Camelus. Mich. 2. 50. Zach. 14 61.
Asinus dicitur. Zach. 14. 62.
Peccator equo similis. Habac. 1. nu. 34.
Peccator arenæ similis. Habac. 1 nu. 35.
Peccator pici similis. Habac. 1. 44. 45.
Peccator reptili similis. Habac. 1. nu. 46.
† Æthiopes, & Madianitæ dicuntur Habac. 3. nu. 34 35. Ham. 9. num. 18.
Peccatorum humiliatio inutilis sæpe, & pœnitentia infructuosa, quia male agitur

Ham. 9, 11. Non vident peccata sua, & superbiunt de bonis, quæ faciunt ibidem. 12. Inutiliter interdum confugiunt ad preces sanctorum, & ad misericordiam Dei. Ham. 9. 13. & 14.
Peccatorum pœna interdum hic incipit, & in inferno continuatur. Ham 9. 15.
Peccatorum bona opera sæpe illis magis nocent ob superbiam. Habd. 22. 23.
Quantumuis ascendere videātur, semper oculos conijciunt in terrena. Habd. 44.
Peccatores non possunt habere vitæ securitatem. Habd. 25.
Peccatores multos inter se participes esse peccatorum cur Diabolus velit. Habd. 47.
Peccatores quot modis noceant iustis. Hab. 53. & sequentibus, Et quomodo gaudeant, cum iusti cadunt. Ibid. nu. 55. 74.
Et quomodo eos detinent in peccatis. Ibi. 55. 75. & sequentibus.
Peccator semper laborat neque otium ac requiem inuenit, quantumuis quærat. Ion. 1. 33 34. 35. 36.
Peccatores habitant in montibus. Habd. 121.
Qui iniustiores sunt, ducti in captiuitatem longius à patria collocantur. Habd 127.
Peccator in periculum mittitur, vt resipiscat, & tandiu tenetur quoad resipiscat. Ion. 2. 28. 29.
Peccatores bonis naturalibus ornati figurantur in Niniue, & ad eos etiam mittit Deus prædicatores. Ionæ. 1. 30.
Peccator ne desperet de sua conuersione licet cor habeat obduratum. ibidem. 39.
Fugit Deum peccator, & mittit se in pericula. Ion. 1. 33.
Quocunque eat à Deo, descendit. Ibid. 34.
Recedit à Deo desiderio experiendi nouas voluptates, & inuenit labores. Ibid. 34.
Peccator, qui sua peccata defendit, contra Dominum est. Mich. 2. 19.
Peccator abutitur misericordia Dei præsumēdo potius, quam operando. Mich. 2. 47. 48.
Peccatores persequuntur iustos. Mich. 2. 55. & Soph. 1. 61.
Peccatoribus datur in hoc sæculo vinum merum, in futuro fex. Mich. 2 58.
Peccatores cupiunt auertere bonos à via iusta. Mich. 2. 56. & grauius ob id à Deo puniuntur ibidem 57.
Peccatores qui fuerant, solent esse in virtute constantes. Mich 4. 69.
Peccatores tolerantur propter fructum iustorum Mich. 5. 66.
Peccatorum etiam, qui sine Deo viuere videtur, Deus misereatur. Mich. 7. 66.
Contra peccatores omnia pugnabunt. Nah. 2. 55. & sequentibus.
Peccatores sunt aquæ piscinæ. Nah. 2. 70.
Peccatoris anima spoliatur à Diabolo diuitijs suis, & infirma efficitur Nahum. 2. 71. 72. Ioel. 3. 21. 22.
Peccator tentationibus sit peior, sicut iustus melior. Nahum. 2. 72.
Peccatores semper sitiunt. Nam. 3. 32. & Zach. 14. 54.
Ad hanc sitim colligenda est aqua, quæ fluit de petra, id est, de Christo. ibidem. 32.
Peccatores fæces dicuntur. Soph. 1. 75.
Peccatores quæ multo labore quæsierunt relinquent alijs. Soph. 1. 78. 79.
Peccatores seminant, & parum colligunt. Hagge. 1. 49.
Peccator datus in reprobum sensum quanta patiatur. Nah. 2. numero. 65.
Peccatorum salutem promittit Deus bonis in suam consolationem. Soph. 3. 55. 56.
Peccatores habitant Babylone, & dispergūtur in quatuor ventos, id est, in varios affectus rerum fugientium. Zach. 8. 24.
Peccatores festinant implere numerum peccatorum, & mensuram. Zach. 5. 13. 14. & sequentibus, & 25.
Peccatores obdurantur iusto Dei iudicio propter sua scelera. Zach. 5. 19. & sequentibus, & in peccata maiora in dies ruunt ibidem. & 25.
Peccatorum cor vt adamas, qui sanguine hirci mollescit, quod durum quid est Deo, molle vere ad libidines. Zach. 7. 18.
Peccatores lacerantur à tribulationibus, vt à leonibus. Zach. 8. 43. 44.
In ijs, qui magis peccauerūt magis solet Deus requiescere. Zach. 9. 23.
Peccatorum direptio Zachar. 14. 24. & sequentibus, quomodo Deus pugnet aduersus eorum spoliatores. ibidem. 27.
Peccatoribus reiectis alios Deus pro eis substituit, vt ipsi dolore tabescant, & inuidia Zacha. 11. 41. & seq & 14. 28. 30.
Peccatoribus quam grauia onera imponantur cum sint ad bona facienda inualidi. Zacha. 14. 61. 63.
A peccatoribus odio haberi gloriosum est. Zacha. 14. 64.
Peccatores reuersi ad vomitum familia AEgypti sunt Zacha. 14. 64.
Peccatores nihil habent firmum, & permanēs. Mala 1. 26. 27.
Peccatores terrebuntur in die iudicij, & conculcabuntur vt cinis, à sanctis. Mala. 4. 1. & sequentibus & 7.
Peccatorum voluptates, & bona quomodo euanescant in morte. Mala. 4. 22.
Peccator vt columba seducta, illaqueata. Hose. 7. 88.
Peccator adquoduis aliud potius, quā ad Dei auxilium confugit, & quare. Hosææ. 7. 39.
Eius pœna ob hoc. ibid. 40. 41.
Quo reti trahat Deus peccatores. Hoseæ. 7. numer. 40. 41.
Peccator plus sibi nocet quam alijs. Hoseæ. 7. 47.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatores excluduntur à solemni die Dei. Hose. 9. 6.
Peccatoris anima quam sterilis fiat. Hose. 9. 28. 33.
Peccator nihil gratis inuenit. Ion. 1. 35.
Quocunque eat, inuenit Deum punientem. ibid. 35.
In quas tempestates incidat fugiens à Deo. ibid. 35. & 36.
Propter eius societatem sæpe alij plectuntur. ibi. 36.
Audet dormire, & quiescere oblitus pœnitentiæ & Inferni. ibid. 49.
Sæpe cogitur confiteri peccata sua, & quo plura de se dicit, eo se damnabiliorem ostendit. ibid. 51. 52.
Peccator in periculum mittitur vt resipiscat, & tamdiu tenetur, quo ad resipiscat. Ionæ. 2. 28. 29.
Deo per pœnitentiam placato gaudet in tribulationibus, & gratias agit medico suo. ibid. 30.
Peccator non finitur quiescere, sed perturbatur conscientiæ fluctibus. ibid. 32.
Procellæ animum eius agunt in altum, & in præceps. ibid. 33.
Peccator puluis dicitur. Soph 2. 33.
* Peccatores quibus modis reuocentur, & trahantur à Deo, vide Deus.
* Inquietudo peccatoris. Ionæ. 2 numero. 32. & 33.
* Peccator nisi à Deo subleuetur, in dies magis appropinquat damnationi. Ionæ. 2. numero 36.
* Quidam peccant absque eo quod ab alijs inducantur. Mich. 2. n. 19.
* Qui alios ad peccandum inducunt quam inuisi sint Deo. Mich. 2. 50. 51. Soph 3. 52. Hos. 13. à principio.
* Labores, quos tolerant peccatores pro mundi voluptatibus. Zach. 14. 63.
† Peccare pro Deficere. Habac. 1. n. 28.
* Peccator cornus dicitur Soph. 2. 64.
* Animalia cornuta peccatores. Zach. 1. 74.
Semper putat se euasurum ex peccato, & sæpe non euadit. Ion. 2. 34.
Ne obliuiscatur orationis. ibid. 36.
Eius obstinationi tribuendum, si non conuertatur. ibid. 37.
Quid perdat, & quid custodiat. Ionæ. 2. 37.
Ne desperet de sua conuersione, licet cor habeat obduratum. ibid. 39.
Peccatores plenitudo terræ. Mich. 1. 20.
In peccatores Deus est testis. Mich. 1. 21.
Peccator de proprio corde malum confingens operatur malum in cubili suo. Mich. 2. 19.
Peccator, qui sua peccata defendit, contra Dominum est. Mich. 2. 19.
Peccatores ridebuntur à Sanctis in die iudicij. Mich. 2. 14.
Peccatorum, & iustorum sortes mutabuntur in futura vita, Mich. 2. 25. 26.
Peccator non habet, cur credat spiritui pacem pollicenti. Mich. 2. 45. & sequentibus.
Peccator abutitur misericordia Dei præsumendo potius, quam sperando. Mich. 2. 47. 48.
Peccator mutatur in feminam. Hos. 1. 113.
Peccatoris cibus postquam à Deo recedit. Hoseæ. 3. 6.
Peccatoribus impunitatem promittêtes. Hoseæ. 4. 41.
Peccatores quomodo terminos transferant. Hos. 5. 30.
Peccatis nostris obstamus misericordiæ Dei. Hos. 6. 49.
Peccatoris labores sine fructu sunt. Hos. 6. 57. & ca. 18. 16. 17. Mich. 6. 41.
Peccatoris cor vt clibanus succensus. Hos. 7. 16
Multis tentationibus agitatur. Haba. 2. 47.
Peccator ita figuram suam mutat, vt quodam modo à Deo non agnoscatur. Hos. 7. 17.
Peccatores ad Deum non confugientes, sed ad alia. Hos. 5. 43.
Peccator panis subcineritius nõ reuersatus per pœnitentiam. Hos. 7. 22 25.
Peccatoris robur paulatim alieni consumunt. Hos. 7. 22 23. Et cap. 8. 20. Nah. 2. 33. 74.
Peccator est vt columba seducta, & illaqueata. Hos. 7. 48.
Peccator Columba dicitur. Soph. 3. 10.
Ad easdem occasiones redit, in quibus cecidit. Hos. 7. 38.
Peccator ad quoduis aliud potius, quam ad Dei auxilium confugit, & quare. Hos. 7. 39.
Eius pœna ob hoc qualis sit. Ibidem. 40. 41.
Quo reti trahat Deus peccatores. Hoseæ. 7. 40. 41.
Peccatores loquuntur contra Deum mendacia. Hos. 7. 42.
Qui reuertitur ad peccatum, reuertitur, vt sit iterum absque iugo. Hos. 7. 46. Et grauiter punitur. Nah. 1. 21. 22.
Peccator plus sibi nocet, quam alijs. Hoseæ. 7. 47
Peccatores liberi ire sinuntur, nec ligantur. Hos. 8. 22.
Peccator non potest lætari. Hos. 9. 1. 2.
Peccatores sunt stulti prophetæ, qui sibi multa pollicentur. Hos. 9. 12.
Peccatoris anima quã sterilis fiat. Hos. 9. 28. 33
Peccator quãtos labores ferat pro rebus huius sæculi. Hos. 10. 32. Zach. 14. 62. 63.
Peccator puer est. Zach 8. 11. 22. Et à Deo vocatur ex Ægypto. Hos. 11. 20.
Peccator habet in manum stateram dolosam. Hos. 12. 10.
Peccatores regnant propter peccata populi. Hos 13. 16.
Peccatoris anima à Deo separata quid patiatur. Ioe. 1. 31. 32. Et cap 2. 31.
Quomodo vastetur à Diabolo. Ioe. 2. 22. 32. Mich. 1. 23. 24 Zach. 7. 18. 19.
Peccatores seruiunt. Ham. 2. 34.

Peccatores versantur in saltibus extra se, & ibi pereunt. Ham. 3. 6. 7. Et ibi quæruntur à Deo. Ibidem. 8.
In peccatores ira Dei. Nah. 1. 7. 11.
Quid facere debeant peccatores vt Deum placét, quileo, & auceps dicitur. Ham. 3. 8.
Peccatores non audiunt sonũ tubæ. Ham. 3 9.
Peccatores perpetua putant bona huius vitæ. Ham. 3. 46.
Sed peribunt, & ludẽt possessores suos. Ibi. 23.
Turbæ in peccatore quantę. Ham. 3. 18. 19.
Peccatores ædificant domos. Ham. 3. 24.
Peccatores tandẽ cognoscũtur qui sint. Ham. 3. 25.
Peccatorũ insaniæ. Ham. 3. 15. & sequentibus.
Peccatori quot mala superueniant moranti in peccato, & quomodo paulatim amittat fortitudinem. Ham. 4. 28
Peccator quam sit lugendus. Ham. 5. 7.
Peccatores nesciunt, cur viuant. Ham. 5. 77.
Peccatores si affluant diuitijs, dolendũ nõ est. Ham. 6. 12. Haba. 2. 9. & sequentibus.
Peccatores in dies sibi faciunt appropinquare tormenta. Ham. 6. 13. 14.
Quam grauiter fœteant. Ibid. 24. 25.
Super peccatores occidit sol, & tenebris obuoluuntur. Ham. 8. 45.
Peccatorum festiuitates vertuntur in luctum. Ham. 8. 41.
Calui fiunt peccatores. Ibid. 42.
Fame laborant. Ham. 8. 43.
In varias partes mouentur, & semper illis male est. Ibid. 45.
Peccatores persequuntur iustos. Mich. 2. 55.
Peccatoribus datur in hoc sæculo vinum merum, in futuro fæx. Mich. 2. 58.
Peccatores cupiunt auertere bonos à via iusta. Mich. 2. 56. Et grauiter ob id à Deo puniũ tur. Ibid. 57.
Peccatoris anima aratur, & vertitur in excelsa siluarũ, & in latibula ferarum. Mic. 3. 27. 28.
Peccatores qui fuerant solent esse in virtute constantes. Mich. 4. 69.
Laborant etiã, cũ sunt in voluptatibus. Ibi. 70
Peccatoris progressus peccãtis, & ad Deum reuertentis. Mich. 4. 71.
Peccator ne despiciat, aut deserat se cum peccatis tenetur. Mich. 4. 76. 78.
Peccatores tolerantur propter fructum iustorum. Mich. 5. 66.
Peccator humiliationem habet in medio sui. Mich. 6. 40.
Peccator multa bona opera perdit, quia mercedem hominum quærit. Mich. 6. 41.
Peccator, qui liberatus à Deo iterum leges Diaboli seruat, in sibilũ datur à Deo. Mich. 6. 44.
Portet qui peccat patienter irã Domini. Mic. 7. 41. 42. Donec Deus punire velit, & tunc videbit vltionem Babylonis. 1. confusionis peccatorum. Ibid. 42.
Peccatorum etiam, qui sine Deo viuere videntur, Deus miseretur. Mich. 7. 66.
Peccatores tenebræ persequentur. Nah. 1. 28.
Contra peccatores omnia pugnabunt. Nah. 1. 55. & sequentibus.
Peccatores sunt aquæ piscinæ. Nah. 1. 70.
Quomodo timebunt in fine mundi. Ibid. 70.
Peccatoris anima spoliatur à Diabolo diuitijs suis, & infirma efficitur. Nahu. 2. 71. 72. & cap. 3. 21. 22.
Anima eius timida est, & cur dicatur habere nigredinem ollæ. Nah. 2. 72.
Peccator tentationibus fit peior, sicut iustus melior. Nah. 2. 72.
Peccatores affligentur tempore Antichristi. Nah. 3. 16.
Peccans anima semper est ciuitas sanguinum, & habet multum mendacij, & multa mala ei imminent. Nah. 3. 17.
Multa cadauera habet, in quibus cadat. Nah. 3. 18. Eius ignominia, & vastitas, & quomodo ridebitur ab omnibus. Ibid. 19.
Peccatores semper sitiunt. Nah. 3. 32.
Ad hanc sitim colligenda est aqua quæ fluit de petra, id est, de Christo. Ibid. 32.
Peccatoris vita valde laboriosa, & plena negotiationibus. Nah. 3. 34.
Nihil gratis ei dat mundus. Ibid. 34.
Velocissime amittit, quod multo labore quæsiuit Ibid. 34. 36.
Spes eius, & cetera, quibus confidebat, celerrime euanescunt Ibi. 35.
Dormitant in eo pastores eius, id est, potentiq, & populus eius, id est, sensus, dispersus est, & non est qui congreget. Ibid. 36.
Pro peccatoribus orantes iustos Deus interdũ non audit, quia eos puniri expedit. Habac 1. 30.
Peccatores arenæ comparantur. Haba. 1. 35.
Peccatores sunt quasi pisces maris. Hab. 1. 45.
Et quasi reptilia, quæ non habent principem. Ibid. 46.
Homines, & iumenta, & aues, & pisces occidentur, id est, peccatores diuersorum morũ. Soph. 1. 43.
Peccatores hostia Domini sunt post mortem immolandi. Soph. 1. 49.
Peccatorum opera Deus scrutabitur in iudicio. Soph. 1. 69. Tunc lugebunt omnes, qui non seruauerunt gratiam baptismi, nec pœnitentiam egerunt. Soph. 1. 70.
Peccatores defixi in fæcibus suis visitandi. Soph. 1. 70. 75.
Peccatores fæces dicuntur. Sophoniæ. 1. 75.
Peccator, quo prosperiores habet res, eo magis timeat. Soph. 1. 76.
Peccatores, quia non puniuntur, putant non esse prouidentiam, sed cito sentient in amissione rerum suarum. Soph. 1. 77.
Peribunt ea, in quibus quiescebant, vt in domibus. Ibidem. 77. Et quæ multo labore quæsierant, relinquent alijs. Ibidem. 78. 79.

*Peccator nescit inuenire ostium domus suæ. Sophon.1.11.
Peccatores perfricta fronte miant persequi solent iustos. Soph.2.61.
Hi quoque conuertuntur verbo Domini. ibidem.62.
Peccatorum ciuitas Babylon destruetur. Sopho.2.64.
Peccatores ædificant vrbes, de bonis raro hoc scribitur. Soph.3.16.17.
Peccatores domos sibi ædificant, non Deo. Hag.1.41.42.
Peccatores seminant, & parum colligũt. Hag.1.49.
Peccatores mutuo se occidunt, quia mutuo se apud Deum accusant. Hag.2.86.
Peccator datus in reprobum sensum quanta patiatur. Nah.2.62.
Peccatorum salutem promittit Deus bonis in suam consolationem. Sophoniæ. 3.55.56.
Peccatores de die in diem differunt ædificare templum Domino, iusti non quiescunt donec ædificent. Hag.1.37.38.
Peccatoribus ira scitur Deus, qui frequenter à peccato erecti frequenter recidunt. Zach.1.65.
Peccatores habitant Babylone, & dispergũtur in quatuor ventos, id est, in varios affectus rerum fugientium. Inde contentius à Deo vocantur, vt exeant. Zachariæ.2.29.30.
Dispergũtur in quatuor ventos. Zachariç.8.24.
Sed ij maxime vocantur, qui aliquando Deo seruierunt. Zachariç.2.30. Et cur. ibidem 31.
Peccatores festinant implere numerum peccatorum, & mensuram. Zach.5.13.14. & seq. &.25.
Peccatores suis meritis obdurantur iusto Dei iudicio. Zachar.5.19 & sequentibus. Et in peccata maiora in dies ruunt. ibidem. & 25.
Ne peccemus audacter, quia Christus pontifex noster est. Zach.6.44.
Peccatorum cor est vt adamas, qui sanguine hirci mollescit: cum enim durum sit Deo, molle est ad libidines, &c. Zac.7.18.
Peccatores pleni sunt erroribus, iusti anima sit ciuitas veritatis. Zach.8.20. Et male de omnibus iudicat. ibid.
Peccatores lacerantur à tribulationibus, vt à leonibus. Zac.8.43.44.
In ijs, qui magis peccauerãt, magis solet Deus requiescere. Zach.9.23.
Peccans erit sicut Dauid, id est, pœnitentiam dignam aget. Zach.12.10.
Peccatores quomodo spolientur, & diuidantur eorum spolia in medio ipsorum, etiã si securi sint. Zach.14.14. & seq. Sed nullo modo desperent, quia Dominus pugnabit aduersus eorum spoliatores. Ibid.27.
Peccatores qui conuertuntur, non omnes perseuerant in bono. Zach.14.24.
Peccatoribus reiectis alios Deus pro eis substituit, vt ipsi dolore tabescant, & inuidia. Zachar.11.41. & sequentibus. Et ca.14.28.30.
Peccatores semper sitiunt, & impatiẽter sitim ferunt. Zach.14.54.
Peccatores mare vocantur, & omnis generis peccatorũ Deus miseretur. Zach.14.54.55.
Sed prius abiecti iustificantur, inde nobiles, & sapientes. Ibidem.
Peccatoribus quam grauia onera imponãtur. Zach.14.62.63.
Quam sint ad bona facienda inualidi. Ibidem.
A peccatoribus odio haberi gloriosum est. Zach.14.64.
Peccatores reuersũ ad vomitum familia Ægypti sunt. Zach.14.64.
Peccatores nihil habent firmũ, & permanens. Mal.1.26.27.
Peccatores in die iudicij terrebuntur, & conculcabuntur vt cinis à sanctis. Mal.4. & seq & 7.
Peccatorũ voluptates, & bona quomodo euanescant in morte. Mal.4.22.

Peccatoris mors.

†Quomodo in die mortis, & iudicij peccatores sint puniendi. Ham.4.7. Non iuuabunt eos bona opera, quæ aliquando fecerunt. Ham.5.52.
Illis sol occidit meridie, neque habent vesperam, vt iusti. Ham.8.38.39. Sed tenebris obuoluuntur. Ibid.40.
Sapientia, & prudentia destituuntur in morte. Habd.52.53.
Spoliabuntur suis bonis, & cruciabuntur. Miche.1.49.50.
Confundentur in iudicio. Ibid.50.
Cruciabuntur pœna Dæmonum. Mich.1.50. & sequentibus.
Mors illis veniet repentina, vt tempestas, & nebula, & puluere excęcabũtur. Nahum.1.22.23.
Terribiliter increpabuntur hora mortis. Ibid.23.24.
Rebus suis infectis excedent è vita. Ibid.24.
Nihil illis proderunt amici, & voluptates, & diuitiæ. Nah.1.24.25.
Magno tunc tremore corripientur amissa fortitudine sua. Nah.1.26.
Cõprehendet eos dies iudicij, & mortis in voluptatibus suis. Nah.1.47.
Veniet eis Christus in morte, vt eos disperdat. Nah.2.59.
Morte rapientur ante tempus. Nah.2.60.
Quas angustias patientur in morte, & in eos quot hostes insurgant. Ibid.61.
Quantum turbabuntur ingruente morte. Ibidem.71.
Turbabuntur tunc in eis sensus, & potentiæ. Nah.3.36.

Nihil eis morte terribilius, quia sunt habitatores terræ, & omnia habent in terra. Sopho.1.4.
Mors, & cum ea omnia mala manent peccatores. Soph.1.44.
Sunt hostia Domino immolanda post mortẽ. Soph.1.49.
Torquebuntur conscientia peccatorum per oculos, & autes commissorum. Ibidem.71. & ex abusu intellectus, & voluntatis. ibid.72.
Valde metuenda est mors peccatori. Soph.1.78.79.
Tribulabuntur tunc homines, id est, qui non sapiunt quæ sunt Dei, sed quæ hominum. Soph.1.80.
Ambulabunt vt cęci tunc, & difficilis eis erit pœnitentia. ibid.81.82.
Nihil illis ex rebus huius vitæ proderit. ibid.83.
Veniet illis mors, sicut puluis vento agitatus. Soph.2.32.
Exemplo bonorum monstratur, quantum timere debeant mali in morte. ibid.34.
Sæpe immatura, semper inopinata morte rapiuntur. Soph.3.16.
Quam terribilis, eis sit mors, & quomodo à iustis conculcabuntur vt cinis. Malach.4.1. & multis seq. &.20. & seq.

Peccatum, vide Vitium.

† Sumitur pro hostia. Hos.4.n.14.
* Peccatum quomodo sumatur pro mortali, & pro veniali. Soph.3.&.34.
Principum peccata graviora sunt, & grauius puniuntur. Hos.1.n.78.79.80.c.5.numero 17. Mich.3. per totum cap. Ham.6. à principio.
Peccatum nisi pœnitentia deleatur, trahit d alia peccata. Hos.1.n.90.
Effectus peccati. Hos.1.n.113.c.2.num.74.c.5.num.84. Ioel.1.n 22.31.32. Zach.5. per totum cap.
Peccata non satis defleta etiam post culpam dimissam punit Deus. Hos.2.74.75.76.
Peccatum tam longe debet abesse ab ijs, qui ad Deum conuersi sunt, vt ne nominis quidem peccati recordentur. Hoseæ.2.numero.90.
Peccata a Deum latere non possunt. Hose.5.16. c.14.n.18.
Peccata peccatis addere, Deum ad iram prouocat. Hos.7.16.
Peccato iure debetur pœna. Hoseæ.12.numero.21.
Peccata peccatis punire solet Deus. Ioelis. 2.17.
In peccato magnum periculum, & paucis notum. Ion.2.34.
Peccatũ primus est vt torrens, postea vt mare. Ionæ.2.35.
Nihil est quod magis aggrauet quãpeccatũ, & si anima in cœlũ leuanda est, onera peccatorum mittenda sunt in mare. Ion.1.37.
Peccata tandem euulganda. Ionæ.1.50.
Peccata sunt debita, vel in hac vita soluenda, vel in altera. Hos.12.21.
Peccata quam calamitatem afferant animę. Ham.3.11.
Peccatum quomodo consumat virtutes, & bona opera. Ham.5.10.11.
Dies quo peccato assentimur, quibus nominibus appelletur. Habd.77.
Peccata habent antra, vnde difficillimus est exitus. Ionæ.2.35.
Propter peccata populi regnant impij. Hose.13.n.16.
Fons mortis peccatum. Hos.13.n.59.
Fomes peccati non aufertur iustis in hac vita. Ioe.2.n.39.
* Venialia peccata habent iusti in hac vita. Ioel.2.n.40.
† Pro peccato, id est, sacrificium. Hoseæ.6. numero.28.
* Non per quoduis peccatum mortale amittur omnes virtutes. Hamos.9. numero.45.
Pondus peccati grauissimum. Ionæ.1.numero 37.
In lucem sunt efferenda omnia peccata. Ionę.1.n.50.51.
† Peccatum vocatur amaritudo. Ham.5.n.18. Mich.1.n.39.
† Peccatum dicitur dolor. Hos.4.n.36 Mich.4 70.
† Peccatum vocatur serpens, & coluber. Hamos 5.n.52.
† Peccatum vocatur fur, latro, vindemiator, Chaldæus, basiliscus, aspis, leo, draco. Hab. n.42.
Vestes sordidæ peccatum. Zachariæ. 3.13. 29.
*† Illecebræ peccati vocantur antra, & gigantes. Ion 2.35.
† Peccatum dicitur venter inferi. Ion.2.n.31. & piscis magnus. ibid.
Peccatum vocatur inutile. Mich.2.n.1.
Peccatum dicitur labor. Mic.2.n.1.c.4.nu.70. Hos.13.n.18.
* Peccatum seruitus, labor, afflictio. Mic.4 n. 70.
Peccatum sanguis. Hos.c.4.n.5. Nah.ca.3.numero.1.
* Peccata equi. Habac.c.1.n.43.
Peccatum ignorantia. Haba.c.3.n.3.
Peccata fęces. Soph.c.1.n.75.
† Iudicium, seu supplicium. Soph.3.37.
*† Septem peccata capitalia per septem Nili flumina significata. Soph.3.47.
* Memoriam peccatorum non abijciebant sancti. Soph.3.49.
Peccatorum nostrorũ quando Deus obliuiscatur. Soph.3.52.
Peccata excęcationis causę sunt. Zach.3.num. 11.&.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Numerus peccatorum præfigitur apud Deum vt puniat. Zac. 5. n. 13.
Deus cõmonefacit nos peccatorũ nostrorũ. Hag. 1. n. 76. 77.
Peccatum mortale diruit spirituale ædificiũ. Mich. 1. n. 24.
Peccata reddunt hominem infirmiorem ad bona opera. Mich. 1. n. 39.
Peccatum ex malitia. Mich. 2. n. 3.
Peccati turpitudo. Mich. 6. n. 40.
Occulta electorum peccata Deus sæpe manifestat ad ipsorum bonum. Ionę. 1. numero. 51.
Electi facile agnoscunt & dolent sua peccata, reprobi non ita. Ion. 1. n. 52. 53. 54.
Deus sępe permittit suos electos in peccata labi, vt cautiores resurgant. Ion. 2. nu. 30. 31. Zach. 12. 10. 11.
Reprobi occultant sua peccata, Ion. 1. n. 53. & 54.
Pœnas nobis à Deo pro nostris peccatis iniunctas quomodo ferre debeamus. Mich. 2. nu. 41. 42.
Post peccatum qui nam feruentiores per pœnitentiam resurgant. Zacharię. 12. numero. 10.
Latitudo, & longitudo peccati, & supplicij eius. Zach. 5. n. 5.

Peculium.

Dei peculium sunt iusti. Malachiæ. 3. 46. 47.

Pecunia.

† Appendere pecuniam quid sit. Ham. 8. numero. 15.
† Pecunia vocatur fortitudo. Michæ. 4. numero. 65.

Pecus.

* Quæ animalia significet. Sophon. 1. numero. 8.
† Pecora, homines voluptatibus dediti. Sopho. 1. numero. 43.

Pelagius.

Eius hæresis refutatur. Hos. c. 1. 117.

Pelicanus.

Eadem auis ac onocrotalus. Sopho. 2. n. 51.

Pellis.

† Significat virtutes externas, cæremonias, modestiam, &c. Mich. 3. n. 8.
† Pelles, tabernacula, seu tentoria. Habac. 3. numero. 34.

Peluſium vrbs.

Vbi sita. Ham. 6. n. 47.

Per.

† Quod genus causæ significet. Habac. 2. numero. 22.

Percutere.

† Fœdus percutere quid sit. Hoseæ. 10. numero. 9.
† In ore gladij percutere. Hoseæ. 10. numero. 38

Peregrinus.

* Peregrini dicuntur sancti, & cur. Hos. 4. n. 7. Sopho. 3. n. vlt. Zac. 14. 65.
* Peregrinationis spiritualis typus. Ham. 6. numero. 25.
Benigne tractandus peregrinus. Mal. 3. 27.

Perfectio, & Perfectus.

* Spiritualis perfectio quomodo quærenda. Hos. 6. n. 46. Ham. 9. 48. vsque ad fin. c. Hag. 1. n. 37. 40. & seq. Zach. 2. n. 26. 27. c. 7. n. 14. & seq. c. 9. 69. c. 14. 43. vide etiam spiritualis.
* Perfectio hominum veteris, & noui testamenti qualis. Ion. 4. n. 3. & 4.
* Ab studio perfectionis non est cessandum in hac vita. Zach. 7. n. 14. & seq.
†* Perfecti viri per Israel significati. Malachiæ. 1. 24.
* Perfecti etiam in tristibus inueniunt magnam consolationem. Ham. 9. 51.
Magis in dies liberantur à captiuitate. ibidẽ. 52.
Magnam Deus illis dat verborum efficaciam Ham. 9. 53.
Et magnam firmitatem in bono, & plantat eos in beatitudine. ibid. 54. 55.
Perfecti sunt zona Christi ad mamillas, & tunica. Mich. 2. 53.
Perfectos Diabolus appetit maxime vincere, & ideo cibus eius electus dicitur. Habac. 1. 47.
Perfecti qui cadunt, & damnantur, magis punientur. Soph. 1. 50.
Perfecti proprie sunt, qui domum Domino ædificant. Hag. 1. 39. 40.
Perfectis nihil aut parum seminis perit. Hagg. 1. 44.
Perfecti habent permanentem lætitiam. Hag. 1. 45.
Perfecti vestiuntur, & calesiunt, imperfecti nõ calesiunt. Hag. 1. 45. 46.
Perfecti non timent, sed imperfecti. Haggæi. 1. 57.
Perfecti etiam indigent adiutorio Dei. Hagg. 1. 58.
Ad perfectionem multum prosunt etiam opera, quæ videntur parua. Hag. 2. 84.
Perfecti sunt principes, & iudices. Michæ. 3. 24.
Perfectæ animæ pariunt fere sine dolore. Mich. 4. 76.
Ad perfectionem quomodo cito veniatur. Zacha. 2. 27.
Perfectus vnus vtilissimus est hominibus, quia multos ad Deum adducit. Zachariæ. 2. 35. 36.
Perfecti etiam interdum capiuntur, & ducuntur Babylonem. Zac. 6. 40. 41. Sed ibi non moriuntur. ibi. 41. 42.
Perfecti quam potentes sint verbo. Zac. 8. 45. & seq.

Periurium.

* Periurij pœna. Zacha. 5. 5. 6. 8.

Permittere, Permissio.

† Permissio Dei solet dici præceptum. Ham. 6. num. 33.

*Deus sæpe permittit electos suos in aliquod peccatum labi, vt cautiores fiant. Ion. 2. n. 30. & 31.

Perpendiculum.

† * Lex Dei, & obedientia. Zach. 1. 66.

Persa.

† Medorum, & Persarum regnum per equos nigros significatum. Zac. 6. n. 5.

Persecutio, Persecutor.

Vide etiam Aduersæ res.

* Ecclesia persecutionibus aucta. Hose. 2. n. 99. Mich. 4. n. 46.
Persecutio per solem significatur. Ionæ. 4. numero. 29.
* Persecutiones sunt Dei beneficia. Mich. 6. numero. 13.
Quomodo Deus iustos tueatur à persecutionibus, vide tentatio.
* Persecutores iustorum, & pauperum. Hamos. 2. 16.
Quomodo puniuntur. Nah. 1. 48.

Perseuerantia vide Constantia.

* Commendatur. Hoseæ. 1. numero. 127. 128. Mich. 1. numer. 56. 57. Hagg. 1. 40. Zachariæ. 10. 28.
* Perseuerantiæ typus talaris tunica, Mich. 1. numero. 57.
* Perseuerantia perfectio omnium bonorum. Mich. 1. 56. 58.
Perseuerantiæ typus cauda sacrificanda. Mich. 1. n. 57.
* Qui bonum quærit, ne deficiat. Mich. 6. 43.

Persona.

Diuinarum personarum distinctio. Hamos. 4. numero 28.
† Personarum mutatio frequens in scriptura. Hoseæ. 2. numero. 56. Habd. numero. 73. Sopho. 2. 48.
Tertia persona pro secunda. Hos. 5. n. 8.
† Tertia persona præteriti pro secunda imperatiui. Hos. 5. n. 8.
Secunda persona in tertiam, & contra mutari solet. Soph. 2. 47.
Quæ diuinis personis communia sunt, modo huic personæ tribuuntur, modo illi. Malach. 3. numero. 5.

Pes.

Mensura pedis in loco publico olim Romæ posita. Ham. 8. n. 16.
† Lauare pedes in conuiuijs consuetudo communis fuit Iudæorum; Romanorum, & aliarum nationum. Hos. 3. n. 9.

Petra.

Vide etiam Lapis.
*† Petra Christus Dominus Ham. 9. n. 21. Habd. n. 20. 23. Nah. 3. 32.
† Petra principium familiæ. Ham. 9. n. 21. Habd. nume. 20.
Petra apostoli. Habd. n. 23.
* Petra typus offendiculi infidelium. Ion. 4. n. 6.
* Amici Dei in petrarum scissuris habitant. Hab. num. 22.
† Petra Deus Haba. 1. n. 37.
† Petra, locus munitus. Haba. 2. n. 1.
*† Petra, humilitas mentis. Haba. 2. n. 34.

Pharamica vrbs.

Vbi sita. Ham. 6. n. 46. 47.

Pharao.

* Typus Diaboli, Mich. 6. n. 14.

Phariseus.

* Scribæ, & Phariszi quomodo reiecti à Deo. Soph. 3. n. 31. 33.

Phelethi.

Chereti, & Phelethi legiones militum custodientes Dauid vnde dictæ. Sophoniæ. 2. numero. 14.

Phiala.

† Qualis esset. Ham. 6. n. 22.
Deseruiebat odoramentis, & sanguini victimarum excipiendo. Zac. 14. 49.

Philisthijm.

Vide Palestini.

Philosophia, Philosophus.

Philosophorum Gentilium quæ initia. Præl. 2. numero. 26.

Phison flumen.

Idem ac Ganges. Soph. 3. 29.

Placere.

Placere sibi quam periculosum. Hamos. 6. 49. & seq. & c. 7. 14.
Placentes sibi iusti deseruntur Ham. 5. 34.

Phramea.

Iustitia puniens. Hab. 1. n. 39.

Pietas.

* Quæ sit summa pietatis. Mich. 6. numero. 23. 24. 25.

Pigritia.

* Est periculosissima. Hos. 3. n. 35.

Pila.

† Quid sit. Soph. 1. 56.

Pileus.

† Pileus sacerdotalis qualis. Zach. 3. nu. 14. & sequentibus.

Piscis.

* Maiores pisces comedunt minores. Habac. 1. num. 40.
†* Pisces peccator. Habacuc. 1. numero. 45. 46. 47.
* Pisces auferuntur homine ablato. Sopho. 1. numero. 11.
†* Pisces homines sine lege viuentes. Sophon. 1. 43.
†† Porta piscium quæ. Soph. 1. 53.

Plaga.

Orbis plagæ iuxta situm Ierusalem, & templi intelliguntur in scriptura. Zachariæ. 2. numero. 13.

Plaga pro vulnere, vide Vulnus.

Plaudere.

† Manibus plaudere lætitiæ est. Nahum. 3. numero. 28. 29.
† Plaudere contrarium verbo sibilandi. Sopho. 2. n. 55. 56.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plastes.
† Plastes statuarius. Zach. 11. 30.
Plastes Deus. Zac. 11. n. 28. 29.
Plaustrum.
† Plaustra ferrea quid. Ham. 1. n. 16.
Pleiades.
Quales sint, & quando oriantur. Hamos. 5. numero. 22.
Plenitudo.
Quid significet. Michææ. 1. numero. 18. 19. 20.
Plenitudo terræ in malã partem sumpta. Mic. 1. num. 20.
Plenitudo terræ quid sit. Mich. 1. numero. 18. 1. 9. 20.
Pleonasmus.
† Reperitur in scriptura. Hamos. 2. n. 24.
Plinius.
Locus Plinij corruptus corrigitur. Hamos. 6. numero. 7.
Plumbum.
* Plumbum seueritas diuinæ vltionis. Zachar. 5. num. 19.
Pluralis.
† Plurale verbum cum nomine singulari. Ioe. 2. n. 6. Mich. 1. 35. Zach. 10. 17.
† Plurale nomen cum verbo singulari. Michæ. 2. n. 30.
† Plurali nomine pro singulari vtitur scriptura in rebus magnis, & excellentibus nominandis. Michæ. 5. num. 37. 38. Zachariæ. 4. 18. capi. 6. 31.
† Plurale pro vno ex plutibus. Habac. 1. num. 5. Zach. 9. 37.
Plutarchus.
Quare scripserit librum de defectu oraculorum. Zach. 13. 5.
Pluuia.
Doctrinam Euangelicam significat, vt habes in verbo Doctrina, & verbo Imber.
Poder.
† Poderes Christi sunt fideles. Michææ. 2. nume. 52. 53.
Pœna.
* Damnatorum pœnis post diem iudicij nihil addetur aut detrahetur. Hoseæ. 1. numero. 35.
Pœna iure debetur culpæ. Hoseæ. 12. numero. 21.
* Pœnas quomodo liceat imprecari malis. Hos. 14. n. 2.
Pœnas nobis à Deo pro peccatis nostris inflictas æquo animo ferre debemus. Michæ. 7. nume. 40.
Pœnitentia.
Pœnitentiæ sacramentum quam sit vtile, & necessarium. Hos. 1. n. 90. Ham. 9. n. 13. 48. Ionæ. 3. n. 40. 41.
Pœnitentiæ sacramentum est laboriosus quidam baptismus. Ham. 9. 48.
Pœnitentia qualis esse debeat. Ionæ. 3. nu. 31. Mich. 7. n. 41. Ioe. 2. 19.
Pœnitentiæ commendatio. Mich. 6. nume. 25. 26. 27.
Pœnitentia quam sit grata Deo. Hos. 2. num. 75. 76. & c. 5. n. 44. & c. 6. n. 51. c. 14. num. 4. Ioe. 1. n. 31. Nahu. 1. numero. 49. 52. 53. Zachariæ. 7. numero. 3. & 13. & seq. c. 13. 20. Mala. 4. 27.
Pœnitentiæ vis tanta esse potest, vt talis reddatur anima, qualis fuit, cum baptismum accepit. Ham. 9. n. 48.
Pœnitentium habitus. Hos. 3. n. 18. Ham. 8. n. 30. Ionæ. 3. n. 31.
Pœnitentiæ exempla. Hos. 2. n. 75. 76. ca. 3. n. 6. c. 5. n. 44. Ham. 5. n. 28. & seq. Ion. 3. n. 31. Soph. 2. n. 58. 59. 60. Zach. 12. n. 10. 11. c. 13. 20. 21. c. 14. 28.
Vera pœnitentia quid exigat. Hos. 13. numero. 12 cap. 14. nu. 6. Ioelis. 2. nume. 15. Hag. 2. 63.
Deus propter pœnitentiam ignoscit hominibus peccata. Ioe. 2. numero. 22. Ionæ. 3. numero. 38.
Opera pœnitentiæ commendantur. Ham. 6. n. 16.
Sera pœnitentia. Hamos. 9. n. 11. Mal. 3. n. vltimo.
Pœnitentia in mortem non differenda. Ham. 9. n. 14. Ion. 3. n. 40. Soph. 2. n. 32. 33. & seq. Hag. 38.
Electi ad pœnitentiam prompti, reprobi, vero minime. Ion. 1. n. 52. 53. 54.
* Peccatores pœnitentiam non inuenientes. Sopho. 1. n 81 82.
† Pœnitentia angelus Domini dicitur. Zach. 3. numero. 29.
* Feruentiores surrexerunt sancti per pœnitentiam. Zach. 12. n. 10. 11.
* Prophetæ sacco induti prædicabant pœnitentiam. Zach. 13 n. 5.
Pœnitentiam differentes in quot mala incidant. Hos. 1. 113. & seq. & 118. Et ca. 5. 34. Ham. 4. 28.
Quam difficilis sit in hora mortis. Sophon. 1. 81. 82.
Pœnitentibus quomodo Deus bene faciat, & eos protegat. Hos. 1. 116. & seq.
Pœnitentes, & conuersos ad se per quos gradus bonorum deducat Deus. Hos. 2. 83.
Pœnitentia lucem animæ affert. Hoseæ. 6. 44. 48.
Sine pœnitentia opera misericordiæ non sunt grata Deo. Hos. 6. 51.
Pœnitentiæ veræ forma describitur. Hoseæ. 14. 4. & seq.
Pœnitentiæ veræ fructus. Hoseæ. 14. 12. & sequentibus.
Pœnitentiæ opera habet vera conuersio. Ioel 2. 18.
In pœnitentiam quomodo Deus excitet peccatores, & noctem in diem vertat, ac rursus diem in noctem. Hamos. 5. 28. & seq.
Pœnitentiam non agentes fugiunt Christum leonem, & incidunt in vrsum. Hamos. 5. 49. 50.
Per pœnitentiæ gratiam caro seruit spiritui. Ham. 9. 48.
Pœnitentibus dulcedinem Deus dat, sed vult vt prius expectent aliquantulum. Hamos. 9. 49. 50.
Per pœnitentiam capti à Diabolo redeunt ad veteres possessiones. Habd. 126. 127.
Post pœnitentiam securi esse non debemus, quasi gratia amitti nequeat. Ionæ. 2. 58.
Pœnitentiæ perfectæ vis. Ion. 3. 38.
Per pœnitentiam decaluatur homo, idest, abijcit veteres cogitationes, & sumit nouas. Mich. 1. 71. 72.
Per pœnitentiam exurgens exprobrat Babyloni. Mich. 7. 40.
Pœnitentiam integre hic agens non punitur iterum. Nah. 1. 49.
Pœnitentiam quanta bona consequantur. Nahum. 1. 50. & seq.
Per pœnitentiam silere debemus à facie Dei ne postea damnati obmutescamus. Sophon. 1. 48.
Ad pœnitentiam exhortatio, antequam occupet nos dies mortis. Sopho. 2. 31. 32.
Pœnitentiæ igne consumitur quidquid erat Moab. Sopho. 2. 42.
Pœnitentia restituere nos potest in statum quem ante peccatum habuimus: nec est credendum Diabolo contrarium suggerenti. Hag. 2. 58. 59.
Pœnitentia perfecta immolat rapinas hostiũ Domino. Mich. 4 80.
Per pœnitentiam Christus resurgit in nobis, & dat nobis labium electum, & vt humero vno seruiamus ei. Soph. 3. 45. 46.
Pœnitentia est angelus Domini liberans nos à Satan. Zach. 3. 29.
Quæ bona afferat animæ, & quomodo pœnitentes iudicent alios. ibid. 30. Et alios exemplo suo custodiant, & cum eis ambulent angeli. Zach. 3. 31.
Post pœnitentiã diligenter laboremus, vt alijs prosimus & in domo Domini laboremus memores accepti beneficij. Zachariæ. 6. 45.
Pœnitentiæ opera quamdiu durare debeant Zach. 7. 13. 14. 15.
Qualis fiat anima, cum Deus ad eam reuertitur per pœnitentiam. Zac. 8. 20.
Fit ciuitas veritatis, & recte de omnibus iudicat. ibid.
In ijs, qui magis peccauerant, magis Deus solet requiescere. Zach. 9. 25.
Pœnitentes ita Deus aspicit, ac si non peccassent. Zach. 10. 36.
Pœnitentiæ opera contra obedientiam oblatio de rapina. Malachiæ. 1. 39. & sequentibus.
Pœnitentia excitatur in nobis per zelum Dei, & tunc vere conuertimur. Malac. 4. 26. 27.
Poeta.
Poetarum, & Prophetarum phrases simillimæ. Nah. 2. n. 65.
Polluere.
† Pollui in aliquo, est pollui contactu illius. Hag. 2. n. 65.
Pollutus facile polluit quæ tangit. Haggæi. 2. 79. 80.
Pomum.
Poma bona temporalia. Hamos. 8. n. 10.
* † Poma, humana vita, & homines ipsi. Ham. 8. num. 8.
†† Pomum significat etiam ficum. Hamos. 8. numero. 2.
†† Pomum quid sit proprie. Hamos. 8. numero. 2.
Ponere.
† Manum super os ponere est tacentis, & respondere nescientis. Mich. 7. n. 48.
† Ponere in aliquid quid significet. Hose. 11. nu. 28. Habd. n. 11.
† Cor ponere in aliqua re, vel ponere super cor est attente meditari. Hag. 1. n. 9.
Pontifex.
† Pontifex noster Christus Dominus. Mich. 6. numero. 15.
† Gubernatio populi Iudaici post reditum ex Babylonica captiuitate fuit penes pontificem summum. Zach. 3. 19.
Populus.
† Vnus populus potest esse figura vnius hominis, & contra. Hos. 11. n. 12.
Populus nunc in bonam nunc in malam partem sumitur. Mich. 1. n. 17.
Populi vocantur etiam Israelitæ. Mich. 1. nu. 17. 18.
Populus non dicitur de Israelitis, nisi in malam partem. Zach. 8. 36.
* Populi per aquas significati. Nahum. 2. numero. 63.
† Populus virtutes. Nah. 3. n. 31.
† Populus sensus corporis. Nah. 3. n. 36.
† Populus terræ, id est, omnes homines plebeij, de quibus est sermo. Hag. 2. 16.
† Populus cogitationes. Zachariæ. 8. numero. 24. 25.
* Populus Dei non commiscetur cum populis. Hos. 7. 22.
Populus, arbor.
† Significat castitatem. Zach. 14. 66.
Porta.
† Iudicia apud Iudæos in portis vrbium fieri solebant. Ham. 5. n. 35.
† Portæ sensus. Nahu. 3. numero. 31. Sophoniæ. 1. 71.
† Porta piscium quæ. Sophoniæ. 1. 53. Zachariæ. 14. 35. 36.
† Porta gregis quæ. Soph. 1. 53. Zachariæ. 14. 35. 36.
† Porta secunda quæ. Soph. 1. 53. 54.
* Portę Ierusalem sponte apertæ in passione Domini. Zach. 11. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Portentum.
† Est signum aliquod mirabile in rei magnæ significationem factum. Zach. 3. 33.
Potentia, Potens.
* Animæ potentiæ pastores dicuntur. Nahu. 3. num. 35.
Vrbes. Zach. 7. 16.
* Nugæ. Soph. 3. 53.
* Domus. Zach. 14. 25.
Gentes. Hag. 2. 63.
* Deus est autor omnis potentiæ. Zachariæ. 10. 31.
Potentiores increpandi. Mich. 6. 10.
Potus.
Potum dare, affligere. Habacuc. 2. numero. 38.
Potus doctrina prana, Haba. 2. n. 48.
Præcingere.
Præcingere lumbos est paratum esse ad aliquid faciendum, & caltitatem seruare. Nahum. 2. n. 40.
Præcipio, Præceptum.
Præcipere pro Disponere, & ordinare. Ham 6. n. 33. Ion. 2. n. 1.
Dei præceptum dici solet eius dispositio & permissio. Ham. 6. n. 33.
Præcipito.
† Sumitur pro Disperdere. Hoseæ. 13. nnmero. 31.
Prædestinatio.
Prædestinatus, vide etiam electus.
* Prædestinationis typus, & ordo. Hos. 3. numero. 34.
† Prædestinati dicuntur reliquiæ. Ham. 9. numero. 58.
* Prædestinati quomodo à Deo protegantur, & ducantur. Sopli. 2. 37. 42 53.
* Numerus prædestinatorum firmissime complendus. Zach. 2. 24. & sequenti. capit. 11. numero. 46.
* Prædestinatio ab æterno facta, & in Iacob significata. Mal. 1. 10.
Prædicare, Prædicatio.
* Prædicatio verbi Dei est præcipuum episcoporum munus. Mich. 5. n. 59.
* Prædicationis vtilitas. Ionæ. 3. numero. 38. 39.
* Euangelij per totum orbem prædicatio prædicitur. Hos. 1. nn. 135. Ham. 9. num. 8. Mich. 4. à princi. c. 5.
* Apostoli prædicantes docebant, se eundem Deum prædicare, quem Iudæi coluerant. Michæ. 4. n. 24.
Prædicator.
Vide concionator.
Præesse.
* Qui alijs præsunt, debent eis prodesse exemplo. Hos. 2. n. 100. 101.
* Qui alijs præsunt, quales esse debent. ibidem. &. c. 5. n. 3.
* Qui præsunt, vocantur speculatores. Hos. 5. numero 3.
Prælatus, vide verbo Principes.
Præmium.
Vide beatitudo. & Mal. 1. 36. 37.
Præoccupare.
† Significat præuenire. Mich. 6. n. 19.
Præparare.
† Significat firmare, & stabilire. Hos. 6. n. 6. Mic. 4. n. 21. Haba. 2. 37.
† Præparatus, id est, firmatus stabilitus. ibidem.
Præpositio.
Præpositiones sæpe supplendæ apud Hebræos, Græcos, & Latinos. Hos. 10. n. 50.
Præsens.
† Pro futuro. Haba. 1. n. 15.
† Præsens negari solet, dum præteritum dicitur. Mala. 1. n. 8.
† Includitur sæpe in præterito. ibid.
Præsentia.
* Dei præsentia cur aliquibus hominibus subtrahatur. Hos. 6. n. 8. ca. 7. num. 75. cap. 8. numero. 31.
* Dei præsentia, quæ in hac vita habetur, quam sit iucunda. Zach. 2. 34.
Præstare.
† Præstabilis, id est placabilis, Ioelis. 2. numero. 20.
Præsum, vide Præesse.
Præsumptio.
* Præsumptionis peccatum quale. Hamos. 9. numero. 14. Mich. 2. numero 47. 48. cap. 3. numero. 16. 17.
Præteritum.
† Præteritum actiuum pro præterito passiuo. Hos. 13. n. 29. Mich. 2. n. 17.
† Præteritum indicatiui pro imperatiuo, Hos. 5 nu. 8.
† Præteritum pro futuro. Hos. 11. n. 24. Habd. n. 29. Mich. 2. n. 64.
Priapus.
Idem qui Behelphegor. Hoseç, 4. n. 26.
Primas.
† Episcopi vocantur primates. Mich. 1. n. 58. 59. 60. 61.
Primitiæ.
† Sunt primi fructus agrorum, qui Deo offerri solebant. Mal. 3. 30.
Princeps, siue Prælatus, vide etiam Rex, & Superior.
* Principes scandalum dare quam graue sit. Hos. 1. 78. 83.
* Principes mali. Ham. 4. 2. 3.
* Principes Ecclesiæ eijcere debent eos, qui alios perturbant. Ion. 1. 55. Sed faciat id suauiter, & seuere, & quiescet ira Dei. ibid. 56. Eorum est dormientes excitare. ibid. 50.
* Principes aliorum duces esse debent ad pœnitentiam. Ion. 3. 43.
* Peccata principum grauiora sunt, & grauius puniuntur. Hos. 1. nu. 78. 79. 80.
* Principes, siue prælati quidam, vt leones. Zach. 11. 39.

Exem-

Exempla principum quantum valeant ad bonum, & ad malum. Hoseæ. 1. numero. 78. 79. 80. & c. 6. n. 54 55.
Principes si adiuuent sacerdotes, magnum lucrum est animarum. Hag. 1. 36.
Sæpe constituuntur principes, quos Deus non approbat. Hos. 8. n. 11.
In principes & prælatos maxime sæuire cupit Satan. Zac. 3. 28.
Principes dicuntur caput populi, & cur. Hoseæ. 11. n. 26. Ham. 6. num. 4.
* Principes, id est, rectores, & magistri magis punientur. Soph. 1. 49.
† Princeps, id est, iudex. Mich. 5. n. 14.
* Principes sæculares superbi. Soph. 3. 10. 11.
† Principes dicuntur colles. Michæ. 6. n. 1. Habac. 3. 31.
* Principes Ecclesiæ quam mites esse debeant. Soph. 3. 11 12.
* Princeps bonus, & malus. Soph. 3. numero. 11. 12.
Tunc principum seruantur leges, & verba audiuntur, cum exemplo ipsi præeunt. Ionę. 3. 43.
† Montes dicuntur Mich. 1. n. 7. c. 6. n. 1. Hag. 1. 56.
* Prælatis multi angeli promittuntur. Zacharię. 3. 21.
* Prælati dormitantes quantum noceant, & quomodo puniantur. Zach. 11. 38. 39.
† Cedri dicuntur. Zach. 11. 3. &. 5.
† Principes maxime indigent prudentia. Ham. 6. 4.
Pro.
† Pro peccato, id est, sacrificium ita appellatum Hos. 6. n. 28.
Probatio.
Probatio Dei, id est, tentatio, vide tentatio.
Problema.
Quid sit Mich. 2. n. 12.
Procas.
Procas Syluius rex Latinorum quo tempore regnauerit. Præl. 2. n. 3.
Profectus spiritualis.
Vide Spiritualis.
† Profectus bona opera facientium impediri solet per aliquod occultum, & hoc illis aperit Deus. Hag. 2. 76. 77. 78.
Profundus.
† Profundum, & profunde, id est, vehementer largissime. Hos. 5. nu. 7.
† Proijcere in profundum maris. Mich. 7. numero. 52.
* † Profundum aquarum statum periculosum calamitosumque significat. Zacha. 1. 16.
Proijcere.
A facie alicuius proijcere. Hos. 6. n. 8.
In profundum maris proijcere. Michæ. 7. numero. 52.
Promissio.
† Promissionum scripturæ regulæ. Ham. 9. n. 44. Hag. 2. n. 73.
Terræ promissionis termini qui. Mich. 7. numero. 33. Hamos. 6. numero. 43. Habdiæ numero. 82.
* Terrę promissionis termini angustiores dati culpa Israelitarum, quam fuerant promissi. Hab. num. 82.
Pronomen.
† Redundantia pronominis. Hamos. 2. numero. 24.
† Nomen pro nomine. Soph. 1. 31.
Pronuntiatio.
† Est necessaria ad scripturam intelligendam. Michææ. 5. n. 25.
Propago.
† Propagines, filij, & vrbes. Nahum. 2. numero. 44.
Propheta, Prophetia, Prophetare.
* Falsi prophetæ spirituales, vide Pseudoprophetę.
† Interpretandi prophetas qui modus optimus. Præl. 1.
* Testimonia multa de Christo sunt in prophetis. Præl. 1. n. 4.
* Testimonia multa prophetarum de Christo Domino ne queunt intelligi iuxta literam. Prælu. 1. nu. 5.
Eloquia prophetarum tripartita. Prælu. 1. numero. 7.
Prophetæ animus nũc de præsenti tantum, nunc de futuro tantum tangebatur. Prælu. 1. numero. 8.
Libri prophetarum æqualem autoritatem nacti cum libris Mosi apud Iudæos, & quomodo. Præl. 1. n. 10.
Veracitas prophetarum quomodo comprobata. Præl. 1. n. 10. 11.
Prophetæ fuerunt concionatores populi Iudæorum. Præl. 1. n. 12.
Prophetæ quo tempore floruerint, & quod eorũ prophetię argumentum. Præl. 2.
Tempus, quo quisque propheta prophetauit, necesse est nosse ad eius intelligentiam. Præl. 2. numero. 1.
Prophetarum ordo. Prælud. 2. n. 1. &. 6.
Prophetæ tam minores, quam maiores, eodem ordine prophetauerunt, quo sunt in nostra editione, & apud Hebræos. Prędud. 2. numero. 7. &. 24.
Prophetę in quibus tempus non prefertur in titulo, sub illis regibus prophetauerunt, sub quibus & hi qui ante eos signant tempus, aut saltem sub extremo eorum. Prędud. 2. n. 8.
Qui nam ex prophetis vaticinati sint ante captiuitatem decem tribuum, & qui post, sed ante captiuitatem duarum, & qui soluta captiuitate. Præl 2. n. 24. & 27.
Cur eadem sępe repetant prophetę. Præl. 2. n. 24. 25. Hos. 1. n. 14.
Prophetæ antiquiores sunt philosophis gentilib. Præl. 2. n. 16.
Cur duodecim prophetarum sit vnus tantum liber. Præl. 3 n. 1.

Duode-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duodecim prophetæ non sunt alijs prophetis inferiores Præl.3.n.1.
† Etymologiæ nominum duodecim prophetarũ. Præl.3.n.2.3.4.
In tituli prophetarum quæ nam quærenda. Præl.4.n.1.
Cur quidam prophetæ patrum suorum meminerint, quidam non meminerint. Præl.4.
Prophetarum parentes, aut aui, non quia ponuntur in titulis, sunt prophetæ. Præl.4.nume.1.& seq.
Patriam cur quidam prophetæ indicauerint, quidam non indicauerint. Præl.5.
Tempus prophetiæ suæ cur quidam prophetæ,& non omnes indicauerint. Præl.6.
Cur non omnes prophetæ scripserint ad quam vrbem, vel gẽtem prophetauerint,& quibus verbis id significetur. Præl.7.
† Cur prophetæ sæpe repetant, Hæc dicit Dominus,& initio dicant, verbum Domini,&c. Hose.1.n.2.
Initia prophetarum non fuerunt ab Hesdra, vel alio quopiam addita. Hos.1.n.2.
Prophetæ intelligebant quæ prædicebant. Hos.1.n.5. Hab.1.n.6. Nec loquebantur in extasi. ibidem.
† Propheta cur vocatur videns. Hos.1. numer.4.&.5.
Prophetæ non solum verbis, sed etiam operibus vaticinabantur. Hos.1.43. Zac.11.48.
Quando prophetæ aliquid iubentur facere, & non faciunt, id statim ostendunt. Hos.1.numero.4.
Prophetæ fuere viri portentosi. Hos.1.nu.50. Zacha.5.n.33.34.
† Obscuritas prophetarum vnde oriatur. Hos.2 num.29.
Prophetæ sæpe spiritu prophetiæ destituebantur. Ham.7.n.16.17.
An aliquando prophetę in suis responsis decipiantur. Ion.3.n.17.
An prophetæ sint aliquando locuti de suo. Ion. 3.n.23.
* Prophetæ defuerunt cum Iudæi seruire cœperunt regibus alienis. Hag.1.33.
* Propheta falsus non ferendus tempore Euangelij, etiam ab amicis,& consanguineis. Zach. 13.5.6.
* Prophetæ falsi sunt homines, aut cogitationes auertentes nos à Deo,& à perfectione, & non est illis credendum. Zach.13.24.
Prophetarum intelligentia quomodo acquirenda in proœ.in Mich.
Prophetæ plures erant, cum reges erant apud Iudæos,& ante captiuitatem, quam postea. Hag. 1.33.
† Prophetæ nomine & iam falsi prophetæ significantur. Zach.13.6.
Sacco induti prædicabant pœnitentiam. Zachar. 13.8.
prophetię non fuerunt simul, nec continuato tempore editæ. Hos.1.n.14.
Prophetiæ gradus qui præstantiores. Ioe.2. num. 57.58.
† Prophetiæ quomodo intelligendę quando non implentur. Ion.3.n.17.
Christus Dominus propheta dicitur. Zach.13.n. 22.23.
Poetarum,& prophetarum phrasis simillima. Nahum. 2.n.65.
† Prophetæ perinde sumunt exempla à futuris, atque à præteritis. Nah.3.n.10.
† In prophetis, id est, in vno prophetarum. Habac.1.n.5.

Propositum.

Non adimplere periculosissimum est. Hose.3. numero.36.

Proprius.

Voluntas propria, & iudicium proprium dolorũ omnium origo. Ion.4.n.7.&.8.& seq.

Prosopopeia.

† Inuenitur in scriptura. Habac.3.n.41. Hag.2.nu. 24.25.

Prostibulum.

† Ponitur pro meretrice. Ioe.3.n.10.

Prouerbium.

† Quid sit Mich.2.n.9.& seq.
Loqui in prouerbijs. Mich.2.n 10.

Prouidentia.

Dei prouidentia, vide Deus.

Prouincia.

Multę prouinciæ à filijs Noe nomen acceperunt. Ion.1.n.7.&.8.

Proximus.

* Proximorum saluti vacãdum,& quomodo. Hose.2.n.100.c.6.n.45.† Ham.9.n.53.† Mich.2. n.51.c.5.n.68.† Hag.1.35.36.54.55.c.2.n.78 79.89.90.† Zac.2 n.24.& seq.&.35.c.8.n.45. 46.c.9.n.56.57.69.c.10 n 33.34.c. 14.numero.69.
* Saluti proximorum vacare Deo gratissimum est. Mich 2.n.51.c.5.n.68. Hag.2.n.89.90. Zacha.6.36.
* Proximorum regimen est ars artium. Zachar. 3.nu.28.
† Qui proximorum saluti vacant, dicuntur anguli,& paxillus. Zach.10.33.34.

Prudentia.

* Carnis prudentia quomodo resecanda. Zach. 6.24.
Prudentia necessaria. Ham.6.n.4.

Psalmus.

Psalmorum liber interhagiographa olim ab Hebræis numeratus Præl.2.n.1.
In psalmis non seruatur ordo historiæ. Ham.2.numero.25.

Psalterium.

† Musicum instrumentum sic dictum, quale esset Ham.6.n.20.

Pseudopropheta.

* Pseudoprophetæ spiritualis vitæ qui,& quales. Hos.9.n.12.† Ham.6.n.50.†.c.7.n.14. † Mic. 2.n.44.c.3.n.12.c.5.n.91.c.6.n.18.c.7.n.23.† Zach.13.22.24.
* Pseudoprophetæ à viris pijs non tolerantur. Zach.13.5.

Pieu-

Puer.

* Cum seruum significat ponitur is, cuius seruus est. Zach.2.n.5.&.6.

Pugna, Pugnare.

* Spiritualis pugna. Mich.4.numero.72. Zacha. 4.num.37.& seq.ca.10.num.12.& seq. &.numer.30.

Pulcer.

Virgines pulchræ indotatæ nubebant. Hos.3.numero.10.

Puluis.

† Lingere puluerem est victorum, & supplicum. Mich.7.n.48.
† Puluis, peccator. Soph.2.n.35.

Punctum.

Hebræorum puncta multis in locis male posita. Hose.10.n.19. Ham.5.numero.66.67. capit.6. num.8.

Punitio, Punire.

Punitio peccatorum, vide Deus, Peccator, Peccatum.

* Punire solet Deus bonos per malos. Haba.1.n. 39.
Punitio est signum misericordiæ diuinæ. Hamos 3.1.3.
* Punit Deus iustos, qui commoditates temporales sequuntur. Zach.1.61.62.

Pupilla.

† Rex maxime caras, & custodiendas significat. Zach.2.20.

Puritas.

* Animarum puritas à Christo facta qualis. Mal. 3.20.

Pusillanimitas.

* Quomodo à Deo tollatur. Zach.8.57.

Putredo.

† Quid sit. Hos.5.n.33.

Pythagoras.

Quo tempore floruerit. Præl.2.n.26.

Q.

Quadraginta.

Quadragenarius est numerus pœnitentiæ. Ionæ. 3.n.16.

Quadriga.

†* Tentationes significat. Mich.1.n.58.
† * Quadrigæ bona naturalia. Nah.2.n.73.
† Quadrigæ imperia mundi. Zachariæ.6.nu.1.& seq.
† In quadrigis, simul sessores solent intelligi. Zac. 6.n.3.

Quamuis.

†† Significatur per Quia, vel Quoniam. Haba. 2.n.43.
Quamuis redundare solet. Soph.3.n.35.

Quasi.

† Interdum significat non tam similitudinem, quam ipsam veritatem. Hoseæ. 5. numero. 27.

Quatuor tempora.

A Zacharia prædicta. Zach.8.34.

Quercus.

† Quercus diues. Zach.11.6.

Quia.

† Interdum ponitur ornatus tantum causa. Hose. 2.n.41.†.c.7.n.9.†.c.10 n.17.†.c.11.n.1.† Sopho.3.23.
† Quia pro Quamuis. Habac.2.n.43. Zac.9.n.6.

Quippe.

† Quippe pro Quamuis. Zach.9.n.6.

Quis, vel qui.

† Relatiuum sæpe subauditur. Hos.10.nu.17.c. 11.n.23.
† Quis, sæpe non significat rem quæ fieri non possit, sed difficilem. Hos.14.n.24.
† Qui, quæ, quod, &c. ponitur pro Quia. Ham. 8. n.33. Mich.7.n.30.
Sæpe redundat. Ham.2.n.24.
† Quid tu, scilicet, dicis. Quid vos: scilicet, dicitis. Hag.2.n.12.

Quoniam.

† Quoniam pro Quamuis. Haba.2.n.43. Zac.9.n.6.

R.

Rabanus.

Qualis scripturæ interpres. in Proœ. in Mal.n.11.

Rabba vrbs.

Vbi sita. Ham.1.n.25.
† Significat multa, vel magna. ibid.

Rabbi, vel Rab.

Vide etiam Hebræus,& Iudæus.
† Vnde dicatur Rab,& Rabbi,& quid id nomen significet. Mich.7.n.9.
Rabbini fabularum appetentissimi. Hos 5.2.
Multa dicere solent, quæ nec probant, nec probare possunt. Præl.4.n.4. Ion.2.n.5.
Quomodo scripturam interpretentur. Præl.1.n. 2. Ion.2.n.5.11. Michæ.4.n.13.& ex professo. in proœ.in Soph.
† Puncta Rabbinorum multis in locis sunt male posita. Hos.10.n.19. Ham.5.n.66.67.c.6.nu.8.
Rabbi Dauid per multa ex lingua Hebraica ignorauit. Hos 3.n.3.
Rabbinorum imperitia. Ion.2.n.5.&.11. Mich.4. n.13. in Proœ. in Soph.
† Rabbinorum sectatores maxime nocent Ecclesiæ in Proœ. in Soph.
Rabbinorum sectatores quibus signis cognoscantur. ibid.

Racemus.

* Hominem iustum significat. Michææ.7.nu.4.

Radere.

Caput radere tristitiæ,& ignominiæ est. Ham.8. nu.30.

Radix.

Lilij radix cordis similitudinem habet, & sursum ascendit. Hos.14.n.14.

Ramus.

Festum ramorum arborum. Zach.14.66.

Ratio.

* Sub ratione congregauit Deus inferiores potentias. Soph.3.55.

Oo Rebla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reblatha vrbs.
Vbi sita. Ham. 6. n. 8.
Recapitulatio.
† Familiaris est scripturæ sacræ. Ionæ. 3. n. 30. Sophon. 2. n. 17.
Recumbere.
† Ad mensam recumbere consuetudo Hebræorum, Græcorum, & Latinorum Hos. 3. n. 9.
Reconciliare.
Animos dissidentium reconciliantes laudantur. Zach. 10. 33.
Recordari.
† Recordari, idest, facere. Haba. 3. n. 7.
Redundantia.
† Pro nominis redundantia. Ham. 2. n. 24.
Regio.
Multæ regiones à posteris Noe nomina sortitæ. Ion. 1. n. 7. & 8.
Regina.
Quis fuerit. Soph. 3. n. 28. 29.
Regnare, Regnum, Regina, Rex, vide etiam Princeps.
* Impij sæpe regnant propter peccata populi. Hos. 13. n. 16.
† Animæ regnum. Ham. 2. num. 6. Mich. 4. n. 72.
Reges Iudæ quot annos, & quando singuli regnauerint. Præl. 2. n. 27.
† Rex noster Christus. Mich. 4. n. 73.
* Regis officium pascere, & rex pastor dicitur. Mich. 5. n. 31.
† Reges crudeles dicuntur leones. Nah. 2. numero. 67.
† Rex Assur, voluntas. Nah. 3. n. 35.
Rex iustus. Haba. 1. n. 46.
† Reges dicuntur montes. Haba. 3. n. 30. Mich. 6. num. 1.
† Reges dicuntur fluuij. Hab. 3. n. 39.
† Regina cœli luna Soph. 1. 25.
Regna terræ, & reges ministri sunt prouidentiæ Dei ad puniendum, & exaltandum. Zach. 6. 7. & seq.
Rex pius quantum iuuat ad multitudinis salutem. Hag. 1. 36.
Gentium regnum, idest, regnum Romanorum. Hag. 2. 71.
Regnum Romanorum, vide Roma.
* Diaboli regni destructio. Hag. 2. 86.
Quatuor mundi regna per quatuor quadrigas significata. Zach. 6. n. 1. & seq.
* Consilium dare est munus regis. Zacha. 9. 65.
Relatiuum, vide Quis.
Religio virtus.
† Vnde dicta. Ham. 9. n. 7.
Religionis virtus quomodo præstet misericordiæ Hos. 6. n. 26. & seq.
* Societas religionis maxima mutuæ dilectionis causa est. Mal. 2. 21.
Religio, idest, vita religiosorum, & Religiosus.
* Religionum exordium, & initia. Mich. 7. num. 38. Zach. 11. 41.
* Qui in religionem recipiuntur quomodo probandi. Hoseæ. 2. numero. 101. Zachariæ. 11. 38.
* Religionibus quid maxime noceat. Hose. 2. nu. 101. 102. Zacha. 11. nume. 36. & sequ. vsque ad 47.
* Vitam religiosorum qualem esse oporteat. Hoseæ. 4. n. 45. & seq. Mal. 1. num. 39. 40. 41. 42. 43. 44.
* Religionum laus, & quam grauiter errent religionum detractores. Hamos. 2. numero. 26.
* Qui alios à religione auocant, quam grauiter peccent. Mich. 2. n. 56. Ham. 1. 31.
* Religiones dicuntur montes. Hamos. 4. numero. 34.
† Dicuntur funiculus Dei. Zach. 11. 41.
* Religio sorũ duplex genus. Ham. 9. n. 26. Habd. num. 127.
* Religiosi quidam optimi, quidam pessimi. Habdiæ. 127.
Religiosorum vita domus deliciarum, è quibus bonos ejiciunt mali. Michæ. 2. 55. 56.
Opera vitæ religiosæ sunt caro sanctificata. Hag. 2. n. 78.
† Religiones dicuntur ciuitates munitæ. Mic. 7. n. 38.
Religiosi non viuentes iuxta suũ institutũ, sed aliarum religionum seruare instituta volentes induuntur veste peregrina. Soph. 1. num. 52.
Religiosorum vita qualis. Hag. 2. numero. 78. 79.
Vocati ad religionem cogitationes quales. Zacha. 8. 23.
Fundatores religionum quomodo tot homines ad suum institutum sequendum pertraxerint. Zach. 8. n. 45. 46. 47.
Superiores religionum quales esse debeant. Zac. 11 n. 37. 38.
Religiosi quomodo glotiari debeant in patrum suorum virtutibus. Hamos. 9. 26.
Religiosus quid maxime curare debeat. Zach. 11. n. 43.
Religiosus se, & omnia sua Deo, & proximorum saluti consecrat. Zachariæ. 14. numero. 68. 69.
Qui in religionibus contra obedientiam faciunt ea etiam, quæ bona videntur reprehẽduntur. Mal. 1. 39.
Apostatæ religionum reprehenduntur. Mal. 2 nu. 40. 41.
In religionis ingressu ostendit Deus mirabilia. Mic. 7. 62.
In religiones pauci admittendi. Hoseæ. 2. 100.
Religionis ingressum prohibentis scelus. Hamos. 1. 31.
Religionum disciplina est caro sanctificata, si portetur in vestimento tantum, id est, exterius, sanctificat alios. Haggæi. 2. 78. 79.

* Religionum ruina est superbia. Zach. 11. 36. & seq.
Religionis ruina fit ex admissione, retentione indignorum. Zach. 11. 36. 37. 38.
Religiones non respondentes vocationi suæ abijcientur, & aliæ pro eis substituentur. Zacha. 11. 41. & sequentibus Idem de religiosis. ibid.
Religio susceptanon deserenda. Mala. 1. 39. & seq.
Religionum præpositi, si dormitant, valde nocent, & seuere puniuntur Zac. 11 38. 39.
Religiosorũ sacrificia in votis suis. Zac. 14. 51.
Religiosi quidquid habent boni, Deo offerẽt, & fratrum saluti. Zac. 14. 68. 69.
Religiosorum peccata non sunt euulganda laicis. Mich. 1. 54.
Religiosi, qui contra obedientiam opera pœnitentiæ exercent, de rapina offerunt. Mal. 1 39 & seq.
Religiosus, qui corde laicus est, induitur veste peregrina. Soph. 1. 51
Religiosi, qui à patribus suis degenerant, confundentur Soph. 1. 75.
Inter religiosos, etiam diuersarum religionum magnæ causæ sunt mutuæ caritatis. Hag. 2. 90. & seq.
Religiosi, qui diu vixerunt in religione, & sine fructu sunt, sunt quercus Basan, quæ iubentur vlulare. Zac. 11. 37.
* Religiosis singularitas vitanda. Mal. 1. 44.
Reliquiæ.
† Electi vocantur reliquiæ Hamos. 9. num. 38. & Mich 2 numero. 62. capit. 4 nu. 57. Zac. 9 18.
† Reliquiæ, virtutes. Mich. 2. n. 71.
† Relinqui saluari. Zach. 9. 18.
Remmon.
Colis Remmon in terra Beniamin situs. Zachar. 14. 35.
Rempham.
† Idolum stellæ luciferi. Ham. 5. n. 72.
* Rempham pecuniæ. Ham. 5. n. vlt.
Ren.
†† Defectio renum magnam virium significat defectionem. Nah. 2. n. 65.
Renes vbi sint in animali, & quam vim habeant. Nahu 2. n. 66.
† Renes pro libidine. Nah. 2. n. 66. 67.
Repeto, Repetitio.
† Repetitionibus cur vtatur scriptura vide Geminatio.
† Sententiarum repetitione vtitur scriptura ad confirmationem. Sopho. 1. 15.
Repham.
† Stella sic dicta. Ham. 5. n. 72.
Reprehendere, vide Correptio.
Reprobus, vide Peccator.
* Reprobis venit calamitas, è qua non euadent. Mich. 2. 23.
* Reprobis commune est dolere de aliorum profectu, & eum impedire, & quomodo puniantur. Soph. 2. 37. 38.
* Reprobi cum reprehenduntur, abscondunt peccatum, & excusant, non sic electi. Ion. 1. 52. & seq.
* Reprobi admoniti, aut beneficijs allecti aut nõ redeunt ad Deum, aut cito recedunt Sopho. 3. 18.
* Reprobi reparare volunt bona temporalia à Deo ablata, vt peccatis indulgeant, ied nihil proficiunt. Mal. 1. 27. 28.
* Tardi & difficiles sunt reprobi ad pœnitentiam electi vero faciles. Ionæ. 1. numero. 52. 53. 54.
* Hædi dicuntur. Zach 9. 61.
* Quomodo seruiant electis. Mal. 1. 12.
Reptile.
* Significat homines callidos. Hose. 2. numero. 92.
* Reptile peccator Haba. 1. n. 46.
Repudium.
* † Quomodo permittatur. Mal. 2 36. 37.
† † Lex repudij quomodo intelligenda. ibid.
Requiescere.
† Significat spem habere. Michææ. 3. numero. 16.
† Requiescere, consentire. ibid.
Res.
Cognitio rerum, quam necessaria ad scripturam sacram intelligendam. in proœ. in Zachar. numero. 5.
† Deus loquitur rebus. Zach. 1. n. 12.
Respicere.
† Respicit Deus, idest, miseretur. Hab. 3. n. 29. Zacha. 9. 22.
Respondere.
† Pro Rependere. vel Reddere Hos. 5. n. 11,
† † Respondere, Incipere loqui. Zach 4. 26.
† Respondens pro discipulo. Mal. 2. 26.
Resurgere Resurrectio.
* Resurrectio Christi Domini prædicitur, & probatur. Hos. 6. n. 3 c. 13. n. 24. Mic. 7. n. 36 37. Zacha 3. 26.
* Resurrectio Christi, & successus Ecclesiæ post eam Mich. 7. 36.
* Resurrectio nostra quomodo per Christi Domini resurrectionem facta. Hoseæ. 6. numero. 5.
* Resurrectio Christi Domini quomodo intelligatur fuisse post tres dies. Hoseæ. 6. numero. 6.
* Resurrectionis Domini meditatio plurimũ valet ad spẽ resurrectionis nostræ excitandam. Hose. n. 6. 46.
* Typus resurrectionis Domini Ionas. Ionç. 2 23. c. 3 n. 34. & seq
* Resurrectio Christi Domini Iudæis nota. Ionæ. 3 numero. 33. 34. Sopho. 3 numero 20. & seq.
† Resurgere pro Resurrectio Sopho. 3. numero. 20.
* Resurrectio Christi quomodo fiat in nobis. Soph 3. 45. & seq.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Resurrectio iustorum cu dote agilitatis. Mal. 4.6.

Reuelare.

† Reuelare turpitudinem, id est, corpus denudare, & libidini vacare. Hosee. 2. numero. 68.

† Reuelatio turpitudinis prohibita, est illicitus concubitus. Hos. 2. n. 68.

Rex.

Vide regnare.

Rhinoceros.

* Eius vis, & natura Ham 6.41

Rhinocolura.

Vbi sita. Ham. 6. n. 46. 47.

Rhodas, Rhodij.

† A quo nomen acceperint Ion. 1. n. 8.

Richardus.

Qualis scripturæ interpres. In Proœm. in Mich. num. 12.

Rhoca.

Rhoca fuitauia Nini regis. Hos. 2. 63.

Roboham.

Quando & quot annos regnauerit. Præl. 2. nu. 27.

Roma, Romanus.

Administratio imperij Romanorum. Præl. 2. numero. 25.

Romani multas cõsuetudines habuerunt communes cum Hebræis, & Græcis. Hos. 3. n. 9.

Romani, à quo ducant originem. Habdiæ. num. 2. Roma quo tempore condita. Præl. 2. num. 3 & 27.

Romanorum regnum dicitur regnum gentium per Antonomasiam. Hag. 2. 61.

Regnum Romanorum quando maxime destrui cœpit. Hag 2. n. 72.

Regnum Romanorum per equos varios, & forte significatum. Zach. 6. n. 5.

Romulus.

Quando, & quot annos regnauerit. Præl. 2. numero 3.

Ros.

In terra promissionis facit, vt germina nimio calore non æstuent. Hos. 14. numero. 13. Michæ. 5. 74.

* Ros, doctrina Euangelica. Mich. 5. n 74.

* Ros, gratia, aut deuotio. Hag. 1. n. 55.

Ros magnifiebat apud Iudæos. Zach. 8. 14.

Rubigo.

† Quid sit. Ioe. 1. n. 7. Ham. 4. n. 10.

Ruere.

† Significat in aliquam magnam calamitatem sibi ab aliquo tamquam laqueum paratam, deuenire. Soph. 1. 15.

† Ruere, cadere. ibid.

Rufinus.

Qualis autor. Hos. 2. n. 78.

Commentarij in prophetas Rufino ascripti non sunt ipsius. Hos. 2. n. 78.

Rufus color.

† Vltionem significat, & cædes. Zachariæ. 1. 14. 18.

Ruina.

† Pro calamitate. Soph. 1. 15.

Rupertus.

Qualis autor. Præl 1. n. 10. & in Proœ. in Malac. num. 12.

Rursum.

† Significari solet in scriptura per verbum conuerti. Ham. 5. nu. 12.

S.

Saba, Sabæus.

† Vbi, & qui sint. Ioe. 3. nu. 13. & 14. Sophoniæ. 3. 28.

A quo dicti. Soph. 3. 28.

Sabatha, & Sabatheni.

Sabatha, Sabathenorum autor. Sophoniæ. 3. 29.

Sabatheni vbi siti. Soph. 3. 29.

Sabathaca.

† Quis fuerit. Soph. 3. n. 28. 29.

Saccus.

† Lugentium erat vestis. Ham. 8. n. 30. & Ionę. 3. n. 30. & 31.

† Saccus ẽ cilicio fiebat, ideoque alterũ pro altero poni solet. Ham. 8. n. 30.

* Sacco induti prophetæ prædicabant pœnitentiam. Zach. 13. 8.

Sacco quomodo vtendum. Ionæ. 3. numero. 30. 42.

Sacculus.

† Pecuniam in sacculum pertusum mittere quid sit. Hag. 1. 47. 48.

Sacerdos, Sacerdotium.

Vetus sacerdotium fuit typus noui Ioe. 3. numero. 14.

Sacerdotium quomodo Iudæis ablatum. Hosee. 4. num. 12.

* Sacerdotium quomodo appetendum Hos. 2. numero 103.

Sacerdotium vetus reiectum, nouumque acceptum Deo Mal. 1. 31.

Sacerdos exemplo suo debet proximos iuuare Hos. 4. numero. 14 15. 16. capit. 6. numer. 53. cap. 8. n. 2. Zach. 3. n. 50. Mal. 2. 29 cap. 2. per totum.

Sacerdos tenetur orare pro populo, & eius peccata corrigere. Hos. 4. n. 14. 15.

Sacerdotis munus. Hos. 2. n. 103. Hag 2. 64.

Sacerdotes mali reprehenduntur. Sophon 1. numer. 46. 47. c. 3. n 12. 13. Zach. 14. numer. 53 Mala 1. n. 16. & 29. 36. cap. 2. num. 1. & sequ.

Perfectio & sanctitas sacerdotis qualis esse debeat. Mal. 2. 16. 17. cap. 3. nu. 21. 22.

Sacerdotes, qui in confessione soliciant mulieres, reprehenduntur. Sophon. 3. numero. 13.

Pileus sacerdotis qualis. Zacha. 3 numero. 14. & seq.

† Dignitas sacerdotij per mitram significata. Zach. 3. 17.

* Gubernatio populi Iudaici post solutam captiuitatem fuit penes summum sacerdotem. Zacha. 3. 19.

Angeli multi vni sacerdoti deputati. Zachariæ 3. 21.

Debebant offerre panes, qui fierent ex frumento, quod ipsi sererent, & meterent, & molerent, & coquerent. Mal. 1. 18.

Christianus quilibet non simpliciter, & proprie, sed quodammodo est sacerdos. Mal. 2. nu. 1. c. 3. 39.

Os sacerdotis quale esse debeat. Mal. 2. numero 2. 13.

Sacerdoti partes victimæ reseruabantur. Mal. 2. n. 4 & 7.

Pactum pacis à Deo cum sacerdotibus factum Mal. 2. 10.

Laus sacerdotis. Mal. 2. n. 10. 11.

Officium sacerdotis est corripere delinquentes. Mal. 2. 12.

Officium sacerdotis docere populum. Mal. 2. 13.

† Angelus Dei dicitur. Mal. 2. n. 14. 15. 16.

† Aurum dicuntur. Mal. 3. 21.

* Sacerdotum scandalum quam graue. Hos. 4. 43. & c. 6. 53. Mal. 2. 18.

* Sacerdotes polluentes sanctum. Soph. 3. 5. 12. 13

Sacerdotis mali benedictionibus maledicit Deus. Mal. 2. 2. 3.

Sacerdos malus quam contemptibilis fiat. Malach. 2. 5. 19.

Sacerdotis sancti descriptio. Mal. 2. 9. & seq.

Eius scientia. ibi. 13. Eius vita. ibi. 14. 15. Eius si delitas in tradenda doctrina Dei. ibid. 14. 15. 16. 17.

Sacerdotes mali quantũ noceãt. Hos. 5. 10. & c. 6. 53.

Sacerdotes mali tollentur. Soph. 1. 47.

Sacerdotes clamare debent, cum viderint iram Dei. Hos. 8. 2.

Sacerdotes tales esse debent, vt moribus suis futura prænuntient Zach 3. 50. Et ad hos adducit Dominus filium suum Orientem, vt in eis germinet. ibid.

Sacerdotum vita exemplum esse debet aliorũ. Zach. 3. 51.

Sacerdotes quomodo polluant mensam Domini. Mal. 1. 29.

Sacerdotes si iungantur cum principibus, magnum lucrum est animarum. Hag. 1. 36.

Sacerdos ignorãs offert cæcũ Si autẽ Deo, & Mammonæ seruire velit, offert claudũ. si auaritiæ, aut libidini, offert languidũ. Mal. 1. 30.

Sacerdotes accipientes reditus, & non laborantes. Mal. 1. 36.

Sacerdotes agant pœnitentiam. Ioe. 1. 31.

Sacramentum.

Frequens sacramẽtorum vsus quã sit vtilis. Hos. 7. n. 15. Huius sumptionis irrisores. ibid.

Sacramẽtalia sunt valde necessaria. Ioe. 1. n. 21.

Septem sacramenta per septem infusoria significata. Zac. 4. n. 6. 28.

Quomodo vasa dicantur gratiæ. Zach. 4. n. 6.

† Fontes dicuntur. Zac. 13. 18.

Sacrificium, Sacrificare.

Sacrificium mundum Christianorum in toto orbe offerendum. Mal. 1. 31. 32.

Libatio sacrificiorũ quomodo fieret. Ioel. 1. n. 24.

Sacrificium laudis. Mich 6. n. 22.

Sacrificiorum triplex genus apud Iudæos Hosee. 6. n. 28.

Sacrificia veteris legis figura fuerunt sacrificij Christi Domini. Hos. 6. nu. 22. Zach. 14. 49.

Sacrificia veteris legis an fuerint Deo grata. Hos. 6. n. 19.

Iudæorum sacrificia cur cessauerint. Hos 3. numero. 19.

Nouæ legis sacrificia in magna multitudine prædicuntur. Zach. 14. 49. 51.

* Missæ sacrificium quam acceptum Deo. Mal. 3. nu. 23.

Sacrificare in montibus excelsis more gentilium à Iudæis vsurpatum. Hoseæ. 4. numero. 24.

Per ignem sacrificare filios. Hos. 5. n. 13.

* Qui peiora Deo offerunt, reprehenduntur. Malac. 1. 38. 45.

* Partes sacrificij, quæ sacerdoti reseruabantur. Mal. 2. n. 4. & 7.

* Sacrificandæ Deo concupiscentiæ nostræ. Ionę. 2. 38. Mic. 4. 80.

Sadai.

† Quid significet. Hos. 1. n. 10. Ioe. 1. n. 27.

Sæculum, vide etiam Mundus.

Sæculi bona, vide Bona.

* Contemptus sæculi. Hos. 2. nu. 80. ca. 6. n. 49. c. 8. num. 16. c. 11. nnm. 19. Sopho. 1. 41. Zachar. 10. 34.

Consolationes sæculi propter Deum relictæ non sunt repetendæ. Ham. 4. n. 26.

Amatores sæculi. Hos. 4. n. 6. & 7. & 44. c. 5. n. 30. 31. c. 10. n. 32. c. 12. n. 17. 18. Ham. 3. n. 24. Zac. 2. 29. 30.

* Sæculi peccata. Ham. 3. n. 16. c. 5. n. vlt.

† Sæculum pro longissimo tempore siue præterito siue futuro. Ham. 9. numero. 36. Mich. 5. numer. 39. & 45.

† Sæculum pro initio mundi. Michæ. 5. n 41.

† Dies sæculi, & dies antiqui qui dicantur. Ham. 9. n. 36.

* Ad sæculi curas, & negotia redire post acceptã gratiam periculosum. Ham. 7. 8. 9.

* Sæculi potestates subijciet sibi Deus in die iudicij. Mich. 1. 28.

* Sæculum cum reliquimus, mirabilia Deus ostẽdit. Mich. 7. 62.

† In sæculum sæculi, in sæculum, & sæculum, in sęcula sęculorũ, æternitatẽ significãt. Mic. 5. n. 43

† Sæculũ quãdo significet æternitatẽ. Mic. 5. n. 45

† Sæculũ per Sodoma significatum. Hos. 2 n. 83.

† Sæculum per Libanum significatum. Nah. 1. numero. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mare dicitur. Zac. 12. 25.

Sagitta.

Diuinare per sagittas conſuetum antiquis. Hoſ. 4. num. 22.
† Sagittæ Dei fulgura. Habac. 3. 43.

Salem, vel Salim.

Vbi ſita. Habd. n. 98.

Salmanaſar.

Quanta eius potentia. Ham. 7. n. 4.

Salomon.

Quando, & quot annos regnauerit. Præl. 2. num. 29.
Naues Salomonis quò, & quà irent. Ion. 1. nu. 10. 11. 12. 15. & ſeq.

Saltus.

Saltus Ieruſalem. Zach. 11. 6.

Saluator.

† Saluator, ideſt, dux, & iudex. Habdiæ. numero. 116.
† Saluatores apoſtoli, & prædicatores. ibid. num. 118. 119. 120.
† Saluatores diuinæ inſpirationes. Habd. numer. 129.

Saluator noſter, vide Chriſtus.

Samaria, Samaritanus.

Samaria vrbs vbi ſita. Ham. 3. n. 14. Hoſ. 1. nu. 97. Vnde ita dicta. Ham. 3. 14.
† Samaria ſonat cuſtodi. Habd. n. 124.
Samaritani qui. Hoſ. 1. 1. 97.
Puteus Samaritanæ. Hoſ. 6. n. 34.
* Samaritani figura eorum, qui à Dei cultu recedunt Mich. 1. n. 16.

Sanctus.

† Sancta, & ſancta ſanctorum quę pars eſſet tẽpli. Ioel. 2. n. 28. Habd. n. 82.
Sanctum quid Ioe. 3. n. 22.
Sanctus, ideſt, ſanctificans. Hoſ. 11. n. 32.
Sanctus, ideſt, miſericors. Ham. 6. nu. 26. Mic. 7. num. 7.
Sanctus, ideſt, Deus. Habd. n. 82.
† Sanctus nomen Chriſti. Habac. 3. 17.
* Aduerſis rebus gaudebant ſancti. Hoſ. 2. 84.
Mali, velint, nolint, ſanctos homines intra ſe venerantur. Hoſ. 2. n. 93.
Sancti vocantur peregrini, & cur. Hoſ. 4. nu. 7.
Sanctorum præſtantia. Hoſ. 14. n. 17. 18.
Sancti olent quamdam immortalitatem. Hoſ. 14. n. 18.
* † Sanctum, ideſt, templum. Habd. n. 82. Soph. 3. num. 5.
*† Sancti oliuæ. Hoſ. 14. n. 17.
*† Sancti cedri. Hoſ. 14. n. 18.
*† Sancti montes. Ham. 4. n. 34.
Sancti patres optimi interpretes ſcripturarum. in Proœ. in Hag.
Sanctorum ingenia, & eloquentia quanta. ibid.
*† Sancti dicuntur cœlum. Ham. 9. 16. Hag. 1. 51.
*† Gloria Dei dicuntur. Zach. 12. 9.
* Feruentiores ſurrexerunt ſancti per pœnitentiam. Zac. 12. n. 10. 11.

Sanctificare, & deriuata.

† Significat parare, & ſegregare. Ioe. 1. nu. 25. Sophoniæ. 1. numero. 150.
Sanctificatio, ideſt, templum. Ham. 7. n. 12.
† Sanctificium, id eſt, templum. ibid.
† Sanctuarium, ideſt, templum. ibid.
† Sanctificare, aliquid, ad Dei cultum aſſumere. Soph. 1. 50.

Sanguis.

* Spiritualis occiſio. Hoſ. 1. n. 69.
† Sanguis, peccatum. Hoſ. 4. n. 5. Nah. 3. n. 1.
† Sanguis, pœna pro delicto inflicta. Hoſ. 12. n. 20
Sanguinis eſus Iudæis prohibitus. Hoſ. 4. n. 3.
Fœdera cum ſanguine effuſo inibantur. Hoſe. 10. num. 10. 11. Zach. 9. 52.
† Sanguis teſtamenti cur dicatur ſanguis Chriſti. Zac. 9. 52.
† Bibere ſanguinem quid ſit. Zach. 9. 60.
† Repleri ſanguine. ibid.

Sapientia.

† Sapientia ſanctitas. Hoſ. 7. n. 32.
* Sapientia mundi quomodo à Deo comprehendatur Ion. 3. n. 32.
Superbia ex ſapientiæ opinione orta. Hag. 2. nu. 62. Nah. 1. n. 23.
* Sapientia cœleſtis à Deo petenda, & qualis ſit. Zac. 10. n. 26. & ſeq.
* Sapientia vera non eſt ſine caritate. Zach. 10. 26 27.

Saraceni.

Luciferum ſtellam adorant. Ham. 5. n. 72.

Sardanapalus.

Quo tempore regnauerit. Præl. 2. n. 5. & Nah. 2. n. 2. & ſeq.
Sardanapalus quando, & à quibus victus. Nah. 2 n. 2. & ſequ.

Sarepta.

Vbi ſit. Habd. n. 94.
An ſit Gallia. Habd. n. 103.

Satagere.

† Quid proprie ſit. Mich. 4. n. 62.

Satan.

† Significat idem quod aduerſarius, oſor, calũniator, detractor. Zach 3. 6.

Saturnus.

† Quis. Hoſ. 2. n. 62. c. 5. n. 37.

Saxones.

Vxores ſuas trecentis ſolidis emunt. Hoſ. 3. numero. 9.

Scabellum.

† Pedum Dei ſcabellum, corpus hominis iuſti. Hag. 2. n. 62.

Scandalum.

* Id eſt homicidium. Hoſe. 1. nu. 78. præſertim in principibus. ibid. & 83 &c. 90.
* Scandali grauitas. Hoſeæ primo, numero. 78. 83.
* Quomodo puniantur qui alijs ſunt ſcandalo, vide exemplum. Et Sophoniæ. 2 34. & ſequentibus.
† Scandalum, ideſt, grauis afflictio. Sopho. 1. 14.
* Qui cũ ſcandalo aliorũ proficere volunt, æduicant Sion in ſanguinibus. Mic. 3. 25.

Scenopegia.

† Quid eſſet. Hoſ. 12. n. 12.

Scientia, Scire, vide Doctrina, literę.

† Deum ſcire eſt opera cum cognitione coniungere. Hoſ. 4. n. 1. c. 6. n. 28.
* Scientiarum ſtudium præcedere debet cognitio Dei, ac ſui ipſius. Hoſ. 10. n. 39. 40.
† Scire eſt benefacere. Hoſ. 13. n. 4. Ham. 3. nu. 2. Nah. 1. n. 16.
† Scire. i. ſcire ad cuſtodiendum. Nahu. 1. nu. 16.
† Scire, confirmari in cognitione. Zachar. 2. numero. 23.
Sciendi immodica cupiditas. Zach. 8. 24.
† Scientiæ Oriens dicuntur. Zac. 8. 24.
* Sciendi cupidi effunduntur in Orientem, & cogitant aliena ac ſua relinquunt. Zachariæ. 8. 24. 25.

Scriba.

* Scribas, & Phariſęus quomodo reiecerit Deus. Soph. 3. n. 31. & 33.

Scriptura.

* Scriptores laſciuorum adiutores Diaboli. Mic. 1. 62. 63.
Interpretandi ſcripturas quod optimum genus. Prælu. 1. & in Proœmio. Ioelis, & in Proœmio Habacuc, & in Proœmio in Sophoniam, & in Haggæum.
* Intelligentia ſcripturarum vnde petenda. Præl. 1. numero. 15. Prælu. 4. numero. 7. & in Proœ. in Michæã, & in Proœmio in Sophoniã, & in Haggæum.
Scripturæ ſacræ antiquitas. Prælud. 2. numero. 26.
Cur ſcripturam ſacram obſcuram eſſe voluerit Deus. Prælud. 6. num. 5. &. 6. & in Proœmio in Hamos.
Studium ſcripturæ per difficile, ſed iucundiſimũ, quodque ſtudentibus pretium operæ ſit. in Proœm. in Ham.
* Scriptura ſacra quomodo legenda in Proœ. in Ham. n. 3. & in Proœ. in Hag. n. 5.
Scriptura ſacta quam lata. Ham. 6 n. 9.
Scripturæ ſacræ eloquentia, & ſapientia. Hamos. 3. n. 27. & in Proœm. in Nahum, & Nahum. 3. num. 2.
* Scriptura ſacra ſub vno ſenſu Hiſtorico continet plures myſticos. in Proœmio in Ionam. numero. 2.
Humanæ hiſtoriæ per ſcripturam ſacram corrigũtur. Nah. 2. n. 4. & ſeq.
† Scriptura ſacra dicitur mare. Nah. 3. n. 13.
† Scriptura ſacra, argentum. Soph. 1. 73.
* Scriptura ſacra eodem ſpiritu intelligenda, quo ſcripta eſt. in Proœmio in Haggæ. numero. 5. &. 6.
* Ad ſacram ſcripturam exacte intelligendam animi puritas neceſſaria maxime eſt. in Proœm. in Hag. n. 5. &. 6.
Scripturæ interpretatio per traditionem tradita. in Proœ. in Hag. n. 8. 9. &. 10.
* Verba ſcripturæ ſunt lapides, quibus Dauid deiecit Goliath. Zac. 1. 75. c. 9. 59. 70.
*† Per volumen decem cubitorum latitudinis, & viginti longitudinis, ſignificatur. Zachariæ. 5, nu. 8.
* Scripturæ ſacræ ſtudij dignitas, & vtilitas, & quo animo ſit ei incumbendum. in Proœ. Hamos.
* Scripturæ intelligentia valde oratione iuuatur. In proœ. Mich.
* Scriptura cibus, & potus animæ. Hamos. 8. 44.
Scriptura mare eſt locupletans iuſtos. Nahum. 3. 13.
* Scriptura qui vtuntur ad oſtentationem, & nõ ad ſalutem animæ ſuæ diſperibunt. Sophoniæ. 1. 73.

Sculptile.

† Quid ſit. Nah. 1. n. 40.

Sebiſte vrbs.

Vbi ſita. Ham. 3. n. 14.

Seboim vrbs.

† Vbi fuerit. Hoſ. 11. n. 30.

Secundus, a, um.

† Porta dicta ſecunda. Soph. 1. n. 53. 54.

Securus, Securitas.

* Iuſti ſecuritas. Zach. 10. 32.
* Securi eſſe non debemus poſt acceptam iuſtitiam. Ion. 2. 38 Mich. 7. 61.

Sedecias.

* Quo tempore, & quantum regnauerit. Præl. 2. nu. 27.
*† Sedecias, id eſt iuſtitia Dei, & eius Tropologica expoſitio. Ham. 6. n. 51.
Quomodo à Nubuchodonoſor defecerit. Hoſ. 2. num 57.

Sedere.

† Mœrẽtium eſt ſedere. Hoſ. 3. n. 18. Ion. 3. n. 31. Mich. 7. n. 29.
† Sedere firmitatem, & conſtantiam ſignificat. Hoſ. 14. n. 19.
† Sedere, accurate aliquid facere. Mal. 3. 20.

Sehir.

† Idem quod hiſpidus. Ham. 1. n. 23.

Sella.

† Quid ſit, & quid ſignificet. Haba. 3. 18.

Seleucia.

Vbi ſita. Ham. 6. n. 6. &. 7.

Seleucus.

Condidit Seleuciam, & regnauit in Syria. Ham. 6. nu. 7.

Sella.

† Vnde dicta. Habd. 13.

Sem.

Quos habuerit poſteros. Hoſ. 5. n. 37.

Semen, Seminare.

† Semen, bona opera. Hoſ. 10. n. 39.
* Seminare ſpiritualiter. Hoſ. 8. nu. 19. c. 10. num. 39. Mich. 6. n. 41. Nah. 1. nu. 52. Hag. 1. numer. 43.
† Seminare pro creare filios. Nah. 1. n. 34.
* Seminatio Diaboli. Nah. 1. n. 52.
* Seminare multum, & colligere parum ſpiritualiter quid ſit. Hag. 1. n. 43. 46.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Semen pacis, ideſt, pacificiſemen ſanctitatis, id eſt ſancti. Zach. 8. 13.
Semiramis.
Niniuxor, & quando regnauerit. Hoſ 2. n. 61. Nahum. 2. n. 1.
Senahar.
Campus ſenahar vbi. Ham. 6. n. 6.
Senex.
* Senex quicunque mente matura eſt. Ioel. 1. numero. 4.
* Senum prudentia, & conſilium quam neceſſaria. Zach. 8. n. 7. & 8.
* Senes, Eccleſiæ præſules. Zach. 8. n. 7.
* Homines quo ſeniores, eo prudentiores eſſe ſolent. Zach. 8. n. 8.
* † Senes, maturæ cogitationes Zach. 8. 21.
Senſus.
Senſus literalis, ſeu Hiſtoricus vide, Literalis ſenſus. Allegoricus, vide Allegoria.
* Senſus literalis, & ſpiritualis vnde ſumendi. Hoſe. 11. n. 5. 6. 7. 8. & ſeq Hag. 1. n. 31. Zach. 2. n. 2. in proœ. in Mal.
Non continuo Hiſtoricus ſenſus eſt, qui ab hoc, aut illo patre Hiſtoricus putatur. Prælu. 5. 19.
Eadem verba nequeunt ſignificare idem ſenſu literali, & ſpirituali. Hoſ 11. n. 11.
Sub vno ſenſu literali continentur plures ſpirituales, in proœ. in Ionam. n. 2.
Senſus myſtici, ſeu ſpiritualis veritas defenditur, in proœ. in Ion. n. 2. & 3.
Senſus myſticus vnde petendus. ibid. & Ion. 2. n. 24. & in proœmio in Habac. & in proœmio in Mala.
Senſus Moralis non eſt quærendus, vbi ipſa hiſtoria moralis eſt. Mich. 3. nu. 7.
Senſui Hiſtorico omnia verba conuenire debent Allegorico non ita. Zach. 3. n. 22.
† * Corporis ſenſus dicuntur flumina. Zachar. 9. num. 68.
† * Senſus qui non cuſtodiunt, cito defiguntur in fœcibus Soph. 1. 75.
† * Corporis ſenſus per feneſtras, & portas ſignificati. Nah. 3. n. 31. Soph. 1. n. 71.
† * Corporis ſenſus dicuntur populus. Nah. 3. numero. 36.
† * Oſtia dicuntur. Mal. 1. n. 37.
† * Cuſtodia ſenſuum. Mal. 1. n. 37.
Senſualitas.
† Terra dicitur. Zach. 12. n. 25.
Sententia.
Repetitione ſententiarũ vtitur ſcriptura ad confirmandum. Soph. 1. 15.
Separare.
† Separator nomen Chriſti Domini. Zacha. 9. nu. 15. 27.
Sepharad.
† An ſit Hiſpania. Habd. n 104.
Septem.
† Numerus ſeptenarius Iudæis familiaris, & multitudinem ſignificat. Mich. 5. n. 60. Zacha. 4. numero. 5.
Septem dormientes dormierunt. 372. annos, & alij ſeptem fratres dormierunt plurimos annos Hoſ. 1. n. 48.
† Septem ſpiritus qui ſunt ante Deum, & ſunt ſeptem magni angeli, quibus cura totius orbis tradita eſt. Zach. 3. 46. 47.
† Septem infuſoria, ſeptem ſacramenta. Zachar. 4. n. 6.
Septuaginta.
Septuaginta interpretes quales. Ionæ. 3. nu. 12. 13 14. 15. 16. 17. Haba. 3. n. 9.
Septuaginta interpretes in myſterijs Chriſti illuſtrati ab ſpiritu ſancto. Habacuc. 3. numero. 9.
† Septuageſimus numerus finem ſæculi, ac plenam libertatem ſignificat. Zac. 1. 58.
Septuagenarius magnam multitudinem ſignificat. Zach. 1. n. 64.
Sepulcrum.
Sepulcrum vocatur quodcunque cadauer circunſtat. Nah. 1. n. 39.
Serapis.
Bos Ægyptius fuit, & qualis. Hoſ. 10. numero. 13.
Serimones.
Sermones poetici, & oratorij. Hoſ. 8. 2. Hag. 1. 54. 55.
Serpens.
Peccatum. Ham. 5. n. 52.
Serpens, mors. Ham. 9. n. 14.
Serpens maximus, ideſt, piſcis maximus. Ham. 9. n. 6.
Serra.
† Significat planſtrum. Ham. 1. n. 16.
Seruire, Seruitus, Seruus, vide laborare, & opera.
Seruire Deo, & mundo, vide Claudicare.
* Voluptatum ſeruitus qualis. Mich. 7. 14.
Seruire Deo, & mundo ſimul volentes intelliguntur in camelis. Zach. 14. 62.
Dei ſeruum eſſe maximus honor eſt in Proœm. in Habd.
Seruientes Deo non propter ſe, mercatores dicuntur. Zach. 14. 70.
Seruientes Deo quales fimus, & quales antea eramus. Hag. 2. 80. 81.
Seruientes Deo quam ei curæ ſint. Haggæi. 2. 76.
* Seruientibus Iudæis alienis regibus defuerunt prophetæ. Hag. 1. 53.
Settim.
† Settim arbor qualis. Ioe. 3. n. 24.
† Settim vallis vbi. Ioe. 3. n. 25. Mich. 6. n. 4.
Si.
† Interrogãtis eſſe ſolet. Ioe. 1. n. 5. Ham. 6. n. 9.
† Si, ſuppleri ſolet. Ioe. 2. n. 22.
† Negationis vim habet cum verbis affirmandi, & iurandi. Ham. 8. n. 21. Mal. 1. n. 22.
Sibilus, Sibilare.
† Irriſionem popularem ſignificat. Mich. 6. n. 39. Soph. 2. 55.
* Sibilus, vocatio Dei. Zach. 10. 19. & 36.
* Paſtoris Chriſti ſibilus. Zach. 10. 36.

Siccitas.
* Siccitas, tentatio. Hag. 1. 57.
Sichar, Sichem.
Idem ſunt. Hoſ. 6. n. 34. Habd. n. 91:
Duplex fuit. Hoſ. 6. n. 34.
Siclus.
† Nomen monetæ, & ponderis eſt. Ham. 8. numero. 14.
Quantum valeret. Ham. 8. n. 15. & ſeq.
Siclus æreus, argenteus, & aureus. Hamos. 8. num. 15.
† Siclus ſanctuarij quantum valeret, & quid eſſet Ham. 8. n. 16. & ſeq.
Sicut.
†† Sæpe non ſignificat æqualitatem, ſe drem figuratam reſpondere figuræ. Ioe. 2. n. 51. Mal. 3. numero. 24.
† Sæpe ſignificat ipſam veritatem rei. Hoſ. 5. numero. 27.
† Sæpe ſolet ſuppleri. Hoſ. 7. n. 6. c. 10. n. 27.
Sidon.
Vide ſita. Ioe. 3. n. 10.
Sihor fluuius.
Vbi. Ham. 6. n. 44.
Silere.
Vide tacere.
† Significat quieſcere, & reuereri, ac colere. Sopho. 1. 27. Zacha. 2. 35.
Silentium.
† Cultus Dei. Zach. 2. 33.
* Silentium in bonis ſpiritualibus acceptis valde vtile. Mich. 1. 69. 70.
Siloe.
Vbi. Soph. 1. 57.
Similitudo.
† Notæ ſimilitudinis ſemper ſignificant ſimilitudinem, ſed æqualitatem non ſemper. Ioe. 2. numero. 51.
Similitudinis notæ ſæpe ſignificant veritatem rei Hoſ. 5. n. 27.
Similitudinis notæ ſæpe ſupplentur. Hoſ. 7. num. 6. ca. 10. n. 27. Nahu. 3. nume. 23. Soph. 2. 20. Zacha. 6. n. 6.
Alterum mẽbrum ſimilitudinis poni ſolet altero omiſſo. Hoſ. 11. n. 15.
Simon.
Simon, & Iudas apoſtoli prædicarunt apud Perſas, & Babylonicos. Hoſ. 2. n. 10.
Simonia.
* Reprehenditur. Zach. 14. 53.
Simplex.
† Significat eum, qui nulli iniuriam facit. Mich. 2. nu. 35.
Singularis.
Numerus ſingularis pro plurali. Hoſ 8. n. 14.
Numerus pluralis pro ſingulari. Mich. 5. n. 37. 38. Haba. 1. n. 5.
Nomen ſingulare cum verbo plurali. Ioe. 2. n. 6
Verbum ſingulare cum nomine plurali. Mich. 2. n. 30.
† Verbum plurale cum nomine ſingulari. Mich. 1. 35. Zach. 10. 17.
Singularitas.
* Vitiũ ſingularitatis reprehenditur. Mal. 1. 39. vſque ad. 45.
* Singularitas religioſis vitanda. ibid. 44.
Siniſtra.
† Siniſtra malum, dextera bonum ſignificat. Ionæ 4. n. 19.
Sion.
Mons, & vrbs Ieruſalem. Mic. 3. n. 14.
† Sion Eccleſia. Mich. 4. n. 18. 19.
In monte Sion erat templum. Mich. 4. n. 17.
† Sion, & Ieruſalem in quo differant. Zach. 1. 49.
* Sion contemplationis typus. Zach. 2. & 30.
Sitis.
* Spiritualis ſitis quomodo extinguenda. Zacha. 13. n. 2. 18.
Situs.
† Situs plagarum orbis intelligitur. Iuxta ſitum Ieruſalem, & templi. Zach. 2. & 13.
Societas.
* Bona, aut mala ſocietas quantum iuuet ad bonum, vel ad malum. Hoſ. 6. n. 52.
Malorum ſocietas quantum noceat. Ionæ. 1. n. 36. 55. 56.
Societatis Ieſu finis, & inſtitutum. Hagg. 2. nu. 89. 90.
Socrus.
Quomodo odiſſe ſoleant nurus ſuas. Mich. 6. n. 16. 17.
Sodoma.
* Eſt typus ſæculi. Hoſ. 2. n. 8. 3.
† Sodoma Ieruſalem. Zach. 14. 4. 4.
Sol.
Vbi adoretur. Hoſ. 2. n. 62.
† Sol Chriſtus Dominus. Ham. 4. n. 38. Mal. 4. nu. 2. 34.
* Eclipſis ſolis factæ moriente Domino expoſitio Allegorica. Ham. 8. n. 36.
† Solis occaſus, mors. Ham. 8. n. 39.
† Sol, perſecutio. Ion. 4. n. 29.
* Proprietates ſolis. Mal. 4. n. 3. & 4.
Solicitudo.
* Solicitudo rerum temporalium prohibita, æternorum vero commendata. Mich. 6 n. 29.
* Solicitudo vocantur ſpinæ. Nahum. 1. numero. 50.
Solitudo.
Solitudo Eccleſia. Hoſ. 2. n. 82.
Solium.
† Quid ſignificet, & vnde dicatur. Habdiæ. numero. 13.
Somnium.
Prophetare per ſomnia excellens prophetiæ gradus. Ioe. 2. n. 57. 58.
† Somniatores ſuperbi. Zach. 10. 29.
Sophonias.
Quo tempore prophetauerit. Præl. 2. num. 22. 24. 27.
† Quid eius nomen ſignificat. Præl. 3. numero. 2. 3. 4. Soph. 1. n. 39.
Sors.
Sortium triplex genus. Ion. 1. n. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Quæ nam sortes licitæ, & quæ nã illicitæ. Ionæ. 1. n. 40. 41. 42.
Diuinatoriæ sortes illicitæ sunt. Ion. 1. n. 41. sed aliquando Dei iussu licitæ. ibid.
Sortes incertæ Dei voluntate regente redduntur certæ. Ion. 1. n. 41.
Speculari, Speculator, Speculatio.
† Speculatio pro re, quã speculamur & ꝓ prophetia, & pro speculatore sumi solet. Hos. 5. num. 3. & 4.
Speculator cui præest. Hos. 5. n. 3. & 4.
Spes.
* Aduersis rebus confirmatur. Hos. 2. n. 88.
Nunquam est abijcienda spes de salute alicuius in hac vita, dum viuit. Hos. 1. n. 22. Ion. 1. n. 50 Soph. 5 47.
Spes tota in Deo ponenda. Hos. 14. n. 10. Zac. 4 40. Zach. 6. 41. 42. c. 9. 23. 24. & 30. ca. 14 27. 59.
Sperans in alijs rebus, & non in Deo peribit. Ham 3 21.
Spes vitæ æternæ dilatat iustos. Ham. 6. 11.
Humilis totam suam spem in Deo collocat. Soph. 3. n. 33.
Spes quam necessaria vitæ spirituali. Ham. 9 n. 40. 50 Zach. 4. 40.
Spes honorum dicuntur custodes. Nah. 3. n 3.
Spem suorum quomodo erigat Deus. Mich. 4. 68. Hag 2. n. 56. 57. 58. 59. Zach. 4. 40.
† Baculus dicitur. Zach 8 22.
* Inanis mundi spes. Zach. 10. 29.
Spina.
† Spina arbor. Ioe. 3. n. 24.
† Spinarum torrens, quid, & quid mystice significet. Ioe. 3 n. 25.
† Spinæ, res aduersæ. Hos. 2. n. 59.
† Spinæ, solicitudines, & curæ. Nah. 1. n. 50.
Spiritus, Spiritualis.
* Spirituales viri principes sunt, & indices. Mich. 3. 24. vide perfectus.
† Spiritus substantiam incorpoream, & ventum significat Hos. 4 n. 38.
† Spiritus, pro spiritu prophetico Hos. 9. 10. Zac 6. 21.
† Spiritus, pro ira, & furore. Zac. 6. 21.
* Spiritus viri concupiscentia fœmina dicitur Zach. 2. 25.
Spiritus sancti diuinitas probatur. Ioe. 2. nu. 55. Nah. 4. n. 33.
Missio spiritus sancti Ioe. 2. n. 55. & seq. Hag 2. n 18 Mal. 3. n. 19.
Dona spiritus sancti Ham. 3. n. 19. c. 4. n. 35, & Mich. 6. n. 42. Zach. 5. n. 13. 44. 45.
† Dona Spiritus sancti per oleum significata Mich. 6. n. 42.
† Dona septem spiritus sancti, septem oculi qui animam oculatam, videntem, & illustratam reddunt. Zach 3. 44.
Promissio spiritus sancti quomodo fiat. Hagg. 2. n. 18.
Spiritus Dei, & spiritus malus, id est vtriusque cogitationes, quomodo discernendi, & dignoscendi, & quomodo inter se pugnent. Hos. 9. nu. 12. Ham. 7. num. 24. Mich. 2. nu. 44. & ca. 3. nu. 12. Zach. 13. 26.
Spiritus ne ambulet cum carne. Ham. 3. 5.
* Spiritus malus qua arte animas decipiat. Hos. 7. num. 18.
† Spiritus dæmones tentantes. Hos. 4. nu. 23.
Spiritus animi ardor, feruor, & voluntas. Hos. 4. nu 23. Mich. 3. nu. 6.
Spiritus fortis dicitur, qui dura, & aduersa minatur. Mich. 3. nu. 6.
Septem spiritus sunt septem præcipui angeli, quibus cura totius orbis mandata est. Zacha. 3. 46. 47.
† Baptizare spiritu sancto quid sit. Ioe. 2. nu. 54.
* Spiritualia bona non sine causa euulganda. Mich. 1. 69. 70.
Profectus vitæ spiritualis. Ham 9 n. 48 & seq. vsque ad finem ca. Mich. 2. nu 70. ca. 4 nu. 49 ca 6. num 43. Soph. 1. 38. 39. Hag. 1. 43. 44 52. 53. ca. 2. nu. 55. & seq. & 80. Zach. 2. 26. 27. ca. 4. nu. 38. 39. & seq. ca 7. nu. 14 & seq. c. 13. 26. ca. 14. 57. & seq. Mal. 3. 42.
Feruor spiritualis quomodo amittitur, & recuperatur. Mich. 2 nu. 70. 71.
Magister spiritualis, vide Magister.
Sensus spiritualis, vide Allegoria, & Sensus.
Bona spiritualia, & virtutes per bona temporalia in prophetis significantur. Habac. 3. 52. 53. Zach. 8. 14.
Ædificium spirituale, vide Ædificium.
Spiritus sanctus datus est Ecclesiæ à Christo, tanquam aqua ex fonte. Zach. 13 n. 2. & 3. spiritus sanctus, tanquam ignis, purgauit corda sanctorum. Mal. 3. 19.
Spiritus sanctus dicitur ignis. Mal. 3. 19.
Spiritum duo genera in nobis, alterum terret, & melius est, alterum falsam pacé pollicetur. Mich. 2. 44. 45.
Sponsus, Sponsa.
Quomodo se inuicem coemebant Hos. 3 nu. 7.
† Sponsæ nomine appellatur anima Deo dilecta, & cur. Hos. 2. num. 95.
Sponsio.
Regula quæ seruanda est ad intelligẽdas sponsiones. Ham. 9. nu. 44.
Stannum. Stanneus.
Lapis stanneus. Christus. Zach. 3. 23. & seq.
Stannum omnia metalla ab igne defendit. Zach. 4. 24.
Stare.
† Est instantis, & adiuuantis. Ham. 9. nu. 1.
Est permanentis, & protegentis Mic. 5. nu. 52.
Stater.
Quantum valeret. Ham. 8. nu. 15.
Statera.
Stateram dolosam habere est aliquem defraudare. Hos. 12. nu. 9.
† Statera dolosa, æstimatio iniqua, quæ de se bene, de alijs male iudicat. Hos. 12. nu. 9.
Statuarius.
Statuarius Deus. Zach. 11. 29.

Stella.
Stella Maria virgo. Mich. 6. num. 16.
† Stella, magnus vir. Ioe. 2. n. 16. Nah. 3. numero. 15. 16.
Stellę rationes, quæ mentem illustrant. Ioel. 2. num. 16.
Stellis comparatur multitudo magna. Hose. 1. n. 125.
Stellæ vocantur militia, seu exercitus cœli. Sopho. 1. 25.
Stercus.
* Stercus anima vitijs inquinata. Sop. 1. n. 83.
Stilla, Stillare.
Stillæ, supplicium. Nah. 7. 21. Mich. 2. n. 43.
Stillæ, doctrina Euangelica. Mich. 5. n. 74.
Stillare, verbis comminari, aut repunire. Ham. 7. n. 20. 21. Mich. 2. n. 28.
Stillatio, supplicium paruum. Mic. 2. numero. 43.
Stimulus.
† Stimulus mortis, peccatum. Hos. 13. n. 40.
Struthio.
Struthionis planctus, & natura. Mich. 1. numero. 27. 52.
† Struthio Diabolus. Mich. 1. n. 52.
Studium
Literarum studium præcedere debet cognitio Dei, & sui ipsius Hos. 10. n. 39.
Scripturæ sacræ studium, vide scriptura.
Stultus, Stultitia.
† Stultitia, peccatum. Hos. 7. n. 32. Habac. 3. n. 3. Zach. 11. 49
Stultus, peccator. ibid.
Stupor.
Dentium stupor dolorem cum indignatione quadam contra nos significat. Ham. 4. n. 15.
Sub, Subter.
Sub, & subter pro In. Ham. 2. n. 32.
Subditus.
* Subditi puniẽtur, si prauа maiorum exempla sequantur. Hos. 1. 85. 90.
* Subditi, qui prælatorum vitia imitãtur, sunt pecora occisionis. Zac. 11. 39. 40.
Animam ad aliquid subleuare est ita aliquid expectare, quasi inde totus homo pendeat. Hos. 4 n. 18.
Subridere, Subrisio.
† Quid significent proprie. Ham. 5 n. 35.
Sui, & suus.
Non sunt reciproca apud Hebræos. Hos. 4. numero. 17.
Sum, vide Esse.
Super.
Super pro Prope. Ham. 7. n. 11.
Super pro In. Ioe. 1. n. 17.
Super pro De. Ioe. 1. n. 5.
Super pro Contra. Hose. 1. n. 8. Ham. 7. nu. 21. Mic. 1. n. 2. Nah. 1. n. 33. Soph 2. n. 21.
† Super pro Ad Hos. 12. n. 13.
† Super pro iuxta Zac. 4. n. 7.
Superbia, & Superbus.
* Quantum noceat. Hos. 4. n. 39. 40. 41. 42. 45. c. 5 n. 18. Ham. 4. n. 2. & 3. c. 6. n. 35. 49. 50. Hab. n. 20. Mich. 1. n. 22. c. 4. n. 71. Zach. 6. n. 27. 29. c. 9. 28. c. 10. 29. c. 11. n. 36. & seq. n. 44. 45
Occultam superbiam Deus punit manifestam impudicitia. Hos. 5. n. 18. Ham. 4. n. 22. Nah. 3. n. 22.
Causa omnium peccatorum superbia. Ham. 8. num. 20.
Mentem excæcat, humilitas vero illuminat. Mich 4. n. 71.
Superbia diuitias procreat Habac. 2. n. 35.
Tentationes superbiæ. Zach 13. 26.
Superbia ebrietati similis. Haba. 2. n. 25.
Superbę cogitationes per Moab significatæ. Soph. 2. n. 40.
Superbiam quomodo auferat Deus ab anima. Soph. 3. n. 50. & seq.
Superbia ex sapientiæ opinione orta. Hag. 2. n. 62. Nah. 1. n. 23.
† Somniatores dicuntur superbi. Zach. 10. 29.
† Libanus, & abies dicuntur. Zach. 11. 37.
* Superbia non est populi Dei, sed Palæstinorũ. Zach. 9. 28.
Superbiæ affectus sunt equi fortes, qui nemini cedunt Zach. 6. 27.
Superbia nunquam satiatur. Zach. 6. 29.
Superbia sagena Diaboli, qua capiuntur, qui reti capti non sunt. Haba. 1. 47.
Superbia quam indecora Christianis. Hamos. 6. 29.
Superbia quam vane efferat homines, & quomodo nihil habeat vnde oriatur in nobis. Habd. 20.
Superbi loquuntur contra Deum mendacium Hos. 7. 42.
Superbis quæ maxime aduersentur. Hamos. 2. 6. 7.
Superbi oppressores pauperum vaccæ pingues occidendæ. Ham. 4. 2.
Superbos Deus percuti finit vento vrente libidinis. Ham. 4. 22.
Superborum interitus, & ciuitatis eorum traditio. Ham. 6. 35. 36.
Superbi peiores fiunt tribulationibus. Ham. 6. 39.
Superborum mors qualis. Mal. 4. 21.
Superbos Deus calcat. Mich. 1. 22.
Superbi ab adulatoribus abducũtur sicut grex Zach. 10 29.
Superbis, quia magnos se existimant, certa impendet ruina, & vastitas. Zac. 11. 36. 37.
Superbus ducitur in captiuitatem. Mich. 1. 54. 55.
Superbæ cogitationes sunt magniloqui, quos nobis aufert Deus. Sop. 3. 50.
Superior.
Vide Princeps, & Rex.
Reipub. superiores quid prohibere debẽt. Mic. 1. n. 65.
Superioris munus est dormientes in peccatis excitare. Ion. 1. n. 50.
Superiores sæpe constituuntur ij, quos Deus

non probat. Hos. 8. num. 11.
Superiorum peccata graniora sunt, & grauius puniuntur. Hos. 1. nu. 78. 79. 80. ca. 2. n. 100. 101. Soph. 1. 49 Zach. 3. 28.
* Exemplum superiorum multum valet ad bonum, & ad malum, ibidem, & ca 6. n 53. 54. 55.
* Superior vocatur speculator. Hos. 5. num. 3.

Superstitio.

* Reprehenditur. Soph. 1. nu. 47.

Supplantare.

† Quid sit. Hos. 6. nu. 62.

Supplicium.

Peccatorum supplicia, vide Deus, & Peccator, & Peccatum.
Iudæorum supplicia, vide Iudæus.
† Supplicium vocatur stillæ. Ham. 7. nu. 21.

Surgere.

Mane surgere est quam primum, & diligentissime aliquid facere. Hos. 6. nu. 1.

Suscipere faciem.

Faciem alicuius suscipere, benigne eum intueri, & petita ei concedere. Mal. 1. 22.

Sustinere.

† Sustinere, expectare. Hos. 1. nu. 118.

Sycomorus.

Qualis arbor sit. Ham 7. num. 18.

Syluius.

Latinorum rex quo tempore regnauerit. Præl. 2. num. 3.

Symplegades.

Vnde dictę. Nah. 2. nu. 49.

Synagoga.

Vide Iudæus, & Hebræus, & Israel.
† Quomodo mater Iudæorū dicatur. Hos. 2 n. 33
† Vocatur claudicās. Mic. 4. n. 56. Soph. 3. 42.
* A Deo reiecta. Hos. 1. num. 33. Mich. 4. nu. 57.
† Synagoga per templum Salomonis significata. Hag. 2. 54.

Synapis.

* Granum Synapis, præcepta Euangelica. Hag. 2. num. 83.
* Granum Synapis, abnegatio. Hag. 2. 84.

Syria.

† Nunc Suria dicta, & à quo nomē habeat. Hos. 5. num. 36.
Vbi sita. Hos. 12. nu. 18.

T

Tabernaculum.

† Quid significet. Ham. 9. nu. 34.
* Tabernaculum Dauid, humanitas Christi Domini. Ham. 9. nu. 29. & seq.
* Tabernaculum Dauid, Ecclesia, ibidem, & Zacha. 12. nu. 9.
Tabernaculū Dauid Iudaicus populus, ibidem.
* Tabernaculum populi Israel typus Ecclesiæ. Ham. 9. nu. 48.
Tabernaculum Dei, anima Habac. 1. num. 33. Hag. 1. 37.
Tabernaculum Dei cor hominis, ibidem.
Tabernaculum Dei, homo, ibidem.
Festū tabernaculorū typus festorum Ecclesię, & perfectionis Euangelicæ. Zach. 14. 43. 65
Et qui illud celebrent, & quæ sit pœna non celebrantium, ibidem.
* Festum tabernaculorum, peregrinatio huius vitæ. Zach. 14. 65.
† Tabernaculum Domus. Mal. 2. 27.
* Tabernaculorum festum celebrantes omnia in caritatem Dei, & proximi conuertent. Zach. 14. 68.

Tabescere.

Significat in nihilum redigi. Ham. 9. n. 6.

Tacere.

Vide etiam silere.
† Tacere, verecundia confundi. Soph. 1. nu. 58.

Tædium.

* Vitæ spiritualis tædium periculosissimum est. Hos. 3. nu. 35. 36. 37. 38. Hos. 2. num. 74. Mich. 4. num. 77.

Talatis.

* Tunica talaris Ioseph perseuerantiæ symbolū. Mich. 5. nu. 57.

Talentum.

Pondus sexaginta minarū, siue sexmille drachmarum. Zach. 5. 15.
† Tangere, pro vexare. Zach. 2. nu. 20.

Tarquinius.

Quo tēpore regnauerit. Præl. 2. n. 25. Hag. 1. n. 2.

Tarsus.

A quo nomen habeat. Ionæ. 1. num. 8.

Telamon.

Telamonis apophthegma pulchrum. Ham. 30. num. 22.

Templum.

Templi Ierosolymitani partes. Ioe. 2. nu. 28.
Templum quo tempore à Salomone ædificatū. Præl. 2. nu. 4 & 27.
Templum quo tēpore post reditum è Babylone ędificatū. Nah. 2. n. 32. & seq. Hag. 1. n. 1. & 23.
Ianitēplū quo tēpore Romę clausum. Hos. 2. n. 94
† Templum, cœlum. Mich. 1. num. 5.
† Templum, humanitas Christi Domini, Mich. 7. nu 39. Hag. 1. 31. Mal. 3. 11.
† Templum, vterus virginis. Mal. 3. 11.
Templum, Ierusalem. Mal. 3. 11.
Templum vocatur Libanus. Habac. 2. numer. 40. Zacha. 11. num. 1. & seq.
† Quæ defuerint in secundo templo. Hag. 1. nu. 11. & seq.
* Templum anima. Hag. 1. 37. ca. 2. 58.
* † Templum Domino ædificare est animam nostram ab omni inquinamento mundare. Hag. 1. 37. & seq.
* Templum Dei, cor hominis. Hag. 1. 37.
* Templum Dei, homo. Hag. 1. 37.
Templum primum præstantius quam secūdum. Hag. 1. 15. 35.
Templum secundum ab Herode reædificatum multo excellentius quam primum templum. Hag. 2. nu. 42. & seq.
* Templum, synagoga. Hag. 2. 54.
* Templum Ecclesia Christi. Hag. 6. num. 36. 54. Mal. 3. 11.
Cedri lignis structum fuit templum Salomonis. Zacharię. 11. 2.
† Ornatus, & diuitiæ templorum Deo grata. Zacha. 14. n. 50. 51.

Tempus.

† Nouissimum tempus quod tempus significet. Mich. 4. n 3. & seq.
Tempus, quo quisque propheta vaticinatus est, necesse est nosse ad eius intelligentiam. Præl. 2. n. 1. Præl. 6. n. 2. Hos 2. n. 29.
Catalogus temporum. Præl 2. n. 27. Nah. 2. numero. 28.
† Tempus suæ prophetiæ cur aliqui, & non omnes prophetæ indicauerint. Præl. 6.
Tempus commemoratur ad veritatem confirmādam. Præl. 6. n. 1.
Temporis distributio ostendit concordiam scripturæ. Præl. 6. n 2.
Quando non sit necesse tempus exprimi à prophe ta. Præl. 6. n. 6.
† Differentia temporis permanentiam in illamet significare solet. Hos. 1. n. 35. Zach. 1. n. 7.
† Tempus pro opportunitate temporis. Hos. 10. num. 41.
* Tempus non inaniter consumendum. Hagg. 1. num. 41.
† Solet scriptura per tempus rei gestæ exitum indicare. Zach 1. n. 13.
† Solet scriptura copulare tempora longe inter se disiuncta. Zach. 13. 1.

Temporalis.

* Bonorum temporalium iactura Dei beneficiū est. Mich. 6. n. 13.
Bona temporalia qualia sint. Hos. 4. n. 44. ca. 5. n. 30. 31. c. 6. n. 49. c. 8. n. 16. c. 11. n. 19. ca. 12. n. 17. 18. Ham. 3. n. 22. c. 8 n. 10. Habd. n. 26. Ion. 4. n. 25. Haba. 3 n. 56.
Cura immodica rerum temporalium. Ham. 8. num. 25. Hag. 1. 53.
Despectus temporaliū magni meriti est apud Deum. Soph. 1. 41. vide sæculum.
Bona temporalia non satiant animam, sed solus Deus. Zach 2. 25.

Tenebræ.

† Calamitates magnas significant. Ioe. 3. n. 21. Ham. 5. n. 48. c. 8. n. 29. Soph. 1. 65.
Maxime impediunt fugam. Zach. 14. 22.

Tentatio.

Tentationes sunt Dei beneficia. Mich. 6. n. 13.
Tentationum varij modi. Habd. n. 43. Ionæ. 1. n. 31. 32. Ioe. 1. n. 22. Nah. 2. n. 75. Zach. 4. 37 c. 8. 26 27. Zach. 13. 26.
Tentationes affectionum animæ. Ioe. 2. n. 15.
Resistendum tentationibus, & quomodo. Hos. 1. n. 62. c. 13. n. 22. 23. c. 14. n. 15. Ioel. 1. n. 22. Ham. 9. n. 27. Mich. 4. n. 73. Nah. 1. n. 51. Hag. 2. n. 55. Zach. 1 63. 64. c. 2. n. vlt. c. 4. n. 37. 38. 40. Zach. 6. 41. 42.
Deus opem fert in tentationibus, & quomodo Ham. 4 nu. 38. c. 9. num. 28. Mich. 4 nu. 73. 78. 79. Nah. 1. n. 50. 51. & seq. Hab. 1. 41. Hag. 2. 55. 56 Zac. 1. n. 63. 64. c. 8. 42. c. 12. 27. 28. c. 14. 27.
Tentationes graniores infestant viros perfectiores. Ham. 4. nu. 59. Malach. 4. 24. Zach. 2. num. 27.
* Tentationes per quadrigas significatæ. Mich. 1. 11. 58.
† Tentationes dicuntur nebula. Ham. 4. nu. 38.
† Ignis dicuntur. Zach. 13. 17.
† Tētationes significatæ in Nēroth. Mic. 5 n. 61.
* Augētur quo magis augetur perfectio. Zach. 2. 27.
Equi dicuntur. Zach 12. 29.
Deus exercet suos tentationibus Zach. 13. 17.
Tentationibus multo puriores redduntur iusti, peccatores vero fœdiores. Nah. 2. nu. 72.
* Tentationum vtilitas. Nah. 2. nu. 72. cap. 3. nu. 21. Zach 1. nu. 65. Zach. 2. 28.
† Siccitas dicitur. Hag. 1. 57.
† Iumenta dicuntur. Zach. 2. 21.
* Peccatores arbitrantur se sine tentationibus viuere, quia dum eis statim cedunt, nō eas sentiunt. Zach. 14. 25.
† Tentare Deū est peccata peccatis addere. Mal. 3. 45.
* Tentat occulte diabolus, & astute. Hos. 7. 18.
In tentationibus ad Christū confugiendum. Hos. 13. 45.
Tentationes, & dæmones cōgregantur aduersus animā, vt eam lapident. Mich. 4. 78.
Tentationibus à Diabolo cōcitatis quomodo cadant munitiones animæ, & eius milites lāguescant, & portæ aperiantur hostibus, & naturalia bona minuantur. Nah. 3. 31.
Tentationibus multum roboratur anima iusta. Nah 3. 20. 21.
In tentationibus Diaboli recordemur Christi pro nobis pugnantis. Zach. 1. 63. 64.
Tentationes crescunt proficiēte anima, & per eas bonis operibus impletur. Zac. 2. 27. 28.

Tepor.

Tepidi facilius vincūtur à tētatore. Mic 2. 70.
Tepidos finit Deus incidere in magna peccata, vt alacriores resurgant. Mich. 4. 77.
Animæ tepor periculosissimus status est. Hos 3. nu. 35. 36. 37. 38. Zach. 14. 59.
* Animæ tēporem quomodo Deus puniat. Hos. 2. num. 74. Mich 4. num. 77.
Tepidi egrediuntur de ciuitate iustorum, & ducuntur Babylonem, & habitant in latitudine. Mich. 4. 77.

Terebinthus, & Terebinthina.

† Quid sint. Hos 4. num. 25.

Terminus.

† Terminos transferre quid sit. Hos 5. nu. 26.
Terræ promissionis termini, vide Terra.

Ternarius.

† Ternarius numerus quid significet Ham. 1. num. 13.

Terra.

† Ascēdere de terra hac, vel illa est abyssa in aliā quæ sita altior est proficisci. Hos. 1. 33.
* Terra non inuocatur, cum de bonis est sermo. Mich. 1. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

* Terrenorum corda non quiescunt, sed multis perturbationibus agitantur. Haba. 2. 47.
Terræ promissionis termini angustiores dati, quã fuerant promissi, propter peccata Iudæorum. Habd. nu. 82.
† Terræ promissionis termini qui, Ham. 6. n. 43. Mich. 7. nu. 33. Habd. nu. 82. Zach. 9. 44.
Terræ motus maximus quando cõtigerit. Ham. 1. num. 3.
† Terra pro habitatoribus terræ. Hos. 1. nu. 34.
† Terra inuia, vel deserta, vel inaquosa quid sit. Hos. 2. nu. 40.
† Terra, vulgus hominum. Hag. 1. 56.
* Terræ habitatores in malam partem sumũtur, & qui dicantur spiritualiter Hos. 4. nu. 6. Mich. 1. nu. 20. ca. 2. num. 55. Soph. 1. nu. vltimo.
†* Plenitudo terræ quid sit secundum literam, & spiritum. Mich. 1. nu. 18. 19. 20.
Plenitudo terræ sæpe sumitur in malam partem. Mich. 1. nu. 20.
Terram lingere est victorum, & supplicum. Mich. 7. nu. 48.
Terra, inferior portio animæ. Zach. 12. 25.
† Cur scriptura inuocet testem terram. Mich. 1. nu. 18. 19. 20.
* Terra est scabellum pedum Dei, cum corpus hominis Deo subijcitur. Hag. 2. 62.
† Desiderabilis terra, idest feracissima. Hos. 9. n. 7. Zacha 7. 12.
Terrenorum cura, vide temporarius.
* Terrenorum bonorum contemptus est magni meriti. Soph. 1. 41. vide sæculum.
Bona terrena, vide Bona, & Temporalia.

Terribilis.

† Significat idem quod illustris, mirabilis. Ioe. 2. 65. 66.

Tertius.

Tertia persona pro secunda. Hos. 5. nu. 8.
Tertia persona præteriti pro secunda imperatiui. Hos. ibid.

Testamentum.

† Testamentum pro pacto, seu fœdere. Ham. 1. nu 22. Zach. 9. 52. 53. Hos. 10. nu. 10.
Testamentum quid. Hos. 10. nu. 10.
† Disponere testamentum quid, ibidem.
* Perfectio virorum noui, & veteris testamenti qualis. Ionæ. 4. nu. 3. & 4.
* Sanguis testamenti cur dicatur sanguis Christi. Zach. 9. 52.
† Testamentum est dispositio hereditatis moriẽtis. Zach. 9. 55.

Testificari.

† Pro præcipere. Mal. 2. num. 29.

Testimonium.

† In testimonium illis, id est contra illos. Mich. 1. num. 4.
Testimonia veteris testamenti, quomodo citentur ab Apostolo Habac. 1. nu. 14.
† Testimoniũ, id est lex, quia in lege testatus est Deus suam voluntatem. Soph. 3. 40. Mal. 2. 29.

Testis.

† Testis Dei dicitur qui vbique verbis, & operibus testatur quod de Deo scit, scilicet eius bonitatem, potentiã, & sapientiam. Hos. 11. numer. 40.

Thabor.

† Thabor græcis Itabyrius dictus, vbi, & qualis sit. Hos. 5. num. 5.

Thales.

Quo tempore floruerit. Præl. 2. nu. 26.

Tharsis.

† Quid significet, Ionæ. 1. nu. 6. & multis seq.
Tharsis significat exploratio gaudij. Ionæ. 1. num. 34.
Tharsis, lapis pretiosus. Ionæ. 1. nu. 19.
Tharsis mare. Ionæ. 1. nu. 6. & seq.
† Naues Tharsis, id est naues magnæ. Ionæ. 1. numer. 17.

Thecua, vrbs.

Vbi sita. Ham. 1. nu. 1.
Thecuitæ natura prudentes erant, Præl. 5. nu. 3. Ham. 2. nu. 1.

Theman.

Theman regio, & vrbs vbi Ham. 1. num. 24. Habac. 3. nu. 12.

Theodoretus.

Qualis scripturæ interpres, in proœ. in Zac. n. 9.

Theophylactus.

Qualis scripturæ sacræ interpres, in proœm. in Zach. nu. 9.

Theraphim.

† Quid sit. Hos. 3. nu. 20. 21. 22. 23. 24.

Thesaurus.

† Significat interdum diuitias, interdum receptaculum, vbi est alicuius rei copia. Hos. 13. nu. 41.
† Thesaurus pro diuitijs, vide Diuitiæ.

S. Thomas.

Qualis scripturæ sacræ interpres, in proœmio in Zach. num. 10.

Threnos.

† Quid sit. Mich. 2. nu. 15.

Thus.

Diuinitatem significat. Hos. 14. nu. 18.

Thymiama.

Quid sit. Hos. 4. n. 25.

Tiara.

Vide Cidaris, & Mitra.

Timere. Timor.

† Timere animo consternari. Habd. num. 35.
* Timoris Dei commendatio. Mich. 7. nu. 61. Sopho. 2. 34. Zach. 4. 34. cap. 6. 41. Mal. 2. nume. 10. 11.
* Timor magnus quomodo significetur. Nah. 2. num. 64.
* Timendum est in aliorum ruina. Mich. 1. 55. Soph. 3. 14. Zach. 1. 51.
* Timendũ nihil, si Deus nobiscũ sit. Hag. 1. 58.
* Timor calamitatũ nõ debet permanere in electis. Nah. 1. 47. 48.
* Timor sæpe cruciat vehemẽtius, quam ipsa mala præsentia. Soph. 1. 67.
* Timor non est perfectorum, sed imperfectorũ. Hag. 1. 57.

* Impiorum timor. Zac. 14. 60.
* Seruilis timor bonus. Mal. 1. n. 17.

Tinea.

† Quid sit. Hos. 5. n. 33.

Titio.

†* Titio Ecclesia. Zach. 3. 24.

Tolerantia.

†* Per ossa significatur. Ham 3. n 8.

Tondere.

† Capillos tondere tristitiæ, & calamitatis signũ. Ham. 8. n. 30. Mich. 1. n. 4. 46.
* Capillos tondere, cogitationes superfluas resecare. Mich. 1. n. 71. 72. 73.

Torcular.

† Quid sit. Ioe. 3. n. 18.
Torcular calcare, seu premere. Ioe. 3. 19.

Torrens.

† Torrens spinarum. Ioe. 3. n. 25.
† Torrens deserti. Ham. 6. n. 45.
† Torrens Occidentis. ibidem.
Torrens Ægypti. ibid.

Torris.

† Torris Ecclesia Zach. 3. 24.

Totus.

† Tota die, idest, semper. Hos. 12. n. 2.

Tradere.

* Tradere se quam vtile sit Zach. 9. 66.

Tranquillitas.

Tranquillitas animæ, vide Pax.

Transferre.

† Filios per ignem transferre, quid Hos. 5. nu. 13.
† Terminos transferre quid. Hos. 5. n. 26.

Transire, Transitus.

† Transire, punire Hos. 10 n. 53. Hamos 5. numero. 42.
Transitus à litera ad spiritum Hos. 2. n. 34.
† Trãsitus à secunda persona ad tertiam Hos. 2. n. 56. Habd. n 73.
† Transitus à singulari ad pluralem Habd. numero. 73.

Translatio.

Vulgata Translatio, vide vulgata.
Diuersitas translationum vnde orta. Prælu. 1. numero. 2.

Transponere, Transpositio.

Verborum transpositio. Ham. 5. n. 42.

Tres.

† Numerus ternarius quid significet. Ham. 1. n. 13. Nah. 1. n. 8.

Tribulatio.

Vide Aduersæ res, & Tentatio.
* Tribulatio reuocat ad Deũ animam errantem. Hos. 2. 59. & 5. 6. 42. Soph. 1. 76.
* Tribulationib⁹ exercet Deus electos, vt triticũ cribro, & quare. Ham. 9. 27. A Diabolo etiam eos concuti sinit, sed in suam vtilitatem ibidem 28.
* Tribulationũ, & calamitatum causas multi conijciunt in causas naturales, cum eas immittat Deus tratus. Hag. 1. 42.
Tribulationes electorũ Deus finiet. Nah. 1. 49.
* Tribulationibus multum roboratur anima iusta. Nah. 3. 20. 21.
* Tribulationibus mali fiũt peiores. Zac. 3. 41. 44.
* Tribulationes sunt Saginariũ iustorũ. Mal. 4. 23.

Tribus.

Decem tribus quo tempore à duabus diuisæ. Præl. 2. num. 27.
Decem tribus, & duæ quibus vocabulis appellẽtur. Præl. 7. nu. 3.
Captiuitas decem tribuum, & duarum quo tempore cõtigit. Præl. 2. nu. 27. Hos. 1. nu. 81. 82.
† An decem tribus redierint ex captiuitate. Hos. 1. num. 93.
Decem tribus participes gratiæ Euãgelicæ. Hos. 2. num. 10.
Decem tribus an in captiuitate Idola coluerint. Hos. 2. nu. 8.

TRINITAS.

Testimonium, quo probatur. Hag. 2. n. 19 Mal. 3. num 6. & 7.
* Tota Trinitas est in quolibet iusto, idque duobus modis. Hag. 2. nu. 59 60.
Trinitas personarum significatur dum ea, quæ communia sunt, modo huic personæ tribuuntur, modo illi. Mal. 3. 5.

Tristitia.

* Tristitia in nobis reprehenditur. Mich. 4. 74.

Troia.

Quo tempore capta. Præl. 2. nu 4.

Tu.

† Tibi, & vobis ornatus tantum causa posita. Mich. 1. nu. 36. 38.

Tuba.

Ex qua materia fieret. Hos 3. nu. 21.
Tuba populum conuocabant Hebræi ad res magni momenti audiendas. Hos. 5. nu. 20.

Tumultus.

† Quid proprie sit. Hos 10. nu 44 Mich 2. n. 64.

Tunica

*† Tunica talaris, perseuerantia. Mich. 1. nu. 57.
* Christi tunica fideles caritate Christo coniuncti. Mich. 2. nu. 52. 53.

Turris.

† Turris gregis. Mich. 4 nu. 58.
* Turris anima. Mich. 4. 71.

Tyrannus.

Erat olim nomen regum. Habac 1. nu. 20.

Tyrus.

† Vbi sita, & qualis, & à quibus possessa Hos. 9. nu 25 Ioe. 3. nu 10
† Significat coangustatio, & afflictio. Ham. 1. num. 25.
Peninsula facta est à Nabuchodonosor, cũ antea insula esset. Habac. 1 nu. 30.

V.

Vallis.

† Vallis Iosaphat vbi, & qualis. Ioe. 3. nu. 2. & 4.
† Vallis, populus. Mich. 1. nu. 7.

Vanus, Vanitas.

Vanagloria. vide Inanis gloria.
† Vanitas Idolum. Ionæ 2. 14.

Varius.

Varię lectiones quomodo diiudicãdę. Ion. 3. n. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vas.
† Quodlibet instrumentum significat. Ham. 6. num. 21 Ionæ. 1. nu. 6.
Vas receptaculum, & instrumentum. Zach. 5. num. 6.
Vasa, sacramenta. Zach. 5. num. 6.
Vber.
† Vberum sponsæ cur mentio fiat. Hos. 2. nu. 38.
Vecors.
Vnde dicatur. Hos. 7. num. 25.
Vestis.
* Vestes, naturalia bona. Nah. 3. nu. 31.
* Vestes verecundia. Nah. 3. nu. 31.
Velocitas.
Velocitas coniuncta est cum fortitudine. Ioe. 2. num. 5.
Velut.
† Interdum non significat similitudinem, sed ipsam veritatem. Hos. 5 num 27.
Vendere, Venundare.
Vendere est libertatem alicui adimere, & alteri in possessionem tradere. Nah. 3. nu. 3.
† Venundatus vt faciat malum, id est traditus in reprobum sensum. Nah. 3. nu. 3.
Venire.
Venturus & veniens nomen Christi. Habac. 2. nu. 6. 7. 8.
Venter.
† Fructus ventris filius. Mich. 6. num. 25.
† Venter, omnia interiora, & ipsum cor. Habac 3. nu. 47.
Ventus.
† Alæ tribuuntur vento ob celeritatem. Hos. 4. num. 38.
† Pascere ventum quid sit. Hos. 12. nu. 1.
† Vrens ventus. Hos. 12 nu. 1. ca. 13. nu. 37 Ham 4. num. 20.
* Vrens ventus, Christus Dominus. Hos. 13. n. 57
Vrens ventus, libido. Ham. 4 num. 22.
* Vrens ventus, Diabolus. Ionæ. 4. nu 30.
Ventus Spiritus sancti dona Ham. 4. num. 35.
† In quatuor ventis quatuor mundi plagæ intelliguntur. Zach 2. 14.
Quatuor venti qui. ibidem.
*Ventus, res sæculi. Zach. 2. 29.
Verbum.
Verbum Dei, vide Deus, & Scriptura.
† Quid in initijs prophetarũ significet. Hos. 1. num. 3.
Cur prophetæ initio prophetiæ dicant verbum Domini. Hos. 1. num. 2.
Verbum Domini fieri ad aliquem est aliquid ei reuelare. Hos 1. num 3.
Verbum, visio, & onus in quo differant. Hos. 1. nu. 4. & seq.
Verbum dicitur prophetia, quia Deus intus loquebatur prophetis Hos 1 nu. 4.
Verba pro aduerbijs. Hos. 5. nu. 7.
Verba multa per verbum facio explicanda. Hos. 8 nu. 10.
Verbũ pro participio. Hos. 12. nu. 16. c. 13. n. 3.
Verbũ plurale cũ nomine singulari. Ioe. 2. n. 6.
Verbum singulare cum nomine plurali. Mic. 2. num. 30.
† Verbum, id est res. Ham. 3. num. 11.
† Duo verba idem significantia ponuntur causa amplificationis. Nah. 3. num. 27.
† Geminatio verbi, vide geminatio.
† Præterire, aut cadere verbum, aut transire, est non fieri quod sonat Zach. 1. nu. 9.
Verbum viuum est, quod operatur id, quod sonat. Zach. 1. nu. 9.
* Qui verbis alijs sunt scandalo, quomodo puniantur à Deo. Soph. 1. nu. 55.
† Verbum Dei gladius dicitur. Soph. 2. 61.
† Verba videri dicuntur propter certitudinem rei significatæ. Zach. 1. nu 12.
† Fulgur, & iaculum verba prædicatorum dicuntur. Zach. 9. 58.
† Dicuntur lapides fundæ. ibidem. num. 59.
Verecundia.
* Verecundiæ vtilitas. Nah 3. num. 31.
† Verecundia dicitur vestis animæ. Nah. 3. n. 31.
Veritas.
Confirmatur veritas commemoratione temporum, & minutissimorum quorumque. Præl. 6 num. 1.
† Veritas, & mendacium in verbis, & in factis inueniuntur. Hos. 7. nu. 1.
† Ciuitas veritatis Ecclesia. Zach. 8. 5.
* Veritas commendatur. Zach. 5 54.
Veritas pro vitæ sanctitate. Zach. 8. 34.
Vermis.
* Vermis, Christus Dominus. Ionæ. 4. nu. 21. 22.
* Vermis inquietudo cogitationũ. Ionæ. 4. numer. 28.
Vermiculus.
† Id est coccus, vbi nascatur, & cur sic dictus. Nahum. 2. num. 46.
Verumtamen.
Sæpe redundat. Soph 3 num. 7.
Vestibulum.
† Vestibulum templi, quid. Ioe. 2. nu. 28.
Vestis.
† Scindere vestes signum tristitiæ Ioe. 2. nu. 19.
† Christi Domini vestis, fideles. Mich. 2. nu. 52. 53. Zach. 3. 27.
† Vestimentum, regnum. Mich. 2. 53.
† Vestes coccineæ, quales. Nah. 2. nu. 46.
Vestes peregrinæ reprehenduntur. Sopho. 1. 33. 51. 52.
† Vestis nostra, Christus. Soph. 1. 50.
Vestes optimæ. Soph. 3 n. 56 57.
Vestis alba lætitiã significat. Zach. 1. nu. 18.
† Vestes sordidæ peccata. Zach. 3. 13. 25. 29.
* † Vestes mutatoriæ gratia Dei, virtutes, ac dona. Zach. 3. 13.
† Mutatoriæ vestes sunt quæ non semper gestantur, sed festis diebus. Zach. 3. 13.
† Vestes, caro Christi. Zach. 3 25.
† Vestimentum, corpus. Mal. 2. nu. 38.
Via.
† Via, opera, & viuendi ratio. Hos. 4. numer. 19. Mich. 4. nu. 26. 46. Hag. 1. nu. 9.

Victima.
Victimarum genus triplex. Hos 6. 28.
Victoria.
* Victoriæ genus glorioſissimum quando hostis se victũ fatetur, & subdit se pedibus. Zac. 2. 21.
* Victoria spiritualis. Zach. 14 66.
Victor, Victus.
Victores radebant capita victis in ignominiam. Ham. 8. nu. 30.
† Victori titulus psalmorum quid significet. Habacuc. 3. 56, & seq.
Victor Christus. Habac. 3. nu. 60. & seq.
Videre, Visio.
Videre, aspicere. Habd. nu. 64.
Videre, cum voluptate spectare. ibid.
Videre in bono, videre bonum, ibidem.
Videre, approbare. Habac. 1. nu. 39.
Videre, misereri. Zach. 9. 22. Habac. 3. 29.
Videns, propheta. Hos. 1. num. 4.
Visio, verbum, & onus quomodo in prophetijs differant. Hos. 2. nu. 4. & seq.
† Visio cur significet prophetiam. Hos. 1. nu. 4. Nah. 1. nu. 6.
Visio est nomen generale omnis prophetiæ, siue tristis, siue læta sit. Habd. nu. 1.
† Visio cur tribuatur verbis. Zach. 1. nu. 12.
Visus præstantia super cæteros sensus. Hos. 1. nu. 5. & 43.
Vidua.
Vidua non affligenda. Mal. 3. 26.
Vigil.
† Vigil, magister. Mal. 2. 26.
Viginti.
† Vicenarius numerus infaustus. Zach. 5. nu. 4.
Vinacia.
Quid sit. Hos. 3. num. 5. & 6.
Vinculum.
Vinculum pro vulnere. Hos 5. num. 35.
Vindemiare.
† Vindemiator, Diabolus, & vitiũ. Hab. n. 42. 46.
Vindicta.
* Vindictæ affectus quantum à Deo puniatur. Zach. 6. 29.
Significatur in equis rufis. Zach. 6. 26.
Quam damnosum sit vindictam, seu iram seruare. Ham. 2. 1. & sequentibus.
Vindicta de peccatis, vide Peccator, & Peccatũ.
Vinea.
† Vinea, populus Dei. Mich. 7. n. 19. Hos. 2. nu. 87. Ioe. 1. nu 21. Zach. 14. 9.
* Vinea, lætitia spiritualis, & habitus virtutum moralium. Hos. 2. nu. 70. 74.
† Vinea, anima. Mich. 1. nu. 14.
Vinum.
Vinum non adeo inebriat, vt mustũ. Hos. 4. n. 21.
Vinum in sacrificijs offerri solitum. Hos. 9. nu. 4. ca. 14. nu. 20. Ioe. 1. nu. 24.
Vinum Libani optimum. Hos. 14. nu. 20.
† Vini copiam bibere quomodo significetur. Ham. 6. nu 22.
Bibere vinum, id est multum bibere, ibidem.
Vinũ, prædicatio. Hoseæ 1. numer. 118. cap. 2. numer. 72. cap. 3 numer. 6.
Vinum, Inanis gloria. Mich. 1. num. 70.
Vinum, ira, & punitio. Mich. 2. nu. 41.
Vinum, cœlestis consolatio, Mich. 6. nu. 43. Zacha. 10. 18.
Vinum, praua doctrina. Habac. 2. nu. 48.
Vinum gratia. Zach. 10. 18. c. 14 58.
† Vinum, caritas. Zach. 14. 58.
* In vino indulgentes. Ham. 6. 22.
Vir.
Vir, & vxor, in nuptijs se inuicem coemebant. Hos. 3. nu. 7.
† Vir, id est vnusquisque. Ioe. 2. nu. 6. Ionæ. 1. n. 26. ca. 3. nu. 32. Mich. 7. nu. 7. Soph. 2. 43.
Virga.
Virga diuinare. Hos. 4. nu. 22.
Virgo.
Virgo MARIA, vide Maria.
† Cur prouincia, & vrbs vocari soleat virgo. Ham. 5 nu. 4. & 5.
Pulchræ virgines indotatæ nubebãt. Hos. 3. n. 10
Virtus.
† Virtutes dicuntur ossa. Ham. 2. nu. 8.
Virtutes, lapides. Ham. 5. nu. 10. ca. 9. num. 28. Hag. 2. num. 81.
Virtutes, reliquiæ. Mich. 2. nu. 71.
Virtutes, vngulæ. Mich. 4. num. 79.
Virtutes, aurum, & argentum. Nah. 2. nu. 71.
Virtutes, leones, & catuli leonũ. Nah. 2. n. 72.
Virtutes, populus, & mulieres. Nah. 3. nu. 31.
Virtutes per temporalia bona significantur. Habac. 3. 52. 53.
Virtutes per pastores, & oues significantur. Soph. 2. nu. 40.
Vestes nouæ dicuntur. Zach. 3. 13.
* Virtutes sunt ligna, quibus Dei Domus ædificatur. Hag. 1. 50.
* Virtutes per triticum, vinum, & alimenta significatæ. Hag. 1. 56.
† Coronæ Christi dicuntur. Zach. 6. 40.
* Ab studio virtutum non est cessandum in hac vita. Zach. 7. nu. 14. & seq.
† Mulieres dicuntur. Zach. 14. 25. Nah. 3. 31.
* Sæpe amittuntur virtutes nobis nescientibus. Zach. 14. 26.
Profectus in virtutibus, vide Profectus vitæ spiritualis in verbo Spiritualis.
* Virtutes quædam carni similes, quædam ossibus, & vtrasque auferunt ministri Diaboli. Mich. 3. 10. 11.
Virtutum labor nunquam in hac vita remittendus. Zach. 7. 13. 14. 15.
Virtutes quatuor, quatuor fabri. Zach. 1. 75.
Super virtutes nostras cur Deus vocet siccitatem. Hag. 1. 56. 57.
Virtutes quædam sunt vt pastores, quædam vt oues. Soph. 2. 40.
Virtutes, quibus terrena calcamus, sunt vngulæ, & quibus magis tẽtationes conterimus Mich. 4. 79. 80.
De virtute sequenda cum paucis agere debemus, non cum carne nostra. Mich. 7. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Virtutes pugnantes cum quatuor passionibus scilicet, pœnitentia, abnegatio, patientia, cõtemptio sæculi sunt quatuor fabri deterrentes cornua. Zach. 1. 75. 76.
Virtutes caritate colligantur inter se. Ham. 9. 16.
* Virtutis viam deserentes repudiant vxores Hraeliticorum Mal. 2. 40. 41.

Visito, visitatio.

† Sumũtur in bonam, & in malam partem. Hos. 1 num. 35. & 64.

Visus.

Vide videre.

Vita.

Lignum vitæ. Hos. 13. num. 40.
* Vitæ æternæ spes consolatur iustos. Ham. 6. n. 9. & seq.
* Vitæ asperitas commendatur. Ham. 6. nu. 16.
† Vita humana per poma significata. Ham. 8 n. 8.
† Vita humana per naues significata. Ham. 8. n. 8
† Vita præsens nox dicitur, vita futura dies. Nahum. 3. n. 35.
Vita spiritualis, vide Spiritualis.
* Vitã longã nemo sibi polliceatur. Hos 9. 12. 13

Vitis.

† Vitis pro vrbe, & pro parentibus. Nah. 2. n. 44.

Vitium.

Vide Peccatum.
* Vitia quædam dicũtur fures, alia latrones, alia vindemiatores, alia Chaldæi siue Dæmones, & cur & quomodo animæ noceãt. Habd. 43. vsque ad 48.

Vitula, Vitulus.

† Quomodo sumantur in scriptura. Hos. 10. numer. 13. 14. 15.

Viuere.

Viuere in conspectu Dei, vide Ambulare.
† Viuo ego, iurandi formula, quid significet. Sopho. 2. 28.
Viuum verbum dicitur, quod operatur id, quod sonat Zach. 1. 9.

Vlam.

Porticus templi sic dictus. Ioe. 2. 28.
Vlam, vel Vlam aula non est nomẽ vrbis. Hos. 4. num. 30.
Vltio, vide, Vindicta.

Vltra.

† In æternum, & vltra quid significet. Ioe. 2. nu. 38. Mich 7. nu. 50.
† Non vltra significat aliquod tempus. Ioe. 2. nu. 38. Nah. 1 nu. 33.

Vlulare. Vlulatus.

Rebus iam desperatis fieri solet. Hos. 5. nu. 22.

Vmbra.

† Vmbra Dei, protectio Dei. Hos. 14 nu. 19.

Vncinus.

† Quid sit. Ham. 8. nu. 1.
† Vncinus, mors. Ham. 8. num. 8.

Vnguentum.

Hebræi vnguentis pretiosis se vngebant. Hos. 2. num. 47. Ham. 6. nu. 23.
* † Vnguenta, virtutes internæ. Hos. 14. 18.
* Vnguentorũ luxuria reprehẽditur. Ham. 6. 24.

Vngula.

† Vngulæ, virtutes. Mich. 4. nu. 79.

Vnigenitus.

† Luctus vnigeniti magnum luctum significat. Zach. 12. 17.

Vnire.

Deo vniri, vide Adhærere.

Vnus.

† Ponitur pro Primus. Hag. 1. nu. 4.

Vocare.

† Res vocari aliquo nomine dicitur, non tam quod sit illud nomen habitura, quam quod sit habitura id, quod nomine significatur. Hos. 2. nu. 15.

Vocatio.

* Gentium vocatio, vide Gentes.
Vocationi resistentis pœna. Hos. 4. 40. & ca. 15. 17
* Vocatio Dei. Hos. 11. nu. 20. Mich. 7. n. 62. 63.
* ¶ Vocationi suæ non respondentes abijcientur, & alij pro eis substituẽtur. Zach. 11. 41. vsque ad 47. & cap 14. 28. 30.
* Vocatio Dei sibilus dicitur. Zach. 10. 19.
* Vocationem magnam cur sequatur sæpe vita communis. Hag. 1. 52.

Volucris.

Vide Auis.
† Volucris, homo superbus. Hos. 2. nu. 92. Soph. 1. 43.

Volumen.

† Est pars libri à voluẽdo dictũ. Zach. 5. n. 2. & 3.

Voluntas.

Vide etiam Potentiæ animæ.
* Dei voluntatem sequi omnium optimum est ad pacem consequendã. Ionę. 4. n. 7. 8. 9. 10 24
* Voluntas propria in conspectu Christi sileat. Zach. 2. 37.
† Voluntas propria omniam dolorum origo. Ionæ. 4. nu. 8. 9. 10. 24. 25.
* Voluntas, si à Christo seruetur, nihil agit Diabolus mouens concupiscentiam. Mich. 5. 58.
* voluntatis suę amatores iniquissimo animo perferunt labores Ion. 4. 24. Immodice dolẽt, & immodice lętantur. Ibi. 25. ipsi vlulabunt. Soph. 1. 72. ipsi ędificant sine perpendiculo. Zach. 1. 66.
* Voluntatis humanæ natura. Hos. 9. nu. 16.
† Voluntas, res quam volumus. Mich. 6. nu. 38.
† Hostiæ voluntariæ. Ham. 4. nu. 14.
† Voluntas per regem Assur significata. Nahu. 3. nu. 35.
* Propria voluntas pessima actionum regula est. Zach. 1. 66.
† Mare dicitur. Zach. 9. 67.
* Humana voluntas quomodo à Deo moueatur. Zach. 12 26.

Voluptas. Vide Bona sæculi.

Sitis voluptatum inexplebilis, & miseranda. Hos. 2. nu. 51. ca. 4. nu. 19. 20. 21. 44. ca. 5. n. 30. 31. Habac. 2. nu 46.
Quantum noceat voluptas. Hos. 6. nu. vltimo cap. 7. nu. 47. ca. 11. n. 19. Ham. 6. nu. 24. 25.

Habd. 26. num. 18. Soph. 2. 34. Hag. 2. 85.
Voluptates reddunt animum immisericordẽ. Ham. 6. nu. 26.
Instabilitas voluptatum. Ionæ. 4. nu. 25.
* Seruitus voluptatum seruituti Ægyptiacæ similis. Mich. 6. nu. 14.
† Voluptates carnis per Basam significatæ. Nah. 1. num. 25.
† Laqueatæ domꝰ dicũtur voluptates. Hag. 1. 41.
† Mulier voluptas dicitur. Zach. 5. 16.
† Equi albi dicuntur voluptates. Zach. 6. 26.
† Homo voluptatibus deditus equus, & mulus dicitur. Zach. 14. 61.
* Voluptates euanescunt in morte. Malac. 4. 22.
A voluptatibus ablactati audiunt verba Dei. Ham. 1. 6.
Voluptates sectantium pœna Soph. 2. 34. & sequentibus, & cap. 1. 72.
Voluptate nunc fruentibus dat Deus stupore dentium. Ham 4. 16.
Et semper fame laborant. Ham. 4. 17.
Illis Deus aufert imbrem, doctrinas salutares. Ham. 4. 19.
Et in tentationibus relinquuntur. Ham. 4. 19.
Voluptates sequentes, & à se exeuntes quomodo lugebunt. Ham. 5. 44. 45.
Voluptatibus dediti crudeles sunt in alios. Ham. 6. 26.
Voluptatum finis, & eorũ, qui eis dediti sunt. Ham. 6. 27 28.
Voluptates sæculi perituras. Ham. 8. 9.
Voluptatum amatores quomodo vitijs repleã tur, & quomodo sint multis modis paruuli Habd. 18. 19. sunt domus mendacij, & deceptores regum Israel. Mic. 1. 66.

Vomer.

* Vomer, lingua. Mich. 4. nu. 52.

Votum.

* Quod ex voto offertur, præstantius debet esse, quam quod offertur voluntarie. Mal. 1. nu. 35. & 45. & non sunt in eis tolerabiles defectus, qui tolerantur in hostijs volũtarijs. ibidẽ.
Votum offerri debet ex melioribus. ibidem.
† Vota non implẽtes periuri vocãtur. Mal. 3. 38.

Vox.

† Vox Dei tonitruum. Ioe. 2. nu. 10.
† Date vocem, acclamare, & approbare. Habac. 3. nu. 41.
† Vox, calamitas proxima. Soph. 1. 64.

Vrbs.

Vide ciuitas.
† Vrbs, anima. Ham. 5. num. 10.
† Vrbs dicitur vitis, & propago. Nah. 2. nu. 44.

Vrere.

Ventus vrens, vide Ventus.

Vrim, & Thumim.

Quid essent, & an fuerint in secundo templo. Hag. 1. nu. 13.

Vrsus.

* Vrsi, & vrsæ ingenium. Hos. 13. num. 8.

Vsque.

† Vsque in diem hanc, vel vsque in hodiernum diem, id est in perpetuum. Hos. 9. nu. 7.
Vsque ad mortem, id est vt pene moriatur. Ionæ. 4. nu. 18.

Vt.

Quomodo soleat accipi. Ham. 2. nu. 19. 20.

Vterus.

Vide venter.
Fructus uteri filius. Mich. 6. nu. 23.

Vtilis, & vtilitas.

* Vtiles alijs, vide Animarum lucrum.
In vtilitatem fratrum omnia, quæ habemus, conuertenda sunt. Mala. 3. 39. & sequentibus. Ita replebimur bonis. Ibid. 42. & Zacha. 6. 36. & sequentibus.
Vtiles debemus esse alijs. Hos. 1. 136. 138. & cap. 2 100. & cap. 6. 45.
Vtilitatem aliorum cupientibus Deus maxime loquitur. Hag. 1. 35.
Vtiles alijs quanti faciat Deus, & quomodo eius cognati vocentur, ac propter eorũ fructũ faciendũ toleret malos. Mich. 5. 65. 66.
Vtiles debemus esse fratribus illis ipsis rebus, quibus eis ante nocuimus. Mich. 4. 52.
* Vtilitatem suam quærentium, & non gloriam Dei figura est Ionas. Ion. 4. 7.

vulgus.

† In malã partẽ sumitur. Mich. 1. nu. 17. c. 4. n. 54.
* Vulgus peccans non est sequendum. Mich. 4. num. 54.

Vulgata editio.

Cum facta est erat incorruptus textus Hebraicus. Hos. 9. nu. 20.
Vulgatæ editionis cõmendatio. Mich. 5. n. 18. 67.
Qui vulgatam editionem reprehendunt hæreticis inscij fauent. Mich. 5. nu. 18.
Defenditur vulgata editio. Hos. 1. nu. 19. 26. 105. † ca. 2 nu. 6. † ca. 3. nu. 3. & 5. † ca. 4. nu. 5. 10. 13. 20 26. 36. † ca. 5. n. 2. & sexto. 32. † ca. 6. n. 32. 35. † ca. 8. n. 8. 15. 24. 25. 27. † ca. 9 n. 7. 9. 10 bis. 18. † cap. 10. nu. 1. 3. 6. 15. 18. 19. 31, 44. 54. † ca. 11. n. 15. 16. 25. 27. 34. 38. † ca. 12. nu. 1. & 9. 11. 13. 15. † cap. 13. nu. 1. 2. 3. 8. bis. 9. 13. 14. 20. 36. † ca. 14. nu. 12. † Ioe. 1. n 17. 19. 24 bis 26. 28. † ca. 2 nu. 7. 21. 47. 50. † ca. 3. n. 19. ¶ † Ham. 1. nu. 29. † ca. 2 nu. 17. † ca. 3. n. 20. † ca. 4. nu. 5. 14. 36. † ca. 5. n. 35. 66. 72. † ca. 6. n. 4. & 5. & 8. 12. 15. 27. 34. † ca. 7. nu. 2. & 3. 11. † ca 8. n 2. & 6. † cap. 9. n. 2. bis. 39. & sequentibus. ¶† Habd. in Bosphoro. nu. 14. & seq. † Ion. cap 3. nu. 12. † ca. 4. nu. 11. † Mich 1. nu. 32. 33. 34. 37. 39. † ca. 2. nu. 4. 14. 29. 30. 36. 39. 63. † c. 5. nu 3. 19. 30. † ca. 6 n. 24. 31. bis. 32. † ca. 7. n. 2. 34 ¶ † Nah. 2. n. 52. 63. † ¶ Hab. 1. nu. 13. † ca. 3. n. 1. 33. 48. 50. ¶ † Soph. 2. n. 2. & 3 19. 53. 54. † ca. 3. n. 2. & 4. ¶ † Hag ca. 1. nu. 10. 19. 22. † ca. 2. 29. 70. ¶ † Zach. 3. nu. 18. 20. † ca. 4. nu 22. 28. † ca. 7. nu. 3. † cap. 8. 35. † cap. 9. 36 48. † ca. 10. nu. 2. † ca. 11. n. 14. 28. 50. ¶ † Mal 1 13. 35. † ca. 2. n. 4. 26. † ca. 3. 16, 19.

Vulnus.

*† Vulnera Christi Domini per sculpturam lapidis significata. Zach. 3. 48. 52.

* Vulnera Christi Domini prophetantur. Zach. 13.10.

Vultus.

Vide etiam Facies.
† Operire vultum est erubescentis, & dolentis. Mich. 3.nu 5.
† In malam partẽ sumi solet pro facie irati. Mal. 1.23.

Vxor.

Vxor & vir se inuicem olim coemebant, quod apud Saxones, & Burgundiones sit. Hos 3. n. 7.8 & 9.
Vxor fiebat olim hæres mariti Hos 3. nu.8.
Vxor rei diuinæ, & humanæ socia. Hos 3. n.8.
Vxores sæpe viros deceperunt. Mich. 7. 28.
Alienigenas vxores accipere prohibitum Iudæis Mal. 2. nu. 22.
* Qui vxores despiciunt, quam grauiter à Deo reprehendantur. Mal. 2 nu 22.24. 27.28.
* Quomodo vxor tractanda à viro. Mal. 2. num. 22.24.30.
* Vxor, bona viuendi ratio. Mal. 2. 40.

Y

Apud Græcos, & Latinos olim valebat V. Hos. 3.36.

Z

Zacharias.

Zacharias filius Barachiæ. Hab. n.3. Zach. 1. nu. 1. & seq.
† Zacharias interfectus inter templum, & altare quis fuerit. Zach. 1. nu. 1. & sequentibus.
Zacharias quo tempore prophetauerit. Præl. 2. nu. 7 23.24.27.
† Quid Zachariæ nomen significet. Præl. 3. nu. 2. 3 & 4.
Zacharias pater S. Iohannis Baptistæ à Iudæis interfectus. Zach. 1. nu. 5.

Zelus.

Quid sit. Ioe. 2. nu. 32. Nah. 1. num. 7. Soph. 1. 68. Zach. 1. 48.
† Zelus est ira, non qualis est inter inimicos, sed quæ ex ardẽti amore proficiscitur. Nah. 1. n. 7. Dei Zelus. Soph. 1. 68.
Zelus est dolor cum ira mistus cũm re, quã nos cupimus, alter potitur, aut cum eam male tractari, affligique cernimus. Zach. 1. 48.
* Zelus honoris Dei operatur in nobis pœnitentiam, & conuertit nos, & facit, vt terra non percutiatur anathemate. Mal. 4. 26.27.

Zoroastres.

Zelus honoris Dei comendatur. Mal. 4. n. 26 27.
Rex Bactrianorum. à Nino victus. Hos. 2. nu. 61.

Zorobabel.

An fuerit filius Salathielis. Hag. 1. nu. 7.
Zorobabel duplex, ibidem.
* Zorobabel typus Christi. Zach. 4. 14.
* Zorobabel, iustorum typus. Zach. 4. 35.

LAVS DEO.

SALMANTICÆ.

Apud Guillelmum Foquel.

M. D. Lxxxvii.

Biblioteca

Universidad de
Biblioteca